

Del Colegio *San N* *AR-6692*

DIRECTORIVM INQVISITORVM

F. NICOLA EYMERICI
ORDINIS PRAED.

CVM COMMENTARIIS FRANCISCI PEGNÆ
Sacra Theologiae Juris utriusque Doctoris.


IN HAC POSTREMA EDITIONE ITERVM EMENDATVM
& auctum, & multis literis Apostolicis locupletatum.

AD S. D. N. GREGORIUM XIII. PONT. MAX.

ACCESSIT HAERESVM, HERVM. ET VERBORVM
Multiplex, & copiosissimus Index,

CVM PRIVILEGIO, ET SUPERIORVM APPROBATIONE.

13-131



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 3.º C. 52 N. 13.

ROMAE, IN AEDIBVS POPVLI ROMANI
Apud Georgium Ferratum M D LXXXVII.



131
16

5-526

Del Colegio Catalino libro n.º **AP-6697**

DIRECTORIUM INQUISITORVM

13-131

F. NICOLAI EYMERICI
ORDINIS PRAED.

CVM COMMENTARIIS FRANCISCI PEGNÆ
Sacrae Theologiae ac Juris utriusque Doctoris.



IN HAC POSTREMA EDITIONE ITERVM EMENDATVM
& auctum, & multis litteris Apostolicis locupletatum.

AD S. D. N. GREGORIVM XIII. PONT. MAX.
ACCESSIT HAERESVM, RERVM ET VERBORVM
Multiplex, & copiosissimus Index,

CVM PRIVILEGIO, ET SUPERIORVM APPROBATIONE.

131
16

5-526



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 3.º C. 52 N. 13.



ROMAE, IN AEDIBVS POPVLI ROMANI
Apud Georgium Ferrarium M D LXXXVII.

BEATISSIMO PATRI
ET D. D. GREGORIO XIII.
PONTIFICI MAXIMO

FRANCISCVS PEGŅA.



VM Reipub. Christianæ pij principes terra mariq; præpo-
tentes multo militū fuso sanguine catholicę religionis ho-
stes aperto Marte fortiter debellare contēdunt, vt Ecclesię
vnitatem, Sedis Apostolicę auctoritatem, tuamq; Beatissi-
me Pater potestaté ab eorū audacibus, impijsq; conatibus
tueatur, nō defunt qui in otio & pace, intra priuatos parie-
tes eorundē sacrę religionis violatorū nefarias, & verę pie-
tati aduersas opiniones scribēdo refellant, iura legesq; vel ad conuertendos, vel
ad coercendos eos arment, edoceant, aut interpretentur: vt cum se tam eminus
quam cominus vrgeri reprimique viderint, postquam virtutis amore in offi-
cio non continētur, saltem pœnarum acerbitate, & magnitudine supplicij ma-
leficio submoueatur. Inter hos postremos, & si infimū locum & ingenij acumi-
ne & eruditionis splendore obtineam, omnia tamen conor libentissime, quę
ad primendam impiam hæreticorum audaciam, coercendamque immanē
prauitatem commodissima aptissimaque esse videtur: quod testabuntur fide-
liter, vt spero, aliquando nonnulla mea, quę de pœnis hæreticorum ab exordio
nascentis Ecclesię vsq; ad hæc tempora assidue meditor: testaturque nunc ex
parte ille qualiscunque labor, quem superioribus annis libens suscepi; dum
omne meum studium industriamque conuerti ad illustrādum Nicolai Eyme-
rici Directorium Inquisitorum: præclarum fane & vetustate venerandū opus,
in quo summa religionis capita continentur, & quę ad hæreticam iniquita-
tem coercendam & extirpandam conducunt, pie, & erudite præscribuntur, &
quidquid ad sacrum Inquisitionis officium secure exercendum exigitur, arti-
ficiose ac metho dice demonstratur: quod cum omnibus numeris absolutum
Romę esset excusum, id eo potissimum nomine Beatitudini vestrę dicare pla-
cuit, vt is auctor, qui religionem Christianam tuetur, & hæreticos fortiter de-
bellare atque coercere demonstrat, a Sanctitate vestra, qui in republica Chri-
stiana diuinitus es caput constitutus, benigne receptus, a tot inimicorum ca-
teruis defendatur, vt catholicę fidei negotijs non leuem afferat vtilitatem:
quod certissime futurum spero, cum nemo ignoret Beatissime Pater te, etsi mo-
le multorum & magnorum totius reipublicę Christianę negotiorum distri-
ctum; illud tamen singulari prouidentia quod ad fidem attinet, vigilantissime
curare, eoque præcipue curam & sollicitudinem omnem referre, vt causę reli-
gionis integrę, absque nouarum opinionum procellis conseruentur, incorru-
ptaque & inuiolata fides vbique foueatur ac propagetur. quod vt fiat amplius,
Deum Optimum Max. cuius negotia in Ecclesia sua prudentissime & arden-
tissime tractas, precor, vt beatitudinem vestram diu conseruet incolumem.

GREGORIUS PAPA XIII.

Ad Futuram rei memoriam.



XPONI nobis fecerunt dilecti filij Populus Romanus, qui Officinam impressoriam erexerunt, & erectam retinent, quod ipsi non sine magno sumptu librum Directorium Inquisitorum nūcupatum, olim à quon. Nicolao Eymérico ordinis Fratrum Prædicatorum professore compositum, præcipua catholica fidei capita continentem, & ea fere omnia, quæ ad extirpandam hæreticam prauitatem conducunt, tractantem, ac nunc demum à dilecto filio Fratre Paulo Constabili sacri Palatii nostri Magistro diligenter examinatum, recognitum, & approbatum plurimisque Apostolicis constitutionibus Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum contra hæreticos, & pro officio sanctæ Inquisitionis editis, auctum, ac Scholijs, seu adnotationibus per dilectum filium Franciscum Pegnam iuris vtriusque Doctorem illustratum, in eorum officina impressoria prædicta imprimi faciunt, ac vehementer timent, ne cum primum in lucem editus fuerit, ab alijs etiam forsitan corrupte imprimatur, ipsique sua impressa, & labore frustrentur. Propterea nobis humiliter supplicari fecerunt, vt eorum indemnitati in præmissis opportune cōsulare de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, ne prædictus liber tam in Italia, quàm extra, intra annos decem proxime futuros, à die illius impressionis computandos, sub excommunicationis lætæ sententiæ, ipso facto incurren. & quo ad existentes in Terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis, vltra censuram prædictam etiam quingentorum ducatorum auri ipso facto Camera Apostolicæ applican. pœnis, sine expressa ipsorum Populi Romani, seu ad id ab eis deputatorum, vel deputatorum voluntate, & licentia in scriptis habita, imprimi, aut alibi impressum dicto decem durante, vendi, donari, aut permutari à quoquam possit, aut valeat: ac insuper, vt nemo liceat eidem libro quicquam addere, detrudere, vel immutare, aut inueterare, nullave interpretatione adiungere, sed prout Romæ nunc impressus fuit, semper, & perpetuo integer, & in corruptus conseruetur, prohibemus, & mandamus: Decernentes transgressores quoslibet prædictas censuras, & pœnas pecuniarias incurrisse, à quouis Sedis Apostolicæ etiã de latere legato, ordinario, vel delegato, aut quocunq; alio ecclesiastico iudice, declarari, aggravari, & reagravari, & ad parendum, soluendumq; pœnam, inuocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, cogi & cōpelli posse, & debere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiã iuramento, aut quauis alia etiã Apostolica auctoritate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunq; tenoribus, & formis etiam motu proprio, & ex certa sciētia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vel si forsitan specialiter alicui esset indultum, & concessum, ne excommunicari, interdici, declarari, capi, aut arrestari possit, ac alijs quomodolibet cōcessis, approbatis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, non autem per derogatorias generales clausulas faciendâ esset, eorum omnium tenores, hic pro infertis, & singulariter expressis habētes, illis alijs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque cōtrarijs quibuscunq; Et quia difficile foret præsentibus litteras ad quæcunque loca, vbi opus esset, deferri, volumus, & eadē Apostolica auctoritate decernimus, earum transumptis, & exemplis, etiã in ipso libro, vel per se solum impressis, plenã & indubitatam fidem in iudicio, & extra adhiberi, quæ eisdem originalibus litteris adhiberetur, si ostenderentur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die xiiij. Augusti.

M. D. LXXVIII. Pontificatus nostri anno Septimo.

Cæsar Glorietius.

Ego F. Thomas Zobbius Brixienfis, ordinis Prædicatorū, sacri Palatii magister, testifcor, q̄ sanctissimus Dominus noster Papa Gregorius tertius decimus, (me petente) oraculo viua vocis concessit, q̄ D. Franciscus Pegna ad publicam vtilitatem, nonnulla suis Scholijs, seu Commentarijs in Directoriū Inquisitorum editis, et Romæ impressis anno M. D. LXXVIII. addere posset, & detrudere, & aliqua mutare in eis contenta, non obstante superiori privilegio.

Ita est F. Thomas qui supra.

ILLVSTRISSIMIS AC REVERENDISSIMIS

D. D. Iacobo Episcopo Portuensi Sabello, Ioan. Francisco Episcopo Prænestin. de Gambara, Ludouico tt. S. Anastasię Madrutio, Julio Antonio Sanctorio tt. Sancti Bartholomæi in Insula S. Seuerinę, Petro tt. S. Hieronymi Illvricorum Dextra nuncupatis, Ioan. Antonio tt. SS. Quatuor Coronatorum, Ioan. Baptiste tt. Sancti Marcelli, & F. Constantio tt. S. Petri in Monte Auro, presbyteris miseratione diuina S. R. E. Cardinalibus in vniuersa Republica Christiana aduersus hereticã prauitatē Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis,

FRANCISCVS PEGNA.



DLVIRIMA suadebant, Illustris, & Amplis, Patres, vt in illustrando & perficiendo egregio Directorij Inquisitorum opere, omnē nostrā diligentiam, studium, sollicitudinem & laborē adhiberemus. Primū communis vtilitatis amor, tum non mediocre commodū, quod inde omnibus hæreticæ prauitatis Inquisitoribus euenturum haud dubie sperabatur: tum vero in primis iustissimum illud vestrū, pium, ac vere catholicum desiderium, quo tanquam integerrimi, & acerrimi fidei Christianęq; religionis defensores, ob publicam vtilitatem optabatis, vt quā absolutissimū opus prodiret in lucē. Hęc enim effecere, vt plusquā integri quinquenij spatio ex quo cœpimus huic operi illustrando operā dare vsq; in præsentem diem nihil magis diligenter cogitauerimus aliud, nihilq; moliti fuerimus præter emendationē & interpretationem illustris operis, coactique sumus in tenuibus hisce nostris vigilijs è breuitatis sæpe limitibus egredi: tum quia opus ipsum vetustum, & sæpe ob breuitatem obscurū ita fieri postulabat: tum vt Inquisitoribus valde occupatis satisfacere-mus, eosq; liberaremus molestia multorum aliorum librorum euoluendorum. In his nostris Commentarijs reiecta procul disputandi subtilitate, secuti sumus vt plurimum communes sententias, & eas, quæ sine vllo erroris periculo possint obseruari. In dubijs, & grauioribus causis Inquisitores ad supremum sacrosanctę & generalis Inquisitionis Romanæ Senatū, cui vos prudentissime & vigilantissime præstis, destinamus seu remittimus. In multis sty-lum & consuetudinem eiusdem sacri & supremi Senatus indicamus, & obseruandū monemus: ac ita (nisi fallimur) cuncta, Deo Opt. Max. aspirante, disponimus, vt pauci difficultatū articuli in hac causa parum explicati relictū esse videantur. Quod si quandoq; fortassis (vt quibusdam videbitur) nimis leniter in nonnullis articulis, ac difficultatibus de puniendis hæreticis locuti sumus, veluti de Hæresiarchis siue dogmatistis, quos nonnulli è nostris curiæ seculari tradendos omnino arbitrantur, & de alijs nonnullis, vt disputationum series indicabit, non id facimus, vt hæreticis faueamus, quos & acri odio prosequimur, & penitus extirpari cupimus: sed quia nec contrarium aperto iure statutum uidebamus, nec sacri tribunalis Romanæ Inquisitionis usu aut consuetudine receptum, ut uel hac etiam benignitate conuertantur, qui uirtutis & ueritatis amore à maleficio non submouentur. Hoc postremo cupimus, & exoptamus, religiosissimi Principes, vt hos nostros qualescunq; labores benigne (vt soletis) accipiatis, sintque apud Vos uelut certissimum pignus & arrha prompti ac parati animi nostri ad subeunda quælibet alia quamuis grauiora onera, inseruendumque sacro Inquisitionis Senatui, quotiens & oportuerit & idoneos nos ad id iudicaueritis. De s Opt. Max. diu Vos conseruet incolumes, vt negotia sua in Christiana Republica, vt facitis, integerrime tractare possitis.

IN DIRECTORIVM INQUISITORVM NICOLAI EYMERICI PRAEFATIO.



FRANCISCVS PEGNA LECTORI.



IXTITIT olim, lector beneuole, Nicolaus Eymericus instituti Dominici acer haereticae prauitatis in regnis Regis Aragonum Inquisitor, Pont. Max. Urbano v. & Gregorio xj. Regique Aragoniae Petro eius nominis quarto, carus. Hic opus edidit, quod Directorium Inquisitorum appellauit, quo utilissime sunt semper vsi iudices, violatae religionis in causis fidei prudenter & secure tractandis. Id opus a paucissimis habebatur, quoniam ante annos ducentos, quo tempore Eymericus floruit, post inuentam artem impressoriam semel tantum (quod ego sciam) aeneis fuit typis impressum Barcinone anno Domini M. D. III. Erant autem omnia exempla tam impressa, quam manuscripta in finitibus prope locis penitus deprauata & mendosa, eaque vix iam reperiebantur: desiderabatur vero hoc opus atque efflagitabatur communibus & vehementibus omnium votis & precibus, maxime vero illi ardentius expetebant, qui fidei negotia aut iudicando, aut consulendo, aut scribendo tractabant: cumque superiori anno me huic suscipiendo labori emendandi interpretandique, aut saltem non leuiter illustrandi operis facilem, ac promptum exhibuissem, multi viri doctissimi atque integerrimi ex illis qui Senatus Romanae generalis Inquisitionis in causis fidei deferuiunt, intelligentes quantum utilitatis publicis commodis accederet, si denuo id opus quam emendatissimum prodiret in lucem; nos (quos huic fortassis oneri subeundo idoneos, singulari sua benignitate non meritis, aut eruditione nostra iudicant) cohortati sunt, ut hanc prouinciam nostris non aequalem viribus suscipere, id tunc eo libentius & ardentius nullis laboribus, aut vigilijs parcetes aggressi sumus, quo euidentius cernebamus, si hoc in desideratum finem perduceretur, gratum in primis Deo Opt. Max. obsequium, (ad cuius laudem & gloriam omnes viri Christiani actiones referri debent) vniuersis vero litteratis, ac in primis Inquisitoribus haereticae prauitatis re forsan gratam, nec aspernendam esse facturos. Itaque ut haec facilius & commodius fierent, iidem illi doctissimi viri, & in publica commoda propensissimi, varios codices nobis exhibendos curarunt: primum illum Barcinone impressum, & tres alios manuscriptos, quorum vnus erat Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Iacobi Sabelli Inquisitoris maximi in tota Republica Christiana, quem codicem in commentarijs nostris Sabellanum vocamus, & hic erat vetustus satis: alius fuit Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Io. Francisci de Gambara generalis etiam populi Christiani Inquisitoris, recentioribus litteris exaratus, sed fidelis satis: vltimus superuenit codex ex Inquisitione Bononiensi, quem propterea Bononiensem sepe nominamus, & hic erat ceteris vetustior & emendatior, descriptus quippe summa diligentia temporibus Pij Papae eius nominis secundi. Singuli hi codices in finitibus prope locis erat deprauatissimi: ex omnibus tamen vnus est constat (nisi fallor) perfectus, qualem ab Eymerico prodijisse putandum est: quoniam singulas non modo periodos & sententias, verum (quod laboriosius erat) singula etiam verba perpendentes, nullum passi sumus transire locum, sine iusta emendatione & animaduersione. Erant codices omnes non modo deprauati circa sensum verborum, verum etiam in multis locis imperfecti & mutili, in quibus deerat plurima, quae ab auctore fuisse scripta apertissime intelligebatur: cui incommodo magnam auxilium attulit codex Bononiensis.

Quoniam vero assidua nos haec perficiendi operis cura premebat, vbique in egregijs Bibliothecis vetustissima quaeque quaerebamus, quae lucem susceptae emendationi afferre possent, cui rei non mediocrem opem attulit vetustus quidam codex membraneus manuscriptus repertus in interioribus Bibliothecae Vaticanae conclauiibus, in quo plurima erant eorum temporum, quae proxime Eymericum praecesserunt, plurima eodem fere ordine & verborum serie concepta, quibus Eymericus in Directorio fuerat vsus, adeo ut saepe suspicati simus, Eymericum cum ipsum librum in manibus quandoque habuisse, eoque vsu fuisse. nam & Bibliothecae custos asserbat putare se eum librum Auinionae Romae cum alijs multis fuisse delatum.

PRAEFATIO.

delatum. hic ergo plurimum etiam iuuat, ut ex commentarijs nostris, sepe poterit deprehendi. Quid sit denique praestitum, non facile dici potest: id tamen facile intelliget, qui nouam hanc editionem cum vetustis codicibus conferet. hoc est certum, plusquam bis mille loca deprauata suae pristinae integritati esse restituta. iam id in primis curauimus, ne a vetustate recederemus: nihil enim inuertimus, nihil immutauimus, nihil detraximus, sed auctorem in singulis suum tenere cursum, ac methodum voluimus; deficientia solum ex alijs addentes, & contorta dirigentes.

In his solum consulto videbimur a vulgatis recessisse, quod in prima parte addiderimus expositionem beati Thomae super c. Firmiter. & c. Damnamus. de sum. trinit. & fide cath. cum in manuscriptis nusquam reperitur: in Barcinonensi tamen impresso super vtrumque caput haec expositio promittitur, sed tantummodo illa apponitur, quae est super c. Firmiter. nos vtraque vtilem iudicantes, imprimendam curauimus; quamuis incertum nobis sit, an Eymericus illas apposuerit. Rursus in secunda parte super tit. de haeticis in Decretalibus integras Hostiensis & Ioannis And. lecturas (ut vocant) apposuimus, quamuis in impresso & manuscriptis pauca quaedam recitentur super vnoquoque capite eorum glossatarum imperfecta fragmenta, quae nos ex causa supplenda duximus.

Ad haec, quia nullus in ceteris erat haecenus editus adnotationum labor, nulla lucubratio, quibus lectores iuuarentur ad intelligendam commodius huius auctoris mentem, ea quoque res praestanda in primis fuit: itaque primum in initio glossatarum, & quaestionum singularum, summaria, quae vulgo vocant, sunt adhibita; numerisque notatae insigniores quaedam & illustriores res & sententiae, ut vno obtutu facile percipiatur quod praecipue in singulis disputationibus tractetur; & quoniam multa etiam nos obscura & difficilia in commentarijs interpretamur, praenotatus est quoque numerus Commentariorum, qui singulis capitibus & quaestionibus adnectitur facillioris studij gratia, ita ut nulla fere occurrere possit difficultas, quae his adiuentis non valeat superari. Notati vero sunt in his commentarijs magna ex parte recentiores auctores, quoniam ab his veteres citantur, ut qui hos nouerit, illos quoque noscat.

In his omnibus non modo hortatorem verum & coadiutorem habuimus ob singularem illius benignitatem F. Paulum Constabilem sacri Palatii Magistrum, virum integerrimum ac prudentissimum, ac in causis fidei tractandis oculatissimum; qui deinde creatus est totius ordinis Dominicanum Magister Generalis, & F. Thomam Zobbium Brixiensem sanctae & vniuersalis Romanae Inquisitionis Commissarium Generalem, nunc vero sacri Palatii Apostolici Magistrum, quibus magna cura & labor etiam fuit, ut quam emendatissimum liber prodiret in lucem.

Iam quoniam multa erant in hoc opere ob vetustatem pene incognita & abolita, multa obscura & parum explicata, nonnulla vero immutata, ob subsequentes summorum Pontificum, qui post Eymericum floruerunt, sanctiones, vni in hac quoque parte plene esset lectoribus satis factum, haec omnia breuibus interdum notis, plenioribus quandoque commentarijs, ut natura cuiusque difficultatis postulabat, declarauimus; ea in primis perstringentes, quae ad negotium Inquisitionis suo quasi iure viderentur pertinere: nam alia multa persequi, quorum disputandorum frequentem Eymericus offert occasionem, velut superuacanea & ad institutum parum accommodata libenter omisimus. In his vero commentarijs multa consulto praestitimus, quae forte alicui videantur reprehendenda, spectata horum temporum scribendi ratione: nam & ab improba & proluxa legum, canonum, & interpretum citatione, seu allegatione sapissime abstinemus. rursus omissis multis, eos in primis citamus, qui de haeticis & eorum poenis tractatus scripsere: quod fecimus non absque ratione, cum peritis in arte potius sit fidendum, in his vero praecipuus noster labor fuit tradere ea, quae iuri communi consentiunt; nam priuatas prouinciarum, aut Inquisitionum sanctiones & consuetudines nolimus consulto in hoc opere vim legum obtinere, quamuis saepe illis vtamur velut quibus & iustis, monentibusque interdum obseruandas.

In his omnibus plusquam assiduus annus consumptus est, vsique sumus multa diligentia & labore, iuuatque nos ad multas difficultates superandas Honoratus Figuerola patritius Valentinus, iuris vtriusque Doctor eruditissimus, & nunc ecclesiae Valentinae Canonicus, qui nobis scribentibus frequentia iuris loca ad varias & difficiles controuersias diluendas suppeditabat. Postremo ita iam opere constituto, vltima desiderabatur impressionis perfectio, quam ut in illustri officina sua impressoria consequeretur, nullis impensis pepercit in clytus

PRÆFATIO.

Populus Romanus, qui industria & diligentia Petri Politi Senensis, cui emendandi & corrigendi operis dum imprimebatur, cura commissa fuit, perfectum (nisi fallor) & omnibus numeris absolutum opus in lucem dedit.

Quid sit in hac impressione prælitum.

Atque hæc quidem omnia in priori editione fuerunt diligenter & præstita, & obseruata: cum vero iterum opus imprimendum foret, & per integrum triënij tempus, quod à prima impressione vsque in hunc diem, elapsum fuit, plura nobis ad idem institutum spectantia essent proposita, tum à diuersis Reuerendis Episcopis, tum à vigilantissimis hæreticæ prauitatis Inquisitoribus diuersarum terrarum, tum etiam ab alijs viris doctis ac pijs: quibusdam postulâtibus, vt copiosius aliqua enarraremus: alijs vero petentibus, vt apertius nonnulla explicaremus: alijs denique flagitantibus, vt nouis propositis dubijs, quæ frequenter solent occurrere, satisfacere atq; responderemus: propterea factum est, vt omnes ingenij vires, cogitationes & studia eo retulerimus, vt denuo impressum, emendatissimum, & locupletissimum prodiret in lucem. Itaque consultis de nouo veteribus exemplaribus, nonnulla in hac sunt impressione emendata, quæstiones & dubia, quæ nobis fuerunt proposita, competentibus locis sunt explicata. nomen Scholij in nomen Commentarij prudenter transmutatū est, quoniam fustor & copiosior explicatio, Scholiorum nomē respuebat: Scholia enim breuiter potius indicare aliquid, quàm enarrare plene solent. Multorum querelis satisfaciendum etiã omnino putauimus, qui cū vere dicerēt magno studijs legentiu impedimēto esse separatos habere cōmentarios à quæstionibus & capitibus, quæ declarantur, ideo nunc cōtinenter singulis capitibus & quæstionibus singuli cōmentarij annectuntur, ne sit laboriosum lectoribus in diuersis locis querere, quæ in eodem simul commodius esse deberent. Iam quantū spectat ad doctores, quorum auctoritate nitimur in his cōmentarijs, id in primis curauimus, vt verissime tā quoad doctrinam, quàm quoad loca citarentur, tametsi artis impressorie lubricitate aliquid quandoque erratum sit, quod quadam ex parte in notis errorū animaduersum est.

Quid auctor feruari cupiat deinceps in hoc opere.

Deniq; ita conati sumus in hac impressione omnia quantū in nobis fuit, perficere, vt nō si mus amplius in eo quicquā magni momēti immutaturi. imo vero hoc cupimus & rogamus penitus quoslibet, q. nobis vel viuētibus, vel vita functis hoc opus impressuri sūt, aut iuduri, vel permitturi vt imprimatur, ne permittant aliquid immutari, addi vel minui, aut deleri.

Quoniam autem his nouis additionibus atque immutationibus ex causa factis (vt paulo antea dictum est) obstabat præcedens S. D. N. Gregorij Papæ xij. scriptum in clyto Populo Romano in prima huius operis impressione concessum, quo cauebatur, ne alicui liceret huic libro quicquam addere, detrudere, vel immutare aut inuertere, vel aliqua interpretamenta adungere, proinde eius rei reddita ratio fuit Sanctissimo Domino Papæ, & consilium nostrum plene explicatum per R. F. Thomam Zobbium sacri Palatii Apostolici Magistrū, cui viuē vocis oraculo responsum est à Sanctissimo, vt non obstante prædicto indulto, hæc nobis liceret ab publico commodum, & communem Christianæ reipublicæ utilitatē, quæ admodum idem Magister grauiter testatur.

In hoc egregio opere propterea immerito seueriores quidam Eymericum carpunt, quod multa in eo sine methodo, ac iudicio cumulasset, multa inculcasset sepius, multa sepius varijs locis repetiuisse; qui si auctoris institutum & artificium paulo diligentius considerassent, plane iniuste se reprehēdere virum tantum intellexissent. Cum enim Eymericus cuncta colligere in vnum decreuisset, quæ ad negotium Inquisitionis spectarent, id effecit consulto, quod isti vituperāt. fuit ab hinc quadringentis fere annis magna multorum & valde commendanda diligentia, qui opera de rebus ecclesiasticis componebant in communes locos referentes vniuersa decreta similia eadēq; continentia, in quo egregiam laudem comparasse Burchardū, Iuonem Carnotensem, Hugonē Catalanum, Gratianū & alios quāplures exploratissimū est, quos in solo hæresis crimine dū imitatur Eymericus, cuncta colligēs in locum vnum, quæ ad hoc negotium spectant, laudandus etiã vehementer est, cuiusq; industria commendanda, hinc sepe eadem repetit, & diuersis interdū locis inserit, quia disputationis series & ordo ita postulat, vt suis locis in cōmentarijs explicamus, dū obseruandū admonemus quo consilio, qua methodo, & ratione quæq; vbiq; tradat atq; disponat. longū esset cetera persequi, quæ à me vere de huius operis methodo & artificio dici potuissent, nisi & breuitas tacere compelleret, & aliqua ex parte ostenderim in præfationibus secundæ & tertie partis. Tu interim lector boni, omnia consule, & perfectum opus accipe. Vale.

Romæ ex Bibliotheca nostra, Calendis Decemb. An. M. D. LXXXIII. NICOLAI

NICOLAI EYMERICI VITA
PER EVNDEM FRANCISCVM PEGNAM
BREVITER COLLECTA.



NICOLAVM Eymericū Catalonia insignis Hispaniæ Tarracensis puincia genuit. Fuit is monachus ordinis Prædicatorū, sacre theologie magister, à Gerunda oriundus, quæ ciuitas est eiusdē prouinciæ nobilis & clara. Floruit in primis temporibus Vrbanū V. et Gregorij xi. Pont. Max. & Petri quarti regis Aragonū, qui Cereemoniosi cognomen accepit, ad annos Domini M. CCC. LX. Erat in regnis Aragoniæ ea tempestate, eruditione & sanctitate clarus Nicolaus Rosell instituti Dominici sacre theologiæ magister, ac in toto dominio regis Aragonum Inquisitor generalis. is ab Innocentio vj. anno Dominicæ Natiuitatis M. CCC. LVI. Cardinalis tituli sancti Xyſti creatur: Et cū quæreretur quis ei in tanto Inquisitionis officio futurus esset successor, inuentus est alter hic noster Nicolaus cognomento Eymericus, vir doctrina & solertia præditus (vt testatur Sebastianus Olmeda in chronico de initio & progressu ordinis Fratrum Prædicatorum) qui hæreticæ prauitatis generalis Inquisitor in eisdem regnis est constitutus, vt ipse etiam testatur in hoc suo opere, par. 2. quæst. 10. Erat enim in hoc viro præter illustrem & insignem theologiæ cognitionem, iuris canonici peritia multa, & legum notitia non vulgaris: quæ res facile cum ceteris sui ordinis & ætatis litteratis præferrebat; cum hæc ad exercendum Inquisitionis officium in primis sint necessaria. Creatur autē Eymericus generalis Inquisitor circa an. Domini M. CCC. LVIII. cum fuerit in eo officio immediatus successor Nicolai Rosell ad Cardinalatus apicē assumpti, sicut ipse et loquitur in Directorio parte 2. quæst. 10. Nam & hoc anno, iam eo munere functum non obscure colligimus ex eiusdem operis par. 2. quæst. 47. iuxta quædam vetusta Directorij exemplaria, quemadmodum ibidem annotatum est. Hic pro grauissimis fidei negotijs relicta Hispania Auinionē proficiscitur, vbi tunc sedes Apostolica degebat, & à Gregorio xj. Pont. Max. benigne receptus, Capellanus (vt ipse et loquitur) illius constituitur, ab eoque pro varietate negotiorum & causarum multa sæpius impetrauit ad officium sacrosanctæ Inquisitionis commodius exercendum necessaria. quod præter alia satis indicat rescriptum quoddam, quod ipse recitat parte 3. huius operis, quæst. 20. Plurima scripsit, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis: nam super scientijs physicis & logicis codices edidit: item super quatuor sancta Euangelia commentarios: & plures etiam sermones tam de tempore, quàm de sanctis, & nonnulla alia, quæ ad manus meas nō perueniunt, asseruantur tamen (vt audio) manu scripta Gerundæ in monasterio sancti Dominici ordinis Fratrum Prædicatorum. Composuit præterea librum insignem, & Christianæ reipublicæ valde vtilem, quod Directorium Inquisitorum voce valde accommodata nūcupauit, eo quod, id in primis agat in eo, vt regulas tradat, quibus Inquisitores ad hæreses cognoscendas & extirpandas, exclusa omni personarum differentia & acceptione, dirigantur, ac instruantur in eo vniuersa fere, quæ ad negotium Inquisitionis & penas hæreticorum spectant, ex varijs locis & auctoribus colligens, reposituit, imitatus in ea re (vt alibi scripsimus) doctissimos viros. Fuit quidem olim is labor in tanta librorum paucitate atque penuria pernecessarius, hodie vero valde etiam vtilis, & studijs Inquisitorum accommodatus. Memorij proditū inuenio, id Directorij opus ab eo Auinione compositum: quidam in Aragonia collectū tradunt: sed de hoc nihil certi extat. Hoc tamen certissimum est, adhuc eo viuente per diuersas prouincias publicatum, & apud earum Inquisitores transcriptum, & asseruatum. Tractatum in super scripsit de schismate, vt testatur Aegidius Bellamera in cap. sacris. extra de his, quæ vi metulve

metusve caus. fiunt, in quo luculenter ostendit quot schismata varijs tēporibus sanctā Romanam & catholicam Ecclesiam infestauerint, quæ præcitato loco ex eo EymERICI tractatu Bellamera retulit, sicut ipsemet ingenuè confitetur. Compilauit quoque vitam & miracula Beati fratris Dalmatij Moner, cuius ipse fuerat alumnus. Deniq; cum multa iam ætate esset grauis, cupiens in sanctis & quietis occupationibus, dimisso iudiciorum strepitu, vltimū vitæ diem claudere, cum per quadraginta & quatuor continuos annos officium sacrosanctæ Inquisitionis contra hostes fidei fortiter exercuisset, reuersus Gerundam, quam charam habuit patriam, in conuentu sancti Dominici, postquam super epistolas Beati Pauli ad Galatas & ad Hebræos scripsisset commentarios, & epistolam ad Romanos enarrare cœpisset, ab humanis ereptus est, quarto die Ianuarij anno Dominicæ Natiuitatis Millefimo trecentesimo nonagesimo tertio, sicut docet vetustum epitaphiū eius sepulchro incisum Gerundæ in eodem sancti Dominici conuentu, vbi sepultus iacet, in quo plurima eorum, quæ supra narrauimus, continentur. Multos habuit vir ille dum viueret aduersarios: sed non est mirandum, cum ea fere sit eruditorum conditio, aut potius infelicitas. Habet quæque virtus sua aduersa & obstantia vitia, & quo altiores sunt turres, maioribus ventorum flatibus concutiuntur, & vt recte protulit ille:

Horatius li.
2. Carminū
Ode 10.

*Sapius ventis agitur ingens
Pinus, & celsa grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.*

Hæc magna est & postrema viri laus, eū acri odio hæreticos omnes habuisse, cunctasque hæreses detestatum fuisse: res vero ad fidem Christianam & religionem catholicam propagandam spectantes, summa religione & pietate coluisse. Ac talis quidem viri vita & exitus fuit, quantum nobis ex monumentis vetustatis colligere licuit.

SUMMA EORVM QVAE AB EYMERICO IN SINGVLIS

DIRECTORII PARTIBVS
TRACTANTVR.

Summa seu institutum Primæ partis.



RADITVRVS Eymericus quacunque ad negotium Inquisitionis contra hæreticam prauitatem spectant, & quæ ad instruendos, ac dirigendos iudices violatæ religionis exiguntur, vt munus suum in causis fidei plene perfecteque possint adimplere, cū nequeant nosse causam hæresis, ad quam extirpandam sunt constituti, nisi probe intelligant quæ ex fide sunt credenda, & catholicas veritates, quibus hæresis opponitur: ideo in prima operis parte ea commemorat, quæ ad constituendam, & stabiliendam, seu (vt ipse loquitur) ad plantandam fidem pertinet, vt vno contrario cognito alterum facilius percipiatur. itaque ex varijs locis in vnum locum confert & summorum Pontificum, & conciliorum, & canonū, & sanctorum patrum, & legum decreta ad fidem & varios fidei articulos & catholicas veritates constituendas spectantia, nihil ferme de suo apponens, contentus sola decretorum recitatione: vnde primum congerit ex iure canonico decreta titulorum de summa trinitate & fide catholica, & ea occasione insignium quorundam interpretum expositiones super ea: inde leges ex Codice. tit. de summa trinitate: inde suo ordine cetera eodem consilio. Postremo duodecim addit quæstiones, quibus satisfacit plurimis difficultatibus, quæ circa fidem fideique articulos contingere possunt, quas paucis additis & mutatis desumpsit ex beato Thoma Aquinate.

Summa seu institutum Secundæ partis.



Abolutis in prima parte quæ ad fidem constituendam attingent, explicat protinus in secunda quacunque fidem ipsam corrumpere possunt ac violare, vt catholici ab his abstineant, primum tamen refert vniuersa decreta contra hæreticos, & de pœnis eorum sancita, quæ in toto iuris canonici corpore sub titulis de hæreticis continentur: inde ex varijs etiam eiusdem iuris titulis eodem consilio accumulat multas decretales, quæ etiam huic negotio deseruiunt: inde extrauagantes nonnullas

nullas & litteras Apostolicas, qua de haeretica prauitate coercenda edisserunt: addit praeterea ob eandem causam insignium quorundam iuris interpretum glossata, quibus praecedentia de haeticis decreta declarantur: inde propius ad rem accedens ex vetusto concilio Tarraconensi fragmenta quadam commemorat, quibus agitur de multiplici haeticorum genere, & vetustis pœnis, ac penitentijs eorundem: inde addit quaest. 58. quibus quid haesis, quid haeticus, quid error sit, ostendit: rursus usque ad quaest. 38. multorum Philosophorum, & omnium fere haeticorum tam veterum quam recentiorum sectas, nomina & errores recenset: tandem à quaest. 38. usque in finem eiusdem partis secunda, singulari methodo de his omnibus sigillatim agit, qui Inquisitorum iurisdictioni subijciuntur. itaque de haeticis, de blasphemis, de sortilegis, de inuocatoribus demonum, de apostatis, & de ceteris huiusmodi accuratissime disserit.

Summa seu institutum Tertię partis.

UM coercendi sint haetici, de quibus disseruerat parte secunda, in postrema praxim docet, qua in officio sancta Inquisitionis res fidei, seu delicta in fidem commissa tractari debeant, & puniri. Primum tamen quid Inquisitoribus de nouo creatis sit agendum docet, inde qua ratione processus initium accipiat, tradit; & quia tribus modis potissimum in causis fidei procedi potest, per Accusationem, Denuntiationem, & Inquisitionem, de singulis disserit, & appositis exemplis illustrat: inde quomodo idem processus sit continuandus similiter indicat: docens quidquid ad personas in hoc iudicio requisitas spectat: inde modos tredecim singulares persequitur, quibus omnis causa haesis in sancto Inquisitionis officio finire potest. Tandem in fine operis 131. quaestiones proponit, quibus dirimit omnem fere difficultatem spectantem vel ad iudices violata religionis, vel ad eorum potestatem & iurisdictionem & privilegia seu prerogatiuas, vel ad ministros sancti officij, vel ad peritos & aduocatos, vel ad testes, vel ad reos, vel ad pœnas reorum. In his itaque partibus ita sunt ordinata traditaque omnia, ut nihil fere desideres ad sanctissimum Inquisitionis officium spectans: quod in hoc opere singulari non contineatur.

CATALOGVS

CATALOGVS EORVM

QVAE IN SINGVLIS

HVIVS OPERIS PARTIBVS

co ordine quo impressa sunt, continentur.



PRIMA PARS EST DE FIDE CATHOLICA.



PISTOLA Auctoris de subiecto ac diuisione totius operis.	Ex Decretal. Greg. tit. de celebr. Miss. c. 6. Cum Marthe.	pag. 41. col. 1
Decretales, Firmiter credimus, & Damnamus, tit. de sum. Trinit. & fid. catho. pag. 3. & 4	Inhibitio facta de mandato D. Greg. xj. ne tres inserti articuli de corpore Christi prædicentur, sub pœna excommunicationis. Miseratione.	pag. 44. col. 1
Decretalis, Fidei. eo. tit. ex Sexto. Decret. pag. 6. co. 2	Symbolum Apostolorum. Credo in Deum.	pag. 45. col. 1
Decretalis, Fidei catholicę. ex Clementinis.	Symbolum sanctorum Patrum. Credo in vnum Deum Patrem.	pag. 45. col. 2
Expositio S. Thomę primę decretalis, Firmiter. in qua tam haeticorum quam philosophorum errores quã plures reprobantur.	Regula fidei B. Athanasij Episcopi ab Ecclesia approbata. Quicumque vult saluus esse.	pag. 46. col. 2
Expositio eiusdem super secundam decretalem, Damnamus.	Confessio fidei B. Hieronymi Presbyteri.	pag. 47. col. 2
Ex Decretalibus Greg. Gloss. super tit. de sum. Trin. & fid. cath. pag. 17. col. 2	Ex Diuo Augustino in lib. de Fide ad Petrum Diaconum, Quadraginta capitula ad regulam verę fidei pertinencia.	pag. 49. col. 1. vsq. 54. col. 2
Super cap. Firmiter. & super cap. Damnamus. pag. 18.	Ex Decreto Domini Gratiani dist. 15. De auctoritate quatuor Conciliorum.	pag. 54. col. 2
Lectura Innoc. iij. in eisdem Decretales. pag. 22. col. 2	can. 2. Sicut sancti Euangelij.	pag. 54. col. 2
Ex libro Sexto. Decret. gloss. super c. Fidei. de sum. Trinit. & fid. cath. pag. 22. col. 2	Quę cõcilia sancta Romana Ecclesia suscipiat, ea. dist. can. 3. Sancta Rom. Ecclesia.	pag. 55. col. 1
Ex Codice Iustiniani, tit. de sum. Trin. & fid. cath. & ut nemo de ea publice contendere audeat.	QVAESTIONES DVODECIM de fide catholica Inquisitionis officio congruentes.	
1. 1. Cunctos. pag. 29. col. 1	Quaestio 1. De fidei definitione.	pag. 58. col. 1
1. 2. Nullus haeticus. pag. 31. col. 1	Quaestio 2. De articulis fidei, & eorũ diffinitione.	pag. 59. col. 1
1. 3. Nemo clericus. pag. 32. col. 1	Quaestio 3. De fide explicite habenda.	pag. 59. col. 2
Edictum Iustiniani de fide, Reddentes. pag. 33. col. 2	Quaestio 4. De notitia articulorum fidei, fidelibus necessaria cum minoribus tum maioribus.	pag. 60. col. 2
Ex Extrauagantibus communibus, Bonifac. viij. tit. de maio. & obe. c. 1. Vnam sanctam. pag. 34. col. 2	Quaestio 5. de obligatione ad credendum explicite mysteria Christi.	pag. 61. col. 2
Ex Decretalibus Greg. titu. de baptif. & eius effectu. Alexand. iij. c. 1. Si quis puerum. pag. 36. col. 2	Quaestio 6. De necessitate credendi explicite mysterij Trinitatis.	pag. 62. col. 1
c. 2. De quibus. pag. 36. col. 2	Quaestio 7. An teneatur vnusquisque explicitam fidem habere de contentis in sacra scriptura.	pag. 62. col. 2
c. 3. Maiores. pag. 37. col. 1	Quaestio 8. Fidei non posse subesse falsum, sit ne omnibus necessario credendum.	pag. 65. col. 2
Ex Codice Iustiniani, tit. Ne sanctũ baptismũ iteretur. 1. 1. Antifitem. pag. 39. col. 2	Quaestio 9. De cõfessione exteriori fidei.	pag. 66. col. 2
1. 2. Si quis. pag. 40. col. 1	Quaestio 10. Disputandũ ne sit publice de fide. p. 69. c. 2	
	Quaestio 11. De probatione mysteriorum fidei per rationes.	pag. 72. col. 2
	Quaestio 12. De protestatione facta ab errante circa fidem.	pag. 73. col. 2

SECVN-

SECUNDA PARS DIRECTORII
EST DE HAERETICA PRAVITATE,

In qua hæc per ordinem continentur.

In secundam partem Directorij Præfatio & Argumentum.

EX DECETALIBVS GREG. IX.
TIT. DE HAERETICIS.

		GLO. Ordinaria.	GLO. Hostienfis.	GLO. Ioan. And.
c.1. Dubius in fide.	pag.80. col.1	pag.138. col.1	pag.143. col.1	pag.166. col.1
c.2. Qui alios.	pag.87. col.2	pag.138. col.1	pag.144. col.1	pag.167. col.1
c.3. Firmissime tene.	pag.89. col.2	pag.138. col.1	pag.144. col.2	pag.167. col.1
c.4. Fraternalitatis tuæ.	pag.89. col.2	pag.138. col.2	pag.145. col.1	pag.167. col.2
c.5. Si quis Episcopus.	pag.94. col.2	pag.138. col.2	pag.146. col.1	pag.168. col.2
c.6. In eos qui.	pag.96. col.1	pag.139. col.1	pag.147. col.1	pag.168. col.2
c.7. Cum Christus.	pag.96. col.1	pag.139. col.1	pag.147. col.2	pag.169. col.1
c.8. Sicut ait.	pag.96. col.2	pag.139. col.2	pag.147. col.2	pag.169. col.2
c.9. Ad abolendam.	pag.97. col.1	pag.139. col.2	pag.148. col.1	pag.170. col.1
c.10. Vergentis.	pag.98. col.2	pag.140. col.1	pag.151. col.1	pag.172. col.2
c.11. Si aduersus.	pag.99. col.2	pag.140. col.2	pag.153. col.1	pag.173. col.1
c.12. Cum ex iniuncto.	pag.100. col.1	pag.141. col.1	pag.154. col.2	pag.174. col.1
c.13. Excommunicamus.	pag.101. col.2	pag.141. col.2	pag.156. col.2	pag.175. col.2
c.14. Sicut in vno.	pag.103. col.2	pag.143. col.1	pag.165. col.1	pag.181. col.2
c.15. Excommunicamus.	pag.103. col.2	pag.143. col.1	pag.165. col.2	pag.181. col.2
c.16. Absolutos.	pag.103. col.2	pag.143. col.2	pag.166. col.1	pag.182. col.2

EX LIBRO SEXTO DECETALIVM
TIT. DE HAERETICIS.

		GLO. Ordinaria.	GLO. Archidiacon.
c.1. Quoniam.	pag.104. col.1	pag.183. col.1	pag.192. col.1
c.2. Quicunque.	pag.104. col.1	pag.183. col.1	pag.193. col.1
c.3. Filij.	pag.104. col.2	pag.184. col.1	pag.196. col.2
c.4. Super eo.	pag.105. col.1	pag.184. col.1	pag.197. col.2
c.5. In fidei.	pag.105. col.1	pag.184. col.1	pag.198. col.1
c.6. Præfidentes.	pag.105. col.2	pag.184. col.2	pag.199. col.2
c.7. Cum contumacia.	pag.105. col.2	pag.184. col.2	pag.200. col.1
c.8. Accusatus.	pag.105. col.2	pag.185. col.1	pag.200. col.2
c.9. Statutum.	pag.106. col.2	pag.186. col.1	pag.204. col.1
c.10. Ne aliqui.	pag.106. col.2	pag.186. col.2	pag.204. col.1
c.11. Vt officium.	pag.107. col.1	pag.186. col.2	pag.204. col.2
c.12. Vt commissi.	pag.108. col.1	pag.187. col.2	pag.207. col.2
c.13. Contra Christianos.	pag.108. col.2	pag.188. col.1	pag.209. col.1
c.14. Decreuit.	pag.109. col.1	pag.188. col.2	pag.210. col.1
c.15. Statutum.	pag.109. col.2	pag.188. col.2	pag.210. col.2
c.16. Inquisitores.	pag.109. col.2	pag.189. col.1	pag.210. col.2
c.17. Per hoc.	pag.109. col.2	pag.189. col.2	pag.211. col.1
c.18. Vt inquisitionis.	pag.110. col.1	pag.190. col.1	pag.212. col.1
c.19. Cum secundum.	pag.110. col.2	pag.190. col.2	pag.213. col.1
c.20. Statuta quædam.	pag.111. col.1	pag.191. col.1	pag.214. col.2

EX CLEMENTINIS TIT. DE HAERETICIS.

		GLO. Ordinaria & Pauli de Leazaris.
c.1. Multorum.	pag.111. col.1	pag.215.219.220.
c.2. Nolentes.	pag.113. col.1	pag.219. col.1.
c.3. Ad nostrum.	pag.113. col.1	pag.220. col.2.

DECRE-

DECRETALES QVATVORDECIM
De diuersis titulis Decretalium, Sexti,
& Clementinarum.

Ex Clementinis tit. de vfuris.	pag.114. col.1
Ex Decretalibus tit. de purgatione canonica.	pag.114. col.1
Ex Decretal. tit. de præsumpt.	pag.116. col.2
Ex Decretal. tit. de pœnis.	pag.117. col.2
Ex Decretal. tit. de verb. signifi.	pag.118. col.2
Ex Decretal. tit. de officio & pot. iud. deleg.	pag.118. col.2
Ex Decretal. tit. de sent. excomm.	pag.118. col.2
Ex Decretal. tit. de test. & attestat.	pag.120. col.1
Ex Decretal. tit. de verb. signifi.	pag.120. col.1
Ex Clementinis tit. de verb. signifi.	pag.120. col.2
Ex Decretal. tit. de accus. inquisi. & denun.	pag.121. col.1
Ex lib. Sexto tit. de pœnis.	pag.122. col.2
Ex Decretal. tit. de dolo & contum.	pag.123. col.1
Ex Decretal. tit. de verb. signifi.	pag.124. col.1

EXTRA VAGANTES QVATVOR
Benedicti xj. & Ioan. xxij. Inquisitionis
officio congruentes

c.1. Ex eo. Bened. xj.	pag.125. col.1
c.3. Cum Mathæus. Ioan. xxij.	pag.125. col.2
c.2. Vas electionis. Ioan. xxij.	pag.126. col.1
Benedictus Deus. Bened. xj.	pag.127. col.1

LITTERÆ DECEM APOSTOLICAE
diuerforum Pontificum summorum in quibus magna & multa priuilegia Inquisitoribus conceduntur, & quamplura dubia ad inquisitionis officium pertinentia dissoluntur.

Præ cunctis. j. Vrba. iij.	pag.129. col.1
Præ cunctis. ij. Clem. iij.	pag.131. col.1
Ne inquisitionis. Vrba. iij.	pag.132. col.2
Vt negotium. Vrba. iij.	pag.132. col.2
Olim ex parte. Vrba. iij.	pag.133. col.1
Contultus fe. re. Vrba. iij.	pag.133. col.2
Nouerit vniuersitas. Alex. iij.	pag.135. col.2
Catholicæ fidei. Clem. iij.	pag.136. col.1
Cum negotium. Innoc. iij.	pag.136. col.2
Negotia catholicæ. Greg. xj.	pag.137. col.2

GLOSSA ORDINARIA super Decretal. Greg. ix. tit. de hereticis, continens capitula sexdecim, vt supra.

Glossa Henrici Cardinalis Hostienfis super eisdem Decretalib.

Glossa Ioan. Andreae super eisdem	à pag.143. v.1q.166
Glossa Ordinaria super Sexto Decretal. tit. de hereticis continens capita viginti, vt sup. à p. 183. v.1q.ue 192	à pag.143. v.1q.166
Glossa Guidonis de Bayso Archidiaconi Bononien. super iisdem capitib. Sexti Decret. à pag.192. v.1q.215	à pag.143. v.1q.166
Glossa Ordinaria super Clementinis tit. de hereticis c6	à pag.143. v.1q.166

à pag.215. v.1q.218
Glossa Pauli de Leazaris super cap. Multorum & versu. Illos.

EX CONCILIO Tarraconæ excerptra pro officio Inquisitionis hereticæ prauitatis. pag.220. col.1
De hereticis dogmatizantibus, relapsis in credentiam communicantibus cum hereticis, confessis sacerdoti & periturijs, quid sit agendum. pag.221. col.1
Formæ penitentiarum. pag.221. col.2

QVAESTIONES QVINQVAGINTA OCTO
de heretica prauitate, ad officium Inquisitionis pertinentes.

Quæstio 1. De nomine heretis.	pag.223. col.1
Quæstio 2. De propositione seu articulo heretico.	pag.223. col.2
Quæstio 3. Error heretis sit ne idè in iurè.	pag.223. col.2
Quæstio 4. De errorib. philosophorū priscorū.	pag.223. col.1
Quæstio 5. De erroribus ab ipso Christo condemnatis.	pag.224. col.2
Quæstio 6. De heresibus damnatis, relatis in Decretalibus & continet c. Quidam autem. 24. q.3. & c. Ego Berengarius. de consec. dist. 2	pag.225. col.2 & seq.
Quæstio 7. De heresibus damnatis in Decretalibus in Sexto. & in Clementinis.	pag.228. col.2
Quæstio 8. De heresibus danatis i. Extraua. p. 250. c.1. & seq.	pag.252. col.2
Quæstio 9. De heresibus à Rom. Pontifi. damnatis post mortem auctorum earum.	pag.252. col.1
Videlicet, Petri Ioannis.	pag.252. col.2
Michaelis de Cesena.	pag.254. col.1
Ioan. de Parma.	pag.254. col.1
Raymundi Lull.	pag.255. col.2

Quæstio 10. de heresibus ab Inquisitoribus Aragoniæ damnatis D. Papæ mandato.

Quæstio 11. De heresibus damnatis ab Inquisitoribus Aragoniæ sine expresso mandato Papæ.

Videlicet, Arnaldi de Villa noua.	pag.265. col.1
Petri Olerij & F. Bonanati heretici.	pag.265. col.2
Durandi de Baldach heretici.	pag.265. col.2
F. Bonanati Begardorū ducis in Cathalonia. 266. c.1	pag.266. col.1
Iacobi Iusti heretici.	pag.266. col.1
Berengarij.	pag.266. col.1
Nicolai de Calabria.	pag.266. col.2
Bartholomæi Ianouesij.	pag.266. col.2
F. Arnaldi Montanerij.	pag.267. col.1

Quæstio 12. De heresibus pseudoapostolorum in Lombardia.

Quæstio 13. De heresibus Manicheorum in Italia exortorum.

Quæstio 14. De heresibus Valdensium.

Quæstio 15. De heresibus Begardorum & Beguinorum

Extrauagans Ioa. xxij. de proprio & cõmuni.	pag.186. c.1
Extrauagans Ioa. xxij. Quia quorundam.	pag.186. c.2
Alia constitutio Ioa. xxij. Quia nonnunquã.	pag.187. c.2
Quæstio 16. de erroribus Henrici de Senis.	pag.291. c.1
Extrauagans Ioa. xxij. Gloriosã Ecclesiã.	pag.291. col.1
Extrauagans Ioa. xxij. Sãcta Romana. contra constitut. Ioa. xxij. cum responsionibus ad illa.	pag.295. c.1
Quæstio 17. De obiectis Fraticellorum.	pag.301. col.2
Quæstio 18. De erroribus Grecorum.	pag.301. col.2

Quæstio

Quæstio 19 De erroribus Tartarorum. pag. 305. col. 1
 Quæstio 20. De Turcarum. erroribus. pag. 305. col. 2
 Quæstio 21. De erroribus Saracenorum. pag. 306. col. 1
 Quæstio 22. De Iudæorum erroribus. pag. 307. col. 2
 Quæstio 23. De libris hereticis seu apochryphis. de quibus in Decretis. pag. 308. col. 2
 Quæstio 24. De libris damnatis in Decretal. p. 310. c. 2
 Quæstio 25. De libris dānatis in Extrauagan. p. 311. c. 1
 Quæstio 26. De libris damnatis a diuersis Rom. Pontificibus. pag. 311. col. 1
 Bulla Greg. Papæ xj. Conseruationi. qua condemnantur viginti volumina Raymundi Lull, & cetera eiusdem opera interduntur. pag. 311. col. 2
 Quæstio 27. De libris damnatis mandato speciali D. Pa. pæ. pag. 314. col. 1
 Quæstio 28. De libris damnatis ab Inquisitoribus Aragonie. pag. 316. col. 1
 Quæstio 29. De libris in Italia & Gallia dānatis. p. 317. col. 2
 Quæstio 30. De vi nominis, hereticus pag. 318. c. 1
 Quæstio 31. Quot modis in iure quis dicatur hereticus. pag. 318. col. 2
 Quæstio 32. Quis proprie & vere dicatur hereticus. p. 319. c. 1
 Quæstio 33. De hereticis tum manifestis, tum secretis. pag. 321. col. 2
 Quæstio 34. De hereticis affirmatiuis & negatiuis. p. 322. c. 1
 Quæstio 35. De causis ex quibus in genere aliqui dicantur heretici. pag. 325. col. 1
 Quæstio 36. De hereticis damnatis in toto iure canonico. pag. 325. col. 2
 Quæstio 37. De hereticis in iure ciuili notatis. p. 326. c. 1
 Quæstio 38. De hereticis in Ro. Curia & extra damnatis à Delegatis Papæ. pag. 328. col. 1

Quæstio 39. Qui dicendi sint hæresiarchæ. p. 328. col. 2
 Quæstio 40. De hereticis impenitentibus, penitentibus & relapsis. pag. 330. col. 2
 Quæstio 41. De blasphemis. pag. 332. col. 2
 Quæstio 42. De sortilegis & diuinatoribus. p. 333. c. 2
 Quæstio 43. De inuocantibus demones. p. 333. c. 1
 Extrauagans Ioan. xxij. Super illius. contra magos magicalque superstitiones. pag. 341. col. 2
 Quæstio 44. De Christianis transeuntibus, vel redeuntibus ad ritum Iudæorum. pag. 348. col. 1
 Extrauagans Nicolai iij. Turbato corde. Ibid. col. 2
 Quæstio 45. De Christianis transeuntibus ad sectā Saracenorum. pag. 351. col. 2
 Extrauagans Greg. xj. Admodum. pag. 351. col. 2
 Quæstio 46. De infidelibus, cōtra fidē Christianā delinquentibus, an iurisdictioni Inquisitorū subdātur. pag. 352. c. 2
 Decretum Papæ de consignando quodam Hebræo incarcerato Inquisitori. pag. 357. col. 2
 Quæstio 47. De excommunicatis animo pertinaci. per annum manentibus in excoicatione. pag. 359. c. 2
 Quæstio 48. De Schismaticis. pag. 362. col. 1
 Quæstio 49. De Apostatis. pag. 364. col. 2
 Quæstio 50. De credentibus hæreticorum. p. 366. col. 1
 Quæstio 51. De receptatoribus hæreticorum. p. 368. c. 2
 Quæstio 52. De defensoribus hæreticorum. p. 370. c. 1
 Quæstio 53. De fautoribus hæreticorum. pag. 371. c. 2
 Quæstio 54. De impeditoribus officij inquisitorij. p. 374. c. 2
 Quæstio 55. De suspectis de hæresi. pag. 376. col. 2
 Quæstio 56. De calibus vehementis suspitionis hæreticos in iure expressis. pag. 380. col. 2
 Quæstio 57. De diffamatis de hæresi. pag. 384. col. 1
 Quæstio 58. De relapsis. pag. 385. col. 2

TERTIA PARS DIRECTORII
EST DE PRACTICA OFFICII INQUISIT.

In qua hæc per ordinem continentur.

N Tertiam partem Directorij Inquisitorij Nicolai Eymerici præfatio & argumentum. pag. 389
DE MODO incipiendi processum in causa fidei. pag. 390
 Inquisitori de nouo instituto quod agendū. pag. 390. col. 1
Græcorum recessum ab Ecclesia Romana fuisse bonum. hæresis Ioannis de Parma. parte 2. quæst. 9.	pag. 254. col. 2. E pag. 253. col. 1. A
Græcos magis ambulare secundum spiritum quàm Latinos. error.	
Gregorium xi. qui doctrinam Raymundi Lull. ut hæreticam in multis articulis damnauit, tunc piter errasse. error xi. Lullistarum. par. 2. q. 9.	pag. 261. c. 1. B. C

H

Hæresi deserta ad Ecclesiam redeuntes non esse recipiendos. hæresis Luciferianorum. par. 2. quæst. 6.	pag. 245. col. 1. D pag. 260. col. 2. A
Hæreticos interficientes esse vitiosos, &c. error Raymundi Lull. parte 2. q. 9.	pag. 263. col. 1. E pag. 238. col. 2. E
Hæreses de se non esse dogmata hæreticorum Arii, Sabelij & ceterorum, nisi apud eum qui illa elegit animo pertinaci. Articulus damnatus. par. 2. q. 10.	
Hominem primum non dari. error Aristotelis. par. 2. q. 4.	pag. 240. col. 1. B
Hominis perfectionem totam & scientiam manare ab intelligentia vltima. hæresis Algazelis. parte 2. q. 4.	pag. 241. col. 1. B pag. 258. col. 1. E pag. 258. col. 2. A pag. 258. col. 2. B
Hominem per vires naturæ posse vitare omnia peccata, & adimplere omnia monita Prophetarum. error Rabbi Mosis. par. 2. q. 4.	
Hominem quantumuis peccatorem posse qua hora voluerit esse amicum Dei. Artic. 62. Raymundi. par. 2. q. 9.	pag. 258. col. 1. E pag. 258. col. 2. A pag. 258. col. 2. B
Hominem consequi posse virtutem pro sua voluntate. Artic. 65. Raymundi.	
Hominem posse habere de spe & charitate quantum voluerit. Artic. 69. Raym.	
Hominem per virtutes morales posse peruenire ad salutem, & habere tantam gloriam in paradiso, quantum voluerit. Artic. 70. eiusdem.	pag. 258. col. 1. B pag. 258. col. 2. D pag. 258. col. 2. E pag. 259. col. 2. E pag. 278. col. 2. C
Hominem peccare si non facit totum bonum quod potest. Artic. 73. Raymundi.	
Homines ferme omnes futuros saluos. Artic. 76. Raym. par. 2. q. 9.	
Homines omnes obligari ad matrimonium vel ad religionem. Artic. 91. Raym. par. 2. q. 9.	
Hominem damnare ad mortem nunquam licere. hæresis Valdensium. par. 2. q. 14.	
Hostia consecrata si cadat vel projiciatur in lutum, desinere in ea esse corpus Christi: Et si à mure aut bruto sumatur. Item	
Cum primum dentibus teritur. Articuli damnati. par. 2. q. 10.	pag. 263. c. 1. B. C
Humanum esse, nobilius esse quàm angelicum. Artic. 33. Raymundi. par. 2. q. 9.	pag. 257. col. 1. B
Humana natura si potuisset, repugnasset incarnationi Filij Dei. Artic. 36. eiusdem.	pag. 257. col. 1. C
Humanam Christi naturam Deo in omnibus bonis equari. hæresis Arnaldi. par. 2. q. 11.	pag. 265. col. 1. D

I

Imaginem primi parædis à Christo amotam fuisse. Dictum est S. Athanasij apte intelligendū. par. 2. q. 18.	pag. 303. col. 2. E
Immunditiam corporis, interiorum animi immunditiam patere. error Phariseorum. parte 2. quæst. 5.	pag. 242. col. 2. B pag. 249. col. 2. C
Impeccabilem reddi posse hominem in hac vita. hæresis Begardorum. par. 2. q. 7.	
Indulgentiam peccatorum nihil aliud impedire posse, quàm desperationem. Artic. 75. Raymundi. par. 2. q. 9.	pag. 258. col. 2. D pag. 278. col. 2. D
Indulgentias nullius valoris esse. hæresis Valdensium. par. 2. q. 14.	
Infidelium conuersionem qui totis viribus non procurat, errare, & esse sine charitate. Articulus 74. Raymundi. par. 2. q. 9.	pag. 258. col. 2. D pag. 242. col. 2. C pag. 263. col. 2. C
Inimicos odiosum esse. error Phariseorum. par. 2. q. 5.	pag. 259. col. 1. C
Inobedientem præceptis Dei vel Ecclesiæ censendum esse hæreticum. hæresis. par. 2. q. 10.	pag. 239. col. 2. B pag. 239. col. 2. B pag. 239. col. 2. B pag. 239. col. 2. C pag. 240. col. 1. A
Intellectum vnum esse in omnibus hominibus. error Auerois. par. 2. q. 4.	
Intelligentiam superiorem creare inferiorem. error Auicennæ. par. 2. q. 4.	
Intelligentias non esse prauitatis & malitiæ capaces. error Auicennæ. par. 2. q. 4.	
Intelligentias tot esse, quot orbes cælestes. error Auerois & Arist. par. 2. q. 4.	
Intelligentias esse tantum decem. error Algazelis. par. 2. q. 4.	
Intelligen-	

Index completens

Intelligentiam vltimam preesse omnibus inferioribus rebus. error Algazelis. parte 2. q. 4. pag. 246. col. 1. A
 Intellectualem naturam esse naturaliter in seipsa beatam. heresis Begardorum. par. 2. q. 7. pag. 249. col. 2. D
 Ioachim abbatis doctrinam excellere doctrinam Christi. heresis Ioannis de Parma. parte 2. quæstione nona. pag. 254. col. 2. A
 Ioannem xxij. factum fuisse hereticum in condendo constitutionem, Quorundam. Begardorū error 14. parte 2. q. 15. pag. 282. col. 2. D
 Iudicij die non comparituros omnes homines ante Christum vt reddāt rationem, &c. heresis. parte 2. q. 8. pag. 251. col. 2. D
 Iudæ desperationem tantum placuisse Christo, quantum Petri cōtritionē. heresis. par. 2. q. 10. pag. 263. col. 2. C
 Iudæos in iudaismo perseuerantes liberandos, &c. error Ioannis de Parma. par. 2. q. 9. pag. 254. col. 2. C
 Iurare nunquam licitum esse. heresis Begardorum & Valdensium. par. 2. q. 8. pag. 250. col. 2. E
 Et parte secunda, q. 14. pag. 278. col. 2. C
 Et parte secunda, q. 16. pag. 291. col. 2. C
 Iustificacionem hominis per circuncisionem & opera legis fieri. error Iudæorum. par. 2. q. 2. pag. 308. col. 1. A

L

Laicos non teneri aliquem articulum explicite credere. heresis. par. 2. q. 10. pag. 263. col. 2. B
 Laicos tam viros, quam mulieres, qui sint de secta ipsorum, posse cōfiteri, & cōfessiones audire. heresis Valdensium. par. 2. q. 14. pag. 278. col. 2. C. D. E
 Legem veterem cum Euangelio debere seruari. heresis Hebionitarum. par. 2. q. 6. pag. 244. col. 2. C
 Liberum arbitrium hominis suis viribus posse diuina mandata implere. heresis Pelagij. parte 2. q. 6. pag. 245. col. 2. B
 Libidini plene satisfaciendum esse, cum stimuli carnis infestant. heresis Valdensium. par. 2. q. 14. pag. 279. col. 1. B
 Lotiones corporis munditiam à peccatis inducere. error Phariseorum. par. 2. q. 5. pag. 242. col. 2. B
 Et Sarracenorum. par. 2. q. 21. pag. 306. col. 2. A
 Lullistas per doctrinam Raymundi reducturos alios ad fidem catholicam. error 6. Lullistarū. par. 2. q. 9. pag. 261. col. 1. A

M

Mala in mundo prouenire de necessitate materiæ. error Algazelis. par. 2. q. 4. pag. 240. col. 1. A
 Mali esse naturam quandam, & Deum malum. heresis Manichæorum. par. 2. q. 6. pag. 244. col. 2. A
 Mala tantum placere Deo, quantum bona. heresis. par. 2. q. 10. pag. 263. col. 2. C
 Mandata Dei ab homine posse per solas vires naturæ impleri. heresis Pelagij. par. 2. q. 6. pag. 245. col. 2. B
 Mahometis sectam esse æque catholicam, atque Christi fidem. heresis. par. 2. q. 21. pag. 264. col. 1. A
 Mahometem fuisse sanctum Dei prophetam. error Sarracenorum. par. 2. q. 21. pag. 306. col. 2. A
 Mare vbi nunc est, aliquando fuisse siccum, & contra propter motus æternitatis. error Aristotelis. parte 2. q. 4. nu. 10. pag. 238. col. 2. D
 Mariam sanctissimā post Christi ortum Ioseph fuisse commixtam. heresis Antidicomaritarū & Heluidij. par. 2. q. 6. nu. 46. & 57. pag. 245. col. 1. B. E
 Mariam non Dei, sed Christi vel hominis tantum matrem dicendam. heresis Nestorij. parte 2. quæst. 6. nu. 64. pag. 245. col. 2. B
 Mariam Virginem esse bonam per naturam, & habere proprietatē per seipsam faciendi bonum. Articulus 51. Raymundi. par. 2. q. 9. pag. 257. col. 2. E
 Mariam relaxare culpas, & peccata, & donare virtutes & merita, fidem, spem & charitatē. Articulus 52. Raymundi. pag. 257. col. 2. E
 Mariæ voluntatem fuisse contra iustitiam, stultā & inobedientem, quia non dilexit filij sui mortem. Artic. 53. Raymundi. pag. 258. col. 1. A
 Mariam Virginem nec profecisse, nec proficere potuisse in gratia: nec aliquid gratiæ in die Pēte costes consecutam. Artic. damn. par. 2. q. 10. pag. 263. col. 1. C
 Mariam non fuisse mulierem & veram matrem Christi. heresis Manichæorum recentiorum. par. 2. q. 13. pag. 274. col. 2. A
 Martyrij desiderio licere se ipsos occidere. heresis Circuncellionum. par. 2. q. 6. nu. 53. pag. 245. col. 1. C
 Materiam necessario requiri in omni factione noua. error Auicennæ. par. 2. q. 4. pag. 239. col. 1. D
 Materiam non fuisse à Deo conditam. heresis Hermogenianorum. par. 2. q. 6. pag. 244. col. 2. A
 Matrimonium esse malum & illicitum. heresis Durandi de Baldach. par. 2. q. 11. pag. 265. col. 2. E
 Matrimonij & virginitatis nullam esse distantiam. heresis Iouinianistarum. par. 2. q. 6. pag. 245. col. 1. E
 Mentem esse Deum, opinio fuit Melissi, & Varronis. par. 2. q. 4. pag. 238. col. 1. E
 Mentiri licere contra proprium iuramentum, & sectam suam quantum possunt occultare. heresis Pseudoapostolorum. parte 2. q. 12. pag. 270. col. 1. B
 Et Valdensium. par. 2. q. 14. pag. 278. col. 2. C
 Messiam verum in lege promissum nondum venisse. error Iudæorum. par. 2. q. 22. pag. 308. col. 1. A

Misericor-

Hæreses & errores.

Misericordiæ opus magis placere Deo quam sacrificium altaris. error Arnaldi. par. 2. q. 11. pag. 265. col. 2. B
 Missas post mortem celebrari curantes non facere opus charitatis. error Arnaldi. par. 2. q. 11. pag. 265. col. 2. B
 Missæ sacrificio nihil ab homine de suo offerri, ne propriam quidem voluntatem. propositio Arnaldi. pag. 265. col. 2. C
 Missæ sacrificio Deum opere non laudari, sed ore tantum. error Arnaldi. pag. 265. col. 2. C
 Motum & tempus nunquam incepisse, & in æternum duraturum. Aristotelis, & aliorum multorum error fuit, parte secunda, quæstione quarta. pag. 238. col. 2. B
 Mulieris osculum esse mortale peccatum, non autem concubitum cum ea. heresis Begardorū, parte secunda, quæstione septima. pag. 249. col. 1. E
 Mulierem nunquam esse ab homine tangendam. heresis Manichæorum, parte 2. q. 13. pag. 274. col. 2. D
 Multitudinem esse non posse immediate ab vno. error Auicennæ. parte 2. q. 4. n. 3. pag. 239. col. 1. E
 Et Algazelis, eadem quæstione. pag. 239. col. 2. E
 Mundum nunquam incepisse, sed fuisse ab æterno. error Aristotelis & aliorum philosophorū. parte secunda, quæstione quarta. pag. 238. col. 2. C
 Mundum non regi diuina prouidentia. error philosophorum fuit, parte 2. q. 4. pag. 238. col. 2. A
 Mundi innoationem nullam futuram esse. error Rabbi Mosis. parte 2. q. 4. pag. 240. col. 2. E
 Mundum non à Deo, sed ab Angelis factum. heresis Menandri, parte secunda, q. 6. pag. 243. col. 2. C
 Mundum propter peccatum primi hominis fuisse corruptum etiam quantum ad Angelos. Articulus 55. Raymundi, parte secunda, quæstione nona. pag. 238. col. 1. A. B
 Mundi finem futurum anno Domini 1335. error Arnaldi, parte secunda, q. 11. pag. 265. col. 2. D

N

Necessario euenire cuncta, vt nihil sperandum sit aut timendum. error Alchindi, parte 2. quæstione quarta. pag. 240. col. 1. D
 Negantes Deum ore tantum metu suppliciorum, non peccare. heresis. par. 2. q. 10. pag. 263. col. 2. B
 Noctis vigiliis culpandas esse. heresis Nyctag, parte secunda, q. 6. pag. 245. col. 2. B
 Nuditatem Adami imitandam. heresis Adamianorum. parte secunda, q. 6. pag. 244. col. 1. A
 Nudos simul iacere posse in eodem lecto, & se mutuo tagere in quavis parte, & deosculari absque peccato quemlibet virum & mulierem. heresis Dulcini & Pseudoapostolorum, parte secunda, quæstione duodecima. pag. 270. col. 1. A

O

Obedientiam se nulli hominum debere, nec etiam Romano Pontifici. heresis Pseudoapostolorum, parte secunda, quæstione duodecima. pag. 269. col. 2. B
 Occidere hominem etiam via iuris nunquam licere. heresis Valdensium, par. 2. q. 14. pag. 278. col. 2. C
 Orationes, elemosinas, & huiusmodi sub ordine naturæ comprehendendi. error Auicennæ parte secunda, quæstione quarta. pag. 239. col. 2. D
 Orationes ad Deum effusas naturali quadam vi verborum & desiderij humani efficaces esse. error Alchindi. ibi. pag. 240. col. 1. D
 Orantem Deum sine charitate facere graue malum. Articulus 63. Raymundi. par. 2. q. 9. pag. 258. col. 1. E
 Orationes & suffragia, que fiunt pro defunctis nihil eis prodesse. heresis Valdensium, parte 2. quæstione decimaquarta. pag. 279. col. 1. A
 Orationes nullas dicendas præter orationem Dominicam, Pater noster. heresis Valdensium. pag. 279. col. 1. C
 Ordine alio quocunque deserto transiri posse licite ad eorum ordinem. error 7. Pseudoapostolorum, parte secunda, q. 12. pag. 269. col. 2. B
 Ordines religiosorum sacerdotum & prælatorum esse ad detrimentū fidei. heresis Pseudoapostolorum, parte secunda, quæstione duodecima. pag. 269. col. 2. E
 Oua, carnes & caseum nunquam comedenda. heresis Manichæorum. par. 2. q. 13. error, 12. pag. 274. col. 2. B

P

Panem solum & caseum Deo esse offerendum. heresis Artotyritarum, par. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. C
 Papam esse vicarium Beati Petri. Articulus 54. Raymundi, par. 2. q. 9. pag. 258. col. 1. A
 Papales consultationes solum humanorum operum scientiam continere. error Arnaldi, parte secunda, quæstione vndecima. pag. 265. col. 2. C
 Papam non posse à peccatis absolueri, nisi esset par S. Petro in sanctitate. heresis Pseudoapostolorum, parte secunda, quæstione duodecima. pag. 269. col. 2. D
 Papam non posse eos excommunicare, nec eis quicquam præcipere. heresis Pseudoapostolorū. ibidem. pag. 269. col. 2. B
 Et Valdensium, parte secunda, quæstione decimaquarta. pag. 278. col. 2. B
 Papam & prælatos diuitias habentes non esse pastores Ecclesiæ, nec eis obediendum. heresis

Index completens

refis Valdensium, par. 2. q. 14.	pag. 279. col. 1. D
Papam non posse dispensare, vt aliquid in communi feruetur pro tempore futuro à fratribus Minoribus. Begardorum error 13. par. 2. q. 15.	pag. 282. col. 2. D
Papam esse minorem Antichristum præcursores maioris. Begardorum hæresis, par. 2. q. 15.	pag. 286. col. 1. A
Paruulos non posse regnum celorum habere. hæresis Hierachitarum, par. 2. q. 6.	pag. 244. col. 2. B
Pascha cum Iudæis obseruandum luna quartadecima. hæresis Teflarefcedecitarum. parte 2. q. 6.	pag. 245. col. 2. B
Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse vnum Deum, non distinctos in aliquo. Articulus 21. Raymundi, par. 2. q. 9.	pag. 256. col. 2. B
Paupertatem euangelicam requirere, vt nihil omnino habeatur. Begardorum error parte 2. q. 15.	pag. 282. col. 1. D. E
Paupertatis euangelicæ perfectionem imminuit habere aliquid in communi. Begardorum error tertius, eadem par. & q.	pag. 282. col. 1. E
Peccata omnia paria & æqualia esse. fuit error Stoicorum, par. 2. q. 4.	pag. 238. col. 1. D
Peccata omnia per vires naturæ vitari posse ab homine absque Dei auxilio. error Rabbi Mosis, par. 2. q. 4.	pag. 241. col. 1. B
Peccatorum veniam penitentibus non concedendam. hæresis Catharorum, par. 2. q. 6.	pag. 244. col. 1. E
Peccatum nullum imputari manentibus in fide. hæresis Aetij & Eunomiani, par. 2. q. 6.	pag. 244. col. 2. D
Peccata ex sua natura, vt supra & adulteria, fieri posse sine culpa, & c. hæresis Almarici, parte 2. q. 7.	pag. 249. col. 1. B
Peccatis obnoxium non habere ius in aliqua creatura. Articulus 57. Raym. par. 2. q. 9.	pag. 258. col. 1. B
Peccantem mortaliter vere & proprie hæreticum esse. hæresis, par. 2. q. 10.	pag. 263. col. 2. C
Peccantem, dum peccat, conformare suam voluntatem diuinæ voluntati. hæresis.	pag. 263. col. 2. C
Peccantibus Deum nunquam comminatum fuisse æternam damnationem, sed præbētibus malum exemplum. hæresis Arnaldi, par. 2. q. 11. error. 14.	pag. 265. col. 2. D
Perfectionis gradum tam eminentem acquiri hic ab hominibus posse, vt ulterius progredi non possit, & reddatur impeccabilis. hæresis Begardorum, par. 2. q. 7.	pag. 249. col. 2. C
Perfectionis huiusmodi gradum assecuto non esse opus ieiunare, vel orare. hæresis Begard.	Ibidem
Perfectionis præfatæ gradum cum quis adeptus fuerit, eum amplius non subijci præceptis humanis. hæresis Begardorum.	Ibidem D
Perfectione apostolis se pares esse. error 5. Pseudoapostolorum, par. 2. q. 12.	pag. 269. col. 2. A
Personam eandem esse Patrem, & Filium, ac Spiritum sanctum. hæresis Noeti & Sabelij, parte 2. q. 6.	pag. 244. col. 2. E
Personas diuinas vnum esse vnitatem collectiuam, non autem essentiam. hæresis Abbatis Ioachim, par. 2. q. 7.	pag. 248. col. 2. D
Personas diuinas non posse aliquid agere intrinsece vnā sine alijs. Artic. 23. Raymundi, parte 2. q. 9.	pag. 256. col. 2. C
Personas diuinas distinguere maiori distinctione, quæ possit esse. Artic. 25. eiusdem.	Ibidem
Petri Ioannis doctrinam totam esse veram, & catholicam. Begardorum error, par. 2. q. 15.	pag. 284. col. 2. B
Petrum Ioannem sanctum esse, & Doctoribus Ecclesiæ preferendum. Begard. error 37. 38.	pag. 284. col. 2. B
Petrum Ioannem verum dixisse, cum asseruit, quod Christus viuebat, quando vnus militum lancea latus eius aperuit. hæresis Begardorum.	Ibidem C
Petri Ioannis doctrinam rejicientes esse hæreticos. Begardorum error. 41. 42.	pag. 284. col. 2. E
Philosophiæ studium condemnandum. error Arnaldi, par. 2. q. 11.	pag. 265. col. 2. A
Penitentiam veram esse in se transferre. hæresis Manichæorum, par. 2. q. 13.	pag. 274. col. 1. D
Potestatem à Christo datam Petro in se translata. hæresis Pseudoapostolorum, par. 2. q. 12.	pag. 269. col. 1. E
Præceptum nullum impleri posse in hac vita. hæresis, par. 2. q. 10.	pag. 263. col. 2. D
Prædicatores ultimi status mundi, futuros auctoritate & dignitate maiores, quam prædicatores primitiui Ecclesiæ. Assertio temeraria Ioannis de Parma, par. 2. q. 9.	pag. 255. col. 2. B
Principium primum efficere non posse immediate multitudinem. error Auicennæ, par. 2. q. 4.	pag. 239. col. 1. E
Prophetiam esse naturalem, & ab vltima intelligentia proficisci. error Auicennæ, par. 2. q. 4. Et Algazelis ibidem. nu. 16.	pag. 239. col. 2. C
Prophetiam esse naturalem, & ab vltima intelligentia proficisci. error Auicennæ, par. 2. q. 4. Et Algazelis ibidem. nu. 16.	pag. 240. col. 1. C
Prophetiam gratiam ex hominum dispositione naturali dari. error Rabbi Mosis. ibidem.	pag. 241. col. 1. A
Proprium quicquam nemini habere licere. hæresis Apostolicorum, par. 2. q. 6.	pag. 244. col. 1. B
Prouidentiæ diuinæ non subdi hæc inferiora. error Auerrois, par. 2. q. 4.	pag. 239. col. 1. C
Prouidentiæ diuinæ non subijci singularia, sed species. error Rabbi Mosis, par. 2. q. 4. n. 8.	pag. 241. col. 1. A
Proximum à nobis amari debere quantum nos ipsos. Artic. Raymundi, par. 2. q. 9.	pag. 258. col. 2. E
Purgatorium post hanc vitam non dari. hæresis Valdensium, par. 2. q. 14.	pag. 279. col. 1. A

R

Raymundi Lull doctrinam per reuelationem Christi fuisse. error Lullistarum, par. 2. q. 9.	p. 260. col. 2. E
Raymundi doctrinam omnium aliorum doctrinam excellere. error 2. Lullistarum.	p. 260. col. 2. E
Raymundi	

Hæreses & errores.

Raymundi doctrinam solam perpetuo duraturam, & c. error 5. Lullistarum.	pag. 261. col. 1. A
Regimen Ecclesiæ committendum in tertio statu mundi aliquibus de ordine Monachorum. assertio temeraria Ioannis de Parma, par. 2. q. 9.	pag. 255. col. 2. A
Religiosos non teneri se morti exponere pro defensione fidei. error Ioannis de Parma, parte 2. q. 9.	pag. 255. col. 1. A
Religiones omnes tempore Antichristi destructas iri, excepto ordine S. Francisci. Beguinorum error, par. 2. q. 15.	pag. 285. col. 1. E
Rerum generationem ex atomis fieri. opinio quorundam philosophorum fuit, par. 2. q. 4.	pag. 238. col. 2. A
Resurrectionem mortuorum esse impossibilem. error Aristotelis, par. 2. q. 4.	pag. 238. col. 2. D
Resurrectionem mortuorum esse futuram negabant Sadducæi, par. 2. q. 5.	pag. 242. col. 2. C
Et Manichæi, parte 2. q. 13.	pag. 274. col. 2. B
Reuelationem factam Cyrillo præferendam scripturis sacris. error Arnaldi, par. 2. q. 11.	pag. 265. col. 2. B
Romanam Ecclesiam esse meretricem magnam, Babylonem, & Synagogam satanæ. hæresis Petri Ioannis, parte 2. q. 9.	pag. 253. col. 1. C. D
Romanam Ecclesiam rejiciendam esse, sicut reiecta fuit Synagoga. Beguinorum error, parte 2. q. 15.	pag. 285. col. 1. B
Romanum Pontificem esse mysticum Antichristum. hæresis eiusdem.	pag. 285. col. 2. E
Romanum Pontificem habere intelligentiam litteralem tantum Euangelij, & non spirituale. error Ioannis de Parma, par. 2. q. 9.	pag. 254. col. 2. D
Romanæ Ecclesiæ prælatos omnes esse præuicarios & seductores, & c. error 12. Pseudoapostolorum, par. 2. q. 12.	pag. 269. col. 2. D
Romano Pontifici se non esse subiectos. hæresis Valdensium, par. 2. q. 14.	pag. 278. col. 2. B

S

Sacerdotes & alios Ecclesiæ ministros, qui non sunt suæ sectæ, carere potestate tam ordinis, quam iurisdictionis. hæresis Begardorum, par. 2. q. 8.	pag. 250. col. 2. D
Et par. secunda, quæstione sextadecima.	pag. 291. col. 2. A
Sacerdotes rite ordinatos non posse conficere aut conferre sacramenta, si sint in peccato mortali. hæresis Begardorum, par. 2. q. 8.	pag. 250. col. 2. E
Et Valdensium, parte 2. q. 14.	pag. 278. col. 2. D
Sacramenta nouæ legis vsque ad Almarici tempus durasse, & non ultra. hæresis Almarici, parte 2. q. 7.	pag. 249. col. 1. A
Sacramenta nostra vana esse atque inania. hæresis Manichæorum nouorum, par. 2. q. 13.	pag. 274. col. 1. B
Sacrificia Deo oblata vi sua naturali esse efficacia ad effectus, pro quibus fiunt. error Alchindi, parte 2. q. 4.	pag. 240. col. 2. A
Sanguinem Christi in Cruce fufum seiunctum fuisse à diuinitate. hæresis damnata, parte 2. q. 10.	pag. 262. col. 2. E
Saluari neminem posse qui non sit de secta ipsorum. hæresis Pseudoapostolorum, parte secunda, q. 12.	pag. 269. col. 2. C
Saluari neminem posse, qui Romanæ Ecclesiæ fidem profiteatur. hæresis Manichæorum, parte 2. q. 13.	pag. 274. col. 1. D. E
Sanctos in celo non orare pro nobis, nec eorum imploranda esse suffragia. hæresis Valdensium, parte 2. q. 14.	pag. 279. col. 1. A. B
Sanctorum in honorem non debere dies festos celebrari. hæresis Valdensium.	pag. 279. col. 1. B
Sanctorum miracula reprobanda, tanquam fictitia. hæresis Valdensium.	pag. 279. col. 1. B
Schismaticos esse Apostolos, & omnes Beatos. hæresis par. 2. q. 10.	pag. 264. col. 1. A
Schismaticum esse, perfectius esse, quam esse catholicum. hæresis.	pag. 264. col. 1. A
Seraphim docente Paulo aliqua didicisse, verba sunt Cyrilli caute intelligenda. par. 2. q. 18.	pag. 304. col. 1. A
Serpentem esse veneratione dignum, & c. hæresis Ophitarum, par. 2. q. 6.	pag. 243. col. 2. E
Seth Adami filium esse. D. N. Iesum Christum, hæresis Sethianorum, par. 2. q. 6. n. 16.	pag. 244. col. 1. B
Spiritus sancti gratiam emi pecunia posse. hæresis Simonis Magi, par. 2. q. 6.	pag. 243. col. 2. B
Spiritus sancti aduentum non in apostolos, sed in se factum. hæresis Cataphryg.	pag. 244. col. 1. D
Spiritum sanctum non esse Deum. hæresis Macedonij, par. 2. q. 6.	pag. 245. col. 1. A
Spiritum sanctum Patre Filioque minorem. hæresis Donatistarum, par. 2. q. 6.	pag. 245. col. 1. C
Spiritus sancti gratiam adeo vigisse tempore Almarici, vt sine actu quocunque exteriori saluari quilibet posset. hæresis Almarici, par. 2. q. 7.	pag. 249. col. 1. A
Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio tanquam à duobus principijs. hæresis parte secunda, q. 7.	pag. 249. col. 1. D. E
Spiritum sanctum aliquid recipere ab Ecclesia, sicut Christus in quantum homo accepit à Spiritu sancto hæresis Ioannis de Parma, par. 2. q. 9. error. 18.	pag. 255. col. 1. C
Spiritum sanctum assumpturum esse carnem humanam. hæresis Nicolai de Calabria, parte secunda, q. 11.	pag. 266. col. 2. C
Spiritum	

Spiritum sanctum à solo Patre procedere, & non à Filio. hæresis fuit Græcorum, par. 2. q. 18.	pag. 303. col. 2. B
Spiritum sanctum { Esse imaginem & verbum Filij, { Esse in medio Patris, & Filij, { Operari per Filium, { Non misisse Filium, { Nomine Christi intelligi. Assertionem sunt quorundam Sanctorum Græcorum minus limitatæ, par. 2. q. 18.	p. 303. col. 2. D. E
Statum quendam tertium mundi futurum, in quo omnia præcedentia refutabuntur. error Ioannis de Parma, par. 2. q. 9.	pag. 255. col. 1. C
Statum perfectiorem, qui sit in Ecclesia Dei, esse statum fratrum Minorum. Begardorum error 19. par. 2. q. 15.	pag. 283. col. 1. C
T	
Testamentum vetus esse reiiciendum. hæresis Seuerianorum, par. 2. q. 6.	pag. 244. col. 1. D
Testamentum nouum euacuatum iri nec duraturum esse ultra annum Christi 1260. hæresis Ioannis de Parma, par. 2. q. 9.	pag. 254. col. 2. B
Traditiones & ordinationes humanas esse mandatis diuinis præferendas. error Phariseorum, par. 2. q. 5.	pag. 242. col. 2. A
Trinitatem diuinam personarum negat & irridet Rabbi Moses, par. 2. q. 4.	pag. 240. col. 2. C
V	
Valdenses viros & mulieres nullo sacro ordine insignitos posse confessiones audire, & c. hæresis ipsorum est, parte 2. q. 14.	pag. 278. c. 2. E & 279. col. 1. A
Variabile nullum esse posse à Deo immediate. error Auicennæ par. 2. q. 4. n. 3.	pag. 239. col. 1. D
Venerorum ac ciborum usum in paradiso futurum esse. error Sarracenorum. par. 2. q. 21.	pag. 306. col. 2. A
Verbum in diuinis ac spiritum sumi tantum essentialiter, & non personaliter. error Rabbi Moyses, par. 2. q. 4.	p. 240. col. 2. D. E
Verbum non esse Deum. hæresis Alogiorum, par. 2. q. 6.	pag. 244. col. 1. D
Verbum in Christo est anima, & conuertitur cum anima. Artic. 43. Raym. par. 2. q. 9.	pag. 257. col. 2. A
Verbum mediante anima Christi comprehendit, & non immediate. Artic. 44. Raym. Ibi.	p. 257. col. 2. A. B
Viduas, si nupserint, vt adulteras habendas. hæresis Catharorum, par. 2. q. 6.	pag. 244. col. 1. E
Vini potum illicitum esse. hæresis Seueri, par. 2. q. 6.	pag. 244. col. 1. D
Virtutem nullam haberi posse sine charitate. Artic. 77. Raym. Lull, par. 2. q. 9.	pag. 258. col. 2. E
Virtutum actibus intendere, esse hominis imperfecti. hæresis Begardorum, par. 2. q. 7.	pag. 249. col. 2. E
Visionem Dei, quam habent beati, non esse visionem intuitiuam & facialem. hæresis. par. 2. q. 8.	p. 251. col. 1. C
Visionem Dei facialem, quam habeat beati, non duraturam perpetuo. hæresis. par. 2. q. 8.	pag. 251. col. 2. A
Vitam actiuam non esse modo fructuosam. error Ioannis de Parma, par. 2. q. 9.	pag. 255. col. 1. B
Vitam æternam sine charitate obtineri posse. hæresis, par. 2. q. 10.	pag. 263. col. 2. D
Vitam sine voto perfectiorem esse, quam viuere cum voto. error 17. Pseudoapostolorum, par. 2. q. 10.	pag. 270. col. 1. A
Voluntatem hominis nunquam de facto à Deo immutari. error Rabbi Moyses. par. 2. q. 4.	pag. 241. col. 1. B
Vsuram exercere non esse peccatum. hæresis, par. 2. q. 7.	pag. 249. col. 2. B
Vxorem dimittere licere, etiam præter causam fornicationis. error Phariseorum. par. 2. q. 5.	pag. 241. col. 2. B
Vxorem ita dimissam posse alij nubere. error Phariseorum, Ibi.	pag. 242. col. 2. B
Vxorem alterius, eo viuente sibi in coniugem accipere, licitum esse. error Herodianorum. par. 2. q. 5.	pag. 242. col. 2. D
Vxores haberi posse communes. hæresis, Nicolaitarum, par. 2. q. 6.	pag. 253. col. 2. C

F I N I S.



EPISTOLA



EPISTOLA IN LIBRVM
 VOCATVM DIRECTORIUM
 INQUISTORIUM

COMPILATVM PER FRATREM NICOLAVM
 EYMERICI, ordinis Fratrum Prædicatorum Sacræ
 Theologiæ Magistrum Capellanum
 domini nostri Papæ,

*Ac in terris Domini Regis Aragoniæ Inquistorem
 hæreticæ prauitatis..*



NRATER Nicolaus Eimerici Ordinis Fratrum Prædicatorum sacre Theologiæ Magister, indignus sanctissimi domini nostri Papæ Capellanus, ac Inquistor hæreticæ prauitatis in omnibus regnis & terris Serenissimi Principis domini Regis Aragonum ditioni subiectis, à Sancta sede Apostolica specialiter delegatus, Venerabilibus patribus, fratribus eiusdem ordinis in Christi visceribus prædilectis vniuersis & singulis Commissariis, Vicariis nostris in terris & regnis præfatis ad peragenda sancta fidei negotia destinatis,

Salutem, & prauitatis hæreticæ labem feruenti spiritu extirpare.



NE pia sanctæ inquisitionis negotia coetui fidelium quamplurimum necessaria ad damnatam extirpandam detestabilem hæreticam prauitatem, atque ad approbatam complantandam irrefragabilem catholicam veritatem per nos Inquistorem vestris paternitatibus venerandis commissa, auctoritate Apostolica præfata exequenda, propter summorum Pontificum canonum, catholicorum Imperatorum legum, vtrorumque extrauagantium, constitutionum istorum & illorum, apparatusum, & glossarum, Apostolicarum litterarum, ceterorum dominorum tam spiritualium, quam temporalium priuilegiorum & indultorum, ac sedis Apostolicæ legatorum, ipsiusque Ecclesiæ prælatorum prouincialium ad Inquistores labis eiusdem consiliorum, ceterorumque omnium librorum aliorum necessariorum, hinc inde dispersorum pro exequendo præfato fidei negotio, penuriam & defectum, contingat aliquatenus impediri, seu potius retardari aut (quod absit) vestras paternitates in inquisitionibus faciendis, processibus conficiendis, pænitentis imponendis, sententijs proferendis, ceterisque dependentibus, contingentibus, emergentibus ex eisdem, in prosecutione tanti & tam memorati ardui fidei negotij oberrare. Et ne verberem florentemque Ecclesiam, vineam inquam Domini sabaoth, quam summi patris dextera complatuit, quam eiusdem patris filius proprii ac viuifici vnda cruoris vberius irrigauit; quâ ipse almus spiritus paraclitus miris ineffabilibusq. donis intimius

† Institutum auctoris in hoc opere conficiendo.

A fecundauit


foecundauit; quam tota ipsa incomprehensibilis atque inattingibilis Trinitas beata grandissimis variisque priuilegijs sanctius dotauit pariter & ditauit: Aper de sylua, qui est, & dicitur haereticus quilibet, absorbeat & depascat, fructus fidei vberes deuaustando, ac lacerantes, heresum vepres palmitibus inserendo: Serpensque tortuosus, nostri improbus humani generis inimicus effians virus; qui est Satanas & Diabolus; eiusdem uinæ Dominicæ palmites inficiat, in fructus uirus prauitatis haereticæ immittendo: Ne etiam in agro ipso Dominico, qui est populus catholicus, ad quem excolendum pariter & ferendum descendit de summorum polorum arce Dei patris vnigenitus, atque primogenitus: seminauit miris sanctisq; prædicationibus: discurret per villas & castella, docens non sine magnis fatigationibus: elegit Apostolos, viros utique operarios industrios, ac conduxit ditans illos æternis retributionibus, expectans ipse Dei filius de agro isto, magno illo die iudicij extremo, vberes manipulos colligere, & per manus sanctorum angelorum recondere in cælesti horreo sancto suo: Samsonis vulpeculæ intricatæ; quæ sunt personæ labe haeretica deprauatæ; faciès habentes diuersas, sed caudas ignitas adinuicem colligatas, quia in vanitate flammis superbiæ conueniunt in idipsum, segetem Dominicam iam albam ad messem, splendoribus fidei relucentem, morsu amarissimo demoliantur, ac discursu subtilissimo peruaquentur, impetuque validissimo accedant, pariter & accendant, dissipent & deuaustent, sinceritatem sanctæ fidei catholicæ subtiliter & damnabiliter subuertendo: Ea propter, & vt Inquisitionis negotium contra haereticam prauitatem ad Dei gloriam & augmentum fidei orthodoxæ, in nostris temporibus vestrisque manibus de bono in melius prosperetur: Præfens opus nostrum nouiter concordatum, vtiliter compaginatum ex præfatis canonibus, legibus, constitutionibus, extrauagantibus, apparatibus, determinationibus, condemnationibus, prohibitionibus, approbationibus, confirmationibus, consultationibus, responsionibus, litteris Apostolicis, priuilegijs, indultis, consilijs, haereticorum sectis, varijsq; formulis litterarum commissionum, citationum, excommunicationum, absolutionum, cautionum, purgationum, condemnationum, sententiarum, relaxationum, & alijs Inquisitionis officio necessarijs, hinc inde collectis: vt altera Ruth de spicis hac illac disperfis post tergum metentium, manipulum constringentes compilauimus, edidimus, & consauimus: vestrisq; paternitatibus venerandis, ex causis ante fatis, tenore nostrarum litterarum præsentium, destinamus. Quæ quidem compilatio præfens in Partes tres (vt noueritis) est distincta. Nam in prima agitur de fide catholica, vt plantetur. In secunda de prauitate haeretica, vt vitetur. In tertia de officij practica, vt seruetur. Vos igitur, Patres mei charissimi, per omnia merito venerandi, ad exequenda fidei pia negotia auctoritate Apostolica destinati: obsecramus per viscera misericordiæ Dei nostri, quatenus præsentem compilationem deuote suscipiatis, ad illam mentis oculos conuertatis, in illa sedulius studeatis, illam vestris cordibus imprimatis, de illa & eius veritate firmiter confidatis: ab illa & eius sinceritate nullatenus discedatis: per illam vos in iudicialibus vestris actibus dirigatis: illam & theologis & iuristis vocatis per vos ad consilia, exponatis: Et secundum illam, & in ea contenta ad imponendas penitentias, ad inferendas & proferendas sententias procedatis, taliter in huiusmodi vos habentes, quod cedat ad Dei gloriam, & ad Diaboli ignominiam: ad fidei catholicæ exaltationem, & ad prauitatis haereticæ depressionem: ad Catholicorum honorem, & haereticorum ruborem: ad nostri ac vestri augmentum meriti, & ad laudem & exaltationem sanctissimi nominis Domini nostri Iesu Christi: cui est & sit laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Operis diuino.



PRIMA

PRIMA PARS DIRECTORII
OFFICII INQUISITIONIS
HAERETICAE PRAUITATIS, ET
EST DE FIDE CATHOLICA,
CVM COMMENTARIIS FRANCISCI REGNÆ
Sacræ Theologiæ & iuris vtriusque Doctoris.



De summa Trinitate & fide Catholica, de volumine
maiori Decretalium.

Innocentius III. in concilio generali †.
Tractat de Trinitate, & ipsius operibus: de fide, & articulis fidei.

C A P. I.

† Paulo post adificetur Beati Thomæ commentarius in hanc Decretalē & sequentem.



IRMITER † credimus, & simpliciter cōfitemur, q̄ vnus solus est verus Deus, æternus, immensus, & incommutabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis: Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed vna essentia, substantia seu natura, simplex omnino: Pater à nullo, Filius à patre solo, ac Spiritus sanctus pariter ab utroq; absq; initio, semper, ac sine fine: Pater generas, Filius nascens, & Spiritus sanctus procedens: cōsubstantiales, & cœquales, & cœomnipotentes, & cœterni, vnum vniuersorum principiu, creator omnium visibilium & inuisibilium, spirituum, & corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramq; de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus enim & alij Demones à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestionem peccauit. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta, primo per Moysen & sanctos Prophetas, aliosque famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tandem vnigenitus Dei filius Iesus Christus, à tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper virgine Spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex animarationabili & humana carne compositus, vna in duabus naturis persona, viã vitæ manifestus

demonstrauit. Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis & passibilis. Qui est pro salute humani generis, in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in cælum: sed descendit in anima, & resurrexit in carne: ascenditque pariter in vitroque: venturus in fine sæculi, iudicaturus uiuos & mortuos, & redditurus singulis scdm opera sua, tam reprobis q̄ electis: qui oēs cū suis proprijs resurgent corporibus, quæ nunc gestat, vt recipiat secundum opera sua, siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo poenam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam.

Tractatur hic de sacramentis ecclesiasticis.

Vna † vero est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus oino saluatur. In qua idem ipse sacerdos est sacrificiu Iesus Christus: cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina: vt ad perficiendum mysteriu vnitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utiq; sacramentum, nemo potest cōficere nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum clauis Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumq; successoribus Iesus Christus. Sacramentum vero baptismi (quod ad Dei inuocationem & indiuiduam Trinitatis, videlicet Patris & Filij & Spiritus sancti, consecratur in aqua) tam paruulis, q̄ adultis in forma Ecclesiæ à quocūq; rite collatum proficit ad salutem. Er si post susceptionem baptismi, quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potestatem semper penitentiam reparari. Non solum autem virgines & continentes, verum etiam coniugati per rectam fidem & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

† Cap. r. habito Romæ apud Lateranum, anno 1215.

† Vide extra uagantē notitiam octauæ incipientem. Vnam sanctam. & Turæ recrematam in summa de Ecclesia, lib. 1. cap. 6. ubi luculenter probat catholicæ Ecclesiæ vnitatem.

IDEM † IN EODEM.

† Idem, scilicet Innocentius iij. i. concilio generali Lateranensi. cap. 2.

Pater & Filius & Spiritus sanctus, vera unio, non collectiva seu similitudinaria sunt una essentia, substantia, seu natura: quæ substantia non est generans, nec genita, nec procedens: quia illi actus non attribuuntur substantiæ, sed personis: nec per hoc in Trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes, ut hæretici sunt censendi, nisi ab errore resipiscant, & correctioni Apostolicæ sedis se supponant.

C A P. II.

DAMNA MVS * ergo & reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum, de unitate, seu essentia Trinitatis, appellas ipsum hereticum & insanum: pro eo quod in suis dixit sententijs, quoniam quædam summa res est Pater & Filius & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedens: unde asserit quod ille non tam Trinitatē, quam quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam: manifeste protestans, quod nulla res est, quæ sit Pater & Filius & Spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura: quæuis concedat, quod Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt una essentia, una substantia, unaque natura. Verum unitatem huiusmodi, non veram & propriam, sed quasi collectivam & similitudinariam esse fateatur, quemadmodum dicuntur multi homines, vnus populus; & multi fideles, vna ecclesia, iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: & Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Item, Ille qui plantat, & qui rigat, vnum sunt: & Omnes vnū corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus, & populus tuus vnū sunt. Ad hanc autem suam sententiam astruendam, illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus, vt sint consummati in vnum. Non enim (vt ait) fideles Christi sunt vnum, id est, quædam vna res, quæ communis sit omnibus: sed hoc modo sunt vnum, id est, vna Ecclesia: propter catholicæ fidei unitatem: & tandem vnum regnum propter vnionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in canonica Ioannis Apostoli epistola legitur: Quia tres sūt qui testimonium dant in celo, Pater & Filius & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Statimque subiungitur: Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres vnum sunt: sicut in quibusdam codicibus inuenitur. Nos b autem sacro approbante concilio, credimus & confitemur cum Petro: quod vna quædam summa res est, incomprehensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres simul personæ, ac sigilla-

† lib. i. sent. dist. 5.

Act. 4.

1. Cor. 6.

1bid. 3. & 12.

3. Reg. 22.

Ioan. 17.

1. Ioan. 5.

atim quælibet earundem: & ideo † in Deo solūmodo trinitas est, non quaternitas: quia quælibet trium personarū est illa res, videlicet, substantia, essentia, seu natura diuina: quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud inueniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater qui generat: & Filius qui gignitur: & Spiritus sanctus qui procedit: vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius & Spiritus sanctus idem omnino: vt secundum orthodoxam & catholicam fidem confubstantiales esse credatur. Pater enim ab æterno filium generando, suam substantiam ei dedit: iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. Ac dici non potest, quod partem substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indiuisibilis sit: vt pote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioqui desisset esse substantia. Patet ergo, quod sine vlla diminutione Filius nascendo substantiam patris accepit: & ita Pater & Filius habent eandem substantiā: & sic eadem res est Pater & Filius, necnon & Spiritus sanctus ab vtroque procedens. Cum ergo Veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem: Volo (inquiens) vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro personis vero diuinis, vt attendatur identitatis vnitas in natura, quemadmodum alibi Veritas ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est: ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut Pater vester cælestis perfectus est perfectione naturæ: utraque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam vel doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel approbare præsumperit, tamquam hæreticus ab omnibus euitetur. In nullo tamen propter hoc Florensi monasterio (cuius ipse Ioachim extitit institutor) volumus derogari: quoniam ibi & regularis est institutio, & obseruantia salutaris: maxime cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, Apostolica sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quæ Romana tenet Ecclesia: quæ (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est & magistra. Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici, cuius mentem sic pater mendacii excæcauit, ut eius doctrina, non tam hæretica censenda sit, quam insana.

† al. & ideo in Deo solūmodo trinitas non quaternitas recipitur.

Ioan. 17.

Ioan. 17.

Matth. 54

COM-

COMMENTARIJS. I.

DAMNA MVS * ergo & reprobamus libellum, seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum. Ad intelligendam hanc decretalem, & glossamata in eam conscripta, breuiter historiam, cuius in eam mentio, recensebo. Petrus Lombardus, qui vulgo, sententiarū Magister dicitur, qui floruit circa annos Domini 1140. lib. 4. sententiarū dist. 5. iuxta catholicam veritatem asseruit, in diuinis, tres esse personas inuicem distinctas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, & naturam diuinam eis communem, quæ nec generet nec generetur, nec spirat nec spiratur. Contra hanc sententiam Abbas Ioachim monasterij Florensis, quod est in Calabria, vnde ille fuerat oriundus, libellum edidit anno. fere Domini 1195. docens essentiam diuinam generare & generari spiritum & spiritum, Petrumque Lombardum ob eandem opinionem hereticum appellauit. Huius Ioachim errorem Innocentius iij. Pont. Max. in generali concilio Lateranensi Romæ anno Domini 1179. ostendit, tanquam hæreticū condemnauit: sententiamque Petri Lombardi catholicæ fidei consonam comprobauit, ac tale quidem est decretalis argumentum. Nos autem sacro approbante concilio. Hæreticus retulit Ioachim errorem, & rationes, quibus ille vtatur: nunc catholicam veritatem explicat, & docet quō intelligendæ sint auctoritates, quæ Ioachim ad suum errorem asserendum inducebat multa in hunc locum traduntur à Theologis lib. 1. sent. dist. 5. quæ nos ideo omittimus, quia, vt presertim sumus, ad auctoris institutum non spectant. videro Melchiorum Canum lib. 12. c. 7. de locis Theologicis, vers. secunda præceptio. In nullo tamen propter hoc Florensi monasterio. Recte admonuit me Illustrissimus Iulius Antonius Sanctioris Cardinalis sanctæ Seuerinæ vnus ex Inquisitoribus generalibus in tota republica Christiana, in vulgatis codicibus hunc locum corrupte legi, ita: Florentino, cum legendum sit, Florensi, scriptores enim & impressores huius monasterij & ordinis ignari, quia scriptum inueniunt, Floren. hoc est, Florensi, corrupte extendentes distinctionem, legerunt, Florentino. Maxime cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, & c. dictans Epistolam, in qua firmiter confitetur, se illam tenere fidem, quam Romana tenet Ecclesia. Quæ hoc loco traduntur, paulo obscuriora sunt, quam vt facile percipi queant. vt ergo huic rescripto lux clarior afferatur, breuiter commemorare oportet quæ de protestatione & obedientia Ioachim erga Romanam Ecclesiam tanguntur. Rem itaque paulo altius repetentes sciendum est, Abbatē hunc Ioachim Theologia peritia claruisse temporibus Lucij iij. Pont. Max. ad annos Domini 1181. qui multa molitus est in scripturam sacram commentaria, ac presertim in Apocalypsim, extatque hodie Epistola Clementis Papæ iij. hortatoria ad Ioachim Abbatem, ut compleat expositionem in librum Apocalypsis, & opus concordie veteris & noui testamen-

Historia ad intelligendam decretalem enarrata.

ti inceptū iussu Lucij Papæ iij. & Urbani iij. eius successoris, quæ nunc legitur in eiusdem Abbatis libro concordie noui ac veteris testamenti impresso Venetijs anno 1519. in principio. At quia humana fragilitas sæpe homines nutare patitur, et à via veritatis longius deflectere, idem Ioachim in Petrum Lombardum, qui vera scripserat de processione & distinctione diuinarum personarū, inuictus est, sententiam falsam astruens, quam Innocentius iij. in generali concilio condemnauit. statuit tamen ne ob hanc particularis libri condemnationē eius monasterio derogaretur, quia protestatus fuerat Ioachim se tenere fidem Ecclesiæ, ea vero protestatio ita habet.

PROTESTATIO ABBATIS Ioachim.

Vniuersis, quibus litteræ istæ ostensæ fuerint, frater Ioachim dictus, Abbas de Flore, æternam in Domino salutem. Sicut ex litteris domini Papæ quondam Clementis, quæ apud nos sunt, percipi potest: ex mandato domini Papæ Lucij, & domini Papæ Urbani nifus sum aliqua scriptasse; & hucusque quod occurrat ad gloriā Dei scriptitare non desino. Denique libri Concordiæ quinque voluminibus comprehensum, expositionem Apoc. viij. partium titulis insignitum, Psalterium decè chordarum tribus voluminibus incisum, prout Deus melius inspirauit, & facultas ingenij affuit, ad consummationem conduxi: præter alia, quæ in paruis libellis, seu contra Iudæos, seu contra Catholicæ fidei aduersarios cōprehēdi: Et dū sum in hoc corpore præferuatus ad ædificationem fidelium Christi, & maxime monachorum, dare operam nō postpono. Quia vero pro angustia temporum nō potui hucusque opuscula ipsa, præter librum Cæcordiæ, Apostolico culmini præsentare, vt ab eo corrigere rentur; si qua ibi (quod non abnuo, etsi mihi conficius non lim) occurrerint corrigenda, & incertus est homini numerus dierum suorum, si me contigerit prius egredi ex hac luce, quæ possum scdm quod accepi in mandatis: siquidem ea cōditiōne suscepi dictanda, vt oēs quidem libros ei cui datum est omnimode magisterium, præsentarem: Rogo ex parte Dei omnipotentis Coabbates meos, & Priores, & ceteros fratres metuentes Deū, & ea qua posse videtur, auctoritate præcipio, quatenus præsens scriptum, aut exēplar habentes secū ac si pro testamento opuscula, quæ hæctenus cōfecisse videor; & si quid me de nouo vsq; ad diē obitus mei contigerit scriptitare, quamcūque poterint collecta omnia, relictis in salua custodia exemplaribus, Apostolico examini representent: recipientes ab eadem sede vice mea correctionē, & exponentes ei meam circa ipsam deuotionem & fidē; & quod ea semper paratus sim, quæ ipsa statuit, vel statuerit, obseruare: nullamque meam opinionem contra eius defendere sanctam fidē: credens ad integrū quæ ipsa credit; & tam in moribus, quam in doctrina suscipiens correctionē: abijciens quod ipsa abijcit, suscipiens quod suscipit.

pit ipsa; credens firmiter non posse portas inferi praevalere aduersus eam, etsi ad horam turbari & procellis agitari contingat, non deficere fidem eius vsque ad consummationem seculi.

Hoc scriptum feci ego Ioachim Abbas, & propria manu roboravi anno Dominice Incarnationis M C C. & sic me tenere confiteor, sicut in eo continetur.

Illud hic non omiserim, Honorium Papam iij. anno Domini 1221. declarasse, qd per huiusmodi condemnationem, de qua in d. c. damnatus. ipse Ioachim non hereticus, sed propter confessionem & protestationem prefatam catholicus reputetur. Item quod nullum preiudicium monasterijs & personis ordinis Florentis, cuius ipse exiit institutor, factu censeatur. Honorij autem declaratio, ex Regesto eiusdem in bibliotheca Vaticana, & bibliotheca inter Illustrissimi Iulij Antonij Sactorij Cardinalis sancti & Seuerini, qui nunc successor est eiusdem Abbatiss Ioachim in Abbatia, ita habet.

HONORIUS, &c. CYPRIANO Archiepiscopo, & Episcopo Bisiniacensi.

Ex parte dilectorum filiorum Abbatum, & conuentuum de ordine Floris tam capitis quam membrorum, fuit propositum coram nobis, qd is qui salutem hominum inuidet & quieti, occasione assumpta ex eo quod libellus, quem Abbas Ioachim contra bonam memorie magistrum Petrum Lombardum edidit, in generali fuit concilio condemnatus, contra eos nonnullos tam clericos, quam laicos, prelatos & subditos concitauit: qui ut ipsos ab otio contemplationis auertant, & funes extendentes in laqueum pedibus eorundem, ponant eis scandalum iuxta iter, ipsi obijciunt exprobrando: qd idem Abbas, qui pater, & institutor fuit ordinis eorundem, hereticus ab Ecclesia Dei habetur: Propter quod non solum simplices laici participes a consortio eiusdem ordinis auer-

† solido videtur legendum.

tuntur, sed etiam fortes, qui vti cibo solito didicerunt, & ad discretionem boni & mali exercitatae pro consuetudine habent sensus, circa instituta eiusdem ordinis incipiunt fluctuare. Licet igitur predictus libellus, siue tractatus condemnatus fuerit in concilio memorato; quia tamen idem Ioachim omnia scripta sua Romano mandauit Pontifici assignari, Apostolicę sedis iudicio approbanda; seu etiam corrigenda, dictas epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter est confessus, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, que disponente Domino cunctarum fidelium mater est & magistra fr. per Apost. Scrip. mandamus, quatenus per totam Calabriam faciatis publice nuntiari, qd eum vtrum catholicum reputamus, & regularem obseruantiam, quam instituit, salutarem. eos qui ordini memorato ex hoc detrudere, vel insultare presumpserint, mo. prem. sub. Apost. ob. castigates. Dat. Lateran. xij. kalen. Ian. anno v.

Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici. [Aliis Almarici, in Bononiensi Almarici, cuius sectato-

res beatus Thomas par. 1. q. 3. art. 8. Almarianos appellat: fuit autem Almaricus natione Gallus, patria Carnotensis, Lutetie Parisiorum Theologus & doctor creatus. floruit anno Domini 1204. de hoc multa Cesarus lib. 5. dialogorum, dif. 5. Huius errores damnati quoque sunt in generali Concilio Lateranensi 1215. ex chronico summorum Pontificum viginti errores huius Almarici colliguntur. Prateolus lib. 1. de sectis hereticorum, nouem eius hereses refert. Vincentius autem in speculo historiali lib. 30. c. 7. sex recenset hereses, quas refert Emericus p. 2. q. 7. n. 3. Hic Almaricus combustus traditur Lutetie anno Domini 1208.

At cum multę huius fuerint hereses, cur sumus Pontifex hic numero singulari dicit, se dogma eius condemnare, neq; enim vnum solum dogma profitebatur? Sed non refert, nam nomen dogmatis generale est, & omnem doctrinam complectens: perinde ergo est, ac si diceret Papa, se vniuersam eius doctrinam condemnare, quod satis illa indicat verba, que sequuntur, videlicet: vt eius doctrina, non ita heretica censenda sit, quam insana. cur autem insanam vocet, facile intuebitur, qui errores eius legerat, quorum nonnullos et recenset beatus Antoninus 4. p. tit. 11. c. 7. §. 2. versi. reprobat etiam. & Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 35.

Almaricus hereticus combustus.

DE SVMMIA TRINITATE ET fide catholica de lib. vj. Decretal.

GREGOR. X. IN GENERALI concilio Lugdunensi.

Spiritus sanctus eternaliter a patre & filio, tanquam ab vno principio, & vnica spiratione procedit. Ioan. And.

CAPITVLVM VNICVM.



IDELI* ac deuota professione fatemur, qd Spiritus sanctus eternaliter ex Patre, & Filio non tanquam ex duobus principijs, sed tanquam ex vno principio: non duabus spirationibus, sed vnica spiratione, procedit. Hoc professus est haecenus, predicauit & docuit: hoc firmiter tenet & predicat, profitemur & docet sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium, & magistra. hoc habet orthodoxorum patrum atq; doctorum Latinorum, pariter & Gręcorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis premisse veritatis ignorantiam, in errores varios sunt prolapsi: Nos huiusmodi erroribus via precludere cupientes, hoc sacro approbante concilio; damnamus & reprobamus omnes: qui negare presumpserint eternaliter Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere, siue etiam temerario ausu asserere, qd Spiritus sanctus ex Patre & Filio tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex uno procedat.

COM-

COMMENTARVIS II.

Spiritum sanctum a filio etiam procedere.

FIDELI ac deuota.] Celebris est decretalis contra errorem potissimum Gręcorum, qui negant Spiritum sanctum a filio quoque procedere. Tria autem sunt hic fidei dogmata, seu catholice conclusiones. Vna est, Spiritum sanctum pariter procedere a Patre & Filio.

Altera est, a Patre & Filio procedere tanquam ab vno principio.

Vltima est, hanc processionem vnica spiratione, non duabus fieri.

Edictum est hoc decretum in generali Concilio Lugdunensi, sub Greg. x. celebrato anno Domini 1274.

Quantum ad primam assertionem attinet, olim a Nestorianis introductum fuit, Spiritum sanctum non procedere a Filio; quem errorem Theodoricus Nestorianus & plures eius sectatores (inter quos etiam dicitur fuisse Damascenus, vt scribit beatus Thomas par. 1. q. 36. ar. 2. ad 3. argumentum.)uebantur. hunc errorem fere vniuersi Gręci postea imbibentes adhuc tenaciter defendunt. fuit autem damnatus iam olim in concilio Ephesino, sub Celestino Papa primo circa annos Domini 428. in quo ita scriptum est: Quamuis enim in sua lit. substantia Spiritus eius, & intelligatur in persona proprietate, iuxta id quod Spiritus est, & non Filius; attamen alienus ab illo non est, nam spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est: vnde & ab eo similiter, sicut ex Deo patre procedit. hec ibi. quem etiam articulum multis post seculis adstruxit contra Gręcos synodus octaua, vt alibi dictum est: & tenent communiter omnes Patres tam Gręci quam Latini, vt mox dicturis sumus.

Que ad secundam catholicam conclusionem attinent, videlicet, Patrem & Filium vnum esse principium, a quo Spiritus sanctus procedat, idem illi vno ore fatentur, qui cum catholicis fatentur a Filio etiam procedere: quod in primis demonstrat sanctus Augustinus lib. 7. de trinitate. & efficaciter sanctus Thomas par. 1. q. 36. art. 4. Atque eodem modo ostendunt tertiam conclusionem.

Et de materia huius decretalis agunt copiose Magister, & Theologi lib. 1. sent. dist. 11. & seq. sanctus Thomas par. 1. q. 36. & lib. 4. contra Gentiles. c. 24. & 25. & alij mox referendi.

Hoc habet orthodoxorum Patrum atque Doctorum Latinorum, pariter & Gręcorum incommutabilis & vera sententia. De Latinis manifestum est, ita enim communiter fatetur ubiq; Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, & sanctus Augustinus ex professo hoc docet multis locis, lib. 15. de trinitate. c. 17. & 26. & lib. 5. de trinitate. c. 14. & lib. 13. de ciuitate Dei c. 24. & copiosissime lib. 3. contra Maximinum c. 14. & in Euangelium Ioan. tractatu 99.

De Gręcis vero nulla est dubitatio: nam apertissime id vbique tradiderunt Chrysostomus, Cyrillus, Athanasius, Didymus, & alij, quod magis mireris Gręcorum nostri temporis pertinaciam, qui non modo Latinis, quos spernunt, non credunt; sed nec suis in hoc volunt obtemperare. Et contra hunc errorem

scribit etiam Alfonso Casirus lib. 5. aduersus hereses, verbo, Deus, heresi 12.

DE SVMMIA TRINITATE ET fide catholica ex Clementinis.

CLEMENS V. IN CONCILIO Circa anm Dñi 1271. Viennensi.

Fatetur concilium, vnicum Dei filium in essentia Dei eternaliter subsistentem, verum corpus humanum assumpsisse de Virgine, & in eo passum. & ita mortuum lancea perforatum; approbans in hoc ordinem, quem tradidit Euangelista Ioanes. hoc dicit.

C A P. I.

IDELI* catholicę fundamentum, prater quod (teste Apostolo) nemo potest aliud ponere, firmiter inhaerentes: aperte cum sancta matre Ecclesia confitemur, vnicigenitum Dei filium in his omnibus, in quibus Deus pater existit vnica cum patre eternaliter subsistentem, partes nostrę naturę simul vnitas (ex quibus ipse in se verus Deus existens, fieret verus homo) humanum videlicet corpus passibile, & animam intellectiuam seu rationalem ipsum corpus vere, perse & essentialiter informantem, assumpsisse ex tempore, in virginali thalamo ad vnitatem suę hypostasis & personę. Et quod in hac assumpta natura, ipsum Dei verbum pro omnium operanda salute, non solum affigi cruci, & in ea mori voluit, sed etiam emisso iam spiritu, perforari lancea sustinuit latus suum, vt exinde profluentibus vndis aque & sanguinis, formaretur vnica & immaculata ac virgo sancta mater Ecclesia, cõiux Christi. Sicut de latere primi hominis soporati Eua, sibi in coniugium est formata: vt sic certę figure primi & veteris Adę (qui secundum Apostolum, est forma futuri) in nostro nouissimo Adã, id est Christo, veritas responderet. Hac est inquam veritas illius pręgradis Aquilę vallata testimonio, quam propheta vidit Ezechiel animalibus ceteris Euangelicis transfolantem, beati Ioannis videlicet Apostoli & Euangelistę, qui sacramenti huius rem gestam narrans & ordinem in Euangelio suo, dixit: Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fręgerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua: & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius: & ille scit, quia uera dicit, ut & uos credatis. Nos igitur ad tam preclarum testimonium, ac sanctorum Patrum & doctorum communem sententiam Apostolicę considerationis (ad quam duntaxat hæc declarare pertinet) acie conuertentes, sacro approbante concilio, declaramus, predictum Apostolum, & Euangelistã Ioannem, rectum in premisis factę rei ordinem tenuisse: narrando, quod Christo iam mortuo, vnus militum lancea latus eius aperuit.

A 4 Reprobat

1. Cor. 3.

Gen. 2.

Rom. 3.

Ezech. 1.

Ioan. 19.

† Vide Melchiorem Canum li. 7. de locis theologis c. 3. ver. Ad hæc cum de intelligentia.

Reprobat & hereticā indicat doctrinā que hēt, q̄ substantia atq̄ rationalis, seu intellectiue vere & per se humani corporis nō sit forma. Ioan. And.

Porro doctrinam omnem, seu positionem temere asserentem, aut verentem in dubium, quōd substantia animæ rationalis, seu intellectiue vere ac per se humani corporis non sit forma: velut erroneam, ac veritati catholice inimicam fidei, prædicto sacro approbante concilio, reprobamus: Definientes, vt cunctis nota sit fidei sinceræ veritas, ac præcludatur vniuersis erroribus aditus ne subintrent: quod quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumperit, quōd anima rationalis seu intellectiua non sit forma corporis humani, per se & essentialiter, tamquam hæreticus sit censendus.

Asserens confitendum vnum baptismum, sicut vnum Deum & vnam fidem, approbat opinionem, que habet per illud conferri etiam paruulis, quo ad habitum informantem gratiam & virtutes. Ioan. And.

Ad hoc d baptismum vnicum, baptizatos omnes in Christo regenerans, est (sicut vnus Deus ac fides vnica) ab omnibus fideliter confitendū. Quod celebratum in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, credimus esse tam adultis, quam paruulis communiter perfectum remedium ad salutem. Verum, quia quantum ad effectum baptismi in paruulis reperiuntur doctores quidam theologi opinionēs cōtrarias habuisse: Quibusdam ex ipsis dicentibus, per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti: sed gratiam non conferri. Alijs è contra asserentibus, quōd & culpa eisdē in baptismo remittitur, & virtutes, ac informans gratia infunduntur quo ad habitū, etsi non pro illo tempore, quo ad vsum. Nos autem attendentes, generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis: opinionem secundam, quæ dicit tam paruulis, quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam & virtutes, tamquam probabiliorem, & dictis Sactorum, ac Doctorum modernorum theologiæ magis cōsonā, & concordem, sacro approbante concilio, diximus eligendam.

COMMENTARIVS III.

FIDEI catholice.] In hac Clementina multæ catholice veritates distinguuntur ad humanitatem Domini nostri Iesu Christi in primis pertinentes, quibus absurdi quidam & nefandi antiquorum & recentiorum hæreticorum errores catholicis dogmatibus cōtrarij damnantur & cōvincuntur. Hic enim distinguitur, Christum filium Dei Patri æterno coæternum contra Ariū. Item eum veram de vtero virginali assumpsisse naturam humanam, cōtra Cerdonem, & Apellem, & Manichæos, & alia hæreticorum portentosa, qui eandem blasphemiam professi sunt. Item Christum Dominum vere habuisse humanum corpus passibile, & animam intellectiue ipsam corpus vere, per se & essentialiter informantem, contra Appollinarem, & eius secta-

tores. Item in Christo duas esse naturas, diuinam videlicet & humanam, vnam tamē solum personā, nempe diuinam, aduersus Nestorium. Item ipsummet Christum filium Dei Dominum nostrum cruci affixum, & in ea mortuum, non autem putatiue, aduersus Basiliidem, & alios. Hæc inquam, & alia catholica dogmata hac clementina constituuntur, que ad institutum auctoris in hac prima parte aptissime accommodantur. Singula declarare longum est, & d nostra breuitate instituitur: alienum, summam hæc & sequētia admonuisse sit satis. Interim de erroribus, qui catholicis his dogmatibus opponuntur, vide Eymericum infra part. 2. quæst. 7. & Turremcrematam in summa de Ecclesia. lib. 4. par. 2. cap. 36. & Alfonso Castrum lib. 4. aduersus hæreses, ver. Christus hæresi. 1. & multis sequentibus.

Sed etiam emissio iam spiritu perforari lancea sustinuit latus suum.] Guido Carmelita in summa de hæresibus, titulo de erroribus Petri Ioannis, & sequacium eius, cap. 3. ait, hunc Petrum Ioannem sensisse Christum fuisse lanceatum vnum & non mortuum. idem scribit Eymericus infra part. 2. q. 9. nu. 2. vers prima hæresis est, quōd quādo vnus militum: ubi recitat plures alios huius hominis errores, & Alfonso Castrum lib. 4. aduersus hæreses, verbo Christus hæresi. 10. Hic error manifestissime conuincitur ex Euangelio Ioannis cap. 19. & ex hac clementina, que locum Euangelistæ qualiter intelligi debeat; diuinitus declarat.

Porro doctrinam omnem.] Hanc ipsam catholicam assertionem, quōd scilicet anima rationalis vere, per se, & essentialiter sit humani corporis forma, diffiniuit Leo Decimus in cōcilio Lateranensi, sessione 8. decreto quodam incipiente: Apostolici regiminis: ubi etiam declaratum extat, animam rationalem seu intellectiue immortalem esse. eius concilij verba præcitato loco ita habent: Hoc sacro approbante concilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes animam intellectiue mortalem esse, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes; cum illa non solum vere, per se, & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone felices recordationis Clementis Papæ quinti prædecessoris nostri in generali Viennensi concilio edito continetur, verum & immortalis & pro corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit. hætenus ibi.

Ad hoc, baptismum vnicum.] hoc accipiendū est de baptismo aque, qui solus proprie est baptismus, quia solus ipse est sacramentum, vt concludit sanctus Thomas 3. part. quæst. 66. art. 1. ad 2. arg. & Dominicus Sotus lib. 4. sent. dist. 3. quæst. vnica, art. 1. quōd vero loquatur concilium de baptismo aque, satis indicat illa verba quæ mox sequuntur, videlicet: quod celebratū in aqua, &c. Et hoc ideo notatur, quia baptismus sanguinis, quod est martyriū, & baptismus flammis, scilicet spiritus sancti, nō sunt proprie baptismata, vt præcitati docent.

Verum, quia quantum ad effectum.] Eandem hanc difficultatē Innocentius III. in cap. Maio res.

res. extra de baptismo & eius effectu, tamquam re inter theologos dubiam reliquit. Concilium Viennense hoc loco partem affirmatiuam eamque probabiliorem sequitur, videlicet, tam paruulis quam adultis in baptismo conferri informantem gratiam & virtutes, quod sanctus Thomas docerat par. 3. quæst. 69. art. 4. & 6. quem sequitur & explicat Dominicus Sotus lib. 4. sent. dist. 6. q. 1. ar. 3. & 4.

Ceterum in Concilio Tridentino sessione 6. titulo De iustificatione, Canone 1. de hoc ita scriptum est: Si quis dixerit homines iustificari uel sola imputatione iustitiæ Christi, uel sola peccatorū remissione, exclusa gratia, & charitate, que in cordibus eorum per Spiritū sanctū diffundatur, atq; illis inhiereat; aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, anathema sit. hætenus concilium. Sed de his vide copiose sanctus Thomam & Sotum præcitatis locis, eundem Sotum lib. 2. de natura & gratia, cap. 17. & 18. & Bartholomæum Medinam, apud sanctum Thomam. 1. 2. q. 51. ar. 4.

Habetur to. 17. Opus. 2. 3. & 14.

EXPOSITIO S. THOMÆ Super duas primas Decretales.

PROOEMIUM.

ALVATOR noster discipulos ad prædicandum mittens, tria eis iniunxit. Primo quidem, ut docerent fidem. Secundo, ut credentes imbuerent sacramentis. Tertio, ut credentes sacramentis imbutos ad obseruandum diuina mandata inducerent. Dicitur enim Matth. ult. Euntes docete omnes gentes, quantum ad primum: baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, quantum ad secundum: docentes eos serua-re omnia quecunque mandauimus vobis, quantum ad tertium.

Inter quæ tria decenter fidei doctrina præmittitur. Est enim fides omnium honorum spiritualium fundamentum: secundum illud Apostoli Heb. 11. Est autem fides substantia, id est fundamentum speculandum rerum. Est enim fides per quam anima viuificatur per gratiam: secundum illud Apostoli Gal. 2. Quod autem nunc vivo in carne: in fide vivo filij Dei. Et Abacuc 2. Iustus ex fide sua viuif. Ipsa est per quam anima à peccatis purgatur. Act. 17. Fide purificans corda eorum. Ipsa est per quam anima iustitia ornatur, Rom. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi. Ipsa est per quam anima Deo desponsatur. Osce 2. Sponsabo te mihi in fide. Ipsa est per quam homines in Dei filios adoptantur. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Ipsa est per quam acceditur ad Deum, Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Ipsa denique est, per quam homines æternæ vitæ brauium consequuntur: secundū illud Ioā. 6. Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.

Vide concilium Tridentinum sessio. vi. de iustificatione. ca. 8. unde intel liges quomō hæc de fide testimonia intelligi debeant.

Conuenienter ergo Christi Vicarius prohiberetur madata, quibus Ecclesia per adhibendum orationem, quæ ita pacifice gubernatur, titulum De fide præmittit.

Sed considerandum est, quod cum multi sint articuli fidei, quorum quidam videntur pertinere ad diuinitatem: quidam vero ad humanam naturam, quam filius Dei in unitatem personæ assumptit, alij vero ad diuinitatis effectum: sunt tamen tamen totius fidei est ipsa prima & veritas diuinitatis: cetera omnia alia ea ratione continentur sub fide, in quantum ad Deum aliquo modo reducuntur. Unde Dominus discipulis dicit Ioan. 14. Creditis in deum, & in me credite. Per quod datur intelligi, quod in Christi fide creditur in quantum est Deus: quasi fide principaliter de Deo existente.

Inter ea vero, quæ de Deo fide tenemus, hoc est singulare fidei Christianæ, vt trinitatem personarū in unitate diuinæ essentia fateamur. Sub hac enim professione Christo per baptismum sumus consignati, vt patet per id quod supra inductum est. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Alia vero, quæ de Deo asserimus, nobis & alijs communia esse inueniuntur. Pura quod Deus est vnus, omnipotens: & si quæ alia de Deo fide tenentur, quæ etiam Iudæi & Saraceni non dissentunt. Unde ad insinuandum propriū & singulare dogma fidei Christianæ, non prætitulauit fidei tractatum, De Deo, sed, De Trinitate.

Adit autem, Summa, quia diuina trinitas artem quandam tenet inter plurimas trinitates ab ea deriuatas.

Deriuatur enim ab illa trinitate diuina quædam trinitas in anima nostra: secundum quam ad imaginem Dei sumus secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem.

Deriuantur & ab ipsa alie trinitates in singulis creaturis: prout modum quandam, & speciem, & ordinem habent, secundum que in eis diuina trinitatis quasi quoddam vestigium inuenitur. Vt Augustinus dicit in libro de trinitate. Ad discretionem igitur harū omnium trinitatum, quæ a diuina descendunt, dicitur, De summa trinitate. Sed de hac trinitate diuina diuersi hæretici diuersa errantes dixerunt.

Quorum Sabellius abstulit personarum distinctionem, dicens patris, & filij, & spiritus sancti esse vnā essentiam, & vnā personam: sed eos solū differre nominibus.

Arius vero posuit trium personarum esse diuersas substantias, in dignitate & duratione differētes. Quæ oīa & consimilia fides condemnat catholica. Quia igitur de summa trinitate & alijs ad fidem pertinentibus hic tradere intendit quod fides catholica tenet: ideo additur, Et fide catholica.

Dicitur autem fides Ecclesiæ catholica, id est vniuersalis: vt Boetius dicit in libro de trinitate, tum propter vniuersalium præcepta regularum; tum propterea quia eius cultus per omnes pene mundi terminos emanauit: hæreticorum vero errores sub certis terrarum angulis includuntur.

S. Thomas 2. 2. q. 1. art. 1. & lib. 3. sent. dist. 2. q. art. 1. q. 1.

De hoc late Magister & doctores lib. 1. sentent. dist. 3.

Lib. 6. & 10.

PRIMAE DECRETALIS A
EXPOSITIO,

In qua tam hereticorum, quam philo-
sophorum errores complures
reprobantur.

QUAE de fide sanctae trinitatis consideran-
dum est: primo oportet scire, quod duplex
est actus fidei, scilicet corde credere, &
ore profiteri, secundum illud Ro. 10. Corde credi-
tur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.
Vterque autem actus aliquid requirit ad sui perfe-
ctionem.

Nam interior actus fidei exigit firmitatem absque
omni dubitatione, quae firmitas provenit ex infalli-
bilitate divinae veritatis, cui fides innititur. Unde
dicitur Iacob 1. Postulet autem in fide nihil hesitans.

Sed confessio fidei debet esse simplex, id est absque
simulatione: secundum illud 1. ad Tim. 1. Finis
praeccepti est charitas: de corde puro, & conscien-
tia bona: & fide non ficta. Debet etiam esse simplex,
id est absque erroris permutatione: secundum illud
1. Theff. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore.
Debet etiam esse absque variatione 2. ad Cor. 1. Ser-
mo noster, qui fuit apud vos, non est in illo est, &
non. Quantum ergo ad primum actum fidei dicit,
Firmiter credimus, quantum ad secundum dicit,
Et simpliciter confitemur.

Ultimo autem considerandum est, quod fidei
Christiani articuli a quibusdam duodecim, a qui-
busdam quatuordecim computantur.

Secundum illos, qui computant quatuordecim: se-
ptem articuli pertinent ad divinitatem: septem ve-
ro ad humanitatem.

Illi autem, qui ad divinitatem pertinent, sic di-
stinguuntur, ut unus sit articulus de divinae essen-
tiae unitate, qui tangitur in symbolo, cum dicitur,
Credo in unum Deum. Secundus est de persona
patris, qui tangitur cum dicitur, Patrem omnipo-
tentem. Tertius est de persona filij, qui tangi-
tur cum dicitur, Et in Iesum Christum filium eius.
Quartus est de persona spiritus sancti, qui tangi-
tur cum dicitur, Et in spiritum sanctum. Quintus
est de effectu, quo a Deo creamur in esse naturae,
qui tangitur cum dicitur, Creatorem caeli & ter-
rae. Sextus est de effectu Dei secundum quod reuer-
timur in esse gratiae, qui tangitur cum dicitur, San-
ctam Ecclesiam catholicam, sanctorum commu-
nionem: & remissionem peccatorum. Quia e-
nim per gratiam Dei in unitate Ecclesiae congrega-
mur, sacramenta communicamus, & remissionem
peccatorum consequimur.

Septimus articulus est de effectu Dei, quo per-
ficimur in esse gloriae, & quantum ad corpus, & quan-
tum ad animam: & hic tangitur cum dicitur, Car-
nis resurrectionem, & vitam aeternam.

Articuli vero septem ad incarnationem perti-
nentes sic distinguuntur, ut primus sit de Christi
conceptione, qui tangitur cum dicitur, Qui conce-
ptus est de spiritu sancto. Secundus autem est de
eius natiuitate, qui tangitur cum dicitur, Natus ex
Marja virgine. Tertius est de eius passione, qui

tangitur cum dicitur, Passus, mortuus, & sepultus.
Quartus est de descensu ad inferos, Descendit ad
inferos. Quintus est de resurrectione, Tertia die
resurrexit a mortuis. Sextus de ascensione, A-
scendit ad caelos. Septimus de adventu ad iudicium,
Inde venturus est iudicare vivos & mortuos.

Alij vero ponentes duodecim articulos: ponunt
unum articulum de tribus personis: & articulum
de effectu gloriae dividunt in duos, ut scilicet alius
articulus sit de resurrectione carnis, & alius de vi-
ta aeterna: Et sic articuli ad divinitatem pertinen-
tes sunt sex. Item conceptionem & natiuitatem Chri-
sti sub uno articulo comprehendunt: & sic et articuli
de humanitate sunt sex. Unde omnes sunt duodecim.

Primo ergo prosequitur articulum primum de
essentiae unitate. Unde primo ponit unitatem divinae
essentiae. Unus solus est verus Deus, secundum il-
lud Ioa. 17. Ut cognoscant te solum verum Deum,
Leuitici 6. Audi Israel Dominus, Deus tuus: Deus
unus est. Per quod excluditur error in Gentiliis
ponentium multos Deos. Deus autem verus, qui est
essentialiter & naturaliter, Deus unus est. Dicun-
tur enim aliqui dij, non veri: sed per adoptionem,
vel per participationem divinitatis: siue nuncupa-
tione, secundum illud Psal. 81. Ego dixi, dij estis.
Dicuntur etiam aliqui dij secundum opinionem er-
rantium, secundum illud Psal. 95. Omnes dij Gen-
tium demonia.

Deinde ostendit excellentiam divinae naturae, siue
essentiae: & primo quantum ad hoc, quod non com-
prehenditur tempore. Quod significatur, cum dicitur,
Aeternus. Dicitur enim aeternus, qui caret
principio & fine, & quia eius esse non variatur per
praeteritum & futurum. Nihil enim ei subtrahitur:
nec aliquid ei de nouo venire potest. Unde dicit ad
Moysem, Exod. 3. Ego sum qui sum: quia scilicet
eius esse non novit praeteritum & futurum: sed sem-
per praesentialiter esse habet. Et Apostolus dicit
ad Rom. vlt. Nunc patet factum est per scripturas
prophetarum secundum praecceptum aeterni Dei.

Secundo ostenditur, quod eius magnitudo excedit
incomparabiliter omnium magnitudinem crea-
turarum cum dicitur: Immentus. Illud enim
mensurari potest per aliquid aliud, quod si excedat
in magnitudine, tamen excessus est secundum ali-
quam proportionem. Sicut binarius mensurat sena-
rium, in quantum ter duo faciunt sex. Senarius au-
tem excedit binarium, secundum proportionem a-
liquam, secundum quam binarius mensurat senarium,
quia est triplum eius. Deus autem excedit magni-
tudine suae dignitatis omnem creaturam in infinitum:
& ideo dicitur immensus, quia nulla est commensu-
ratio, vel proportio alicuius creaturae ad ipsum:
unde dicitur in psal. 47. Magnus Dominus & lau-
dabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Et
Baruch 3. dicitur. Magnus est, & non habens finem:
excelsus, & immensus.

Tertio ostenditur, quod excedit omnem mutabi-
litatem, cum dicitur, Incommutabilis. quia scilicet
nulla est apud ipsum variatio secundum illud
Iaco. 1. apud quem non est transmutatio, nec vicif-
situdinis obumbratio.

Hunc erro-
rem de plura
litate Deorum
censurat Ter-
tullianus in
Apologetico
aduersus gen-
tes, c. 10. 11. &
12. & 17. &
Lactantius 11,
1. diuinarum
instituta, ca. 3,
& alij.

Deus aeternus
cur dicitur.

Deus immen-
sus.

Deus incom-
mutabilis.

Quarto

Deus omni-
potens.

Quarto ostenditur, quod sua potestas transcendit
omnia cum dicitur, Omnipotens. quia simpliciter
omnia potest, unde ipse dicit Gen. 17. Ego Deus om-
nipotens. Et si quis obijciat id, quod Apostolus di-
cit 2. ad Tim. 2. Ille fidelis permanet, negare seip-
sum non potest, & ita non est omnipotens.

Dicendum, quod negare seipsum est deficere a se: non
posse autem deficere, non est ex defectu potentiae, sed
ex potentiae perfectione: sicut etiam apud homines, ex
magna fortitudine est quod aliquis vincere non possit.
In hoc ergo vere Deus omnipotens ostenditur: quod
omnia potest facere, & in nullo potest deficere.

Deus incom-
prehensibilis.

Quinto ostenditur, quod excedit omnium ratio-
nem & intellectum cum dicitur, Incomprehensibi-
lis. Illa enim comprehendere dicimus, quae per-
fecte cognoscimus quantum cognoscibilia sunt. Nul-
la autem creatura rationem potest Deum cognoscere,
quantum cognoscibilis est: & propter hoc nulla
creatura potest eum comprehendere. Unde dicitur
Iob 11. Foris an vestigia Dei comprehendes: &
usque ad perfectum omnipotentem reperies? quasi
dicat, non & Iere. 33. dicitur. Dominus exercituum
nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis
cogitatu.

Deus ineffa-
bilis.

Sexto ostenditur, quod excedit omnem locutionem
cum dicitur, Ineffabilis. quia scilicet nullus potest
sufficenter effari laudem ipsius. Unde dicitur Eccl.
43. Exaltate illum quantum potestis. Maior enim
est omni laude.

Deinde accedit ad articulum Trinitatis: ponens
quidem primo nomina trium personarum, cum di-
citur, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quae qui-
dem exprimentur Matth. vlt. Docete omnes gen-
tes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spi-
ritus sancti.

Sed circa haec tria nomina diuersimode aliqui er-
rauerunt.

† Vide Nice-
phorum li. 4.
c. 21. historice
Eccle. & li. 6.
c. 16. & li. 10.
c. 13.

Sabellius enim dixit, quod pater, & filius, & spi-
ritus sanctus solis nominibus distinguuntur: dicentes
eundem in persona esse, qui quandoque dicitur pa-
ter, quandoque filius, quandoque spiritus sanctus,
propter rationes diuersas. Et ad hoc excludendum,
subditur, Tres quidem personae. Alia est enim per-
sona patris, alia filij, alia spiritus sancti.

† De Ario ple-
ne idem Ni-
cephorus li.
8. c. 1. 6. 7. 8.
& 14.

Arius vero posuit, quod pater, & filius, & spi-
ritus sanctus sicut sunt diuersa nomina: ita sunt
diuersa substantia. Et ad excludendum hoc subdit,
Sed una substantia. Verum quia substantia secundum
vsum vocabuli aliter sumitur apud nos, & a-
liiter apud Graecos, ne circa hoc posset fieri aliqua
deceptio, subdit, Seu natura. apud Graecos enim hy-
pothesis, id est substantia, accipitur sicut apud nos
persona pro re aliqua subsistente, quam dicimus
suppositum, vel rem naturae. Sicut hic homo est sup-
positum, vel res humanae naturae. Apud nos vero,
secundum communem vsum loquendi, substantia di-
citur essentia vel natura rei, secundum quod huma-
nitas dicitur natura hominis. Sic igitur datur intel-
ligi, quod in diuinitate tres sunt subsistentes, scilicet
Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sed una nu-
merus simpliciter natura est, in qua subsistunt: quod
in rebus humanis contingere non potest. Petrus e-

nim & Paulus, & Ioannes, sunt quidem tres substi-
tentes in natura humana: Sed natura humana, &
si sit una specie in istis tribus, non tamen est eadem
numero: & ideo tres homines sunt, non unus homo.
Quia vero in patre, & filio, & spiritu sancto est
una numero diuina natura, dicimus quod Pater, &
Filius, & Spiritus sanctus sunt unus Deus, & non
tres dij.

Posset autem aliquis praeintelligere unam es-
sentiam trium personarum, ita scilicet, quod una
pars illius naturae esset in Patre, alia in Filio, alia in
Spiritu sancto: sicut si diceremus unam aquam esse
in tribus riuis defluentibus ab uno fonte: ita scilicet
quod una pars aquae est in uno riuo: alia in alio: ter-
tia in tertio. Si autem sic esset una natura trium per-
sonarum, sequeretur, quod diuina natura esset com-
posita ex pluribus partibus. Et ideo ad hoc exclu-
dendum subdit, Simplex omnino, id est nulla com-
positionem habens. Omne enim compositum poste-
rius est his ex quibus componitur. Sic igitur aliquid
esset prius Deo: quod est impossibile. Sed posset ali-
quis quaerere: si trium personarum est una simplex
natura, unde ergo tres personae distinguuntur, & ideo
ad hoc respondens subdit, Pater a nullo, filius a patre
solo, ac spiritus sanctus pariter ab utroque. Vbi
considerandum est, quod quicquid in diuinis absolute
dicitur, commune est, & unum in tribus personis:
sicut quod dicitur Deus bonus, sapiens, & omnia hu-
iusmodi. Ibi enim solum inuenitur distinctio, ubi ali-
quid inuenitur pertinet ad relationem originis: quia
scilicet pater a nullo est: & secundum hoc innas-
cibilis dicitur. Filius autem dicitur filius: quia a pa-
tre est per generationem, secundum illud Psal. 2. Ego
hodie genui te: & secundum hoc patri attribuitur pa-
ternitas: & filio filiatio. Spiritus autem sanctus ab
utroque procedit: & secundum hoc spiritui sancto
attribuitur processio: patri vero & filio communis
spiratio: quia scilicet communiter spirant spiritum
sanctum. Sic igitur tria sunt nomina, secundum
quas distinctiones personarum designantur in diuinis,
scilicet paternitas, quae est constitutiva patris, per
quam ostenditur, quod genuit filium: Filiatio, per
quam ostenditur, quod filius est a patre: & Proces-
sio, per quam ostenditur, quod spiritus sanctus est a
patre & filio: Innascibilitas, per quam dignoscitur,
quod pater a nullo est: Communis spiratio, per quam
ostenditur, quod pater & filius communiter spirant
spiritum sanctum.

Sed rursus posset alicui occurrere falsa cogita-
tio, ut quia in rebus humanis filius a quodam princi-
pio temporis incipiat a patre generari: & generatio
eius non semper durat, sed certo termino temporis fini-
tur: sic etiam sit circa originem diuinarum perso-
narum: ut scilicet filius ab aliquo tempore inceperit
a patre generari, & aliquo tempore eius genera-
tio fuerit finita, & similiter de spiritu sancto: ideo
ad hoc excludendum subdit, Absque initio semper,
ac sine fine: pater generans, filius nascens, &
spiritus sanctus procedens.

Cuius exemplum aliquando in creaturis inue-
niri potest, licet imperfectum. Videmus enim quod a
sole radius procedit: & statim quando fuit sol, ra-
dius

† De hoc la-
te idem B.
Thomas 2.
c. q. 2. art. 8.

dius processit ab eo, nec unquam desinet radius ab eo procedere quādiu sol erit. Sic enim filius procedit à patre ut radius à sole. Vnde dicit Apostolus Heb. 1. Qui cum sit splendor gloria. Spiritus autem sanctus ab utroque procedit sicut calor à sole & radio. Vnde dicitur in Psal. 8. Nec est qui se abscondat à calore eius. Sed hoc exemplum deficit quantum ad hoc, quod sol non semper fuit: & ideo nec radius eius semper ab eo processit, quia vero Deus pater semper fuit, semper ab eo processit filius: & ab utroque spiritus sanctus.

Potest & aliud exemplum poni in anima humana, in qua verbum interius conceptum à memoria procedit: & ab utroque procedit amor. Et ita etiā à patre procedit filius, sicut verbum eius: & spiritus sanctus, sicut amor communis utriusque. Sed hoc exemplum deficit in duobus. Primo quidem, quia intellectus humanus non semper fuit. Secundo, quia non semper verbum in corde suo actualiter concipit. Sed intellectus diuinus semper fuit, & semper absque intermissione intelligit. Vnde semper in eo oritur verbum, quod est filius: & procedit amor qui est spiritus sanctus. Quia vero heretici Ariani filium patri postponebant, & spiritum sanctum utriusque: ideo hoc consequenter excludit. Est autem considerandum, quod Ariani postponebant filium patri. Primo quidem quantum ad essentiam, dicentes, quod essentia patris est dignior quā essentia filij: Et ad hoc excludendum, subdit: Cōsubstantiales, quia scilicet essentia patris & filij vna est: & in nullo differens. Secundo vero quantum ad magnitudinem, (non quod in Deo sit magnitudo motus: sed magnitudo virtutis, quæ est perfectio bonitatis suæ.) Dicebant enim patrem esse filio maiore, etiam secundum diuinitatem. Et ad hoc excludendum subdit, Coæuales. Secundum humanitatem vero Dominus dicit. Io. 14. Pater maior me est. Tercio quantum ad potestatem dicentes filium non esse omnipotentem. Et ad hoc excludendum subditur, Et coomnipotentes. Quarto quantum ad durationem, quia dicebant filium non semper fuisse. Et ad hoc excludendum subdit, Coæterni. Quinto quantum ad operationem. Dicebant enim, quod pater operatur per filium sicut per instrumentum suum, vel sicut per ministrum. Sed ad hoc excludendum, subdit: Vnum vniuersorum principium. Non enim filius est aliud principium rerum, quasi inferiorius quā pater: sed ambo sunt vnum principium: & quod dictum est de filio: dictum est etiam de spiritu sancto.

Deinde accedit ad alium articulum, qui est de creatione rerum, vbi varias opiniones excludit.

Fuerunt enim aliqui heretici, sicut Manichæi, qui posuerunt duos creatores, vnum bonum, qui creauit creaturas inuisibiles, & spirituales: alium malum, quem dicunt creasse omnia hæc visibilia, & corporalia. Fides autem catholica constitetur, omnia præter Deum tam visibilia quā inuisibilia à Deo esse creata. Vnde Paulus dicit Act. 17. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt; hic cæli & terre cum sit Dominus, &c. Et Heb. 11. Fidem credimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex inuisi-

† Nicephorus lib. 6. hystoriae Eccles. c. 31. & Eusebius lib. 7. c. 25.

bilibus visibilia fierent: Vnde ad hunc errorem excludendum dicit, Creator omnium visibilium & inuisibilium, spiritualium & corporalium.

Alius error fuit ponentium, Deum quidem esse primum principium productionis rerum: sed tamen non immediate omnia creasse, sed mediantibus angelis mundum hunc esse creatum. Et hic fuit error Menandrianorū: & ad hunc errorem excludendum subdit, Qui sua omnipotenti virtute; quia scilicet sola Dei virtute omnes creature sunt productæ: secundum illud Psal. 31. Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum.

Alius fuit error Origenis: quod Deus à principio creauit solas spirituales creaturas, & postea quibusdam earum peccantibus, creauit corpora, quasi quibusdam vinculis spirituales substantiæ alligarentur: ac si corporales creature non fuerint, ex principali Dei intentione productæ, quia bonum esset eas esse, sed solum ad puniendum peccatum spiritualium creaturarum, cum tamen dicatur Gen. 1. Vidiit Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona. Vnde ad hoc excludendum dicit, Simul ab initio temporis vtramque de nihilo cōdidit creaturam, spirituales & corporales, angelicam videlicet & mundanam.

Alius error fuit Aristotelis, ponentis quidem omnia à Deo producta esse, sed ab æterno: & nullū fuisse principium temporis. Cum tamen scriptum sit Gen. 1. In principio creauit Deus cælum & terram. & ad hoc excludendum addit, Ab initio temporis.

Alius error fuit Anaxagoræ, qui posuit quidem mundum à Deo factum ex aliquo principio temporis: sed tamen materiam mundi ab æterno præexistisse, & non esse eam factam à Deo, cum tamen Apostolus dicat Rom. 4. Qui viuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt tāquam ea quæ sunt. Et ad hoc excludendum addit, De nihilo.

Fuit autem alius error Tertulliani: ponentis animam hominis corpoream esse, cum tamen Apostolus dicat 1. ad Thessal. 5. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia; ut integer spiritus vester, & anima & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Vbi manifeste à corpore animam & spiritum distinguit. Et ad hoc excludendum subdit, Ac deinde scilicet condidit Deus humanam, scilicet naturam, quali communem, scilicet, ex spiritu & corpore institutam. Componitur enim homo ex spirituali natura & corporali.

Secundum autem prædictum Manichæorum errorem ponentium duo principia, vnum bonum, & vnum malum; non solum attendebatur distinctio quantum ad creationem creaturarum visibilium & inuisibilium, ut scilicet inuisibilia sint à bono Deo, visibilia à malo: sed etiam quantum ad ipsa inuisibilia. Ponebant enim primum principium esse inuisibile, & ab eo quasdam inuisibiles creaturas esse productas: quas dicebant esse naturaliter malas: & sic in ipsis angelis erāt quidam naturaliter boni ad boni Dei creationem pertinentes, qui peccare non poterāt: & quidam naturaliter mali, quos demones vocamus, qui non poterāt non peccare: contra id quod dicitur

† Nicephorus li. 3. c. 12.

† B. Hieronymus, epistola. 65. incipien. schedular. Prætorius lib. 1. de vitis & factis hereticorum cap. 5.

† de erroribus Aristotelis & aliorū philosophorum agit Emericus infra p. 2. q. 4.

† Vincētius Lyrinēsis adductus profanas heresum nouationes, & Nicephorus lib. 4. cap. 34.

dicatur Tob. 4. Ecce qui seruit ei, non sunt stabiles: & in angelis suis reperit prauitatem. Similiter & circa animas hominum errabant dicentes, quasdam esse bonæ creationis, quæ naturaliter bonum faciunt, quasdam autem malæ creationis, quæ naturaliter faciunt malum, contra id quod dicitur Eccl. 7. Deus fecit hominem rectum, & ipse immiscuit se in iniquis questionibus: & ideo ad hoc excludendum dicit: Diabolus enim, scilicet principaliter, & alij demones à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali, scilicet per liberum voluntatis arbitrium: Homo vero diaboli suggestionem peccauit, id est non naturaliter, sed propria voluntate.

Deinde accedit ad articulum Incarnationis: & quia Euangelium Christi, sicut dicit Apostolus Rom. 1. Deus ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis: ideo præmittit de prænuntiatione & prophetarum.

Circa quam errauerunt multi. Nam Manichæi & alij heretici, vetus testamentum dixerunt non à bono Deo, qui est pater Christi: sed à malo Deo esse traditum, & per consequens doctrinam veteris testamenti semper fuisse mortiferam. Quod manifestum falsum ostenditur per hoc quod Dominus dicit Io. 2. Loquens de templo Iudæorum: Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Vbi manifeste patrem suum dicit Deum veteris testamenti, qui in templo Iudæorum colebatur.

Ariani vero dixerunt in veteri testamento diuersis visionibus filium apparuisse: non autem patrem, quod manifeste falsum ostenditur, ex hoc quod Abraham in figuram trinitatis tres viri apparuerunt. ut legitur Gen. 18.

Cataphryges etiam posuerunt prophetas veteris testamenti quasi arripitios esse locutos, non intelligentes quæ loquebantur, contra id quod dicitur Danielis 10. Intelligentia opus est in visione.

Ad hos igitur errores excludendos dicit, quod Hæc sancta Trinitas, de qua dictum est, quæ scilicet est, secundum communem essentiam indiuidua, & secundum proprietates personales discretæ per Moysem & sanctos prophetas, aliosque famulos suos: vbi videtur distinguere vetus testamentum, scilicet in legem, quæ per Moysem data est, & prophetas, sicut fuit Isaias, Ieremias, &c. & in eos qui agiographa cōscripserunt, sicut fuit Salomon, Iob, & alij huiusmodi, quos famulos Dei hic nominat. Secundum quam distinctionem Dominus dicit Luca 11. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege, & in Prophetis, & in Psalmis de me.

Iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, quod ponitur ad excludendum errorem Gentilium, qui irridebat fidem Christianam ex hoc quod post multa tempora quasi subito, Deo in mentem venerit legem Euangelij hominibus dare; non autem fuit subitum, sed conuenienti ordinatione dispositum, ut prius humano generi per legem & prophetas fieret pronuntiatio de Christo tamquam hominibus tunc paruulis, & minus eruditis, secundum Iud. Gala. 3. Lex per adrogus noster fuit in Christo

† Idem Thomas li. 4. contra gentiles cap. 53. 54. & 55. & 3. part. quart. 1. art. 3. & 6.

& hoc est quod dicit, quod iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem, non mortiferam, ut Manichæi dicebant.

His igitur præmissis, accedit ad ipsam Incarnationis mysterium explicandum, in quo etiam diuersos errores excludit.

Vbi primo sciendum est, quod Sabelliani, confundentes diuinas personas, concedebant patrem esse incarnatum: quia dicebant, eundem in persona esse patrem & filium. E contrario autem Ariani diuidentes substantiam diuinitatis ex hoc quod filius est incarnatus, & non pater, volebant concludere aliā esse essentiam patris, & aliam filij, & aliam operationem utriusque. Fides autem catholica media via inter vtrunque incidens propter distinctionem personarum, dicit filium solum esse incarnatum. Est enim facta incarnatio per vnionem in persona, non in natura, ut infra dicitur, propter vnitatem autem nature & operationis in tribus personis dicit trinitatem totam operatam fuisse incarnationem: & hoc est quod dicit, Et tandem vnigenitus Dei filius Iesus Christus à tota trinitate communiter incarnatus.

Fuit etiam error Eluidij, qui posuit Mariam quidem concepisse virginem, & peperisse: sed post partum non semper virginem permanisse: sed ex Ioseph postmodum alios filios genuisse. Et ad hoc excludendum dicit, Ex Maria semper virgine.

Alij vero scilicet Ebionitæ & grauius errauerunt, dicentes Christum ex Ioseph semine esse conceptum. Et ad hoc excludendum subditur, Spiritus sancti cooperatione conceptus.

Fuerunt autem alij, scilicet Manichæi, qui dixerunt, Christum non veram carnem accepisse: sed phantasticam, contra id quod Dominus discipulis post resurrectionem asstantibus eum phantasma esse, dixit Luca 24. Spiritus carnis & ossa non habet sicut me videtis habere. Ad quod excludendum dicit, Verus homo factus.

Ariani vero dixerunt, quod filius Dei assumpsit solum carnem sine anima: & quod verbum fuit carni loco animæ.

Sed postea Apollinaristæ dixerunt eum habere animam sensitiuam tantum, contra id quod dicitur Matthæi 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. & Ioa. 10. Potestatis habeo ponendi animam meam: & ideo ad hoc excludendum dicit, Ex animarationali.

Alij vero, scilicet sequaces Valentini, posuerunt corpus Christi non esse assumptum de virgine: sed de cælo allatum, contra id quod dicitur ad Gal. 4. Factum ex muliere. Ad Ro. 1. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Et ad hoc excludendum dicit, Et humana carne compositus.

Circa autem ipsam vnionem contrarie errauerunt Nestorius & Eutyches. Quorum Nestorius posuit vnionem esse factam solum secundum inhabitacionem gratiæ: sicut etiam in alijs sanctis: cuius dicitur esse per inhabitantem gratiam, ut sic Dei & hominis sit alia & alia persona, contra id quod dicitur Ioa. 1. Verbum caro factum est, id est filius Dei factus

† Prætorius lib. 5. cap. 8. de factis hereticorum.

† Nicephorus lib. 3. c. 13. hystoriae Eccle.

† Historia Ecclesiastica Tripartita lib. 5. c. 44.

† Prætorius lib. 19. de factis hereticorum, cap. 4.

† Nicephorus lib. 14. cap. 31.

factus est homo: quod non potest dici de alijs, quos per gratiam inhabitat. Eutyches vero posuit, quod facta est unio Dei & hominis in unam naturam: ita scilicet, quod Christum assererat esse ex duabus naturis, non autem in duabus: quia scilicet intendebat quod ante incarnationem erant duae naturae, Dei & hominis, sed post incarnationem facta est una natura: unde ad utrumque excludendum dicit, Vna in duabus naturis persona viam vitae manifestius demonstravit.

† Prateolus de scetis haereticorum; lib. 7. cap. 1.

Fuerunt enim quidam Eutychis sectatores, scilicet Theodorus & Gaius, qui ponentes unam naturam in Christo quasi ex diuinitate & humanitate confectam, diuersimode errauerunt. Nam Theodorus posuit illam naturam esse corruptibilem & passibilem: Gaius autem incorruptibilem & impassibilem: & ad hos errores excludendos dicit, Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis & passibilis.

Deinde accedit ad articulum passionis dicens, Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus.

Post quem ponit articulum de descensu ad inferos dicens, Descendit ad inferos.

Postea vero ponit articulum de resurrectione Christi dicens, Resurrexit a mortuis.

Ac deinde ponit articulum de ascensione dicens, Et ascendit in caelum.

Sed notandum est, quod horum articulorum veritatem praedixit Arius & Apollinaris error saluare non potest. Si enim Christus animam non habuit, sed verbum fuit carni loco animae, & in morte separatum fuit a carne: consequens est, quod illud quod carni conuenit, de filio Dei dici non possit. Unde non potest dici, quod filius Dei iacuit in sepulchro, vel quod a mortuis resurrexit. Similiter etiam dici non poterit, quod ad inferos descendit: quia diuinitati secundum seipsam cum sit omnino immobilis, ascendere vel descendere conuenire non potest. Et ideo ad excludendum praedictum errorem praedictorum articulorum veritatem explicat subdens, Sed descendit in anima, & resurrexit in carne: ascenditque pariter in utroque. in morte enim Christi anima est separata a carne, sed diuinitas indiuisibiliter utrique, scilicet anima & carni mansit unita. Unde cum anima Christi descenderit ad inferos, dicitur filius Dei descendisse secundum animam sibi unitam. Similiter etiam cum caro Christi, quae in morte quodammodo ceciderat, resurrexit ad vitam, dicitur filius Dei, qui secundum diuinam naturam mori non poterat, secundum carnem resurrexisse, per hoc quod caro iterato animam resumpsit: & sic secundum utrumque, id est secundum animam & corpus ascendit in caelum.

Deinde ponit articulum de aduentu ad iudicium dicens, Venturus in fine saeculi iudicaturus viuos & mortuos.

Dicit autem viuos eos, qui reperiuntur viui in aduentu iudicis, mortuos autem eos qui ante fuerunt premortui. Quod non est sic intelligendum quasi aliqui sint futuri, qui non moriantur: sed quia

A in ipso aduentu iudicis morientur, & statim resurgent. Vel viuos & mortuos intelligere spiritaliter possumus, id est iustos & peccatores. Et quia aliqui fuerunt ponentes, quod in finali iudicio aliqui saluabuntur non proprijs meritis, sed precibus aliquorum sanctorum donatis; ideo ad hoc excludendum subdit, Et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quam electis.

Deinde ponit articulum resurrectionis generalis, quae pertinet ad effectum gloriae dicens, Qui omnes, tam reprobi quam electi, cum suis proprijs resurgent corporibus, quae nunc gestant. Quod ponitur ad excludendum quorundam hereticorum errorem, qui dicunt, quod resurgentes non habebunt eadem corpora, quae nunc per mortem deponunt; sed quaedam corpora de caelis allata. Quod est contra illud Apostoli 1. ad Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.

Consequenter autem assignat causam resurrectionis corporum, cum dicit, Ut recipiant secundum opera sua: siue bona fuerint, siue mala. Quia enim homo aut bene aut male operatus est in anima simul & corpore, iustum est ut in utroque dānetur aut praemietur.

Et quia Origenes posuit, quod poena damnatorum non erit perpetua, similiter nec gloria beatorum: ideo ad hoc excludendum dicit, Illi cum diabolo poenam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam. Sicut enim inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, ut dicitur Sap. 2. ita per gratiam Christi reparatur ad vitam, secundum illud Ioa. 10. Ego veni ut vitam habeant: & abundantius habeant.

Deinde accedit ad articulum, qui est de effectum gratiae. Et primo tangit effectum gratiae quantum ad Ecclesiam unitatem, cum dicit, Vna est fidelium unitas. Extra quam nullus saluatur omnino. Unitas autem Ecclesiae est praecipue propter fidei unitatem. Nam Ecclesia nihil est aliud quam aggregatio fidelium: & quia sine fide impossibile est placere Deo: ideo extra Ecclesiam nulli pariter locus salutis. Salus autem fidelium consummatur per Ecclesiae sacramenta, in quibus virtus passionis Christi operatur. Et ideo consequenter exponit: quid fides catholica sentiat circa Ecclesiae sacramenta.

Et primo circa Eucharistiam cum dicit, In qua, scilicet Ecclesia, ipse idem Christus est sacerdos & sacrificium: quia scilicet ipse obtulit seipsum in ara crucis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, ut dicitur ad Eph. 5. In cuius sacrificij commemoratione quotidie in Ecclesia offertur sacrificium sub specie panis & vini.

E Circa quod sacrificium tria determinat: primo quidem veritatem rei sub sacramento contentae, cum dicit, Cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur. Dicit autem, veraciter, ad excludendum errorem quorundam, qui dixerunt quod in hoc sacramento non est corpus Christi secundum rei veritatem: sed solum secundum figuram, siue sicut in signo: dicit autem, Sub speciebus panis & vini, ad excludendum errorem quorundam, qui dixerunt, quod in hoc sacramento non est corpus Christi secundum rei veritatem: sed solum secundum figuram, siue sicut in signo: dicit autem, Sub speciebus panis & vini, ad

† Vide concilium Tridentinum sessio de lancharistic sacramento, c. 1. & 4. & canon 1. & 2.

excludendum errorem quorundam, qui dixerunt, quod in sacramento altaris simul continentur substantia panis, & substantia corporis Christi, quod est contra verbum Domini dicentis: Hoc est corpus meum. Effet enim secundum hoc dicendum magis: Hic est corpus meum. Et ergo ostendat, quod in hoc sacramento non remanet substantia panis & vini, sed solum species, id est accidentia sine subiecto: dicit, Sub speciebus panis & vini.

Secundo ostendit, quomodo corpus Christi incipiat esse sub sacramento, scilicet per hoc quod substantia panis conuertitur miraculose in substantiam corporis Christi, & substantia vini in substantiam sanguinis: & hoc est quod dicit, Transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina ad mysterium perficiendum vnitatis, id est ad celebrandum hoc sacramentum, quod est signum Ecclesiae unitatis. Accipiamus igitur ipsi de suo, quod ipse accepit de nostro. In hoc enim sacramento accipimus de corpore & sanguine Christi, quae filius Dei accepit de nostra natura.

Tertio determinat ministerium huius sacramenti, in quo etiam tangit ordinis sacramentum. Et hoc est quod dicit, Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere nisi rite fuerit Sacerdos ordinatus. Quod est contra haeresim Pausperum & Lugdunensium, qui dicunt quemlibet hominem istud sacramentum posse conficere. Addit autem, Secundum clauas Ecclesiae, quas ipse concessit Apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus. Quod dupliciter potest intelligi, vel quia sacerdos rite ordinatus clauas Ecclesiae suscepit: vel quia secundum potestatem clauium sacerdotalis ordo conseruetur. Sunt autem clauae Ecclesiae auctoritas discernendi, & potestas iudicandi.

Deinde accedit ad sacramentum baptismi: circa quod primo tangit formam cum dicit, Sacramentum vero baptismi, quod ad inuocationem indiuiduae trinitatis, videlicet, patris, & filij, & spiritus sancti.

Hac est enim forma baptismi: Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ut traditur Matth. ult. Secundo ponitur materia cum dicitur, Consecratum in aqua. Non enim in alio liquore potest hoc sacramentum perfici nisi in vera aqua.

Tertio ostenditur quibus sit conferendum hoc sacramentum, cum dicit, Tam paruulis quam adultis. Quod ponitur ad excludendum errorem Pelagianorum, qui dicebant paruulos non habere peccatum originale, propter quod oporteat eos ablui per baptismum. Quarto tangit ministerium huius sacramenti, cum dicit, In forma Ecclesiae: quocumque rite collatum proficit ad salutem. Quod est contra errorem Donatistarum, qui baptizatos ab hereticis dicebant non suscipere verum baptismum, sed esse rebaptizandos. Fides autem catholica recognoscit esse verum baptismum a quocumque fuerit collatum in forma Ecclesiae supradictae.

Deinde accedit ad sacramentum poenitentiae, dicens: Si post susceptionem baptismi quiquam prolapsus fuerit in peccatum per veram poenitentiam semper potest reparari. Quod ponitur

† Emericus infra part. 2. q. 14 & Guido Carmelita in summa de haereticis tit. de haereticis Waldensium.

† beatus Augustinus in libro de negribus c. 88.

† Prateolus lib. 4. de scetis haereticorum cap. 14.

A ad excludendum errorem Nouatianorum, qui dicebant quod peccantes post baptismum non possunt reparari per poenitentiam. Deinde accedit ad sacramentum matrimonij, dicens, Non solum autem virgines & continentis: verum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo ad aeternam merentur beatitudinem peruenire. Quod ponitur ad excludendum errorem Tatianorum & Manichaeorum, qui nuptias damnabant.

De alijs autem sacramentis mentionem non facit: quia circa ea non fuit specialiter erratum.

† beatus Cyprianus lib. 2. epistolarum epistola 8.

† Eusebius lib. 4. cap. 27. historiae eccl.

B EIVSDEM SANCTI THOMAE Expositio super secundam Decretalem.

D Amnamus ergo & reprobamus,] Expositio forma catholice fidei in precedentibus, in hac decretali damnatur error Ioachin, qui reprobare volentis doctrinam magistri Petri Lombardi circa unitatem diuinae essentiae, & trinitatem personarum. Et ut utriusque intentio plenius videatur, accipiendum est id, quod in precedenti est dictum: quod scilicet sancta trinitas, secundum communem essentiam est indiuidua, & secundum proprietates personales discreta: ut enim supra positum est, persona patris non distinguitur a persona filij nisi paternitate, & filius distinguitur a patre filiatione: in quantum scilicet pater genuit filium, & filius genuit a patre, & similiter spiritus sanctus distinguitur a patre & filio, in quantum procedit ab utroque.

Persona igitur in diuinis distinguitur, in quantum persona generat, vel generatur, vel procedit. Si ergo essentia diuina generat vel procedit, consequens est, quod distinguitur in tribus personis: & quod sicut est alia persona patris, alia filij, alia spiritus sancti: ita etiam sit earum alia & alia substantia, vel essentia. Quod in Ario damnauit Nicena synodus asserens filium homouison patri, id est coessentialem & consubstantialem. Quod magister Petrus sequens docuit, quod una est essentia, vel substantia communis patris, & filij, & spiritus sancti, quae nec generat nec generatur, nec procedit: ut sit penitus indistincta, ut patet in quinta distinctione primi sententiarum eius. Ioachim autem Abbas Florentis monasterij, non bene capiens verba magistri praedicti, utpote in subtilibus fidei dogmatibus rudis, praedictam magistri Petri doctrinam haereticam reputauit: imponens ei, quod quaternitatem induceret in diuinis, ponens tres personas, & communem essentiam: quam credebat sic poni a Magistro Petro quasi aliquid distinctum a tribus personis: ut sic possit dici quasi quartum. Credebat enim quod ex hoc ipso, quod dicitur, essentia diuina nec est generans, nec genita, nec procedens, distinguitur a patre qui generat: & filio qui generatur: & a spiritu sancto qui procedit. Et ideo ipse Ioachim protestatur, quod in diuinis non est aliqua res una, quae sit pater, & filius, & spiritus sanctus: siue illares una dicatur substantia.

† Vide commentarium primum primae partis Directorij.

stantia, siue essentia, siue natura: his enim tribus nominibus idem intelligimus.

Sed ne videretur totaliter à fide Nicæna synodi recedere, concedebat, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt una essentia, una substantia, una natura, quasi una essentia possit predicari de tribus personis: ut dicamus, tres personæ sunt una essentia: non autem e converso: ut dicatur, una essentia est tres personæ. Sed in hoc ipso, quod concedebat tres personas esse unam essentiam, vel substantiam, vel naturam, non habebat sanum intellectum. Non enim ponebat unitatem essentia trium personarum esse veram, realem & simplicem: sed quasi similitudinem & collectiuam, id est, quasi ex pluribus congregatam: sicut multi homines dicuntur unus populus: & multi fideles dicuntur una ecclesia, secundum illud Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unum & anima una: & secundum illud Apostoli primæ ad Cor. 6. Qui adhaeret Deo, unus Spiritus est, scilicet cum ipso: & primæ ad Cor. 3. Qui plâtat, & qui rigat unum sunt. Præterea primæ ad Cor. 12. & ad Romanos 12. Multi unum corpus sumus in Christo: & 3. Regum 22. dixit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. Populus meus & populus tuus unum sunt. In quibus omnibus significatur unitas collectiua, & non vera & simplex. Quod autem secundum hunc modum diceretur esse una substantia, vel essentia, vel natura trium personarum, probare nitebatur quibusdam auctoritatibus. Dicitur enim Ioan. 17. quod Dominus pro fidelibus suis patrè exorans inter cetera dixit: Volo pater ut sint, scilicet fideles mei, unum in nobis, id est in me & in te per fidem & charitatem, sicut & nos unum sumus: & eadem in patria sint consummati in unum. Ex quo sic arguebat. Fideles Christi non sic sunt unum, ut sit aliqua una res, quæ communis sit omnibus: sed sunt quodammodo unum collectione, id est una ecclesia propter unitatem catholicae fidei: & tandem erunt in patria unum regnum propter unionem indissolubilis charitatis: quia charitas via dissolui potest per peccatum: charitas autem patrie indissolubilis est.

Inducebat enim ad suæ opinionis assertionem quod dicitur 1. Ioa. vlti. Tres sunt qui testimonium dant in celo: Pater, verbum, & Spiritus sanctus: Pater quidem cum dixit, Hic est filius meus dilectus: & hoc in baptismo, ut dicitur Matth. 3. & in transfiguratione, ut habetur Matth. 17. Filius vero dedit testimonium fidei Christianæ per doctrinam & miracula. Vnde dicit Ioan. 8. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Spiritus sanctus testimonium perhibuit in specie columbæ super Christum apparens in baptismo: & per aduentum suum in discipulos Christi: & ad insinuandam unitatem trium personarum subditur, Et hi tres unum sunt: quod quidem dicitur propter essentia unitatem. Sed hæc Ioachim peruerse trahere volens ad unitatem charitatis & consensus, inducebat consequentem auctoritatem. Nam subditur ibidem: & tres sunt qui testimonium dant in terra, scilicet spiritus, aqua, & sanguis. In quibusdam libris additur: et hi tres unum sunt. Sed hoc in veris exemplaribus non habetur.

A Sed in quibusdam libris dicitur esse appositum ab hæreticis Ariani ad perturbandum intellectum sanum auctoritatis præmissæ de unitate essentiali trium personarum.

Similiter et Ariani utebantur illa auctoritate, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, ad ostendendum quod pater & filius non sunt unum: nisi secundum consensum amoris: sicut & nos, ut patet per Augustinum & Hieronymum, qui dicunt, hæc fuisse peruersum sensum Ariariorum. Vnde manifestum est, quod Ioachim in errorem Ariariorum incidit: licet non pertinaciter: quia ipse scripta sua Apostolica sedis iudicio subiecit, ut infra dicitur: & ideo consequenter ponitur determinatio concilij pro veritate. In qua quidem determinatione quinque facit. Primo enim asserit veritatem, quam magister Petrus docebat, scilicet, quod diuina essentia est quadam summa res incomprehensibilis cogitatu, & ineffabilis verbo: de qua vere predicantur tres personæ, & simul & singillatim. Postest enim vere dici, quod essentia diuina est pater, & filius, & Spiritus sanctus. Et iterum vere dicitur, essentia diuina est filius, diuina essentia est Spiritus sanctus. Quod quidem in nobis non accidit. Non enim essentia Petri est Petrus: sed essentia Dei patris est ipse pater: quia Petrus est ex multis compositus: non autem persona patris, neque persona filij, nec persona Spiritus sancti.

Secundo ubi dicit, Et ideo in Deo, &c. soluit rationem, quam pro se inducebat Ioachim. Est enim considerandum quod nihil connumeratur alijs nisi quod ab eis distinguitur. Vnde cum animal non distinguitur ab homine, equo, & boue: quorum quodlibet est animal: ideo non possumus dicere, quod homo, & equus, & bos, & animal sunt quattuor: sed sunt tria tantum: quia quodlibet illorum est animal. Ita quia qualibet trium personarum est illa res, scilicet diuina essentia vel natura, non potest dici, quod tres personæ & illa res sunt quattuor: quia illa res non est aliquid aliud à tribus personis. Quod quidem probat per hoc quod sola diuina essentia est principium creans vniuersa. Ita quod nihil potest inueniri præter diuinam essentiam, quod scilicet non sit idem cum essentia diuina: vel non sit creatum ab ea: tres autem personæ non sunt create à diuina essentia: quia in creatus pater, increatus filius, increatus Spiritus sanctus: quinimo possumus dicere, quod pater est principium vniuersorum, & similiter filius, & Spiritus sanctus. Vnde manifestum est, quod diuina essentia non est aliquid aliud à tribus personis. Vnde non est quaternitas in diuinis: sed Trinitas.

Sed quia Ioachim credebatur quod ex dictis Magistris sequeretur, quod esset essentia distincta in tribus personis: ideo tertio cum dicit, Et illa res non est generans, &c. ostendit quod hoc non sequitur. Verum est enim quod possumus dicere, quod diuina essentia non est distincta in tribus personis. Ex hoc enim aliquid est distinctum in diuinis, quod est generans, vel genitum, vel procedens, ut dictum est. Possumus tamen dicere, quod essentia diuina est ille qui distinguitur, id est pater qui distinguitur à filio: & similiter possumus dicere, quod essentia diuina est pa-

† Et hoc narratur plene in commentario 1. huius partis.

est Pater qui generat: et est Filius qui gignitur: et est Spiritus sanctus qui procedit. Ita scilicet quod distinctiones importatæ per hæc tria adiectiua, generans, genitum, et procedens determinant ipsas personas, de quibus predicantur prædicta adiectiua: non autem essentiam, vel naturam, quæ non distinguitur. Non ergo sequitur quod Ioachim putabat. Essentia non est generans: Pater est generans: ergo essentia non est Pater. Quia & si essentia non generat: est tamen ille qui generat, id est Pater: & similiter essentia non nascitur, sed est ille qui nascitur, id est Filius: neque essentia procedit, sed est ille qui procedit, id est Spiritus sanctus.

Quarto cum dicit, Licet igitur alius, &c. concludit qualiter secundum fidem catholicam sit signanda distinctio personarum. Circa quod considerandum est, quod in diuinis masculinum genus refertur ad personam, neutrum autem genus refertur ad essentiam vel naturam. Sicut etiam in rebus humanis per masculinum genus querimus de persona: sicut, Quis currit? Petrus. Per neutrum genus querimus de natura: sicut, Quid est homo? animal rationale. Quia igitur in diuinis essentia est indistincta, personæ vero distincta: ideo nominibus distinctis utimur in diuinis in masculino genere: non autem in neutro. Dicimus enim quod licet sit alius Pater, & alius Filius, et alius Spiritus sanctus, non tamē sunt alius & aliud: quia non est alietas in essentia, & si sit alietas in personis: sed id ipsum quod est Pater, & Filius & Spiritus sanctus: quia est eadē essentia trium. Et propter hoc sunt omnino idem, si idem sit neutri generis: quia hoc pertinet ad identitatem essentia: non autem sunt idem masculina: quia hoc toleret distinctionem personarum. ideo autem oportet quod sint idem neutraliter, ut credantur esse consubstantiales. secundum fidem orthodoxam, id est reete gloriantem: ab orbos quod est rectum, & doxa quod est gloria: & catholicam, id est vniuersalem: sicut supra expositum est. Hoc enim determinatum est in Nicæna synodo, quod filius sit hominison, id est consubstantialis Patri.

Quinto cum dicit, Pater enim ab æterno, &c. probat, quod una & eadem sit essentia trium personarum. Pater enim generando filium dedit ei substantiam suam: cum generare nihil aliud sit quam ex substantia sua alium producere. Et sicut ab æterno Pater genuit Filium, non quidem prius non existentem: ita etiam ab æterno Pater dedit substantiam Filio, non quidem quasi prius non habenti: sed quia ab æterno eam ab alio habuit, id est à Patre. Et de ista datione ipse Filius Dei testatur, Ioan. 10. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Id enim quod est maximum, est diuina essentia. Sciendum tamen, quod aliter se habet in generatione humana, & aliter in diuina. Quia enim natura humana diuisibilis est, potest homo generans partem substantia sue transfundere in Filium. Diuina autem natura est simplex & indiuisibilis: & ideo subiungit, Quod non potest dici, quod Pater partem substantia suæ Filio dederit. Similiter etiam non potest dici, quod Pater dans substantiam suam filio, eam sibi non reuenerit: quia sic Pater desisset esse diuina

A substantia. In corporalibus enim quod datur, non retinetur: sicut qui dant equum, non retinet ipsum: sed in spiritalibus simul datur aliquid & retinetur: sicut qui communicat alij scientiam, retinet ipsam. Pater igitur quod Filius sine vlla diminutione accepit nascendo substantiam Patris: & pater eam retinet. Vnde sequitur, quod Pater et Filius habeant unam substantiam. Et eadem ratio est de Spiritu sancto, qui ab utroque procedit. Pater autem est substantia sua: quia non est in eo aliqua compositio & similiter Filius, & Spiritus sanctus. Cum ergo sit una essentia tribus: sequitur quod una res, quæ est diuina essentia, est Pater, & Filius, et Spiritus sanctus. Et ideo irrefragabiliter est probata sententia magistri Petri Lombardi: & per consequens dictum Ioachim infirmatum ut falsum.

Sexto cum dicit, Cum ergo veritas pro fidelibus, &c. ponit auctoritates, quas male intellectas pro se Ioachim inducebat. Quod enim Dominus oras pro fidelibus dicit: Volo ut ipsi unum sint in nobis: sciunt et nos unum sumus, sic inducebat Ioachim ac si eodem modo accipiendum esset hoc quod dicitur unum in nobis, et in diuinis personis. Hoc autē est falsum: quia in fidelibus sic accipitur, ut intelligatur unitas charitatis per gratiam: in diuinis autem personis sic accipitur, ut intelligatur unitas eiusdem naturæ. Et hoc probat per simile: quia Dominus dicit Matth. 5. Estote vos perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est. Non tamen est idem modus perfectionis humane & diuine: quia non potest esse tanta similitudo inter creatorem & creaturam, quin maior inueniatur ibi dissimilitudo, propter hoc quod creatura in infinitum distat à Deo.

G. O. SVPER DECRETALES Tit. de summa Tri. & fide Catho. de volumine maiori Decretalium.



UONIAM omne quod non est ex fide, peccatum est: 3. 8. q. 1. §. 1. ad Ro. 1. 4. & infra, de presc. quoniam omnino & ordo nostra reparationis à fide sumpsit exordium: ideo de fide catho. agendum.

quia in fide primo instrui debemus, ut sic ad baptismum creculi ueriamus. de consec. dist. 4. ante baptismum. videndum est ergo, quid sit fides prout hic accipitur, et quot modis accipiat fides, et quot sint species fidei, & quot articuli, quod premium credentium, & que sit pœna non credentium. Fides enim multis modis dicitur. Dicitur fides quandoque idem quod sacramentum baptismi. 4. 5. dist. de Indegis. & infra, de bapt. & eius effectu, debium.

Item dicitur fides, castitas thori. 2. 7. q. 2. coniuuges. 2. 8. q. 1. caue. & infra, de iureiur. quemadmodum, & est unum de tribus bonis matrimonij. ea causa, & questione, scilicet, 27. q. 2. omne itaque. infra, de condi. appo. cap. vlt.

Item dicitur fides securitas, siue pactum, que etiam hosti seruanda est. 2. 3. q. 1. noli.

Item dicitur fides, quandoque conscientia. infra, de resti. spo. litteras. §. nos autem, circa principium.

infra de prescript. quoniam omne, quod non est ex fide, id est, conscientia, de pen. dist. 3. querat d. i. u. illud Ambrosij aliis est versi.

Item dicitur fides credulitas, secundum quam credimus id, quod non videmus: Fides enim est de re non visa, de pen. dist. 4. in domo versi. Et si abiero. vnde de etiam dicitur: Fides non habet meritum, cui humana ratio prebet experimentum.

Item dicitur fides promissio, in li. de rerum diu. §. vendite. Et infra, de spon. duorum, cap. 1.

Item alio modo dicitur fides, collectio articulo- rum, vt hic. Et 2. q. 1. hec est fides. preterea et in symbolo Athanasij dicitur: Hec est fides catholica, quam nisi, et c.

Item dicitur fides equitas in actionibus considera- ta, in li. de ac. §. Actionum autem quedam sunt bona fidei quedam scilicet iuris.

Fides vero sic describitur ab Apostolo in epist. ad Heb. 11. prout hic sumitur. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Et dicitur substantia sperandarum rerum: quia spe- rare debemus, quod distat est a Prophetis, esse futu- rum. Argumentum non apparentium dicitur, quia per prophetias iam completas, debemus habere argu- mentum, id est, probationem non apparentem de futuris completandis, scilicet de die iudicij, et de fine mundi.

Sed videtur, quod definitio ista non sit bona: quia vera definitio, conuertibilis debet esse cum suo de- finito: sed hec non est conuertibilis, quia si es simi- liter est substantia sperandarum rerum, vnde vide- tur inferendum, quod fides est spes, quod est falsum.

Item hac definitio videtur loqui tantum de fu- turis: cum fides sit tam de presentibus quam de pre- teritis et futuris, eo quod habet se ad omnia. Ad preterita: quia credendum est Christum fuisse et passum. Ad presentia: quia credendum est ad ipse sit, qui in altari quotidie conficitur. Ad futu- rum: quia credere debemus ipsum venturum et re- turnum viuos et mortuos et ita videtur esse sciens ista definitio: et licet diuersa tempora prebendat, vna tamen fides esse videtur. Consi- deranda autem definitio ista ab Apostolo distat.

Potest autem magis trahitur definitio. Fides est voluntaria certitudo absentium, infra scientiam, et supra opinionem, constituta. Scientia enim habet cogitationem: fides vero non. vnde dicit Aug. fides est, credere quod non vides, de pen. dist. 4. in domo.

Species autem fidei sunt due. Vna est formata, quam habent boni et est alia informis, quam habent mali, et existentes in mortali peccato: et fides eorum caret forma. Prima est virtus, a qua dicuntur fide- les quicumque baptizantur, de consec. dist. 4. si qui apud. et talis fides dicitur informata charitate. Vnde sic potest definitio: fides est qualitas, qua quis cre- dit quod diligit, charitas dignior est, penes quam confi- sit omne meritum, et est fons viuus, cui non cōicat alie- nus scilicet a fide infra, de reg. licet. si. et de pen. dist. 1. omnis, qui non diligit. vnde dicitur: Fides nostra, est virtus quam charitas comitatur. Vnde dicit Aug. Fides, que per dilectionem operatur, est fundamentum omnium virtutum. 1. q. 1. cum Paulus. et aliis ita

† Vide om- nino sancti Thomā 2. 2. q. 4. art. 1.

† Sanctus Thomas 2. 2. q. 4. art. 4. explicat qua- liter hoc in- telligi debe- at.

definit. Hec est fides, que per dilectionem opera- tur, de penit. dist. 2. c. Charitas. S. item Dominus, Amen. versi. hac est fides. et non ea que demonum est, qua credunt et contremiscunt. De fide informa- ta charitate dicit Abach. c. 2. propheta: Iustus autem in sua fide viuet. Fides nostra est eadem in substan- tia cum fide antiquorum, vt dictum est, quod pro- bat Euangelium. Turba autem que precedebat, et que sequebantur clamabant dicentes, Osana filio David, Matth. 21.

Distat tamen in qualitate: quia quod ipsi cre- debant de futuro, nos credimus de preteritis, scili- cet Christum natum et passum.

Principales autem articuli fidei nostre, sunt septem, secundum quod septem sunt dona Spiritus sancti, quos quilibet Christianus scire tenetur: et credere sicut tenet Ecclesia. et sunt hi: Incarnatio siue natiuitas, baptisimus, passio Christi, siue mors eius, descensus ad inferos, resurrectio, ascensus in celum, aduentus eius in iudicium. De quibus habes in prima constitutione firmiter, pro quibus 10. Apo- caly. c. 5. legitur stenisse. vbi dicitur: Vidi librum si- gnatum septem sigillis formam inprimentibus in ca- lo et in terra, et apud inferos: et nemo fuit dignus aperire librum, nisi leo de tribu Iuda. Et isti septem articuli patent in his versibus:

Nascitur, abluitur, patitur, descendit ad ima: Surrexit, scandit, venit discernere cuncta.

Secundum quosdam theologos sunt 12. articuli fidei propter 12. Apostolos, qui eadem hora infun- ditus Spiritus sancti symbolum et composuerunt.

Et est aliud symbolum maius, quod cantatur in Missa, in Constantinopolitana synodo factum pro- pter Gregos, qui non credebant, quod Spiritus san- ctus procederet ab vtroque: de consec. dist. 5. c. vlt. et pen. Est et tertium symbolum Athanasij: Qui- cumque vult, quod cantatur in Prima. Istud potest appellari quia non symbolum: et ita sunt modo qui- tuor, sicut quatuor Euangelij.

Premium vero credentium est vita eterna: pœ- na vero non credentium est gehenna perpetua, iux- ta illud: Hec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non po- terit. et, Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. infra, de baptis. et eius esse, maiores. Ber.

De hac materia habes de consec. dist. 3. cap. vlti. de consec. dist. 3. c. penul. et vlti. 2. dist. per totum. 23. dist. qui episcopus.

Glossa super cap. Firmiter.

Firmiter] Non solet summari, sed pro summa- rio diuiditur in duas partes principales. Secun- da ibi vna vero. Prima tractat de summa trinitate et eius operibus: de fide catholica, et articulis fi- dei. Secunda pars principalis tractat de sacramen- tis. Abbas Panormitanus.

Firmiter] Hoc ideo dicit, quia ordo fidei nosse pro- bari non potest, et quia vbi ratio deficit, fides supplet. de consec. dist. 4. cap. nihil est aliud. et dist. vlt. c. vlti. argu. vt quod sermo sonat, affectus sentiat, id est fides, ac consec. dist. 2. cap. vlti. in fin. quia

† De articu- lis ad huma- nitate Chri- sti spectanti- bus loquitur. vide sancti Tho 2. 2. q. 1. art. 8. et q. 2. art. 7.

† Hoc sym- bolum se se- quentia pau- lo post I hac prima parte adducit Hy- metius, sup- quibus vide- comentarios ibidem, vnde hec intelligi- tur aperitus.

in. quia fides est de re non visa, de pa. dist. 4. in do- mo. in fine.

† Qualiter hoc intelli- gatur, pul- chre docet Augustinus de Anaconia in summa de po- testate Eccle- siastica, q. 28. art. 1. et Pala- cius Rubius in allegatio- ne. de heresi, §. 5.

Credimus] Hoc ideo dicit, quia dubius est in fi- de, infidelis est. infra, de heretic. capitulo primo, et arg. 2. 2. questione prima, omne quod in fin. Et est si- mile de accusato, contra quem nihil est probatum. et sic remanet dubius, quando se non purgat. Et quia fides est exordium nostre reparationis: ideo prius de ea premitur: quia prius homo debet in- strui in fide, de conse. dist. 4. ante baptismum et cap. ante viginti.

Simpliciter] Fides enim simplicibus verbis est proponenda. 2. 3. dist. qui episcopus. et 2. 3. dist. quando. Sic et testimonium debet esse purum. 3. q. 9. pura. Et simplex esse debet constitutio, similiter et lex. 4. dist. erit autem. Sic et qualibet scriptura, si obscure loquatur, pro non scriptura habetur. ff. de ijs, que pro non scrip. ha. l. 1. sic et testimonium ob- scurum non valet. infra, de prob. in presentia. et in- fra de testi. cum clamor. et ff. de interro. ac. de eta- te. §. nihil interest. Et generaliter nunquam per ex- tranea verba res est proponenda, sed per visitata. argu. 3. 7. dist. relatum. 10.

Vnus] Hoc dictum fuit ad differentiam plurium planetarum, quos quidam colebant tamquam Deos. Verus] Dicitur est ad differentiam fictorum.

Aeternus] Hoc ideo dicit, quia misericordia Dei nec mensuras possimus ponere, nec tempora definire, de penit. distinctione prima. multiplex. et 2. 6. quæst. 6. is qui.

Immensus] Id est, sine mensura: vnde dicitur in- tra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, supra omnia non elatus.

Incommutabilis] 2. 2. quæst. 4. incommutabi- lis. et tamen dat cuncta moueri. vnde Boetius ter- tio cap. de consolatio. Stabilisque manens dat cun- cta moueri. sepe tamen mutat sententiam suam, vt ibi dicitur, et cap. vnusquisque in fine.

Incomprehensibilis] Vnde in veteri lege di- citur: Bestia que montem tetigerit, lapidabitur. et illud: Accedet homo ad cor altum, et exaltabitur Deus ab eo. et illud: O altitudo diuitiarum sapien- tia et scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt opera eius, et inuestigabiles via eius.

Omnipotens] quia omnia potest, que decens eius potentiam, et que posse est aliquid posse, vnde peccare non potest, quia peccare non est aliquid posse: vt ait Aug. immo est aliquid non posse: vt de pen. dist. 2. c. vlti. §. charitas.

Ineffabilis] vnde illud: Sapientiam eius quis enarrabit? quasi diceret, nullus.

Glossa sequens tractat de triplici compositio- ne, et dat simile in anima.

Simplex omnino] Nota quod multiplex est compositio. Est enim proprie compositio partis ad partes, vt in rebus corporalibus. It est compositio proprietatis ad subiectum, vt rationalitas in anima. Item forma ad substantiam, et substantia ad for- mam. et nulla istarum compositionum cadit in Deum, et ideo dicitur simplex omnino, id est in quolibet sensu compositionis. Et pone quasi simile in ani- ma, cuius substantia simplex est, et tamen tria re-

periuntur in anima. Intellectus qui preconcepit, ratio que discernit, et memoria que conseruat. Intel- lectus preconcepit, patri primo operanti compa- tur. Ratio discernens comparatur filio, qui est sa- pientia Patris disponens omnia in celo et in terra. Memoria conseruans, comparatur Spiritui sancto, qui omnia bona corroborat et confirmat. Sicut ista tria idem sunt in substantia cum anima: sic et tres personæ Pater, et Filius, et Spiritus sanctus idem sunt in substantia.

Coomnipotens] vt in symbolo Athanasij, sed tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.

Coeterni] Sed contra videtur in dicto symbo- lo, vbi dicit: et tamen non tres eterni, sed vnus eter- nus. Solutio. hic ponuntur adiectiue istę dictiones, ibi autem substantiue. hec est differentia: hic desi- gnat personas, ibi essentiam, licet totę tres personę coeternę sibi sunt, et coęuales.

Simul] Vnde Salomon: Qui manet in eternum, creauit omnia simul. Vnde in Genesi. In principio creauit Deus calum et terram, quod simul factum fuit, sed simul dici non potuit.

Humanam] Quia prima die angelos creauit, et sexta die creauit homines.

Quali communem] id est, mediam inter ange- licam et mundanam: vel communem, id est vtrique conformem: quia in pluribus conformatur se cum an- gelis scilicet in ratione, et discretionem: et in multis cum inferioribus creaturis, quia sentimus cum illis et in pluribus alijs.

Diabolus] Dicitur criminator, et calumniator, et est grecum vocabulum.

Dæmones] Demon interpretatur, sciens. Et est argu. ex hac littera, quod de bono procedat malum: quod est falsum, vt hic exponitur: quia angelus non habuit remedium sicut homo: quia homo peccauit per suggestionem, angelus per se sine alterius sugges- tione, vt dicit littera sequens.

Glossa sequ. querit, arguit negatiue, soluit con- trarium, et argumento responderet.

Creati sunt boni] Numquid est idem de homi- ne? Videtur quod non, per hoc quod dicit Aposto- lus: Erasmus enim natura filij ire sicut et ceteri, a qua nullus liberatur, nisi per fidem, de conse. dist. 4. c. 1. 1. quod incipit, firmissime. Dicitur quod homo ab initio bonus creatus fuit, sicut et angeli et in cha- ritate, vt de pen. dist. 2. c. tolle charitatē. versi. Adā vero. et c. seq. et cap. princeps. videtur quod homo creatus fuit immortalis, de conse. dist. 4. placuit igitur. versus si. dist. Et auctoritas predicta sic debet intelligi, eramus enim natura filij ire, id est, eramus digni pœna aeterna, siue debitores ire, id est, pœnę eterne, natura, id est, inseparabili vltio, scilicet ori- ginali peccato. Originale enim peccatum ita in- heret humano generi sicut si esset ei naturale: quia sicut natura nos non deserit dum sumus, ita nec ori- ginale peccatum: sed tamen post baptismum non nocet. de conse. dist. 4. c. 2.

Per se] id est, ex proprio defectu.

Diaboli suggestionem] Et ideo magis puniendus est diabolus, quam ipse faciens. 86. dist. iusta. circa fin. ibi, eos vero. nec illud excusat diaboli, si homo

† De peccato originali ple- ne S. Tho- mas 1. 2. q. 81. 82. et 83.

illud alijs facturum esset. ff. de ser. cor. l. 1. §. qui igitur licet videtur, quod pro sola tantum hortatione non debet teneri. non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur. ff. de his qui not. infra. l. ob haec verba. in fi. Nec id excusat hominem, quod consilio alterius fecit, quia debuit & potuit explorare apud semetipsum an expediret ei tale consilium. ff. man. l. 2. in fi. & si dubitabat, potuit consulere peritiores. Quare imputatur alicui. ff. de iu. & sa. ign. l. regula. §. sed iuris. & ff. de bo. poss. in bonorum. in fin. & 37. dist. §. vlti. Ioan. And.

Glossa sequens declarat triplicem legem sub triplici tempore.

Ordinatissimam dispositionem temporum] Hanc fuit dispositio, quia tria fuerunt tempora, tempus ante legem, & tempus sub lege, & tempus gratiae. In tempore ante legem habebant homines ius naturale, quo regebantur, quod consistebat in his duobus praeceptis contentis his versibus. Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli. Sic potes in terris vivere iure poli. dist. 1. in princip. In tempore sub lege regebantur de calogo Moysi dato à Deo, & tunc contingebant omnia in figura, quae completa fuerunt tempore gratiae, quando Dei filius nos docuit praecepta Evangelica, quibus hodie regimur: in quo scripturae fuerunt completae. & hic est ordo, de quo hic dicit.

A tota Trinitate] hoc ideo dicit, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. de consec. dist. 3. c. vlti. in fi. & 28. q. 1. sic enim neque circa princip. per mediam colum. Nec potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. de conse. dist. 5. c. vlti. in fin.

Incarnatus] Hic explicatur primus articulus fidei.

Vna] Hoc fuit figuratum in arca Noe. Gen. 7. ubi fuit redemptio sanctorum per duas naturas, quo ad opinionem & veritatem.

Impassibilis] 22. q. 4. incommutabilis. & habetur figura his versibus. Nihil in saec patitur, aries fit victima Christo. Nec deitas patitur, cum moriatur homo. 22. q. 2. c. si qualibet. §. Abrabā. & cap. seq.

Mortuus] Hic explicatur tertius articulus fidei.

Descendit ad inferos] Quartus articulus.

Resurrexit à mortuis] Quintus articulus.

Ascendit in caelum] Hic est sextus articulus.

Venturus] Septimus articulus.

Nunc gestant] Vnde Apostolus: hoc mortale induet immortalitatem.

Vna] Hanc est secunda pars principalis, in qua tractatur de sacramentis. Et primo de sacramento Eucharistiae, interferens de sacramento ordinis. Secundo de sacramento baptismi: ibi, sacramentum, Tertio de sacramento penitentiae: ibi, & si post. Quarto de sacramento coniugij: ibi, non solum.

Extra quam] 24. q. 1. quoniam vetus.

Est sacrificium] De consec. dist. 2. cap. nec Moyses, vnde dicitur. Rex sedet in coena turba cinctus duodena. Se tenet in manibus, se cibatur ipse cibus. Dicit Aug. De carne beate Mariae car-

† De hac dispositione co-
sule sanctum
Thomā lib.
4. contra Gē-
tiles cap. 54.
& 55. & 3.
par. 9. 1. art.
5. & 6.

nem accepit, & eandem carnem ad manducandum dedit ad salutem. de consec. dist. 2. acceperunt Iu. dei. & hoc fuit significatum in persona David, de quo dicitur: Ferebatur David manibus suis, ut ibi dicitur. Ber.

Sub speciebus panis & vini] Hoc ex causa factum fuit, ut in alia forma sumeretur propter horrorem. Vnde dicitur: Nisi quis manducaverit corpus meum, & biberit sanguinem meum, & c. auditu hoc verbo scandalizati sunt discipuli, & dixerunt: durus est hic sermo. de consec. dist. 2. prima. de hoc sacramento traditur infra de celeb. miss. cū Marthę.

Secundū claves Ecclesie] Nota hic quod non potest conficere corpus Christi, nisi fuerit ordinatus in forma Ecclesie.

Sacramentum vero baptismi] Hic est secundus articulus, qui ultimo ponitur: & hic exprimitur forma baptismi, quam servat Ecclesia. de consec. dist. 4. firmissime, & infra de bap. & eius effectu. cap. maiores.

A quocumque] A quocumque ergo baptismus conferatur in forma Ecclesie, sic ratum est, ut 1. q. 1. quod quidam. & de consec. dist. 4. à quodam. & c. Romanus. 24. q. 1. c. subdiaconus. §. sed illud.

Glossa seq. prosequitur triplicem hominum statum.

Coniugati] Nota quod tres sunt ordines in Ecclesia Dei, scilicet virgines, continentes, & coniugati. Christus enim plus amat virgines quam alios: quia sponte tribuit quod sibi non fuerat imperatum. Continentes etiam plus Deo placent, quam coniugati, quia non expedit homini ad regna caelestia tendenti, accipere uxorem, ut 32. quest. 5. tunc saluabitur. & ea sunt in nostris officijs gratiora, quae cum liceret non impendere, tamen causa dilectionis impendimus, 28. q. 1. iam tunc.

Glossa ordinaria super Cap. Damnamus.

D Amnamus] Hec decretalis dividitur in duas partes principales. In prima reprobat doctrinā abbatis Ioachim, ibi, Reprobamus. In secunda damnat illam Almarici. Prima pars facit quinque: quia primo reprobat doctrinam abbatis Ioachim contra magistrum sententiarum, quā prosequitur exprimendo motiva & rationes ipsius. Secundo ibi, nos autem, approbat sententiam magistri, qua damnat Ioachim. Tertio ibi, cum ergo, respondet auctoritati, qua principaliter movebatur Ioachim. Quarto ibi, si quis, damnat tenentes opinionē Ioachim. Quinto ibi, in nullo, ptestatur pro monasterio, cui praesuit Ioachim. Abbas Panormitanus.

Non est generans] adiective tenetur, id est, non generat, licet sit persona generans.

Afferit] Scilicet Ioachim.

Ille] Scilicet Petrus.

Qui plantat] Scilicet predicando.

Et qui rigat] Baptizādo. In epistola ad Corinths.

Vnum corpus] Unione charitatis & spiritus.

de conse. distinctione 4. queris à me.

Vt sint vnum] Id est, eiusdem voluntatis.

Nos

Nos vnum] Scilicet unione naturę.

Non enim] Hic respondet Concilium auctori-

tatibus Ioachim.

Ait] Scilicet Ioachim.

Glossa sequens ponit triplex testimonij personarum Trinitatis.

Pater, & Filius, & Spiritus sanctus] Pater dedit testimonium deitatis quādo dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Filius dedit testimonium deitatis, quando in monte transfiguratus potentiam deitatis, & speciē aeterna beatitudinis ostēdit. Spiritus sanctus dedit testimonij, quando super baptizatum in specie columbe requieuit: vel quando ab invocatione nominis Christi, corda credentium implevit.

Ethi tres vnum] Id est, indifferentes quo ad dandum gratiam. Vel vnum, id est, vnius substantię, vel essentię.

In terra] Scilicet quod Christus fuit homo. infra de celebra. mis. in quadam.

Spiritus] Id est, humana anima, quam emisit in passione.

Aqua & sanguis] Que fluxerūt de latere Christi, ut in decre. prę. in qua idem et fuit vera aqua & non aquaticus humor, ut quidam heretici sentiuntur.

Et hi tres vnum sunt] Non natura eiusdē substantię, sed cooperatione eiusdē mysterij: quia spiritus per adoptionem nos filios Dei fecit, aqua fecit nos filios Dei per ablutionem baptismi, sanguis per redemptionem gratię.

Non est generans] Id est, non generat, sed est persona generans.

Glossa sequens distinguit triplicem speciem nominum in divinis.

Neque genita] Not. ad intelligentiam personarum in trinitate, quod nominum quedam sunt essentialia, quedam personalia, quedam notionalia. Essentialia sunt, quę in singulari numero dicuntur congrue de tribus personis singularim, ut Deus bonus, Deus iustus, eternus, omnipotens, & similia. in plurali vero numero incongrue dicuntur, iuxta illud Athanasij: & non tres Dii, sed vnus est Deus. Personalia sunt, quę supponunt personam, et in singulari numero tantum, ut Pater et Filius & Spiritus sanctus. Notionalia sunt, quę notant distinctionem in personis: ut generans, generata, & procedens. Ista notionalia, cum veniunt adiective, dicuntur tantum de personis, & non de essentia, sed quando tenentur substantiue, tunc dicuntur tam de essentia quā de personis. vnde hęc propositio simpliciter est vera, Pater est generans. sine hęc dictio, generans, teneatur adiective, siue substantiue. Si autem dicatur, substantia divina est generans, si hęc dictio, generans, teneatur adiective, falsa est, quia vellet notare distinctionem in diuina essentia: si teneatur substantiue, vera est: quia tunc est sensus, substantia diuina est generans, id est, persona quę generat. Vnde nomina ista, generans, genita, & procedens, adiuncta nominibus personarum, distinctionem notant personarum: iuncta vero cum nominibus istis substantiue natura, seu essentia diuina, ve-

† Sāctus Th.
3. parte q. 74.
art. 7. ad 3.
arg.

† Ad intelli-
gentiam hu-
ius glossę vi-
de theologos
lib. 1. sen. dist.
34. & sanctū
Thomā par.
1. q. 13.

mentur substantiue, & notant essentiam tantum.

Natura] Hęc est illa summa res, quā dixit magister Petrus.

Glo. seq. ponit quomodo in diuinis disiunctiva nomina tripliciter iunguntur.

Alius sit pater, alius filius] disiunctiva siue partitiua nomina vnus, aliquis, alius, duo, vel similia, aliquando significant essentiam, aliquando non. Nomina partitiua iuncta cum nominibus personalibus, & non essentialibus in masculino & feminino genere notant distinctionem in personis: pater est vnus, filius est alius, Pater, & filius sunt duo. Iuncta vero nominibus essentialibus, ita quod eis inniuntur, essentiam notant: ut pater est vnus Deus, pater & filius sunt vna essentia. In neutro vero genere, tantum essentiam notant pater & filius sunt vnum, id est, vna res. & ideo optime dicit, alius pater, alius filius, id est, alia est persona patris, & alia persona filij, non tamen aliud, immo idem sunt in substantia, ut iam patet.

Orthodoxam] Id est rectam. ab orthos quod est rectum: & doxa, quod est gloria, quasi recte gloriosa. Hostien.

Ei dedit] Vnde Aug. Nihil habet filius, quod non nascendo à patre acceperit.

Simplex omnino] De hoc dicas ut supra, cap. proximo.

Procedens] Scilicet per inspirationem. de consec. dist. vlt. cap. pen. in fin.

Cum ergo veritas] Dicit respondendo auctoritati prædictę, Volo pater, & c. & eam exponit, quā inducebat pro se Ioachim, & exponit qualiter intelligatur hoc verbum, vnum: & per hoc etiā alijs auctoritatibus respondetur.

Orat] In Evangelio Ioannis.

Vnum in nobis] Id est, vnici nobis vnione spiritus.

Vnum sumus] Hic in alia significatione accipitur hoc nomen, vnum id est, vnione substantię, seu naturę, ut infra sequitur.

In gratia] Id est, per gratiam.

Florensi monasterio] Not. quod si auctor reprobatur, & eius scripta sunt reprobanda. Infra de here. fraternitatis. immo & si bona essent, reprobantur ratione auctoris: quia non licet ei hoc facere. 96. dist. bene quidem. hic vero licet auctor non reprobetur: quia constat se seruare fidē catholicam, tamen scripta sua (quia malam habebant sententiam) reprobantur.

Corrigenda] Et ideo quia paratus fuit corrigi, & se correxit, ut sequitur, non debet dici hereticus: licet quandoque errasset in fide. 24. quæst. 1. hęc est fides, & q. 3. dixit Apostolus.

INNOCENTIVS SVPER

eodem tit. de summ. trinit.

& fide catholica.

1 Ad credendum ea, quę sunt fidei quilibet tenentur.

2 Prælati, & qui curam habent animarum, explicitē credere debent articulos fidei.

3 Papa & prælati dispensare ex causa possunt

B 3 cum

† De materia
huius glossę
vide late in
cōmentatio
super cap. fra-
ternitatis, re-
lato infra in
2. par. Dire-
ctorij, i prin-
cipio.

- 2.2. cum illitteratis.
- 4 An clericis pauperibus sufficiat credere sicut laicis, & in quibus eos non excuset imperitia fidei.
- 5 An liceat clericis iurisperdentiam fidei cognitioni seu Theologie preferre.
- 6 Bonum est laicis studia fidei seu Theologie addiscere, sed non peccant alijs scientijs vacando.
- 7 Fides implicita quando profit.

FIRMITER credimus] De fide teneas, quia quedam est fidei mensura, ad quam quilibet tenetur, & quae sufficit simplicibus, & etiam forte omnibus laicis, scilicet, quia oportet quemlibet adultum accedentem ad fidem credere, quia Deus est, & quod est remunerator omnium bonorum. Item oportet omnes alios articulos credere implicitate, hoc est credere, verum esse quicquid credit Ecclesia Catholica.

Hanc autem mensuram excedere debent praelati Ecclesiarum quicumque curam animarum habent, quia debent scire articulos fidei explicitate, & distincte, qui continentur in symbolo, scilicet, Credo in unum Deum, & Quicumque vult. 38. dist. c. 1. et 2. & c. seq. Episcopi enim plus scire debent: quia de eis scire debent reddere rationem omnipotenti. 36. dist. cap. qui Ecclesiastici. s. ecce. 38. dist. cap. omnes. non tamen dicimus, quod incontinenti teneatur praedicti de omnibus respondere, sed praehabita deliberatione, & etiam si oportuerit, cum consilio aliorum.

Non negamus tamen quin Papa, & alij superiores praelati possint dispensare ex certis causis minus litteratos & minus industriosos in temporalibus suscipere. infra de renun. cap. nisi cum. s. pro defectu.

De clericis autem inferioribus satis videtur, quod si essent pauperes, qui non possent intendere studio, quia non habent magistros vel expensas, quia oportet eis proprijs manibus quareere victum, quod eis sufficiat scire sicut simplicibus laicis, et aliquantulum plus, sicut de sacramento altaris: quia oportet eos credere, quod in sacramento altaris conficitur verum corpus Christi: & hoc ideo, quia circa illud quotidie et continue versantur plus, quam laici. Si autem haberent magistros et expensas ad discendum, tunc peccarent, nisi plus proficerent in cognitione distincta fidei, quam laici: debent tamen ab eo, qui imponit eis penitentiam, de ignorantia vel potius de negligentia sciendi seruari, ut diligenter attendant quare in eis non proficiunt vel propter duritiam ingenij, vel quia eos oportuit circa alia opera charitatis intendere, puta circa exhibenda necessaria confratribus suis, vel pauperibus, vel hospitibus: & idem dicendum est de alijs operibus bonis: nam cum non teneantur ad explicitam cognitionem articuloꝝ, bene licet clericis illis explicita cognitioni postponere alia opera pietatis.

Item etiam ex causa possent illi scientia pra-

ponere alias scientias, ut si velint addiscere scientiam iuris, ut pauperes in iudicio defendant ne opprimantur, non peccant: tamen credimus, quod non debet ita proponere scientiam cognitioni fidei, quin in ea proficiat, & bene videtur quod semper plus debent intendere circa cognitionem articuloꝝ praedictorum, quam circa cognitionem iuris, postquam expensas habent ab Ecclesia, nisi in contrarium eos iusta causa moueat.

Item videtur quod etiam laici, quibus Deus dat talentum subtilis ingenij, quod melius faciunt si suum ingenium impendant in cognitione praedictorum: quamvis non videatur quod peccent etiam si eis non intendant. Videtur autem eis sufficere, quod talenta sibi credita non abscondant in terra, id est in terrenis, sed bonis operibus insistant.

In tantum autem valet implicita fides, ut dicitur quidam, quod si aliquis eam habet, scilicet et quod credit quid quid Ecclesia credit, sed falso opinatur ratione naturali motus, quod pater maior vel prior sit filio, vel quod tres personae sint tres res a se invicem distinctae, quod non est hereticus, nec peccat, dummodo hunc errorem sui non defendat; & hoc ipsum credit, quia credit Ecclesiam sic credere: & suam opinionem fidei Ecclesiae supponit: quia licet sic male opinetur, tamen non est illa fides sua, immo fides sua, fides est Ecclesiae. infra eodem, cap. damnamus. circa finem.

IDEM INNOCENTIVS SVPER cap. Damnatus.

- 1 Non licet publice de fide disputare causa tumultus & perfidia.
- 2 Licet quandoq; de fide disputare publice ad refellendos haereticos.

DAMNATUS ergo.] Defendit hoc enim nullatenus licet, immo, quod plus est, nec disputare de fide licet publice turbis coadunatis causa tumultus, vel sua perfidia defendenda. C. de sum. trinit. & fide catho. l. penult.

Si autem ad confusionem hereticorum, vel ad veritatem clarificandam disputaret aliquis, non crederem malum, ut fecit Silvester Papa.

GLOSSA IOAN. AND. SVPER tit. de sum. trinit. & fide catho. de Sexto Decretalium.

FIDELI] Errore Graecorum, qui dicebant Spiritum sanctum procedere a solo patre, extirpato per canones, de quo de consec. dist. 5. cap. penult. & vltim. adhuc quidam in erroꝝ alios inciderunt, negantes Spiritum sanctum aeternaliter processisse a patre & filio: alijs dicentibus, quod ab utroque procedebat, non tamquam ex vno principio, sed tamquam ex duobus principijs, & duabus inspirationibus. Gregorius X. in generali concilio Lugdunen. primo ponit confessionem suam, quam

Ad hunc locum conferunt tradita per sanctum Thomam quodlibeto 1. q. 7. art. 14.

De doctrina Innocentij hoc loco, quae vera & communis est, vide quae late scribo infra super q. 7. primae partis Directorij.

Hae intellige sicut explicui infra in hac prima parte, in comentario super l. nemmo. C. de sum. trinit. & super q. 10.

De diuersis erroribus circa Spiritum sanctum vide de Alfonso Castrum lib. 5. aduersus haereticos, verbo Deus haec tot. 12. & seq.

quam etiam dicit sancta Romana Ecclesia, catholicorum patrum, Graecorum doctorum & Latinorum obseruantiam & doctrinam, scilicet, quod Spiritus sanctus aeternaliter a patre & filio, & tamquam ab vno principio, & vna spiratione procedit: Demum reprobando, damnat omnes, qui praemissa negare, vel contrarium asserere praesumpserint. Secunda ibi, Sed quia.

Fideli] supra eod. firmiter. & supra de haereticis. dubius. & est simile C. de ijs. qui ad eccle. confug. l. fideli. & dic fideli quo ad mentem; deuota quo ad exteriores actus: quasi dicat humiliter ad hoc infra de immu. eccl. decet.

Professione] id est, confessione. Aeternaliter] nam est Pater generans, Filius nascens, Spiritus sanctus procedens pariter ab utroque, absque initio semper pariter, ac sine fine. supra eod. firmiter. circa prim. de consec. dist. 3. c. vlt. C. de sum. trinit. in epist. inter claras. Sed opponitur. Trinitas est vnum vniuersoru principium, ut supra eod. firmiter. ergo non est ibi ternitas: quia aeternum vere sine principio, sine fine. Solu. Est principium principias, non principiatum; ut referatur principium ad res creatas, non ad ipsam diuinitatem.

Et filio] confunditur hic error Graecorum, dicentium, Spiritum sanctum, a solo patre procedere. Mouebantur autem auctoritate Euangelica, Io. 16. ibi, Spiritus sanctus, qui a patre procedit.

Item in symbolo apud eos edito, simpliciter coninetur, qui ex patre procedit. Nos addimus & filioque. ad idem. C. de summa trinit. l. 2. vbi dicitur, Spiritum sanctum, quem ex summo rerum parente speramus, & c. Sed ad hoc & similia respondetur, quod expressio patris non excludit filium, immo potius includit: cum ipsorum opera inseparabilia sint. 28. q. 1. sic enim. S. beatorum in fine de consec. dist. 3. c. vlti. vnde cum pater & filius sint vna essentia, substantia, seu natura, ut in praedicta decretali, firmiter. non potest ab vno solo procedere. Nec sumus excommunicati (ut dicebant Graeci) addendo in symbolo, filioque: quia illud potius est declarare, quam addere. Et adde quod not. de consec. dist. 5. cap. penult. Sed obiicitur ad hanc constitutionem, quod sit superflua: ex eo quod hoc idem dictum fuerat supra eod. firmiter. ibi, Spiritus sanctus pariter ab utroque, & c. Sed dic, quod hic expressius modum processionis aperit, dicens quod non tamquam ex duobus, & c. Praeterea hic damnatur asserendo, vel negando, contrarium sentientes.

Docuit] Nota quod in ijs, quae sunt de fide catholica, et eius articulis necessario tenere debemus & sequi, quod tenet & sequitur Romana Ecclesia: alius essemus heretici. supra eod. tit. cap. 1. & 2. sed in alijs non habemus necessario sequi, & tenere quod sequitur, nisi sequatur & doceat. 11. dist. no. lite. vbi de hoc in glo. docere. 12. dist. cap. nouit. 21. dist. cap. aliter. de consec. dist. 4. de trina. in vna enim fide nil officit sanctae Ecclesiae consuetudo diuersa, ut ibi.

Firmiter] supra eod. firmiter.

Fidelium] De ijs, qui sunt foris, nihil ad nos. 11. q. 3. inter verba. vers. si cog. 2. q. 1. cap. multi. de

diuor. gaudemus: licet ab eis expediat bonum habere testimonium, ut ibi, & 8. q. 1. licet ergo. supra de sacra vnctio. cap. vnico. s. exhibendum. 1. q. 3. non sunt. 1. 2. q. 1. nolo.

Orthodoxorum] id est, catholicorum. Patrum] 15. dist. cap. 1.

Doctorum] quorum est ordo praecipuus in Ecclesia. supra de heret. cum ex iniuncto. s. cum igitur; & per doctores, predicatores, & prelatos intelligas. 4. 3. dist. cap. 1.

Latinorum] ut Augustini, Hieronymi, Ambrosii, & Gregorij. 20. dist. de libellis. 15. dist. sancta. infra de reliqui. c. 1.

Graecorum] aliquoru, ut Ioannis Chrysostomi, Cyrilli, Athanasij, Didymi, & Ephesini concilij patrum. Graeci enim contrarium dicunt, ut supra dixi. Vel dic secundum Gulielmum, quod in hoc generali Lugdunensi concilio Graeci, quod hic dicitur, fuerunt publice professi, & symbolum cum adiectione (filioque) ibi publice cantauerunt de mandato Imperatoris, & Ecclesiae Graecorum. vltimam corde credant. 2. 3. dist. psalmista.

Vera] alias posset in melius commutari. 35. q. 9. Apostolica. & cap. sequenti.

Ignorantiam] quae cum totorum errorum est mater, ut 38. dist. ignorantia. nec in his excusat ignorantia: nam ignorans, ignorabitur, ut ea dist. quae ea. ad idem 16. q. 1. si cupis. 22. q. 2. in quibus, & c. sequenti.

Praecludere] ut 83. dist. error. supra de spon. inter opera.

Damnatus] supra eod. damnatus. & dic, damnatus & reprobatus, id est, reprobando damnatus.

Asserere] supra dixit negare. Quid si quis nec negat, nec asserit, sed tacens sic consentit? videtur non teneri: quia tacere est praeter ista duo. 22. q. 2. ne quis. infra de reg. iur. is qui tacet. & ff. eo. l. qui tacet. Sol. Licet non ex verbis; tamen ex mente iudicatur hereticus. supra de heret. cap. 1. 24. q. 3. c. heresis. & cap. haereticus. & Deus audit in corde; ut 17. q. 1. cap. fin. s. si ergo. & cor interrogat. 14. q. 5. si quid. & 15. q. 6. cap. 1.

GLOSSA IOANNIS AND. Super tit. de sum. Trin. & fide catholica, de Clementinis.

Prima Glossa summat, & diuidit.

RIDEI catholica] Summa huius concilij haec est. Fatetur concilium vnicum Dei filium in essentia Dei aeternaliter subsistentem, verum corpus humanum assumpsisse de Virgine, & in eo passum, & iam mortuum lancea perforatum: approbans in hoc ordinem, quem tradidit Euangelista Ioannes. Secundo reprobat, & haereticam indicat doctrinam, quae habet quod substantia animae rationalis seu intellectus, vere & per se humani corporis non sit forma. Tertio asserens confitendum vnum baptismum sicut

num Deum & unam fidem, approbat opinionem, que habet per illud conferri etiam parvulis quo ad habitum informantem gratiam & virtutes, partes patent: Secunda ibi, Porro, Tertia ibi: Ad hoc. Et hec prima pars facit tria. Primo fatetur eternam diuinitatem Christi: Secundo Veram humanitatem ipsius: Tercio ipsius passionem & mortem: & figuram inducens ordinem approbat, quem de plagis Christi ponit Euangelista Ioannes.

Fundamento] quod est Christus. Apostolo] 1. ad Corinth. 3. & conor. 1. q. 1. c. Paulus. de presbyt. non bapti. c. fin.

Vnigenitum] ut dicit Anselmus: In sancta trinitate quantumlibet paruum inconueniens est impossibile: sed si pater alium filium genuisset, ille per omnia similis esset iam genito filio, & cum iam genitus filius sit verbum, reliquus esset verbum, & sic essent in deitate duo verba: sed cum vno Dei verbo omnia perfectissime dicantur, & creantur, aliud superfluum & nugatorium fuisset: nam duorum ad idem suffragantium, quorum vnum sufficit, alterum superfluum est, quod non est in deitate possibile: & Philosophus 1. Physicorum. Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Ioan. And.

Filium] de Spiritu sancto, & eius eterna processione. supra eod. fidei. lib. 6.

Omnibus] per hoc comprehendit immensitatem, incommutabilitatem, incomprehensibilitatem omnipotentiam, & ineffabilitatem. Item essentiam, substantiam, seu naturam. de his omnibus supra eo, firmiter, in prima. Et in diuinis hec tria vltima repetimus ad maiorem expressionem. Si enim ad diuinam essentiam habeatur respectus quasi mathematice, id est abstracte, non reducta consideratione ad personas, sic est essentia. Si consideretur concrete, habito respectu ad personas, sic est substantia: quia in qualibet persona subsistat, & est tota, supra eod. damnamus versic. nos autem. Si utroq. modo: quasi in consideratione vniuersali, sic est natura: quia naturale est diuine essentie quod sit vna, & quod in ea sint persone: simplex tamen est, imperialis & indiuisibilis.

Exiit] damnati sunt ergo Bonosiani, qui Christum dicebant non proprium, sed adoptiuum filium Dei. 24. q. 3. quidam. vers. Bonosiani. & de hoc de celeb. miss. in quadam.

Aeternaliter] Ariani negauerunt filium coeternum patri. 1. 5. dist. 1. 2. 4. q. 3. quidam. vers. Ariani, & arguebant sic: Omne quod natum est, principium habet: ergo filius qui natus est, principium habuit, & esse cepit. vnde dicebat Arianus: si filius est, natus est: si natus est, ergo tempus fuit quando non erat filius. Sed ut contra eum dicit Ambrosius lib. 1. de trinc. c. 5. idem posset dicere de Deo, quod si cepit esse pater, ergo primo fuit Deus, quam pater, et fuit tempus quo non erat pater: sed cum ex hoc sequeretur cum mutabilem, id est generationis accessione mutatum, hoc dicere amentia est: semper enim fuit pater, semper & filius: nam ex vi correlatiui, posito vno, ponitur & reliquum. Dicebat ergo August. de fide ad Petrum. c. 2. Si Dei filius virtus & sapientia Dei est, nec vnquam fuit Deus sine virtute &

Ad hanc glossam vide Magistri & doctores lib. 4. sent. dist. 8.

De horum damnatione frequens fit mentio ab Innocentio Papa 1. Epistola 21. & 22.

Vide Nicephorum lib. 8. historię ecclesiasticę, c. 5. & multis sequentibus.

A Sapientia: Dei ergo filius coeternus est Deo patri. Primum probat Apostolus 1. ad Cor. 1. & habetur 37. dist. 8. hinc etiam Ambrosius. in si. Dicit ergo Aug. quod sicut splendor, qui gignitur ab igne, coeternus est illi, & esse coeternus, si ignis esset eternus: sic est intelligendum ex Deo natum esse sempiternum, ut sit patri coeternus. & hoc profertur magister sententiarum lib. 1. dist. 9.

Simul vnitas] dicunt Theologi, quod in instanti conceptionis, perfectus fuit homo, & fuit anima rationalis infusa, cum propter infinitam virtutem agentis, scilicet Spiritus sancti: tum quia incongruum fuisset filium Dei corpus assumpsisse, nisi formatum. In aliis autem non infunditur nisi organizzato embrione, & plene habilitato ad ipsam recipiendam. de hoc 3. q. 2. quod vero. Quod dicunt quidam fieri per differentiam sexuum ad 40. vel 80. die a conceptione embrionis. de hoc. 5. dist. 8. 1. de purifi. post partum. c. vnico.

Fieret verus homo] conor. supra eo, firmiter. versic. & tandem. ibi. verus homo factus est. & cōsidera verba: non enim fuit Christus compositus ex deitate & humanitate: nā simpliciter deitatis nullam recipit compositionem, ut ibi satis in princ. Et quod ibi dicitur, Christum fuisse compositum, verum est respectu humanitatis, quod fuit composita ex anima rationali & humana carne, ut ibi, & hic & supra, de heret. cū Christum. & vide quod not. de consecra. dist. 2. hoc est quod dicimus.

Possibile] intantum quod (ut dicit August.) omnes defectus nostros assumpsit filius Dei, preter ignorantiam & peccatum. de hoc 3. sent. 1. 5. dist. Licet igitur in assumptione sui ipsius, caro fuerit a Spiritu sancto ab omnibus reliquijs peccati munita: vnde Angelus ad Virginem Lucę 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei: tamen, ut dicit ipse Aug. Si in cruce mortuus non fuisset, ad vltimum senio defecisset: frigus ergo, calorem, famem, sitim, & alia humana penalitates pati poterat: & sic habuit corpus passibile. Fuit autem hoc congruum, quod nostros defectus assumeret propter iustitiam satisfactionis, quam pro nobis faciendam assumpserat, ut pro nobis perfecte satisfaceret per penalitates carnis nostre. Item propter fidem incarnationis, sine his enim penalitatibus humana natura hominibus nota non fuisset. Item propter exemplum patientia nobis prebendum, ad tolerandas penalitates carnis humanae.

Animam] non spiritum vitalem tantum, de celeb. miss. in quadam. Vbi pluribus auctoritatibus probatur, quod hic de vera anima dicitur.

Rationalem] non dicit sensitiuam vel vegetabilem tantum, de quibus infra in parte proxima dicitur.

Ex tempore] quod tempus satis notum est. Et ab hac incarnatione, computant quidam annos domini. 2. 3. dist. in nomine Domini, in prin. alii ad natiuitate. & de hoc in Specul. de instr. edi. in 1. col. Dubitari posset de tempore incarnationis, quare tunc & non prius, vel tardius. Canonice dicitur satis esse dicere cum Paulo, O altitudo diuinarum, & c. ad Roma. 1. 1. in fin. de pen. dist. 4. si ex bono. circa prin. vers. cur ergo.

Vide Magistri & doctores lib. 1. sent. dist. 2. & beatum Thomam 3. par. q. 6. art. 3. & 4.

B. Thomam 3. par. q. 14. & 15. plene de hoc.

Expone facio modo, id est, immunitas & penitus liberata.

Vile sanctum Thomam par. 3. q. 2. art. 4.

De Hypostasibus plene dicitur Thomam par. 3. q. 2. art. 3.

De hac dubitatione vide omnino B. Thomam 3. par. q. 1. art. 5. & 6.

ergo. nam & in potestate miserentis est, quando & quantum misereri velit. fuit de pen. dist. 2. si enim inquit. vltra medium. vers. sicut. & quod not. qui cler. vel ro. c. 2. Dicit tamen theologi, quod certum est, non fuisse conueniens ante peccatum Deum incarnari: cum opus incarnationis principaliter ordinetur ad abolitionem peccati. & ut dicitur Luca 5. Non sanis, sed infirmis opus est medico: nec venit vocare iustos, sed peccatores. 2. q. 1. multi. de pen. dist. 1. liberet. item nec fuit conueniens statim post peccatum Deum incarnari. Cum enim ex superbia peccatum prouenisset: sic liberandus erat homo, ut humilitatis recognosceret se liberatore indigere: quod magno consilio Dei actum fuit, ut cognita sui infirmitate, homo clamaret ad medicum, & gratie posceret auxilium. ad finem vero seculi, non debuit differri: ut de imperfectione humanę nature per incarnationem perueniretur gradatim ad perfectionem glorie in fine seculi. Item fuit aquum, post datam legem Moisaicam & propheticam, quam multi spernebant, iustificari a Deo genus humanum, Per incarnationem & tempus gratie: quod si dilatum fuisset ad finem seculi, forsitan reuerentia & notitia Dei & morum honestas in terris fuisset abolita: fuit etiam hoc conueniens ad manifestandam diuinam virtutem, saluamem per fidem, prateriti, presentis, & futuri: ut not. Ber. supra eod. tit.

Virginali] quare de Maria virgine, & non de alia voluit incarnari. Dicitur Sancti, quod sicut ex superbissima natus est morbus: sic per contrarium ex humillima inchoari debuit medicina; vnde verso nomine Eua ipsi Virgini dictum est. A. 1. Luca. 1. Item sicut ad summam humilitatem Dei filius voluit incarnari: sic summo humiliter eligere voluit, in qua, & a qua tanta debueret humilitas inchoari. vnde ipse in Canticis suo dixit, ibidem. Respexit Dominus humilitatem ancille sue. Tercio quia (ut que dicitur in historia) prima ipsa fuit, que virginitatem Deo obtulit: vnde quia noui doni genus obtulit: no 10 & inaudito dono debuit honorari. In conuictum autem Ioseph consentit in istum Spiritus sancti, ad celandum mysterium. quod dicitur 2. 7. q. 2. c. 2. vers. si. & c. inuenti.

Thalamo] id est, cubiculo, vel vtero. Hypostasibus] Græci eodem modo videntur hoc nomine hypostasis, quo nos vtimus hoc nomine persona de hoc nomine. 1. sent. 2. 3. & 25. dist. hypostasis autem componitur ab hypotes, quod est sub, & stasis, quod est status vel stans. & dicitur hypostasis substantia intellectiua, siue forma, scilicet primordialis materię, & dicitur quasi substantia: quia habet subsistere omnibus accidentibus, & omnia accidentia ad se recipit; a nullo tamen informatur, secundum Naturam.] scilicet vera humana. Io. And.

Omnium] quod ad sufficientiam, sed quod ad effectum caciām, pro predestinatione tantum, de hoc de consecra. dist. 2. semel. 2.

Crucis] in huius passionis memoriam videmus, in singulis particularibus ecclesijs depictam crucem in altum erigi: celebramus etiam festum inuentionis ipsius, de consecra. dist. 3. crucis. Dicit August. Crux, que erat supplicium latronum, nunc transit ad

frontes Imperatorum: si tantum honorem Deus contulit supplicio suo, quantum conferet seruis suis: inter alias, fuit quadruplex causa, quare Christus crucis mortem elegit. Primo, ut in illa pendens in aere se inter Deum & hominem mediatorem ostenderet. & sic not. 1. Timoth. 2. & 10. dist. quonia. n. Secundo, ut damnata qua obuenerat per lignum primis parentibus vitium, per lignum crucis restitueret. Tertio, ut diabolum, qui per lignum vincebat, per lignum superaret: & hæc duo Gregor. exprimit in prelatione de cruce, Qui salutem humani generis, & c. de qua de cōsecra. dist. 1. inuenimus. et infra. de reli. & vne. san. si Dominum, ante mediu. Quarto, ut eui lester ostenderet, pro quibus restaurandis patiebatur, scilicet pro superis angelorum ruinis replendis, pro iustis de limbo educendis, pro amicis colligendis, & adiuuandis, pro inimicis reconciliandis. Primum delegatur per brachium superius. Secundum per inferius. Tertium per dextram. Quartum per sinistram. Fertur etiam crux quatuor generis lignorum habuisse, scilicet cedrum in stipite, palmam in palo per longum, cupressum in ligno extranverso, oliuam in tabula super crucem, loco quarti brachij. & datur versus: Ligna crucis, palma, cedrus, cupressus, oliua. Et quomodo proprietates lignorum bene conueniant, insiant theologi, quod omitto.

Mori] de consecra. dist. 2. timorem. Profuentibus] separatim. de hoc de consecra. dist. 2. c. 1.

Aqua] et fuit vera aqua, de quo satis de celebr. miss. in quadam. & fuit aqua regenerationis, & sanguis redemptionis, ut ibi.

Immaculata.] ad ephestios 5. ante finem. Sicut] ponit figuram, quæ etiam inducitur Hostie de celeb. miss. in quadam. ver. per hoc.

Soporati] ergo dormitio. A. 1. & mors Christi, conueniunt in figura, sicut conueniunt in figura virgilians & viuens. si de latere ergo viuens debuisse formari coniunx: e contra de latere vigilantis, fuisset Eua formata.

Formata] Genesis 2. Apostolum] Ad Rom. 5. post medium.

Exechie] 1. c. et 18. in prin. Io. Gre. in 4. homi. super Exechielem de visione quatuor animalium habentium facies diuersas, scilicet hominis, leonis, bouis, & Aquilæ, dicit, quod dicitur de homine figuratur Matthæus, quia cepit ab humana generatione. Marcus per leonem, quia cepit a clamore in deserto. Lucas per vitulum, quia cepit a sacrificio. Ioannes vero digne per Aquilam, quia cepit a diuinitate Christi. Sicut enim Aquila cunctis auibus altius volat, et irreuerberatis oculis, solis radios inuictur: sic iste alius cæteris ascendit, qui dicēs, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, dū in ipsam diuinitatis substantiam intendit, quasi more Aquilæ oculos fixit in solem.

Dixit] 19. dist. c. 1. ad finem. Et ad litteram, hic ponitur textus Euangelij, quem glossare non est meum.

Sanctorum patrum] scilicet August. super Io. sermo. 120. & 15. de ciui. Dei. cap. 16. ipse & Ambrosio.

Plures causas, quare Christus mortem crucis elegit, refert S. Th. 3. par. q. 46. art. 4.

Cassianus in catalogo glorie mundi par. 4. consideratione 35.

bro. super epist. ad Rom. & Theophy. super. Ioan.

Doctorum] vt Tho. 3. parte. q. 62. ar. 5. Io. Sco ti super 4. sent. Fertur etiam quod tempore concilij, congregati fuerint ad hoc theologi doctores, per Clementem, qui hoc tenuerunt.

Duntaxat] de baptis. maiores. in princ. cum suis concord. Non obstat. 79. dist. c. 2. vt ibi not.

Aperuit] Sequatur in constitutione concilij, etiā correctā, & in audientia publicata, vt dixi in proemio, quod textus Matthæi, qui dicebatur in quibusdam libris anti quis sub alio ordine hoc narrare, per anticipationē intelligi & exponi debebat. Et hoc remouit Ioannes forte ex eo, quod ille textus in Matthæo communiter non habetur. Et anticipatio dicitur, ab ante & capio, cum scilicet ante capitur, vel ponitur post ponendum supra de refer. causam. Sed queritur, quid valeat ad fidem hoc disputasse quod hic dicitur de hoc ordine? Sine dubio coniunx Christi Ecclesia, que regenerat à Deo geminos, ita formari poterat per plagā & vndas fluētes, Christo viuente, sicut, Christo mortuo: nec in hoc disputatio hac respicit fidem. Sed opinio hac damnata, detrahit miraculo: euidens enim fuit miraculum hoc de corpore mortuo, quā de viuo manasse. Item detrahit figurā hic positā, vt supra dixi. Item detrahit fidei Ioannis Euangelistæ, qui vltimus Euāgelium suū scribens, notabiliter expressit hunc ordinem: & his respectibus Concilium hūc ordinem approbat.

Porro] Secunda pars, quæ duo facit: Primo quādam opinionem reprobāt. Secundo illam pertinaciter tenentes, hereticos indicat.

Positione] Vtuntur Theologi et artista hoc verbo, quo etiam nos vrimur. de confess. c. 1. vbi de hoc satis lib. 6. factur autem quis et credit, id quod ponit. de iureiur. c. vlti. eo. lib.

In dubium] de hereticis, dubius.

Intellectiua] De sensitiua enim & vegetatiua, non fuit opinio: sensitiua enim qua sentimus per sensus corporeos, certum est, quod corrumpitur corpore corrupto, & sic non potest dubitari, quin sit corporis forma. Idem de vegetatiua qua vegetamur, nutrimur, & augmentum sumimus. in prima communicamus brutis, in secunda etiam plātis. Sed de intellectiua ¶ vel rationali fuit contraria opinio, que præcipue fundabatur super ratione prædicta. Cum enim vniri, non dico accidentaliter, sed per se & essentialiter, sit inseparabiliter vniri, ergo forma non potest esse sine materia propria: sed anima intellectiua, cum sit incorruptibilis, remanet corrupto corpore, corpori non vnita: ergo non vnitur corpori vt forma per se & essentialiter. Sed antequā huic inductioni respondeam, est sciendum: quod opinio hic approbata, pro qua facit de celebr. mis. in quadam. sic probatur secundum Philosophū 3. metaph. Differentia sumitur à forma rei: sed differentia constitutiua hominis, est rationale; quod de homine dicitur ratione animæ intellectiue: ergo ipsa est hominis forma. Item demonstratur ex ratione speciei humanæ: natura enim rei ostēditur ex ipsius operatione: propria vero operatio hominis (inquantum homo) est intelligere: oportet ergo, quod sortia

¶ De materia huius glossæ vide plenissimè p. 5. Thomam citatū etiam in fine glossæ, par. 1. quæst. 76. art. 1. & ibidem Caicetanum.

atur speciem secundum illud, quod ipsius operis est principium: sortitur autem speciem vniūquodque per propriā formam: ex quo relinquitur, quod principium intellectiuium, vel anima intellectiua, sit propria hominis forma. Sed aduertendū est, quod quāto forma est nobilior, tanto plus dominatur materia corporali, & minus ei immergitur, et plus eam excedit sui virtute: vnde anima vegetabilis, plus quā forma metalli: sensibilis, plus quā vegetabilis: intellectiua ergo in nobilitate vltima, intāti excedit in homine materiam corporealem, quod habet aliquam operationem & virtutē, in qua corporalis materia non communicat: que virtus dicitur intellectiua. Demonstrat etiam id Arist. 2. de anima: quia id quo primum aliquid operatur, est forma illius cui operatio attribuitur: sicut quo primo sanatur corpus, est sanitas: quo primo scū anima, est scientia. sanitas ergo est forma corporis, & scientia forma est animæ ad corporis vniōnem. Secundo inducebat id quod dicit Philosophus 3. de anima. anima ergo est forma corporis: & scientia est forma animæ. Certum est autem, quod primum quo viuunt corpus, est anima: & cum vita manifestetur secundū diuersas operationes in diuersis gradibus viuentium, id quo primo operamur, vniūquodque illorum operum vitæ, est anima.

¶ Anima enim est quo primo nutrimur, sentimus, & mouemur secundum locū: ergo similiter id quo primo intelligimus, siue dicatur intellectus, siue anima intellectiua, est forma corporis. Et hoc negans oportet, quod inueniat quomodo ista actio ei conueniat. expeditur enim quisquis seipsum esse, quæ intelligit. Attribuitur autem actio alicui tripliciter, vt patet 5. phys. aut secundum se totum, sicut medicus sanat: aut secundum partem, sicut homo videt per oculum: aut per accidens, sicut dicimus, quod album edificat: quia accidit edificatori esse album. Cum ergo dicimus Andream intelligere, certum est, hoc sibi non attribui per accidens, cum hoc inquantum: est homo, de ipso essentialiter prædicatur: ergo aut oportet dicere, quod intelligat secundum se totum: si totum posuit Plato, dicens hominem esse animam intellectiua: aut dicere oportet, quod intellectus sit pars ipsius animæ. Primum flare non potest: quia idem ipse homo est, qui percipit se intelligere & sentire: sentire vero non potest sine corpore: vnde oportet animam sensitiuam esse aliquam hominis partem: relinquatur ergo quod intellectus quo Andreas intelligit, sit pars ipsius Andree: ita quod intellectus aliquo modo ipsi corpori vnitur. Et licet aliqui dixerint, hanc vniōnem esse per speciem intelligibilem, que duplex habet subiectum, intellectum possibilem, & phantasmata: alij quod intellectus vt motor vnitur corpori, quod vniūm esse patet multis rationibus: & istæ duæ sufficiant. Intellectus non mouet corpus, nisi per appetitum, cuius motio præsupponit operationem intellectus: Non ergo idea intelligit Andreas, quia mouetur ab intellectu, sed potius e contrario, quia intelligit, ideo ab intellectu mouetur. Cōcluditur ergo, quod vnitur vt essentialis forma. Itē si anima intellectiua se haberet vt motor, certum est, quod nautis potest esse sine naua, quæ

Actio alicuius tripartitam attribuitur.

se habet ad eā vt motor: ergo etiā potest esse, quod Christus corpus humanū sine anima supisset: quod est contra fidē. supra eo. c. & supra eo. firmiter. Cū ergo principaliter incarnatio ordinetur ad salutem animæ, inutilis fuisse incarnatio, si anima non esset essentialis corporis forma. Et per hoc videtur rationē quare opinio hic damnata indicatur heretica: quia est contra fidē incarnationis. Est etiā contra fidē resurrectionis: habet. n. fides, quod resurgemus cū corporib⁹, q̄ nunc gestamus, vt patet eo. tit. c. firmiter. in fi. 1. partis. sed si anima nō esset essentialis forma corporis: ad quid resurgeret corpora non videmus. Tenentes opinionem hic reprobata, primo inducebāt, quod in principio dixi. Ad quod respondeatur, quod secundū se conuenit animæ corpori vniri, sicut secundū se conuenit corpori leui sursum esse: et sicut leue manet, cū à loco proprio fuerit separātū cū aptitudine & inclinatione ad propriū locum: ita anima humana manet in suo proprio esse: cū fuerit à corpore separata, habēs aptitudinē et inclinationem naturalem ad corporis vniōnem. Secundo inducebant, quod dicit Philo. 3. de anima, quod intellectus est separatus, & quod nullius corporis est actus: ergo non vnitur corpori vt forma. Sed dic, quod Philo. intelligit separātū: quia intellectus non est virtus alicuius organi corporalis, sicut virtus visiva oculi: constat etenim quod intelligere non est actus, qui potest exerceri per aliquod organū corporale, sicut visio: sed est in materia inquantū ipsa anima, cui⁹ est hec virtus, est hominis forma et terminus generationis humanæ. Et quod sit materia probatur 2. Phy. quia homo generat hominem: dicitur ergo anima intellectiua separata secundum virtutem intellectiua, que non est alicuius organi corporalis. Et sic etiam respondetur ad id quod tertio dicebant, quod si intellectus vniretur corpori vt forma, cum omne corpus habeat determinatam materiam, sequeretur, quod intellectus haberet determinatam materiam, et sic non esset cognitiuus omnium, quod est contra rationem intellectus. Sed dico quod hoc procederet, si virtus intellectiua esset actus organi corporalis. Fateor enim actus illos, visus cum oculo, tactus cum manu, & similes bene oportet limitari ex materia: sed cum anima intellectiua his organo non vnatur, limitationi non subiacet. Dicebāt quarto, quod cum anima sit quid subsistens, & habeat esse secundum se: ergo alterius formæ esse non potest: quia forma dat aliquid esse, et sic esse formæ non est ipsius formæ secundum se: anima ergo intellectiua habens esse suum, & suum subsistens, non vnitur corpori vt forma. Ad quod respondetur, quod anima intellectiua illud esse in quo subsistit, & communicat corporali materie. ex qua materia & anima intellectiua fit vnū: ita quod illud esse quod est totius compositi, est etiā ipsius animæ, quod non est in alijs formis, que non sunt subsistentes. Et propter hoc anima humana remanet in suo esse, destructo corpore: non autem alia formæ. Curiosus qui hoc plenius disquirere vellet, videat in summa S. Tho. parte 1. q. 76. in principio. Io. And.

se habet

Opinio dicens animam rationalem esse mortalem cur sit damnata velut heretica.

ca dicitur, cum vocalis eadem sequitur vocalem. Perinaciter] pertinacia in malo, perseverantia in virtute, vnde pertinax valde imprudenter tenens, durus, irremediabilis, indocilis, obstinatus, & idem verbum infra de vsur. ex graui. s. penult. Ad hoc] tertia pars, primo ponens de esse baptisimi. Secundo de ipsius effectu. Io. And. Vnicum] quare sic dicatur, habetur de consecr. distin. 4. aliud.

Vnus] ad Ephes. 4. habetur de hac triplici vni-tate, & infra de excess. prela. frequens. ad finem. et infra de senten. excom. c. 1. & vt dicit Ambro. lib. de trinit. & exponit magister. 1. sent. 2. 4. dist. circa prin. cum unum dicimus Deum, unitas excludit numerum Deorum: nec quantitas in Deo ponit; quia nec numerus, nec quantitas in Deo est. Deus] in hoc verbo, ponit causam efficientem baptismi. Vnica] licet specie differat, quod dic vt no. Ber. supra eod. tit. super rubr. Confitendum] vnde in symbolo dicitur, Confitentur vnum baptisma.

In aqua] causa materialis. In nomine] causa formalis. Perfectum] sine penitentia exteriori. de consecr. dist. 4. sine penitentia. Remedium] causa finalis. Theologi] & canonistæ. de hoc de consecr. dist. 4. nihil, & c. paruuli.

Opiniones] Est sciendum, quod primo fuit opinio Donatistarum, quod paruuli inutiliter baptizabantur: que reprobata est, & ad ipsorum rationes responsum est, de baptis. maiores. Sed ibi dubium est relictum, an paruulis infundantur virtutes & gratia: quod hic soluitur. Est ergo hic sciendum, quod quorundam fuit opinio, quod pueris nullo modo dantur virtutes in baptismo, sed solum ab originali mundantur: sed postea quando decedunt, vel quando perueniunt ad ætatem adultam, eis virtutes infunduntur, si seruent innocentiam. hanc communiter Theologi reprobant, per id quod habetur Ecclesiastes 11. quod sonat illud quod habetur 25. distin. qualis in princ. quare si pueris ante mortē non fuerint concessæ virtutes & gratia informans, in morte non conferentur: & sic non saluabuntur, quod est falsum. Error autē huius opinionis, videtur fuisse ex ignorantia discernendi habitum ab actu.

Alij dixerunt, quod pueris dantur virtutes & gratia: non tamen in seipsis, sed in sua radice, scilicet charactere sacramenti, cuius virtute cum venerint ad perfectam ætatem, & cum perfectis organo, soluta fuerint potentia, consequentur gratiā & virtutes. Et Hug. videbatur miscere hanc opinionem primæ de consecr. dist. 4. nihil. Sed quod hoc esse non possit, patet: quia si puer reverteretur in suam ante perfectam ætatem, potentia in eo non soluerentur: & ita nunquam haberet virtutes explicitæ. Item quod potentia sint aliquo impedimento ligatæ, non impedit habitum, sed actum: quia dormientes & violenti habitus habent, sed ligatos.

Tertius fuit hic opinio approbata, quod virtutes & gratia dentur in habitu ligato propter pueritiā, sicut

ca dicitur, cum vocalis eadem sequitur vocalem. Perinaciter] pertinacia in malo, perseverantia in virtute, vnde pertinax valde imprudenter tenens, durus, irremediabilis, indocilis, obstinatus, & idem verbum infra de vsur. ex graui. s. penult. Ad hoc] tertia pars, primo ponens de esse baptismi. Secundo de ipsius effectu. Io. And. Vnicum] quare sic dicatur, habetur de consecr. distin. 4. aliud.

Vnus] ad Ephes. 4. habetur de hac triplici vni-tate, & infra de excess. prela. frequens. ad finem. et infra de senten. excom. c. 1. & vt dicit Ambro. lib. de trinit. & exponit magister. 1. sent. 2. 4. dist. circa prin. cum unum dicimus Deum, unitas excludit numerum Deorum: nec quantitas in Deo ponit; quia nec numerus, nec quantitas in Deo est. Deus] in hoc verbo, ponit causam efficientem baptismi. Vnica] licet specie differat, quod dic vt no. Ber. supra eod. tit. super rubr. Confitendum] vnde in symbolo dicitur, Confitentur vnum baptisma.

In aqua] causa materialis. In nomine] causa formalis. Perfectum] sine penitentia exteriori. de consecr. dist. 4. sine penitentia. Remedium] causa finalis. Theologi] & canonistæ. de hoc de consecr. dist. 4. nihil, & c. paruuli.

Opiniones] Est sciendum, quod primo fuit opinio Donatistarum, quod paruuli inutiliter baptizabantur: que reprobata est, & ad ipsorum rationes responsum est, de baptis. maiores. Sed ibi dubium est relictum, an paruulis infundantur virtutes & gratia: quod hic soluitur. Est ergo hic sciendum, quod quorundam fuit opinio, quod pueris nullo modo dantur virtutes in baptismo, sed solum ab originali mundantur: sed postea quando decedunt, vel quando perueniunt ad ætatem adultam, eis virtutes infunduntur, si seruent innocentiam. hanc communiter Theologi reprobant, per id quod habetur Ecclesiastes 11. quod sonat illud quod habetur 25. distin. qualis in princ. quare si pueris ante mortē non fuerint concessæ virtutes & gratia informans, in morte non conferentur: & sic non saluabuntur, quod est falsum. Error autē huius opinionis, videtur fuisse ex ignorantia discernendi habitum ab actu.

Alij dixerunt, quod pueris dantur virtutes & gratia: non tamen in seipsis, sed in sua radice, scilicet charactere sacramenti, cuius virtute cum venerint ad perfectam ætatem, & cum perfectis organo, soluta fuerint potentia, consequentur gratiā & virtutes. Et Hug. videbatur miscere hanc opinionem primæ de consecr. dist. 4. nihil. Sed quod hoc esse non possit, patet: quia si puer reverteretur in suam ante perfectam ætatem, potentia in eo non soluerentur: & ita nunquam haberet virtutes explicitæ. Item quod potentia sint aliquo impedimento ligatæ, non impedit habitum, sed actum: quia dormientes & violenti habitus habent, sed ligatos. Tertius fuit hic opinio approbata, quod virtutes & gratia dentur in habitu ligato propter pueritiā, sicut

Pertinax quid dicitur.

¶ Hanc hæreticam sanctus Augustinus in libro de hæresibus c. 88. Pelagianus attribuit

¶ Vide citatos in commentario huius Clementinæ.

sicut in dormiente propter somnum: sed discedente pueritia, inclinatur ad bene operandum; nisi aliquid Spiritui sancto resistat: et habetur de hoc figura 1. Reg. 17. ubi David paruulus armatus armis Saul regis, non potuit eis vti contra Goliath. Sic puer in baptismo armatus gratia & virtutibus propter imbecillitatem, illis vti non potest quo ad actum. Et quod hoc sit verum, patet: quia cum puer sicut adulti per baptismum efficiantur membra Christi, necesse est, quod a capite recipiant fluxum vel fructus gratiae & virtutis, cuius influxionis non est impedimentum ex parte Dei, qui omnes vult saluos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. 1. ad Timoth. 2. et supra de baptis. maiores. vers. absit. Nec ex parte gratiae, quae ex vi sacramenti omnibus praestata est, & facit de consec. dist. 4. sine penitentia. Nec ex parte sacramenti, quod pro omnibus institutum est: nec ab illo nullus excluditur, vt in decr. maiores vers. cum ergo, Nec ex parte paruuli, qui nec resistit, nec resistere potest infusione gratiae: nec curam ipsius reluctantiā vel gemitum in baptis. de consec. dist. 4. c. sine penitentia. Nec ex parte Ecclesiae, in cuius fide saluatur: & quoniam nulli laudat gremium de haere. super eod. li. 6. nec aliquē decipit. 27. q. 1. de viduis. de do. p. tuas. Huic autē opinioni ap. probatē non obstat, quod habitus virtutum habilitat ad actum: sed pueri non sunt habiles ad agēdū, quae secundum virtutes sunt: ergo non recipiūt habitum virtutum in baptismo. Nam dico, quod habitus facit habitum ad actum, tollendo inhabilitatem, quae est ex imperfectione potentiae, non quae est ex parte corporis, vt patet in dormiente. Nec obstat, quod dicitur, in noua influenza oportere, quod recipiens vel influens aliter se habeat nunc, quam prius: sed anima pueri baptizati, non alio modo se habet in instanti post baptismum, quam prius: quia caret utroque tempore vsu liberi arbitrij. Item nec Deus influens, aliter se habet. Concluditur ergo, quod pueri etiā baptizati gratiam & virtutes non recipiunt. Ad quod respondetur, quod licet agens principate sit immobile agens instrumentale, aliter se habet nunc, quam prius ad puerum: quia nunc et non prius baptizatur. Ex quo etiam sequitur, quod aliter se habet baptizatus: quia nunc & non prius impressus est character in ipso. Item constat, quod sine aliqua sui immutabilitate, Deus sine sacramēto possit gratiam conferre, vt patet in sanctificationis in vtero. de renun. nisi cum pridem. in princ. Curiosus etiam videre posset in D. Tho. 4. sent. dist. 4. et in tertia parte sum. q. 68. & 69.

Virtutes] de theologis non est opinio inter modernos, sed de moralibus sic, vt infra dicam. dicuntur autem virtutes, quasi virum tuentes, & praesertantes a vitiis. de pen. dist. 2. illa anima. & c. seq. Informans gratia] hanc multi Theologi dicunt

idem esse in re, quod habitus charitatis, tum quia charitas & gratia habent easdem operationes: tum quia dicit Aug. 15. de trim. cap. 18. loquens de charitate, nullum est isto Deo dono excellentius. Sed omni dono distincto a gratia, ipsa gratia excellentior est: tum quia si sic distinguerentur, possent a Deo virtute separari, & sic aliquis esset Deo gratus, sed non charus, & e conuerso. Alij vero dicunt, quod gratia est habitus, qui fundatur in essentia animae: charitas vero est alius habitus, qui fundatur in voluntate.

Ad habitum] de similibus de baptis. maiores. vers. quamuis, in prima glossa.

Omnibus] etiam fide recipientibus, quo ad characterem & gratiam gratis datam: sed non ad gratiam facientem gratum, nisi cum fictio illa receperit, de consec. dist. 4. tunc valere. & cap. penult. Sanctorum, ac Doctorum modernorum]

De sanctis habemus Augustinum contra Iulianum lib. 1. de baptis. paruulorum. Doctores habemus magistrum 4. sent. 4. dist. in prin. & ibi Alex. Alber. & D. Thom. apertius. Et breuiter omnes Theologi moderni in hoc concordant, quod ad virtutes theologicas, scilicet fidem, spem, & charitatem: sed de virtutibus moralibus, vt iustitia, fortitudine, temperantia, prudentia, & alijs de quibus 28. q. 1. s. ex his bene discordant moderni Theol. D. Thomas enim et sui tenent etiam morales: infundit, nā vt dicunt, morales acquirunt non ordinant ex se in vltimum finē, nec inclinant quod homo sit bene mobilis a Spiritu sancto: ergo est fateri illas infusas. Sed qui tenent contrarium, respondent ad hoc, quod morales acquirunt a coniuncte charitati, quae est forma virtutū, vtumque sufficienter peragunt: & sic non est necesse ponere eas infusas. Inducunt etiam isti illud Phys. quod frustra fit per plura, & c. vt dixi in principio capituli: sed per virtutes morales acquirunt sine moralibus infusis. Proprium enim est charitatis, nos Deo vltimo fini coniungere. est enim secundum August. relictissima affectio, quae nos Deo coniungit: ergo non requiritur infusus Theologicis, quod aliae virtutes morales infundantur. Itē si paruulis infunderentur, ergo & adultis: sed experimur, quod adultus non sic baptizatus, non plus se sentit sobrium, prudentem, temperatum, vel iustum, quam prius: quod si infunderetur, sentire deberet, ex quo etas non impedit, cum virtus moralis sit habitus inclinans per modum naturae: quia secundum Philosophum. 2. Ethic. Virtus est, quae habentem perficit, & opus eius bonum reddit: ergo cum sacramentum baptisimi sit commune, omnia gratis donans, videtur quod non infundatur adultis nec paruulis.

Elegendam] ergo illam sequi tenemur de hoc eod. tit. cap. vnico. lib. 6. in 6. glossa.

EX CODICE IVSTINIANI TIT. DE SVMMA Trinitate & fide catholica: & vt nemo de ea publice contendere audeat.

l. i. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. ET THEOD. AAA. Editum ad populum vrbs Constantinopolitana.



VNCTOS* populos, quos clementia nostra regit imperium, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio vsque adhuc ab ipso in sinuata declarat, quāq; Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriae Episcopum virum Apostolicę sanctitatis: hoc est, vt secundum Apostolicam disciplinam, Euangelicamque doctrinam, Patris & Filij & Spiritus sancti vnam deitatem sub parimaestate, & sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes, Christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos vero dementes, vefanosq; iudicantes, heretici dogmatis infamiam sustinere, diuina primum vindicta: post etiam motus animi nostri, quem ex caelesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos.

Dat. III. Kal. Mart. Thessalonicę, Gratiano A. V. & Theodosio A. Conss.

COMMENTARIVS IIII.

CVNCTOS populos, quos clementia nostra regit imperium. Hoc est editum Gratiani, Valentini, & Theodosij ad populum vrbs Constantinopolitana, editum anno Domini 382. idem habetur in codice Theodosiano lib. 16. tit. 1. l. 2. & in tripar. hist. eccl. lib. 9. c. 7. ex Sozomeno. Quia enim tunc potissimum varij hereticorum sectae exorta fuerant, variosque errores illius aetatis heretici seminabant, editum fuit vniuersis, vt rectam tenerent fidem. quae autem ea sit, hoc loco explicant Imperatores quam breuissime, deinde in contemptores penam statuunt.

¶ Quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio vsque adhuc ab ipso in sinuata declarat] In plerisque codicibus legitur, diuinum, legendum tamen est diuinum, vt in manu scriptis, & codice Theodosiano, & historia tripartita.

Romā martyrio cōsecrat Petrus & Paulus.

Iam sanctum Petrum diuinitus Romanā Ecclesiam praesuisse, eamque insigni vna cum Paulo consecrasse, ac munuisse martyrio, manifestum est cap. quamuis. 21. dist. docetque grauius & vere sanctus Augustinus tomo 10. de sanctis, sermone 3. in festo Apostolorum Petri & Pauli: quam Romanam Ecclesiam diuinitus documentis, et institutis instructam reliquos Christianos profecit velut matrem & magistrā, a qua cetera & fidei regulas, & inuendit, ac celebrandi diuinos cultus, & sacramenta, ritum accipiunt: id quod eleganter docet Leo primus epistola 79. ad Dioscorū Alexandrinū Episcopum.

pū, cuius verba quia claram lucē huic legi afferit, non duximus omittenda. habent autem ita: Cum enim beatissimus Petrus Apostolicum a Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in eius permaneat institutis; nefas est credere, quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandriam primus Ecclesiam gubernauit; alijs regulis traditionum suarum decreta formauerit, cum sine dubio de eodem fonte gratiae vnus Spiritus fuerit & discipuli & magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, quā quod ab ordinatore susceperit. Non ergo patimur, vt cum vnus nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus: & alia doctoris, alia discipuli instituta uideantur. haec enim ille. optime ergo Imperatores hoc loco iuxta fidem a Petro traditā, & a ceteris acceptam ab eo, & obseruatam credere iubent.

¶ Hoc est, vt secundum Apostolicam disciplinam, Euangelicamque doctrinam, Patris & Filij & Spiritus sancti vnam deitatem sub parimaestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc verba cum concilio Carthaginensi secundo celebrato circa tempora Siricij Papae gra 428. mibi videtur conuenire, vbi cap. 1. cautum est, vt Trinitatis in unitate essentia fides credenda proponatur, & predicetur. Eum locum, quia valde insignis est, referre placuit. habet autem ita: Et sicut a patribus certa dispositione accepimus, vt Trinitatem, quam in nostris sensibus consecratam retinemus, Patris & Filij & Spiritus sancti unitatem, quae nullam noscitur habere notitiam, sicut didicimus, Dei populos instruamus. Ab vniuersis Episcopis dictum est: plane sic accipimus, sic tenemus, fidem Apostolicam sequentes. hac ibi. Eodem spectat decretum concilij Rotomagensis relatum a Burchardo lib. 2. Decretorum cap. 59. Eandem trinitatis in unitate essentiae fidem luculenter adstruit Alexander Papa primus epistola quadam ad omnes orthodoxos, quae incipit: Cogitantibus nobis. Habetur autem in primo concilij tom. pag. 172. ex Suriana editione.

¶ Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti] Optime scripsit hoc loco Odofredus & Accursius magnum premium esse, vt seruus uocetur nomine Domini, a Christo enim Christiani iubemur appellari. huic autem edito, vt fidem orthodoxam sequentes Christiani vocarentur, causam praebuit hereticorum audacia, & demetia, qui relictis Christianorum nomine, heresiarcharum appellationem assumebant, dicentes se Manichaeos, Arianos, & c. quamquam non hic primum fideles sunt dicti Christiani, quoniam, vt constat ex Actibus Apostol. ca. 11. circa finem discipuli

Christiano - rgi uomen à discipulis or tum.

discipuli Domini iam Christiani dicti sunt. Scriptum est enim ibi ita: Et docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochia discipuli Christiani. quod nomen ceteris fidelibus reliquerunt: ut egregie docet sanctus Augustinus in Ioan. c. 18. tra. 113. in hęc uerba: Quamuis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine; post Ascensionem quippe eius, in Antiochia primum ceperunt appellari discipuli Christiani, iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, iam erant discipuli, qui postea appellati sunt Christiani, & hoc commune nomen, sicut commune etiam fidem ad posteros transmiserunt. hęc Augustinus. Idem quoque dicti sunt Catholici, eo quod uniuersis Christiana legis preceptis obedirent, ut optime scripsit diuus Pacianus Episcopus Barcinonensis vetustissimus Epistola quadam de nomine Catholico. Reliquos vero dementes, uelanosq; iudicantes haeretici dogmatis infamiam sustinere. Hęc est una & grauis haereticorum poena, qua efficiuntur infames, ex qua oriuntur multi effectus, quos si formidassent haeretici, facile in recta fide contenterentur.

Ac infamia quidem multiplex est, una iuris, altera facti, tertia canonica, & illa quae ab excommunicatione descendit. Duabus postremis omisissis, de primis breuiter dicendum est, quoniam ad hunc locum spectant. Facti infamiam appello eam, quae oriatur ex turpi aliquo actu, & opinionem apud bonos grauat, quae contingit multis modis, ut docet Dynus in c. infamis. de regulis iur. lib. 6. & Iason in hac lege. Iuris autem infamiam appello eam, quae descendit ex legibus nominatim cauentibus, ut qui tale delictum commiserit, infamis eo ipso habeatur. Praeterea illud est obseruandum, bisariam aliquos dici iure infames: uno modo ipso facto, quales sunt illi, qui per legem notantur infamia, alij demum secuta sententia, ut in furto vi bonorum raptoru, & similibus scribunt hic Iason, & ceterum hic etiam alibi.

An inquisitores fame restituerentur.

His ita positis primum hic queritur, qua infamia notentur haeretici, ac primum quidem iure nouo certum est, haereticos omnes cuiuscunque sectae ipso iure infames esse, authen. Gazaros. C. de haeret. de iure autem ueteri nunquid per hanc legem essent ipso iure infames haeretici, ualde à nostris dubitatum est. nam cum Accursius & nonnulli alij hic animaduertent haereticos infamia notari, et infames à testimonio repelli. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus. haereticos uero ad testificandum admitti. l. quomoda. C. de haeret. admiserunt haereticos saltem ante sententiam non esse ipso iure infames. ita Bal. hic in §. oppositio. n. 38. Ias. in 2. lectura, nu. 43. & Alciatus ver. haeretici dogmatis. & Zasius in §. sic itaque discretis. Institut. de actio. Ceterum quamuis libenter communes probatorum doctorum sententias amplecti soleamus, hoc tamen loco merito ab his dissentendum putamus, pro certo statuente etiam per hanc legem haereticos ipso iure infamia notatos; neque enim hic Imperatores solum declarare uoluerunt haereticos ideo infames esse censuram.

dos, quia turpe & indignum factum, aut scelus committunt; id enim omnibus catholicis iam tunc in se de instructis notum erat, cum ob id cauendos & fugiendos haereticos ubique decreuissent: nam & sanctus Ioannes scripsit. haereticis non esse dicendum, aue, et diuinus Paulus monuit eos esse deuotandos: sed plane hoc statuere uoluerunt, ut ipso iure fierent infames.

Ad hęc, si Imperatores solum statuissent haereticos infamia facti notari, legem sane condidissent de re certa & manifesta, cum utique notum sit, haereticos turpe factum committere, eorumque opinionem ob id scelus, apud bonos ualde dimitti & grauari: leges autem de casibus dubijs esse debent. l. quod Labeo. ff. de Carbo. edicto. ubi communiter Doctores. & Panormitanus in c. c. in iure peritus. de electio. & Bartolus quidem hic in noua oppositione aperte sequitur hanc sententiam dum ait: Nā si bene inspicitur, primo dat eis poenam ipso iure, & uocantur infames, &c. neque huic sententiae aduersatur d. l. quoniam. C. de haeret. nam ibi casus est singularis, ne copia probationum deficiat, qui ius commune non infringit.

Ex his poterit declarari questio illa, An haeretici notentur infamia ipso facto, an ita demum si sententia pronuntiata fuerit super crimine: & plane qui contendunt haereticos iure ueteri non fieri ipso iure infames, post sententiam latam infamia tantum notari aut uolunt, inter quos est hic Alciatus, quem sequitur Iacobus Spiegellus in Lexico ver. haeretici omnes. & alij siqui sunt, qui paucissimi sunt, sed uerior est sententia Alfonso de Castro lib. 2. c. 9. de iustitia haereticorum punitione, afferentis ante sententiam infames esse. quod ex superioribus apertissime infertur, atque hanc etiam sententiam tuetur Paulus Castrensis hic num. 18. idem uidetur asserere Bar. in §. oppositio. nu. 11. et 12. nā si haereticorum complices renuentes intra annum satis facere, ut haeretici puniuntur, & ipso iure sunt infames. cap. excommunicamus. l. 8. credentes. multo magis id haereticis eueniet: quia propter quod unumquodque est tale, & illud magis, Aristoteles lib. 1. de demonstratione. authen. multo magis. de sacrosan. eccles.

Hęc autem infamia multos operatur effectus, et incommoda ingentia parit, quae nos copiose lib. 8. de poenis haereticorum, sumus persecuti. inter quae illud est potissimum, quod etiam in filios redandat: propterea enim: ab omnibus beneficijs & officijs publicis repelluntur. cap. statutum. de haeret. libro 6. quod in 3. par. apud Emericum copiose diximus.

Praeterea illud est hic inquirendum, An inquisitores haeretica prauitatis possint haereticos hanc infamiam, de qua diximus, remittere, aut eos honorari restituere: & quamuis late pateat Inquisitorum potestas, non tamen possunt hanc infamiam tollere, quia cum Inquisitor sit iudex delegatus. ca. per hoc. de haeretis, libro 6. non potest fines mandati transgredi. c. penul. de off. delegati. c. cum dilecta. de rescrip. l. diligenter. ff. mandati. hoc autem nusquam est sibi permissum, & propterea facere non poterit. ita Zanchinus & uere tractatu de haeret. cap.

Haeretici ante sententiam infames.

Qua infamia notentur haeretici.

cap. 38. ubi Campegius. Paulus Ghilandus tra. 5. de relaxatio. carceratorum, tit. de beneficio & indulgentia priuilegijs, & alij quos in re manet. Et omitto: & quod de Inquisitore dixi, idem est de episcopo intelligentum: uia neque is potest haereticos fame restituere, ut optime citato loco probat Zaccarias. restituit autem summus Romanus Pontifex: non uia quid etiam collegium Cardinalium possit, non est huius loci inquirere, nec nostrae breuitatis.

Haeretici quādo ceperint iuri infamia notari.

Postremo obseruandum est, non esse hic primum haereticos infamia notatos, nam iure canonum multo ante Stephanus Papa eius nominis primus. anno uidelicet Domini 161. infames esse sancit Epistola quadam ad Hilarium episcopum, quam refert Gratianus in c. infames. 6. q. 1.

In sum, inquit, esse eas personas dicimus, quae pro aliqua culpa notantur infamia: id est, omnes qui Christianae legis normam abiiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt, &c.

I. 2. I IDEM AA. EVTROPIO. PRAEFECTO PRÆTORIO.



VLVS haereticis: & infra. Vnius & summi Dei nomen ubique celebratur. Nicænae fidei dudum à maioribus traditæ, & diuine religionis testimonio atque assertione firmatae obseruantia semper mansura teneat. Is autem Nicænae assertor fidei, & catholice religionis uerus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum & Christum filium Dei uero nomine confiteatur: Deum de Deo, lumen de lumine: qui Spiritum sanctum (quem ex summo rerum patre & speramus & accipimus) negando non violat: apud quem intemeratae fidei sensus uiget, & incorrupte trinitatis indiuisa substantia, quae graeco uerbo, & uero recte creditur dicitur. Hęc profecto nobis magis probanda, hęc ueneranda sunt.

Dat. IIII. Id Ianuarij. C P. F. L. Euchario & F. L. Sygrio C. C. conf.

COMMENTARVIS V.

ANVLVS haereticus. Lata est hęc lex ab eisde Imperatoribus, à quibus & superior, anno Domini 383. ex ea id solum fragmentum desumpsit Emericus quod instituto suo conueniebat, quod est, constabillire fidem: & ideo initium & finem sustulit. Synodum Nicænam obseruanda iubet, & qua in ea sunt sancta diuinitus.

Synodus Nicæna quādo celebrata.

Hęc fuit synodus illa celebris tempore Constantini & Siluestri Papae celebrata, interuentu 318. episcoporum, era 364. Sunt qui scribant Nicenam synodum initium habuisse anno Domini 326. finem uero 329. in hac damnatus est Arius, eiusque omnia dogmata & sectatores, stabilitusque articulus de Christo uero filio Dei, Patri equali & consub-

stantiali, quae breuissime hic indicantur. Acta est hęc synodus tribus annis, & paulo ultra Nicæa. ea est ciuitas Asiae, Bithyniae Metropolis. Confirmata fuit hęc synodus insigni miraculo, de quo Nicephorus lib. 8. cap. 23. nam cum ex uniuersis patribus duo decessissent priusquam professionis fidei scripto subscriptionem suam appouissent, reliqui patres gesta concilij eius in manibus gerentes, ad sepulturam eorum accesserunt, deprecantes, ut postquam clare intuebantur in caelis, quod in synodo cum ceteris decreuerant, dignarentur libello subscribere, qui acta continebat, quae super sepulchro relinquentes, abierunt, totumque noctem duxerunt insomnem: post die ad locum cum redeunt, & libellum explicantes illorum duorum episcoporum subscriptiones agnouerunt in hęc uerba: Chrysanthus & Mutionius, qui cum patribus omnibus in Sancta prima oecumena Nicæna Synodo consensus, quamuis corpore translatis, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus. hęc ibi.

Is autem Nicænae assertor fidei, & catholice religionis uerus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum, & Christum filium Dei uero nomine confiteatur Deum de Deo, lumen de lumine. Extat epistola synodalis de gestis in Nicæna synodo ad Alexandrinos, & alios conscripta, de qua Nicephorus lib. 8. cap. 24. ubi hoc definiuisse contra Arium, quod hoc loco commemoratur, luculenter explicat in hęc uerba: Itaque scitote primo omnium iniquitum esse in impietatem & preuaricationem Arii, sectatorumque eius: & in praesentia Dei amantissimi Imperatoris Constantini consentientibus omnium sententij placitum, ut anathemate impia eius opinio & uoces atque uerba blasphemiae condemnarentur, quibus ille filium Dei blasphemans usus est, ex non existentibus illum esse dicens, & fuisse aliquando cum non fuerit, & arbitrii libertate uitijs uirtutisque capacem esse filium Dei, creaturam eundem & facturam nominans. Quae omnia sancta synodus anathemati subiecit, ne audire quidem impiam opinionem, mentis uerborum, blasphemiarumque eius uerba sustinens. hęc ibi. quae hunc locum ualde illustrant.

Qui Spiritum sanctum (quem ex summo rerum patre & speramus & accipimus) negando non violat. Accursius & Salycetus hanc legem à quodam Graeco scriptam fuisse, qui neget Spiritum sanctum à Filio quoque procedere, inuicem commiscuntur, cum nihil possit elegantius excogitari. Alciatus uero, agnoscentes difficultatem hic, docet subaudiendum: & filio in codice Teodostano ita legitur: qui id, quod ex summo reu parente speramus, accipimus. Antonius Cottinus hunc locum ita putabat emendandum: à quo id quod ex summo rerum patre speramus, accipimus. quia, inquit, lectione admissa, subauditione Alciati opus non erit.

Melias tamen erit nullis ad diuis aut subaudiendis, quod nobis in legibus facere non licet, ad Theologiam.

Locus de professione Synodus sancti declaratus.

gia secreta recurre, ut me monuit frater Paulus Constabilis sacri palatii Magister, qui fuit deinde totius ordinis Fratrum predicatorum Magister Generalis, ut dicamus, retenta communi lectione, verbum illud, summo rerum parente, hoc loco stare seu accipi posse essentialiter & personaliter iuxta vera dogmata Theologorum, cum enim hic (ut verba ipsa indicant) non sit sermo de eterna Spiritus sancti processione à Patre & à filio, sed de communicatione gratiæ vel donorum ipsius, secundum quæ ipse se ipsum dat, ut ait Magister sententiarum lib. 1. distin. 30. & à Patre simul & à Filio datur, apte per summum rerum parentem, totam sanctissimam Trinitatem intelligere possumus, à qua gloriam in futuro speramus, & gratiam accipimus in presenti. Possimus quoque per summum parentem, Deum Patrem intelligere, à quo Spiritus sanctus datur et mittitur: nec propterea videri debet Filius exclusus, quoniam nominatus non est, nam ut recte ait sanctus Tho. par. 1. q. 36. art. 2. ad primum argumentum, regulariter in sacra scriptura, aut ubi de diuinis personis agitur, id quod de Patre dicitur, de Filio etiam intelligere oportet, etiamsi, inquit sanctus Thomas, dictio exclusiva addatur, nisi solum in illis in quibus Pater & Filius secundum oppositas relationes distinguuntur. cū enim Dominus Matth. cap. 11. dicit: Nemo nouit Filium nisi Pater, non excluditur, quin Filius seipsum cognoscat. ergo cū hic aut alibi dicitur, quod Spiritus sanctus à summo rerum parente speratur & accipitur, etiam si adderetur, à solo rerum parente seu Patre, non ob id Filius excluderetur: quia quantum ad hoc, quod est dare Spiritum sanctum, non opponuntur Pater & Filius, sed solum quantum ad hoc quod hic est Pater, & ille Filius. His penitus consentit sanctus Hieronymus in confessione fidei, quam affert Eymericus paulo post, hac par. 1. dicens: Nec est prorsus aliquis in Trinitate gradus, nihil quod inferius superiusue dici possit: sed tota deitas sui perfectione æqualis est, at exceptis uocabulis, quæ proprietatem personarum indicant, quidquid de vna persona dicitur, de tribus dignissime posuit intelligi. *Hactenus Hieronymus.*

14. IMPERATOR MARTIANUS A.

PALLADIO PRÆFECTO PRÆT.

NEMO clericus vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidie occasionem requirens. Nam & iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita reuoluere & publice disputare contenderit: cum ea, quæ nunc de Christiana fide à sacerdotibus, qui Chalcedone conuenerunt, per nostra præcepta statuta sunt, iuxta Apostolicas expositiones & instituta sanctorum Patrum trecentorum de-

cem & octo in Nicæa, & centum quinquaginta in hac regia vrbe definita esse noscantur. Nam in contemptores huius legis poena non deerit, quia non solum contra fidem vere expositam veniunt, sed etiam Iudæis & Paganis ex huiusmodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum remouebitur: si vero militia præditus sit, cingulo spoliabitur, ceteri autem huius criminis rei, siquidem liberi sint, de hac sacratissima vrbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus supplicij subiugandi: si vero serui, reuerentissimis animaduersionibus plectentur. *Dat V III. Id Febr. Constantinop. Patrio Consu.*

COMMENTARIUS VI.

NEMO clericus.] Hoc est editum Martiani Imperatoris in confirmatione Concilij Chalcedonensis, quo cauet, ut nemini liceat de fide habere coram populo disputationes, aut semel iam definita in dubium reuocare. Extat hoc editum in Concilio Chalcedonensi actione 3. cum præfatione & epilogo, quæ hic abscissa sunt, ibi autem ita habetur: Edictum siue leges sanctæ memoriæ Valentiniani & Martiani Imperatorum, quas quidæ leges beatissimus Papa Leo in suis confirmauit epistolis, quibus interdicitur prohibenturque disputationes de fide coram vulgo, & confirmantur Chalcedonen. Concilij decreta, atque statuta.

Ceterum obseruandum est, non absolute prohiberi disputationem de fide catholica, sed cum ex ea disputatione queritur occasio tumultus & perfidiæ, & iam definita in dubium reuocantur.

Hanc legem eo consilio huic operi inseruit Eymericus, ut doceremur has veritates, videlicet nec publice occasione tumultus excitandi de fide differendum esse, nec semel per Ecclesiam rite definita & stabilita, in dubium esse reuocanda, quæ nos suis locis interpretabimur.

Nemo clericus.] Sed de clericis dubium videbatur, hoc est, de personis religiosis, presbyteris seu sacerdotibus, quibus solis predicare & de fide tractare iura concedunt, cap. Adijcimus. 16. q. 1. cap. Diaconus. 93. distin. ubi Turrecremata, idem Turrecremata in c. placuit. 16. q. 1. ut multis docuimus. par. 2. super cap. cum ex inuncto. de hæret. & propterea non debuerant prohiberi, quominus de fide disceptarent. sed non imbibetur eis, ut dixi, simpliciter & absolute, sed cum ex hoc perfidie occasionem querunt.

De fide Christiana publice turbis coadunatis, & audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidie occasionem requirens.] Hinc colligimus manifesto non prohiberi simpliciter omnem de fide disputationem, sed eam solam, quæ suscipitur causa seminandorum errorum: aliàs enim cum hæreticis disputare, ut gloria Dei manifesta fiat, & veritas Catholica defendatur, licitum est; immo & quandoque necessarium.

Quibus & quando prohibetur, ne de fide Catholica disputent.

id quod respiciens Paulus diuinitus ad Titum scribens cap. 1. ait, oportere ut episcopus doctus sit, ut exhortari sciat in sacra doctrina, et eos qui contradicunt argueret: de quo articulo agit plenissime Eymericus paulo post, q. 10. & nos ibidem late in commentarijs eiusdem questionis. interim videndus Coradus Brunus lib. 5. de hæret. cap. 4. & lib. 6. cap. 8.

Cur semel definita legitime in dubium reuocare non debeant.

¶ Nam & iniuriam facit iudicio Reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita reuoluere & publice disputare contenderit. Ratio cur iniuria fiat, manifesta est: quis enim concedat plus esse tribuendum singulorum opinionibus de fide arbitrari suo disputantium, quam definitis in synodis legitime congregatis, in quibus nutu Spiritus sancti Patrum cor da regitur? iam multis rationibus optime statutum est, ne semel definita in dubium reuocentur: nam si qua semel sunt salubriter constituta & decreta, in dubium vertentur, nullo profecto stabile Ecclesiæ iudicium aut statutum contra quoslibet errores permaneret. Rursus eiusdem semper furoribus omnia statuta semel veritatis, et integra Ecclesiæ definitio turbaretur. ita Gelasius Papa 1. ad episcopos Dardanice epistola quadam incipiente: Valde mirati sumus, dicens: Quæ maiores nostri diuina inspiratione cernentes, ne cessarie præcauerunt, ut quod contra vnamquæq; hæresim coacta semel synodus pro fide, cõione, & veritate catholica atq; Apostolica promulgasset, non sinceret post hæc nouis retractationibus mutuari, ne prauis occasio preberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta, pulsandi: sed auctore cui iussit in saniam ac pariter errore damnato, sufficere iudicari, ut quisquis aliquando huius erroris cõicator existeret, principali sententiæ dånationis eius esset obstrictus, quò manifeste quilibet vel professione sua, vel cõmunionem posset agnoscere. Hæc ibi quem locum, quia valde erat insignis, & huic loco omnino cõgruens, nõ duximus omittendum: qui refertur à Gratiano. 2. 4. q. 3. c. maiores.

Synodus Chalcedonenis quado celebrata.

¶ Qui Chalcedone conuenerunt.] Chalcedonensem synodum intelligit lóge celeberrimam, habitam Chalcedone (ea est ciuitas Phrygiæ in Ponti Euxini ora) interuentu sexcentorum triginta episcoporum contra oēs hæreses, maxime vero contra Eutychem et Dioscorum, qui vnum Dñm nostrum Iesum Christum, ex diuinitate atq; humanitate constantem, & in his duabus naturis adorandum, ad vnam audacter & stulte naturam redigebant, & confundebat. Fuit autem celebrata era 488. hoc est anno Domini 450. seu ut alij scribunt 452. Valentiniano VII. & Auieno viris clarissimis consulibus. de hac celebre extat Gregorij testimonium in c. sicut. 15. dist. 1.

Pœna disputationum de fide ob malum finem.

¶ Igitur si clericus erit.] Nunc pœnas statuit contra eos, qui de fide publice disputant in malum finem, idque seruata personarum qualitate: hodie tamẽ nõ habet locum pœna huius legis, neque hi personarum gradus, ut hic præscribitur, obseruari debent: nam qui publice nunc falsa dogmata prædicaret, populoq; nouas suggereret opiniones, nec vera fidei documenta reciperet, sed perfidie, hoc est, hæresis disseminandæ (ut hic dicitur) quereret occasionem, ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis indicaretur: & tales hæ-

resiarcho seu dogmatistæ videntur sine ulla penitus misericordia curia seculari tradendi, vltimo supplicio ferendi, ut docet Repertorium Inquisitorum, ver. docere. & ver. hæresiarca. Albertinus tracta. de agnos. assertio. q. 30. nu. 60. Simancas in catho. instit. tit. 47. num. 60. idem in Enebyridio violata religio. ti. 59. Ioannes Roias trac. de heret. par. 2. assertio. 43. & alij quidam. Quid tamen de hoc sentiam, dixi breuiter par. 2. in cõmentario super concilio Tarraconen. s. Rursus illud. Et plenus eadem parte super q. 39.

EDICTVM IVSTINIANI DE FIDE.

Victor Iustinianus, pius, felix, inclutus, triumphator semper Augustus, Ioanni sanctissimo Archiepiscopo almæ vrbis Romæ & Patriarchæ.



REDDENTES a honorè Apostolicæ Sedi: & infra. Manifestum igitur facimus vestræ sanctitati, quæ pauci quidam infideles, & alieni sanctæ Dei catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ, tontradidere iudaicæ atque apostatice ausi sunt aduersus ea, quæ ab omnibus sacerdotibus secundum vestram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atque prædicantur; denegantes Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium Dei, Deum & Dominum nostrum incarnatum de sancto Spiritu, & ex sancta atq; gloriosissima semper Virgine Dei genitricis Maria hominem factum, atque Crucifixum, vnum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum Patri & Spiritui sancto, consubstantialem Patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis eodem ipsum secundum humanitatem passibilem carne, eundemque ipsum impassibilem deitate. Recusantes enim Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium Dei, & Dominum nostrum fateri vnum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, videntur Nestorij malam sequi doctrinam, secundum gratiam dicentis vnum filium Dei, & alium dicentis Dei verbum, & alium Christum. Omnes vero sacerdotes sanctæ catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ, & reuerendissimi Archimandritæ sanctorum monasteriorum, sequentes sanctitatem vestram, & cultodientes statum & vnitatem sanctarum Dei Ecclesiarum, quam habent ab Apostolicæ vestræ sanctitatis Sede, nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu, qui hætenus obtinuit, atque obtinet, vno consensu consentunt, & glorificant, prædicantes Dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum filium, & verbum Dei, & dominum nostrum ante secula, & sine tempore de Patre natum in vltimis diebus descendisse de caelis, & incarnatum de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa virgine & dei genitrice Maria natum, & hominem factum, & crucifixum, vnum esse sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum Patri



Patri & sancto Spiritui. Nec enim alium Deum verbum, & alium Christum cognoscimus, sed vnum atque eundem ipsum consubstantialiam patri secundum diuinitatem, & consubstantialiam nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum impassibilem deitate. Vt enim est in diuinitate perfectus, ita idem ipse & in humanitate perfectus est. In vna enim substantia deitatem suscipimus & confitemur, quod dicunt Graeci, τὴν καὶ ὑπόστασιν ἐνοσίου ὁμολογοῦμεν. Id est, eam quae secundum personam est vnitatem. Et quoniam vnigenitus filius & verbum Dei ante saecula, & sine tempore de patre natus, idem ipse & in vltimis diebus descendens de caelis, incarnatus de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloriosa semper Virgine & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noster Iesus Christus, proprie & vere Deus est: ideo & sanctam atque gloriosam Virginem Mariam proprie & vere Dei matrem esse dicimus: non quia Deus verbum, principium ex ipsa sumpserit, sed quia in vltimis diebus descendit de caelis, & ex ipsa incarnatus, & homo factus & natus est: quem confitemur & credimus (sicut dictum est) consubstantialiam esse patri secundum deitatem, & consubstantialiam nobis eundem ipsum secundum humanitatem: eiusdem miracula & passiones, quas sponte in carne sustinuit, agnoscimus. Suscipimus autem sancta quatuor concilia, id est, trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui in Nicena vrbe congregati sunt; & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in hac regia vrbe conuenerunt: & sanctorum patrum, qui in Epheso primo congregati sunt: & sanctorum patrum, qui in Chalcedone conuenerunt, sicut vestra Apostolica sedes docet atque predicat. Omnes ergo Sacerdotes sequentes doctrinam Apostolicam sedis vestrae, ita credunt, & confitentur, & praedicant. Vnde properauimus hoc ad notitiam deferre vestrae sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatissimos episcopos, vt nec vestram sanctitatem lateat, quae a quibusdam paucis monachis male & iudaice secundum Nestorij perfidiam denegata sunt.

ITEM SUBSCRIPTIO TALIS FUIT.

Deitas te conseruet per multos annos sanctissime ac religiosissime Pater.

COMMENT. VII.

REDDENTES honorem Apostolicam Sedi, & infra.] Sustulit Eymericus similiter ab hoc edicto initium & finem, vt ea tantum collocaret, quae suo instituto apta erant, quod est (vt sepe dixi) cumulare multos fidei articulos & catholicas veritates. hoc autem fragmento tria potissimum docentur.

Christus noster Deus, Maria uero mater eius.

Primum, Christum vnam esse de tribus sanctae Trinitatis personam subsistentem, quam Graeci hypostasim appellant. Alterum, Christum in carne passionem vere pertulisse, impassibili deitate sem-

per existente. Tertium & postremum, sanctissimam Mariam Virginem proprie & veraciter appellandam esse matrem Domini nostri Iesu Christi & deo non hoc voluisse Imperatorem profiteri, series ipsa edicti indicat. idem quoque docet & ipse Ioannes Papa in alia de eare epistola scripta ad Senatores vrbe Romae, de duabus naturis aduersus Eutybianistas, in qualuculentis scripturae te Simonis, & sanctorum patrum assertionibus tres istas veritates ostendit, caesque in epistola Iustiniani contineri ait his verbis: Iustinianus siquidem Imperator filius noster, vt eius epistola tenore cognouistis, de his tribus quaestionibus orta certamina fuisse signauit, Vtrum vnus ex Trinitate Christus, & Deus noster dici possit; hoc est, vna de tribus personis sanctae Trinitatis sancta persona, An Deus Christus carne pertulerit impassibili deitate. An proprie & veraciter mater Domini Dei nostri Christi Maria semper virgo debeat appellari. Haftenus ibi. Extat illa epistola in quinto volumine Bibliothecae patrum, cui Haereseologie nomen est impositum.

b Suscipimus autem sancta quatuor concilia.] Idem in c. sicut. dist. 15. ubi egregium extat de auctoritate horum conciliorum testimonium de sumptum ex Beato Gregorio lib. 1. epistola 24. refert Iuo Carnotensis par. 4. c. 17. de quibus videtur Photium Patriarcham Constantinopolitanum in epistola ad Michaelem Bulgariae Principem, de septem concilijs aemuenicis.

EX EXTRA VAGANTIBVS Comm. ti. de maio. & obediens.

BONIFACIUS VIII.

Omnes Christi fideles de necessitate salutis, subsunt Romano Pontifici, qui vtrumque gladium habet, & omnes iudicat a nemine aut iudicatur.



NAM sanctam ecclesiam catholicam, & ipsam Apostolicam, vrgente fide credere cogimur & tenere. Nosque hanc firmiter credimus, & simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, sponso in Canticis proclamante, Vna est columba mea, perfecta mea: Vna est matri suae, electa genitrici suae, quae vnum corpus mysticam repraesentat: cuius caput Christus: Christi vero Deus, In qua vnus dominus, vna fides, vnus baptisima. Vna nepe fuit diluuij tempore arca Noe, vna Ecclesia praefigurans, quae in vno cubito consummata, vnum (videlicet Noe) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia substantia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramus & vnicam, dicente Domino in propheta, Erue a framma deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. pro anima enim, id est pro seipso capite simul orauit & corpore, quod corpus vnicam, scilicet ecclesiam nominauit, propter sponsum fidei sacramentorum, & charitatis ecclesiae vnitatem. Hae est tunica illa

Cant. 6.

Psal. 21.

la Domini inconfutibilis, quae scissa non fuit, sed forte prouenit.

Igitur Ecclesiae vnus & vnice vnus corpus, vnum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus, Petriq; successor, Dicente Domino ipsi Petro, Pasce oues meas, meas inquit, & generaliter, non singulariter has vel illas, per quod comississe sibi intelligitur vniuersas, Siue ergo Graeci siue alij, se dicant Petro, eiusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse, se de ouibus Christi non esse; dicente Domino in Ioanne, Vnum ouile, & vnicum esse pastorem. In hac eiusque potestate, duos esse gladios, spiritalem videlicet & temporalem, Euangelicis dictis instrumur. Nam dicentibus Apostolis, Ecce gladij duo hic, in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse: sed satis. Certe qui in potestate Petri, temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterque ergo est in potestate Ecclesiae, spiritualis scilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, is manu regum & militum, sed ad nutum & patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati. Nam cum dicat Apostolus: Non est potestas nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinata sunt, non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in supremam. Nam secundum beatum Dionysium, lex diuinitatis, est infima per media in supremam reduci. Non ergo secundum ordinem vniuersi, omnia eque ac immediate, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spirituales autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet praecellere potestatem, oportet tanto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerum gubernatione, claris oculis intuemur. Nam veritate testante, spiritualis potestas, terrenam potestatem institueret habet, & iudicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesia, & Ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Hieremiae: Ecce constitui te hodie super gentes & regna: & cetera quae sequuntur. Ergo si deniat terrena potestas, iudicabitur a potestate spirituali: sed si deniat spiritualis, minor a suo superiori: si vero suprema, a solo Deo non ab homine poterit iudicari: testante Apostolo: Spiritus uisus homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Est autem haec auctoritas (etsi data sit homini, & exerceatur per hominem) non humana, sed potius diuina ore diuino Petro data, sibi que suisque successoribus in ipso, quem confessus fuit petra firmata, dicente Domino ipsi Petro: Quodcumque ligaueris in ipso, &c. Quicumque igitur huic potestati, a Deo sic ordinatae, resistit, Dei ordinationi resistit, nisi duo (sicut Manicheus) fingat esse principia, quod falsum & hereticum iudicamus: quia testante Moyse, Non in principiis, sed in principio celum Deus creauit & terram. Porro subesse Romano Pontifici omni humanae creaturae declaramus, dicimus, definitimus, & pronuntiamus omnino esse de necessitate salutis.

Gen. 1. f. al. omnem humanam creaturam.

Dat. Later. Pont. nostri anno VIIII.

COMMENTARIVS VIII.



NAM sanctam,] Bonifacius octauus postremo sui Pontificatus tempore, nepe anno Domini 1302. Romae hanc edidit decretalem, quae potissimum docet tres Catholicas veritates.

Prima est, vnam esse Ecclesiam catholicam, & ipsam Apostolicam, & vnum eius gubernatorem, videlicet Romanum Pontificem, cui omnes subesse oportet.

Altera est, Romanum Pontificem vtrumque habere gladium, videlicet spirituale & temporale.

Postrema est, a Pontifice summo omnes iudicari, ipsum vero a nemine. Eas nos more nostro breuiter illustrabimus.

Primus articulus de fide est, quem iam olim multi Romani Pontifices docuerunt, in primis vno Anacletus, qui a sancto Petro Apostolorum principe fuit presbyter ordinatus, floruitque anno Domini 101. epistola quadam omnibus Episcopis missa incipiente. Benedictus Deus. c. 3. in hac verba: Nam & inter beatos Apostolos quadam fuit discretio, & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a Domino est concessum, & ipsi inter se id ipsum voluerunt, vt reliquis omnibus praefecti Apostolis, & Cephas, id est, caput & principium teneret Apostolatus: qui & eandem formam suis successoribus, & reliqui Apostoli episcopis tenendam tradiderunt. & paucis interpositis. Hic vero Apostolica sedes caput & caput omnium ecclesiarum, a Domino, & non alio est constituta; & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctae sedis auctoritate omnes ecclesiae Domino disponente reguntur. Haftenus ibi. & habetur in cap. sacrosancta. 22. distinct. idem decreuit Zepherinus, & habetur in cap. ad Romanam. 2. q. 6. & Fabianus & Gelasius eius nominis primus epistola quadam i. capite 11. & Leo Papa nonus in epistola aduersus presumptiones Michaelis & Acridani Episcoporum, cap. 12. & 13. & alij multi cum Romani Pontifices, tum sancti Patres, quos omitto consulto in re manifesta, cum catholicis nunc potissimum scriba, qui Pontificum Romanorum & sanctorum Patrum definitiones & dicta recipiunt.

In hac eiusque potestate duos esse gladios.] Hic ostendit secundam assertionem, de duplici Pontificis gladio, quam & longo ante Bonifacium tempore, & etiam postea alij Romani Pontifices tradiderunt. Innocentius III. in cap. venerabilem. de electio. & Innocentius III. in cap. ad Apostolica.

Vna Ecclesia & vnus Pater, cui omnes sunt subiecti.

Papa vtriusque gladium habet spirituale & temporale.

de sententia & re iud lib. 6. & Clemens v. in concilio Viennensi. & habetur in Clement Romani. de iur. iuran. ex quibus colliges impios esse, & Ecclesia inimicos, qui hec vel non recipiunt, vel de his male sentire videntur, inter quos est Fraciscus Durenus lib. 1. c. 4. de sacris Ecclesie ministerijs. non est itaque fas dicere Romanum Pontificem non habere vtrumque gladium, siue vtramque iurisdictionem, videlicet spiritualem & temporalem.

Ceterum cum hic articulus de duplici Romani Pontificis iurisdictione sit late patens, nec nostra breuitatis institutum eum hoc loco fusius explicari permittat, satis videbimus fecisse, si auctores & loca indicauerimus vnde eius notitia haberi possit. de eo ergo late tractat Doctores canonici a cum glossa in cap. nouit. extra de iudic. glossa in cap. causam que. qui filij sint legit. glossa super extrauagan. vnam sanctam. de maio. & obediens. de qua nunc agimus. glossa & ibidem Doctores in cap. licet. extra de foro compet. glo. 1. in cap. Argentis. de heret. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica. q. 46. ar. 2. Aluarus Pelagius lib. 1. c. 13. de planctu Ecclesie. copiose Turrecremata in summa de ecclesia lib. 2. cap. 113. 114. & 115. idem apud Gratianum in cap. cum ad verum. 96. dist. Iacobatus tract. de Concilio. lib. 10. art. 7. Caietanus in 2. parte Apologie de potestate Pape. cap. 13. ad 8. arg. Sotus lib. 4. sentent. dist. 25. q. 2. ar. 1. & lib. 4. de iustitia & iure. q. 4. art. 1. Ferdinandus Vasquius lib. 1. controuersiarum illustrium. cap. 20. & 21. Simancas de catholicis. insti. tit. 45. de Papa. Albertus Pighius Campensis lib. 5. c. 16. Hierarchia ecclesiastica. Restaurus Castaldus tract. de Imperatore, in diuersis locis. Ioannes a Capistrano tract. de Pape et concilij auctoritate. par. 2. part. 2. secunda de principali. Blasius Nauarrus libro 1. de sacro ecclesie principatu. cap. 7. & 8. Cassianus in catalogo glorie mundi. par. 4. consideratione 7. & alij, quos longum esse recensere.

Admonere tamen hic, non esse facile omnium auctorum prelatorum, aut aliorum de hac re disserentium, recipiendam sententiam, (neque enim eo animo eos retuli vt approbarem) sed iudicio opus esse.

¶ Nam veritate testante, spiritualis potestas terrena potestatem instituere habet & iudicare, si bona non fuerit. ¶ Hec est postrema assertio ueluti superioris declaratoria, nempe, Romani Pontificem, iurisdictionem temporalem tunc exercere in principes seculares, cum illi potestate sibi data abutuntur, inde subdit, at non e conuerso illi Romanum Pontificem iudicabunt. Pontifex enim Romanus omnes iudicat, ipse autem a nemine iudicatur. quod vno assensu docuerunt primi illi Romani Pontifices, vt Siluester. & habetur in ca. nemo. 9. q. 3. ibi: Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicabitur. idem Gelasius Papa, & habetur in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. ibi: Neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. idem Symmachus Papa, & habetur ibidem in cap. qui aliorum. & Vigilus Papa, & Nico-

Pontificem Romanum nemo iudicat.

laus, & habetur in cap. nemini. 17. quest. 4. item alij, quos longum esset recensere. Nostri tamen vnum casum excipiunt, cum videlicet Romanus Pontifex incidit in heresim. cap. si Papa. 40. dist. at non desunt qui verisimiliter asserant Papam rite & canonicè electum hereticum esse non posse, de quo quid sentiam, explicabo infra par. 3. super quaest. 25.

DE BAPT. ET EIVS EFFECTV de uolumine maiori Decretalium.

ALEXANDER III.

Licet puer sit ter mersus in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: si non sit dictum; ego te baptizo in nomine Patris, & c. non est baptizatus. Cap. 1.



QUI S a puerum ter in aqua immerferit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen: & non dixerit; ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen: non est puer baptizatus.

COMMENTARIVS IX.

SI QVI Spucrum ter in aqua immerferit. ¶ Ideo reculit Symericus, quia hac in hoc extra ditur catholica veritas, nempe, vitiari baptismum quoties minister non exprimit actum baptizandi: non ergo intelligas vitiari baptismum ex omissione pronominis, Ego, quod videtur indicare hic textus; sed vitiatur ex omissione actus baptizandi: vt si quis omittet verbum, baptizo, aut aliud ei simile, & solum diceret, in nomine Patris, & c. non conferret baptismum: nam Greci sine expressione personae ministri baptizantis vere conferunt baptismum; vt in concilio Florentino definitum est quamquam pronomen, ego, omitti non debeat. c. si quis sane. de bapt. & eius esse. & glo. in sum. de cons. di. 4. vult ergo definire Romanus Pontifex, qd licet quis mergat sine aspergat, aut effundat in noie Patris, & c. non exprimendo verbo actum baptizandi, non baptizat. Si vero dicat. Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. sufficit ad essentiam. c. si quis presbyter. c. multi. et c. sancti. de conse. di. 4. & S. Tho. 2. p. q. 66. ar. 5. & Theologi communiter lib. 4. sent. di. 3. & ibi Dominicus Sotus. q. vnica. art. 5. dum tamen habeat intentionem salte facienda quod facit Ecclesia. c. sole. de consec. dist. 4. et c. humana. 2. 2. q. 5. & tradit concilium Trid. Sess. 7. de sacramentis in genere. cano. xj.

IDEM ALEX.

Si probabiliter dubitatur; an quis fuerit baptizatus, potest baptizari forma hic expressa. Cap. 2.



DE quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis premissis: Si baptizatus es, non te baptizo: sed si non dum baptizatus es, Ego te baptizo, & c.

COM-

COMMENTARIVS X.

Nemo rebaptizandus nisi in dubio, quia graue scelus est.

¶ Cap. paruulos. & seq. de consec. dist. 4. & c. presbyteri quos. §. qd ergo. 63. dist.

DE quibus dubium est an baptizati fuerint. ¶ Ideo reculit auctor, quia hac veritas in ea statuitur, Nulli debent penitus rebaptizari, nisi de quibus dubitatur an sint baptizati nec intellige tamen hoc postremum quando vere dubium est, ita vt sciri non possit, an fuerit baptizatus nec no: ¶ nam si probabiliter veritas intelligi possit, nullo modo est rebaptizandus, cum grauissimum sit scelus. quod luculenter ostendit Clemens Papa li. 6. ca. 15. constitutionum Apostolicarum, ait enim inter cetera ita: Eodem modo contenti sint vno solo baptismo, qui in Domini mortem traditur, non ministerio abominandorum haereticorum, sed probatorum sacerdotum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. & paucis interpositis subdit: Veruntamen initiatos iterum baptizare tentantes, crucifigunt Dominum, iterum eum interimunt, derident diuina, eludunt sancta, insultant spiritui, sanguinem sanctum veluti communem contemnunt, peccant in mittentem, in passum, & in testificantem. hec ibi. Insignis est sa ne locus, & ob id nullo pacto fuit omittendus. idem Augustinus in lib. de vera & falsa penitentia. ca. 3. Damasceus lib. 4. c. 1. de fide orthodoxa. cap. quod quidam. 1. q. 1. Leo Papa ad Rusticum episcopum, epistola 70. cap. 1. de consec. dist. 4. S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 9. Magister & Theologi in 4. sent. dist. 6. concilium Tridentinum sess. 7. de baptismo. can. 11. cuius verba sunt: Si quis dixerit verum & rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negauerit, cum ad penitentiam conuertitur, anathema sit.

INNOCENTIVS III.

Arelaten. Archiepiscopo.

Sacramentum baptismi, vtiliter confertur paruulis, licet non credant, nec intelligant: & remittitur eis peccatum originale. hoc dicit vsque ad S. Verum. Cap. 3.



AI ORES a Ecclesie causas, praesertim articulos fidei contingentes ad Petri sedem referendas intelligit, qui eum quaerenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondere. Tu es Christus filius Dei viui, & pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides eius. Quibusdam igitur quaestionibus, quas contra catholicos haereticos mouerant, nos postulas respondere. Asserunt enim, paruulis inutiliter baptismum conferri: quod nituntur probare illud primo & praecipue inducentes, quod cum secundum verbum Iacobi Apostoli dicitur in epistola sua: Charitas operit multitudinem peccatorum: & iuxta illud testimonium veritatis in Euangelio de peccatrice, quae ipsius pedes lauerat, perhibentis: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: non nisi per charitatem, & in charitate crimina dimittantur: paruulis, qui nec

Matth. 15. Luc. 22.

Iaco. 5.

Luc. 7.

A sentiunt nec consentiunt, & charitatem non habent, quae sentientibus & consentientibus tantum infunditur: peccatum non dimittitur in baptismo: & infra. Ad id autem taliter respondemus, quod baptismum circumcissioni successit: absit enim vt in illam damnatam heresim incidamus, quae perperam affirmabat legem cum Euangelio, & circumcissionem cum baptismo seruandam: quoniam secundum Apostolum dicentem ad Galatas: Si circumcidimini, Christus nihil vobis prodest. Cum ergo circumcissio tam adultis quam paruulis ex precepto Domini conferretur, ne baptismus qui successit loco ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri quam feminae baptizentur; minoris videatur effectus: tam adultis, quam paruulis esse conferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet Moysa lex clamabat: Anima cuius preputij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo: ita nunc in distincte vox intonat Euangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei, ab hac generalitate nec sexum, nec aetatem excludens. Cautè tamen notandum est, quantum plus baptismus hodie conferat Christianis, quam quondam Iudaeis circumcissio contulisset; dictum est in fine praedictae auctoritatis inductae de veteri lege: Peribit de populo suo. In Euangelica uero auctoritate subiunctum est: Non intrabit in regnum Dei. Quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circumcissionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perueniebatur ad regnum caelorum, quod vsque ad mortem Christi fuit omnibus obferatum: sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati, culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum caelorum etiam peruenitur: cuius ianuam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. Absit enim, vt vniuersi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsi misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquid remedium procurauerit ad salutem. Ceterum ex vi litterae satis patet praedictas auctoritates intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum, cum de paruulis non possit intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est soluenda: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, & c. cum non possint credere paruuli, sed adulti; & ob hoc tota auctoritas hic intelligenda est de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur. Quamuis nonnulli concedant, quod paruuli credunt non per usum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba secundum communem vsum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur.

¶ De hoc articulo vide supra in commentario 3. super clem. si dei catholice. §. Verum quia.

¶ Illud vero quod opponentes inducunt, fide aut charitatem, aliasque virtutes paruulis utpote non consentientibus non infundi, ¶ à plerisque non conceditur absolute: cum propter hoc inter Doctores Theologos quaestio referatur: alij

Galat. 5.

Gen. 17. Levit. 12.

Ioan. 3.

¶ De hoc articulo vide supra in commentario 3. super clem. si dei catholice. §. Verum quia.

asserentibus, per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus, dimitti peccatum & virtutes infundi, habentibus illas quod ad habitum, non quo ad usum, donec perueniant ad aetate adultam.

Originale peccatum, quod sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiam non consentienti, ut paruulis. secus de actuali: quia sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur sine consensu. hoc dicit, vsq; ad §. Sed adhuc.

Verum quidam ex hac solutione, inuenisse se credunt viam ad alias questiones, argumentates ex eo quod dicimus, paruulis in baptismo peccatum originale dimitti, quod & adultis, dormientibus, vel amentibus peccatum (si baptizentur) ratione simili dimittatur. Cum enim neutri sentiant tunc vel consentiant, dicit idem in consimilibus iudicandum. Hic vero dicimus distinguendum, quod peccatum est duplex, originale scilicet & actuale. Originale, quod absque consensu contrahitur: actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur sacramenti: actuale vero, quod consensu contrahitur, sine consensu minime relaxatur.

Licet in baptismo dimittatur originale peccatum paruulis, qui tamen consentire non possunt: in adultis tamen, amentibus, vel dormientibus, qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale: & item etiam nec originale. hoc dicit.

Sed adhuc queritur, quare non saltem originale peccatum amentibus, & dormientibus in baptismo sicut paruulis dimittatur. Ad hoc taliter est respondendum, quod Dominus, qui totum hominem saluum fecit in sabbato, opus imperfectionis non nouit, & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea poena originalis peccati est carètia visionis Dei: actualis vero poena peccati est gehennæ perpetuæ cruciatus. Vnde si dimitteretur alicui primum altero non dimisso, talis non careret visione Dei propter originale dimissum, & cruciaretur in gehenna perpetuo propter reatum criminis actualis: sed hæc tamquam incompatibilia sese minime patiuntur, immo sibi mutuo aduersantur.

Amentes vel dormientes baptizati, si ante demeritiam vel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt, alias secus. Coacti vero causæ sine suscipiunt, hoc dicit vsque ad finem.

Item a queritur, vtrum dormientibus, & amentibus sacramenti saltem character in baptismo imprimatur, ut excitati à somno, vel ab ægritudine liberati, non sint denuo baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quod sacramenta, quæ per se fortiuntur effectum, vt baptismus & ordo, ceteraque similia, non solum dormientibus & amentibus, sed inuitis & con-

tradicientibus, etsi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur: cum non solum paruuli, qui non contentiunt, sed & ficti, qui quamuis non ore, corde tamen dissentiant, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quod qui fuissent inuiti & reluctantes immerfi, saltem ratione sacramenti, ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinent: vnde ad ferendam regulam fidei christianæ, forent rationabiliter compellendi. Verum id est religioni christianæ contrarium, vt semper inuitus & penitus contradicens ad recipiendam & seruandam christianitatem aliquis compellatur. Propter quod inter inuitum & inuitum, coactum & coactum, alij non absurde distinguunt, quod is qui terroribus atque supplicijs violenter attrahitur, & ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum: talis (sicut & his qui fide ad baptismum accedit) characterem suscipit christianitatis impressum: & ipse tamquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad obseruatiam fidei christianæ. In quo casu debet intelligi decretum concilij Tolotani: † vbi dicitur, quod qui iam pridem ad christianitatem coacti sunt (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sifbuti) quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vinctos esse, & corporis Domini extitisse participes: oportet etiam vt fidem, quam necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit: nec rem, nec characterem suscipit sacramenti: quia plus est expresse contradicere, quam minime consentire: sicut nec ille † notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans thurificare idolis cogitur violenter. Dormientes autem & amentes, si priusquam amentiam incurrent, aut dormirent, in contradictione peristerent: quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare: & si fuerunt sic immerfi, characterem non suscipiunt sacramenti. Secus autem, si prius catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi. Vnde tales in necessitate articulo consuevit Ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimat operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obfistentem.

COMMENT. XI.

MAIORES Ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes. I. Ex tota serie huius elegantis decretalis quattuor colliges catholicas veritates.

Prima est, Pueros, quorum non est animi iudicium omnino esse baptizandos, vt à peccato originali liberentur.

Alter est, peccatum originale, quod sine consensu contrahitur, dimitti etiam in baptismo sine consensu: secus autem dicendum esse in peccato actuali.

Tertia

† Conc. Tolet. 4. c. 36.

† Vide infra in hac parte i. in commentario q. 9.

Pueros esse baptizandos de fide est.

Tertia est, In adultis, dormientibus & amentibus non dimitti peccatum originale sine actuali, nec vice versa.

Ultima est, Amentes & dormientes baptizatos characterem suscipere, si prius baptizari noluerint. Singulas more nostro breuiter illustremus.

Quantum igitur ad primam attinet, videlicet, pueros absque vsu rationis baptizandos esse, de fide est, & eius contraria heretica. ac primum quidem paruulos non esse baptizandos Pelagiani nequiter mentiebantur, sicuti scribit concilium Carthaginense epistola quadam ad Innocentium Papam primum, que nunc refertur in primo conciliorum volumine. pag. 541. & sanctus Augustinus in libro de heresibus ad Quoduultudeum, cap. 88. quorum hæresim nonnulli etiam nostri sæculi heretici velut ab infertis excitant. ceterum Ecclesia catholica diuinitus instituta, à Christo edocta, paruulos baptizare recte semper consuevit. & sanctus Clemens Papa, Petri successor, lib. 6. c. 15. constituit. Apostolo paruulos baptizari iubebat, dicens: Baptizate quoque paruulos uelutros, & educate eos in disciplina, & præceptis Dei. Sinite enim, inquit, paruulos, venire ad me, & nolite eos prohibere, Et in quodam concilio Africano circa tempora Bonifacii primi celebrato, videlicet ad annos Domini 420. cap. 77. heretici declarantur, qui paruulos negant esse baptizandos, & refertur in c. placuit, de consecra. dist. 4. Idem per omnia statuerat paulo ante concilium Mileuitanum, c. 2. eadem hoc ipsum roborauit concilium Tridentinum sessio. 5. in decreto de peccato originali, cap. 1. §. si quis paruulos, & sessio. 7. de baptismo, cano. 12. adde sanctum Thomam par. 3. q. 68. art. 9. & Thomam Waldensem tom. 3. de sacramentalibus baptismi, cap. 53. & 54. & Dominicum Sotum in 4. sent. dist. 5. q. vnica. art. 9.

¶ Verum quidam ex hac solutione. Hæc est secunda conclusio catholica, Paruulis, qui sine consensu originale peccatum contrahunt, sine proprio etiam consensu deleri in baptismo. hanc docet latissime sanctus Augustinus in libris de baptismo paruulorum: adde c. filius Dei. & c. non ex quo. de consecr. dist. 4. & c. nihil. de penit. dist. 3.

¶ Sed adhuc queritur, quare non saltem originale peccatum amentibus. Rationes huius assertionis, quas hic assertor Romanus Pontifex, euidenter sunt & certissime: hic tamen illa sunt omnino notanda: Poena originalis peccati est carètia visionis Dei: actualis vero poena peccati est gehennæ perpetuæ cruciatus: quibus diuini videtur non obscure anceps illa quaestio, & olim valde agitata, an paruuli absque baptismo decedentes poena ignis cruciarentur: nam hic non cruciari apertissime ostenditur, licet sanctus Augustinus contrarium sensisse videatur in libro de fide ad Petrum, c. 27. relat. ab Eymérico infra in hac 1. parte, quod est diligentissime animaduertendum, ne quis ex Augustini dicto in hoc loco labatur, et plane Augustinus in ea quaestione varius fuit, vt alibi indicauit.

¶ Item queritur, vtrum dormientibus & amentibus. Hæc est postrema assertio, cuius materia late patet, nec est huius loci. videndus est sanctus Tho-

Paruuli sine baptismo decedentes quæ poena peccati.

3. par. q. 80. art. 9. & latissime Dominicus Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 9. adde c. egrotantes. vbi Doctores, de consecra. dist. 4. & de materia huius decretalis, præter citatos, vide Augustinum in lib. de baptismo paruulorum, c. 13. Et 30. & in Enchiridio, c. 43. c. à paruulo. c. in ecclesia. de consec. dist. 4. Doctores scholasticos in 4. sent. dist. 5. vbi late Sotus questione vnica. concilium Lateranense sub Innocentio III. c. 1. concilium Carthaginense III. c. 34. & denique Clementem Papam lib. 6. c. 15. constitutionum Apostolicarum.

EX CODICE IVSTINIANI tit. ne sanctum Baptis. iteretur.

l. i. Imp. VALENT. VALENS & GRAT. A. A. A. Ad Flavianum Vicarium Africa.



ANTISTITEM, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit, sacerdoti indignum esse censemus. Eorū enim condemnamus errorem, qui Apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificant, sed incessant, lauari nomine polluentes.

Dat. XVI. Kal. Nouemb. Constantinop. Gratiano A. III. Merobande Coss.

COMMENTARIVS XII.

ANTISTITEM, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit. Licet Eymericus paulo antea ex cap. de quibus de baptismo & eius effectu, docuerit baptismum non esse iterandum, quod nos plenius commentario decimo huius partis diximus: nihilominus hic idè apertius tradit, addita poena in errantes. Decuit aut de baptismo accurate differere, & de eo certa dogmata tradere: quoniam baptismus omnium sacramentorum est ianua: & ideo duas hic de eo leges tractatas posuit, quarum prima iterari prohibet baptismum, & vtraque iterantibus poenam irrogat.

Hæc autem lex, & ceteræ tam ciuiles, quæ canonice, quæ iterari prohibent baptismum, intelligendæ sunt, quoties baptismus collatus est in forma Ecclesiæ: si is nullo modo est iterandus: at quotiens ab hereticis in alia forma datus est, ille non dicitur iterari, cum nunquam fuerit collatus. at que ita sunt intelligendæ auctoritates omnes, quæ saltem adduci ad probandum baptizatos ab hereticis iterum esse baptizandos: nam loquuntur, quotiens heretici in baptismo cõferendo non seruarunt formam Ecclesiæ: secus si seruassent, cum ab hereticis vera sacramenta conferantur. Nec desunt rationes huic veritati de non iterando baptismo cõgruentes, de quibus Theologi lib. 4. sent. et Turrecrèmata in c. ecclesijs. de cõsec. dist. 1. nã & fides vna est, & propterea baptismus, quod est fidei sacramentum, vnus esse debet. Rursus quia baptismus est quædam natiuitas et regeneratio, nec

Quo intelligantur leges prohibentes iterari baptismum.

Curbaptism? non iteretur.

homo bis nascitur; & quia in baptismo comorimur Christo, qui semel mortuus est; & quia baptismus characterem imprimit, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, ut ait Concilium Trident. sess. 7. de sacramentis. cano. 9. & tadem quoniam precipue in remedium peccati originalis institutus est: peccatum vero originale semel ablatum nunquam reuertitur. Beatus Clemens Papa lib. 6. cap. 15. consiliat. Apostolicarum de causa non iterandi baptismi ita ait: Vt enim vnus est Deus, & vnus Christus, & Paraclitus vnus, sic vnus est Baptismus, qui in eius nomine datur.

Pœna iterantium baptismi.

¶ Sacerdotio indignum esse censemus, hac est pena iterantium baptismum, & concordat ius canonicum in c. si de baptis. & eius effectu. ubi addit sacerdotes rebaptizantes excommunicari, & ab officio & beneficio deponi: Siquis, inquit Papa, tale quid presumpserit, excommunicationis mucrone percussus ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur. Et olim grauissimam etiam penam rebaptizantibus imposuerunt de creta in c. eos quos. de consecrat. dist. 4. ubi penitentia, quam agere debent, qui hoc scelus committunt, statuitur. Sed qui rebaptizat ob solum factum hac pena puniendus est; nam si ita faciendum doceret, & in errore pertinax & obstinatus existeret, per omnia velut hereticus impunitus tractandus esset, & curia seculari relinquendus.

1.2. Imp. HONOR. ET THEO. A.A. ANTHEMIO P.P.



I quis rebaptizare quempiam de ministris catholicae sectae fuerit de rector, vnâ cum eo, qui piaculare crimen commisit (si tamen criminis per ætatem capax sit & hic, cui persuasum sit) vltimo supplicio percellatur.

Dat XII. Kal. April. C.P. Lucio VC. Cos.

COMMENT. XIII.

Rebaptizantis & rebaptizati pœna.

SI QVIS rebaptizare. Vltimo afficitur supplicio rebaptizans & rebaptizatus per hanc legem. Oportet tamen quod vtriusque malitia & consensus interueniat, ut aperte docet hic textus: quod si rebaptizatus est aliquis ignoranter, non punitur; tamen ordinari non potest. c. qui bis. de consec. dist. 4. Qui bis, inquit, ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo penitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat.

Sed nunquid hodie habebit locum pœna huius legis, cum rebaptizare malitiose sit in fide errare, & per consequens crimen ecclesiasticum. c. ut inquisitionis. s. prohibemus. de heret. lib. 6. & certum est secundum leges ecclesiasticas esse iudicandum, ob proximam rationem, quia videlicet hoc crimen mere est ecclesiasticum: & rebaptizans & rebaptizatus ad misericordiam, si penituerint, recipiuntur, et perinde cum bis ac ceteris, qui in fide errant, agendum erit.

Sed poterit ne iudex secularis deinceps per hanc legem imponere penam vltimi supplicij? & plane non poterit, cum sit crimen mere ecclesiasticum, de quo non indicat laicus. d. c. ut inquisitionis. s. prohibemus. de heret. lib. 6. maxime cum pena imposta à iudice ecclesiastico et tendat ad vindictam. l. praetor edixit. s. si dicatur. ff. de iniurijs. ubi Bar. & Doctores: secus autem esset dicendum in delictis mixti fori, ut in blasphemiam: nam tunc pœna iudicis ecclesiastici non impediret penam iudicis secularis: de quo articulo, qui non spectat ad hunc locum, videto plene Antonium Gomezium lib. 3. varia. resolutio. cap. 1. num. 40.

An punitus in foro canonico possit puniti in foro ciuili.

¶ Si tamen criminis capax sit & hic, cui persuasum sit. Concordat l. 4. s. vlt. cum l. infans. ff. ad l. Cornel. de sicar. & c. eos quos. s. pueri aut. de conse. dist. 4. nã etati subuenitur & parcitur. nõ ergo aliter iuuenes puniendi sunt, q̄ si criminis, quod commiserunt capaces fuerint: quã aut dicatur etas criminis capax, non satis constat inter Doctores, ut scripsi infra par. 3. super quarto modo processum si dei terminandi. s. His ita positus neq; potest id p legem definiri, cum non oēs ex æquo eodem tpe sint doli capaces, cū alij alijs iudicio praesent. & id nõ male dixeris hoc iudicij arbitrio esse relinquendum, ut scripsit Dec. in l. pupilli. ff. de reg. in. n. 2. et Io. Anania in c. 1. de delictis puer. Praeterea etiã si pueri doli seu criminis capaces sint, adhuc mitius puniri debent, primum quoniam adolescentia est veluti suapte natura ad vitia labilis & prona: & ideo si quis peccauerit adolescens, magis est adscribendum etatis vitio, q̄ pertinaci malitie & improbitati. Rursus quia huic etati nondũ est plenum rationis iudicium atq; consilium, ut testatur Arist. lib. 1. Poli. c. vlt. & Cic. lib. 1. Offic. et Iuriconsultus in l. 1. ff. de nimo. ubi asserit fragile esse & infirmum huiusmodi etatis consilium; & propterea minoribus xxv. annis auxilium praetor eo edicto pollicetur. tandem id etati parcitur, quia spes est iuuenes emendatores futuros, vitiaque vnã cum adolescentia deponituros.

Doli capax quis dicatur, arbitrio iudicis relinquatur.

Cut adolescenter minus puniri debeant.

Tamen si vero etati parcendum sit, non propterea omnino est impunitum relinquendum quod adolescens comiserit, quãdo crimen in ea etate commissum est, in qua potest cadere. l. impunitas. C. de penis, c. si quis cuiuslibet. in fine. & ibi glossa 21. q. 5. Quã autem omnino doli capax non est, is nullo modo punitur. l. illud velatum. ff. de iniurijs. cap. illud. 15. q. 1. tradit Antoninus in 2. par. 3. par. principalis. tit. 30. c. 1.

In hoc vero haeresis crimine hanc etiam locum habent: primum, quia cum in alijs tribunalibus, ubi nõ est tãtẽ misericordie locus etati parcat, aut aliquid condonetur, multo magis aut obseruari debet in iudicio misericordiae et benignitatis. Ad hanc quoniam difficilior potest credi iuuenes in hoc crimine haeresis & malitia & animi improbitate peccare, q̄ alijs veluti homicidij, adulterijs, fur tis, rapinis, et similibus: quia crimẽ heresis cũ sit spirituale, qd mente & intellectu concipitur et perficitur, nõ ita facile credendum est ab adolescentibus patrari, qui nõ dũ habet perfecta intellectus ratiocinatione, nec ita coperta habet Christianae fidei dogmata: qd tunc maxime

Iuuenes in tribunali inquisitionis mitius etiã puniendi.

xime locum sibi vendicaret, cum ab alijs veluti parentibus aut magistris decepti forent, ut dixi infra in hac 1. parte, super quaest. 7. s. sit sexta regula.

Illud hic addiderim, quod est valde singulare, quod si quis delinquens propter etatem teneram aut mitius, aut nullo modo punitus est, non poterit effectus maior amplius de eodem ipso delicto puniri. Ita Hyppohitus Marfilus in l. infans. ff. de sicarijs. & in l. de minore. in prin. vers. & an minor. ff. de quæst. quem sequitur Traquellus tract. de penis temperandis, aut remittendis. causa 7. num. 3. quod & verissimum puto.

DE CELEBRATIONE B Missar. de volumine maiori Decretalium.

Si qua verba sunt in canone Missae, quae ab Evangelistis dicta non fuerunt, credere debemus, quod à Christo Apostoli, & ab Apostolis eorum successores acceperunt. Et hoc dicit vsque ad S. Quæsiuiti.



Ex vetustis codicibus restitutus est hic locus, nã in vulgatis corruptissime prius legitur, adiecit, quod nullus Euangelistarum legitur expressisse. Cum enim in Euangelio sic legitur: Accipiens calicem gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis, dicens: bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum: In canone Missae sermo iste, videlicet mysterium fidei: verbis ipsis interpositus inuenitur. Vnde cũ non Euangelista Christum hoc dixisse testatur, miraris, quod aliquis asseuerare tentauerit, eum aliquid plus dixisse, quã aliquis Euangelistarum asseueret. Verũ si formam ipsius canonis inspicias diligenter, praeter hoc, de quo tua fraternitas requisit, alia duo, videlicet: Eleuatis oculis in celum: &, æterni testamenti: poteris in ipso canone reperire, quae in textu Euangelico non leguntur. Sane multa tam de verbis, quã de factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quae Apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Paulus enim in actibus Apostolorum sic ait: Meminisse vos oportet verbi Domini Iesu, qui dixit: Beatus est dare quã accipere. hæc nullus quattuor Euangelistarum descripsit: nullus etiam horum expressit, quod Paulus de Christo ad Corinth. scribens ait: Visus est plus quã quingentis fratribus simul: deinde visus est Iacobo, nouissime autẽ tamquã abortiuo visus est & mihi. Ipsi etiam Euangelistae mutuo inter se suppleuisse leguntur, quae ab eorum aliquo vel aliquibus sunt omissa. Vnde cum tres Euangelistae posuerint, Hoc est corpus meum: solus Lucas adiecit, quod pro vobis tradetur. & cum Matthæus & Marcus dicant, pro

Matth. 27.

Act. 20.

In omnibus antiquis ita: beatus est magis dare, quã accipere. 1. Cor. 15.

Luc. 22. Matth. 26.

multis: Lucas dicit, pro vobis; Matthæus autem in remissionem peccatorum adiunxit. Ceterum ea quae adduntur in canone Missae, possunt ex alijs locis Euangelij comprobari. Ioannes enim suscitationem Lazari describens, Iesum sursum oculos leuasse asserit, & dixisse: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. & infra: Si tunc igitur in celum oculos leuauit ad Patrem, cum ad corpus exanime animam Lazari reuocauit: probabilius esse videretur, quod tunc oculos leuauerit ad Patrem in celum, cum panem & vinum in corpus & sanguinem proprium commutauit. Ceterum, sicut superius est expressum, cum in textu Euangelico: noui testamenti: ponatur, hic interponitur: & æterni: nam vetus testamentum, quod hircorum & vitulorum fuit sanguine dedicatum, temporalia promittebat: nouum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit æterna: & ideo testamentum illud fuit verum & transitorium: hoc autem nouum est & æternũ. Vel, ut vtamur alia ratione: vnde nouum, id est vltimum esse describitur, inde æternum, id est perpetuum comprobatur. Nouissimum etenim hominis testamentum immobile perseverat: quia testatoris obitu confirmatur: iuxta quod Apostolus testamentum in morte asserit confirmatum: alioquin non valet, dum vixerit, qui testatur. Praeterea non solum scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum: iuxta quod Apostolus ipse scribit: Ideo noui testamenti mediator est, ut repromissionem accipiant, qui vocati sunt hæreditatis æternæ. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur: hic est enim sanguis meus noui & æterni testamenti: id est, nouæ ac æternæ promissionis, scilicet confirmator, sicut Dominus repromittit: Qui mãducat (inquiens) carnem meam, & sanguinem meum bibit, habet vitam æternam. Ex eo autem verbo, de quo mouit tua fraternitas quæstionem, videlicet: mysterium fidei: munimentum erroris quidam trahere putauerunt, dicentes, in sacramento altaris non esse corporis Christi & sanguinis veritatem, sed imaginem tantum & speciem, & figuram: pro eo quod scriptura interdum commemorat id quod in altari suscipitur, esse sacramentum & mysterium, & exẽplũ. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrun, quod nec auctoritates scripturæ conuenienter intelligunt, nec sacramenta Dei suscipiunt reuerenter. Si enim quia figura est sacramentum altaris, veritas esse negatur: ergo nec mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) veritas est credenda. Siquidem mortem & resurrectionem Christi, similitudinem & imaginem esse Apostolus manifestat: Christus, inquit, mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram. Apostolorum etiam princeps Petrus sic in epistola sua scribit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Sic ergo tam mors Christi, q̄ eius resurrectio est exemplum, ut & nos peccato mortui, iustitiã iam viuamus: quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum: ergo nec vere mortuus fuit Christus: nec

Marc. 14.

Ioan. 11.

Hic post ditionem, testamentum, & dictio, morte, in plerisque recentioribus codicibus, quae tamen deest in omnibus antiquis, nec esse debet vt indicant sequentia.

Damatur in concilio Trident. sessio. 13. de sacramento Eucharistiae, c. 1. & cano. 1.

Rom. 6. 1. Cor. 15.

1. Pet. 2.

vere

Isa. 33.

vere à mortuis resurrexit. Sed absit à fidelium cordibus erroriste, cum Propheta de ipso testetur: quòd vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur, quam cernatur: & aliud cernitur, quam credatur. Cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus unitatis & charitatis: & infra. Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quæ sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutem spiritualem. Forma est panis & vini: veritas carnis & sanguinis: virtus unitatis & charitatis. Primum est sacramentum, & non res: secundum est sacramentum, & res tertium est res, & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminæ rei. Secundum est sacramentum vini, & alterius res existit. Tertium est res gemini sacramenti. Creditur igitur, quòd formam verborum, sicut in canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

In sacramento altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem: hoc dicitur usque ad s. Tertio loco. Abbas.

Quæsiuisti etiam, vtrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur? Super hoc autem opiniones apud Scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quòd cum de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua: in illa duo vinum & aqua, quæ commiscetur in calice, diuina virtute mutantur: vt in hoc sacramento plena sit veritas & figura. Alii vero tenent, quòd aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino: licet phisici contrarium assererent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Præterea potest dici, quòd aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quòd vini saporem assumit, quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem: illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori quod sub eis latet, vndique circumfunditur, non madidans circumfusum: ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur, accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare: Cedit quippe natura miraculo: & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconueniens creditur aut absurdum: si aqua in corpore Christi esse credatur, cum legatur de ipsis latere & processisse: & infra. Verum inter opiniones prædictas, illa probabilior iudicatur, quæ asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari: vt expressius eluceat proprietates sacramenti. Nam cum aquæ multæ sint populi multi, iuxta quod alibi legitur: Beati qui

Ioan. 19. al. corpore.

Isa. 37.

A feminatis super omnes aquas: ideo vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur. Per hoc enim quod suscepit ipse de nostro, & accipimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, vt qui est vnum cum Patre per ineffabilem unitatē; fiat vnum nobiscum per admirabilem vnionem: ac per hoc ipso communiter mediante cum Patre vnum efficiamur: Pater inquit sancte, serua eos quos dedisti mihi, vt sint vnus, sicut & nos: non pro his rogo tatum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt & ipsi in nobis vnū sint, & mundus credat quia tu me misisti.

Ioan. 17.

B Oratio quæ dicitur in secreta in festo sancti Leonis immutata est; quia vbi dicebatur: Annue nobis Domine, vt animæ famuli tui Leonis, hæc proficit oblatio: hodie dicitur, vt intercessione nobis beati Leonis, hæc nobis proficit oblatio. Et hæc mutatio contingit, quia sancti nostri orationibus non indigent, sed nos suis, hoc dicit usque ad finem. Abbas.

Tertio a loco Fraternitas tua requisit, quare fuerit mutatum quod in secreta beati Leonis secundum antiquiores codices continetur, sic videlicet: Annue nobis Domine; vt animæ famuli tui Leonis hæc proficit oblatio: cum in modernis sacramentarijs habeatur: Annue nobis quæsumus Domine, vt intercessione beati Leonis hæc nobis proficit oblatio? Super quo respondemus, quòd cum sacra scripturæ dicat auctoritas, quòd iniuriam facit martyri qui orat pro martyre: idem est ratioe confimili de alijs sanctis sentiendum: quia orationibus nostris non indigent, pro eo quòd cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt: sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos (cum miseri simus) vndique mala nostra perturbant. Vnde quod in plerisque orationibus continetur, proficit vel proficiat huic sancto vel illi talis oblatio ad gloriam & honorem: ita debet intelligi, vt ad hoc proficit, quòd magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: licet plerique reputent non indignum, sanctorum gloriam vsque ad iudicium augmentari: & ideo Ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Verum vtrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quòd defunctorum alij sunt valde boni, alij sunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali: vnde suffragia, quæ fiunt à fidelibus in Ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum: pro valde malis, consolationes viuorum; expiationes vero pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio inuestiget.

COMMENT. XIII.

CVM Marthæ: & infra. Optime conuenit hæc decretalis cum instituto auctoris: nam multæ in ea definiuntur catholice veritates, quæ ad plantandam & augendam fidem spectant. series eius indicat tria catholica dogmata potissima declarari. Primum

Hoc dicitur est sancti Leonis verbis Ap. 17. re. 2. tur li. 4. fer. dist. 43. cap. 3.

al. quod magis ac magis, &c.

Primum est: Si que sunt verba in celebratione Missæ cum sacramentum conficitur, quæ nominatim in Euangelio non continentur, credendum est Apostolo à Christo, & nos ab ipsis per traditionem accepisse.

Alterum est: In sacramento Eucharistiæ aquam illam modicam vino commixtam, simul cum vino in sanguinem conuertit.

Postremum est: Sanctos in celo cum Deo regnantes non indigere precibus nostris, sed potius nos illorum intercessionibus.

De auctoritate traditionum ecclesiasticarum.

b ¶ Sane multa ram de verbis quàm de factis Dominicis. Hic incipit respondere questioni proposita, docens auctoritatem magnam & inuiolabilem Apostolicarum traditionum. est enim inuiolabilis regula, vitus Ecclesiæ vniuersalis, antiquos & approbatos, quorum memoria non extat, tam circa sacramenta conficienda & ministranda, quàm circa ministros Ecclesiasticos, & Ecclesiastica ministeria, quorum in Euangelio nulla mentio est, Christum autem vniuersi vocis oraculo, aut per reuelationem à spiritu sancto Apostolis tradidisse: Apostolos vero suis successoribus indicasse, & obseruandos reliquisse: nec Apostolicæ traditiones minorem auctoritatem habent, quàm sacra ipsa scriptura: nã traditiones Ecclesiæ, scriptura sunt antiquiores. Christus enim Dominus librum nullum scripsit, imo, quantum legimus, nec precepit vt scriberetur, Euntes, ait, prædicate Euangelium omni creaturæ, non dixit, scribite, Marci ultimo, & lex quidem Euangelica, quæ lex spiritus est, ab initio nullis est litteris exarata, sed credenda fidelibus prædicata. & Apostoli prius Euangelium vniuersi voce docuerunt, deinde mandauerunt litteris, vt graues & idonee testes proficerentur. Irenæus lib. 3. cap. 1. aduersus hæreses. Eusebius luculenter lib. 3. histo. Eccl. c. 24. Chrysostomus homilia 1. in Matt. Theophilus in initio comment. in Matth. denique vniuersi Ecclesiastici auctores. Quæ ergo documenta in scripturam redacta sunt, scripturam vocamus: quia autem non sunt scripta, quia non sunt visum spiritui sancto necessarium, & Ecclesia retinet ab Apostolis accepta, traditiones dicimus. Perpetuam Mariæ maris Dei virginitatem, paruulos esse baptizandos, sanctorum auxilium esse implorandum, eorum memoriam pie esse colendam, & eorum imagines adorandas, & sexcenta huiusmodi, quæ longum esset recensere, nullis sunt sacris litteris prodita, sed quia traditione Apostolica tenet Ecclesia, perinde ea certa sunt ac si in Euangelio scripta essent. & talia sunt hæc, de quibus hic differit Romanus Pontifex.

Atque hæc quidem breuiter satis sit attulisse ad hunc locum illustrandum, qui ab hæreticis nostri sæculi valde læceratur: nam cetera persequi, quæ ad traditiones spectant, alterius est loci, nec nostræ breuitatis aut instituti ac de vi quidem & auctoritate Apostolicarum traditionum multa Clemens Papa Romanus, qui octo libris vniuersas fere Apostolorum traditiones dicitur esse complexus. multa etiam Carolus Bonius in præfatione ad præfatos libros Clementis; & Martinus Perez ab Ayalæ Archiepiscopus Valentinus peculiari libro de

A traditionibus Ecclesiasticis; & eleganter more suo Melchior Canus toto libro 3. de locis Theologicis, apud quem inuenies ibidem c. 4. (quod est in hac materia potissimum) quibus modis traditiones Apostolicæ inuestigentur & cognoscantur, atque vt bene concludam, traditionum quantitas auctoritas, docuit concilium Tridentinum sess. 4. in decreto de canonicis scripturis; ubi Ecclesiasticas traditiones, pari pietatis affectu & reuerentia cum sacra ipsa scriptura suscipientas & venerandas docet.

¶ Quæsiuisti etiam, vtrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur. Hæc est secunda catholica assertio, quòd aqua scilicet cum vino in Christi sanguinem conuertatur. obiter autem res commemorat Papa opinionem. Vna est dicentium, aquam vino commixtam peracta consecratione seorsum manere: quæ tamen opinio vera esse nequit, cum per consecrationem nihil aliud sub speciebus sacramentalibus remaneat, quàm corpus & sanguis Christi. Secunda opinio est asserentium, quòd sicut vinum transubstantiatur in sanguinem, ita & aqua in illam, quæ de latere Christi effluxit, sed neque hoc est verum: nam si ita esset, deberet vinum per se, & aqua seorsum consecrari. Tertia demum est sententia eademque certissima, quam hoc loco approbat Papa, videlicet aquam prius in vinum conuertit, inde vinum in sanguinem, hoc est Pontificis institutum in hoc s. ad quod intelligendum videtur quæ scribunt Theologi lib. 4. sentent. distinct. 9. vbi late Dominicus Sotus q. 1. artic. 6. & sanctus Thomas 3. par. q. 74. art. 6. adde c. 1. & c. cum omne. de consecrat. distinct. 2. vbi pulchra sunt de hac re Pontificum decreta.

Quòd vero aqua vino sit miscenda in hoc ineffabili sacrificio, non fuit Alexandri Pontificis institutum, vt male sensit Armachanus lib. 9. cap. 9. sed ita fieri debere Christus docuit Apostolos, & illi nobis obseruandum tradiderunt, vt luculenter probat sanctus Cyprianus lib. 2. epistolæ ad Epistolam Epistolæ 3. ad Cecilium, & refertur in cap. sic in sanctificando. & in cap. scriptura. de consecra. dist. 2. & docet in concilio Chartaginense 3. cap. 24. relatum in cap. in sacramento. de consecra. dist. 2. quòd recte etiam præcitato loco Sotus ostendit. cetera huc spectantia Theologis libenter tractanda relinquimus; non enim spectant ad EymERICI institutum.

¶ Tertio loco fraternitas tua requisit. Hoc est postremum dogma, in quo nulla occurrit difficultas, conuenit cum eo doctrina concilij Tridentini sessio. 25. in principio. de inuocatione sanctorum. adde Melchiorum Canum lib. 3. de locis Theologicis, c. 3. vers. multa pertinere. vbi vere docet traditione Apostolica constare, sanctorum auxilium & preces implorandas. contra senserunt olim Pauperes de Lugduno, vt refert EymERICUS p. 2. q. 14. hæres. 15. quem errorem huius sæculi hæretici quasi ab inferis excitantes, renouant, quorum deprauatus animus, & mens deperdita eo mihi potissimum spectare videtur, vt in odium Ecclesiæ catholice Romanæ excitent quidquid impium, & blasphemum vnquam assertum est.

Aqua vino commixta per consecrationem in sanguinem Dominum conuertitur.

Traditione Apostolica auxilium sanctorum imploramus.

INHIBITIO FACTA DE A mandato Domini Gregorii XI.

Ne tres hic inferti articuli de corpore Christi deinceps predicentur sub pena excommunicationis.

Condemnatio quorundam articulorum de sacramento Eucharistia Fratris Petri de Bonageta, ordinis Fratrum Minorum, & quorundam aliorum facta per Gregorium XI.

IN SERATIONE diuina Petrus sancti Eustachij, & Guillelmus, sancti Angeli Diaconi Cardinales, Reuerendis Patribus Tarracon. & Cæsaraugustan. prouinciarum, Archiepiscopis, eorumque suffraganeis; necnon Inquisitoribus hæreticæ prauitatis à sede Apostolica in ipsis prouincijs deputatis, Salutem & sinceram in Domino charitatem.

Relatione religiosi fratris Nicolai Eymerici magistri in Theologia, ac in dictis prouincijs hæreticæ prauitatis Inquisitoris, ad audientiam Domini nostri Papæ nuper peruenit, quod tam in vestris quàm in suffraganeorum vestrorum Ecclesijs palam & publice per certos religiosos prædicati fuerunt tres articuli subsequentes in effectu.

† De prædicantibus errores, vide quid statuatur concilio Tridentinò sessio. 5. de reformatione c. 2. §. si vero quæ ab sit.

Primus, quod si hostia consecrata cadat, seu proijciatur in cloacâ, lutum, seu aliquem turpem locum, quod speciebus remanentibus, sub eis esse definit corpus Christi, & redit substantia panis. Secundus, quod si hostia consecrata à mure corrodatur, seu à bruto sumatur, quod remanentibus dictis speciebus: sub eis definit esse corpus Christi, & redit substantia panis.

Tertius, quod si hostia consecrata à iusto vel à peccatore sumatur, quod dum species dentibus teritur, Christus ad cælum rapitur, & in ventrem hominis non traicitur.

Supplicato igitur per ipsum Inquisitorem eidem Domino nostro Papæ super huiusmodi articulis, ex quorum prædicatione possent scandala suscitari salubriter prouideri: Idem Dominus noster Papa, nobis ibidem præsentibus, viuæ vocis oraculo expresse commisit, quatenus auctoritate sua Apostolica vobis mādaremus, vt omnis moræ sublato dispendio in dictis vestris prouincijs sub pena excommunicationis inhibeatis; ne quis deinceps dictos articulos publice præsumat prædicare. Nos igitur Petrus & Guillelmus Cardinales prædicti, huiusmodi mandatum Apostolicum cupientes exequi, vt tenemur: vobis & vestrum cuiuslibet in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus; Ne ab inde in antea dictos articulos, seu eorū alterum, sub eisdem, vel alijs verbis idem sonantibus in substantia seu in effectu, in vestris Ecclesijs vel alibi palam seu publice prædicari à quoquam permittatis: & hoc sub pena excommunicationis: qua contrarium facientes innodetis ipso facto. Notificantes vobis nihilominus simili mandato

per ipsum Dominum nostrum Papam nobis facto, quod idem Dominus noster Papa Fratri Ioanni de Latone ordinis fratrum Minorum, qui aliquos de dictis articulis in vestris Ecclesijs frequenter recitando prædicauerat, inhiberi fecit sub pena excommunicationis, ne dictos articulos de cetero publice prædicare præsumat. In quorum omnium testimonium, sigilla nostra præsentibus duximus imponenda. Datum apud Villam nouam Auinion. diocesis, die viii. mensis Augusti Anno Domini, Milleesimo tricentesimo septuagesimo primo, Indictione Nona. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris Domini Domini nostri Gregorii diuina prouidentia Papæ XI. Anno primo.

COMMENTARIVS XV.

PRIMVS, quod si hostia consecrata cadat, seu proijciatur in cloacam, lutum. ¶ Hi tres articuli de recessu corporis Christi à speciebus sacramentalibus, & de reversione substantiæ panis, quotiens Eucharistia cadit in locum immundum, aut à bruto animali manducatur, aut à iusto vel peccatore homine dentibus teritur, valde sunt impij: & concors Theologorum sententia contrarium docet lib. 4. sen. dist. 9. & dist. 12. ex quibus colligitur hæc certa & vera conclusio: Tandem manet corpus & sanguis Christi in hoc sacramento, quamdiu manent species panis & vini; tandem vero manent species, quamdiu sub illis maneret substantia panis & vini. Manifestum est autem, quod si peccator, vel mus, vel aliud animal sumeret panem & vinum, non illico illa substantiæ esse desinerent, aut corrumperebantur, sed durarent quousque per calorem naturalem essent digestæ & consumptæ: sit ergo vt vsque ad illud momentum maneat corpus, & sanguis Christi sub illis. Idem penitus est dicendum, si in locum immundum species sacramentales ceciderint. ita S. Thomas 3. par. 9. 80. art. 3. Scotus lib. 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 3. Denique, vt breuiter agam, hanc sententiam catholicam probare videtur Concilium Tridentinum sessio. 13. cap. 4. hos autem errores tenuit vnicuersus, contra quem differit Thomas Valdensis tom. 2. de sacramentis. c. 60.

Manet Christus in speciebus sacramentalibus à qui buscuque sumatur.

His erroribus prorsus est similis ille, quem tradit Hugo lib. 2. de sacramentis. par. 8. c. 13. & Innocentius lib. 4. cap. 15. de mysterio Missæ, & glossa in c. tribus in verbo, miscere. de consecratio. distin. 2. videlicet, species sacramentales non descendere in stomachum: nam re vera descendunt, aliter non proijcerentur per vomitum; quod est contra textum in c. si quis per ebrietatem. de consecratio. dist. 2. & contra communem et catholicam Theologorum sententiam. Neque hoc vergit in detrimentum, aut dedecus dignitatis corporis Christi, cui nihil plane dignitatis detractum fuit ex eo quod à peccatoribus, & confuscari spiritus, & cadi alapis, & crucifigi voluit. & quamuis brutum animal hoc venerabile sacramentum degluciat, non tamen id sacramentaliter sumit, quoniã non potest eo vti vt sacramento, cum sit rationis expers, sed sumit corpus Christi per accidens, sicut ille, qui comederet hostiam consecratam, ignorans consecratam esse.

SYM-

SYMBOLVM APOSTOLORVM.



REDO in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ: Et in Iesum Christum, Filium eius vnicum, Dominum nostrum: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: Descendit ad inferos: Tertia die resurrexit à mortuis: Ascendit ad cælos: Seder ad dexteram Dei Patris omnipotentis: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos: Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen.

COMMENT. XVI.

CREDO in Deum. ¶ Optime ait beatus Thomas 2. 2. q. 1. art. 10. quem sequitur S. Antoninus part. 4. tit. 8. cap. 4. §. 3. Symbolum esse collectionem sententiarum fidei, quoniã in eo sint collectæ illæ sententiæ seu articuli ad fidem spectantes, quos necessarium est explicite credere, qui in sacra scriptura varijs locis dispersi continentur. Sunt autem eiusmodi symbola multa, vt paulo post dicemus: hoc tamen omnium est primum, & apposite valde dicitur, Apostolorum Symbolum: quia procul dubio illud Apostoli primum condiderunt: causam docet sanctus Clemens Papa in epistola ad Iacobum fratrem Domini in hac verba: Christo itaque resurgente, & ascendente in cælum, misso sancto Spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi, symbolum quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusquisque quod sensu dicendo, condiderunt: vt discedentes ab inuicem hanc regulam per omnes gentes prædicarent. & paulo post: Symbolum enim Græce, Latine collatio dicitur. Et hoc prædicti sancti Apostoli inter se, per Spiritum sanctum salubriter (vt dictum est) condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicatur, Hactenus ibi.

Symbolum Apostolorum cur conditum.

Et sanctus Augustinus de tempore, sermone 181. de eodem ita scribit: Sancti Apostoli certam regulam fidei tradiderunt, quam secundum numerum Apostolicum, duodecim sententiis comprehensum, symbolum vocauerunt: per quã credentes Catholicam tenerent veritatẽ, & per quã hæreticam conuincerent prauitatem. Symbolum ergo tali ratione institutum maiores nostri dixerunt: tradunt enim quod post Ascensionem Domini, & Saluatoris nostri ad Patrem cum per aduertum Spiritus sancti discipuli eius inflammati linguis omnium loquerentur ad singulas quasque nationes, vt Dei verbum prædicarent, itur ac discessuri ab inuicem, normam prius sibi futura prædicationis in commune statuerunt, ne localiter ab inuicem discedentes, diuersum vel diffonum prædicarent his, qui ad fidem Christi inuitabantur. Omnes igitur in vno positi, &

A Spiritu sancto repleti, breue suæ prædicationis iudicium conferendo in vnum, quod sentiebat vnusquisque computabat, atque hanc ita credentibus dandam esse regulam instituerunt, Hactenus Augustinus.

Hoc symbolo Apostolorum totidem sententijs diuinitus consignato, veluti acutissimo quodam gladio omnes hæreticorum errores posse detrunçari offerit Leo Papa eius nominis primus, epistola quadam; quæ est 13. ad Pulcheriam Augustam in hac verba: Siquidem ipsius Catholici symboli breuis & perfecta confessio, quæ duodecim Apostolorum, totidem est signata sententijs, tam instructa sit munitione cælesti, vt omnes hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio detrunçari. Cuius symboli plenitudinem, si Eutyches puro & simplici voluisset corde concipere, in nullo à decretis sacratissimi Nicæni concilij deuiaret, vt contra Apostolicam fidem, quæ non nisi vna est, nullum se ingenium, nullum eleuaret eloquium. Hactenus ille. Hoc symbolum pulchre interpretatur sanctus Augustinus tom. 3. lib. de fide & symbolo. item tom. 9. de Symbola ad catechumenos libris quatuor. & tom. 10. de temporibus, sermone 115. & sanctus Thomas quodam opusculo de hac re scripto incipiente: Primum, quod est necessarium.

Symbolo vincitur hæretici.

SYMBOLVM SANCTORVM PATRVM.



REDO in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilibus omnium & inuisibilibus: Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vni-genitum: Et ex Patre natum, ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis: Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine: Et homo factus est: Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, & sepultus est: Et resurrexit tertia die, secundum scripturas: Et ascendit in cælum, seder ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis: Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre filioque procedit: Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas: Et vnã sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam: Confitetur vnum baptismum in remissionem peccatorum: Et expecto resurrectionem mortuorum: Et vitam venturi sæculi. Amen.

COMMENT. XVII.

CREDO in vnum Deum Patrem omnipotentem. ¶ Cum præter Symbolum Apostolorum, de quo paulo antea dictum est, extent duo alia symbola Nicænum & Constantinopolitanum.

Symbolum sanctorum Patrum quod dicitur, & vbi conditum.

num; & utrumque eadem serie verborum videatur esse ordinatum; dubium videri potest, quod ex illis vocet hic Eymericus symbolum sanctorum patrum. sed nos Symbolum Niceni concilij hic dicitur sanctorum patrum credimus: & ita etiam S. Anton. sent. par. 4. tit. 8. c. 4. s. 3. quod fuit conditum contra Arium in synodo Nicana, & à 318. Episcopis subscriptum & confirmatum, de quo Nicephorus Callistus lib. 8. cap. 17. scribit ita: Productus est in medium Arius, atque de eis, quæ ab ipso in quæstionem deducta fuerant, diligens & accurata disquisitio facta. In primis vero cauebatur, ne temere atque precipitanter in alteram partem sententiæ proferrentur. & paulo infra. Sed enim professio fidei à trecentis & decem & octo episcopis in scriptum relata, atque ab eisdem, & simul à sapientissimo Constantino annotationibus confirmata, quæ etiam nunc Ecclesijs olim tradita obtinet, de verbo ad verbum sic habebat: Credimus in vñ Deum, &c. Cum itaque absolute & simpliciter dicitur aut nominatur symbolum sanctorum Patrum, per excellentiam symbolum Nicenum intelligendum esse crederem: quamquam & symbolum Constantinopolitanum intelligi etiam videri possit propter Decretum concilij Toletani III. c. 2. vbi id symbolum in Missarum solemnitatibus iubetur recitari.

Hoc ipsum Symbolum eadem fere serie verborum, & sententia penitus eadem seruata, in synodo Constantinopolitana prima, habita à centum quinquaginta Episcopis sub Theodosio maiore gra 419. aduersus Macedonium repetitum fuit & ordinatum: idem autem Symbolum, siue Nicenum, siue Constantinopolitanum, (quia vt dixi non differunt) in multis concilijs repetitum est, veluti in sexta synodo Constantinopolitana actio. 17. in concilio Chalcedonensi actio. 2. & alibi sæpe.

In his Symbolis illud est diligenter obseruandum, quod notat sanctus Thomas 1. par. q. 36. art. 2. ad 2. argumētum, & sanctus Antoninus 4. par. ti. 8. c. 4. s. 3. videlicet, in vno explicatius & aperius quæpiam tradi, quam in alio; non tamen condebatatur nouum symbolum: ait enim sanctus Thomas in singulis fere concilijs institutum fuisse Symbolum aliquod propter aliquem errorem, qui in eo concilio damnabatur: sequens tamen concilium non faciebat aliud symbolum quam primū; sed id quod implicite continebatur in vno symbolo, in alio explanabatur contra hæreses insurgentes. quod ipsum sæpe alibi repetit, & præsertim 2. 2. quæst. 1. art. 9. & lib. 3. sent. dist. 25. quæst. 2. art. 2.

Hinc intelliges mentiri Græcos, qui asserunt ea verba, filioque, addita esse perperam à Latinis, cum in antiquis symbolis non reperiantur: quia enim olim is error de processione Spiritus sancti nondum erat exortus, non oportuit in symbolo id ampliare & declarare. Tam quod ea verba non sint additio, sed expositio eius quod inerat, diuinitus declarat concilium Florentinum sub Eugenio iij. sessio. 6.

De his Symbolis multa fit à sacris Doctõribus & approbatis concilij passim mentio.

Cur & quando Symbolum in Ecclesijs cantari cõpium.

A Id vero nullo modo est præmittendum quod quidam sentiunt, nempe hæc symbola in Ecclesijs orientalibus ad mentes hominum in fide confirmandas inter Missarum solemnitas iussa esse recitari, quo tempore Arii, Sabellij, & ceterorum hæreses, pacem & fidem orientalium Ecclesiarum perturbabant: inde vero ad Ecclesias occidentales eam consuetudinem peruenisse; & in Hispania in concilio Toletano tertio, sub Pelagio Papa eius nominis secundo, æra 627. celebrato, cautum est, vt Symbolum hoc in Ecclesijs recitaretur ad corroborandas inualidas hominum mentes, vt in decretis eius concilij, c. 2. scriptum est. Ceterum verisimilius alij putant, in quibus est Franciscus Fenauertius apud Irenæum lib. 2. cap. 1. Iam Apostolos ipsos Symbolum decantasse dum sacrosancta Eucharistiæ mysteria celebrarent, vt colligitur ex Dionysio Areopagita cap. 3. ecclesiast. hierarchie. Optimo autem consilio hæc recitauit Eymericus, quia maxime ad institutum suum expectant, cum potissimum his fides fundetur & fulciatur.

REGVLA FIDEI BEATI Athanasij Episcopi ab Ecclesia approbata.

VICVNQVE vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem: Quam nisi quisque integram, inuiolatamque seruauerit, absque dubio in æternum peribit. Fides autem catholica hæc est: vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem veneremur. Neque confundentes personas: neque substantiam separamus: Alia enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti: Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, cõternæ maiestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus. Aternus Pater, aternus Filius, aternus Spiritus sanctus. Et tamen non tres aterni, sed vnus aternus. Sicue non tres increati nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus: similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Et tamen non tres Dij, sed vnus est Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus. Et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus. Quia sicut figillatim vnamquamque personam Deum ac Dominum cõfiteri Christiana veritate compellimur: Ita tres Deos aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Vnus ergo Pater, non tres Patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. Et

E

Et. et in hac trinitate nihil prius, aut posterius; nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ cõternæ sibi sunt, & cõæquales: Ita vt per omnia, sicut iam supra dictum est, & vnitatis in trinitate, & trinitatis in vnitatem veneranda sit. Qui vult ergo saluus esse, ita de trinitate sentiat. Sed necessariū est ad æternam salutem, vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur; quia dominus noster Iesus Christus dei filius: deus & homo est. deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, & homo est ex substantia Matris, in sæculo natus. Perfectus deus, perfectus homo: ex anima rationali & humana carne subsistens. Aequalis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secundum humanitatem. Qui licet deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in deum. Vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitatem personæ. Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita deus & homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad calos: sedet ad dexteram dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & redditiuri sunt de factis proprijs rationem. et qui bona egerint, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

COMMENT. XVIII.

Athanasij regula cur dicta, contra quos edita & quis Athanasius.

Regula fidei sancti Athanasij. In omnibus codicibus legitur, regula, non symbolum: quod peculiari ratione factum est: symbolum enim proprie dicitur articuloꝝ & veritatũ collectio, & fidei confessio ab Apostolis, & generalibus concilijs auctoritate Patris munitis, facta. Quæ vero à priuatis patribus ordinationes de fide factæ sunt, licet ab Ecclesia fuerint comprobata, regula dicuntur. siue confessiones, non symbola: quoniam Symbolum fidei edere Pontificis munus est, non priuatorum patrum, vt optime docet sanctus Thomas 2. 2. q. 1. art. 10. & sanctus Antoninus par. 4. tit. 8. c. 4. s. 3. & plane Eugenius iij. quodam decreto post generalem octauam synodum collocato, hanc Athanasij ordinationem regulam vocat in hæc verba:

Sexto compendiosam illam fidei regulam, per beatissimum Athanasium editam, iplis præbemus oratoribus, cuius tenor talis est; Quicumque vult saluus, &c. Hic est ille Athanasius, vt scribit Nicephorus lib. 8. capitulo 15. histor. Ecclesiast. qui fortiter cum Arianis congressus est in concilio Niceno, aduersus quos hanc etiam regulam siue manifestationem fidei per modum doctrinæ edidit, vt præ citato loco ait sanctus Thomas, ad quam explicandam multis vigilijs opus esset, nec locus hic patitur vt singula enarremus, cum omnia

fidei mysteria breui oratione in ea comprehendantur. Id solum obseruandum hic cõseuo contra Gregos, qui negant Spiritum sanctum procedere etiam à Filio, hunc Athanasium primarium eorum Doctorem contra asserere, ibi: Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens, id quod alibi etiam monuimus.

Quæ vero de Athanasij regula proxime dicta sunt, eadem accipienda sunt de confessione sancti Hieronymi, & de libro de fide ad Petrum sancti Augustini, quæ mox inseruntur ab Eymericus: ex quibus multæ catholice veritates colliguntur, quod multum spectat ad eius institutum in hac parte: in quibus etiam plurima sunt valde obscura, & quasi latentem spiritum continentia, quæ à nobis ideo sunt omissa, ne volumen in immensum cresceret, & quia hæc tractatio ad Theologos proprie spectat, nec est presentis speculationis, ac instituti.

CONFESSIO FIDEI BEATI Hieronymi Presbyteri.



REDIMVS in deum Patrem omnipotentem; cunctorum visibilium & invisibilium conditorem. Credimus & in dominum nostrum Iesum Christum, per quem

creata sunt omnia: verum Deum vnigenitum, & verum Dei filium: non factum aut adoptiuum, sed genitum & vnus cum Patre substantiæ, quod Græci dicunt ἐμοὺ ὄν: atque ita per omnia æqualem Deo Patri, vt nec tempore, nec gradu, nec potestate possit esse inferior: tantumque confitemur esse illum, qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum à Patre filium diuina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus ascribimus: sed nec Patrem aliquando cõpisse, nec Filium. Nec enim aliter cõfiteri possumus æternum Patrem nisi confiteamur etiam cõeternum Filium. Ex filio enim Pater dicitur, & qui semper Pater fuit, semper Filium habuit. Credimus & in Spiritum sanctum, verum Deum, ex Patre & Filio procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihil quod inferius superiusve dici possit: sed tota veritas sui perfectione æqualis est, vt exceptis vocabulis, quæ proprietatem personarum indicant, quicquid de vna persona dicitur: de tribus dignissime possit intelligi. Atque vt confundentes Arium, vnam eandemque dicimus trinitatis esse substantiam, & vnum in tribus personis fatemur deum: ita impietatem Sabellij declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi Spiritum sanctum esse dicentes: sed aliam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus sancti esse personam. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas, velut Græci exprimunt hypostasas, hoc est, substantias confitemur. Nec Pater Filij, aut Spiritus sancti personam

Habetur in Tomo 9. operis S. Hier. Romæ impress. episto. 17. cum hac inscriptioe: Symboli explanatio ad Damatum.

personam aliquando excludit: nec rursus Filius, aut Spiritus sanctus Patris nomen personamque recipit: sed Pater semper Pater est, Filius semper Filius est, Spiritus sanctus semper Spiritus sanctus est. Itaque substantia vna sunt, personis ac nominibus distinguuntur. Ipsum autem Dei Filium, qui absque initio eternitatem cum Patre & Spiritu sancto possidet, dicimus in fine seculorum perfectum naturae nostrae hominem suscepisse ex Maria semper virgine, & Verbum carnem esse factum assumendo hominem, non permutando deitatem: nec, ut quidam sceleratissime opinantur, Spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potentia ac virtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in Christo vnam Filij esse personam, ut dicamus duas esse perfectas atque integras substantias, id est, deitatis & humanitatis, quae ex anima continetur & corpore. Atque ut condemnamus Photinum, qui solum & nudum in Christo hominem confitetur: ita anathematizamus Appollinarem, & eius similes, qui dicunt Dei filium minus aliquid de humana suscepisse natura: & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptum hominem, his propter quos assumptus est fuisse dissimilem, quem absque sola peccati macula, quae naturalis non est, nobis confitemur fuisse conformem. Illorum quoque similiter execramur blasphemiam, qui nouo sensu asserere conantur, a tempore susceptae carnis omnina, quae erant deitatis, in hominem demigrasse: & rursus quae erant humanitatis, in Deum esse transfusa, ut quod nulla vnquam haereticis dicere ausa est, videatur hac confusione vtraque exinanita, substantia deitatis scilicet & humanitatis, & a proprio statu in aliud esse mutata, qui tam Deum imperfectum in Filio, quam hominem confitentur, ut nec Deum verum, nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus susceptum ita a Dei Filio passibile nostrum corpus, ut deitas impassibilis permaneret, Passus est enim Dei Filius non putatiue, sed vere omnia, quae scriptura testatur, id est, esuriam, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cetera huiusmodi. Secundum illud passus est, quod pati poterat, id est, non secundum illam substantiam, quae assumptus est: sed secundum illam qua assumpta est. Ipse enim Dei Filius secundum suam deitatem impassibilis est ut Pater, incomprehensibilis ut Pater, inuisibilis ut Pater, inconuertibilis ut Pater: & quamuis propria persona Filij, id est, Dei verbum suscepit passibilem hominem; ita tamen eius habitatione secundum suam substantiam deitas verbi nihil passa est, ut tota Trinitas, quam impassibilem confiteri necesse est. Mortuus est ergo Dei Filius secundum scripturas, iuxta illud quod mori poterat. Resurrexit tertia die. Ascendit in caelum, sedet ad dexteram Dei Patris manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit. Non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata, & in aeternum cum deitate mansura. Accepta ergo

† Hae fuit haereticus Eutychetis, ut docet Nicephorus li. 18. historiae Ecclesiasticae, c. 52. Fuit damnata in concilio Calcedonensi & alibi, idem Nicephorus li. 35. c. 4.

† al. incommutabilis

A à Patre omnium potestate, quae in caelo sunt & in terra, venturus est ad iudicium viuorum & mortuorum, ut & iustos remuneret, & puniat peccatores, Resurrectionem etiam carnis ita confitemur & credimus, ut dicamus nos in eadem, in qua nunc sumus, veritate membrorum esse reparandos, qualesque semel post resurrectionem fuerimus effecti, in perpetuum permanuros. Vnam esse vitam sanctorum omnium, sed praemia pro labore diuersa. Econtrario pro modo delictorum, peccatorum quoque esse supplicia. Baptisma vnum tenemus, quod ipsdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in maioribus, asserimus esse celebrandum. Hominem, si post baptismum lapsus fuerit, per penitentiam credimus posse saluari. Nouum & vetus testamentum recipimus in eo librorum numero, quem sanctae catholicae Ecclesiae tradidit auctoritas. Animas a Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, anathematizantes eos, qui animas quasi partem diuinae dicunt esse substantiae. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas vel ante peccasse, vel in caelis conuersatas fuisse dicunt, quam in corpora mitterentur. Execramur etiam eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini a Deo praecipuum esse: & mandata Dei, non à singularis, sed ab omnibus in commune posse seruari: vel qui primas nuptias cum Manichaeo, aut secundas cum Cataphrigitis damnant. Anathematizamus etiam illos, qui Dei Filium necessitate carnis mentitum esse dicunt, & eum propter assumptum hominem, non omnia facere potuisse quae voluit. Iouiniani quoque damnamus haereticum, qui dicit nullam in futuro meritum esse distantiam, nosque eas ibi habituros esse virtutes, quas hic habere neglexerimus. Liberrum hic confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichaeo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos, qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque enim tollit arbitrij libertatem. Nos vero dicimus, hominem semper & peccare & non peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrij. Haec fides est, Papa beatissime, quam in Ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus. In qua si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est, emendari cupimus à te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autem haec nostra confessio, Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me maculare voluerit, se imperitum vel malucolum, vel etiam non catholicum, non me haereticum comprobabit.

† al. deest hęc dictio, i. ta.

† refertur in c. Hęc est fides. 24. q. 1.

† Habetur in rom. 2. operum B. Augustini. ex eo libro Eumericus sublati principio, de sumptis ea, quae ad suum institutum apta erant, oris à capite 4. eius libri.

EX BEATO AUGUSTINO in libro de fide ad Petrum Diaconum.

Quadragesima capitula ad regulam verae fidei pertinentia.

EPISTO.



PISTOLAM, fili Petre, tuae charitatis accepi, in qua te significasti velle Hierosolimam pergere, & postulasti te litteris nostris instrui, quam debeas in illis partibus vere fidei regulam tenere: ut nullus tibi possit sensus haereticus subreperere fallitatis: & infra:

Natura diuina. Cap. IIII.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum esse naturaliter Deum, in cuius nomine baptizati sumus. Cum enim aliud nomen sit Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, hoc est vti que vnus naturae nomen horum trium, quod dicitur Deus, qui dicitur in Deuteronomio: Videte quoniam ego sum Deus, & non est alius praeter me. & de quo dicit: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est: & Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues.

Deute. 32. Deut. 6. Matth. 4.

Vnus Deus. Cap. V.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, id est, sanctam Trinitatem, esse solum naturaliter verum Deum: quia quum tres Deos nobis colere non liceat, nisi vnum solum verum Deum: tamen sicut Pater verus Deus dicitur, testante Apostolo, qui ait: Conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuis, & vero, & expectare Filium eius de caelis, quem suscitauit à mortuis Iesum: ita quoque filium verum Dei Ioannes commendat Apostolus, dicens: Scimus, quia filius Dei venit, & dedit nobis intellectum, ut cognoscamus verum Deum: & simus in vero filio eius Iesu Christo: hic est verus Deus, & vita aeterna. Qui vti que quoniam verus Deus est, etiam veritas est, sicut ipse nos edocet, dicens: Ego sum via, & veritas, & vita. De Spiritu quoque sancto Ioannes Apostolus ait: Quia Spiritus est veritas. Et vti que non potest naturaliter Deus verus non esse, quia veritas est. Quem etiam Deum Paulus Apostolus confitetur dicens: Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis empti: Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro.

1. Thest. 1.

1. Ioan. 5.

Ioan. 14.

1. Cor. 6.

Deus eternus. Cap. VI.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, id est, sanctam Trinitatem vnum verum Deum sine initio sempiternum esse, propter quod scriptum est: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Hęc denuo sempiternitas intimitur, vbi dicitur in Psalmo: Deus autem Rex noster ante secula: & alio loco: Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.

Ioan. 1.

Psal. 73. Rom. 1.

Deus incommutabilis. Cap. VII.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, sanctam Trinitatem, solum Verum Deum: si-

cut aeternum ita solum naturaliter incommutabilem esse: Hoc enim significat, cum dicit seruo suo Moyse: Ego sum qui sum. Hinc & Psalmus dicit: In principio domine tu terra fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent: Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Exod. 5. Psal. 101.

Deus omnium creator. Cap. VIII.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, sanctam Trinitatem solum esse verum Deum, rerum omnium visibilium atque inuisibilium, creatorem. De quo in Psalmo dicitur: Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius, qui fecit caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt. De quo etiam Apostolus dicit: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in saecula.

Psal. 145.

Rom. 11.

Trinitas in Unitate. Cap. IX.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vnam quidem esse naturam, tres vero esse personas: Patremque solum esse, qui dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Et filium solum esse, super quem vox illa solius patris insonuit, quando in Iordane secundum carnem baptizatus est vnigenitus Deus, qui carnem solus accepit, atque Spiritum sanctum Patris, & Filij solum esse, qui in specie columbae super Christum baptizatum, & ascendentem ab aqua, descendit: & quinquagesimo die post resurrectionem Christi fideles in vno loco positos, in linguarum ignearum visione adueniens, repleuit. Illam vocem, quam solus locutus est Deus Pater: & illam carnem, qua solus homo factus est vnigenitus deus: & illam columbam, in cuius specie Spiritus sanctus super Christum descendit: illaque linguas igneas, in quarum visione fideles Apostolos in vno loco constitutos repleuit, opera esse totius sanctae Trinitatis, id est, vnus dei, qui fecit omnia in caelo & in terra, visibilia & inuisibilia.

Matth. 3.

Matth. 3. Act. 1.

Distinctio personarum. Cap. X.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, solum Deum filium, id est, vnam ex Trinitate personam, solius Patris esse filium. Spiritum vero sanctum, ipsum quoque vnam ex Trinitate personam, non solius Patris, sed simul Patris & Filij esse Spiritum. Ostendens enim Dei filius se solum esse de Patre genitum, ait: Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: Et paulo post: Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Spiritum autem sanctum & Patris, & Filij esse spiritum, Apostolus docet, qui ait: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Et sequitur: Si quis autem spiritum

Ioan. 3.

Rom. 8.

D. tum

tum Christi non habet, hic non est eius.

Spiritus sanctus. cap. XI.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, eundem Spiritum sanctum, qui Patris & Filij vnus est Spiritus, de Patre & Filio procedere. Dicit enim Filius; Cum venerit Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, vbi suum Spiritum esse docuit, quia ipse est veritas. De Filio quoque procedere Spiritum sanctum, prophetica atque Apostolica doctrina nobis commendat. Esaias enim dicit de Filio: Percutiet terram virga oris sui, & Spiritu labiorum suorum interficiet impium. De quo & Apostolus ait: Quem interficiet Dominus Iesus spiritu oris sui, Quem etiam ipse vnicus Dei filius spiritu oris sui esse significans, post resurrectionem insufflans in discipulos, ait: Accipite Spiritum sanctum. De ore vero ipsius Domini Iesu ait Ioannes in Apocalypsi: Quia gladius vtraque parte acutus procedebat. Ipse vero spiritus oris eius, ipse est gladius, qui de ore eius procedit.

Ioan. 15.

Esai. 11.

2. Thes. 2.

Ioan. 20.

Apoc. 1.

Trinitas nullis terminis circumscripta. Cap. XII.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum, immensam esse virtutem non molem: & omnem creaturam spiritualem atque corporalem virtute eius & presentia contineri. Dicit enim Deus pater: Cælum & terram ego impleo. Dicitur etiam de sapientia Dei, quæ Filius est eius: quia attingit à sine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. De Spiritu quoque sancto legimus: quia Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Et Dauid Propheta dicit: Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in calum, tu illic es; si descendero ad infernum, ades.

Hier. 23. Sap. 8.

Sap. 1. Psal. 138.

Persona filij. Cap. XIII.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, vnam ex trinitate personam, id est Dei filium, qui de natura Dei patris solus natus est: & vnus eiusdemque naturæ cum Patre est, ipsum in plenitudine temporis secundum susceptionem formæ seruilis, voluntarie, in Virgine conceptum, & de virgine natum: verbum carnem factum: ipsum quoque esse, qui essentialiter natus est de Patre, & essentialiter conceptus est, natusque de Virgine: Ipsumque vnum esse, & vnus naturæ cum Virgine, qui ait de Deo Patre: Ante sæcula fundauit me, & ante omnes colles generauit me. De quo etiam dixit Apostolus, quia cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.

Prou. 8.

Gal. 4.

Humanitas Christi. Cap. XIII.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, Christum filium Dei, sicut de Deo Patre, plenè perfectumque Deum, ita de Virgine matre verum perfectumque hominem genitum, id est, Verbum Deum, habentem scilicet sine peccato

A veram nostri generis carnem, & animam rationalem, Quod ipse Dei filius euidenter ostendit, dicens de carne sua: Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Animam quoque se habere, his verbis ostendit dicens: Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam, & iterum sumo eam. Intellectum quoque animæ se habere ostendit in eo quod ait: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et de ipso Deus per Prophetam dicit: Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & sublimis erit valde. Nam & beatus Petrus secundum sancti Dauid. Prophetiam in Christo carnem & animam constituit. De ipso enim beato Dauid loquens ait, Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, propiciens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelicta est anima eius in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.

al. Virginis

Luca 24.

Ioan. 10.

Matth. 11.

Esai. 25.

Aet. 2.

Psal. 131.

Psal. 15.

Diuinitas Christi. Cap. XV.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, vnum Filium atque ipsum esse Deum verum, qui cum patre Deo & Spiritu sancto, Deo fecit omnia tempora, & in Monte Sinai legem Moysi dedit ordinatam per angelos, & ipsum Deum verbum carnem factum, qui veniente plenitudine temporis missus à Patre & Spiritu sancto, factus est ex muliere, quam fecit: solus factus est sub lege, quam dedit.

Exo. 20. & 21.

Galat. 4.

De duabus in Christo naturis. Cap. XVI.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, Dei verbum quod caro factum est, in duas naturas inconfusibiliter permanere: vnam veram diuinam, quam habet cum patre, communem secundum quam dicit, Ego & pater vni sumus: Et qui me videt, videt & patrem: & ego in patre, & pater in me est, secundum quam eum dicit Apostolus splendorem gloriæ, & figuram substantiæ Dei: alteram veram humanam, secundum quam ipse Deus incarnatus dicit, Pater maior me est.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Ibidem.

Hebr. 1.

Ioan. 14.

Vnitas persona in Christo. Cap. XVII.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, Deum verbum carnem factum: vnâ habere diuinitatis suæ carnisque personam. Deus enim verbum plenam naturam humanam, ita sibi veraciter vnire dignatus est: & permanente diuinitate sua, ita verbum caro factum est, vt quamuis naturaliter non hoc sit verbum quod caro, quia duarum naturarum veritas manet in Christo: secundum vnam tamè personam idem verbum caro ab ipso fieret maternæ conceptionis initio. Deus enim verbum, non accepit personam hominis, sed naturam: & in æternam personam diuinitatis, accepit temporalem substantiam carnis. Vnus est ergo Christus verbum caro factum: qui etiam ex patribus secundum carnem & super omnia Deus benedictus in sæcula vnus Iesus. Cui & pater dicit: Ex vtero ante luciferum genui

Psal. 109.

Natura nihil non bonum. Cap. XXI.

genui te. Vbi significatur ante omne tempus sine initio æterna natiuitas vnus Iesus. De quo & Euangelista dicit, quia vocatum est nomen eius Iesus: quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.

Luca 2.

Verbi & carnis vnio. Cap. XVIII.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate conceptam in vtero virginis, priusquam susciperetur à verbo: sed ipsum verbum Deum suæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem verbi incarnatione conceptam.

Sacrificia. Cap. XIX.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, ipsum vnigenitum Deum verbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium, & hostiam Deo in odorem suauitatis: cui cum Patre & Spiritu sancto, à Patriarchis Prophetis, & Sacerdotibus tempore veteris testamenti animalia sacrificabantur: & cui nunc, id est, tempore noui testamenti cum Patre & Spiritu sancto, cum quibus illi est vna diuinitas, sacrificium panis & vini in fide & charitate sancta Ecclesia Catholica per vniuersum orbem terræ offerre non cessat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus; & sanguinis, quem erat effusus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio atque commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit: & sanguinis, quem pro nobis idem Deus effudit. De quo beatus Paulus dicit in actibus Apostolorum: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificiis quid nobis esset donandum, figurate significabatur: in hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit, euidenter ostenditur. In illis sacrificijs prentiabat Filius Dei, pro impijs occidendus: in hoc autem pro impijs annuntiatur occisus. Testante Apostolo, quia Christus, cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, pro impijs mortuus est. Et quia cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius.

Sacrificium panis.

Aet. 20.

Rom. 5.

Humanitas Christi. Cap. XX.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, verbum carnem factum, eandem humanam carnem semper veram habere, qua de Virgine verbum Deus natus est, qua crucifixus & mortuus est, qua resurrexit, & in cælum ascendit, & in dextera Dei sedet, qua etiam venturus est iudicare viuos & mortuos. Propter quod Apostoli ab Angelis audierunt: Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Et beatus Ioannes ait: Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum confixerunt, & videbunt eum omnes tribus terræ talem.

Aet. 1.

Apoc. 1.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum, id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum esse naturaliter summum atque incommutabile bonum, & ab ipso creatas esse omnes naturas. Bonas quidem, quia à summo bono factæ sunt: sed mutabiles, quæ de nihilo factæ sunt. Nullamque esse malam naturam, quia omnis natura, in quantum natura est, bona est. Sed quia in ea bonum & augeri & minui potest: in tantum mala dicitur, in quantum bonum eius minuitur. Malum enim nihil aliud est, nisi boni priuatio. Vnde geminum constat esse creaturæ rationalis malum, malum vnum, quo voluntarie ipsa deficit à summo bono creatore suo: aliter quo inuita punietur ignis æterni supplicio. Illud passura iuste, quia hoc admisit iniuste. Et quia ordinem in se non seruauit diuinæ institutionis, ordinem diuinæ non effugiet vltionis.

Nulla creatura est eadem cum Deo. Cap. XXII.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites neque angelos, neque aliam quamlibet creaturam eiusdem naturæ esse, cuius est secundum naturam lem diuinitatem summa Trinitas, quæ est, vnus naturaliter Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Neque enim vnus naturæ esse potuerunt, ille qui fecit, & ea quæ fecit.

Angeli facti stabiles. Cap. XXIII.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, omnem creaturam naturaliter mutabilem à Deo incommutabili factam: nec tamen posse quemlibet sanctorum angelorum in deterius commutari: quia sic acceperunt æternam beatitudinem, qua Deo stabiliter perfruuntur, vt ea carere non possint. Sed hoc ipsum, quod ab illo statu beatitudinis, in quo sunt, mutari in deterius nullatenus possunt, non est eis naturaliter insitum: sed postquam creati sunt, gratiæ diuinæ largitate collatum. Si enim Angeli naturaliter incommutabiles fierent: nunquam de eorum consortio diabolus & eius angeli cecidissent.

Creatura rationales. Cap. XXIII.

Irmiffime tene, & nullatenus dubites, in omni creatura, quam spiritualem atque corpoream summa Trinitas fecit, solos spiritus angelicos & humanos intelligendi facultatem diuinitus accepisse. Ceteros vero spiritus brutorum animalium rationalem intelligentiam non accepisse: & ob hoc omnino habere non posse. Propter quod dicitur hominibus: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et ideo animas hominum, & animas pecorum vnus naturæ non esse: nec animas pecorum in animas hominum, nec animas hominum in animas pecorum posse aliquando transire.

† al. & hanc omnino, &c. Psal. 31.

Libera voluntas Adam. Cap. XXV.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, primos homines, id est, Adam & mulierem eius bonos & rectos, & sine peccato creatos esse cum libero arbitrio, quo possent si vellent, humili & bona voluntate servire, atque obedire: quo arbitrio etiam possent si vellent, propria voluntate peccare: eosque non necessitate, sed propria voluntate peccasse: illoque peccato sic in deterius mutata humanam naturam, ut non solum in ipsis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum, sed etiam in omnes homines transiret peccati, mortisque dominium.

Rom. 9.

Peccatum originale. Cap. XXVI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum, & ob hoc natura irae filium nasci, de qua dicit Apostolus: Eramus enim & nos natura filii irae, sicut & ceteri. A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei & hominum, hominis Iesu Christi, qui sine peccato conceptus, sine peccato natus, sine peccato mortuus, peccatum pro nobis factus est, id est, sacrificium factus est pro peccatis nostris. In veteri quippe testamento peccata dicebantur sacrificia, quae pro peccatis offerebantur. In quibus omnibus fuit significatio Christi, quia ipse est agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Joan. 1.

† De consec. dist. 4. cap. firmissime. Concil. Trident. sess. 5. Decret. de peccato orig. § pbe. 2. 1. Tim. 2.

Non baptizati. Cap. XXVII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in utero matris vivunt, sive in matribus nati, sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti de hoc seculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos: quia & si propria actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & natiuitate traxerunt.

† Vide omnino commentariū in huius primae partis, sicut cap. maiores de bapt. & sed adhuc queritur, unde intelligitur quid sit de hoc dogmate tenendum.

Iudicium. Cap. XXVIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, ideo Christum Filium Dei ad iudicandos vivos & mortuos venturum, ut homines, quos hic deo sua gratia gratis per fidem iustificat, eisdemque iustificatis in fide & charitate sanctae matris Ecclesiae usque in finem perseverantiam donat, in suo adventu resuscitet, & glorificet, & secundum promissionem suam aequales sanctis angelis faciat, & ad eum statum perducatur, in quo perfecte, quantum unicuique donat Deus, boni sint: & ab ipsa perfectione deinceps mutari non possint. Vbi diuersa erit sanctorum gloria, sed una erit omnium vita aeterna. Diabolum vero & angelos eius in ignem aeternum a Christo esse mit-

Matth. 22.

tendos: ubi numquam carebunt poena, quam eis preparavit diuina iustitia. Cum ipso etiam diabolo impios & iniquos homines, de quibus scriptura dicit: Imitantur autem eum, qui sunt ex parte illius, pro eo quia eum in malis operibus imitati sunt; & ante finem praesentis vitae congruam poenitentiam non egerunt, resumptis corporibus supplicio aeternae combustionis arduos.

Resurrectio. Cap. XXXIX.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnibus hominibus, & bonis & malis resurrectionem carnis in aduentu Domini futuram esse communem: retributionem vero iustitiae Dei esse bonis malisque dissimilem: secundum quod Apostolus ait: Quia omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Immutabuntur autem iusti, qui ibunt in vitam aeternam: Quod Apostolus ostendit dicens: Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et ostendens quae erit ipsa immutatio, adiecit. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. In iustorum corporibus fiet, quod ipse Apostolus ait: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Quod propterea spirituale dixit, non quia ipsum corpus spiritus erit, sed quia viuificante spiritu immortale, atque incorruptibile permanebit. Sic autem tunc dicitur spirituale corpus, cum non spiritus sit, sed permaneat corpus; sicut nunc animale dicitur, cum tamen inueniatur non anima esse, sed corpus.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Fides & Baptismus. Cap. XXX.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam aeternam, qui non hic a malis suis fuerit per poenitentiam fidemque conuersus: & per sacramentum fidei & poenitentiae, id est, per baptismum liberatus. Et maioribus quidem necessarium esse, & poenitentiam de malis suis agere, & fidem catholicam secundum regulam veritatis tenere, & sacramentum baptismatis accipere. Parvulis vero, qui nec propria voluntate credere, nec poenitentiam pro peccato, quod originaliter, trahunt, agere possunt, sacramentum fidei, quod est sanctum baptismum, quamdiu rationis aetas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

15. q. c. 1. firmissime.

Gratia. Cap. XXXI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, neminem hic posse hominum poenitentiam agere, nisi quem Deus illuminauerit, & gratuita sua miseratione conuerterit. Apostolus enim dicit: Ne forte det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem: & respiciant a diaboli laqueis.

Conc. Trid. sess. 6. can. 3.

2. Tim. 2.

Nihil

Nihil agi sine gratia. Cap. XXXII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, postquam quidem hominem, quem nec ignorantia litterarum, nec aliqua prohibet imbecillitas, vel aduersitas, verba sanctae legis & Euangelij siue legere, siue ex ore cuiusquam praedicatoris audire: sed diuinis mandatis obedire neminem posse, nisi quem Deus gratia sua praenerit: ut quod audit corpore, corde etiam percipiat, & accepta diuinitas bona voluntate, atque virtute, mandata Dei facere & velit & possit. Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus: qui etiam operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.

1. Cor. 3.

Philip. 2.

Deum nihil latere. Cap. XXXIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Deo incommutabili non solum praeterita, & praesentia, sed etiam futura omnia incommutabiliter esse notissima, cui dicitur: Deus qui occultorum es cognitor, qui scis omnia antequam fiant.

Dan. 13.

Prædestinatio. Cap. XXXIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum incommutabilem, rerum omnium, atque operum tam suorum quam humanorum certissimum cognitorem: ante omnia saecula scire quibus esset per fidem gratiam largiturus: sine qua nemo potest ex initio mundi, usque in finem a reatu peccati tam originalis, quam actualis absolui. Quos enim Deus praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui.

Rom. 8.

Beati ex praedestinatione. Cap. XXXV.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnes, quos vasa misericordiae gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei praedestinos ad Deo: neque perire posse aliquem eorum, quos Deus praedestinavit ad regnum caelorum: nec quemquam eorum, quos non praedestinavit ad vitam, vlla posse ratione saluari. Praedestinatio enim illa gratuita donationis est preparatio: qua nos Apostolus ait praedestinos in adoptionem filiorum Dei per Iesum Christum in ipsum.

Ephe. 1.

Baptismus. Cap. XXXVI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, sacramentum baptismatis, non solum intra Ecclesiam catholicam, sed etiam apud haereticos, qui in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti baptizant, esse posse: sed extra Ecclesiam catholicam prodesse non posse. Immo sicut intra Ecclesiam recte credentibus per sacramentum baptismi conferri salutem: sic extra Ecclesiam baptizatis, si ad Ecclesiam non redierint, eodem baptismum accumulati perniciem. Tantum enim valet ecclesiastica societatis unitas ad salutem, ut baptismum non saluetur, cui non ibi datur ubi

oportuit ut detur. Inesse tamen homini baptismum etiam extra Ecclesiam baptizato, sed ad iudicium in esse ab Ecclesia separato. Et quia manifestum est vbiunque datum fuerit hoc baptismum, semel esse dandum: Ideo etsi ab haereticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti fuerit datum, venerabiliter agnoscendum, & ob hoc nullatenus iterandum. Saluator enim dicit: Qui semel lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet.

Joan. 13.

Ecclesia. Cap. XXXVII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem extra Ecclesiam catholicam baptizatum participem fieri non posse vitae aeternae, si ante finem vitae huius catholicae non fuerit redditus atque incorporatus Ecclesiae. Quia si habeam, inquit Apostolus, omnem fidem, & nouerim omnia sacramenta; charitatem autem non habeam, nihil sum. Nam & in diebus diluuii, neminem legimus extra arcam potuisse saluari.

1. Cor. 13.

Gen. 7.

Damnati. Cap. XXXVIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum omnes paganos, sed etiam omnes Iudaeos, haereticos, atque schismaticos, qui extra Ecclesiam catholicam praesentem finiunt vitam, in ignem aeternum ituros, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

Matth. 25.

Haeretici. Cap. XXXIX.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, quilibet haereticum siue schismaticum, in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti baptizatum, si Ecclesiae catholicae non fuerit aggregatus, quantacunque eleemosynas fecerit, etsi pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni enim homini, qui Ecclesiae catholicae non tenet unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna, quamlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo haeretica vel schismatica prauitas perseverat, quae ducit ad mortem.

Christiani male viuentes. Cap. XL.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, non omnes, qui intra Ecclesiam catholicam baptizantur, accepturos esse vitam aeternam: sed eos, qui percepto baptismate recte viuunt, id est qui abstinerunt se a vitijs & concupiscentijs carnis. Regnum enim caelorum sicut intideles haeretici atque schismatici non habebunt, sic catholici criminosi possidere non poterunt.

Sine peccatis neminem viuere. Cap. XLI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, etiam iustos atque sanctos homines, exceptis his qui baptizati parvuli sunt, sine peccato hic neminem viuere posse: semperque omni homini esse necessarium, & peccata sua usque in finem vitae praesentis eleemosynis diluere, & remissionem a Deo humiliter ac veraciter postulare.

Cibus, potus, Matrimonium. Cap. XLII.

1. Tim. 4.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, omnem creaturam Dei bonam esse, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Et Dei seruos, qui a carnibus aut vino abstinent, non tamquam immunda, quae a Deo facta sunt, respuere, sed a fortiori cibo & potu pro sola castigatione corporis abstinere. Nuptias quoque diuinitus institutas & benedictas. Et melius quidem si quisquam sine coniugio sit, ut liberius atque plenius cogitet, quae sunt Dei quomodo placeat Deo. Tamen illis, qui continentiam non uouerunt nullum esse peccatum, si vel mulier nubat, vel vir uxorem ducat. Nec solas primas nuptias a Deo institutas, sed etiam secundas & tertias pro eorum, qui se continere non possunt, infirmitate concessas. Eis vero qui siue coniugati, siue a coniugio liberi continentiam Deo uouerunt, admodum esse damnabile, si vel illi coniugale opus uoluerint appetere, quod se non accessuros; vel illi repetere, a quo se recessuros: illi libera, illi communi professi sunt uoluntate.

1. Cor. 7.

Malos miseri bonis. Cap. XLIII.

Irmissime tene, & nullatenus dubites, aream Dei esse Ecclesiam catholicam, & intra eam usque in fine saeculi frumento mixtas paleas contineri: hoc est; bonis malos sacramentorum communione misceri: & in omni professione siue clericorum, siue monachorum, siue laicorum bonos esse simul & malos. Nec pro malis bonos deferendos, sed pro bonis malos, in quantum exigit fidei & charitatis ratio, tolerandos. Id est, si vel in Ecclesia nullius perfidia femina spargunt, vel fratres ad aliquod malum opus mortifera imitatione non ducunt. Nec posse aliquem intra Ecclesiam catholicam recte credentem, beneque uiuentem alieno inquam maculari peccato, si cuiuslibet vitae atque actionis norma consistit. Quintum quoque concilium pariter uenero, in quo epistola, quae Ibe dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur. Et in quo scripta quoque Theodoriti, per quae beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiae prolata refutantur. Cunctas uero, quas praefata ueneranda Concilia personas respuunt, respuo: quas uenerantur, amplector: quia dum uniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit quisquis praesumat aut soluere, quos religant, aut ligare quos soluant.

Matth. 3.

malos a sinistra: Et ex eius ore iusti aeternique iudicii sempiterna atque incommutabili prolata sententia, iniqui omnes ibunt in combustionem aeternam: iusti autem in vitam aeternam: iniqui semper arsurus cum diabolo, iusti autem regnaturi cum Christo.

Matth. 25.

Persistendum in fide. Cap. XLIIII.

Haec interim xl. capitula ad regulam uere fidei firmissime pertinentia fideliter crede, fortiter tene, ueraciter patienterque defende. Et si quem contraria his dogmatizare cognoueris, tamquam pestem fuge, & tamquam hereticum abiice. Ita enim ista, quae posuimus, fidei catholice congruunt, ut si quis non solum omnibus, sed etiam singulis uoluerit contraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat, haereticus & Christianae fidei inimicus, atque ex hoc omnibus catholicis anathematizatus appareat.

Intellige in capiendo a c. iij. no computaris tribus primis, quae permittit Augustinus initio eius libri nam reuera quae hic referuntur, tantum sunt xl.

EX DECRETIS DISTIN. XV. Beatus Gregorius lib. 1. Regesti, Epistola. 24.

De auctoritate quatuor conciliorum, & eorum approbatione per sanctam Ecclesiam.



ICVT sancti Euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & uenerari me fateor: Nicaenum scilicet, in quo peruersum Arii dogma destruitur: Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonij error conuincitur: Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur: Chalcedonense uero, in quo Eutychemis Dioscoriq; prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio: quia in his uelut in quadrato lapide sanctae fidei structura confurgit, & cuiuslibet vitae atque actionis norma consistit. Quintum quoque concilium pariter uenero, in quo epistola, quae Ibe dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur. Et in quo scripta quoque Theodoriti, per quae beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiae prolata refutantur. Cunctas uero, quas praefata ueneranda Concilia personas respuunt, respuo: quas uenerantur, amplector: quia dum uniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit quisquis praesumat aut soluere, quos religant, aut ligare quos soluant.

Iuxta emendationem factam Decreti Romae editi an. 1582.

Apud B. Gregorium legitur: & cuiuslibet vitae, atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. Quinque, &c. Et in sequentibus significatur ista illa capitula, quorum occasione nonnulli quinta synodum non recipiebant.

Al. ligant Al. religant

EX DECRETIS DISTIN. XV. A Gelasius in concilio habito Romae cum LXX. episcopis.

Que concilia sancta Romana Ecclesia suscipiat.

Al. Quas scripturas.



ANCTA Romana Ecclesia post illas ueteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet sanctam synodum Nicaenam cccxvi. r. r.

Iuxta emendationem factam Decreti Romae editi anno 1582.

Patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius haereticus condemnatus est: sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius haereticus debitam damnationem excepit: sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Patris Celestini, mediante Cyrillo Alexandrino sedis Antiochiae, & Arcadio Episcopo ab Italia destituito: sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychemiana haereses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatae sunt. Sed & si qua sunt concilia, a sanctis Patribus haecenus instituta, post istorum quatuor auctoritatem, & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus, iam nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum Patrum, quae in Ecclesia Catholica recipiuntur. Opuscula beati Cypriani Martyris, & Chartaginensis Episcopi. Item opuscula B. Athanasii Alexandrini Episcopi. Item opuscula B. Gregorii Nazianzeni Episcopi. Item opuscula B. Basilii Cappadociae Episcopi. Item opuscula B. Iohannis Constantinopolitani Episcopi. Item opuscula B. Cyrilli Alexandrini Episcopi. Item opuscula B. Hilarii Pictauiensis Episcopi. Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis Episcopi. Item opuscula B. Augustini Hipponensis Episcopi. Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. Item opuscula B. Prosperi uiri religiosissimi. Item epistola B. Leonis Papae ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum destituta: cuius textum quisquam si usque ad unum iota disputauerit, & non eam in omnibus uenerabiliter receperit, anathema sit. Item opuscula, atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo a Sanctae Romanae Ecclesiae consortio deuiauerunt, nec ab eius fidelibus praedicatione seiuerti sunt: sed communionis ipsius gratia Dei, usque ad ultimum diem uitae suae participes fuerunt, legenda decernimus. Item Decretales epistolae, quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab Urbe Roma pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, uenerabiliter suscipiendae sunt. Item gesta sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, qui ita esse Catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpeffos, nec suis

Al. praeter

Fide uel praedicatione originis & Burghardus.

Al. ista

uiribus, sed gratia Dei & adiutorio uniuersa tolerasse? Sed idcirco secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur: quia & eorum, qui conscripserunt, nomina penitus ignoratur, & ab infidelibus aut idiotis superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici, & Iulitae, sicut Georgii, aliorumque huiusmodi passiones, quae ab hereticis perhibentur conscriptae. Propter quod, ut dictum est, ne uel leuis subfannadi oriretur occasio, in Sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum praedicta Ecclesia omnes Martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt; omni deuotione ueneramus. Item uitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarij, & omnium Eremitarum, quas tam uir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omnino honore suscipimus. Item actus B. Siluestri Apostolice sedis Praefuli, licet eius qui conscripsit, nomen ignoremus, a multis tamen in Urbe Roma Catholicis legi cognouimus, & pro antiquo usu, multo hoc imitantur ecclesiae. Item scripta de inuentione Sanctae Crucis Dominicae, & alia scripta de inuentione capitis B. Iohannis Baptistae nouelle quidem & reuelationes sunt, & nonnullas eas catholici legunt: Sed cum haec ad catholicorum manus peruenerint; Beati Pauli Apostoli sententia praecedat: Omnia probate, quod bonum est, tenete. Item Rufinus uir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quae praedictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Rufino, sed etiam de uniuersis, quos uir sepius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula, quae uir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse reuocanda. Item Chronicon Eusebii Caesariensis, atque eiusdem Historiae ecclesiasticae libros, quamuis in primo narrationis suae libro tepuerit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quae ad instructionem pertinet usquequaque non dicimus reuocandos. Item Orosium uirum eruditissimum collaudamus, quia ualde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, mira brevitate contextuit. Item uenerabilis uir Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit uersibus, insigni laude proferimus. Item Iuuenicij nihilominus laboriosum opus, non spernimus, sed miramur. Ceterum, quae ab hereticis, siue schismaticis conscripta, uel praedicta sunt, nullatenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia Romana.

Al. dictio

Al. Cyrici

Quada reuelatione] originale.

1. Thef. 5.

Al. diuersa] orig. Al. religiose.

Al. Chronica] orig.

Al. praefertur] orig.

Gelasij Pa-
pa i. decreti
de librorum
delectu.

A Sancta Romana Ecclesia,] Gelasius Papa
Seius nominis primus, qui sedit anno Domini
494. coactio Romę conuētū septuaginta doctissimorū
Episcoporum, in sine decretum edidit, quo caue-
batur, qui libri Christianam religionem profitentibus
legendi essent ad fidem & mores idonei, qui ve-
ro cauendi; quoniam sicut ex honorum librorum le-
ctioe mores componuntur, & fides roboratur: ita
ē diuerso prauorum lectio fidem aut corrumpit &
tollit, aut prauos mores inducit. Legitur id decre-
tum hodie inter decreta Gelasij primi in 2. vol. con-
cilio, quod omnes decretorū fabricatores in suos
centones transtulerunt. Burchardus lib. 3. decretorū,
c. 220. & seq. luo Carnotensis par. 4. c. 64. et
seq. Pannormia lib. 2. c. 91. Polycarpus lib. 3. tit.
20. Gratianus denique in cap. sancta Romana. 1. 5.
dist. Eymericus hoc loco eos tantum recensuit ex
eo decreto libros, quos Gelasius approbavit: quo-
niam horum lectio ad fidem stabilendam spe-
ctabat: nam ceteros, quos ille reprobaui, in 2. par.
q. 23. refert.

B Sanctam synodum Nicenam.] De Nicena
synodo pauca quaedam dixi supra commentario 5.
vers. Nicenę fidei. Item de Chalcedonensi, commē-
tario 6. vers. qui Chalcedone conuenerunt. nunc de
ceteris hrenisime etiam dicam, ut horum quatuor
conciliorum tam celebratorum notitia aliquam ha-
beat.

C Sanctam synodum Cōstantinopolitanam,
& c. in qua Macedonius hereticus debitā damna-
tionem excepit.] Fuit Macedonius Episcopus
Constantinopolitanus circa tempora Liberij Pa-
pa ad annos Domini 352. Hic nefandam heresim
profitebatur, asserens Spiritum sanctum Patre,
et Filio esse minorem, nec eiusdem cum Patre sub-
stantie, sed puram creaturam. Ab hoc sectatores
eius Macedoniani uocati sunt, qui ab Augustino
Semiariani dicuntur in libro de heresibus, cap. 52.
& ab Epiphano heresi 74. Pneumathomachi, de
quibus dixi latius par. 2. super q. 37. Aduersus
hunc Macedonium Constantinopolitanum conciliū
primum habitum est a centum quinquaginta Epi-
scopis sub Theodosio maiore Siagrio & Eucherio
consulibus, era 419. & Damaso Papa 1. Subscri-
pserunt autem huic concilio, in quo Macedonius
cum suis dogmatibus damnatus est iudem illi C. L.
episcopi, & quoniam in Spiritum sanctum inuehe-
batur Macedonius, ideo in Symbolo, quod in can.
7. dist. concilij recitatur, patentiū explicatū est,
quid de eo esset credendum: Credimus, inquit, in
Spiritum sanctum Dominum & uiuificatorē,
ex Patre procedentem, cum Patre & Filio ado-
randum, & glorificandum, qui locutus est
per Prophetas. Eodem etiam concilio fuerunt
damnati multi alij heretici Eunomiani, Ariani,
Sabelliani, Photiniani, et Apollinaristę, ut constat
ex primo capite eiusdem concilij.

Synodus E-
phesina, &
quid in ea fa-
ctum.

D Sanctam synodum Ephesinam, in qua Ne-
storius damnatus est consensu beatissimi Papę
Celestini.] Nestorius Episcopus Constantinopo-
litanus Christum purum hominem ex Maria natū

A asseruit, ideoque magnum in urbe Constantinopo-
litana tumultum excitauit, ad quem sedandum &
componendum, ut scribit Nicephorus lib. 1. 4. histo-
ria ecclesiast. c. 32. uniuersali synodo opus fuit.
congregata est ergo synodus hac Ephesina apud
Ephesum, unde & nomē accepit. Ea fuit ciuitas Io-
nig longe celeberrima in Asia minor, acta fuit, si
Faustino credimus, anno Domini 430. in sine Pon-
tificatus Celestini Papę primi; nec curio alios aliter
scribere, quoniam certiora sequor: conuenere in
hanc synodum ducenti Episcopi; tamen si alij maio-
rem, alij minorem numerum statuunt, ut refert Co-
uarruius lib. 4. varia. resolut. cap. 15. Hic omnium
consensu damnatus est Nestorius, & heresis Ne-
storianā profligata.

E Iam nunc subiiciendum est de opusculis
sanctorum Patrum,] Longum esset hic cuncta
persequi, quę ad cognitionem singulorum auctoriū
hic traditur, nec nostri est instituti. Ea quę ad huc
locum spectant, tradit Couarruius lib. 4. varia. re-
solut. c. 16. Nos ne actum agere uideamur, libenter
lectorem ad eum remittimus: licet enim in quibus-
dam dubia tradat & incerta, in ceteris non panite-
bit collocare in eo opere.

F Item decretales Epistolę, quas beatissimi
Papę.] Hic locus indicat Epistolę Pontificum de-
cretales magne esse auctoritatis, cum uenerabili-
ter iubeat suscipiendas Gelasius. Ceterum cum de
earum auctoritate differitur, duo extrema fugien-
da sunt, unum est Gratiani in c. in canonicis. 19. di-
stin. ubi Epistolę Pontificum decretales inter ca-
nonicas scripturas posuit, dum ait in Summario
eius capituli, decretales Epistolę inter canonicas
scripturas connumerari. sed hoc uere refutauit
Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 2. aduersus hereses,
& subtiliter Melchior Canus lib. 5. cap. 5. de locis
Theologicis, ubi emendandum hunc locū admo-
nent ex Augustino lib. 2. c. 8. de doctrina Christiana, uer-
am lectionem restituentes, ex quo deceptus fuerat
Gratianus. nam Augustini uera lectio ita habet:
In canonicis autem scripturis Ecclesiarum cat-
holicarum quamplurium auctoritatem sequa-
tur: inter quas sane illę sunt, quę Apostolicas
sedes habere, & epistolę accipere meruerunt.
Tenebit igitur hunc modum in scripturis cano-
nicis, ut eas, quę ab omnibus accipiuntur Eccle-
sijs, præponat eis, quas quaedam non accipiunt.
In eis uero quę non accipiuntur ab omnibus,
præponat eas, quas plures, grauioresequē acci-
piunt, eis, quas pauciores, minorisque auctori-
tatis Ecclesię tenent. Si autem alias inuenerit à
pluribus, alias à grauioribus haberi (quamquam
hoc inuenire non possit) æqualis tamen auctori-
tatis eas habendas puto. hæc enim Augustinus.
Quę quidem sententia non ad Decretales Roma-
norum Pontificum, sed ad canonicas & sacras
scripturas est referenda. Est autem sensus huius-
modi: In iudicio librorum canonicorum, primum
uidendum est quid Ecclesię Catholice sentiant, in-
ter quas Catholicas Ecclesię illarum testimoniū
est præferendum, quę uel suere sedes Apostolorū,
ut Hierosolymitana, Antiochena, & similes; uel ab
Apostolis aliquam epistolam exceperunt, ut Corin-
thia,

De auctori-
te Epistola-
rum decreta-
lium.

Libri sine
nomine au-
ctorum non
permittun-
tur.

thia, Galatia, & similes, quare Augustinus non lo-
quebatur de epistolis Pontificum decretalibus, ut
falso existimauit Gratianus. Sed hunc locum, ut
monui, alij ante nos animaduertent.

Alterum extremum est Ioannis Vicleff, & Lu-
theri, quorum ille dixit, decretales epistolę apo-
cryphas esse, & seducere à fide Christi, ut refert
Turcremata in sum. de Eccl. lib. 4. par. 2. c. 38.
quem etiam errorem sequebantur Waldenses, ut
tradit Eymericus 3. par. tit. de signis, per quę Val-
denses heretici cognoscuntur. et 2. par. q. 14. vers.
sextus error. Lutherus autem apud Rossensem art.
30. impias & Christo aduersarias eas appellat. ea-
rum tamē auctoritatem efficacissime defendit Tur-
cremata in sum. de Eccl. lib. 2. cap. 108.

Denique illud est obseruandum, quod Gratia-
nus admonuit initio 20. distinctionis, uidelicet, epi-
stolas Pontificum decretales canonibus conciliorū
pari iure esse ex æquādas, quam sententiā uelut ma-
nifestum Gratiani errorem acerbe reprehendit Al-
fonsus Castrus lib. 1. aduersus hereses. c. 2. negat
enim (quod et probare conatur) epistolę decreta-
les, tamen si ab omnibus recipi debeant, conciliorum
canonibus ex æquādas. Sed uerior sententia est,
quam optime tuetur Couarruius lib. 4. varia. re-
solut. c. 16. uidelicet, has epistolę summam habere
auctoritatem, nam si de libris et causis diuindis
agatur; tunc certum est non esse minorem Papę,
quam conciliorum potestatem. glossa in c. ad Apo-
stolica. de re iud. lib. 6. Innocentius & Imola in c.
grauē. de præbendis. late Iacobatus tractatu de
concilio lib. 5. art. 8. ex quibus colliges in libris et
controuersis diuindis concilium non habere aliā
potestatem, quam quę sibi à summo Pontifice tra-
dita est. Iam in causis fidei epistola Pontificis de-
cretalis maturo edita consilio, & in ea intendens
Pontifex determinare de fide, perinde obligat ac cō-
ciliorum generalium canones: Pontificis enim iudi-
cium in causis fidei et morum certissimum esse, ex-
ploratissimum est apud Catholicos, cum neq; con-
cilia generalia absq; Pontificis Romani auctori-
tate quicquam in causis fidei & morum validum &
firmū desinire possint, sed omnino egent Papę con-
firmatione, ut præter ceteros grauius & uere osten-
dit Blasius Nauarrus Theologus insignis, quo præ-
ceptore gloriamur, lib. 3. c. 19. de auctoritate Ro-
manę Ecclesię, & sacro eius principatu.

G Sed ideo secundum antiquam consuetudi-
nem singulari cautela in sancta Romana Eccle-
sia non leguntur, quia & eorum qui scripsere
nomina penitus ignorantur.] Hinc obseruabis
eos libros, cuius auctores ignorantur, maxime de
rebus ad religionem spectantibus differentes, non
facile in Ecclesia Dei legendos: nam & Gelasius
hic iam eo tempore tales libros ueluti parum au-
toritatis habentes leginoluūt in Ecclesia: nunc au-
tem maiori prohibitione opus fuit. Cum enim mul-
ti nostri seculi heretici libros ederent falsis dogma-
tibus resperfos, omisso nomine auctoris, ne protinus
mali esse deprehenderetur, concilium Tridentinū
sessio. 4. in decreto de editione librorum, ualde salu-
riter cauuit, ne ullus liber omnino de rebus sacris
tractans absq; nomine auctoris deinceps imprima-

A tur. Et quamuis concilium de solis libris sacra tra-
ctantibus loquatur, ad ceteros etiam, qui sacra non
tractant, optime trahitur; & propterea de illis no-
minatim egit concilium, quoniam maius ibi erat pe-
riculum; nam & in reliquis idem etiam incommo-
dum inueniri potest, & propterea idem statuendū.
L. illud. ff. ad l. Aquiliam. atq; ita nunc consuetudo
Romę obseruatur; nam sacri Palatii Magister nullū
librum aut uendit, aut imprimi permittit absque no-
mine auctoris; cuius morem in hoc ceterę provin-
cię deberent imitari, ut fideli populo plenius cautū
esset: de qua re plene cauēt edictum Inquisitorum
generalium reipub. Christianę, quod incipit. Ani-
maduertentes, impressum in Bullario literarum A-
postolicarum pro officio sanctissimę Inquisitionis,
h. c. cetera, quę ab hereticis, siue schismaticis
conscripta, uel predicata sunt, nullatenus reci-
pit Apostolica Romana Ecclesia.] Hęc non mo-
do non recipit, uerum etiam prohibet, delet; & cō-
burit, ne falsa horum dogmata (ut scripsit Iustitia-
nus in nouella 42. de depositione Antimi) ad alia
perueniāt secula. de quo differui latissime infra
par. 2. in principio super cap. Fraternitatis, de he-
ret. nec modo hereticorum, sed etiam profanorum
librorum lectio ab Apostolis iam initio nascentis
Ecclesię interdicta uideri potest ex his, quę scribit
beatus Clemēs Papa lib. 1. c. 7. constitutioni Apo-
stolicarum: quem locum quia insignis est in hac cau-
sa, in lectoris gratiam adscribendum curauit. habet
autem ita: Abstine te ab omnibus Gentilium li-
bris. Quid enim tibi cum externis libris, uel le-
gibus, uel falsis prophetis? quę quidem leues à
fide abducunt. Nam quid tibi deest in lege Dei,
ut ad illas gentium fabulas confugas? nam si
historica percurrere cupis, habes Reges: si so-
phistica & poetica, habes Prophetas & Iob, &
Prouerborum auctorem, in quibus omnis poe-
ticę ac sapientię accuratam rationem inuenies:
quoniam Domini Dei, qui solus est sapiens, vo-
ces sunt. Quod si cantilenas cupis, habes Psal-
mos: si rerum origines nosse desideras, habes
Genesis: si leges & præcepta, gloriosam Dei
legem. Ab omnibus igitur externis & diaboli-
cis libris uehementer te contine. hactenus ibi.
Eodem pertinent c. sacerdot. & c. legant 37. dist.
et plane quot incommoda ex profanorum librorum
lectione oriuntur in singulis fere disciplinis,
latissime differui libro sexto de pœnis
hereticorum. traditq; copiose Al-
fonsus Castrus lib. 3. c. 8. de
iusta hereticorum pu-
nitione, & Ga-
briel Pu-
therbens Teutonicus in libris de
expungendis & tollendis
malis libris.

Profanorum
librorum le-
ctio olim in-
terdicta.



IN QVAESTIONES DVODECIM DE pertinentibus ad fidem obseruatio.



ACTENVS Eymericus ex variis Conciliorum, summorum Pontificum Romanorum, & sanctorum Patrum locis multa fidei dogmata collegit, quae ad institutum huius primae partis spectabant, in quibus de suo nihil apponens, sola recitatione contentus fuit. nunc duodecim questionibus completitur multa, quae ad fidem ipsam, & fidei obligationem pertinent, ex quorum ignoracione fideles in singulares errores facile incidere possint: insinuans etiam multa, quae iam proximius ad negotium Inquisitorum spectant. In his nos omisis multis, quae Theologorum propria sunt, ea tantum adnotabimus, quae insigniora sunt, quaeque magis ad susceptum institutum attinent.

QUESTIONES DVODECIM de pertinentibus ad fidem,

Inquisitionis officio congruentes.

QVAESTIO I.

De Fidei definitione.

SVMARIUM.

- 1 Fides inchoatio est & primum principium.
2 Fides habet certam ac firmam adhesionem.
3 Fides est de non apparentibus, & indemonstrabilibus.
4 Qua ratione fides ab aliis habitibus distinguitur.
5 Variis fidei explanationes allatae a Sanctis.
6 Clara & absoluta fidei definitio.

Vide theologos lib. 1. sect. dist. 23. Canonistas c. Firmiter. de sum. Trinit.

PRIMA quaestio est. Fides quid est? Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae 2. 2. quaest. 4. arti. 1. quod Apostolus ad Hebraeos 11. declarat fides quod est, cum dicit: Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Dicitur fides substantia, hoc est, inchoatio cuiuslibet rei; & maxime quando tota res sequens continetur in primo principio in virtute; per quem modum prima principia in demonstratione sunt substantia scientiae. Et sic dicitur fides, substantia, hoc est inchoatio prima. Dicitur, sperandarum rerum, hoc est, rerum futurarum desideratarum. Nam prima inchoatio & principium rerum sperandarum, in nobis est per fidei assensum, quae virtute continet omnes res sperandas: in hoc enim speramus beatificari, quod aperta visione in veritate videbimus ea, quibus per fidem nunc adheremus. Dicitur argumentum, hoc est inductium ad alicui firmiter adherendum. Nam per argumentum intellectus inducitur ad alicui vero adherendum: unde ipsa firma adhaesio intellectus ad fidei veritatem, hic dicitur argumentum. Dicitur autem, non apparentium, hoc est, in-

uisorum & indemonstrabilium. Nam articuli fidei sunt intuiti & indemonstrabiles: quia nec videmus ad sensum, nec intelligere, nec inuestigare valemus per demonstrationem cogentem mentem, & necessarium argumentum: sed tantum per diuinum dictum mentis oculis intuemur. Ex quibus relinquitur, quod Apostolus bene dicit cum ait, quod fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Et sic bene dixit; quod per praedicta ab aliis, quae ad intellectum pertinent, fidem distinguit. Nam per hoc, quod fides dicitur, substantia, distinguitur a spe & charitate, quarum nulla est inchoatio: quia fides est virtutum fundamentum primum, & substantia; & non spes, nec virtus alia. Per hoc quod dicitur, sperandarum rerum, distinguitur virtus fidei, a fide communiter sumpta; quae ad beatitudinem sperandam non ordinatur. Per hoc quod dicitur, argumentum, distinguitur fides ab opinione, suspicione, & dubitatione, per quas non est ad aliquid firma adhaesio intellectus. Per hoc quod dicitur, non apparentium, distinguitur fides a scientia & intellectu, per quae aliquid fit apparens. Ex quibus omnibus apparet, quod Apostoli praedicta fidei declaratio est proprie definitio. Omnes autem aliae definitiones a Sanctis datae, potius sunt praedictae Apostoli explanationes, quam definitiones. Quod enim dicit Augustinus: fides est virtus, qua creduntur quae non videntur: & quod dicit Damascenus, quod fides est non inquisitus consensus: & quod alij dicunt, quod est certitudo quaedam animi de absentibus supra opinionem & infra scientiam; id est quod dicit Apostolus, argumentum non apparentium. Quod vero Dionysius dicit 7. cap. de diuinis nominibus, quod fides est manens creditium fundamentum, collocans eos in veritate, & in ipsis veritatem ostendens: idem est ei quod dicitur, substantia sperandarum rerum. Ex quibus omnibus potest consilari clare fidei definitio, quae sit talis, quod Fides est mentis habitus siue virtus, qua inchoatur vita aeterna in nobis, faciens intellectum non apparentibus assentire.

† R. Tho. 2. 2. q. 1. art. 4. & 5.

† Tract. 40. in loa. a medio. & lib. 2. quaest. Euag. 9. 19. Lib. 4. c. 12.

EX

QVAESTIO II.

De Articulis fidei, & eorum distinctione.

SVMARIUM.

- 1 Duo speramus in caelo videre, & quae.
2 Credibilem prima distinctio.
3 Trium de Deo nobis proponuntur credenda.
4 Articuli ad diuinitatem spectantes.
5 Septem articuli de Christi humanitate.
6 Altera articulorum partitiio.

De hac materia vide beatum Thomam opusculo 23. super c. Firmiter. quod supra est impressum. ad de Hostiensium in summa tit. de fide catholica §. quot & qui articuli.

† Al. ascensum.

† Al. diuinitatis.

SECUNDA quaestio est. Fidei articuli quot sunt, & quomodo, & qualiter distincti sunt? Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae secunda sec. q. 1. art. 8. quod quia fides est sperandarum rerum, argumentum non apparentium, ut dicit Apostolus ad Hebr. 11. illa per se pertinet ad fidem, de quibus speramus habere in vita aeterna claram & perfectam visionem. Duo autem speramus in aeterna patria reuelata facie videre, scilicet essentiam diuinitatis, cuius visio nos beatos facit: & mysterium humanitatis Christi, per quem etiam ad gloriam filiorum Dei accessum habemus, ut dicitur ad Roma. 5. Unde dicitur Ioan. 17. Hae est vita aeterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Et ideo prima distinctio credibilem est, quod quaedam pertinent ad maiestatem deitatis: quaedam vero pertinent ad mysterium humanitatis Christi, quod est pietatis sacramentum, ut dicitur 1. ad Timoth. 4. Circa maiestatem autem diuinitatis, tria nobis credenda proponuntur. Primo quidem vnitas diuinitatis: & ad hoc pertinet primus articulus. Et quia nomen diuinitatis importat omnipotentiam, omnem scientiam, ac prouidentiam: ideo credere de Deo ea, quae pertinent ad eius omnipotentiam, scientiam, & prouidentiam sub primo isto fidei articulo concluditur. Secundo trinitas personarum: & de hoc sunt tres articuli secundum tres personas. Tertio vero proponuntur nobis opera diuinitatis propria; quorum Primum pertinet ad esse naturae: & sic proponitur nobis articulus creationis. Secundum vero pertinet ad esse gratiae: & sic proponuntur nobis sub vno articulo omnia pertinentia ad sanctificationem humanam. Et quia sacramenta praesertim Eucharistiae, Penitentiae, & Baptismi sunt instituta a Christo ad sanctificationem humanam mentem: ideo credere de Ecclesiae sacramentis prout credit sancta Romana Ecclesia, sub isto fidei articulo continetur. Tertium vero pertinet ad esse gloriae: & sic ponitur alius articulus de resurrectione carnis, & de vita aeterna: & ita sunt septem articuli ad diuinitatem pertinentes. Similiter etiam circa humanitatem Christi, ponuntur septem articuli: quorum Primus est

de incarnatione, siue de conceptione Christi. Secundus de natiuitate eius ex virgine. Tertius de passione eius, & morte, & sepultura. Quartus de descensu ad inferos. Quintus de resurrectione. Sextus de ascensione. Septimus de aduentu ad iudicium: & sic sunt in vniuerso xiiii. Quidam tamen distinguunt duodecim articulos fidei: sex pertinentes ad diuinitatem, & sex ad humanitatem. Tres enim articulos trium personarum comprehendunt sub vno: quia eadem est cognitio omnium personarum. Articulum vero de opere glorificationis distinguunt in duobus, scilicet in resurrectionem carnis, & gloriam animae. Similiter articulum conceptionis, & natiuitatis coniungunt in vnum.

QVAESTIO III.

De Fide explicite habenda.

SVMARIUM.

- 1 Obiectum fidei per se quid sit.
2 Qua secundo loco ad fidem pertineant.
3 Articuli fidei explicite credendi.
4 Credibilia secundi ordinis quando explicite credere oporteat.



TERCIA quaestio est, Vtrum ad explicite credendum articulos fidei quilibet teneatur? Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae 2. 2. q. 2. arti. 5.

- 1 Quod fidei obiectum per se est illud, per quod homo beatus efficitur, ut supra dictum est.
2 Per accidens autem, vel secundo se habet ad obiectum fidei omnia illa, quae in scriptura Dei diuinitus tradita continentur: sicut quod Abraham habuit duos filios, quod Dauid fuit filius Isai, & alia huiusmodi.
3 Quantum ad prima igitur credibilia, quae sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere, sicut & tenetur habere fidem.
4 Quantum autem ad alia credibilia non tenetur homo explicite credere, sed solum implicite, vel in preparatione animi: in quantum paratus est credere quicquid in diuina scriptura continetur. Sed tunc solum huiusmodi tenetur explicite credere, quando hoc ei constiterit in doctrina fidei contineri.

COMMENT. XX.

Verum ad explicite credendum articulos fidei quilibet teneatur. Explicite credere hoc loco accipere debemus, id est, aperte, clare, singulariter, et non in confuso credere, siue distincte & specialiter, ut ait Archidiaconus in c. canones. 15. dist. nam, explicare, unde explicite dictum est, proprie est extendere; & quae extenduntur, persertius videntur. Sensus ergo quaestiois hic est: An quilibet fidelis obligetur clare & aperte scire fidei articulos, ita ut sciat hunc esse articulum fidei, quod tiens de ea re fuerit interrogatus. & in summa conclu-

Quid sit explicite credere.

concludit hic Eymericus ex sancto Thoma, quemlibet obligari ad credendum explicite fidei articulos. reliqua vero, que in sacris litteris continentur, explicite credere non est ad salutem necessarium. que quomodo sint accipienda, in sequentibus declaratur manifestius. Tam de materia huius questionis copiose disserunt theologi cum Magistro, lib. 3. sent. dist. 25. & iterum Eymericus infra in hac eadem parte, quest. 12.

Quantum ad prima igitur credibilia, quae sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere. Hac autem prima credibilia in Symbolo continentur: propterea enim Symbolum diuinitus conditum fuit, ut paulo antea dicebamus, ut fideles summa religionis capita, que necessario credere debent, in promptu haberent breui sermone comprehensa.

Occurrit tamen hic pulchra difficultas, quam sepe vidimus a religiosis Episcopis inquiri: An sit necessarium, quod memoriter quilibet fidelis postquam ad annos discretionis peruenit, articulos fidei tenere debeat. Et quamuis multa in hac questione dici possint, nos Conciliorum & sanctorum Patrum doctrinam nitentes, certiora & securiora trademus. Ac primum quidem absque controuersia videtur dicendum, hos memoriter esse retinendos; nam qui legem non recordatur, facile peccat in legem: in his autem peccare, est ad recto veritatis tramite de-

An sit necessarium memoriter tenere fidei articulos.

ficere: quare ut beatitudinem consequamur, memoria hęc fidei fundamenta retinere debemus. Multae sunt aliae rationes, quibus idem persuadetur efficaciter; sed nos iam probata testimonia proferamus. In concilio Poroiulensi sub Carolo & Pipino, postquam singuli fidei articuli recitati sunt, ita legitur: Hanc igitur catholice fidei sincerissimam puritatem volumus omnes Dei sacerdotes, omnemque gradus Ecclesiae summo cum studio, & absque villo vitio, ita vt ne vnus quidem apex intermitteretur, vel augetur, diligenter & sententiam discendo memoria retinere. & paulo post. Symbolum vero & orationem Dominicam omnis Christianus memoriter sciat, omnis etas omnis sexus, omnisque conditio, masculi, feminae, iuuenes, senes, serui, liberi, pueri, contugati, innuptaeque puella: quia sine hac benedictione nullus poterit in celorum regno percipere portionem. haecenus ibi. Item in concilio Moguntiaci Caroli Magni tempore celebrato. c. 45. ita scriptum extat: Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam discere semper admo- neant sacerdotes populum Christianum. Volumusque vt disciplinam condignam habeant qui hac discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur, propterea dignum est, vt filios suos donent ad scholam, siue ad monasteria, siue foras presbyteris, vt fidem catholicam recte discant, & orationem Dominicam, vt domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua haec discat. haec ibi, & in synodo Rhemensi sub Carolo Magno anno Domini 813. celebrata. c. 2. ita scriptum legitur: Vt orationem, quam Dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare docuit, verbis discerent, & sensu bene intelligerent: quia il-

lam ignorare nulli Christiano licet. Burchardus lib. 2. decret. cap. 62. & 63. duo de re hac refert decreta omnino videnda, que gratia breuitatis omitto, eadem recenset Iuo par. 6. cap. 158. & 159. & Isidorus lib. 2. de officiis. c. 11. refert que Iuo par. 1. de baptis. c. 88. ait: Competentibus facultare Symbolum traditur quasi commonitorium fidei, & sancte confessionis indicium, quo instructi agnoscant, quales iam ad gratiam Christi exhibere se debeant. et beatus Augustinus lib. 1. de Symbolo ad catechumenos, cap. 1. Accipite filij regulam fidei, quod Symbolum dicitur, & cum acceperitis, in corde scribite, & quotidie dicite apud vos, antequam dormiatis, antequam procedatis, vestro Symbolo vos munite. Symbolum nemo scribit vt legi possit, sed ad recensendum, ne forte deleat obliuio quod tradidit diligentia, sit vobis codex vestra memoria: quod audiri estis, hoc credituri, & quod credideritis, hoc etiam lingua reddituri. haec ille. & refert Iuo par. 1. cap. 89. In eadem sententiam multa eiusmodi adduci potuissent, de quibus latius alii.

Ex his apparet in quanto periculo versentur, qui articulos fidei memoriter nesciunt: pauca sunt & facilia haec praeccepta, nemo dicat se non praestare memoria. non haec scribimus, vt cuiquam terrorem incutiamus, sed vt torporem excutiamus ab illis, qui contrarium sentire videntur, cum eos ad litteras non edificent. Episcopi, haec cura incumbit, vt singuli fideles haec noscant, caueat ne propterea Dominus in illa die animas subditorum de manu illorum requirat, neque hoc dicimus, vt quemquam reprehendamus, quod vitium a nobis procul abest, sed vt Dei gloriam quaeramus, ad quam omnes viri christiani actiones dirigi debent.

Atque ex his, quae hac questione tradit Eymericus, fiet manifestum, vere esse errorem quem attulit idem Eymericus parte 2. q. 10. versu. vltimo haereticis, cum videtur.

Atque ex his, quae hac questione tradit Eymericus, fiet manifestum, vere esse errorem quem attulit idem Eymericus parte 2. q. 10. versu. vltimo haereticis, cum videtur.

QVAESTIO IIII.

De notitia Articulorum fidei fidelibus necessaria cum minoribus, tum maioribus.

SUMMARIUM.

- 1 Explicatio credendorum per diuinam sit reuelationem.
2 Superiorum est inferiores docere.
3 Praelati & maiores plura scire tenentur, quam alij.
4 Laicis & rudioribus quae nam scire sufficiat.
5 Simpliciores quando de subtilitatibus fidei interrogandi.
6 Errantes per simplicitatem quando excusentur.



Quarta questio est, Vtrum ad habendam fidem explicitam de articulis fidei omnes aequaliter teneantur?

Ad hanc autem respondemus iuxta mentem S. Thomae secunda sec. q. 2. art. 6. quod explicatio credendorum fit per reuelationem

tionem diuinam: credibilia enim naturalem reuelationem excedunt. Reuelatio autem diuina ordine quodam ad inferiores peruenit per superiores, sicut ad homines per Angelos, & ad inferiores Angelos per superiores; vt patet per Dionysium in caelesti hierar. Et ideo pari ratione explicatio fidei oportet, quod perueniat ad inferiores homines per maiores.

Cap. 4. & 7.

Et ideo sicut superiores Angeli, qui inferiores illuminant, habent plenioram notitiam de rebus diuinis, quam inferiores, vt dicit Dionysius, 1. 2. cap. caelest. hierar. ita etiam superiores homines, ad quos pertinet alios erudire, tenentur habere plenioram notitiam de credendis, & magis explicite credere.

Vnde Praelati & Curati tenentur habere fidem & notitiam explicitam de omnibus articulis fidei. Quare explicatio credendorum non aequaliter, quantum ad omnes, est de necessitate salutis: quia plura tenentur explicite credere maiores, qui habent officium alios instruendi, quam alij.

Sufficit enim laicis simplicibus habere notitiam explicitam articularum, de quibus Ecclesia festinat.

Simplices enim non sunt examinandi de subtilitatibus fidei, nisi quando habetur suspicio, quod sint ab haereticis deprauati: quia in his, quae ad subtilitatem fidei pertinent, solent fidem simplicium deprauare. Sed cum inueniuntur non pertinaciter peruersae doctrinae adherere, si in talibus ex simplicitate deficient, non eis imputatur.

Si autem aliqui maiorum deficient, non praedicitur fidei simplicium, qui eos rectam fidem habere credunt, nisi pertinaciter eorum erroribus in particulari adherent, contra vniuersalis Ecclesiae fidem, quae non potest deficere Domino dicente Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.

COMMENTARIVS XXI.

Prima sunt potissime assertiones.

Prima est, Praelatos & ceteros, quibus incumbit alios in religione instruere, plura explicite scire oportere, quam eos, qui hoc munere carent.

Altera est, Simplicibus & popularibus satis esse vt explicite sciant fidei articulos. haec autem superiori quaestione & commentario est declarata.

Vnde Praelati & Curati tenentur habere fidem & notitiam explicitam. Haec est prima conclusio, quam optime probant similitudines ab Eymericus hic alatae. Quod vero de praelatis & curatis dicitur, idem locum habet in Inquisitoribus haereticae prauitatis, qui errores eorum refellere debent: ideoque oportet eos in catholicis dogmatibus eruditos esse, cum eis monentibus in hoc tribunali sit obtemperandum, vt dicam super quest. 1. 2. huius primae partis. quod etiam postulat Inquisitorum qualitas, de qua Eymericus 3. par. q. 1. Quantum vero ad materiam huius questionis attinet, eam tractant theologi lib. 3. sent. dist. 25. Innocentius in cap. firmiter. de sum. trinit. & fide catho. Zanchinus tract. de haereticis.

Inquisitores explicitam fidei notitiam habere debent.

ibidem Camillus Campegius. Siman- cas de catholicis institution. tit. 28. de fide catholica & alij, quos breuitatis causa omitto.

Si in talibus ex simplicitate deficient, non eis imputatur. Hic videtur sentire Eymericus, rudes homines in fide errantes ob ignorantiam excusari: vnde inferebat Caietanus apud sanctum Thomam 2. 2. q. 2. art. 6. nec incidere in haereticorum culpam, aut penas; quod est verum illis obseruatis, quae trado super quest. 7. huius partis; vbi de hoc ago copiose.

Si autem aliqui maiorum deficient, non praedicitur fidei simplicium, qui eos rectam fidem habere credunt. Verba sunt sancti Thomae 2. 2. q. 2. art. 6. ad tertium argumentum; quorum verborum ea videtur ratio, & quidem notatu dignissima, quam in principio responsionis eiusdem argumenti expresserat idem Thomas his verbis: quia minores non habent fidem implicitam in fide maiorum, nisi quatenus maiores adherent doctrinae diuinae.

Omissis vero hoc loco multis & pene inextricabilibus difficultatibus, quae horum occasione verborum disceptari potuissent, in praesenti difficultate ita mihi videtur attendendum: tamdiu idiota a viro docto deceptus in fide excusabitur in humano iudicio, quamdiu non fuerit legitime admonitus per Episcopum, vel Inquisitorem, aut alium, cui legitime admonendus comperit. sed hoc intelligendum videtur, cum deceptus est in his, quae non sunt in Ecclesia ita euulgata, & quae explicite credere non tenebatur: nam si in his deuet a recto veritatis tramite, propter viri docti auctoritatem non omnino excusabitur.

Quid autem sit sentiendum de eo, qui credidit alicui viro fingenti se esse aliquem virum catholicum, cum tamen sit haereticus, vide magistrum lib. 4. sentent. dist. 3. c. 1. & ibi S. Bonauenturam in verbo, si quis haereticus, dubio 2. de quo dicam super quest. 7. huius partis.

QVAESTIO V.

De obligatione ad credendum explicite mysteria Christi.

SUMMARIUM.

- 1 Via ad beatitudinem est incarnatio & passio Christi.
2 Mysterium incarnationis semper oportuit creditum esse.
3 Ante peccatum qualis de Christi incarnatione notitia fuerit.
4 Post hominis lapsum Christi passio & resurrectio credita est.
5 De mysterijs Christi tam minores, quam maiores nunc explicitam fidem habere tenentur.



Quinta questio est, Vtrum ad credendum explicite Christi mysteria quilibet teneatur?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae, 2. 2. q. 2. art. 7. quod illud proprie & per se pertinet ad obiectum fidei, per quod homo beatitudinem consequitur: via autem

An inferiores in fide errantes excusentur quia a maioribus sunt decepti.

Magister & theologi cum eo lib. 3. sent. dist. 25. & beatus Antoninus par. 4. tit. 8. cap. 3. 8. 9.

¶ al. omnib⁹

autem hominibus † veniendi ad beatitudinē est mysteriū incarnationis & passionis Christi. Dicitur enim Act. 4. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

2 Et ideo mysterium incarnationis Christi aliqualiter oportuit omni tempore esse creditum apud omnes; diuersimode tamen secundum diuersitatem temporum, & personarum.

3 Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidem de Christi incarnatione, secundum quod ordinabatur ad consummationem gloriæ, non autem secundum quod ordinabatur ad liberationem à peccato per passionē & resurrectionem: quia homo non fuit præcius peccati futuri. Videtur autem incarnationis Christi præcius fuisse per hoc quod dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ, vt habetur Gene. 2. Et Apost. ad Ephes. 5. dicit: Sacramentum magnum esse in Christo & Ecclesia: quod quidem sacramentum non est credibile primū hominem ignorasse.

4 Post peccatum aut fuit explicitē creditū mysterium incarnationis Christi, non solum quantum ad incarnationem, sed etiam quantum ad passionem & resurrectionem, quibus humanum genus à peccato & morte liberatur. Aliter enim nō præfigurassent Christi passionem quibusdam sacrificijs, & ante legem, & sub lege, quorum quidē sacrificiorum significatum † explicite maiores cognoscebant: minores autem sub velamīne illorum sacrificiorum, credentes ea diuinitus esse disposita, de Christo venturo quodammodo habebant velatam fidem †: & ea quæ ad mysteria Christi pertinent tanto † expressius cognouerunt, quanto Christo propinquiores fuerunt.

5 Post tempus autem gratia reuelatæ tam maiores, quam minores tenentur fidem habere explicitam de mysterijs Christi, præcipue quantum ad ea, quæ communiter in Ecclesia solennizantur, & publice proponuntur: sicut sunt articuli incarnationis, de quibus supra dictum est. Alias autē subtiles considerationes circa incarnationis articulos tenentur aliqui magis vel minus explicitē credere, secundum quod conuenit statui & officio vniuscuiusque.

Q V A E S T I O V I.

De necessitate credendi explicitē mysterium Trinitatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Mysterium incarnationis fidem Trinitatis includit.
- 2 Trinitatis mysterium explicitē credendum ab omnibus.

† De hac quoque materia videtur Theologos lib. 3. Gen. dist. 25.



EX T A † quæstio est, Vtrum ad credendum explicitē mysteriū Trinitatis quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomæ 2. 2. q. 2. ar. 8. quod mysterium incarnationis Christi, explicitē credi

nō potest sine fide trinitatis: quia in mysterio incarnationis Christi hoc continetur, quod filius Dei carnem assumpserit, quod per gratiam Spiritus sancti mundum renouauerit: & iterum quod de Spiritu sancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo mysterium incarnationis Christi ante Christum, fuit quodammodo explicitē creditū à maioribus, implicite autem & quasi obumbrate à minoribus, ita etiam & mysterium trinitatis.

2 Et ideo etiam post tempus gratia diuulgatæ tenentur omnes ad explicitē credendum mysterium trinitatis: & omnes, qui renascuntur in Christo, hæc adipiscuntur per inuocationem trinitatis, secundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen.

Q V A E S T I O V I I.

An teneatur vnusquisque explicitam fidem habere de contentis in sacra scriptura.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad fidem aliqua directe pertinent, & quæ.
- 2 Falsum opinari cum pertinacia circa spectantia directe ad fidem, hæreticum facit.
- 3 Aliqua vero indirecte ad fidem attinent, et quæ.
- 4 Circa hæresis labem errare contingit in spectantibus indirecte ad fidem: & quando.
- 5 Ab hæresis nota multi prius immunes reputati sunt, qui nunc non excusantur.
- 6 Credibile duplex est genus.
- 7 Non omnia pari ratione proponuntur credenda.
- 8 Quæ teneatur homo explicitē credere, & quæ implicite.



E P T I M A quæstio est, Vtrum ad credendum per fidem explicitam omnia, quæ sunt in sacra scriptura quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomæ in diuersis eius dictis. primo in prima parte summe q. 3. 2. ar. 4. vbi dicit sic: Dicendum 3. quod ad fidem pertinet aliquid dupliciter: Vno modo directe, sicut ea quæ nobis sunt principaliter diuinitus tradita, vt Deum esse trinum & vnum, Filium Dei esse incarnatum: & huiusmodi.

2 Et circa hæc falsum opinari hoc ipso inducit hæresim: maxime si pertinacia adiungatur.

3 Indirecte vero ad fidem pertinent ea, ex quibus consequitur aliquid contrarium fidei: sicut si quis diceret, Samuelem non fuisse filium Elchanæ. Ex hoc enim sequitur scripturam diuinam esse falsam.

4 Circa huiusmodi ergo absque periculo hæresis aliquis falsum potest opinari, antequam consideretur, vel determinatum sit, quod ex hoc sequitur aliquid contrariū fidei: & maxime si non pertinaciter adhæreat. Sed postquam manifestū est, & præcipue si sit per Ecclesiam determinatum, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, in hoc errare non est absque hæresi.

5 Et

† In Directorio B noniē, ita: propter hoc quod nō erat manifestum, quid ex eis sequitur.

Et propter hoc multa nunc reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur: propter hoc quod nunc est magis manifestum, quid ex eis sequitur.

Secundo in 2. 2. quæst. 1. artic. 6. in solutione primi argumenti, dicit sic: Dicendum quod aliqua sunt credibilia, de quibus est fides secundum se: aliqua vero sunt credibilia, de quibus non est fides secundum se, sed solum in ordine ad alia: sicut etiam in alijs scientijs quædam manifestacionem aliorum. Quia vero fides principaliter est de his, quæ videnda speramus in patria, secundum illud ad Heb. 11. Fides est substantia sperandarum rerum; ideo per se ad fidem pertinent illa, quæ directe nos ordinant ad vitam æternam: sicut sunt tres personæ omnipotentis Dei, mysterium incarnationis Christi, & alia huiusmodi: & secundum ista distinguuntur articuli fidei. Quædam vero proponuntur in sacra scriptura, vt credenda, non quasi principaliter intentata, sed ad prædictorum manifestacionem; sicut quod Abraham habuit duos filios, quod ad tactum ossium Elisei suscitatus est mortuus, & alia huiusmodi, quæ narrantur in scriptura sacra in ordine ad manifestacionem diuinæ maiestatis, vel incarnationis Christi: & secundum talia non oportet articulos distinguere. Tertio in eadem summa, q. 2. ar. 5. dicit sic: Dicendum est igitur, quod fidei obiectum per se est id, per quod homo beatus efficitur, vt supra dictum est: per accidens autem vel secundario se habent ad obiectum virtutis omnia, quæ in sacra scriptura diuinitus tradita continentur: sicut quod Abraham habuit duos filios; quod Dauid fuit filius Isai: & alia huiusmodi.

† al. Sicut sunt tres personæ omnipotentis Dei, mysterium &c.

8 Quantum igitur ad prima credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicitē credere: sicut & tenetur habere fidem. Quantum autem ad alia credibilia, non tenetur homo explicitē credere, sed solum implicite, vel in preparatione animi: in quantum paratus est credere quicquid in diuina scriptura continetur: sed tunc solum huiusmodi tenetur explicitē credere, quando ei hoc constiterit in doctrina fidei contineri.

Quare explicitē est credendum, quod omnia, quæ sunt in sacra scriptura, hoc est in libris Canonis, sunt vera, vt pote quia diuinitus reuelata. Vnde Augustinus in Epistola ad Hieronymum sic ait: Solum eis libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum auctorem eorum scribendo errasse aliquid firmissime credam: alios autē ita lego, vt licet sanctitate doctrinarum pollcant, non ideo verū putem, quia ipsi ita senserunt.

† al. quicquid diuina scriptura continet.

† Augustinus ad Hieronymum epistola 19. refertur in cap. Ego solis. dist. 9. inde emendandum est hoc fragmentum, quod multis omnibus refert hic Eymericus.

Quare explicitē est credendum, quod omnia, quæ sunt in sacra scriptura, hoc est in libris Canonis, sunt vera, vt pote quia diuinitus reuelata. Vnde Augustinus in Epistola ad Hieronymum sic ait: Solum eis libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum auctorem eorum scribendo errasse aliquid firmissime credam: alios autē ita lego, vt licet sanctitate doctrinarum pollcant, non ideo verū putem, quia ipsi ita senserunt.

COM M E N T. XXII.

Dicendum, quod ad fidem pertinet aliquid dupliciter: Sepius in his quæstionibus Eymericus repetit hanc distinctionem, quæ nulla nostra eget declaratione, opera pretium est tamen illud interpretari cum dicit: Circa huiusmodi ergo absque periculo hæresis aliquis falsum

potest opinari, antequam consideretur, vel determinatum sit, &c. Nam his verbis apertissime indicatur ignorantiam ab hæresi excusare; & per consequens à penis in hæreticos latis; neque vero hæc est solus Thomas aut Eymericus sententia his locis: nam idem profusus asserit idē B. Thomas. 1. Corinth. 11. lectione 4. & 2. 2. q. 2. art. 6. ad secundum argumentum, & ibi Caietanus. & 3. lib. sentent. dist. 25. q. 2. ad primum argumentum, & alibi sepe. & hanc sententiam quod ignorantia excuset ab hæresi, communiter Doctores amplectantur, de quo articulo dubio & perdifficili agit late Alfonso Casirus lib. 1. c. 9. de iusta hæresi. punitio. Melchior Canus lib. 1. c. 9. de locis theologijs. Simancas de catho. institutio. tit. 25. idem ibidem tit. 28. nu. 12. 13. & 14. idem in Enchyridio violatæ religionis. tit. 48. & 49. Ioannes Rojas tractatu de hæresi par. 1. nu. 64. & sequentibus, & parte 2. assertione 26. Martinus Nauarus in Manuali, præludio. 1. nu. 15. & 16. & cap. 1. nu. 22. Albertinus tract. de agnoscendis assertio. q. 12. nu. 4. & q. 23. nu. 6. Palatinus Rubius in allegatione de hæresi. §. 4. Ioannes Imola, Panormitanus & alij in rub. extra de sum. trinit. & fide catho. Innocentius, Antonius Butrius, & alij in cap. firmiter. de sum. trinit. Ioannes Anania in c. firmissime. nu. 8. extra de hæresi. Panormitanus & Felinus in cap. 1. nu. 2. de hæresi. Paulus Castrensis, Baldus, & Iason in rub. C. de sum. trinit. Repertorium Inquisitorum verb. ignorantia. & verbo, excusari. & verbo, hæresis. s. ex se prædictis. & verbo, hæreticus. s. item non est hæreticus, & alij quos prudens omitto. nos partim ex his, partim aliunde sequentes regulas ad huius loci illustrationē collegimus, quibus in foro exteriori sit locus, quoties is casus occurrat; occurrit autē sepe.

Sic prima regula: Quicumque Christianus errat in his, quæ sunt prima fidei capita, seu articuli in Symbolo comprehensi, & in Ecclesia vulgati ac solemnizati, hæreticus est, si pertinacia adiungatur: nunquam enim est hæresis sine pertinacia. ita docet hic Eymericus nu. 2. & S. Thomas hic ab Eymericico citatus. neque de hac regula video vllam controuersiam inter Doctores. hæc tamen in sequentibus amplius declarabitur. Si quis ergo in his deficeret, non posset iustam ignorantiam causam allegare, cum ex instituto & præcepto legis christianæ hæc scire obligetur, & ea nescire nullatenus presumatur.

Sic secunda regula: Qui errat in his, quæ sunt fidei ignorantia affectata, & presertim in his, quæ scire debet aut scire presumitur, hæreticus est censendus: nam qui ignorantia affectata errat, ex malitia propria & animi iniquitate errare putatur: immo hic grauius errat, & magis peccat. c. excellētissimus. 1. q. 3. ibi. Aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud quod de studio delinquitur: istudque posterius duobus prioribus strictius esse puniendum. hæc ibi. Si quis ergo vir doctus velut Theologus in his deficeret; quæ scire tenetur, aut scire probabiliter presumitur, hunc non inuaret ignorantie excusatio: saltem quoad penas penitentiales & bonorum confiscationē fugiendas (vt suo loco dicemus) tamen si paratus corrigi, esset recipiendus.

Ignorantia eorum que indirecte spectant ad fidem quælo excuset in tribu-nali inquisitionis.

1. Regula

1. Regula

Sic

3. Regula

Sit tertia regula: Qui errat ignorantia crassa & supina in his que fidei sunt, ac scire debet, nec probabile est ea a fidelibus vel a sue conditionis hominibus ignorari, hereticus etiam censendus est. Huius regule accommodatissima sunt exempla, que commemorat Melchior Canus lib. 1. 2. de locis Theologicis. cap. 10. vers. alteram diuus Thomas. Si quis enim homo etiam de media plebe neget Christum crucifixum, aut vere mortuum, aut vere a mortuis resurrexisse: aut dicat, superfluum esse & vanum orare pro mortuis, nullo premio iustos a Deo affici, nullo supplicio improbos, & his similia. Item si vir in scholastica Theologia diu versatus, contendant Spiritum sanctum a Filio non procedere, aut Patrem, & Filium eiusdem Spiritus duo esse principia, aut non esse tres penitentiae partes, aut Christianis nullo modo esse licitum cum hostibus bellum gerere, aut Episcopum non esse maiorem simplici sacerdote, aut aliud simile, quod vix est credibile nescire Theologos ad Ecclesie eodem fidem pertinere: si quis inquam ita per ignorantiam errare se dicat, hereticus praesumendus est, ac velut talis iudicandus in foro exteriori, nisi forte tam esset stupidus, imperitus, & rusticus, ut iudicibus fidei perspicuum fiat eum omnino prorsus malitia caruisse: talis erat ille, qui dicebat Patrem, Filium & Spiritum sanctum simul incarnatos fuisse, quia legerat illud: Qui natus est de virgine, cum Patre, & sancto Spiritu. Hic. n. in grammatica potius, quam in fide deprehensus fuit errare.

4. Regula

Sit quarta regula: Qui errat in his que fidei sunt ignorantia probabili, praesertim in his, que explicitè credere non tenetur, qualia sunt que indirectè ad fidem spectant, de quibus Eymericus hac questione nu. 3. Item quales sunt multae fidei subtilitates ab haeresi & hereticorum penis excusatur, donec admonitus sit legitime. Nam si post legitimam admonitionem perseueraret, non excusaretur. Hanc assertionem seu regulam tenent omnes illi, quos initio huius commentarii citavi. & praeterea Zanchinus tract. de heret. cap. 2. num. 2. & ubi Campegius, & Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 36. nu. 6. horum frequens exemplum est illud Innocentij in c. firmiter. de sum. tri. & fide catholica. Ut si quis rusticus motus quadam ratione naturali dixisset, quod in diuinis Pater est maior Filio, quoniam in humanis maior est, creditque Ecclesiam ita tenere; vena hic hereticus non est, nisi admonitus in errore persistat. Idem iudicatio de eo, qui asseruit Patrem & Filium duos esse Deos, quem ita defendebat Palacius Rubius in allegatione de haeresi. Ratio vero potissima huius regule est, quoniam rusticus aut idiota, qui ita falso opinatur, opinionem suam credit esse opinionem, aut verius Ecclesie veritatem; nec ea opinio est fides sua, cum ipse fidem Ecclesie teneat. atque hoc est diligenter animaduertendum in hac causa ad excusandos rusticos & idiotas, qui sepe in hos errores facile labuntur. Adieci etiam in regula, Fidei subtilitates: quoniam in his rudes homines & plebei facile labuntur, tamen absque haeresis periculo, in quibus inquit beatus Thomas non esse simplices homines examinandos, nisi cum timetur, ne in eis sint ab haereticis deprauati. 2. 2. q. 2. art. 6. in responsione ad 2. argumentum.

Sit quinta regula: Qui errat ignorantia inuincibili, ab haeresi excusatur. Ioannes Maior lib. 2. sent. dist. 2. q. 2. Simancas de catho. insit. tit. 26. nu. 6. & pauci quidam alij. Voco autem inuincibilem, seu insuperabilem ignorantiam, eam quam homo superare non potuit, postquam diligentem adhibuit sollicitudinem in veritate inuestiganda. Sed ut ingenue fatear quod sentio, hodie post tam apertam Christianae religionis notitiam, & tam late patentem Euangelij promulgationem, & tot Conciliorum, & sanctorum Doctorum lucem, vix in his, que fidei sunt, ignorantia inuincibilis, seu insuperabilis esse potest.

5. Regula

Ignorantia inuincibilis que dicatur.

Sit sexta regula: Qui errat in his, que sunt fidei, qua tamen ipse credere explicitè non tenetur, deceptus ab aliquo viro docto, quem pius & catholicum esse credit, & talis ab alijs communiter habetur, ab haeresi, & hereticorum penis, ac etiam a peccato videtur excusandus: quia putat eam doctrinam sanam esse. ita intelligendum est id, quod dicit Magister sententiarum lib. 4. dist. 30. ca. 1. vers. si quis hereticus. in haec verba: Si quis haeticus nomine Augustini vel Ambrosij alicui Catholico se offerret, eumque ad suae fidei imitationem uocaret: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? non in hereticorum secta, sed in integritate fidei, quam ille haeticus se metuebatur habere. haec tenet Magister, quem sequitur ibidem S. Bonauentura, verb. si quis hereticus. dubio. 2.

6. Regula

Sit septima regula: Idem prorsus sentiendum est, cum filij errant in fide a parentibus seducti, & in errore nutriti: item discipuli a praceptoribus & magistris: subditi ab Episcopis et parochis, aut alijs similibus, praesertim si nondum iudicij compotes erant, aut si erant, in his tamen decepti errant, que explicitè scire non tenentur: nam & hi etiam ab haeresi & hereticorum penis excusantur. Ioannes Lupus Decanus Segonienensis tract. de haeret. quem refert & sequitur Montanus in l. 1. tit. 26. part. 7. q. 14. & hac plane regula videtur apertissima in cap. dixit Apostolus. 2. 4. q. 3. in haec verba: Sed qui sententiam suam quamuis falsam atque peruersam nulla pertinacitate defendit, praesertim quam non audacia suae praesumptionis pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quarunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt inter haereticos deputandi, haec tenet ibi. tales ergo mitissime sunt tractandi, & lenissima est penitentia eis iniungenda.

7. Regula

Quod si quis pro haeresi, aut haeresis suspicionem inquisitus seu captus, talem excusationem proponat dicens, se ita tenere, quia a magistro, ita didicit, cuius opiniones sequi non erat veritum: tunc dissentida est illa questio, An uidelicet sint reputandi haeretici, qui errorem alicuius magistri doctrinam seu opinionem sequuntur: de qua Beatus Thomas quodlibeto 3. quest. 4. art. 10. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quest. 28. art. 2. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 36. nu. 6. in responsione ad 2. argumentum.

Quod si quis pro haeresi, aut haeresis suspicionem inquisitus seu captus, talem excusationem proponat dicens, se ita tenere, quia a magistro, ita didicit, cuius opiniones sequi non erat veritum: tunc dissentida est illa questio, An uidelicet sint reputandi haeretici, qui errorem alicuius magistri doctrinam seu opinionem sequuntur: de qua Beatus Thomas quodlibeto 3. quest. 4. art. 10. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quest. 28. art. 2. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 36. nu. 6. in responsione ad 2. argumentum.

Ecclesia non facit propositiones hereticas aut catholicas, sed solum declarat quales sint.

An veritas vel falsitas propositionum pendeat ab auctore.

QVÆSTIO VIII.

Fidei non posse subesse falsum, sit ne omnibus necessario credendum.

S P M M A R I V M.

- 1. Ratio formalis obiecti fidei est prima veritas.
- 2. Fides nullam continet falsitatem.
- 3. Et hoc omnes explicitè credere oportet.



CTAVA quæstio est: Vtrum credere explicitè; quod fidei non potest falsum subesse, quilibet teneatur?

Ad hanc respondemus iuxta mentem sancti Doctoris Thomae 2. 2. q. 1. art. 3. quod nihil subest alicui potentiae vel habitui, aut etiam actui, nisi mediante ratione formalis obiecti: sicut color videri non potest nisi per lumen, & conclusio sciri non potest nisi per medium demonstrationis.

Dicitur est autem, quod ratio formalis obiecti fidei est veritas prima: unde nihil potest cadere sub fide, nisi in quantum stat sub veritate prima, sub qua nullum falsum stare potest: sicut nec non ens sub ente; nec malum sub bonitate.

Unde relinquatur, quod fidei non potest subesse aliquod falsum. Quod autem prima veritas non habeat admixtam aliquam falsitatem: hoc explicitè est credendum, cum sit pura & summa veritas, quæ est Deus. Nullus enim intellectus concipit, quod Deus dicat mendacium, neque falsum: Non est enim Deus vt homo, ac Filius hominis vt mentiat.

Ergo consequenter credendum est explicitè, quod fidei non potest falsum subesse.

COMMENT. XXIII.

Na est assertio, Fidei nullum potest falsum subesse, quoniam veritate prima nititur. Hec assertio aperte intelligitur ex his, que scribit Beatus Thomas, & ibi Caietanus 2. 2. q. 1. art. 1. ex quibus hanc colligo explanationem, Fides nostra pro obiecto formali Deum habet, quatenus Deus prima veritas est: per primam autem veritatem cum Dionysio in lib. de diuinis nominibus, c. 7. intelligo simplicem & semper existentem veritatem infallibilem, & nusquam mutabilem, aut vel in minimis incertam. Siquis enim querat a nobis, quare credimus Deo; apte respondebimus, quia est ipsa certissima & constantissima veritas: & articulos fidei, & cetera que ad Deum spectant, ideo credimus, quia a prima & infallibili veritate, nempe Deo, reuelata sunt: & propterea ipsa prima veritas, hoc est Deus, dicitur fundamentum fidei.

Hanc tamen Catholicam veritatem nonnulli multis rationibus euertere nituntur, asserentes aliquando Deum, licet non per se, humano tamen Angelicæ ministerio homines sefellisse, quas longa serie numerat Melchior Canus lib. 2. cap. 2. de locis theologicis, & in sequentibus eiusdem abunde satisfact: eas nos libenter omittimus, quia non sunt instituti nostri. Hæc summa esto: Deum neque de potentia absoluta,

Numer. ca. 23. ita: Non est Deus quasi homo, ut mentiat, nec vt Filius hominis, vt mutetur.

Quid nomine primæ veritatis intelligatur.

Deus nec fallit, nec fallitur nunquam.

absoluta, neque de potentia ordinaria mentiri posse, aut quemquam fallere nec per se nec per alium; adeoque hoc verum esse, ut contrarium sit hereticum indicandum. De potentia absoluta Dei loqui mihi videtur Augustinus lib. 1. de symbolo, cap. 1. dum ait: Deus omnipotens est, & cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, mentiri non potest. Et lib. 22. de Civitate Dei. c. 25. dum ait: Sed de omnipotentia eius, quae tot & tanta facit mirabilia, iam multa diximus. Si volunt invenire quod omnipotens non potest, habet, prorsus, ego dicam, mentiri non potest. *hec ille. Quod manifestius mihi expressisse videtur ipse Dominus, quando Luc. 21. ait: Caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. quasi diceret: Vel concidat omne caelum, omnisque natura; divina tamen veritas consistat necesse est. De potentia vero ordinaria res est apertior. ad Romanos 3. Paulus scribit ita: Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Et Num. c. 23. scriptum est: Non est Deus quasi homo, ut mentiat. Quod autem nec per alium, aut hominem aut Angelum fallere quemquam possit Deus, aperte indicat natura mendacij, quod sua natura malum est et peccatum, Deus autem peccati causa non est. Et per ministros suos Deus nunquam fessisset, certe sacrarum litterarum firmitas corrueret, et fidei fundamenta laberentur, dum dubitaretur an in his, vel in illis Deus per administratos suos vera esset locutus, ergo ut has impietates et blasphemias fugiamus, asseramus omnino, nulla ratione Deum nunquam fessisse, aut fallere posse: Et inde colligamus ulterius cum Symerico hac questione: Fidei, quae primam veritatem, hoc est Deum, magistram habet, nullo modo falsum subesse posse.*

b ¶ Nullus enim intellectus concipit, quod Deus dicat mendacium, neque falsum. Atque hoc est certissimum fidei dogma: nam si Deus prima & simplex veritas est, nullum mendacij genus admittit habere potest: veritas enim & mendacium è diametro opponuntur, nec possunt in eodem reperiri subiecto, ut communis habet philosophorum asserio. atque hinc colliges, quam stulte delirarent Armeni heretici, qui mendaciam Deum faciebant, ut refert Prateolus lib. 1. de sectis hereticorum. c. 67. Mendacium enim, quod in viro probò admittente indignum est, in Deo summo bono ponere non reprobantur. Sed eorum dogmata synodus Chalcedonensis cum Eutyche & Dioscòro, (quos Armeni velut duces sequebantur) damnavit.

Q V A E S T I O IX.

De confessione exteriori fidei.

S V M M A R I V M.

1. Praecepta affirmativa pro loco & tempore obligant.
2. Confessio fidei non semper, nec quovis loco est facienda.
3. Quibus in casibus necessaria sit fidei confessio.
4. Et quando sine ulla culpa omitti possit.

Deus nūquam mentitur.

NONA, quaestio est, Vtrum fidei confessio sit necessaria ad salutem, quod ad fidem profitendam quilibet teneatur?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae 2. 2. q. 3. arti. 2. quod ea, quae sunt necessaria ad salutem: cadunt sub praecipis divinae legis: cōfessio autem fidei, cum sit quoddam affirmativum, non potest cadere nisi sub praecipio affirmativo: unde eodem modo est de necessarijs ad salutem, quo modo potest cadere sub praecipio affirmativo divinae legis.

1. Praecepta autem affirmativa, ut supra dictum est, non obligant ad semper, & si semper obligent, obligant autem pro loco & tempore, secundum alias circumstantias debitas, secundum quas oportet actum humanum limitari ad hoc quod sit actus virtutis.

2. Sic igitur confiteri fidem non semper, neque in quolibet loco est de necessitate salutis, sed in aliquo loco & tempore; quādo scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam utilitas promissis impendenda: puta si aliqui interrogatus de fide taceat, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non esset vera, uel alii per eius taciturnitatem auerterentur a fide: in huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis, iuxta illud Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

3. In huiusmodi enim casibus necessitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem suam alijs propalare vel ad instructionem aliorum fidelium, siue ad confirmationem, vel ad reprimendum infidelium infidelitatem: sed alijs temporibus instruere homines de fide, non pertinet ad omnes fideles.

4. Si autem turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta absque aliqua utilitate fidei, vel fidelium, non est laudabile in tali casu fidem publice confiteri: unde Dominus dicit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras spargere ante porcos, ne conuersi dirumpant vos. Sed si utilitas aliqua fidei speretur, aut necessitas adfit, contempta turbatione infidelium, debet homo fidem publice confiteri: unde Matth. 15. dicitur, quod cum discipuli dixissent Domino, quod pharisaei audito eius verbo scandalizati sunt, Dominus respondit: Sinite illos, scilicet turbati: caeci sunt, & duces caecorum.

COMMENT. XXIII.

HAEC quaestio elegantem, utilem, & cognitum necessariam habet materiam, & in primis ad officium sacrae Inquisitionis pertinet. Nos vero quia forte à paucis è nostris est disputata in tractatibus, quos de poenis hereticorum conscripserunt: ideo summa rerum capita ad rem nostram spectantia aperte & dilucide attingemus. Totā autem tractatio duabus potissimum partibus absolvitur.

Prima

Prima erit, An & quando obligemur ad confessionem fidei exteriorem, & quando liceat fidem occultare.

Alterā vero, Nunquid, cum quis quo tempore obligatur fidem profiteri, eam negat, sit hereticus, vel de heresi suspectus, ita ut in hereticorum poenas incidat, aut contra nullam penitus contrahat heresis suspicionem.

Confessio fidei exterior necessaria est ad salutem.

Ex hac quaestione vna potissimum colligitur catholica conclusio, qua dirimitur prima pars disputationis: ea vero huiusmodi est, Confessio fidei est necessaria ad salutem ex vi praecipii affirmativi obligantis pro loco & tempore. Hae autem conclusio de fide est, adeo ut contraria heretica sit, quam probat illud ad Romanos, c. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et illud Matth. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est. Et Luca. 9. Qui me eruberit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. Idem tradit Beatus Augustinus super Ioan. c. 18. tract. 113. & alij, quos paulo post citabimus.

Hinc colligitur vel ex hoc solo capite, hereticos iudicari potuisse Helicisitas, siue Helicisitas, qui affirmabant Christum in tormentis seu in necessitate, ore negari posse sine peccato, dummodo corde crederetur. ut referunt Eusebius lib. 6. Historiae ecclesiasticae, cap. 31. & Nicephorus lib. 5. cap. 24. & Breuiarium Romanum in vita Fabiani Pape: quā heresim refert etiam Symericus infra p. 2. q. 10. vers. septima heresis est.

His ita positis, observandum est ulterius discrimen inter praecipia negativa & affirmativa: nam illa semper & ubique obligant, & ad semper, ut non esse occidendum, non esse Deum negandum, & similia: haec vero, nempe affirmativa, semper, quidem obligant, sed non ad semper, sed pro certis locis atque temporibus. Praeceptum igitur confitendi fidem per actum exteriorem, cum sit affirmativum, non obligat pro quavis temporis differentia, sed ut hoc loco scribit Symericus ex Beato Thoma pro loco & tempore, quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, vel etiam utilitas proximis impendenda, ergo his cessantibus non erit necessarium confiteri, sed & verbis et factis poterit omitti fidei confessio exterior.

Fidem occultare quandoque licet: sed alienam, profiteri nunquam licet.

Ceterum ut haec intelligantur apertius, notanda est doctrina Caietani 2. 2. q. 3. arti. 2. quae & vera est, & communiter recepta, videlicet, aliud esse fidem propriam occultare, aliud vero alienam profiteri: nam fidem propriam occultare, cum nec honor Dei, nec utilitas proximi contrarium postulat, multis modis licet. c. clericis, de vita & honestate clericorum, pro fiteri: autem alienam fidem, vel negare propriam dicendo serio, se non esse Christianum, vel ut edo habitu proprio infidelium praesertim eo, qui in honore idolorum & sectae suae institutus est, nullo pacto licet: quoniam hoc suapte natura malum est, quod nusquam licet admittere, cum haec fieri non possint sine professione cultus illius, quem infideles retinent,

ita scribit et vere Caietanus apud S. Thomam 2. 2. q. 3. ar. 2. et Silvester in sum. verbo, fides. q. 5. nu. 8.

Ex his refellitur opinio Hugonij Archiepiscopi, Ioannis Fantuzzi, & aliorum in c. vtilitatem. 2. 2. q. 2. quos sequitur Geminianus in c. nos in quocumquam. 2. q. 1. & Iason in l. si mora. nu. 4. ff. sol. matr. ubi asserunt excusari forte catholicum si promitteret hereticis, verbigratia Patavensis, se eorum sectam secturum, ut ea cognita, eandem posset confutare, quoniam hoc sua natura malum est, neque exemplis quibus utuntur, eis villo pacto suffragantur: cum neque Iehu 4. Reg. c. 10. idolis Baal sacrificavit, licet velle sacrificare finxerit, ut perfidos sacerdotes interticeret: neque David errorem aliquem alienae sectae fuerit professus, lib. 1. Reg. c. 21. sed solam stultitiam simulaverit coram Rege Achis. Atque hec breuiter dixisse sit satis quantum ad primam disputationis partem attinet.

Sed iam alteri susceptae tractationis caput abfoluamus, Nunquid scilicet is sit putandus hereticus aut de heresi suspectus, vel nullo modo suspectus, qui quo tempore fidem fateri obligatur, eam abnegat, & verbis seu factis aliquid hereticale committit, ut si verbigratia à Turcis quis captus metu mortis abneget Christum, & Mabometem verum esse prophetam confiteatur: aut ad illius Meschitae thos offerat: aut à Lutheranis interceptus compellatur Pape potestatem diffiteri, nullum rem imaginibus honorem exhibere, immo eas conculcare, aut delere cogatur.

Ac primum quidem observandum est duplicem esse coactionem, vnam absolutam, quam recte insuperabilem vocare possumus: alteram vero conditionalem, ut docet glossa communiter recepta in cap. ad eius. in verbo, inuita. dist. 5. & in cap. si quandoque. in verbo, erroris. 1. 5. q. 5. & Albertinus tract. de agnos. assertionibus, quae est. 30. nu. 7. quibus positis, dico plurimum referre, an facta heretica committantur coactione absoluta & insuperabili, ut si quis ligatus & penitus renitens cogatur non per se, sed per alios genua Mabometo flectere, aut circumcidi, aut aliquid huiusmodi horrendum patrare: quoniam hic nullum adesset peccatum, cum nulla eius interueniat voluntas: eatenus enim actus malus peccatum est, quatenus voluntarius est, unde in cap. maiores. extra de baptis. & eius effectu. s. vlt. circa finem scribitur ita: Sicut nec ille notā à cuius reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans, thurificare idolis cogitur violenter. haec ibi. Atque de hoc genere coactionis videtur accipiendum illud lib. 2. Machab. cap. 6. ubi cum esset sermo de vi, quae iudaeis inferebat iussu Antiochi, dicitur ita: Ducebatur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia, & cū Liberi sacra celebrabantur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. haec ibi. De eodē quoque coactionis modo loqui videtur concilium Ancyranum, c. 3. quod paulo post referam: Au vero committantur coactione mixta seu conditionali, ut si quis pro cuiusdā morte aliquod factum hereticale commiserit, ut in praedictis exemplis constat: nam hic proculdubio mortale peccatum committitur, et potius moriendum est, quam id perpetrandum, ut in superioribus

An sit hereticus qui metu compulsi aliquid hereticale committit.

E 2

rioribus

rrioribus ostendimus, & tradunt glossa & doctores precipitatis locis.

Rursus animaduertendum est huius questionis difficultatem totam in hoc consistere, an is metus, quo quis compellitur ad facta vel dicta heretica...

Monet tamen Simancas prefato loco nu. 37. ad hoc ut verisimile sit, eum, qui facta vel dicta heretica admisit, non consensisse, nec hereticum, vel apostatam fuisse...

De coactis, eorumque immunitate, & receptione ad sacram Ecclesie communionem, elegans extat decretum in vetustissimo concilio Ancyrano c. 3. cuius fructu nolui lectorem carere, ita autem habet: Qui fugientes timore persecutionis, comprehensi sunt, vel a familiaribus, seu a domesticis traditi, vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamauerunt se esse Christianos...

A paulo antea absolutam siue insuperabilem vocabamus, in quibus propterea concilium post factum commissum etiam absoluta coactione humilem penitentiam postulat, quia in initio metu persecutionis fugientes deliquisse videbantur, ut agnoscas antiquam et severam Patrum disciplinam in his, quae circa fidem committebantur.

Illis autem, qui non penitus coacti recesserunt, graviorem penam imponit idem concilium Ancyranicum c. 4. in hęc verba: De his qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum cœnauerunt, liqui eorum cum habitu cultiorum ad templum perducti sunt, atque ibi pretiosiori veste adhuc mutata, cœnæ participes facti sunt idolotri, indifferenter sumentes omnia, quae fuerunt appositae: placuit eos inter audientes vno anno constitui, tribus autem alijs annis agere penitentiam: sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari sacramentis, hæc tamen ibi. & concordat concilium Arelatense II. c. 11. verba autem illa: Placuit eos inter audientes constitui, hoc significant, ut velut catechumeni tractentur, ac in rebus fidei per sacerdotes instruantur.

Sed hæc quidem omnia, hos ita coactos non fuisse hereticos demonstrant: num autem hæresis suspicio aliqua contrahatur, & qualis ea sit, à nostris non est perfecte indicatum, nec potest certa regula definiiri, recte tamen admonet Gerson tract. de protest. considerat. 12. tales habendos esse suspectos de heresi vel idololatria, vehementer vel leuiter secundum quod plures causę suspicionem aggrauantes aut minuentes concurrunt, itaque personarum & metus rationem esse habendam puto: nã si metus grauis est, & qui virum constantem commouere possit, plane hæresis suspitionem vel excludet, vel minuit, dummodo cessante metu conuertatur et ingemiscat qui deliquit. sin autem metus leuis erat, aut non metus mortis, sed leuis suffragationis, carceris, famis, & similibus, quę nec vitam adimere, nec membrorum mutilationem asserre suo genere poterant, & persona grauis erat, & causam fidei probe intelligens, quales sunt Episcopi, Clerici, Monachi, Theologi, Nobiles, & similes, si succumbant non effugient saltem vehementem hæresis suspensionem: nam indicare videntur se in fide languere, & parum ei tribuere, dum ob leuem causam ei renuntiant, & tertiarius in corde non obscure præsumunt fidem deseruisse, & contrarium errorem approbasse, postquam leui periculo victi succubuerunt, non ita de feminis, puellis, pueris, aut similibus sentiendū, quos minor metus facilius auerit.

Ergo qui post lapsam statim reuertuntur, recipiendi sunt benigne, & mitissime tractandi, & si in eis nulla hæresis, aut hæresis suspicio orta fuerit, nulla penitentia hereticis aut suspectis conuersis imponi consueta, qualis est abiuratio, aut canonica purgatio, iniungenda erit: sed alie pro modo culpe & qualitate personę, admonebuntur quę suę ignauię & turpitudinis, cum elegerint peccare potius quam Deo obedire. his quales penitentię olim iniungerentur, decreta concilij Ancyrani & Arelatenfis paulo ante relata demonstrant.

An sint de heresi suspicendi qui metu aliqui hæreticalem committunt.

Quid agēdū cum his, qui metu negauerunt fidē, si conuertantur.

Qui

Q V A E S T I O X.

Disputandum ne sit publice de fide.

S V M M A R I U M.

- 1 In disputatione de fide duo consideranda.
2 Disputatio de fide quando cū vitio fiat, & quando cum laude.
3 Coram sapientibus & firmis in fide tutum est disputare.
4 Quo casu coram simplicibus disputandum de fide sit.
5 Et quando ab huiusmodi disputatione abstinendum.
6 Clericis concessa est, & verita laicis disputatione de fide.



ECIMA * quæstio est. Vtrum de fide liceat publice disputare?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomę 2. 2. q. 10. ar. 7. quod in disputatione fidei duo sunt consideranda.

Vnum quidem ex parte disputantis: aliud autem ex parte audientium.

1 Ex parte quidem disputantis est consideranda intentio. Si enim disputet tamquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens, proculdubio peccat tanquam dubius in fide, & infidelis. Si autem disputet aliquis de fide ad confutandum errores: vel etiam ad exercitium, laudabile est.

2 Ex parte vero audientium considerandū est, vtrum illi, qui disputationem audiunt, sint instructi & firmi in fide, an simplices, & in fide titubantes: & quidem coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide: Si tamen coram simplicibus, est distinguendum, quia aut sunt solliciti siue pulsati ab infidelibus, puta Iudæis, vel hereticis, aut paganis nitentibus in eis corrumpere fidem: aut omnino non sunt solliciti super hoc, sicut in terris, in quibus non sunt aliqui infideles.

3 In primo casu necessarium est publice disputare de fide, dummodo inueniatur aliqui ad hoc sufficientes & idonei, qui errores confutare possint. Per hoc enim simplices in fide confirmabuntur, & tollentur infidelibus decipiendi facultas: & ipsa taciturnitas eorum, qui resistere deberent peruertentibus fidei veritatem, esset erroris confirmatio. Vnde Gregorius in 2. pastoralis. Sicut incauta locutio errorum protrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit.

4 In secundo vero casu periculosum est, publice disputare de fide coram simplicibus, quorum fides ex hoc est firmior, quia nihil diuersum audierunt ab eo quod credunt. Et ideo non expedit eis, ut verba infidelium audiant disputantium contra fidem. Non enim debemus disputare de his, quę sunt fidei, quasi de eis dubitemus: sed propter veritatem manifestandam, & errores confutandos. Oportet enim ad fidei confirmationem aliquando cum infidelibus disputare.

E 3 sputare

Qui autem aut tarde reuertuntur, aut leui timore victi succubuerunt, presertim si Prælati sint, Clerici, Monachi, vel Theologi grauius puniendi sunt, & ad abiurationem compellendi propter hæresis suspicionem, quam merito contraxerunt.

Neque his aduersatur Eymericus doctrina par. 2. q. 41. num. 7. & q. 49. num. 5. qui videtur indistincte velle eos, qui metu mortis fidem abnegant inter hereticos esse computandos: quoniam ut in illis locis diximus, illa intelligenda sunt concurrere, quę paulo antea memorauimus.

Quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda, &c. Ad hunc locum comprobandum omnino reuocandum est ad memoriam, singulare illud & omni imitatione & recordatione dignissimum Eleazari exemplum, lib. 2. Machab. cap. 6. qui cum duceretur ad supplicium propterea quod nollet contra legis preceptum carnem porcinam manducare, & illi qui astabant iniqua commiseratione commoti, tollentes eum secreto rogarent afferri carnes, quibus vesci ei liceret, ut simularetur manducasse, sicut tyrannus imperauerat de sacrificij carnibus, ut hoc factu à morte liberaretur: at ille sanctus & grauis sereno constanter respondit in hæc verba: Non enim ætati nostrę dignum est fingere: ut multi adolescentes arbitantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis uitę tēpus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meę feneçtuti cōquiram: nam & si in præsentī tempore supplicij hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vita excedendo, sequectur quidem dignum apparebo: adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro grauisimam, ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. hæc tamen ibi. itaque ad supplicium ductus gloriosa morte occubuit. Ex quibus fit consequens, quod cum honor Deo debitus, aut vtilitas proximorum id postulat, de necessitate salutis est fidem profiteri, Eleazari & multorum aliorum sanctorum exemplo, quos breuitatis gratia consulto omittimus.

Verbum Dei quando prædicandum.

Si autem turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta, &c. non est laudabile in tali casu fidem publice confiteri. Sed hoc videtur refragari præceptoris nostrī legi iubenti, ut doceamus omnes gentes & prædicemus Euangelium omni creaturę. Sed non est ita; tamen si enim omnibus sit prædicandum, non tamen temere id est faciendum, quotiens fides nostra deluderetur, & nulla vtilitas inde speraretur, ut optime hoc loco docet auctor ex Beato Thomā; presertim cum de hac re differens Dominus noster precipiat ne margaritas projiciamus ante porcos: hoc est, ne Evangelicę veritatis thesauros proponamus illis temere, qui aspernaturi sunt eorum vtilitatem.

† apud Thomā ita: Sed circa simplices, &c. † al. intendētib.

† Secundę partis cap. 4.

sputare:quādoque quidem defendendo fidem, secundum illud 1. Petri 3. Parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rationem de ea, que in vobis est spe & fide: Quandoque autem etiam ad conuincendos errantes: secundum illud ad Titum 1. Ut sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Et act. 9. dicitur, quod Saulus inualefcebat & confundeat Iudæos, & quod loquebatur Gētibus, & disputabat cum Græcis.

¶ Vnde talibus de causis disputare de fide clericis litteratis licet: laicis autem, & præsertim illiteratis, non licet. Et ideo Alexander quartus imposuit poenam laicis de fide catholica disputantibus publice vel priuatim. Vnde lib. 6. extra de heret. c. quicumque. §. inhihemus, dicit sic: Inhihemus quoque ne cuiquam laice personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

COMMENTARIVS XXV.

Tota hac questio continetur his septem axiomatis.

Primum est: Disputare de fide de ea dubitando, peccatum est infidelitatis.

Alterum est: Disputare de fide ad eam confirmandam, & ad hereses ei oppositas refutandas, laudabile est.

Tertium est: Disputare de fide ad exercitationem, vt videlicet disputando veritas intelligatur, laudabile quoque est.

Quartum est: Nullum est periculum disputare de fide coram sapientibus in fide firmis.

Quintum est: Necessarium est disputare de fide coram simplicibus & illis, quotiens corrupti sūt in fide, aut deprauati ab hereticis.

Sextum est: Non est disputandum coram simplicibus, de rebus fidei, quotiens illi non sunt in fide infirmi, aut titubantes.

Vltimum est: Clericis licet de fide disputare, laicis vero non licet.

¶ Verum de fide liceat publice disputare.] Hæc questio materiam continet valde vilem, & nostris etiam temporibus frequentem, & propterea cognitu necessariam. In ea more nostro, ommissis ceteris, illa tantum commemorabimus, que instituto auctoris aptantur: cetera, que vel inutilia sunt, vel nimis superflua libenter omittimus.

De hac materia plene scribit Beatus Thomas, & ibidem Caietanus 2. 2. q. 10. art. 7. glossa & Doctores in c. quicumque. §. inhihemus, de heret. lib. 6. Innocen. in c. damnamus. de sum. trin. & fide catho. gloss. & Doctores in cap. nos ad fidem. 96. dist. Alfonso Castrius lib. 1. c. 19. de iusta hereticorum punitione. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 13. Receptorium Inquisitorum, verbo, disputare. Simacas de catho. instr. tit. 20. idem in Enchyridio violata religionis, tit. 3. Siluester in sum. verbo, disputatio. §. 1. & 2. eleganter & erudite Conradus Brunus lib. 3. de heret. c. 12. 13. & lib. 5. c. 4. & lib. 6. c. 8. & alij alijs locis. & quamquam illi rem

Ause tractent, cuncta mihi videntur ad hæc Eymærici axiomata posse reduci, in quibus docet quid sit ex parte disputantium; item ex parte audientium singulariter considerandum: quæ nos suis locis oportune declarabimus. dummodo hoc præmonuerimus, posse quamlibet fidei disputationem iniri aut cum hereticis, aut cum catholicis, de quibus singulis differemus.

¶ Si enim disputet tamquam de fide dubitans, &c.] In hoc primum axioma peccant in primis omnes hæresiarum, qui non disputant ad tuendam & constituendam fidem, sed quæ certa sunt in dubium reuocantes, compellant dicere iuxta animi sui desiderium. Habet locum hoc axioma tunc potissimum, cum iam definita per Ecclesiam in dubium reuocantur, de quo loquitur l. nemo. C. de sum. tri. & fide catho. qui vero ita disputant, heretici iudicandi sunt: quoniam dubius in fide infidelis est. c. dubius. de heret. & tradit eleganter Beatus Augustinus lib. 2. de baptismo contra Donatistas, cap. 3. & refertur in c. quis nesciat. dist. 9. Hoc enim primum in disputatione de fide cauendum est, ne de his suscipiatur, que iam definita sunt ab Ecclesia: talis enim disputatione penitus illicita est, sicut licita erat priusquam definirentur. Ita docet & uere Siculus in Clem. 1. de summa trin. Antonius Butrus in c. cū Christus. de heret. & Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 12. num. 16. Si quid tamen obcurum in iam definitis continetur, de eo disputari poterit, vt ambiguum tollatur, & veritas clarior appareat. glossa, Archidiaconus, & Dominicus in dicto cap. quis nesciat. dist. 9.

B Si autem disputet aliquis de fide ad confutandum errores.] Hoc secundum axioma superiori aduersum est: nam quantum scelus est disputando fidem labefactare, tanta laus est disputando eam tueri, errores refutare, hereticos conuincere, vt vel inuiti & oborto collo loquantur vi argumentorum vlti fateri Evangelicam veritatem. hoc primum ab initio nascentis Ecclesia aduersus hereticos præstiterunt Apostoli, obseruauerunt viri sancti Hieronymus, Augustinus, & ceteri, præstant que quotidie viri pii & catholici tum in concilijs generalibus, tum in priuatis ciuitatibus, & verbo & opere, cum editis libris non minus valide, quam verbis vniuersis loquendo hereses refutant. de quo illustre exemplum extat in l. quoniam. C. de episco. & cler. Hoc Paulus diuinus respiciens, ad Titum c. 1. dixit, oportere episcopum doctum esse, & amplectentem cum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sua, & eos qui contradicunt arguere.

C Sed cū hæc disputatione publice cū hereticis suscipiatur, multa concurrere debent, nempe vt ad doctis suscipiatur, coram doctis peragatur, & vt necessaria ad eam rem obseruentur causa, locus, tempus, modus, & aliæ circumstantiæ, de quibus optime Conradus Brunus lib. 3. de heret. ca. 12. cum seq. nec enim temere suscipienda sunt cum hereticis contentiones: nam vt optime scripsit Terullianus in libro de prescriptionibus hereticorum, ex disputatione cum hereticis suscepta, raro ipsi conuertuntur, immo audaciores & pertinaciores efficiuntur.

D Si autem disputet aliquis de fide ad confutandum errores.] Hoc secundum axioma superiori aduersum est: nam quantum scelus est disputando fidem labefactare, tanta laus est disputando eam tueri, errores refutare, hereticos conuincere, vt vel inuiti & oborto collo loquantur vi argumentorum vlti fateri Evangelicam veritatem. hoc primum ab initio nascentis Ecclesia aduersus hereticos præstiterunt Apostoli, obseruauerunt viri sancti Hieronymus, Augustinus, & ceteri, præstant que quotidie viri pii & catholici tum in concilijs generalibus, tum in priuatis ciuitatibus, & verbo & opere, cum editis libris non minus valide, quam verbis vniuersis loquendo hereses refutant. de quo illustre exemplum extat in l. quoniam. C. de episco. & cler. Hoc Paulus diuinus respiciens, ad Titum c. 1. dixit, oportere episcopum doctum esse, & amplectentem cum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sua, & eos qui contradicunt arguere.

E Sed cū hæc disputatione publice cū hereticis suscipiatur, multa concurrere debent, nempe vt ad doctis suscipiatur, coram doctis peragatur, & vt necessaria ad eam rem obseruentur causa, locus, tempus, modus, & aliæ circumstantiæ, de quibus optime Conradus Brunus lib. 3. de heret. ca. 12. cum seq. nec enim temere suscipienda sunt cum hereticis contentiones: nam vt optime scripsit Terullianus in libro de prescriptionibus hereticorum, ex disputatione cum hereticis suscepta, raro ipsi conuertuntur, immo audaciores & pertinaciores efficiuntur.

F Et quidem coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide.] Hoc quartum axioma illos respicit, quorum gratia suscipitur disputatione, siue coram quibus transigitur: nam si firmi in fide sint, tantum abest, vt

Non licet disputare de fide de dubitando de iam de finitis per Ecclesiam.

Laudabile est disputare de fide ad confutandos errores.

tur: firmi in fide fatigantur, infirmi capiuntur, & medijs cum scrupulo dimittuntur. & Augustinus contra Faustum Manicheum lib. 13. cap. 12: optime monuit hereticos non amare disputationem, sed cum ad eam venerint, impudentissima pertinacia quoquomodo superare contendunt, postremo quales sint hereticorum fraudes, & quomodo subtilibus interdum fallacijs disputando simplices capiant, eleganter docuit idem Augustinus super Ioannem ca. 1. tract. 1. circa finem, vbi scribit, quæ fraude Manicheus induxerit quendam fateri argumentando corporalia non à Deo, sed à diabolo fuisse creata.

G ¶ Vel etiam ad exercitium laudabile est.] Tertium hoc axioma catholicos solum respicit, qui sepe de rebus fidei secum disputant, vel inter se intra priuatos parietes, vel publice in scholis: ceterum in hac disputatione, tametsi in bonum finem referatur, ea sunt obseruanda, que monuit Alfonso Castrius lib. 1. cap. 19. de iusta heretico. punitione, videlicet ne heretice, scandalo se, aut aliæ eiusmodi propositiones causa exercitationis inquam defendatur, id quod retulisse videtur Leo decimus in Bulla incipiente, Exurge Domine. relata in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio inquisitionis, cum sepe contingat homines rudiores persuadere sibi id posse defendi, quod publice in scholis vident à viris doctis disputari. Ac ne illa quidem disputanda sunt, que propter subtilitatem & difficultatem populi audientis vires excedunt, qualia sunt multa de prædestinatione, libero arbitrio, & similibus: in his enim rudes homines sepe difficultatem aduersi argumenti percipiunt, solutionem autem non facile capiunt, vt ait Caietanus secunda 2. quest. 10. art. 7. inde discedunt dubij, & interdum euadunt heretici. Sed his incommodis facile occurreret qui disputationibus præsumunt, aut publico munere funguntur, ne videlicet talia absque necessitate & incompetenter disputari permitant.

H Illud postremo in his disputationibus catholicorum obseruandum est, ne quid irreligiose dicatur, ne scommata aut dicta scurriliter proferantur, ne quid superbe ad inanem gloriam asseratur: sed omnia in eum finem dirigantur, vt veritas in obscuris, & Dei gloria potissimum queratur.

Iam que de vanis, incertis, & periculosis propositionibus non disputandis proxime docui, cū agitur de rebus diuinis & ad fidem spectantibus; eadem intelligenda sunt & obseruanda ab alijs artium professoribus, veluti philosophis, medicis, & mathematicis: ab his enim occasione eius auctoris quem profitentur, nullo modo disputanda sunt que cum fide pugnant ea vel asserendo, vel in dubium reuocando: sed circa ea obseruandum est id quod cauit Leo decimus Pont. Max. in concilio Lateranensi sessio. 8. rescripto incipiente: Apostolice religionis, Quod est in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctissime inquisitionis.

J Et quidem coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide.] Hoc quartum axioma illos respicit, quorum gratia suscipitur disputatione, siue coram quibus transigitur: nam si firmi in fide sint, tantum abest, vt

Nullum sit periculum, immo magis in fide confirmatur, cum per disputationem veritas magis elucescat, & diuinorum mysteriorum cognitio clarius pateat.

K ¶ In primo casu necessarium est publice disputare de fide.] Hæc quinta præceptio etiam ad audientes refertur: tunc enim necessarium est coram rudibus disputare, cum illi ab hereticis male persuasi sint in his, que ad fidem spectant; id quod sepe contingere docet rerum experientia: nam per hanc disputationem simplices in fide confirmabuntur, & hereticis præcludetur omnis fallendi via. Verum in hac disputatione nonnulla etiam obseruanda sunt. Primum, vt per viros idoneos & litteratos transigatur, qui sint in Philosophia & Theologia probe versati, vt sciant aduersariorum rationes discutere, & refellere, & contrarias veritates optimis argumentis roborare, vt ait Caietanus 2. 2. quest. 10. art. 7. neque enim ita est agendum vt in dubium reuocentur catholice veritates, sed vt firmissime statuatur, & aduersarij conuincantur, iuxta doctrinam traditam per Ioannem Imolensem in cap. damnamus. de summa trinitate & fide catho. quam sequitur Alberti. de agno. assert. q. 13. num. 21.

Liam præter eruditionem illi etiam deligendi essent ad hoc munus subeundum, qui vita probati, in corruptis moribus, aut sanctitate conspicui essent, quibusque à populo multum tribuatur: nam illorum sermones efficaciores sunt ad persuadendum, quorum vita, dicta eorum comitatur. Difficiliter enim poterit litteratus rudibus labe hereses infectis persuadere, simplicem fornicationem esse peccatum, si eum noscant meretricio turpem vitam ducere: nam cuius vita despicitur, consequens est, vt eius predicatio contemnatur, vt dicit Benedictus XI. in extrauagan. inter cunctas. §. Verum quia. tit. de priuileg. inter communes. Denique is etiam esset ad congregandum eligendus, qui nunquam de fide male sensisset, aut per Inquisitores fuisse vel inquisitus vel punitus: nam horum etiam sermones propter veteris peccati recordationem inualidiores videntur ad persuadendum.

M ¶ In secundo vero casu periculosum est publice disputare de fide coram simplicibus.] Penultima hæc præceptio etiam ad audientes refertur, quibus, si nullas hereses audierint, nullarum est recordatio proponenda, ne instigante Satana discant dubitare de eo, quod antea firmiter credebant; quoniam vt paulo antea dicebamus, difficultates et obiectiones contra fidem melius à rudibus percipiuntur, quam intelligantur eandem difficultatum solutiones.

N ¶ Laicis autem, & præsertim illiteratis non licet.] Postremum hoc axioma à quibus sit de fide disputandum docet: nam clericis licet, laicis non licet, quemadmodum & de predicando verbo Dei iura disponunt. cap. cum ex iniuncto, & cap. sicut in vno. de heret. & dixi plene infra par. 2. super cap. cum ex iniuncto.

O Sed illud est hic inquirendum, an prohibeatnr indistincte omnibus laicis de fide disputare? Ac iura quidem vbique inhihent indistincte laicis personis,

In disputatione de fide suscepta ad infirmos confirmandos, quid obseruandum.

Quo laicis sit prohibitum de fide disputare.

ne publice vel privatim de fide disputare audeant. A
 c. 2. §. in hibernis. de heret. lib. 6. c. cum ex inuncto.
 & c. sicut de heret. l. nemo. C. de sum. trin.
 Et Caietanus apud Beatum Thomam 2. 2. q. 10.
 art. 7. occurubat huic dubitationi dicens, ideo dis-
 putare de fide laicis prohiberi, quoniam ut pluri-
 mum laici sunt illiterati: leges autem de illis ser-
 vantur, quae communiter contingere solent. l. nam ad ea.
 ff. de legibus si tamen reperirentur laici literati,
 possent de fide disputare, quotiens is casus occurre-
 ret, unde non prohibentur a praelatis quin laici de fi-
 de disputent.

Albertinus vero tract. de agnos. assert. q. 13. n.
 5. & seq. auctoriter asserit laicos indistincte prohibe-
 ri disputare de fide, non quia illiterati sunt, sed quia
 laici sunt, cum proprie & vere loquendo laicus is in
 iure dicatur, qui clericus non est, siue sit literatus,
 siue illiteratus: & quemadmodum iura prohibent
 etiam laicos literatos praedicare, ut dixi infra par.
 2. super dicto cap. cum ex inuncto, ita etiam pro-
 hibent eisdem de fide catholica disputare, atq; hac
 quidem sententia de iure verior mihi videtur.

Verum ut haec aptius intelligantur, sciendum
 est bifariam suscipi posse disputationem de fide. Pri-
 mo serio vel cum hereticis, vel inter catholicos ad
 discernendum aliquid, quod ad fidem pertineat; &
 hoc modo omnibus laicis inhiberi non est disputare de
 fide: visum est enim has disputationes de rebus sa-
 cris suscipiendas per ecclesiasticas & sacras quo-
 que personas esse transigendas: hinc videmus in co-
 cilijs, in quibus causa fidei tractantur, & multa
 prius disputatione praecedenti examinantur, laico-
 rum partes, aut nullas unquam, aut raras fuisse:
 indignum enim videtur presentibus Dei sacerdoti-
 bus, laicos de fide tractare: si tamen alicuius laici
 insignis esset eruditio (ut plerumque contingit) non
 esset tunc absurdum eum serio audire de fide dispu-
 tantem, praesertim casu necessitatis, ut in partibus
 propinquis haereticorum terris: tunc enim laicus
 possit disputare, neque haec perverterent communem
 legem inhibentem laicos ne praedicent, cum sint ca-
 sus singulares, & necessitas legem excludat. Secun-
 do potest suscipi disputatio de fide, non serio, sed si-
 ple, nempe honoris & exercitationis causa, qua ra-
 tione non est prohibendum laicis disputare, ut opti-
 me admonet Caietanus apud Thomam 2. 2. quest.
 10. art. 7.

Ex omnibus supradictis haec summa colligitur,
 omnem de fide disputationem tribus de causis sus-
 cipi posse: aut ut simpliciores in veritate instruan-
 tur & confirmantur, impij vero convicti reduncan-
 tur, deceptique ab illis, ab erroribus liberentur.
 Secundo ut de vero scripturarum sensu disceptetur,
 non revocando in dubium iam definita & sancita
 per Ecclesiam, sed dubia in eis reperta declarando.
 Tertio ut controuersia dogmatum inter catholicos
 & haereticos componantur. Ex quibus duo postre-
 ma per maiores Ecclesiae iudices sunt absoluenda:
 primum vero per inferiores catholicos ecclesiasti-
 cos potest transigi, ubi ea sunt obseruanda quae
 eruditae tradit Conradus Brunus
 lib. 3. de haeret.
 cap. 12.

Quot modis
 suscipiantur
 disputationes
 de fide.

Omnis dis-
 putatio de fi-
 de tribus de
 causis susci-
 pitur.

Q V A E S T I O X I.

De probatione mysteriorum fidei per rationes.

S V M M A R I U M.

- 1 Ex creaturis in Dei notitiam natura nos ducit.
- 2 Haec vero unitatem essentiae, non personarum di-
 stinctionem ostendunt.
- 3 Fidei bifariam derogat qui naturae ratione eius
 mysteria probare conatur.
- 4 Probanda sunt ergo auctoritatibus, & c.
- 5 Nec trinitatis, nec Domini incarnationis my-
 steria possunt naturali ratione demonstrari.
- 6 Quae arte & modo sit cum hostibus fidei dispu-
 tandum.
- 7 Quae contra fidem opponuntur, vera esse ne-
 queunt.
- 8 Rationes quae a Sanctis afferuntur quales sint.
- 9 Quod ab uno scitur, contingit ab alio credi, su-
 pra etiam nu. 7.
- 10 Rationes pro fide quomodo illius meritum non
 imminuant.



M NDECIMA questio est,
 Vtrum derogat fidei, & conse-
 queater liceat fidei asserere, qd
 ad probandum mysterium Trini-
 tatis, & cetera quae sunt fidei, pos-
 sunt adduci rationes naturales demonstratiuae ne-
 cessariae, & cogentes?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Tho-
 mae in diuersis eius dictis. Primum namque in pri-
 ma parte summa, q. 32. ar. 1. dicit sic:

- 1 Respondeo, quod impossibile est per rationem
 naturalem ad cognitionem Trinitatis diuinarum
 personarum peruenire. Ostensum est enim su-
 pra, quod homo per rationem naturalem in co-
 gnitione Dei peruenire non potest, nisi ex crea-
 turis: creaturae autem ducunt in cognitionem
 Dei, sicut effectus in causam. Hoc igitur solum
 ratione naturali de Deo cognosci potest, quod
 competere ei necesse est, secundum quod est
 omnium entium principium. Et hoc funda-
 mento vti sumus supra in consideratione Dei.
 Virtus autem causatiua Dei est communis
 toti Trinitati, unde pertinet ad unitatem essentiae,
 non ad distinctionem personarum.
- 2 Per rationem igitur naturalem cognosci pos-
 sunt de Deo ea, quae pertinent ad essentiae unita-
 tem: non autem ea, quae pertinent ad distinctio-
 nem personarum.
- 3 Qui autem nititur probare Trinitatem perso-
 narum ratione naturali, fidei dupliciter derogat.
 Primo quidem quantum ad dignitatem ipsius fi-
 dei, quae est, ut sit de rebus inuisibilibus, quae ra-
 tionem humanam excedunt, unde dicit Apof. ad
 Heb. 1. quod fides est de non apparentibus. Se-
 cundo quantum ad vtilitatem trahendi alios ad
 fidem. Cum enim aliquis ad probandum fidem
 inducit rationes, quae non sunt cogentes, cadit in
 irrisionem infidelium. Credunt enim quod hu-
 iusmodi

S. Anto. 4. p.
 tit. 8. c. 1. §. 1.
 & 2.

Alberti de
 agno. a. h. q.
 13. n. 26. adde
 citatos in
 princ. h. q.
 12. c. 1. §. 1.
 & 2.

† q. 12. ar. 12.
 tal. creatura.

iuismodi rationibus innitatur, & propter eas cre-
 damus quae sunt fidei.

4 Ea igitur, quae fidei sunt, tentanda non sunt
 probari, nisi per auctoritates his, qui auctorita-
 tes suscipiunt: apud alios vero sufficit defende-
 re non esse impossibile quod praedicat fides.
 Vnde Dionysius dicit 2. cap. de diu. nomi. Si ali-
 quis est, qui totaliter eloquiis resistit, longe erit
 a nostra philosophia: sed si ad veritatem elo-
 quiorum, scilicet sacrorum, respicit, hoc etiam
 nos canone utimur: unde dicit Hilarius de tri-
 nitate. Non putet homo intelligentia sua generatio-
 nis sacramentum posse consequi. Ambrosius et
 etiam dicit, impossibile est generationis scire fe-
 cretum: mens deficit, vox silet.

† lib. 1. non
 loqe à prin-
 cipio.
 † lib. 1. de fi-
 de, cap. 5.

5 Et si non potest probari per rationem natura-
 lem mysterium Trinitatis, consequenter nec pos-
 sunt probari per rationem naturalem mysteria
 Filij Dei Patris: utpote, quod Dei Filius fuerit
 incarnatus, passus, mortuus, & sepultus: & sic
 de alijs Christi mysterijs, & Ecclesiae sacramen-
 tis: quae sacramenta omnia fluxerunt à Dei Filio
 Domino Iesu Christo.

6 Secundo eadem parte, quae 1. artic. 8. di-
 citur sic: Sacra doctrina cum non habeat supe-
 riorem, disputat contra negantem sua princi-
 pia, arguendo quidem si aduersarius aliquid
 concedit eorum, quae per diuinam reuelatio-
 nem habentur; sicut per auctoritates sacræ do-
 ctrinae disputamus contra haereticos, & per v-
 num articulum contra negantes alium. Si ve-
 ro aduersarius nihil concedit eorum, quae diuini-
 tus reuelantur, non remanet amplius via ad pro-
 bandum articulos fidei per rationem: sed ad sol-
 uendum rationes, si quas inducit contra fidem.

7 Cum enim fides infallibili veritati innita-
 tur, impossibile autem sit de vero demonstrari
 contrarium: manifestum est, probationes, quae
 contra fidem inducuntur, non esse demonstra-
 tiones, sed solubilia argumenta. Et infra eam-
 dem parte q. 2. art. 2. in solutione 1. argumenti
 dicitur sic: Deum esse, & alia huiusmodi, quae per
 rationem naturalem nota possunt esse de Deo,
 ut dicitur Rom. 1. non sunt articuli fidei, sed
 praambula ad articulos. Sic enim fides praesup-
 ponit cognitionem naturalem, sicut gratia natu-
 ram, & ut perfectio perfectibile: nihil tamen
 prohibet illud, quod per se demonstrabile & sci-
 bile est, ab aliquo accipi ut credibile, qui demon-
 strationem non capit.

† Idem dicit
 conciliū La-
 teranen. sub
 Leone X. ses-
 sio 8. in de-
 creto inco-
 nuen. A. polo-
 lici regimi-
 nis.

8 Tertio 2. 2. q. 1. art. 5. in solutione secundi ar-
 gumenti, dicitur sic: Dicendum, quod rationes,
 quae inducuntur à sanctis ad probandum ea, quae
 sunt fidei, non sunt demonstratiuae, sed persua-
 siones quaedam manifestantes non esse impossi-
 bile quod in fide proponitur: vel procedunt ex
 principiis fidei, scilicet ex auctoritatibus sacræ
 scripturae: sicut Dionysius dicit 2. cap. de diu.
 nomi. Ex his autem principiis ita probatur ali-
 quid apud fideles, sicut etiam ex principiis na-
 turaliter notis probatur aliquid apud omnes.
 Vnde etiam Theologia scientia est, ut in princi-
 pio operis dictum est.

9 Et in solutione argum. 3. dicitur: Ea quae de-
 monstratiue probari possunt inter credenda nu-
 merantur: non quia de ipsis sit simpliciter fides
 apud omnes, sed quia praerogantur ad ea, quae
 sunt fidei, & oportet ea saltem per fidem praesup-
 poni ab his, qui eorum demonstrationem
 non habent. Et infra ead. parte q. 2. art. 10. in so-
 lutione 2. argumenti dicitur sic: Dicendum, quod
 rationes, quae inducuntur ad ea, quae sunt fidei,
 non sunt demonstrationes, quae in uisionem in-
 telligibilem intellectum humanum reducere
 possint: Et ideo non desinunt esse non apparen-
 tia, sed remouent impedimenta fidei, osten-
 dendo non esse impossibile quod in fide propo-
 nitur.

10 Vnde per tales rationes non diminuitur me-
 ritum fidei, nec ratio fidei: sed rationes demon-
 stratiuae inductae ad ea, quae sunt fidei praem-
 bula, non tamen ad articulos, & si diminuant
 rationem fidei, quia faciunt esse apprensibile il-
 lud, quod proponitur: non tamen diminuant
 rationem charitatis, per quam voluntas est
 prompta ad illud credendum, etiam si non ap-
 pareret. Et ideo non diminuitur ratio meriti.
 Ea autem quae repugnant fidei siue in confi-
 deratione hominis, siue in exteriori persecutio-
 ne, in tantum augent meritum fidei, inquan-
 tum ostenditur voluntas magis prompta & fir-
 ma in fide. Et ideo martyres maius meritum fi-
 dei habuerunt non recedentes à fide propter per-
 secutiones: & etiam sapientes maius meritum
 fidei habent non recedentes à fide propter ra-
 tiones philosophorum, vel haereticorum contra
 fidem inductas. Sed ea quae conueniunt fidei
 non semper diminuant promptitudinem volun-
 tatis, ad credendum: Et ideo non semper dimi-
 nuunt meritum fidei.

† Hæc quæ
 nunc sequi-
 tur, habet
 beatus Tho-
 mas 2. 2. q.
 2. art. 10. ad
 3. argumcn.

Q V A E S T I O X I I.

De protestatione facta ab errante cir-
 ca fidem.

S V M M A R I U M.

- 1 Credibilia in triplici sunt differentia.
- 2 Primi ordinis credibilia fidelis quisq; nosse debet.
- 3 Minoribus quæ notitia de articulis fidei suf-
 ficiat.
- 4 Mediocres quam scire oporteat.
- 5 Maiores plura scire tenentur, quam alij.
- 6 Quò maiorem gradum quis obtinet, eò plura
 sciat oportet.
- 7 Credibilia secundi ordinis: & quomodo hæc cre-
 dere sit necessarium.
- 8 Ab omnibus credendum est vera esse quæcum-
 que in sacris litteris continentur.
- 9 Credibilia tertij ordinis: et de ijs quid oporteat
 credere Simplices.
- 10 Quid Mediocres, ut Clericos, Curatos, Reli-
 giosos.
- 11 Quid Maiores, ut Inquisitores, & Episcopos.
- 12 Protestatio generalis non prodest neganti quæ
 scire tenetur.

- 13 Prodest autem neganti ea, quæ non tenetur explicite credere.
- 14 Qui ab Inquiretore satis instructus renuit veritatem catholicam amplecti, sua protestatione non adiuvatur.
- 15 Cauti sint Inquiretores, et perspicaces in discernendis hereticorum fallacijs.



VO DECIMA quæstio est, Vtrum asserens & protestans, quod credit omne illud quod credit & profitetur sancta mater Ecclesia; negat tamen explicite aliquem fidei articulum, seu aliud ad fidem pertinens; an talis protestatio generalis ei sufficiat ad salutem, & adiuuet protestantem?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomæ in 3. sententiarum dist. 25. & in 2. 2. q. 1. & 2. in pluribus locis, quod credibilia sunt in triplici differentia. Primo namque sunt quedam, quæ per se, & directe sunt credibilia: ut pote: quia sunt totius nostræ fidei Christianæ principia prima, & fundamenta: & ista sunt articuli fidei, quæ sunt totius nostræ credentiæ rudimenta.

2 Et hæc tenetur quilibet fidelis credere explicite; in genere tamen, ut scilicet credat quod omnes articuli in generali, & quilibet in speciali sint veri, & nullus eorum est falsus. Explicite autem articulum vnum ab alio scire distinguere, & quemlibet singillatim & distincte explicite credere non tenetur omnis: sed quilibet secundum magis & minus, prout congruit eius statui & officio, cui præest, & in quo est.

3 Nam minores inferiores, etiam simplices, ut communes laici tenentur ad credendum explicite Christi humanitatis mysteria: quæ sunt via pertingendi ad beatitudinem, & salutem: Quia ve dicitur Act. 4. Non est aliud nomen sub celo, nisi Christi, datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: propter quod tenentur explicite credere Christi mysteria, præsertim illa de quibus solemnizat Ecclesia: utpote, quod Dei Filius fuit conceptus de Spiritu sancto, in Maria semper virgine incarnatus: quod fuit de virgine natus, quod fuit passus, mortuus, & sepultus, quod descendit ad inferos, quod resurrexit tertia die, quod ascendit ad cælum, & quod ad iudicium est venturus. Et cum non possit credi explicite, quod Dei Patris Filius fuerit de Spiritu sancto incarnatus, absque credentia Dei Patris, Dei Filij, & Dei Spiritus sancti, & per consequens Trinitatis: ideo omnes, etiam simplices, tenentur credere explicite Trinitatis mysterium, hoc est, quod sunt tres personæ diuinæ, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Vnde Matth. ult. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Et de huiusmodi explicita credentia Trinitatis examinatur quilibet in baptismo. Inter laicos etiam simplices est gradus assignare: quia ad amplius credendum tenentur laici litterati, quam illiterati. Et inter illiteratos ad ampliora

† al. pertinendi

A credenda tenentur illi, quorum auribus Dei verbum in Ecclesia quotidie prædicatur, quam rustici, qui rarius audiunt verbum Dei: sed omnes tenentur ad articulos humanitatis, & etiam Trinitatis.

4 Mediocres vero, ut clerici, & curati, ac omnes religiosi, quorum est verbo, vel facto de credendis, & agendis simplices erudire, tenentur ad explicitam credentiam cuiuslibet articuli singillatim, & ad aliqualem articulorum declarationem, & ad credentiam extensioem: non æqualiter tamen; sed secundum magis & minus, prout congruit eorum officio, cui præstant.

B Nam ad plus tenentur clerici curati, quam non curati: & ad plus religiosi, quibus incumbit ex officio verbum Dei clero & populo prædicare, & confessiones audire, quam religiosi, quibus hoc non incumbit. Quare subtilitates & considerationes circa mysteria Christi incarnationis, & passionis, & huiusmodi, tenentur mediocres magis & minus explicite credere, secundum quod conuenit statui vniuscuiusque.

5 Maiores autem, utpote Prælati Ecclesiæ, & Rectores, Magistri sacre Theologiæ, & Doctores, quorum est mediocres per se, & eis mediantibus, minores & simplices erudire: Sicut Angeli primæ hierarchiæ, & his mediantibus, illos tertiæ & inferiores illuminare, ut dicit Dionysius 12. de cælesti hierarchia: Isti enim superiores in Ecclesia, & maiores magis expressam fidem & cognitionem tenentur habere de omnibus & singulis fidei articulis, & Ecclesiæ sacramentis, & eorum declarationibus, & expositionibus, ac fidei subtilitatibus. Vnde 1. Petri 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est spe. Non æqualiter tamen:

6 Nam ad plus tenentur Pontifices, quam Abbates, cum sint superiores: & ad plus prauitatis hereticæ Inquiretores, quam Magistri & Doctores, cum sint fidei iudices: & plus quam omnes, summus Pontifex; ad quem pertinet ea quæ sunt fidei sententialiter determinare inconcussa fide: & ad quæ sunt maiores & difficiliiores quæstiones fidei & Ecclesiæ deducendæ, ut habetur in decretis dist. 44. † Vnde Dominus dicit Petro, ut patet Lucæ 22. quem summum Pontificem constituit, Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.

7 Secundo sunt quedam credibilia, quæ directe, & per se non sunt credibilia, sed potius indirecte: quia ad eorum negationem & corruptionem sequitur negatio & corruptio fidei articulorum omnium, ut sunt illa alia à fidei articulis, quæ in sacra scriptura, hoc est in libris canonicis, seu in Biblia continentur: cum ab Ecclesia approbentur: De quibus dicit Augustinus † ad Hieronymum. Solum, inquit, eis libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, ut nullum auctorem eorum scribendo errasse aliquid firmissime credam: alios autem ita lego, ut licet sanctitate polleant, non ideo verum

† Non habetur ibi, sed in cap. quod dicitur 24. q. 1. & in ca. maiores, extra de baptis. & eius effectus.

† Augustinus ad Hieronymum epistola 19. refertur in cap. ego solus dist. 9. inde emendandum est hoc fragmentum, quod multis omisissis refert hic Eymericus.

rum putem, quia ipsi ita scripserunt. Et ista credibilia, quæ ita continentur in sacra scriptura, à fidei articulis alia: ut pote, quod Abraham duos filios habuit: vel, quod Ioseph sponsus Mariæ fuerit, & similia, non tenentur quilibet explicite credere talia singillatim, sed solum tenentur credere implicite in præparatione animi, ut sit paratus credere quicquid in diuina scriptura continetur: attamen tunc tenetur quilibet explicite credere, quando ei constiterit, quod in diuina scriptura talia continentur; & per illum vel illos, ad quem vel quos pertinet, deductum fuerit coram eo.

8 Vnde quilibet tenetur explicite credere, quod omnia quæ sunt in sacra scriptura, sunt vera: quia diuinitus reuelata. An autem ista vel illa in sacra scriptura contineantur (loquendo de alijs à fidei articulis) tenentur isti vel illi, magis vel minus scire; & per consequens illa credere, prout eorum statui & officio congruit, ut de primis credibilibus fuit dictum.

9 Tertio sunt quedam credibilia alia, quæ nec sunt fidei rudimenta, nec clare ponuntur in dicta sacra scriptura: sed sunt per Ecclesiam ex illis, aut istis deducta, ut fidei consona, ac determinata, ut de fide credenda, utpote quod Spiritus sanctus procedat à Patre & Filio vnica spiratione, & non duabus: & ab eis tanquam ab vno principio, non duobus: ut habetur de sum. trin. & fid. catho. c. fidelis. † Et quod Dominus Iesus habuit aliqua cum Apostolis in communi: ut in extrauaganti, Cum inter nonnullos. † & similia: Et huiusmodi credibilia per sanctam Ecclesiam determinata & approbata, ut fide tenenda, non tenentur minores explicite credere: sed bene implicite, & in animi præparatione, ut credant omne id verum esse & fide tenendum, quod ut fide tenendum est per Dei Ecclesiam approbatum.

† lib. 6.

† Ioan. xxij. de verb. sig.

10 Mediocres autem, qui, ut prædicitur, habent simplices erudire, tenentur aliqua de huiusmodi credere explicite; non tamen omnia talia credibilia singulariter, nec omnes aequaliter, sed secundum quod congruit eorum statui, & eruditioni, quæ habent simplices informare: Ut omnes tenentur explicite credere, quod animæ iutorum decedentium, qui non peccauerunt, ut paruulorum: vel si peccauerunt, hic vel in purgatorio plene satisfecerunt, euolauerunt ad cælos, extremo iudicio minime expectato: iuxta Ecclesiæ determinationem, ut de fide factam, ut in extrauaganti Benedicti XI. quæ incipit, Benedictus. † Sed Curati & Religiosi, quibus incumbit ex officio prædicare, & confessiones audire, tenentur explicite credere, quod vsura est peccatum iuxta determinationem ut de fide factam. extra de vsuris, Ex graui. † & similia.

† Videre notata super hac extrauaganti, quam pat. 2. refert Eymericus. † In Clem. 5. sane.

† Al. Episcopi.

11 Maiores autem, & præsertim Inquiretores hareticæ prauitatis Pontifices, † & maxime Pontifex summus, tenentur credere explicite credibilia omnia talia, per Ecclesiam ut fide tenenda determinata, & approbata: cum eis incumbat

ex officio, eos, qui huiusmodi de fide factas per Ecclesiam determinationes non admittunt, seu eis non credunt, vel contradicunt, punire & sententialiter iudicare. Patet igitur de tribus credibilibus antedictis, & qui tenentur, vel non ad explicitam credentiam eorundem.

12 Nunc igitur ad quæstionem, de qua quæritur, Respondemus, quod taliter asserens & protestans in genere, sed negans in specie, vel negat id, quod ipse explicite tenetur credere, vel non. In primo casu talis protestatio generalis non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem. Vnde si simplex laicus protestetur ut esse dictum, negat tamen expresse Dei Filium esse incarnatum, vel passum, cum hoc teneatur explicite credere, talis protestatio non iuuat eum. Eodem modo si hæreticus † protestetur, ut prius: negat tamen expresse & deliberate Spiritum sanctum procedere à Patre, & Filio, ut ab vno principio, & vnica spiratione: seu Dominum Iesum Christum habuisse aliqua cum Apostolis in communi; talis protestatio non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem: & præsertim si taliter protestans negat vocatus coram fidei iudice cum † pertinacia: tunc enim negotium quamplurimum aggrauatur.

† al. Curatus

† al. & pertinacia subsequatur. † al. sim illi.

13 In secundo vero casu, quando scilicet protestans taliter, ut est dictum, negat illud, quod explicite credere non tenetur: dicimus, quod si negat, non coram iudice fidei; seu si coram eo, antequam per eundem sit informatus, quod istud quod negat, sit contra fidem, paratus tamen credere, ut per eundem fidei iudicem fuerit informatus: in quolibet casu talis protestatio ei sufficit ad salutem, & adiuuat protestantem: & causa est, quia ad amplius non tenetur. Vnde Augustinus ad Glorium, & Eleusium, & habetur transumptiue 24. q. 3. † Qui sententiam suam quamuis falsam, atque peruersam, nulla pertinaciam animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepere- runt, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt; quærun autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.

† cap. Dixit Apostolus.

14 Si autem negat coram iudice fidei, postquam est per eundem iudicialiter informatus, quod illud, quod negat, est contra fidem, & adhuc in tali negatione pertinaciter, & contumaciter perseverat; talis protestatio generalis sic protestanti non sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem: immo reddit eundem hæreticum pertinacem, quamdiu in negatione huiusmodi perseverat, iuxta c. Ad abolendam. §. presentis extra de hæreticis. & iuxta c. Super quibusdam. extra de verbo. sign. Vnde August. contra Manichæos, & recitatur 24. q. 3. † Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid paruumque sapiunt; si correpti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici sunt. Tales enim heretico- rum

† cap. Qui in Ecclesia.

corum protestationes, quo animo dicantur, prudenter est a fidei iudicibus indagandum: nam ut dicit Hieronymus in epistola ad Pammachium, Frequenter haeretici dum coguntur subscribere; ne de Ecclesia expellantur, suum errorem palliant fictis verbis, & ea temperant, & ordine vertunt, ut catholicam credantur tenere sententiam: & quam se tenere fictis verbis simulat, corde negant: & quod sermone coguntur dicere, mente damnant: et si quando aperta blasphemia publice auribus fuerit reuelata, & viderint contra se audientium turbam circumferere, tunc simplicitate simulata dicunt audiuisse se primum, & magistrum dicere nesciunt: cumque eorum scripta tenentur, voce negant, quod litteris profiterentur.

15 Et ideo cum tenentes doctrinam haereticam protestantur, quod non intendunt dicere contra fidem, & Ecclesiam determinationem; non faciliter tali protestationi est standum; sed subtiliter inquirendum, ne haereticorum decipiat disciplina: quoniam frequenter repertum est, quod asserunt fidem esse, quod ipsi credunt, & suam sectam dicunt Ecclesiam, ut dicit Augustinus contra Donatum. Vnde cum catholicus audit fidem & Ecclesiam; intelligit fidem catholicam, & Ecclesiam Romanam: haeticus vero intendit fidem, suam haesim; & Ecclesiam, suam sectam; contra quam dicere non intendit.

COMMENT. XXVI.

Omissa questione XI. In qua nulla occurrit difficultas ad institutum nostrum spectans; cum eius materia Theologorum sit propria, quae disputant lib. 1. sentent. dist. 3. & Sectus quodlibet 1. 4. & Beatus Tho. lib. 1. aduersus gentiles c. 1. 4. & seq. ad questionem hanc ultimam de protestatione, qua valde utilis & frequens est, accedo, in qua Eymericus eleganter docet, quando protestatio praecedens inuet protestantem in fide errantem. Is vero more suo priusquam questionem respondeat, multa praefatur, inde tribus assertionibus rem absoluit.

Prima est: Qui protestatur generaliter se credere & tenere quod tenet & credit Ecclesia, si postea negat id quod explicito credere tenetur, non excusatur per talem protestationem.

Secunda est: Protestatio generalis cum tuerur, qui negat id quod explicito credere non tenetur, si tamen sit paratus obedire legitimo monitori, et post monitionem errorem deposuerit.

Tertia est: Si post legitimam monitionem, is qui protestatur in errore perseverat, tunc eum non defendit praecedens protestatio, immo ipsum reddit haeticum pertinacem.

De materia protestationis agunt fere omnes recentiores, qui in haeticos scripserunt. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 1. 2. & q. 29. num. 13. Simancas de catho. instit. tit. 55. idem in enchyridio violatae religionis, tit. 50. Ioannes Rojas tract. de haeret. part. 1. num. 62. Alfonso Castrus lib. 1. cap.

De materia protestationis in his qui scripserunt.

A 11. de iusta haeret. punitio. Gerson tract. de protestatione, & Albertus Locatus in opere iudiciali, verbo credibilia. num. 6. vers. si autem. ac vetustiores etiam iuris interpretes nonnulla de protestatione dixerunt, Bartolus in rub. de sum. trinit. et fide catho. Cardinalis in Clement. 1. de haeret. s. porro Bartholomaeus Cypolla cautela quadam incipiente, Bonu & vtile. Albericus tract. de statutis, par. 4. q. 32. & alij quos prudens omitto.

Et quia pauca quaedam de protestatione sum traditurus ad illustrandum hunc auctoris locum, nolo negligere protestationis virtutem, quam viri sancti, ut mox dicam, amplexi sunt. Quoniam ergo in his commentariis multa & varia scripturi sumus de rebus grauissimis et maximis, in quibus interdum vel ob imperitiam, & iudicij imbecillitatem, vel ob insuperabilem difficultatem, aut alias causas, quas fert humana conditio, labi & allucinari contingit; ingenue fateor atque protestor, me nunquam voluisse discedere a fide catholica, quam Romana & Apostolica profectur Ecclesia, cui diuinitus nuuc constitutus praest Gregorius XII. Pont. Max. nec aliud quidquam dictum volo, quam quod doctrinae conuenit Romanae Ecclesiae: quod damnat ipsa, libenter damno; quod approbat, constantissime teneo & sequor: haeticos omnes abominor, haeseres cunctas detestor, nec quidquam est quod magis perhorrescam quam haeseres, aut haeseres suspicionem, quam nusquam existimo patienter ferendam: quoniam, ut ait sapientissime Rufinus, Est quidem gloriosum Christi exemplo iniurias tolerare, vnam tamen notam haeseres qui ferat vel dissimulet, non esse Christianum. Et beatus Hieronymus ad Pammachium epistola 61. ait: Nolo in suspitione haeseres quemquam esse patientem; ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientia iudicetur, si taceat, haec Hieronymus.

Sed in vnam reuocor: Protestationis vsus antiquissimus est & vtilissimus. c. hyc est fides. 2. 4. quest. 1. vbi Beatus Hieronymus ait: Haec est fides, Papa Beatissime, qua in Ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus: in qua si minus perire, aut parum caute aliquid forte positum est; emendari cupimus a te, qui Petri sedem & sedem tenes, haec tenes Hieronymus.

Protestatio autem, de qua hic differit auctor, que in rebus fidei fieri consuevit, est professio sine confessione fidei exterius facta, ad ostendendum quid interius de fide sentiat protestans, ita Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 1. 2. nu. 2. & aliorum quidem definitiones, tamen si diuersis verbis sint conceptae, re tamen ipsa cum hac consentiunt. Positam finitionem confirmare videtur illud Pauli ad Ro. c. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: quoniam ad fidei veritatem & integritatem non modo est necessarium in corde firmiter credere, sed etiam oportet id exterius ostendere quotiens causa postulat, ut diximus copiose supra commentario 24. huius partis.

In primo casu talis protestatio generalis non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem. Quoniam qui errat in his que scire debet explicito,

Protestatio auctoris catholica.

Generalis protestatio cum tuerur, qui errat in his, que explicito scire non obligatur.

Protestationis vsus antiquus & vtilissimus.

Quid sit protestatio.

Protestatio generalis non excusat errantem in his que scire debet.

placite, animi malignitate & iniquitate peccare censetur, ideoque velut consummatus haeticus habendus est, cum non videatur velle captiuare intellectum in obsequium fidei. ita Gerson tract. de protestatione, considerat, 3. & Alfonso Castrus lib. 1. de iusta haeret. punitio. c. 1. 1. et optima equidem ratione ita fertur: nam si huiusmodi protestationes excusarent, liberum esset cuique quas vellet haeseres impune docere: & pauci nunquam fuere haeretici, qui huius protestationis velamine non fuerint conati suas haeseres tegere, & pretextu pietatis ita defendere. Exempla vero quibus hic Eymericus vtitur, appositissima sunt,

¶ Eodem modo si Graecus protestetur, ut prius. Ita Barcinonensis impressus, & Directorium Cardinalis de Gamba, Bononiensis tamen & Sabellianus ita habent, Si Curatus protestetur, vtraque lectio seruari potest. nam si Graecus protestetur se credere in genere quicquid S. Romana Ecclesia credit: ita si Curatus idem protestetur, quoniam curato ratione officij incumbit explicito scire, Spiritum sanctum procedere a Patre & Filio; & postea negent, non excusabuntur. ceterum propterea que sequuntur, Graecus, legendum crederem.

In secundo vero casu, quando scilicet protestans taliter negat illud, quod explicito credere non tenetur, &c. Hi excusantur per generalem protestationem. & haec secunda assertio maxime locum habet in idiotis et rudioribus. quos excusari etiam ratione probabilis ignorantiae late ostendimus supra commentario 22. q. 7. huius partis regula 4.

Hic tamen puto obseruandum, quod cum saepe dubitetur, an aliquis etiam litteratus scire aliqua teneatur, cum sint quaedam ad fidem spectantia adeo difficilia & obscura, ut etiam doctos interdum lateant. plane si in eis labatur vir litteratus multum sibi proderit praecedens protestatio; quia ignorantia potius quam animi malitia lapsus censei debet, ut optime scripsit Alfonso Castrus lib. 1. cap. 11. de iusta haeret. punitio. quem sequitur Simancas de catho. instit. tit. 55. num. 9.

¶ Si autem negat coram iudice fidei. Hec est postrema assertio, eum scilicet non iunari protestatione, immo reddi haeticum pertinacem, qui non vult reuocare errorem admonitus ab Episcopo vel Inquisitore. idem docuit Eymericus par. 2. quest. 32. numero 8.

Alfonso tamen Castrus lib. 1. de iusta haeret. punitio. cap. 10. vers. ex his omnibus tenuissimis quibusdam rationibus conatus est ostendere Inquisitoris monitioni non esse necessario semper parendum, neque eum esse haeticum pertinacem putandum, qui Inquisitori admonenti non obediuerit.

Ceterum contraria sententia vera & communis est, quam profectur Bartolus, (quem Alfonso immerito reprehendit) in l. tutor quoque. s. tutores. notabili 1. ff. de suspectis tuto. quem sequuntur Ioannes Anania, & Felynus in rub. de haeret. Cardinalis in Clement. 1. de sum. trinit. Melchior Canus lib. 12. de locis theologis, c. 10. circa finem. Palacius Rubius in allegatione de haeresi. s. 3. vers. si ergo Inquisitores. Nicolanus Arelatanus tract. de haeret.

Generalis protestatio cum tuerur, qui errat in his, que explicito scire non obligatur.

Non iunatur protestatione qui legitime admonitus non deponit errorem.

Inquisitorum monitionibus parendum.

notabili 19. Simancas de catho. instit. tit. 48. nu. 19. & 20. Tabienis in sum. verbo, haeticus. s. 25. numero 26. quod ipsum tenuit iterum. Eymericus par. 2. q. 33. & dixi copiose in libris de penis haeticorum, vbi Bartolum ab impugnacione Alfonso defendens in hunc modum intelligendum monui: Optime scripsit Bartolus posse tamquam haeticum pertinacem puniri eum, qui admonenti Inquisitori non obtemperat, quod non est perperam aut imprudenter accipiendum; sed tunc locum habet Bartoli sententia cum Inquisitor monet ut iudex, hoc est, re mature considerata, inspecta prius propositionum qualitate, habita cum iuris peritis ex qua deliberatione: tunc enim ei pertinaciter resistere nemo potest sine manifesta haeresi: quod qua ratione contingat, regule sequentes facile indicabunt.

Sit prima: Quotiens quis incidit in haesim aperte damnatam (voco autem haesim aperte damnatam, que vel per expressam Ecclesiae definitionem est damnata, & non esse purgatorium; aut cuius contrarium aperte in sacra scriptura continetur, ut, Dauidem non fuisse regem, & similia, aut alijs modis) et admonitus ab Inquisitore ut reuocet errorem, & postquam ostensa est ei ab eodem Inquisitore manifesta haeresis sue condemnatio; is tamen non vult Inquisitori parere, profecto tamquam haeticus pertinax potest condemnari: nam hoc casu legitime admonet, vera admonet, & iam definita et declarata admonet; & hoc modo potest videri locutus Bartolus.

Sit secunda regula: Si quis haesim etiam non aperte damnatam asserat, & Inquisitor ei, habita similiter (quod semper in hac tam graui causa faceite debet) matura consultatione cum iuris peritis, euidenter (quatenus possibile est) ostendat, assertionem eam esse catholicae fidei aduersam, vel quia communi Theologorum opinioni aduersatur, vel quia cum Ecclesiae traditionibus pugnat, vel denique quoniam alijs modis in fide peccat, & ad haesim accedit, quos enumeravi part. 2. Super quest. 2. reus vero non vult ita monenti Inquisitori obtemperare, neque errorem reuocare; profecto censendus est haeticus pertinax. Ita Melchior Canus, & reete lib. 12. c. 10. de locis theologis circa finem; & ita etiam accipi potest Bartoli & ceterorum praefata sententia.

Sit tertia tandem regula: Si quis per imperitiam seu ignorantiam in haesim labatur, (quod rusticis & idiotis contingere saepe solet) & is a perito Inquisitore, Episcopo, seu alio, cui legitime admonitionis competit officium, admonitus, non vult parere, nisi sit omnino stupidus, & iudicij expertus, velut haeticus pertinax condemnari potest: nam in his que ad fidem spectant, imperiti in primis debent prompto animo maioribus iudicibus Ecclesiasticis obtemperare: qua etiam ratione acceptus Bartolus prudenter loquitur, & immerito ab Alfonso reprehenditur, cuius rationes velut leas libenter omitto: atque his quidem modis, quos etiam praecitato loco Alfonso commemorat, potuisset Bartoli sententiam tueri.

Haecenus explicui tres de protestatione assertiones ab Eymericus allatas, ad quas multae aliae fortassis

Haeticus pertinax est qui monenti Inquisitori iudicialiter, non obtemperat.

Protestatio
contraria fa-
ctis non iuuat
protestantē.

tassis non difficulter reduci possent: ceterum ne quid in hac materia possit desiderari, nonnulla essent adiungenda, quas etiam perfecte cognoscere oportet, inter quas una est sequens, videlicet: Protestatio contraria factis non iuuat, nec excusat protestantem, ut si quis verbi gratia protestetur in genere, se credere omnia quae credit Ecclesia, vel in particulari, dicat se credere Messiam iam venisse, aut cetera huiusmodi mysteria, ritu tamen Iudaeorum paschalem agnum occidat & manducet, sabbatum colat, vel similia perpetret, non inuabitur protestatione: quia per contrarium factum recedit protestans à protestatione. glossa singularis in cap. tuanos. verbo, mulierem. de sponsal. gloss. in cap. cum M. de constit. verbo, sine praedicio. gloss. in cap. olim causam. de censibus, verbo, protestatus. tradunt communiter interpretes in l. non solum. §. morte. ff. de operis no. nuntiat. & in c. cum M. de constit. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 12. nu. 9. quae sequitur Simancas de carbo. instit. tit. 55. num. 7. tenet Gerson tract. de protestatione, considerat. 3. facit textus in c. existimant. 1. q. 3. ibi: Nec arbitrandum est in die iudicij, illos tantum à Dei Filio esse denegandos, qui in martyrio Christum negauerunt, sed & illos omnes, quorum opere vel sermone Christum negatus negat, vel confessus confitetur. haec ibi. Plus enim est factis quam verbis Deum negare; ut docuit eleganter Eymericus par. 2. q. 50. & ea praesumitur quisque sentire quae facit, cum ex factis colligatur voluntas à reprehendenda. c. de inst. & subst. l. de quibus. ff. de legib. Rursus hic etiam erat adiungenda & illa, quae continet casum singularem, de quo in decisione Rotae 875. incipiente, Accusatus. in antiquis, tit. de

A hereticis. eum videlicet, qui conuincitur de heresi, quam non vult confiteri, citansi protestetur se credere, & tenere quod credit & tenet Ecclesia, nibilominus velut negatum & impenitentem tradendum esse curiae seculari: sed quia de hoc Eymericus ex professo videtur tractare par. 3. in duodecimo modo processum fidei terminandi, ideo in eum locum hanc tractationem rejiciam.

B Tales enim hereticorum protestationes, quo animo dicantur, prudenter est à fidei iudicibus indagandum.] Singularis est haec Eymerici admonitio, quam qui causam fidei tuentur, ne decipiantur, animaduertant oportet: est enim iam nunc vltimatissimum inter hereticos, ut ad deludendos Inquisitores, & iusta eorum iudicia fugienda, facile protestentur, ut hoc veluti clypeo muniti, penas euitent; quod fecisse Martinum Lutherum in eo opere, quod Leoni decimo Pontifici Maximo nuncupauit, certum est: quo tamen animo fuerit protestatus, paulo post insignis illius perfidia indicauit. quam ob rem huiusmodi protestationes hereticorum vulgares (cum eorum animi ab erroribus non liberentur) pertinaciam plane non excludent. Hanc

vero Eymerici doctrinam
hoc loco transcripsit
& securus est

Alberti-

nus

dicto tract. de agnoscen.

assertio. quæst.

29. num.

14.

Hereticorum
usitata mali-
tia in prote-
stando dilige-
ter cauenda.

In secundam partem Directorij Inquisitorum Nicolai Eymerici
Praefatio & Argumentum.

HERITI Nautae, qui cunctas maris oras, portus, recessus, ingressus, sinus, promontoria & visu cognita habent, & diligenter in charta depicta secum gerunt, non modo tuta maris receptacula, tranquillosque portus norunt, in quos se, cum fluctus tempestate sequunt, tuto recipiant: sed singulas praeterea exploratas habent syrtes & breuia, singula latentia sub aquis saxa & scopulos: & dum nauigant, classium cursum ita moderantur & regunt, ut paulatim nauium proras temone flectentes securum iter arripiant: ne sine tempestate quandoque in fido scopulorum arena- rum, & latentium saxorum obiectu, conuassatis nauibus misere pereant. Hoc enim spectat in qualibet arte ad peritum prudentemque artificem, ut non modo regulas eius perdiscendae tradat, verum inepta, in consequentia, atque eidem arti aduersa rejiciat. Neque medicus solam sanitatem tuetur, & quomodo fit tuenda demonstrat; sed idem morbos generaque morborum & naturam explicat, ut vitentur & fugiantur. Quae cum nosset fidei defensor accerimus Eymericus in hoc opere, quod aduersus haereticam prauitatem in fauorem fidei scribendum suscepit, primum securos & rectos fidei tramites ostendit, ea praecipue colligens, quae ad rectam & sinceram fidem tenendam videbantur necessario pertinere. Ceterum quia plurima nos à recto fidei cursu deicere possunt, plurima fidem violare, plurima sub specie veritatis quasi latentia tranquillo mari saxa decipere & frangere: ideo peritorum artificum more in hac secunda parte hereticorum multorum fraudes recenset, plurimorum haereses, & errores commemorat, ut ab eis velut ab scopulis & morbis (quia directum verae Religionis iter, & vitae spiritualis salutem impedire & tollere possent) caueamus. Non tamen vniuersos omnium hereticorum errores recensuit Eymericus, quoniam id instituti sui ratio non postulabat, sed eos tantum, qui suo saeculo magis Rempublicam Christianam perturbabant, quique in variis iuris Canonici libris damnati erant: eos enim qui tunc vel ignorabantur, vel minime credebantur, quales erant vetustiores hereticorum errores, superuacaneum existimauit adducere: quamquam nec hos quidem omisit, dum ea recensuit iuris capita, in quibus illi referebantur. Addidit praeterea quicquid ad cognoscendam haereticam prauitatem conducit, libros multorum, unde haereses petantur, indicat, ut eorum lectio fugiatur, & comburantur. Tandem quot & quibus modis, aut vere, aut iuris praesumptione, haeresis vel herefese suspicio contrahatur, edocet: ut fidei Iudices, quoscumque reos & iudicare, & eorum errores seu propositiones, & propositionum qualitatem intelligere valeant; item alia, quae longum esset recensere: series tamen ipsa docendi qualia sint demonstrat. Orditur autem à legibus Pontificijs aduersus haereticos editis, veluti à certissimis expugnandorum hereticorum fundamentis. Sed iam Eymericum loquentem audiamus.

FINIS PRIMAE PARTIS.



INCL-

INCIPIIT SECUNDA PARS DIRECTORII INQUISITORVM

Cum Commentarijs Francisci Pegna Sacra Theologia & iuris utriusque Doctoris.



SECUNDA pars huius Directorii officii Inquisitionis est de hæreticis, & de eorum credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus; & de fide suspectis, de hæresi diffamatis, de Valdenses, siue Pauperibus de Lugduno, Pseudoapostolis, Begardis, Fraticellis, ac de tertio ordine Beati Francisci, seu penitentia fratribus, de sortilegis hæreticibus, de diuinatoribus, de blasphemis hæreticibus, de excommunicatis per annum & amplius, de apostatis & fidem abnegantibus, de Iudæis & Saracenis, & ceteris infidelibus contra fidem, & inquisitionis officium delinquentibus.

Verba Eymæ rici.

† al. fortilegis hæreticibus. † al. apostataribus. † al. in & cõtra.

DECRETALES TITVLI DE HAERETICIS DE VOLV-MINE MAIORI.

Stephanus Papa omnibus Episcopis.

Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei: et infidelis non est credendum in præiudicium alterius.

C A P. I.



VBIVS in fide, infidelis est. Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.

COMMENT. I.

cap. Dubius unde sumptum.

Dubius in fide.] Desumptum est ex epistola decretali. i. Sixti Papæ I. ad omnes Christi fideles: vel ex epistola Iulij Papæ I. cuius initium est: Decuerat uos. c. 11. refert Burchardus lib. 1. Decret. c. 144. & Iuo p. 5. c. 257. itaq; titulus huius capituli fortassis non Stephano, sed Iulio vel Sixto conuenit.

Integra clausula cap. Dubius.

Integra periodus apud Sixtum ita habet: De cetero placuit, propter malorum hominum infestationes, ut in accusatione domini ministrorum, primo persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantium enucleatim perstruteretur: nã fides oēs actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino est credendum, quia veritatis fidem ignorant, nec rectã conuer-

A sationis vitã ducunt: quoniam tales facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viuentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primò, & corrigenda, neq; accusatoribus suspectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus est credendum. hęc Sixtus. Apud Iulium in dicta epist. c. 11. integra clausula habet ita: Placuit semper in accusatione clericorum, primo persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantium perstruteretur: nã fides oēs actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide infidelis est, nec eis omnino est credendum, quia veritatis fidem ignorant, nec recte conuersationis vitam ducunt: quoniam tales & facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viuentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primò, & corrigenda, neq; accusatoribus suspectis, & de inimicorum domo prodeuntibus est credendum. hęc Iulius. Raymundus Decretalium Pontificiarum collector, omisis ceteris, hoc solum fragmentum, quod interpretatur, in hunc locum transtulit.

C De intellectu huius capituli præter doctores hic, agit Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, q. 28. art. 1. B. Antoninus 3. p. tit. 22. c. 5. §. 10. Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. p. 2. c. 12. Albertinus tract. de agnos. ass. q. 3. n. 6. & idẽ Albertinus copiosius in repetitione rubricę de hæret. lib. 6. q. 13. n. 26. & seq. Palacius Rubius.

De intellectu cap. Dubius, qui discutierint.

hius in allegatione de hæresi. §. 5. Melchior Canus lib. 1. 2. de locis theologis, c. 9. Alfonso Castrius lib. 1. cap. 7. de insta hereticorum punitione, & alii quos sciens omitto.

Melchior Canus præcitato loco de intellectu huius capituli differens, inter cetera ait, primò hoc caput non ed forsan spectare ut ex illius sententia homines hæretici iudicentur, sed ed potius, ut fidei iudices intelligant, quosnam sint in causa fidei testes legitimos habituri. Absurdum enim esse, ut infideles de fide aduersus Christianos testificentur, siue infideles veritatis ignorantia aut dubitatione sint, seu multo etiam magis errore contrario. Atque hic etiam intellectu colligi posse videtur non obscure ex integris clausulis, quas paulo antea adduximus: in quibus institutum Pontificum esse videtur agere non de fide aut infidelitate, que constituit hominem catholicum, aut contra hereticum, sed de fide testium: quasi vellet dicere eorum testimonium minime esse recipiendum aduersus domini ministros, quorũ vita, conuersatio, probitas, & fides siue fidelitas, probata non esset. Hos enim Romani Pontifices iure ac merito infideles esse dicunt, id est, indignos ut eorum testimonio fides habeatur: quod ex vita & moribus eorum facile colligitur.

De qua fide accipiendũ sit cap. Dubius.

Ego vero quamquã videam, quod admissio huius modi intellectu, nihil fortassis absurdum inde consequatur: nihilominus tamen verius censco, hoc fragmentum in hunc locum translatum, et sub titulo de hereticis collocatum, accipiendum esse de dubitantibus in fide catholica, que constituit hominẽ catholicum & Christianum, non de fide humana, prout est virtus moralis, que constituit hominem veracẽ & fidelem in testimoniis reddendis.

Atque hoc verum esse existimo, quamuis in proprijs fontibus, quos paulo antea indicauimus, de fide testium humana ageretur, cum non sit nouum eadem alicuius verba, in vno loco habere vnum sensum; inde vero ad alium locũ translata, paucis vel demptis, vel additis, vel mutatis, immo vero interdum integra manentia, alium atque alium sensum gignere, pro diuersitate locorum, aut rerum, aut personarum, quibus inferuntur, vel attribuuntur. argumẽto huius ciuile. ff. de iur. & iure.

Lex vel canõ in dubio intelliguntur iuxta titulum, sub quo ponuntur.

Quare cum hoc fragmentum ponatur sub titulo de hereticis, non autem sub titulo de testibus, verius videtur, si dicatur, velle hic Romanũ Pontificem definire, eos qui de fide catholica dubitant, hereticos esse iudicandos. Lex enim vel canon in dubio intelligi debet, ut conueniat rubricę vel titulo, sub quo ponitur. Imperator ubi notat Bartolus ff. de in diem addict. & idem vult Bartolus in l. fin. in principio. ff. de condi. indeb. & Panormitanus in cap. inter alia. circa finem, extra de immunit. eccl. & Paulus de Castro in l. actione. C. de transact. Hinc dicit Baldus in l. vnica. C. ne liceat tertio promouere, quod quando textus est dubius, rubrica sub qua ponitur, probat qualiter sit intelligendus.

Præterea dico non esse a veritate alienum fateri hoc fragmentum in suis fontibus accipi de dubitantibus in fide catholica: nam apud Sixtum post illa verba, que paulo antea retulimus continenter, nullis interpositis, subsequitur ita: Erant enim

quidam, qui prius videbantur esse ex nobis, sed non erat ex nobis; si vero fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum, & non conturbassent fratres. Exacuerunt enim (ut ait propheta) linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Quapropter hi respuendi sunt, si incorrigibiles apparuerint, & vitandi, ne Domino simulant decipiant. hęc Sixtus. Quibus verbis illi aperte significantur, qui a suscepta catholica fide & Christiana religione recesserant, ergo in proximè precedentibus, eosdem videtur intellexisse, cũ dixit, dubios in fide esse infideles, cum vna & eadem continua serie verborum vtens, de eisdem loqui proculdubio videatur.

1. Ioan. 2: P sal. 138.

Iam regulariter qui fidem catholicam deserunt & heretici vel apostati sunt, ideo deserere eam videntur, quia de bonitate & certitudine eius dubitant, & eam sibi eligunt disciplinam, quam putant esse meliorem. cap. Hæresis. 2. q. 3. quare non est mirum, si dubij in fide, infideles & heretici esse dicantur, vt paulo post clarius patebit.

His ita constitutis, vt ad rem proximè accedamus, obseruandum est primò, quod vbiunque aliquid credendum proponitur, semper firmitas exigitur & simplicitas illa ad excludendam titubationem. hęc ad repellendum errorem requiritur; nam titubatio & error in credendis, fidei aduersantur. nec desunt ad hoc probandum testimonia. Athanasius in regula fidei, post enumeratos & explicatos fidei articulos subdit, dicens: Hęc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non potest. item in cap. 1. de sum. trinit. & fide catho. lib. 6. post definitum articulum de processione Spiritus sancti, additur ita: Hoc professus est haecenus, predicauit, & docuit, hoc firmiter tenet & prædicat, proficitur & docet sacrosancta Romana Ecclesia. Itẽ in Clement. 1. de sum. trinit. & fide catho. anteqũ multę catholice veritates definiantur, scribitur in hunc modum: Fidei catholice fundamento firmiter inhaerentes. Et sanctus Bernardus ad hæc respiciens dicebat: Fides ambiguum non habet, & si habet, fides non est. Sanctus item Hieronymus scribens in illud Habacuc, cap. 2. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semet ipso, ait ita: Si autem dubitauerit fides tua, & putaueris non venire quod spondeo, habebis pro grandi pena, quod meę animę displicebis. Iustus autẽ, qui credit verbis meis; & de his nõ ambigit que polliceor, habebit præmiũ uitam æternã. hęc Hieronymus. Multa his similia adduci possent in eandem sententiam, que consulto omitto.

Firmitas, exigitur in credendo, item simplicitas.

Hęc vero ideo commemorauit, vt intelligatur, Dubitationem velut ex diametro pugnare cum fide, & propterea dubitantem de credendis, eo modo, quo explicaturi sumus, non esse fidelem, sed hereticum.

Dubitatio de credendis cũ fide pugnat.

Præterea illud quoque præmittendum est, sine quo vix hæc tractatio perfecte intelligi potest, videlicet, ad hæresim constituendam, necessariam esse scientiam vel notitiã contrarię veritatis: non enim sufficit quod Christianus erret in fide, ad hoc vt sit hereticus, nisi etiam sciat id quod approbat contrarium esse catholice veritati. Nam cum hæresis sit

Ad hæresim constituendã necessaria est scientia contrarię veritatis.

Flectio

electio eius doctrina, quam quis putat meliorem, cap. hæresis. 2. q. 3. & nemo ignoret, que eligit, ut lib. 1. Rhetoric. cap. 10. auctor est Aristoteles: (est enim electio operatio voluntatis, que ex consilio prouenit.) fit ut ea, que eligimus deliberatio antecedat; id quod sine notitia & scientia eius rei, quam eligimus, contingere non potest. Quare ut firmiter aliquid amplecti dicamur, notitia eius prius habere debemus; inde fit ut vere & proprie hæreticus dici non possit, qui ignorans catholicam veritatem, eius contrarium profectur. Erit autem tunc hæreticus, cum sciens, vel sufficienter admonitus illud esse catholicum dogma, deliberate, sciens, & volens contrarium amplectitur. Caietanus apud sanctum Thomam 2. 2. quæst. 11. art. 2. Turcremata in summa de Ecclesia, lib. 4. par. 2. cap. 13. Silvester verbo hæresis, quæst. 2. vers. Quinto, ut quis errorem. Simancas de catho. instit. tit. 3. de hæreticis, nu. 10. & alij communiter.

Credibilita-
ria esse ge-
nera.

Directe ad fi-
dem que di-
cantur petri
nere.

Indirecte
que spectant
ad fidem.

Credibilita-
terij gene-
ris que sunt.

Subreptitia
tentatione du-
bitans de cre-
dibilitibus, nõ
est hæretic⁹.

Ad hæc prenotandum est etiam id, quod multis locis docet sanctus Thomas 2. 2. quæst. 2. cum de credilibus agit, quem refert & sequitur Eymericus par. 1. quæst. 7. & 12. videlicet, eorum, que ad fidem pertinent, tria esse genera: quædam enim sunt que ad fidem pertinent directe, qualia sunt ea, que nobis sunt principaliter diuinitus propofita ad credendum: ut Deum esse trinum & unum, filium Dei esse incarnatum, & alia que sunt totius Christianæ fidei principia & prima fundamenta, ut sunt articuli fidei, qui a quolibet fidei explicite credi debent, sicut ostensum est supra par. 1. q. 3. de fide explicite habenda.

Rursus sunt alia credibilia, que indirecte ad fidem spectant, quia non proponuntur principaliter ad credendum sicut superiora: ad eorum tamen negationem sequitur negatio, & corruptio fidei omnium articulorum. talia sunt illa alia ab articulis fidei, que in sacris litteris continentur: ut quod Abraham duos habuerit filios: quod Dauid fuerit rex: quod Ioseph fuerit sponsus Mariæ: quod Simo Cyrenæus fuerit angariatus ad portandam Crucem Domini, & similia.

Sunt postremo alia credibilia, que expresse in sacris litteris non ponuntur: sunt tamen ex illis per Ecclesiam deducta & definita, tamquam de fide credenda: ut quod Spiritus sanctus procedat a patre & filio tamquam ab uno principio & unica spiratione, cap. fidei. de sum. trinit. & fide catho. lib. 6. Quod Dominus noster cum Apostolis habuit aliqua in communi, ut in extrauag. cum inter nonnullos. tit. de verb. signif. Quod exercere vsuram sit peccatum. Clement. 1. de vsuris. S. sane si quis. & alia huiusmodi multa, que longum esset recensere.

His velut fundamentis futuræ doctrinæ præmissis, distinguenda sunt varia dubitationum genera, & secundum unumquodque respondetur ad principale dictum huius capituli, quomodo scilicet, dubius in fide sit infidelis & hæreticus.

Multis ergo modis contingere potest, aliquem dubitare de credibilitibus, ut ait Augustinus de Anoma in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 28. art. 1. Primo, subreptitia tentatione, cum quasi inopinanter aduenit nobis quædam tentans cogitatio

circa credibilia, ut de perpetua sanctæ Mariæ Dei genitricis virginitate, Christi Domini morte, & similibus, qua cogitatione subitanea animus rapitur, & cogitat qualiter illa fieri poterint, aut his similia.

Et de hoc dubitationis genere fit hæc prima conclusio: Dubitatio circa credibilia, proueniens ex subitanea seu subreptitia tentatione, nec hæreticum facit, nec sapit hæresim: quia frequenter contra voluntatē accidit, immo qui se bene confirmat in fide, & talibus motibus resistit, meretur, sicut ille qui resistit stimulis carnis, aut alijs prauis cogitationibus. Hanc conclusionem tenent hic Ioannes Andr. Ioannes Anania, Felinus, Panormitanus, Socinus, & alij communiter interpretantes hunc textum. Et omnes illi, quos paulo antea nominauimus in 8. De intellectu huius capituli. ad quod facit & sed p̄sum- dum dist. 6. & melius cap. inter hæc sciendum. de penit. dist. 2. Quare licet plerumque praua cogitatione animus pulsetur, non peccat, si renititur inam immunda & praua: cogitatio mentem nequaquam inquinat, cum eam quatit & pulsat, sed tunc cum eam sibi consentientem subiungat. De hoc tentationis genere dicebat sanctus Paulus 1. ad Corinth. cap. 10. Tentatio vos non apprehendit, nisi humana. Humana quippe tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangitur etiam nolentes: quia, ut nonnunquam & illicita ad animū veniant, hoc utique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. iam vero demoniaca est, & non humana tentatio, cum ad hoc quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus astringit. Ac de huiusmodi subitris tērationibus, que animū interdum pulsant, vere dicitur illud vulgatum, de quo Doctores hic, videlicet, Primos molus non esse in hominum potestate.

Ceterum tametsi in superandis huiusmodi tentationibus interdum meritū acquiratur, non tamen propterea locus datus est, ut adueniant, et animū quæant: quoniam securius fugiendo & euitando, quam resistendo superantur: sicut contingere solet in carnis illecebris, que fugiendo potius, quam resistendo vincuntur, ut vere docet sanctus Thomas 2. 2. q. 35. art. 1. ad 4. argumentum. nam fieri posset quandoque ut mens, humana fragilitate, & Demonis suggestionem victa succumberet, & pro merito culpam & infidelitatem reportaret.

Postremo, qui huiusmodi tērationibus circa credibilia, quatitur, quamuis rationibus humanis p̄satis & consideratis quædam illis primo obtutui veluti impossibilia per tentationem obiciantur, statim & continenter recurrere debent ad diuinam omnipotentiam, & dicere cum Angelo Luca cap. 1. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Item alia diuine maiestatis opera considerare, que sic dubitantes potius in eius amorem & admirationem, quam in desperationem & incredulitatem rapiant. Item statim captiuabunt intellectum in obsequium fidei, proponentes firmiter credere, quod credit & tenet sancta Romana Ecclesia. atque ita Deo fauente cessabit felicititer tentatio.

Secundo modo contingit dubitare circa credibilia

Prima con-
clusio.

Remediū ad
superandas
tentationes
subreptitias
circa credibi-
lia.

lia propter veritatis elucidationem, seu declarationem, ut in dicta summa de potestate ecclesiastica, q. 28. art. 1. ait Augustinus de Anoma. Atque hoc modo dubitant catholici doctores, presertim theologi, de omnibus fere catholicæ religionis veritatibus, & fidei articulis, ut rationibus hinc & inde propofitis veritas magis elucescat.

De quo genere dubitationis fit hæc secunda conclusio: Qui per modum dubitationis procedit ad declarationem fidei veritates, supposito et stabilito tamquam certo & indubitato fundamento, quod veritates illæ & fidei dogmata, seu scripturæ sacre verissime & certissime sint, non est hæreticus, nec peccat, immo vero meretur, et magna laude dignus est. Hæc conclusio certissima est, & verissima: quia catholici doctores tametsi per modum dubitationis proponant, verbi gratia, An Deus sit vnus, An sit trinus, An filius Dei conuenienter fuerit incarnatus, & alia huiusmodi prope infinita, id non faciunt, propterea quod de veritatibus illis reuera dubitent, sed ut veritas earū propofitis contrariis & solutis dilucidius appareat, & clarius elucescat. Ita enim fit, ut fideles in fide sepe magis roborentur, & infideles conuertantur, solutis & amotis argumentis & difficultatibus, que ipsos deceptos contra fidei veritatem, derinobat; cum inde intelligant argumenta, que contra fidem sunt solubilia esse, ut ait concilium Lateranen. sub Leone X. sessio. 8. decreto quodam incipien. Apostolici regimini. 8. in super. omnibus & sanctus Thomas par. 1. q. 1. art. 8.

Dixi autem in conclusione: Supposito & stabilito tamquam certo & indubitato fundamento, quod veritates illæ, & fidei dogmata, seu scripturæ sacre verissime & certissime sint: quoniam malum refert intelligere circa hæc, quid, aut quomodo quisque dubitet. Sunt enim qui de veritatibus, dogmatibus fidei, seu scripturis sacris dubitant; & hoc dubitationis genus prorsus est interdictum, cum de veritate eorum, que catholica fides credenda proponit, dubitare non liceat abique nota hæresis, ut clarius ex dicendis adhuc apparebit. Sunt rursus alij, de quibus loquitur hæc conclusio, qui etsi plenam fidem credibilitibus adhibeant, credant que vera esse, & omni prorsus falsitate carentia; quid tamen per scripturæ verba significetur, & qualiter dogmata sint intelligenda, dubitant: quod abique hæresis aut cuiuslibet alterius criminis nota fieri potest. Vnde sanctus Ambrosius lib. 4. super Lucam loquens de filio Dei ait ita: Nam etli nõ licet mihi scire quemadmodum natus sit: non licet tamen nescire, quod natus sit. Seriem generationis ignoro: sed auctoritatem generationis agnosco. hæc Ambrosius. Exemplis res fiet manifesta. Primo dubitationis genere videtur hesitasse Nicodemus, Ioannis c. 3. de verbis Christi dicentis: Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. quibus prolatis Nicodemus dubitauit, an illa possent fieri vera, vnde dixit: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris suæ iterum introire & renasci? Similiter dubitauerunt discipuli quidam Christi, ut habetur Ioan. cap. 6. nam cum dixisset Dominus. Iesus. Panis quem ego dabo, ca-

Secunda con-
clusio de du-
bitatibus in
rebus creden-
dis, ut veri-
tas elucescat

Duplex mo-
dus dubitan-
di de rebus fi-
dei.

ro mea est pro mundi vita. dicebant: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? dubitabant, quia non credebant verbis Christi, & ita dubij & infideles recesserunt.

Iam secundo genere dubitandi dubitauit Maria Virgo intacta, qua cū ab Archangelo audiuisset, Lucæ cap. 1. Filium Dei ab illa in vtero concipiendum, dixit: Quomodo fiet istud, quoniam virum nõ cognosce nõ diffudit verbis diuini nuntij: certa enim erat illa posse Deum, sed verbis firmiter credens, & dogma fidei de incarnatione filij Dei ad redimendum genus humanum, certum & firmū esse supponens; de modo edoceri cupit. itaque non de re ipsa, sed de modo piam propofuit dubitationem. Quare Theophilactus in eum locum ita scribit: Non quasi discredens Virgo dixit: Quomodo erit mihi istud? Sed ut prudens & intelligens, ut discat, modum inquit. Non enim prius quiddam tale factum est, neque posthac fiet. Ideo & ignoscit ei angelus, & non condemnat, ut Zachariam, sed magis modum docet. Nam Zacharias merito condemnatur: habuit enim exempla multæ, quandoquidem & multæ steriles pepererunt: Virgini autem nullum exemplum erat. hæc Theophilactus. Idem prorsus sentit sanctus Bernardus homilia. 4. super Euangelium: Missus est, dicens: Non dubitat de facto, sed modum requirit & ordinem. Nec enim querit, an fiet istud? sed, quomodo? hæc Bernardus. Hoc itaque modo sancti & catholici doctores sacris litteris plenissimam fidem adhibentes, de earum intelligentia dubitant. eadem ratione theologij scholasticij infinitas prope quæstiones proponunt de rebus fere omnibus ad fidem spectantibus, non tamen dubitant de re seu de dogmate catholico, sed de modo et intelligentia, in quo nec hæretici sunt, nec de hæresi suspecti, sed merentur, & egregiam laudem consequuntur.

Observandum tamen est, quod in interpretandis & declarandis dogmatibus fidei & scripturis diuinis tunc grauissime peccarent, aut etiam hæretici essent indicandi doctores, aut de hæresi suspecti, cum eas non interpretarentur iuxta mentem sanctorum Patrum, & sensum & vsum sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Quare in concilio Lateranen. sub Leone X. sessio 1. decreto quodam incipien. Supernæ maiestatis præsidio, qualiter predicatoribus & expositoribus interpretari debeant sacram scripturam cauetur his verbis: Mandantes omnibus, qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, ut Evangelicam veritatem & sanctam scripturam, iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem doctorum, quos Ecclesia uel usus diuturnus approbauit, legendosque hæctenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & explanent: nec quicquam eius proprio sensui contrarium aut dissonum adiciant: sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacre scripturæ uerbis, & præfatorum doctorum interpretationibus, rite & sancte intellectis, non discordant. hæctenus ibi.

Qui ergo in exponendis sacris litteris hæc nõ seruat, non interpretatur eas, ut Spiritus sanctus. flagitat.

Quid obseruandum in exponendis sacris litteris

forte, expla-
nationem.

flagitat, & ob id merito de eo dici potest quod scribit S. Hieronymus super epistola Pauli ad Galatas, cap. 5. in verbo, hereses. & refertur in c. heresis. 2. q. 3. in hęc verba: Quicumq; igitur aliter scripturam intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, quo scripta est: licet de Ecclesia non recesserit: tamen hereticus appellari potest, & de carnis operibus est, eligens quę peiora sunt, hac Hieronymus. Sed hunc locum de exponenda scriptura sacra iuxta sanctorum patrum sententiam, & receptum Ecclesie Romę consensus, luculenter tractat Melchior Canus lib. 7. cap. 3. de locis theologis. Et videto sanctum Thomam par. 1. q. 68. art. 1. & 2. q. 11. art. 2. vbi docet qualiter dicitur exponi scriptura sacra aliter quam Spiritus sanctus efflagitat.

Tertius modus dubitandi per imperfectam adhesionem non facit hereticum.

Tertia conclusio.

Tertio modo contingit dubitare de credibilibus imperfecta adhesionem, ut ait idem Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quęst. 28. art. 1. Et hoc dubitationis genere videntur dubitare peccatores. Omnes enim peccantes imperfecte credunt, eo ipso quod non viuunt secundum illa, quę credunt, nam si perfecte adhererent his, quę credunt, sic viuereut quasi post modicum transituri de hoc mundo, non quasi in eternum mansuri.

De hoc ergo sit tertia conclusio: Hic modus dubitandi non constituit hominem hereticum, sed potius malum Christianum. Quamobrem optime Zanchinus sentit tract. de heret. cap. 3. §. dum ait, Inquisitorem non debere procedere contra aliquem ex eo, quod publice feneretur, aut adulteretur, aut alia huiusmodi peccata committat, quę ab heresi sunt remota, nisi orta esset aliunde suspicio contra eum: cum Inquisitori solum sint ea commissa, quę tangunt heresim suę fidei. c. accusatus, de heret. lib. 6. §. sane. & §. de questionibus.

Inquisitor quando potest procedere contra peccatores.

At si peccatores huiusmodi consortiū fidelium cuitarent, numquam assumerent penitentiam: numquam audirent diuina officia: numquam ecclesiastica reciperent sacramenta: vel aliqua Ecclesie mandata suo tempore non obseruarent: non ieiunarent debito tempore absque legitimo impedimento: non abstinerent ab esu carnum sicut precipit Ecclesia, aut alia his similia negligenter, aut facerent cum ex his indicijs suspicio heresis oriatur maior vel minor pro qualitate peccantis, & aliarum circumstantiarum: tunc Inquisitor posset procedere contra tales. cap. excommunicamus. al. 1. §. aduicimus, de heret. cap. inter sollicitudines, de purgatione cano. & tradit Zanchinus præcitato loco. & dixi plene par. 3. tit. de signis & indicijs, quibus diuersarum sectarum heretici cognosci possunt.

Peccata sunt causa hereticum.

Illud præterea admonebo, diligenter peccata esse præcauenda, cum præter alia mala, quę inducunt, causa etiam sint vnde hereses oriuntur, ut ostendi lib. 1. cap. 2. de causis heretice prauitatis; & docet Anselmus explicans illud Pauli ad Ephesios, cap. 5. Vt non circumferamur omni vento doctrinę, in nequitia hominum, vbi ait ita: In nequitia hominum dixit, quia heresis non est nisi in anima subdita peccatis: quia peccata commissa sunt cause, vt Deus permittat eos errare in harathrum heresis. Hęc Anselmus.

Quamquam autem in genere dixerimus ex peccatis oriri hereses, quedam tamen sunt peculiariora vitia, a quibus speciali quadam ratione oriri solent. hęc sunt philantia, id est, amor sui: inanis gloria: Auaritia: Concupiscentia carnis: Superbia: Ambitio: & Inuidia, vt copiose prosecuti sumus lib. 1. de causis vnde hereses oriuntur, et de remedijs, quibus vel oriri impediuntur, vel iam ortę extirpantur. Vnde constat quod cum quis pro heresi vel heresis suspicione, aut captus est, aut in eum inquiritur, indicium est rem ita se posse habere, si inuenerit eum aut his, aut aliquo ex istis peccatis inquinari.

Hereses ex quibus potissimum peccatis oriuntur.

Quarto modo potest contingere aliquem dubitare circa credibilia, scientem & volentem, nec dubitationi resistentem, & animo deliberato, ita vt non magis applicet mentem ad veritatem catholicam, quam ad errorem contrarium, sed medius inter utramque partem nutat, & incertus fertur, nec curat quid potissimum sequatur, paratus nunc hanc, nunc illam sequi aut eligere partem, parum sua interesse dicens aut cogitans, an hoc vel illud teneat, uerumue sit: vt verbi gratia an in venerabili Eucharistia sacramento sit vere & realiter corpus et sanguis Domini nostri Iesu Christi necne: vel an Maria mater Dei fuerit perpetuo virgo, an non fuerit: vel an Romanus Pontifex sit verus Christi Vicarius & Petri successor, & caput Ecclesie militantis, aut non sit, aut his similia.

Quartus modus dubitandi circa credibilia.

Et de hoc sit hæc quarta conclusio: Qui prædicto modo deliberate dubitat de catholica veritate, sciens catholicam esse veritatem, & ita Ecclesiam tenere, hereticus censendus est. Hęc conclusio patet ex supradictis in §. His ita constitutis. vbi docuimus firmitatem exigi in credendo. Qui ergo nutat, incertus fertur, & in hanc aut illam partem fluctuat, cum firmiter non credat, dubius in fide est, infidelis est, & hereticus. & hæc videtur esse expressa sententia sancti Thomę 2. 2. quęst. 10. art. 7. vbi ait ita: Si quis enim disputet tamquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens: proculdubio peccat tamquam dubius in fide, & infidelis. hęc Thomas, hoc ipsum expresse profertur Guido Carmelita in summa de heret. tit. de heresibus Petri Ioannis cap. 3. vers. contra hanc fictionem argumentor. & Ioannes de Eriburgo in summa Confessorum lib. 1. tit. 5. de heret. quęst. 17. Idem velle videntur Ioannes Anania, Panormitanus, Socinus & alij in hoc cap. dum summam eius colligunt ita: Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei.

Quarta conclusio.

Præterea qui paratus est inclinare in quamlibet contradictionis partem, & quam voluerit eligere non captiuat intellectum in obsequium fidei Christi, cum tamen necessario & firmiter adherere catholice veritati debeamus, vt catholici et fideles sumus & dicamur, nec nobis liceat libere eligere doctrinam, quam sequamur in causa fidei, sed traditā diuinitus sequi, & retinere: proinde quisquis aliam fidem, aut aliam doctrinam, aut alia dogmata eligit, aut eligere fluctuans & nutans paratus est; merito hereticus est, cum sic dubitans non videatur omnino

omnino fidei & doctrine Ecclesie adherere, & eam supponere tamquam infallibilem & certam. Hinc Tertullianus in libro de præscriptionibus aduersus hereticos scribit ita: Heresum opera sunt aduulteræ doctrinæ, hereses dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis siue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vititur: ideo Apostolus & sibi damnatum dixit hereticum, quia & in quo damnatur sibi eligit; nobis vero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio induxerit, Apostolos Dominum habemus auctores, qui nec ipsi quicumque ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: sed accepto a Christo disciplinam fideliter nationibus assignauerunt. Itaque etiam si Angelus de cælis aliter Euangelizaret, anathema diceretur à nobis. hęc Tertullianus.

tametsi paruo tempore in tali voluntaria dubitatione permanserit, quoniam vt prudenter & doctè scribit Melchior Canus lib. 1. 2. cap. 9. de locis theologis. & Bursarius confi. 2. incipiente: Super facto. lib. 1. pertinacia, quę heresim facit, non est temporis diuturnitate estimanda. Nam si constaret aliquem vna solum hora, aut minus, tenuisse Deum non esse trinum, is plane hereticus ab Ecclesia iudicaretur.

Ad pertinaciam non requiritur temporis diuturnitas.

Quod vero is dicatur hereticus, qui in dubium vertit catholicas veritates, non obscure etiam colligi posse videtur ex concilio Viennense, quod refertur in Clement. 1. de summa trinit. & fide catho. §. licet catholicas veritates. Hæreticus est qui scienter in dubium vertit catholicas veritates. Porro doctrinam omnem seu positionem temere asserentem, aut verentem in dubium, quod substantia animæ rationalis, seu intellectiue vere ac per se humani corporis non sit forma: velut erroneam, ac veritati catholice inimicam fidei, prædicto sacro approbante concilio, reprobamus. hęc ibi. & notat glossa ibidem in verbo, Dubium. vbi citat cap. Dubius, de heret. quod interpretamur.

Hæreticus est qui scienter in dubium vertit catholicas veritates.

Tam de certitudine fidei, quantum attinet ad hanc disputationem, luculenter agit sanctus Thomas 2. 2. q. 4. art. 8. & de verit. q. 1. art. 1.

Apposui in conclusione verba illa: Sciens catholicam esse veritatem, & ita Ecclesiam tenere: quoniam vt patet ex supradictis in §. Præterea illud. ad heresim constituendam necessaria est scientia contrarie veritatis. Ac de his fortassis dubitantibus, accipienda est sententia huius capituli, nam et verba consentire videntur, nec discrepant interpretes: & ita tenere videtur auctorem Repertoriij Inquisitorum verbo, hereticus. s. item hereticus est.

C

Cum itaque huiusmodi dubij in fide in sacro Inquisitionis tribunali indicantur, si postquam intellexerint fidei iudices, tales cum sciverint catholicas veritates prædicto modo dubitasse, inde vero ommissa dubitatione partem firmiter amplecti catholicam velle, recipiendi sunt ad Ecclesie gremium: abiurata tamen prius debent vt heretici formales & veri. Si autem tales erant, vt probabiliter presumanatur quod non vere & perfecte sciebant catholicas veritates, de quibus dubitabant, vt verbi gratia quia simplices erant, quales sunt circa credibilia multi laici & rustici homines, aut quia in terris hereticorum morati sunt, vbi raro catholica dogmata prædicantur, immo vero potius negantur, aut reuocantur in dubium, aut alijs modis, vt quia dogma de quo dubitauerunt, non erat de articulis fidei, qui in Ecclesia Dei solent solemnizari: tunc arbitrio iudicantis, vt suspensum de heresi, non vt formaliter heretici poterunt abiurare.

Dubius in fide de qualiter abiurabit.

Nec obstat si dicatur, huiusmodi dubitantem non debere indicari hereticum, ex eo quod non videtur pertinax, cum tenaciter non adheret doctrinę contrarię catholice veritati; quoniam respondetur satis eum dici posse pertinacem, quia cum sciat catholicam veritatem, deliberate de ea dubitat, nec doctrinam Ecclesie firmiter & affirmate supponit esse infallibilem & certam, nec potest negari illum quo tempore voluntarie huiusmodi dubitationi heretice assistit, pertinacem fore indicandum, cum pertinax is dicatur, qui persistit in errore, quem sub reatu culpe deserere tenetur: cum nec is solum dicatur pertinax, qui falsum asserit, vt ait Alfonso lib. 1. de iusta hereticorum punitione, cap. 9. Sed ille etiam qui de certa veritate dubitat,

D

Pertinax quis dicatur.

Pertinax dicitur etiam ille qui de veritate catholica dubitat.

Sexto modo contingit dubitare de tota fide Christiana; de quo sit sexta conclusio: Qui de tota religione Christiana dubitat, hereticus est, infidelis pertinax, & incorrigibilis: quia non est paratus corrigi per doctrinam, quam dubitat veram: cum nullus nisi per veritatem corrigi velit. ita scribit Palacius Rubius in allegatione de heresi, §. 5. Sed verius videtur hos non modo hereticos, sed etiam apostatas, & esse & dici posse, cum per talem dubitationem de veritate totius Christiane religionis, à tota Christiana religione recesserint: quod est apostatarum proprium, vt docet Emericus infra quęst. 49. & alij quos ibidem citauimus.

Hæreticus est qui dubitando magis inclinatur in doctrinam fidei contrariam.

Quinta conclusio.

Septimo modo potest aliquis dubitare certo & delibe-

Dubitans de aliquo particulari fidei articulo hereticus est. Septima conclusio.

Intellectus l. 2. C. de here.

deliberato animo, non de tota Christiana religione, sed de aliquo particulari fidei articulo, veluti de Christi divinitate, de sacramento Eucharistie, aut alio huiusmodi, de quo fit hec septima conclusio: Is etiam, qui de vno tantum articulo fidei, predicto modo dubitat, hereticus est censendus, & velut talis puniendus: Et ratio est, quoniam discredens vni articulum fidei, non habet fidem formatam nec informem, vt late & singulariter docet sanctus Thomas 2. 2. q. 3. art. 3. & Guido Carmelita in summa de heresibus in principio, cap. 9. Palacius Rubius in allegatione de heresi, §. 5. & alij, quos prudens

omitto. Et hanc sententiam probat textus secundum verum intellectum acceptus in l. 2. C. de hereticis in hec verba: Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis aduersus eos functionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio catholice religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. hec ibi. Quoniam hic non agitur de leui probatione, vt quidam putant, sed quasi respondens Imperator tacite obiectioni, qua quis posset inquirere, an qui paululum ab orthodoxa fide declinat, sit censendus hereticus, ait, eos hereticorum vocabulo contineri, qui vel leui argumento, id est, vel paululum, vel minimum, vel in vno tantum articulo à fide catholica deuiant. hanc interpretationem colligo ex Phorio Patriarcha in Nomocanone, tit. 12. cap. 2. vbi præfata legis verba vertit ita: Hæreticus est, & legibus, quæ aduersus hæreticos late sunt, subiicitur, qui ab orthodoxa fide vel minimum declinat. hec ibi.

Hunc vero intellectum ad prædictam l. 2. C. de heret. non obscure probat lex Federici Imperatoris, cuius initium est, Inconfulitem §. 4. vbi agens de coercendis hereticis per iudices Ecclesiasticos ait ita: Per quos si inuenti fuerint à fide Catholica factem in articulo deuiare, ac per ipsos pastoralis more communitati, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta constantia perseuerent, præfentis nostre legis edicto damnatos mortem pati Patrenos, aliosque hereticos quocumque nomine censeantur, decernimus, quam affectant. hec ibi. Quare is plane hereticus est censendus, qui in vno solo articulo fidei errat, aut de eo prædicto modo dubius est.

Dubitantes de credibilibus spectantibus ad fidem hæretici sunt. Octaua conclusio.

Potest item octauo aliquis dubitare, eo modo quo dictum est, de illis credibilibus, quæ directe ad fidem spectare diximus paulo antea in §. Ad hæc prænotandum est.

De quo fit octaua conclusio: Si quis rationis capax deliberate & scienter dubitauerit de his, quæ principaliter & directe pertinent ad fidem catholicam, quales sunt fidei articuli, non excusatur ab heresi, nec ab hereticorum pœnis. Hæc conclusio videtur esse expressa sententia sancti Thomæ quodlibeto. 3. quæst. 4. art. 10. vbi dicit in hec verba: In his vero, quæ pertinent ad fidem & bonos mores, nullus excusatur, si sequatur erroneam opinionem alicuius magistri: in talibus enim ignorantia non excusat; alioquin immunes à peccato fuissent, qui secuti sunt opinionem Arii & Ne-

storiij, & aliorum hæresiarcharum; nec potest excusationem habere propter simplicitatem auditorum, si in talibus erroneam opinionem sequantur. In rebus enim dubiis non est de facili præstandus assensus, quinimo vt Augustinus dicit in lib. 3. de doctrina Christiana, consulere debet quis regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis, & Ecclesiæ auctoritate percepit. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestum scripturæ testimonium, siue contra id quod publice tenetur secundum Ecclesiæ auctoritatem, non potest ab erroris vitio excusari. hætenus Thomas. Quæ sententia apertius etiam constat vera esse illis, quæ diximus supra par. 1. super quæst. 7. in prima regula.

Item nono potest aliquis dubitare de credibilibus indirecte & secundario ad fidem pertinentibus quæ explicite credenda omnibus non proponuntur; de quibus diximus supra in §. Rursus sunt alia.

De quo dubitationis genere fit nona conclusio: Absque heresi & peccati periculo potest quis dubitare de huiusmodi credibilibus, & tenere contrarium eius, quod expresse continetur in sacris litteris, donec admonitus sit legitime. Ratio huius conclusionis in promptu est: quia cum huiusmodi credibilia non teneatur quis explicite credere, sed solum implicite, et in animi preparatione, vt scilicet paratus sit credere quicquid in diuina scriptura continetur; tunc sub peccati & heresi reatu explicite credere ea tenetur, quando ei constitit in doctrina fidei illa de quibus dubitat, aut quorum contrarium tenet, contineri. Quando vero id sibi non constitit, cum credere ea explicite non teneatur, potest sine periculo contrariam catholicæ veritati opinionem tenere, & sequi, dummodo pertinacia absit. hec est sententia eiusdem sancti Thomæ par. 1. quæst. 12. art. 4. & Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 17. & Eymericus supra par. 1. quæst. 7. & 12. & alijs plerisque locis.

Iam ad hæc credibilia secundi generis magis vel minus explicite credenda quis teneatur, ex qualitate personarum & status earum pensandum est: nã qui alios erudire debent & instruere in credendis, ad plura huiusmodi credenda obligantur, & ideo plura etiam explicite credere præsumuntur, sicut ex sententia sancti Thomæ luculenter ostendit Eymericus supra par. 1. q. 12.

Item decimo contingere potest dubitatio circa credibilia tertij generis, de quibus diximus in §. Sunt postremo alia, de quibus fit decima conclusio: Si quis de credibilibus tertij generis, illis videlicet, quæ per Ecclesiam sunt definita dubitet, sicut dictum est, non censetur hereticus, quando ea scire verisimiliter non præsumitur, & antequam legitime sit admonitus: si vero post legitimam admonitionem in dubitatione persistat, hereticus putandus est; cum nolit stare definitis & determinatis per Ecclesiam. Neque enim in dubium sunt reuocanda, quæ semel pro fide, communionem, & veritate catholica atque Apostolica, Ecclesia Romana definiuit, vt ait Gelasius Papa. 1. epistola quadam ad episcopos Dardaniæ, & refertur in cap. Maiores. 24. q. 1. & docet

Dubitantes de credibilibus indirecte ad fidem spectantibus an sint heretici. Nona conclusio.

Dubitantes de credibilibus per ecclesiam definitis, an & quomodo sint heretici.

Decima conclusio.

docet sanctus Thomas in summa par. 1. quæst. 32. art. 4. de quo diximus supra par. 1. in l. nemo clericus. de sum. trinit. & fide catho. Hæc vero credibilia tertij generis non omnes eque explicite sci-re tenentur, sed gradus & status hominum diuersorum, pro varietate officiorum & munerum sunt considerandi, sicut luculenter docet Eymericus supra par. 1. quæst. 12.

Dubitantes de spectantibus ad fidem nondum definitis per Ecclesiam, non sunt heretici.

Vndecimo & postremo contingit dubitare de quibusdam ad fidem pertinentibus, quæ nondum sunt per Ecclesiam definita, vt verbi gratia. An statim post mortem Domini nostri Iesu Christi legalia cessauerint, nec ne, de qua difficultate plene sanctus Thomas 1. 2. quæst. 103. et doctores scholastici lib. 4. sent. dist. 3. & Sotus lib. 2. de iustitia & iure q. 5. art. 4. item an Virgo Maria mater Dei fuerit in peccato originali concepta nec ne. item an Papa possit dispensare super matrimonio rato per verba de presenti, nondum tamen per carnalem copulam consummato, & de multis huiusmodi quæstionibus, quæ frequenter inter doctores catholicos solent disputari, quibusdam vnã contradictionis parem, alijs alteram tuentibus.

Vndecima conclusio.

Et in hoc fit vndecima conclusio: De rebus huiusmodi ad fidem spectantibus absque periculo heresis potest quisque dubitare vtra pars verior sit, & sequi quam voluerit, dum tamen paratus sit tenere quod Ecclesia definiuit, si contingat aliquando fieri declarationem nam si post factam determinationem tali ordinationi quis pertinaciter repugnaret, hereticus censetur. Hanc conclusionem tenet sanctus Thomas par. 1. q. 3. art. 4. & 2. 2. quæst. 11. art. 2. & Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 17. Innocentius, & communiter doctores in cap. ne inuitaris. extra de constit. Et nominatim Ioa. And. in cap. cum Christus. de heret. Et ratio potissima huius conclusionis est: quia qui de propositis rebus dubitant, non habent electionem contra dicentem doctrinam ipsius Ecclesie. ita sanctus Thomas 2. 2. q. 11. art. 2. ad tertium argumentum. Vnde optime Caietanus apud eundem Thomam par. 1. q. 32. art. 4. notat, quod quando deest determinatio Ecclesie, non vocatur manifestum consequi aliquid contrarium fidei ex aliqua positione, ex eo quod multi doctores credunt vno modo, alij vero aliter. Quare dubitantes de his, siue veritati contrarium opinantes, non solum ab heresi, sed etiam à peccato excusantur: nam quisque iuxta gradum suum, veriorum partem sequi se arbitrat, salua semper Ecclesie reuerentia.

In eligendis opinionibus dubijs circa res ad fidem pertinentes nondum definitis, quid obseruandũ.

Ceterum circa hanc conclusionem id omnino obseruandum mihi videtur, quod docet Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 17. videlicet, non videri omnino immunes esse à peccato, qui in materis fidem tangentibus, non sequuntur opinionem doctorum grauiorum magis probatorum & celeberrimorum. Cum ergo de huiusmodi rebus dubitare contingit propter diuersas diuersorum sententias, illorum regulariter amplectenda opinio est, qui sanctorum Patrum doctrinis soliti sunt adherere. Item multoties potius quam paucorum, aut vnus est tenenda sententia. Item eorum, qui fortioribus aut validioribus rationibus nituntur, nec

facile in his rebus est præstandus assensus alteri contradictionis parti, sed re mature considerata procedere oportet.

Quomodo autem excusentur ab heresi, siue ab heresi suspicione, qui incertas & dubias opiniones magistrorum sequuntur, in rebus ad fidem pertinentibus explicat sanctus Thomas quodlibeto 3. quæst. 4. art. 10. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 28. art. 2. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. p. 2. cap. 17. & Albertinus tract. de agnos. assertio. quæst. 21. num. 34. & seq. Hanc tractationem, cum non sit huius loci, libet omitti, alibi fortassis copiose explicaturus.

Postremo animaduertendum est, multos per ignorantiam errare circa credibilia, & de illis sepe dubitare, quæ firmiter credere oportet, qui qualiter ab heresi excusentur explicui plenissime supra par. 1. super quæst. 7.

Atque ex his existimo percipi posse, qualiter sit intelligenda sententia huius capituli de dubitatibus in fide, quam plenissime declarandam in gratiam eorum qui causas fidei tractant in sacro Inquisitionis tribunali, non inutiliter forsitan existimauimus.

Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant. Huius periodi multiplex est intellectus, vt ex Hostiensis, Cardinali Zabarella, Ioanne Anania, Panormitano & alijs colligere licet: ceteris tamen omisis, vt hæc quoque pars, titulo de hereticis sub quo ponitur, conueniat, mihi id nunc probatur, quod Zabarella hoc ipso loco tenere videtur; nempe, quod non excusat ignorantia eum, qui dicit se nescire articulos fidei, de quo dicto (ne actum agam) vide quæ plene scripti supra par. 1. super quæst. 7. regula. 1. & seq.

Ignorantia circa articulos fidei non excusat.

Leo Papa.

Errare in fide conuincitur, qui alios errantes citare potest, ab errore non reuocat. C A P. I I. Vi alios, cum potest, ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat.

COMMENT. I I.

Vi alios.] Desumptum est hoc cap. ex epistola 91. capitulo 15. Leonis Papæ. I. ad Turribium Asturicensem episcopum, cuius initium est: Quam laudabiliter integra clausula ita habet: De qua re quintidecimi capituli sermo conuenitur, & præsumptionem diabolicam merito detestatur: quia & nos istud veracium testium relatione comperimus, & multos corruptissimos eorum codices, qui canonici titularentur, inuenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne vsquequaque sentirentur insuauia, quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, & sacerdotali diligentia maxime prouidendum, vt falsati codices, & à sincera veritate discordes, in nullo vsu lectionis habeantur. Apocrypha autem scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum, multarum habent seminarium falsitarum, F 4 non

non solum interdicens, sed etiam penitus auferendę sunt, atque ignibus concremandę. Quamvis enim sint in illis quędam, quę videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen va-
 cua sunt venenis: & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunque erroris inuoluant. Unde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonico rum nomine eos codices in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se nouerit iudicandum: quoniam qui alium ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat. *hęc Leo.*

Intellectus
 e, quia alios.

Ex integra hac clausula constat in quo sensu accipi debeat sententia huius capituli, nam cum dicitur, qui alium ab errore non reuocat: non agitur generaliter de quolibet errore, sed de errore fidei, quod tamen iam per coniecturam adiuuissent hic Panormitanus, Marianus Socinus, & alij dicentes loqui textum de errore fidei, ut faciat ad titulum, cum ponatur sub titulo de hæreticis, iuxta id quod notauimus in commentario precedentis capituli. S. Quęquam autem. vers. Lex enim vel canon. tamen si inquam hoc adiuuissent hi doctores per coniecturam, apertius id patet ex integra periodo, cū in ea iubentur aboleri codices, et libri ab impio Priscilliano corrupti & deprauati, ne eorum lectio ne fideles in errores fidei catholice contrarios laberentur.

Priscillianus
 quifiam fuerit.

Fuit vero Priscillianus (ut obiter hoc dicā) hæreticus Hispanus ex Gallia, de quo sic S. Prosper in Chronico: Anno Christi 379. Priscillianus de Gallia, ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit. *hęc Prosper. Priscilliani initia, incrementa, interitum, mores & studia, pleribus & certius quam quisquam alius enarrat Sulpicius Severus lib. 2. sacrę historie non procul à fine. Sed ad institutum reuertor.*

Cap. qui alios
 de hæret. quid de finiat.

Sententia huius capituli hunc habet sensum, sicut Ioanni Ananę, Panormitano, Socino & alijs placeat, Errare in fide conuincitur, qui alios errantes in fide, cum potest, ab errore non reuocat. nam etsi qui hæreticis fauent, & eorum permittunt errores propagari, cū impedire possint et debeant, reuera id faciunt affectu alliciente, non errante intellectu. quāuis vere & proprie hæreticorum sint, at iuris fictione hæretici sunt. quoniam ut recte Innocentius ait in cap. error. 83. dist. Error, cui non resistitur, approbatur; & veritas cum minime defenatur, opprimitur. Negligere quippe cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare. *hęc Innocentius. Et Gregorius in cap. consentire. dist. 83. ait: Consentire videtur erranti, qui ad refecanda, quę corrigi debent, non occurrit, hęc ille. Ad idem, textus in c. preterea. 23. q. 8. & in cap. tam sacerdotes. 24. q. 3. & in cap. quanta. de sent. excom. & in cap. sicut dignum. §. illi etiam. & ibi glos. de homicid. & in multis alijs locis. facit item textus in l. scientiam. ff. ad legem Aquil. vbi probatur, quod si seruus vulnerat vel occidit sciente domino, tenetur domi-*

Hæretici sūt
 saltem iuris
 fictione, qui
 hæreticos fo
 uent, cum
 possint extir
 pare.

A nus. & sumitur ibi scientia pro patientia seu tolerantia hoc est, cum potuit non prohibuit. Ad rem ergo, de qua institutum est tractare, propius accedendo, dico primum, distinguendas esse personas, quę errantes in fide non reuocant ab errore, aut non puniunt: quidam enim sunt quibus id competit ex officio, quales sunt ecclesiarum prelati, & Apostolici Inquisitores, quibus extirpandi hæreticos potissimum cura incumbit: alij sunt ad quos id non pertinet ex officio, quales sunt inferiores.

Si de episcopis seu ecclesiarum prelati sermo sit, sicut in hoc cap. ut constat ex integra clausula, quam adduximus, sit hoc axioma. Episcopus seu alius fidei iudex potens impedire & prohibere lectionem librorum, aut predicationem dogmatum hæreticorum in sua diocesi, aut negligens punire hæreticos cū possit eos capere & punire: aut quid simile faciat, aut facere omittat, quod in detrimentum catholice fidei conuertatur, hæreticus indicari potest in foro exteriori, & sicut talis tractari in sacro Inquisitionis tribunali: ita probat textus noster in suo fonte, quem paulo ante adduximus, ibi: Unde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonico nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se nouerit iudicandum. *hęc ibi. Et ratio potest esse illa, de qua Bartolus in l. que dotis. ff. soluto mat. circa finem, num. 13. videlicet quia quotiescunque potest aliquis contradicendo actum impedire, si non impedit, sed taceat & dissimulet, presumitur consentire: quare prelati qui talia fieri permiserit, nec impedierit aut prohibuerit, cum possit saltem iuris fictione seu presumptione, hæreticus censendus est: quamuis reuera in mente talis non sit.*

Neque his obstat dictum Zanchini tract. de hæret. cap. 5. vbi ait, eum, qui habet potestatem punire hæreticos, si sciens id negligat, incidere in hæresim suspensionem, quasi velit talem non esse censendum hæreticum, sed solum suspectum: quoniam respondetur Zanchinum perinde esse accipiendum ac si dixisset, eum presumi incidisse in hæresim, quod satis indicat iura, quę adducit, inter quę est c. qui alios. de hæret. quod nunc interpretatur.

Sed qualiter puniri debeant huiusmodi delinquentes, queri potest. Et quoniam qui taliter delicta fieri permittunt, cum possent prohibere, auctoritate sua, & impunitate delicti, delicto non modo videntur consentire, verum etiam illud fouere atque defendere: ideo plus puniri debent, quam ipsi, qui propter maiorum conuentionem & consensum delinquent. glossa in Clem. 1. verbo, defensauerit. tit. de pœnis. Iulius Clarus in pract. crimin. quest. 87. vers. Hęc autem omnia. vbi dicit hanc esse communem conclusionem ex sententia Bolenc. in reperi. l. capitalium. §. famulos. num. 114. ff. de pœnis & potest. inquit Clarus, poni exemplum in prelato, qui dissimulet aliquem concionatorem in sua diocesi falsa dogmata predicantem, & facit textus & gl. in c. qui aliorum. 24. q. 3.

Episcopi ergo qui negligunt diocesim ab hæresibus

Hæreticus
 indicari potest
 iudex ec
 clesiasticus si
 potens extir
 pare hæretica,
 non ex
 terpet.

Episcopus ne
 gignens dice
 salim hæres
 bus purgare,
 deponendus
 est ab Episco
 patu.

bus purgare, non solum seuerè puniendi sunt, sed ab episcopali dignitate etiam remouendi, cap. excommunicamus. el. 1. §. volumus. de hæreticis: vbi scriptum est ita: Siquis enim Episcopus super expurgando de sua diocesi hæreticę prauitatis fermento, negligens fuerit, uel remissus: cum id certis in dijs apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituitur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem. *hęc ibi.*

Causę diuer
 sa, cur episco
 pi quandoq;
 in hæreticos
 non animad
 uertunt.

Atque hæc dicta esse volumus de illis, qui cum possunt prohibere, non prohibent; nā sunt qui quandoque multis ex causis tamen si prohibere desiderant, nihilominus non prohibent: vel quia à temporalibus dominis libere in hæreticos animaduertere non permittuntur, vel propter potentiam & multitudinem hæreticorum, vel propter auaritiā quia ab hæreticis eorumue fauoribus pecunia corrupti absint ab eorum punitione, vel ob alias causas, quibus sepe succumbit humana fragilitas; quod cū contigerit, sciendum primo est, eos grauissime peccare, ac contrabere etiam hæresis suspensionem maiorem vel minorem, pro qualitate impedimenti & circumstantię, ob quam desunt in hæreticos animaduertere.

Omnis Chri
 stianus obli
 gatur hereti
 cos denun
 tiare.

Diximus breuiter de prelati ac magistratibus, quibus extirpandorum hæreticorum cura imminet. de alijs nunc dicamus, quia textus præsens generaliter dicit reuocandos esse hæreticos ab errore: & quamquam neminem excipiat ab hac obligatione reuocandi errantes in fide, nihilominus non equaliter ad omnes pertinet talis reuocatio. Omnis ergo prelati, quibus (ut diximus) ex officio competit hæreticos coercere, de alijs sit hæc certa conclusio; Omnis christianus sub pena excommunicationis debet hæreticos denunciare. Hęc conclusio est sancita per Gregorium Nonum extrauaganti quadam contra Patarenos, cuius initium est: Excommunicamus. & refertur inter litteras Apostolicas pro officio sanctissimę Inquisitionis, in qua ita habetur: Item si quis hæreticos sciuerit, uel aliquos occulte cõuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, uel alij per quem credat ad prelati sui notitiā peruenire: alioquin excommunicationis sententia percussatur. *hęc ibi. Et de hoc vide copiose per Ioannem Rojam in singularibus fidei sing. 5.*

Hæretici an
 sint chaity
 tate admonē
 di priusquā
 denunciētur.

Quod si queratur, an in hęcendo verbis huius textus liceat priusquam denuntientur hæretici, eos fratere admonere, atque inducere ut ab erroribus desistant & resipiscant? & videtur licere, cum textus id significare videtur ibi: qui alios cum potest, ab errore non reuocat. Sed per fraternam correctionem & admonitionem, videntur posse reuocari: ea ergo erit permittenda. Rursus quia in delictis cum proceditur per denuntiationem, Evangelica seu charitativa monitio precedere debet, c. qualiter & quando. el. 2. de accusatio. & ca. licet Heli. de Simo. Postremo, quia Matth. c. 18. scriptum est: Si autem peccauerit in te frater tuus, uade, & corripere eum inter te & ipsum solum.

Ceterum tutius est in crimine hæresis non esse

adhibendam correctionem fraternam, antequam denuntientur hæretici; sed ea omissa denuntiare debet, de quo articulo dictum est plenius infra in hac 2. p. super c. qualiter & quando.

Ad rationes vero proxime adductas vno verbo potest responderi, nec non habere locum in crimine hæresis, interim tamen videto Simancas de catholicis instit. tit. 19. de denuntiatione, & Ioannem Rojam tract. de hæret. par. 2. assertione 3. & in singularibus fidei, singulari 5. num. 21. vers. Tertio ampliatur.

Postremo quamquam catholici omnes modo explicato teneantur hæreticos ab erroribus reuocare, prelati coercendo, & fideles reliqui denuntiano: adhuc inter fideles potest considerari maior vel minor obligatio ad id faciendum, sicut ostendit Zanchinus tract. de hæret. cap. 5. nam quidam preter generalem obligationem iuramento etiam promittunt & inquirere & indicare hæreticos iudicibus fidei, cap. excommunicamus. §. Adijcimus. de hæret. Hi vero grauius peccabunt & maiorem contrabent hæresis suspensionem, si negligant, (sicut debent & promiserunt) hæreticos denunciare. Illi autem qui non prestiterunt tale iuramentum ex defectu eius circumstantię non censentur rei sicut priores, tamen si non effugiant penas latas in eos, qui omiserint denunciare. de quo scripsimus copiose in hac 2. parte, super quest. 53.

Qualiter magis vel minus obligentur fideles ad denuntiationem hæreticos.

Augustinus † de fide catholica.

† Hoc habet sanctus Augustinus in libro de fide ad Petrum Diaconum, cap. 39 refert Iuo in Decreto par. 1. cap. 39.

Hæreticus perseverans æternaliter damnatur, cui nec prodest baptismus, nec elemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcunque bonum, quo ad hoc vt consequatur vitam æternam.

C A P. III.

FIRMISIME tene, & nullatenus dubites, omnem hæreticum vel schismaticum, cum diabolo & angelis eius, æterni ignis incendio participandum, nisi ante finem vitę, catholice fuerit incorporatus & redintegratus Ecclesię: & post pauca. [Omni homini, qui Ecclesię catholice non tenet unitatem, neque baptismus, neque elemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem.

† al. mancipandum

Gregorius Anastasio Antiocheno.

Damnato auctore, damnatur eius scripturę, & libri, & opera. Cap. IIII.

FRATERNITATIS tuę: & infra. Cum Cælestius atq; Pelagius, in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

COMMENT. III.

[Fraternitatis tuę.] Desumptus textus ex Beato Gregorio lib. 7. epistola. 47. indictio. 2. regesti. integra clausula apud Gregorium ita habet: Fraternitatis tuę scripta suscepi, professionem fidei

fidei recte feruantia; magnasque omnipotenti Deo gratias retuli. *Et post multa ait*: Præterea dum de sanctorum conciliorum custodia tua fraternitas loqueretur, sanctam Ephesinam synodum primam se custodire professæ est, sed quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex regia vrbe transmissus est, agnouit hoc, quòd quædam capitula catholica cum hæreticis fuerant reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam synodum in eadem vrbe extimant, quæ quondam ab hæreticis tradite esse composita; omnino necesse est, vt charitas vestra eadem synodum apud sanctam Alexandrinam atque Antiochenam ecclesiam requirat, & qualiter in veritate se habeat, inueniat: Vel si placet, hinc dirigimus, quæ ab antiquitate seruata in scriptis habemus. Illa enim synodus, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula ascribit approbata, quæ sunt Cælestij atque Pelagij prædicamenta. Et cum Cælestius atque Pelagius in ea synodo sint damnati, quomodo poterant illa capitula recipi, quorum damnabantur auctores? *Hactenus Gregorius Papa I. vnde constat primo in multis Decretaliū exemplaribus perperam tribui hoc cap. Gregorio nono. Rursus illud etiam patet tam hic, quæ apud sancti Gregorij in plerisque codicibus, præsertim impressis pro Cælestio, corrupte legi, Cælestinum; cū in manuscriptis Vaticanæ bibliothecæ constanter legatur vbi que Cælestius, non Cælestinus.*

Fuit Cælestius Pelagij sectator, de quo sanctus Augustinus in libro de heresibus, cap. 88. ait ita: Pelagianorum est hæresis hoc tempore omnium recentissima à Pelagio monacho exorta; quem magistrum Cælestius sic secutus est, vt sectatores eorum Cælestiani etiam nuncupentur. *hec Augustinus. Idem lib. 2. retractationum, cap. 33. Cælestianus vocat Pelagij discipulum.*

Pelagij & Cælestij dogmata valde confutauit idem Augustinus libro de gratia Christi, & libro de peccato originali contra Pelagium & Cælestium, & multis alijs locis.

Pelagius & Cælestius primum in Carthaginensi concilio, deinde in Mileuitano tempore sancti Augustini damnati sunt, quorum acta Innocentius I. Pontifex Romanus comprobauit, sicut constat ex epistolis horum conciliorum, & Innocentij Pape super ea re hinc inde transmissis, quæ habentur in 2. tomo operum sancti Augustini, epistola 90. 91. 92. 93. & seq. item ex eiusdem Innocentij Pape I. epistolis 25. 26. & 27. quibus rescribit episcopis Africanis & Mileuitani concilij de heresi Cælestij & Pelagij, item in epistola 1. Cælestini Pape I. quæ ante acta concilij Ephesini circumfertur in 1. tomo conciliorum Sorianæ editionis.

Rursus in concilio Ephesino Cælestius damnatus est, dum ibi damnantur qui cum ipso senserint, nam quamuis synodi Ephesinæ habendæ causa fuerit Nestorius Constantinopolitanus, Pelagianos quoque sine Cælestianos in ea fuisse damnatos, non est incertum.

Sane tomo 4. actorum concilij Ephesini, cap. 9. canone 1. dum illi damnantur, qui à concilio desec-

A runt, Cælestij plena fit mentio, nam canone 1. ita scriptum est: Quia vero oportebat eos, qui ob aliquod ecclesiasticum, vel corporis impedimentum in regione, vel ciuitate sua detenti, sacre synodo interesse nequieuerunt, ea non ignorare, quæ de schismaticis sunt definita; notum facimus vestre sanctitudini: quòd si prouincia cuiuspiam Metropolitanus à sacra & Oecumenica synodo deciscens, defectionis conciliabulo sese addiderit, vel postea quoque cum Cælestio senserit, vel etiam non sentit; huiusmodi contra prouincia suæ episcopos nihil omnino decernere posse, quòd à sacra synodo ab omni communione ecclesiastica seclusus, nullius deinceps potestatis, aut auctoritatis existat, *hec ibi. Ex quibus consequitur vere dici in hoc c. quòd interpretamur, Cælestium & Pelagium in ephesina synodo esse damnatos.*

B Item ex prædictis luce clarius constat non damnari hic Cælestium & Pelagium Romanos Pontifices, (vt sapienter me etiam admonuit Illustrissimus Iulius Antonius Sanctiorius sanctæ Senering Cardinalis, vnus ex generalibus Inquisitoribus pietate insignis & eruditione) sed Cælestium & Pelagium hæreticos, & propterea non potuisse commode & vere Ioannem Ananiam, Panormitanum Felinum, Socinũ & alios ex hoc textu notare, Pappam posse in concilio damnari de heresi; cum nullo pacto hinc possit id deduci.

C Præterea quantum attinet ad intellectum verum huius capitis, obseruandum est ex sancto Gregorio lib. 5. epistolarum, indictione 1. 4. epistola 34. cap. 114. & lib. 6. indictione. 15. epistola 31. cap. 195. item ex epistola vnde sumptum est hoc cap. in eis agi de quibusdam Pelagianorum dogmatibus falsis & hæreticis, quale est illud de Adami morte, non autem de libris seu capitulis catholicis, improbatis vel damnatis propter odium auctoris: nempe per Cælestij atque Pelagij prædicamenta, ego venenosa illorum dogmata interpretor. *Inde fit vt in spectro fonte, vnde sumitur hic textus, non possit ex eo plane deduci, quòd obseruant cõter doctores, videlicet dånato auctore, scripta eius conscribi dånata.*

Ceterum cum hoc fragmentum ponatur sub titulo de hereticis, non videbitur absurdum si dicamus ex eo non inepte colligi id generale axioma, sicut in simili diximus supra eod. tit. super cap. Dubius.

Quamquam vero hinc non colligere aperte: nihilominus tamen in se vera & secuta est hæc sententia, quòd damnato auctore velut hæretico, cuius quoque opera intelligantur esse damnata, vt latius ex sequentibus apparebit.

E Admonet igitur hic locus, vt de libris prohibitis paulo latius distram, cum tempora hæc hanc merito postulent tractationem: dicam autem summam certiora, & ea in primis, quæ ad Inquisitores spectare iure videntur.

De hac re scribunt fere omnes interpretes vetustiores in hoc cap. fraternitatis. de heret. & in cap. damnamus. de sum. trinit. & sic. cath. alij vero varijs locis. Zanchinus de heret. c. 7. vbi Campegius, idem Campegius ad Zanchinum. cap. 34. Repertorium & Umbertus Locatus re. bo. libri. idem & Umbertus

Verus intellectus, cap. fraternitatis de heret.

De libris dånatis non legendis, qui scripserunt.

A bertus verbo, absolueret. *Alfonso Castus lib. 2. de iusta heret. punit. cap. 15. 16. & 17. Conradus Brunus. lib. 6. de heret. c. 6. & seq. Albertinus de agno. assertio. q. 12. nu. 13. & seq. idem copiosius eodẽ tractatu. q. 28. Simæas de cath. instit. tit. 38. idem in Enchyridio. tit. 39. Ioannes Rojas singul. 224. Gondissalvus de heret. q. 13. nu. 19. pulchre Petrus Godofredus in l. damnato. C. de heret. Carverius tract. de heret. nu. 125. & alij. quos libens omitto. Differui copiose integro libro sexto de pœnis hereticorum, ex quibus omnibus sequentia breuiter colligamus.*

B Primum, damnato auctore tamquam heretico, libri eius damnati censentur. Ita colligunt ex hoc cap. omnes vetustiores interpretes, quibus recentiores maiori ex parte adscripulantur: licet Alfonso lib. 2. c. 17. de iusta heret. punit. dicat illud. c. non habere hanc sententiam: sed non est nunc audiendus. & ratio huius axiomatis est in promptu: quia plus nocent libri hereticorum erronei, quàm auctores ipsi, cum ad plures libri perueniant: multo ergo magis conscribi debent cum auctoribus dånati. Quòd axioma verum est, etiamsi cum damnatur hæreticus, de libris eius nominatim nihil caueatur: cum manifestum sit, ut hinc damnata ob pestilentem fructum, ipsos etiam fructus interdici, ne venenum infillunt fructus vero doctrinarum hereticarum, in libris eorum in primis contineri exploratissimũ est.

C Rursus idem axioma verissimum est, etiamsi libri hereticorum multa bona contineant: ita Hostiensis in hoc cap. fraternitatis. num. 1. & ratio est, quoniam periculum est non leue, ne inter vitia hereticorum latitent: cum hereticorum mos sit bona multa docere, vt falsa facilius persuadeant: hinc Beatus Gregorius lib. 5. Moralium c. 10. dicebat his verbis: Habent quippe hoc heretici proprium, vt malis bona permisceant, quatenus facile sensui audientis illudant: si enim semper praua dicent, citius in sua prauitate cogniti, quòd vellent minime persuaderent: rursus si semper recta sentirent, profecto heretici non fuissent: sed dũ fallendi arte ad vtraque deseruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala vt recipiantur, abscondunt. *hec ille. Idem docuit Leo eius nominis primus, & Vincentius Lyrinensis in libro aduersus profanas heresum notationes, & Turrememata in c. sancta. 1. dist. & Catharinus Politus in speculo hereticorum consideratione. 10. & Conradus Brunus lib. 6. de heret. c. 6.*

D Denique præfatum axioma, vt damnato auctore, opera simul damnata censentur, ita verum est, vt nullo modo recipi debeant, neque tamquam auctorizabilia, neque tamquam rationabilia: contra quam velint Ioa. And. Imola, Abbas & alij in d. c. dånamus. de sum. trinit. & Hostiensis in hoc cap. fraternitatis. num. 1. & Albertinus de agno. assertio. q. 12. nu. 13. & quidam alij. & ratio est: quoniam indistincte hereticorum libri sunt damnati, & prohibiti sub pœna excommunicationis per rescriptum Iulij III. quòd incipit, Cum meditatio cordis. & rescriptum Pij III. incipiens, Domini regis. & bullam cænæ Domini. cap. 1.

E Quæ quamuis ita se habeant, aliquando tamen

Libri hereticorum, etiã vitia continentes, interdici.

A immutantur: nam quotiens summus Pontifex in specie libros damnati auctoris permittit, tunc in puncto legi possent. ita notant & vere Doctores in d. c. damnamus. de sum. trinit. & in c. fraternitatis. de heret. hinc videmus Origenis damnati multa opuscula legi, quoniam ea recepit Gelasius cap. sancta. 15. dist. vers. item Origenis, facit c. sane profertur. 24. quest. 2.

B Iam hæc prohibitio de legendis hereticorum libris, non comprehendit Inquisitores hæreticæ prauitatis, nec eorũ substitutos seu Vicarios, vt cauit idem Iulius III. in præfato rescripto: Cum meditatio. in hæc verba: Nos præmissis occurrere, & Christi fidelium animarum saluti consulere cupientes, cap. omnes vetustiores interpretes, quibus recentiores maiori ex parte adscripulantur: licet Alfonso lib. 2. c. 17. de iusta heret. punit. dicat illud. c. non habere hanc sententiam: sed non est nunc audiendus. & ratio huius axiomatis est in promptu: quia plus nocent libri hereticorum erronei, quàm auctores ipsi, cum ad plures libri perueniant: multo ergo magis conscribi debent cum auctoribus dånati. Quòd axioma verum est, etiamsi cum damnatur hæreticus, de libris eius nominatim nihil caueatur: cum manifestum sit, ut hinc damnata ob pestilentem fructum, ipsos etiam fructus interdici, ne venenum infillunt fructus vero doctrinarum hereticarum, in libris eorum in primis contineri exploratissimũ est.

C Falluntur ergo Episcopi, qui existimant, perinde sibi, ac Inquisitoribus damnatorum libros legere licere: non enim possunt nisi à summo Pontifice speciale habeant facultatem. Videtur tamen præcisi rescripti verba solum comprehendere Inquisitorum commissarios auctoritate Apostolica creatos, non eos quos sibi Inquisitores substituant: nam hi non videntur posse vti hoc privilegio, quòd videri posset alicui iuxta doctrinam Bartoli in l. filius. ff. de legationibus.

D Nihilominus tamen idem videtur dicendum de commissariis ab Inquisitoribus ipsis constitutis, cū illi Apostolica auctoritate deputati videntur, eo ipso quòd ab Apostolicis Inquisitoribus constituntur. Ad tollendam tamẽ hanc difficultatem prudenter mihi agere videretur Inquisitores, si cum creati sibi commissarios, expresse etiam declararent eis competere hanc facultatem legendi libros prohibitos.

E Præterea, quamuis nonnullis videatur posse quemlibet propria auctoritate libros damnatos comburere, vel aliter perdere, vbi ad ipsum quocumque modo peruenierint: tutius tamen videtur Vnberto verbo, libri. vt eos ad fidei iudices deferat, vt etiam asserit Campegius apud Zanchinum, c. 7. Ceterum ego crederem, necessario Inquisitoribus esse deferendos: nam in præfato rescripto Iulij III. ita scriptum extat: Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in ciuitatibus, in quibus libris huiusmodi existunt, consignasse debeant realiter, & cum effectu.

Monendi tamen sunt Inquisitores, vt cum liber alicuius hæretici damnati illis defertur, interrogent deferentem vnde illum habuerit, ne forte eo libro fuerit male vsus, aut ab aliquo, qui timet pro-

Libri damnatorum in specie permisi, legi possunt.

Inquisitores libros damnatos legere possunt, non Episcopi.

Qui commissarii legere possint damnatos libros,

Libri prohibiti Inquisitoribus deferendi, non propria auctoritate corumpendi.

di, mittatur. Iam illud addiderim. semel damnato heretico, non modo intelligi damnatos libros iam conscriptos, cum ille damnaretur, sed etiam quoslibet alios deinceps compositos & editos, absque nova damnatione, argumento eorum que diximus supra in 1. par. super l. nemo clericus. de sum. trinit. & fid. catho. s. Nam & iniuriam.

Inquisitores non concedunt facultatem legendi libros prohibitos.

Nunquid autem Inquisitores possint concedere facultatem legendi libros semel damnatos, quam ipsi habent, sepe vidimus dubitari: & tamen si magna sit eorum auctoritas, amplaque potestas, verius est hanc facultatem eos concedere non posse, quia Romanus Pontifex specialiter videtur sibi hoc reservasse: & quae specialiter sibi ipse reservat, ceteris intelliguntur esse denegata, iuxta doctrinam glossae communiter receptam in c. excommunicamus. verbo, Apostolica. de haeret. Sancinit autem Papa, ut nemo legat libros damnatos sine facultate sedis Apostolicae speciali. Iulius III. in praefato rescripto, Cum meditatio. & in Bulla caena Domini. c. 1.

Quorundam tamen hereticorum libri, qui ex professo de religione non tractant, aut conscripti sunt ab hereticis dum catholici forent, ex aminatione & approbati ab Inquisitoribus permittuntur, iuxta dispositionem regulae 2. indicis librorum prohibitorum, quae donec aliud statuatur, tuto observare possunt Inquisitores.

Libri auctoris nondum damnati dogmata continentibus a quibus legendi, & purgandi.

Et quae haecenus diximus vera sunt cum agitur de libris iam damnatis, vel de libris hereticorum nominatim damnatorum. Cum vero liber aliquis prava continens dogmata ab auctore non damnato compositus de novo prodit, ne inficiat, legendus quidem est, ut cognitis erroribus per iudicem legitimum prohibeatur: legendus autem non per imperitos, aut idiotas, aut medicos, vel philosophos, vel meros iuriconsultos, sed per Theologos graves & probatos, perque viros tales, qui discernere sciant inter lepraem & li pravam, habeantque praeviorum dogmatum, & catholicarum assertionum notitiam, ut eleganter tradit Petrus Godofredus in l. damnato. C. de heret. & Alfonso Casstr. lib. 2. cap. 17. de iusta leg. punitione.

Confessores non absolvent retinentes libros damnatos.

Ad haec, illud monendi sumus, neminem eorum qui sacras confessiones audiunt, ex ordinaria potestate posse absolvere cum qui libros prohibitos apud se retinuit: cum enim ex hoc delicto excommunicatio irrogetur, ut diximus per 1. §. Bulla in Caena Domini, ab ea ne possint per quoslibet, delinquentes absolvi sub grauibus penis inibuit Romanus Pontifex in eadem Bulla prope finem. §. illos autem. in haec verba: Illos autem, qui contra tenorem praesentium talibus, vel eorum alicui, seu aliquibus absolutionis beneficium impedere de facto praesumpserint, excommunicationis, & anathematizationis sententia innotamur, & administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officia interdiciamus; denuntiantes eisdem, & declarantes aperte, nos grauius contra eos spiritaliter, & temporaliter (prout expedire cognouerimus) processuros. Et nihilominus, quicquid egerint absolvendo vel aliis, nullius sit roboris vel momenti. **Haecenus ibi.**

A Postremo, antequam libri vnde cumque in civitates aduerti a quoquam legantur, ea sunt diligenter observanda, quae prescribuntur in indice librorum prohibitorum, regula 10. §. nemo vero, ut videlicet liber ostendatur personis ad hoc officium deputatis, & facultas ab eis obtineatur: quod ipsum observare item oportet ab illis, qui cum hereditate libros a defunctis relictos acceperunt. quae plenius & valde salubriter canit synodus Salisburgensis constitutione quinta, cap. 3. & 4. dum iubet ut episcopi corryceos habeant, qui Bibliopolarum aliorumque infipientium libros inspiciant, obseruent, & suspectos tollant.

In libris de nouo aduertiis, priusquam vendantur quid agendum

B Ex supradictis pendet questio subdilectissima, nam cum sub anathemate interdicitur, ne quis libros retentos retineat, merito quaritur, an qui contrafecerit, censeri debeat hereticus, vel de haeresi saltem suspectus, & quibus tandem poena afficiendus, quae etiam de re breuiter differam, veriora & certiora perscribens, ut in hac parte, quae passim hodie contingit, lucem habeant qui haec nosse cupiunt.

Retinens libros damnatos, an sit hereticus, vel de haeresi suspectus.

Ac primum Archidiaconus, Ioannes Fantuzzius, & nonnulli alij in c. sane profertur. 24. q. 2. idem Archidiacono. & Ioannes And. in c. filij. de haeret. lib. 6. asserunt, sufficere ad conuincendum quempiam hereticum, si libri damnata lectionis apud eum reperiantur. eos sequitur Romanus singulari 326. incipien. eo ipso. Hippolytus Marsilius consi. 52. incipien. Misericordia Domini. nume. 34. Cassanensis ad consuetud. ducatus Burgundiae, rub. 1. des iustices. super textu. es droit d'icelles. nume. 53. Carreuius tract. de here. nu. 125. Repertorium Inquisit. verbo, libri. §. 1. & quidam alij, quorum plane sententia simpliciter intellecta, ut proposita est, falsa est, et penitus excludenda, cum nullo iure hoc cancaur, neque ratio patiatur, aut ius, ut ex sola presumptione de tanto crimine aliquis condemnentur. c. litteras. de praesumptio.

Horum tamen sententia tunc vera erit, cum constiterit eum, apud quem liber reprobatae lectionis reperitur, eundem librum composuisse, et ita plane locutus videtur auctor Repertorij in d. vers. libri. §. 1. ut colligitur eodem loco ex §. sed pone. & sic etiam tuetur veteres interpretes Ioan. Rojas synen. 124 & ita locutum quoque crediderim Archidiaconum in d. c. sane profertur. nam hoc casu vere haereticus putandus esset, cum maiori deliberatione libri scribantur erronei, quam verba haeretica emittantur. libri enim eiusmodi sine aliquo alio accusatore apertissime auctorem arguunt hereticum, & conuincunt, ut grauius docuit Maximus Episcopus Aquileiensis in concilio Lateranensi sub Martino eius nominis primo, circa annos Domini 645. celebrato, postulans Cyrum, Sergium, Pyrrhum, et Paulum hereticos, qui duas in Christo negabant veritates, scriptisque eam haesim docuerant, condemnari; nam inter cetera ita haec dicit: Necnon perscripta eorum aduersus fidem exposita, quae videlicet & sine accusantis persona redarguere eos apertissime demonstrantur: propterea enim accusatio extranea superflua esse dignoscitur, quoniam a suis temerariis conscriptis apertius accusantur, quibus omnem mundum conturbasse

Componens libros hereticos, censetur hereticus.

Luc. 19. Matth. 12.

basse noscuntur: ita namque Dominus ait: Ex ore tuo iudicabo te, & ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. & paucis interiectis: contra Theodorum & Origenem in sancta quinta synodo accusator quidem nullus, sed tantummodo eorum conscripta ad accusationem ipsorum & reprehensionem, sufficere noscuntur. haec ille.

Hoc tamen dictum non putarem indistincte accipiendum: sed tunc cum auctor ex proposito haesim ponit, eamque contra Catholicam fidem stabilire contendit: nam si quasi aliud agens proferat haeretice dictum, quod ex ignorantia potius quam malitia dixisse videatur, praesertim in rebus obscuris, quas non facile quis explicite scire praesumitur, qualia sunt multa ad fidem spectantia valde difficile, re vera non putaretur hereticus; quod tunc maxime verum esset, cum vel generalem praemisisset protestationem, vel aliis vir catholicus & probus communi hominum existimatione haberetur.

Retinens libros damnatos, quos non composuit, suspectus de haeresi est.

Sed alter casus est nunc diluendus, An videlicet is qui retinet sciens & volens librum vetita lectionis, ab alio tamen compositum, sit de haeresi suspectus habendus: et suspectum esse nullus dubitat: nam & iam olim id asseruit Guido Fulcodius, qui postea Clemens III. Papa creatus est, in consultationibus ad Inquisitores, q. 9. in fine, quem penitus sequitur Archidiaconus sibi forte contrarius in cap. quicumque. verbo, credentes. de haeret. lib. 6. quod Pij III. rescripto incipiente, Dominici gregis. apertius continetur his verbis: Is quidem qui haereticorum libros, vel cuiuslibet auctoris scripta, propter haesim vel falsi dogmatis suspicionem damnata, legerit, habueritque, ipso iure in excommunicationis poenam incidat; eamque ob causam in eum tanquam de haeresi suspectum inquiri & procedi liceat. haec ibi.

Qualis suspicio ex retentione librorum damnatorum constitutur.

An autem haec suspicio sit leuis, vehemens, aut violenta, non est a Papa expressum, Zanchinus tamen de haeret. c. 7. num. 7. Repertorium & Vmberthus verbo, libri, vehementem suspicionem ex retentione damnatorum librorum oviri asseruerunt. Ceterum verius est, causa cognita, hoc est, habita ratione personarum & librorum prudentem Inquisitorem rimari oportere, an haec suspicio leuis, grauis, seu vehemens, aut violenta sit: nam quid si retinens tales libros penitus est imperitus, qui eos nec intelligat, nec legere sciat; dices ne eum vehementer suspectum non plane. Quare in hac re ut in ceteris iudicio opus est, & consilio peritorum: nam fieri quandoque potest, ut absque ulla haeresis suspicionem libri damnati penes aliquem reperiri possint, ut de imperito proxime dictum est, quod etiam locum habere potest in eo, qui cum hereditate, vel mercibus accepit occlusos, nec adhuc exoluit: vel etiam si tales essent libri, qui licet ab hereticis essent conscripti, nihil tamen contra fidem continerent: sed tantum quae ad grammaticam, medicinam, vel similes profanas artes spectaret: aut si is qui retineret, vir esset probatissimus, a quo procul omnis malitia abesse putaretur: sicut de furto sublata scripsit Bald. & Imola in l. fin. ff. de haeret. inst. it. ea enim reperta apud homines bone fama, qui non sint soliti furari, non

facit eos praesumi fures, simile in casu nostro sentendum non male scribit Albertinus tract. de agn. assertio. q. 28. nu. 25. & seq.

Ut ergo gradus suspicionum ex lectione librorum prohibitorum notari possint, praeter qualitatem personarum legentium, sequentia considerare oportebit: si inconsiderate legerit: si parum, & semel: si unum tantum librum: si reprehendenti & monenti non difficulter obtemperauerit: si praesentari Inquisitori cum primum intellexit esse prohibendum: si sollicite quaesierit absolutionem, & similia, quae obedientis & vere Christiani peccatoris sunt indicia: haec enim nullam quandoque, aut saltem leuem suspicionem praeserent.

At si aduersus & sciens legerit: si totum, aut pluries legerit, si plures legerit: si reprehensus non facile nec statim obediuit admonenti: si non praesentari, sed sciens retinuit absque facultate: si non quaesierit absolutionem, aut similia commiserit, aut omiserit facere, quae contumacis signa sunt animi, magnam, & vehementem contrahet suspicionem.

Quod si studiose legat: si totum & pluries, aut plures & pluries: si omnes passim legat & sine delectu: si reprehensus tuetur factum: si inquirat, unde habere possit, aut curat sibi asportari: si non esse praesentandos, aut comburendos, contendat: si absolutionem contemnat, aut his similia faciat, aut facere omittat, in grauiorem & maiorem incidet suspicionem.

Hec igitur prudenter & diligenter inuestigabunt Inquisitores, ut iuxta unumquemque suspicionis gradum, aut abiurare, aut purgare compellant legentes, ceterasque salutaris poenitentiae munusculas, nunc minores, nunc maiores pro varia suspicionis & peccati delicti qualitate.

Illud non omittam, eum qui tales libros sciens prudenter retinet, posse aliquando dici haereticorum fauorem: nam in concilio Constantiensi sessio. 15. tit. de sententia contra Ioannem Hus, ita de libris eius cautur: Haec sacrosancta synodus prorsus iubet per locorum ordinarios, tractatus & opuscula huiusmodi per censuram Ecclesiasticam, etiam si opus fuerit cum adiectione poenae & fautoriae haeresis, diligenter inquiri, & reprobos ignibus publice concremari. haec ibi. Idem penitus dicturum de scienter retinente cuiuslibet alterius haesiarchae damnatos libros.

Tamen si vero multis modis innocentiam suam ostendere possit, qui libros vetitos reprobos est habere, eum tamen nullo modo tuebitur, si dicat se eos habere ad consuetudinem, contra qua sentiat Gonsalvus de haeret. q. 13. num. 19. & Alberinus de agnos. assertio. q. 28. num. 8. & Pignolatus in additione ad singul. Romani 326. quorum doctrina his locis tuta non est. Vmberthus in opere iudiciali, verbo, absolueret. num. 1. quoniam ut paulo antea monimus sub anathemate omnibus praecipitur, ne sine speciali Papae facultate libros vetite lectionis retineantur, aut legantur.

Iam qua poena sint plectendi breuiter est dicendum; & iure quidem civili ultimo supplicio affici iubentur, ut late tradit Simancas de catho. inst. tit. 38. num. 26. Sed haec severitas a tribunali Inquisitionis

Qui libros vetitos retinet quandoque haereticorum fautor dici potest.

Qua poena plectendi qui libros damnatos retinent.

tionis longe abest, cum poenam sanguinis non irroget. Guido Fulcodius loco pregitato, & Archidiacono, in d. c. 2. de hret. purgationem talibus indicendam admonet, quam interdum ex causa imponi, seu iudici posse non ambigerem. Hoc sit certum, penitentiam, esse imponendam nunc acriorem, alias vero leuiorem pro qualitate & modo delicti & delinquentium. Nos aliquando post abiurationem ieiunia, orationes, & peregrinationes imponi vidimus. Cetera hunc spectantia tradam infra in hac 2. par. super c. nouerit. de sent. excō. & super q. 27.

Iudicis non est permittēdū, vt libros damnatos legant.

Postremo in fine huius commentarij admonebo, curandum esse diligenter, ne Iudei libros illos audiant legere, quos Christiana fides repudiat: nam eorum lectio vel illorum augetur impietas, vt magis in obstinata infidelitate animus induret, aut proculdubio eorum conuersio vel impediretur omnino, vel retardaretur, & difficilior redderetur: aut operam darent, vt illis lectis Christiani in hareses & errores inciderent.

Quare prudentissime sanctissimus dominus Gregorius XIII. statuto quodam incipien. Antiqua Iudaeorum, edito anno Domini 1581. Calend. Iunij, inter causas & casus ob quos Inquisitores procedere possunt aduersus Iudgos, recensuit quoque hunc de quo agimus, in hęc verba: Si libros hareticos vel Talmudicos, aut alios Iudaicos quomodo libet damnatos, aut alios prohibitos, tenuerit, custodierit, vel diuulgauerit, vel in quacumque loca detulerit, aut ad eam rem operam suā accommodauerit: subiacebit scilicet Inquisitionum iudicio.

Recte itaque & pie iam olim in Hispania Erui-gius rex, (quem alij Eringium appellant) initio regni sui, id est, anno Domini. 681. vt ex Ioanne Vaseo constat, inter leges Gothicas, quas a sancto Isidoro institutas recognouit, & nomine suo fecit enul-gari, hanc quoque posuit de interdicenda Iudgis il-lorum librorum lectioe, quos Christiana fides rēij-cit. Eius legis verba ex lib. 12. legum Visigothorū tit. 3. l. 1. ita habet: Illis commodare lectio-nibus sensum, quibus fas nō est præbere assensum, impieratis est potius quàm pietatis indicium. Et ideo si quis Iudaeorum libros illos legerit, vel do-ctrinas attenderit, siue habitos in domo sua cela-uerit, in quibus male contra fidem Christi senti-tur, & publice decaluabitur, & centenorum fla-gellorum verberatione plectetur. Qui tamen cau-tionis vinculo alligabitur, ne vnquam talium li-bros, vel doctrinas apud se aut habere præsumat, aut attendere audeat: aut si dijs meditari assu-mat. Iam vero si post emissum placitum quod-cumque tale repetere tentauerit, & decaluatus centenis flagellis subiaceat, & amissis rebus sub perpetui exilij coneretur gramma: vt quia iam se-cundo visus est erroris sui iterasse vestigium, pe-renniter illis res eorum deseruiant, quibus princi-pali fuerint collatione concessa. Hęc & similia illi percipient, qui quemlibet infantium talia præ-sumperint docere: id est, ut doctor ipse iniquita-ris in prima transgressionis fronte deprehensus, & centenis subiiciatur declauandus verberibus, & placiti sui pollicetur cautione se talia vterius

Erui-gius Rex de in-terdicēda Iu-dgis lectioe librorum pro-hibitorum.

neminem debere docere. Quod si primæ hæ-tus sponsonis maculans fidem contingat illi, ea quæ abiecerat, repedare, omni eius facultate in principis potestate redacta ipse decaluatus, cen-tenisque verberibus adiudicatus perpetuo erit exilio relegandus. Infantes tamen ipsi vel pueri tunc erunt à supradictis damnis atque verberibus alieni, si hanc perfidie doctrinam intra 10. annos ætatis suæ positi meditasse fuerint visi. Ceterum si post exemptos decem annos qui-s illorum talia attendere vel meditari præ-sumperit, superioris constitutionis damna vel verbera ordine superius adnotato sustineat. hęc Erui-gius.

Quod autem de interdicenda Iudgis lectioe li-brorum prohibitorum dictum est, idem quoque di-cendum putamus ob easdem causas de alijs infide-libus, si forte in terris catholicorum morarentur: nam neque istis concedenda esset talium librorum lectio. Quare nec permittendus esset Mahometanus vt suam posset impune legere Alcoranum: aut alios, qui vel de stabilenda secta sua, vel de Chri-stiana confutanda, vel de erroribus in eam inueben-dis tractarent, aut alios quomodolibet prohibitos. Idem de Gentilibus seu Paganis sentio, quibus non esset concedendum, vt libros eos legerent, quibus eorum impietas vel foueretur, vel augetur, vel conuersio retardaretur, ac ne alios quidem quacum-que ratione prohibitos.

Qua vero poena plecti debeant infideles circa hæc delinquentes, cum non sit iure cautum, arbitrio Inquisitorum relictum esse videtur. Qualis poena statuta esset per legem Erui-gij, verba legis indicat, quæ paulo ante retulimus. Pro qualitate ergo de-lictij & malitia delinquentis agenda est, vel mi-nuenda poena arbitrio prudentis iudicis sicut ex su-pradictis constat.

IX concilio Africano.

Episcopus hæredem instituens hæreticum, con-sanguineum, vel extraneum, vel paganum, etiam post mortem excommunicatus nuntiatur: hoc dicit secundum communem & veterem intellectum: & vt faciat ad titulum potest intelligi, quod ex hoc præsumatur hæreticus.

C A P V.

Quis episcopus hæredes instituerit extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos aut Paganos pertulerit: saltē post mortem ei anathema dicatur: atq; eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur.

COMMENT. IIII.

SI quis episcopus.] Desumptum ex concilio Africano, cap. 48. vbi verba paulo susus concipiuntur, vnde facilius colligitur sententia, ea vero ita habent: Item constitutum est, vt si quis episcopus hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut Paganos, Ecclesiæ prætulerit, saltē post mortem

Infidelibus quibuscumq; non est permittenda lectio librorū prohibitorū.

Hæretici licet post mortem anathematizentur, non tamen excommunicantur.

Anathema quid significet.

Quid sit inter Dei sacerdotes nō nūmerari, vtas Ecclesię ritus de diptychis.

tem anathema ei dicatur, atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. Neque excusari possit, si intestatus defecerit, qui vtique debuit factus episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre. hęc concilium. Est autem sensus talis: Episcopus qui sibi hæredes instituit hæreticos, siue sint consanguinei, siue extranei, post mortem est anathematizandus, atque eius nomen ex memoria sacerdotum amouendum: ita Alanus, Laurentius, & Tancredius quibus consentiunt Greci Tilius, Zonaras, & recentiores interpretes. Ergo hæretici hoc loco ex testamento capere prohibentur: & testamētum, cum sit contra leges factum, irritum erit: ita Balsamon, quod & verum est. Bona vero episcopi intestati hac de causa morientis culpa sua quia hæreticos instituit, Ecclesia capiet. Totum hoc decretum pulchre declarat Illustr. ille Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarracoen. in notis veterum decretalium, collectioe 1. lib. 5. tit. 6. c. 8. quem video.

¶ Saltem post mortē ei anathema dicatur.] Hinc colligitur glossa hic, & iuris canonici interpretes vno consensu, in detestationem criminis hæretici, post hæreticum post mortem excommunicari: cui sententię etiam fauere videtur textus in cap. sane profertur. 24. q. 2. quod plane ita simpliciter acceptum falsum est, cum hæretici ipso iure cum primū in hæresim incidunt sint excommunicati, talesque etiam decedant, nisi ante mortem Ecclesie reconcilientur, ergo amplius excommunicari ob illud crimen non debent: quod oportuit animaduertisse iuris interpretes. Ita præter ceteros Sotus lib. 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 2. in vltimo dubio.

Sed hic lapsus ex ignoratione illius verbi, Anathema, processit; quod quandoque significat maledictionem & detestationem, vt docet August. in quest. lib. Nymmerorum, q. 41. Indicat quoque textus in cap. ego Berengarius. de consecrat. dist. 2. ibi: Anathemazo omnem hærelim. Hoc est maledico, imprecor, & detestor. quod alibi etiam sape in iure consilium. Ergo hic cum ipso iure & factō iam sit Episcopus hæreticos institutus excommunicatus, non iubetur iterum excommunicari, sed maledici, deuoceri, & execrari more vetusto, vt paulo post subdam. ita Alfonso Casirus & recte lib. 2. c. 20. de iusta hæret punit. sed si quis iuris interpretes tueri velit, dicat eos hoc voluisse, post mortem posse hæreticos excommunicari, id est, excommunicatos declarari.

¶ Atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur.] Vetus erat in primitiua Ecclesia consuetudo, vt in sacris diptychis, hoc est in catalogo, pie memoria transiunt ad cælos hærentium & episcoporum vocabula eorundem, seu nomina describeretur, & inter Missarum solemnium coram populo recitarentur, vt pie pro illis ad Deū funderentur preces: quod si episcopi turpem egissent vitam, aut hæretici, vel hæreticorum fautores exiissent, idque post mortem eorum consensisset, nomina eorum è sacris diptychis protinus debebantur: hæc colliguntur ex epistola quadam num. 30. Leonis Pape primi ad Anatolium Constantinopoli-

tanum Episcopum. c. 7. item ex Leone Papa II. in epistola sextæ synodi confirmatoria ad Constantinum Imperatorem, legiturque hodie in vltima eius synodi actione, idem habetur epistola quadam ab Episcopis Aegyptiacis conscripta ad Anatolium Archiepiscopum Constantinopolitanum pro concilio Chalcedonensi, tradit Nicolaus prius epistola quadam ad Michaelē Imperatorem non procul à fine; & Anastasius Papa secundus ad Anastasium Imperatorem de abolendo nomine Aca-cij epistola quadam. c. 3. & alibi saepe, tradit breuiter Alfonso Casirus lib. 2. c. 20. de iusta hæretico-rū puni. & Conradus Brunus. lib. 5. de her. c. 17.

De diptychis vero in Decreto Romæ nuper impresso anno 1582. in cap. sane. profertur. 24. q. 2. ita notatū est: Diptycha duæ tabulæ erant: quarum altera viuorum, altera mortuorum ea nomina continebat, quæ in Missa recitabantur: translato vocabulo ab ostreorum diptycho: cuius mentionem facit B. Ambrosius Hexæm. lib. 5. cap. 8. De huiusmodi autem ecclesiasticis diptychis partim viuorum, partim mortuorum, partim vtrorumque mentio fit in epistola Innocentij I. ad Decentium, cap. 2. & in epistola B. Augustini 137. clero & plebi ecclesię Hipponēsis. 2. q. 1. c. nomen. & 1. q. 3. c. quid obest, & in epistola Gelasij ad Anastasium Augustum, & in epistola episcoporum Aegyptiacę diocesis ad Anatolium: quæ habetur post concilium Chalcedonense, & alibi saepe.

Iam ex hoc contextu iuxta præfatam interpretationem, quæ vera est, dirimitur illa questio: An hæreticorum propria nomina expungi debeant, & deleri è libris eorum, qui etiam ex professo de fide non tractant, aut è libris catholicorum: nam procul dubio aboleri debent, quoties non nominantur, vt resutentur, & dānentur: neque enim iustum est, vt inter Christianos, quos illi oppugnant, ad laudē nominentur, aut recitentur. sortes quidem & fortilegos damnari iubet Leo III. c. sortes. 26. q. 5. ibi: Quamobrem volumus illas omnino damnari: & inter Christianos ultra nolumus nominari. multo ergo magis taceri, & supprimi debent hæreticorum nomina, qui sortibus & fortilegis sunt detiores. Multa in hanc sententiam attuli lib. 6. de pœnis hæreticorum. c. 10. quæ gratia breuiazis o-mitto dummodo intelligamus nullo fortiori argu-mento hanc sententiam comprobari, quàm eo, quod ex hoc capite desumitur. interim videto Simancam de cath. instit. tit. 38. num. 22. & Ioannem Bapti-stam Cardonam, qui nuper de hoc articulo disputa-tiunculam edidit Romæ.

Ex his amplius consequitur, nec imagines, vel statuas hæreticorum velut Caluini, Lutheri, aut similibus esse consiciendas, permittendas, aut pingendas: neque enim careret hæreseos suspitione, qui eas, vel in domo sua, vel in cubiculo honorifice collocaret, at cum dedecore & ignominia, seu infamia qua ipsi notantur, pingi possent, quod Longolium defuncto impio Luthero ingeniose fecisse scimus. is enim vt indicaret Lutherum è monacho nigro in hæreticum pertinacem fuisse conuersum, in tabula lupum nigrum pinxit, cuculla monachali superim-pojita.

Hæreticorū nomina delēda è libris catholicorum.

Hæreticorū imagines hōnorifice nō pingendæ.

posita, adlecto hoc eleganti tetraſtico:
Hærefiarcha, reus uoti fideique Lutherus
Pingitur hic atris hereticisque notis.
E monacho (q̄ est hæc hominū mutatio?) nigro,
Est niger effectus demonis arte, lupus.

Ex a eodem.

Laquitur de eadem materia cum precedenti: &
extenditur quod ibi dictum fuit de episcopis, ad
presbyteros & alios clericos.

C A P. VI.

N eos, qui catholici non sunt, etiam
si consanguinei fuerint, episcopi
uel presbyteri nihil cōferant. Deni-
que hoc, quod de episcopis & pres-
byteris dictum est, debet de reli-
quis clericis exaudiri.

COMMENT. V.

Titulus huius capiti præfixus habet ita: Ex
eodem. scilicet, cōcilio Africano, unde præ-
cedens caput desumptum est, sed non est in
cōcilio Africano, sed desumitur ex cōcilio Carthagi-
nensi III. cap. 13.

Hereticis
quibuscunq̄
nihil delin-
quendum.

In eos. Verba in præcitate cōcilio sunt aper-
tiora, habentq̄ ita: Ut episcopi uel clerici, in eos
qui catholici Christiani non sunt, etiam si con-
sanguinei fuerint, nec per donationes, nec per
testamentum rerum suarum aliquid conferant.
hæc ibi. Addit Zonaras, idem esse legibus ciuilibus
constitutum, quod & verum est, quoniam heretici
nihil omnino capere possunt, ex cuiuslibet testamē-
to, aut alia qualibet vltima voluntate, vel contra-
ctu. l. Manichæos. l. diuinam. C. de heret. cum simili-
bus. quod est in odium hereticorum introductum,
ut hæc suppliciorum acerbitate respiciant. Vide
Theodorum Balsamonem cano. 25. synodi Cartha-
ginensis, ubi plura de interpretatione huius ca-
nonis.

Alexander III. Rhemen.

Archiepiscopo.

Christus fuit verus Deus, & verus homo: sen-
tentiæ oppositum hereticus est, & excommunicatus.

C A P. VII.

Christus perfectus Deus &
perfectus sit homo: mandamus,
quatenus sub anathemate interdi-
cas, ne quis de cetero audeat dice-
re Christum non esse aliquid, secū-
dum quod homo: quia sicut Christus uerus est
Deus, ita uerus est homo, ex anima rationali, &
humana carne subsistens.

COMMENT. VI.

Extat hodie hoc c. in 3. volumine conciliorum
generalium post concilium Lateranen. sub
Alexandro III. par. 49. cap. 20. ubi paulo fufius
verba concipiuntur, ex quibus hic locus potest illu-
strari. Tulit uero Alexander hoc edictum circa an-
num Domini 1159. aduersus quosdam magistros
scholæ Parisiensis, Rhemenſis, & aliarum ciuitatū,
qui temere dicebant, Christum secundum quod ho-

Christum se-
cundū quod
homo nihil
esse, hæc est
est.

mo erat, nihil esse: quam etiam stultitiam multis an-
tea sæculis condemnauit Eurychianus Papa, circa
annum Domini 276. epistola quadam ad Ioannem,
& omnes Episcopos Beticæ prouinciæ.

Ex concilio Lateranen.

Heretici, receptatores, & fautores eorum ex-
communicati sunt: & decedentes in hoc peccato, in
cæmeterio Ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis
orari.

C A P. VIII.

ICVT ait beatus Leo: & infra.]
Quia in partibus Tholosanis hereti-
corum, quos alij Catharos, alij Pa-
tarenos, & alij alijs nominibus vo-
cant, inualuit dānanda peruersitas:
eos, & defensores & receptatores eorum, ana-
themati decernimus subiicere: Et sub anathe-
mate prohibemus, ne quis eos in domo, vel ina-
terra sua tenere vel fouere, aut negotiationem
cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc pec-
cato decesserint, neque sub priuilegijs nostrorum
quibuscunq̄ indulgentiarum obtentu, neque
sub alia quacunque occasione oblatio pro eo
fiat, aut inter Christianos accipiat sepulturam.

COMMENT. VII.

Sicut ait beatus Leo.] Desumptum est hoc
fragmentum ex concilio Lateranenſi sub Ale-
xandro III. habito Romæ anno Domini 1180. con-
uocatis 280. Episcopis. Legitur hodie in præfato
concilio cap. 27. hic uero mutilus est textus, &
quasi imperfecta sententia, in authographo ita le-
gitur: Ea propter, quia in Gasconia, Allegesio &
partibus Tholosanis, & alijs locis ita hereticorū,
quos alij Catharos, alij Patrenos, & alij Publica-
nos, alij alijs nominibus uocant, inualuit dama-
nata peruersitas, ut iam non in occulto, sicut ali-
qui nequitiam suam exerceant, sed suum errorē
publice manifestent, & ad suum consensum firmi-
plices attrahant & infirmos: eos & defensores
eorum & receptatores anathemati decernimus
subiicere: & sub anathemate prohibemus, ne
quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel
fouere, vel negotiationem cum eis exercere præ-
sumat: si autem in hoc peccato decesserint, non
sub nostrorum priuilegijs quibuscunq̄ indulgentiarum obtentu, nec sub alia quacunque occasione, aut
oblatio fiat pro eis, aut inter Christianos recipiāt
sepulturam hæc ibi.

Excommuni-
cantur hære-
tici cum suis
cōplicitibus, &
puniuntur.

† al. Patre-
nos

In hos iure etiam ciuili statuta pœna est authen-
Gazaros. C. de heret. eorundem sit mentio in c. ex-
communicamus. el. 2. de heret. ubi alia etiam hære-
ticorum portenta, qui circa mille ducentos annos
in Narbonensi prouincia, & partibus Tholosanis
pullularunt, numerantur, cum quibus beatus Do-
minicus frequentes habuit per decennium disputa-
tiones, ut alibi diximus.

Oblatio pro eo fiat.] Hoc est, ne sacrificium
Missæ pro eo offeratur, quod hic summus Ponti-
fex uocat oblationem, quia Deo offertur pro expia-
tione peccatorum: idem etiam intellige de alijs Ec-
clesiæ

Quid nomi-
ne oblatio-
nis intelligen-
tur,

clesiæ suffragijs, & p̄ijs præcibus, qua pro illis, qui
uel heretici, uel de heresi suspecti decesserunt, of-
ferri prohibentur: cum sacrificia offerri non debeat
pro decessentibus in mortali peccato. cap. placuit.
23. quest. 5.

Heretici se-
pultura pri-
uuantur.

Aut inter Christianos recipiant sepulturā.]
Quis est quies corporis: & concordat textus in cap.
quicunq̄. s. 1. de heret. lib. 6. priuatio uero sepul-
tura inter panas hereticorum numeratur. Alfonso
Castrius. lib. 2. c. 18. de iusta hereti. punitio. &
dixi plene infra p. 3. super q. 40. ex quo hic locus est
illustrandus.

Lucius tertius.

Hereticus male sentiens uel male docens de sa-
cramentis Ecclesiæ, excommunicatus est, & conui-
ctus, nisi se correxerit, & errorem abiurauerit: si
clericus est, degradetur, & curiæ seculari tradat-
ur: per quam & laicus punietur. Eadem & est pœ-
na suspecti de heresi, si se non correxerit: & rela-
p̄is omnino audientia denegatur: seculares princi-
pes, qui iurare nolunt de Ecclesia contra hereticos
defendenda, excommunicantur, et terræ eorum sup-
ponuntur interdicto: ciuitates uero ipsorum resistē-
tes, aliarum commercio, et Episcopali dignitate pri-
uantur: exēpti uero sunt ordinarijs super his,
quæ contra hereticos instituantur.

C A P. IX.

Abolendam: & infra. Vniuersos,
qui de sacramento corporis & san-
guinis Domini nostri Iesu Christi,
uel de baptisinate, seu de peccatorū

confessione, matrimonio, uel reliquis Ecclesia-
sticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non
metuunt, quàm sacrosancta Romana Ecclesia
prædicat & obseruat: & generaliter quoscunque
eadem Romana Ecclesia uel a singulis Episcopis
per dioceses suas, cum consilio clericorum, uel
clerici ipsi sede vacante cum consilio (si oportue-
rit) uicinarum episcoporum, hereticos iudicau-
rint, uinculo perpetui anathematis innodamus:

† Emericus
infra par. 3.
quest. 91.
† In vulga-
tis ita: fuerit
in heresi de-
prehensus,
&c. sed i an-
tiquis exem-
plaribus, ut
est impressū.

& infra. Presenti nihilominus ordinatione san-
ctimus, ut quicunque manifeste fuerint in here-
si deprehensi, si clericus est, uel cuiuscunq̄ reli-
gionis obumbratione fuscatus, totus ecclesia-
stici ordinis prærogatiua nudetur: & sic omni of-
ficio & beneficio spoliatus ecclesiastico, sacula-
ris relinquatur arbitrio Potestatis, animaduersio-
ne debita puniendus: nisi continuo post depre-
hensionem erroris, ad fidei catholice unitatem
sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium
Episcopi regionis publice consenserit abiurare,
& satisfactionem congruam exhibere. Laicus
autem, nisi (prout dictum est) abiurata heresi, &
satisfactione exhibita, confessum ad fidem con-
fugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio re-
linquatur, debitam recepturus, pro qualitate faci-
noris ultionē: & infra. Qui uero inuēti fuerint
sola suspitione notabiles: nisi ad arbitrium Epi-
scopi, iuxta considerationem suspitionis, quali-
tatemque personæ, propriam innocentiam con-
grua purgatione monstrauerint, simili sententia
subiacebunt. Illos quoque, qui post abiura-

tionem erroris: uel postquam se (ut diximus)
proprii antistitis examinatione purgauerint, de-
prehenſi fuerint in abiuratam hæresim recidiſſe,
sæculari iudicio, sine ulla penitus audientia de-
cernimus relinquendos: & infra. Statuimus in-
super, ut Comites, Barones, Rectores, & Con-
sules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta com-
motionem Episcoporum, præstito corporali-
ter iuramento promittant, quod fideliter &
efficaciter cum ab eis fuerint requisiti, Eccle-
siam contra hereticos, & eorum complices ad-
iuuabunt bona fide, iuxta officij & posse suum.

† Ad hoc
præstandum
iuramentum
cōpelli pos-
sunt. c. vt offi-
ciū. s. statui-
mus. de heret.
lib. 6.

Si uero id obseruare noluerint, honore, quem
obtinēt, spolientur, & ad alios nullatenus assu-
mantur: eis nihilominus excommunicatione li-
gandis, & terris ipsorū interdicto Ecclesiæ sup-
ponendis. Ciuitas autem, quæ his institutis du-
xerit resistendum: uel contra commotionem
Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum
careat commercio ciuitatum, & Episcopali se-
nouerit dignitate priuandam: & infra. Si qui
uero fuerint, qui à lege diocesana iurisdic-
tionis exempti, soli subiaceant sedis Apostolicæ po-
testati, nihilominus in his, quæ sunt contra hæ-
reticos instituta, Episcoporum subeant iudiciū:
& eis in hac parte tanquam à sede Apostolica de-
legatis (non obstantibus libertatis suæ priuile-
gij) obsequantur.

COMMENT. VIII.

VEL singuli episcopi & c. hereticos iudi-
cauerint.] Cautè hoc est accipiendum: quon-
iam neque Episcopi ullo tempore, neque clerici uacante
sede, potestatem habent definiendi dubia cir-
ca fidem: id enim Romani Pontifici manus est. cap.
quotiens. 24. q. 1. c. maiores. de baptis. & eius esse.
Et u. quod uero hic dicitur, tunc locum habere neces-
se est, cum factum est clarum, id est, cum heretici
errant in his, quæ iam declarata sunt & definita p.
Ecclesiam; nam tunc is censetur hereticus, qui hæ-
reticus fuerit ab Episcopo, uel Inquisitore declara-
tus: quod etiam hic obseruat Ioannes Anania nu-
5. Albertinus tract. de agnos. assert. q. 8. nu. 5. &
quidam alij. facit textus in c. super quibusdam. s.
1. de verb. sign. quem refert Emericus paulo post
in hac 2. parte.

Qualiter in-
telligendum
heretico. ef-
se quos Epi-
scopi hereti-
cos declarā:

Totius ecclesiastici ordinis prerogatiua nu-
detur.] Quomodo hæc fiat, traditur in c. degrada-
tio. de pœnis. lib. 6. relat. infra hac par. 2. de quo la-
te Eym. 3. par. in nono modo processum fidei ter-
minandi, ubi dixi plene.

Nisi continuo.] Dicitur hoc loco uoces ponun-
tur, continuo, & confessim, quarum significatio in
hac causa quorundam interpretum mentes uexat.
putantium accipiendas esse in significatione pro-
pria, & ob id cum sua natura indicent temporis ce-
leritatem absque intervallo, quamprimum quis de-
prehenditur in heresi, debet redire, aliter Ecclesia
misericordie viscera debet ei claudere, in qua sen-
tentiæ fuisse uidetur Panormitanus in dicto. cap. ad
abolendam. num. 6. licet aliud sentire uideatur in c.
excommunicamus. li. 1. num. 10. de heret.

Distiones
confessim, &
continuo,
qualiter in-
telligendæ.

Ceterum

Ceterum his omiffis, quorūdam sententia est, In-
quisitorum arbitrio relinquendum esse, ut intelliga-
tur quando heretici continuo et confessim redire ad
gremium Ecclesie dicantur. Sed hęc opinatio velut
periculosa iam explosa est, neque enim reorum vita
ex libero iudicij arbitrio pendere debet.

Usus autem interpretatus eas voces sic videtur,
ut illi statim, continuo, seu confessim redire intelli-
gantur, qui quocumque ante sententiam diffinitiu-
nam conuertuntur. Zanch. de heret. cap. 16. num. 7.
ubi copiose Campegius, Bernardus, in lucerna, verbo
redire. §. 6. quibus fauet Eymericus 3. p. in 10. modo
finiendi processum fidei, & q. 98. Simancas de ca-
rho. insit. tit. 47. nu. 40. & alij, quos libens omitto; B
& hęc sententia vera est, & amplectenda.

De qua re vide præter ceteros Menochium lib.
2. de arbitrarijs iudicij, centuria 4. casu 372. &
373. Repertorium in verbo, vsura. §. circa istam. in
fine, & in verbo, continuo. glossa. & Doctores in §.
omnis stipulatio. verbo, confessim. Instit. de verbor.
oblig. melius glossa in §. ultimo insit. de inutil. stipu-
lat. Boerius decisione 343. & copiosissime Paulus
Grillandus tractat. de heret. q. 5.

Quid vero Inquisitoris arbitrio relinquatur, ut
quidam opinantur diffinire, quando heretici confe-
ssim redire dicantur, potissima ratio est: quoniam
statuta in hereticos lata, si fuerint dubia, ipsi pos-
sunt interpretari per scriptum Innocentij III.
Cum negotium. relat. infra in hac par. 2. tradit
Eymericus 3. par. q. 85. et 86. & Umberto verbo, in-
continenti. sed hęc sententia in hoc articulo tenen-
da non est, ut optime sentit Simancas præcitato lo-
co, num. 39.

Qui vero inuenti fuerint. Hic §. vsque ad §.
Illos quoque. ut plurimum desideratur in manuscri-
ptis exemplaribus, quod Ioannes And. etiam adno-
tauit dicens cum hic communiter non haberi, & Ho-
stiensis ait non debuisse remoueri, habetur tamē in-
fra in cap. excommunicamus 1. §. qui autem. reperti-
tur vero in recentioribus codicibus, & in antiqua
compilatione, et in multis Pontificum extrava-
gantibus, quas refert Eymericus paulo post in hac 2. p.
item in litteris Apostolicis, que in fine Directorij
sunt impressæ, quare non carent auctoritate & fide,
que in eo statuantur.

Nullum pri-
uilegium ex-
empti à iurif-
dictione In-
quisitorum.

Si qui vero fuerint qui à lege dicecæsanæ iu-
risdictionis exempti. Nullum priuilegium, nulla
personarum dignitas, vel gradus quemquam libe-
rat in causa heresis à iurisdictione Inquisitorum: quod
multis Pontificum scriptis cauetur, Alexandri
III. diplomate incipiente, Commiffa. & alio re-
cèntiori Pij III. incipiente, Pastoris æterni, quod ip-
sum multis alijs iuris locis indicatur. c. ut commif-
si. de heret. lib. 6. ibi: Quoslibet hereticos. & hoc
iure vitimur. excipiuntur tamen Episcopi ob digni-
tatis prerogatiuam. c. Inquisitores. de heret. lib. 6.
quos solus Papa indicat in hac causa. & legati, seu
officiales sedis Apostolicæ, extrava-gant. c. Matthæus.
de heret. relat. infra in hac 2. par. de quo videto Eym-
ericum 3. par. que est. 26. & seq. quibus etiam locis
videto, quæ copiose scribimus.

Innocentius tertius.

Bona hereticorum confiscantur, & in terris Ec-
clesie applicantur fisco Ecclesie: in terris Imperij,
iudicis secularis fisco, & proedit etiam si catholi-
cos habent filios. C. A. P. X.



ER GENTIS in senium sæcu-
li corruptelam: & infra. In terris
vero temporali nostræ iurisdictioni
subiectis, bona hereticorum statui-
mus publicari: & in alijs idem præcipimus fieri,
per Potestates & Principes seculares: quos ad id
exequendum (si forte negligentes extiterint) per
centuram Ecclesiasticam appellatione remota
compelli volumus & mandamus: Nec ad eos
bona eorum ulterius reuertantur, nisi eis ad cor
reuertentibus, & abnegantibus hereticorum con-
fortium, misereri aliquis voluerit: ut temporalis
saltem pœna corripiat, quem spiritualis non cor-
rigit disciplina. Cum enim secundum legitimas
functiones rei læcæ maiestatis punitis capite, bo-
na confiscentur eorum, filijs suis vita solummo-
do ex misericordia conseruata: quanto magis
qui aberrantes in fide, Domini Dei Filium Ie-
sum Christum offendunt, à capite nostro, quod
est Christus, Ecclesiastica debent districtione
præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cum
longe sit grauius æternam, quam temporalem
lædere maiestatem. Nec huiusmodi feueritatis
centuram orthodoxorum exhereditatio filiorum,
quali cuiusdam miserationis prætextu debet vl-
latenus impedire: cum in multis casibus (etiam
secundum diuinum iudicium) Filij pro Patri-
bus temporaliter puniantur: & iuxta canonicas
functiones, quandoque feratur vltio non solum
in auctores scelerum, sed etiam in progeniem
damnatorum.

† I. quisquis,
C. ad legem
Iul. maief.

† In Regesto
ita: quanto
magis q abet
râtes in fide
eum Dei fi-
lium Iesum
Christum of-
fendunt.

† Alfonso
Castrus lib.
2. cap. 11. de
iusta heret.
puni. Ioan-
nes Rojas
singul. 66.

COMMENT. IX.

V E R GENTIS. Integra hęc decretalis habetur
in Regesto Innocentij III. lib. 2. epistola
1. & in antiqua cõpilatione tertia. tit. de heret. c. 1.
inde capiet lucem declarationis totum hoc cap.

Bona hereticorum statuimus publicari. Hæreticorū
Concordat textus in capitulo cum secundum leges.
de heret. lib. 6. & in capitulo excommunicamus 1.
§. damnati. de heret. ubi Doctores communiter
quod ipsum etiam est iure civili cautum. l. Mani-
chæos. C. de hereticis. ibi: Quos bonorum etiam
omnium publicatione persequimur. & in auth.
Gazaros. C. eod. tit. Squillacensis de fide catho. cap.
30. Gondissalvus de heret. q. 15. Simancas de insti-
cat. tit. 9. Alfonso Castrus lib. 2. c. 5. & seq. de
iusta heret. punitio. Zanchinus de hereticis. c. 25.
& sequen. Repertorium verbo, bona: & verbo, con-
fiscatio. Felynus in cap. cum nobis. de prescriptio.
Bart. in l. si debitor. ff. de his qui in fraud. credito.
Bernardus Diaz in practica crimi. cano. c. 106. &
alij, quos omitto consulto: nec refert vtrum sint cle-
rici, vel laici, ut præfati declarant. cetera, quæ bre-
uiter me omittere hic compellit, tradam cum Eyme-
rico 3. par. q. 109. & seq.

c. Nec

Inquisitores
condonare
possunt bo-
na hereticis.
reducentibus.

Nec ad eos bona eorum ulterius reuertantur,
nisi eis ad cor reuertentibus misereri aliquis
voluerit. Hinc colligimus non obfcure, verissimè
esse Eymericus sententiam 3. par. q. 109. dicentis, pos-
se Inquisitores, hereticis redeuntibus, non relapsis,
in tempore gratiæ, hoc est ante diffinitiuam senten-
tiam, bona, quæ sua fuerant, condonare. quod sequi-
tur Zanchinus de heret. c. 25. nu. 3. & ibidem Cam-
pegius. Repertorium verbo, bona. §. sed vtrum In-
quisitor. Ioannes Monachus & Archid. c. accusa-
tus. §. porro. de heret. lib. 6. sanctus Antoninus p. 3.
tit. 18. c. 2. §. 7. Tabienfis in sum. verbo, hereticus.
vers. quarto tertia pœna est.

Atque hæc sententia de iure communi vera est,
ut copiose disserui in priuilegio Inquisitorum 196.
Reuerendissimus tamen Simancas in adnotationi-
bus ad Zanchinum c. 14. contra sensit, asserens non
posse Inquisitorem, aut Episcopum, bona semel ip-
so iure confiscata hereticis redeuntibus condonare.
Sed eius opinionem & communis sententia, & in
primis hic locus, de quo nunc differimus, valide re-
fellit, à qua communi sententia non crederem disce-
dendum: nam hoc inter cetera ad amplam Inquisi-
torum potestatem de iure communi pertinet, ut bo-
na semel per heresim confiscata, que licite ab iniu-
stis possessoribus auferri potuissent, eis condonen-
tur, si ad gremium Ecclesie redire voluerint, nec vi-
deo quem alium sensum habere possint hæc verba:
nisi eis ad cor reuertentibus, &c. & in vniuersa
Italia, in qua Inquisitores à iure communi non di-
scedunt, hoc communiter solet obseruari, ut ab infe-
rioribus Inquisitoribus vbique hereticis redeuntibus
bona condonentur, seu confiscatio remittatur.

Nec huiusmodi feueritatis centuram ortho-
doxorum exhereditatio filiorum. Olim iure ci-
uili cautum erat, ut filij catholici parentibus hære-
ticis succederent. l. Manichæos. C. de heret. ibi: sed
nec filios hæredes eis existerent, aut adire permitti-
mus, nisi à paterna prauitate discesserint. l. cogno-
nimus. & auben. idem est. C. eod. tit.

Filijs hereti-
corum etiam
catholicis ni-
hil relinque-
dum.

Ceterum hodie huius legis pontificiæ decretum
sequimur, nam filijs hereticorum quamuis catholi-
cis, nihil penitus est relinquendum, neque etiam le-
gimita, que quodammodo iure naturæ debita vide-
tur. Paulus Grillandus de heret. q. 4. atque hoc in-
re vbique videndum est, contra quam senserint illi,
quos refert Hostiensis in sum. tit. de hereticis. §. qua
pœna. asserentes hanc decretalē locum habere tã-
tum in terris, que subsunt temporali summi Ponti-
ficis iurisdictioni: in alijs autem ciuiles leges esse
obseruandas, que maiori, inquam, æquitate nitun-
tur. nam & iura etiam ciuilia huic decretali adstri-
pulantur, in authen. Gazaros. C. de heret.

Nec vlla est iniquitas hac vti feueritate, ut pa-
rentes à tanto crimine committendo facilius auocē-
tur. Iulius Clarus li. 5. sent. §. heresis. vers. et scias.
vbihanc testatur esse communem opinionem.

Quales In-
quisitorum
partes erga
filios damna-
torum pau-
peres reli-
ctos.

Inquisitores tamen pueris & puellis heretico-
rum damnatorum pauperibus relictis providebunt
ex misericordias ita ut rationem habeant sexus &
ætatis: nam masculos iam corpore validos alicui ar-
ti mechanicæ iubebunt addici: feminas, aliquibus
bonestis eiusdem ciuitatis marionis assignabunt, ut

eis famulentur, & ab eis in fide instruantur: cete-
ris, quibus per ætatem, aut incommodam valetudi-
nem laborare non licet, tenuia alimenta ex paternis
bonis ex sola misericordia subministrabunt, depre-
cates interdum principes, tam ecclesiasticos quam
seculares, ut in huiusmodi filios damnatorum, ali-
quam exercent liberalitatem: quæ res ad eos in pri-
mis spectat, ad quos damnatorum bona ex confisca-
tione peruenerunt.

De his cap. 22. Hispalensis instructionis anni Do-
mini 1484. pie & prudenter cautum est his verbis
à nobis vtrumque latine redditis: Similiter decre-
uerunt, & si ex personis ob delicta sua relictis cu-
ria seculari, vel perpetuo carceri mancipatis, re-
manserint filij vel filia, qui nõ sint matrimonio
copulati: Inquisitores provideant & ordinent, ve
prædicti orphanani commendentur personis hone-
stis, & Christianis catholicis, ut ab eis nutrian-
tur, cibentur, & in fide catholica instruantur, cõ-
ficiantque libellum supplicis seu memoriale super
prædictis orphanis, & de cuiusque qualitate,
q. indiguerint, & fuerint boni Christiani, & præ-
sertim pro feminis puellis orphanis, ut possint
nubere, vel profiteantur religionem, hæc ibi. vide
Repertorium verbo, filij. §. Filij minores.

Quod si magni alicuius Principis ob hoc crimen
bona proscripita fuerint, sique filias habuerit, hono-
rifice ab eo cui bona obuenerunt, erunt dotandæ ex-
plo Ferdinandi regis Neapolitani, qui filias Prin-
cipis Rosani, qui maiestatis crimen admiserat, et ob
id bona amiserat, ex eis ite bonis diuisime dotauit,
ut memorie prodit Gigas tract. de crim. læs. maiest.
lib. 3. tit. de pœnis. quest. 15. num. 2.

Idem.

Aduocati vel notarij hereticis vel eorum defen-
soribus fauentes, aut sub eis litigantibus patrocinā-
tes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sūt,
& ab illo officio suspensi. C. A. P. XI.



I aduersus nos terra confurgeret: &
infra. Quia plus timeri solet quod
specialiter iniugitur, q. quod gene-
raliter imperatur: vobis aduocatis
& scriuarijs firmiter inhibemus,
ne hereticis credentibus, fautoribus, vel defenso-
ribus eorundem in aliquo præstetis auxilium, cõ-
siliū vel fauorē: nec eis in causis, vel in factis,
vel aliquibus litigantibus sub eorum examine,
vestrum patrocinium præbeat: & pro ipsius pu-
blica instrumenta, vel scripta facere nullatenus
attentetis. Quod si contra presumpseritis, ab offi-
cio vestro suspensos, perpetuo vos decernimus
infamij subiacere.

† c. quam-
quã. 23. dist.

COMMENT. X.

Obis aduocatis & scriuarijs firmiter inhi-
bemus, Concordat tex. in c. excommunicamus. §.
credentes. & in c. sicut, de heret. & in c. 2. §. 1. de
heret. li. 6. Idē sancit Njco. Papa quodã referri-
pto incipiente: Nouerit uniuersitas uestra, est autē
difficilis definitio huius textus: neque enim aperte
dicitur quo sit prohibitum pro hereticis patrocinari.
sed præter Hostiensem. Ioan. And. Ioannē Anania
et alios, qui hoc ipsa loco huc cõtextu varijs modis

Quomodo
sit prohibi-
tum pro hæ-
reticis patro-
cinari.

interpretantur, videndus est Carrerius tracta. de heret. num. 113. & 114. Matthaeus Afflictus in constitutione, inconstitutum, notabili 25. versic. hinc sumpta occasione quaro. Geminius in c. vlt. s. vlt. de heret. lib. 6. Petrus Godofredus in l. curiales. C. de her. Franciscus Ponzinibius tract. de lamijs, nu. 78. Repertorium verbo, aduocatus. Emericus 3. par. q. 39. & Albericus de Rosate de statutis. p. 3. quæ. 32. Alfonso Castrius lib. 1. cap. 17. de iusta heret. puni. Ioannes Rojas singulari 175. & alij, quos sciens omitto.

In hac difficultate hoc primum sit exploratum; Pro hereticis, quos hereticos esse constat, nullo modo patrocinandum, seu aduocandum; secus quoties id est dubium, id est, cum nondum est exploratum, an verba, vel facta alicui obiecta, sint heretica, manifesta heresim sapientia: vel cum nondum testibus, aly sue legitimis probationibus de heresi constat: tunc n. aduocare licet, seu patrocinium reis prestare: Inquisitorum tamen auctoritate, solemniter iurando procedente, de iusta defensione præstada, & de abstinendo ab eadem defensione quam primum cognitum erit illum, qui defenditur esse hereticum, iuxta sacri officij receptam & laudabilem consuetudinem, vt præfati tradunt, quibus adde Si mancam de carbo. instit. tit. 5. de aduocatis.

Idem vniuersis Christi fidelibus, tam in vrbe Meten. quam in eius diocesi constitutis.

Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec sacerdotes reprehendant.

C. A. P. XII. V M ex iniuncto: & infra. Licet autem desiderium intelligendi diuinas scripturas, & secundum eas studium adhortandi reprehendendum non sit, sed potius commen-

dandum: in eo tamen apparent quidam laici, merito arguendi, quod occulta conuenticula celebrant, officium prædicationis Christi sibi vsurpant, sacerdotum simplicitatem eludunt, & eorum consortiū aspernantur, qui talibus non inhærent, Deus enim lux vera, que omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantū odit opera tenebrarum, vt Apostolos suos in mundum vniuersum prædicaturos Euangelium omni creaturæ missurus, eis præcepit aperte dicere: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicare super tecta: & in fra. Sicut n. multa sunt membra corporis, omnia vero non eundem actū habent: ita multi sunt ordines in Ecclesia: sed non oēs idē habent officiū: quia secundum Apostolum, alios Dominus dedit Apostolos, alios prophetas, alios autem Doctores, &c. Cum igitur doctorum ordo sit quasi præcipuus in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundum Apostolum, quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et veritas ipsa præcepit Apostoli: Rogate dominum mensis, vt mittat opera-

† Disio Christi, nec in Regeſto, nec in anti-quis codicibus reperit. Ioan. 1. Mar. vlt. Matth. 10. 1. Cor. 12. Ephes. 4. Rom. 10. Luc. 10. Matth. 9.

rios in messem suam. Quod si forte quis argute respondeat: quia tales inuisibiliter mittuntur à Deo, et si non visibiliter mittantur ab homine, cū inuisibilis missio multo sit dignior, quam visibilis: & diuina longe melior, q̄ humana: potest rationabiliter responderi, quod cum interior illa missio sit occulta, nō sufficit cuiquam nude tantum asserere, q̄ ipse sit missus à Deo, cū hoc quilibet hereticus asseueret: sed oportet, q̄ astruat illam inuisibilem missionem per operationē miraculi, uel scripturæ testimonium speciale. Vnde cum Dominus veller mittere Moysen in Aegyptum ad filios Israel, vt crederet ei, q̄ mitteretur ab ipso, dedit ei signum, vt conuerteret virgam in colubrum, & virgam iterum reformaret. Ioānes quoq; Baptista, speciale suę missionis testimonium protulit de scriptura dicens: Ego vox clamatis in deserto: dirigite uiam Domini, sicut ait Esaias propheta: & infra. Licet autem sciētia sit valde necessaria sacerdotibus ad doctrinam: quia iuxta verbum propheticum: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius: non est tamē simplicibus sacerdotibus, etiam à scholasticis detrahendum, cum in eis sacerdotale officium debeat honorari: propter qd Dominus in lege præcepit: Dijs non detrahes, sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, & officij dignitatem Deorum nomine nū cupantur: & infra. Nec quisquam suę presumptionis audaciam illo defendat exemplo, q̄ aīna legitur reprehendisse prophetam: vel q̄ Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Cū aliud sit fratrem in se peccantem occulte corripere, (quod quisque ꝑ tenetur efficere secundū regulam Euangelicam, in quo casu sane potest intelligi, q̄ Balaam fuit correptus ab alina) & aliud est Patrem ꝑ suum delinquentem reprehendere manifeste, quod vtiq; nulli licet secundū euangelicam veritatē: quæ et dicit fratri suo, factus, reus erit gehennę ignis. Rursus aliud est, q̄ prælatus sponte de sua cōfissus innocentia, subditorum se accusationi supponit, (in quo casu, præmissum Domini verbū debet intelligi) & aliud est, q̄ subditus, non tā animo reprehendendi, q̄ detrahendi exurgit temerarius in prælatum, cū et potius incubat necessitas obsequendi; q̄ si forte necessitas postularer, vt sacerdos tāquā inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, agendū est ordinate apud episcopū, ad cuius officiū tā institutio, q̄ destitutio sacerdotū nosciē ptinere.

COMMENT. XI.

Haec Vm ex iniuncto. ¶ Habetur hac decretalis in Regeſto Innocentij III. lib. 2. Ex integra clausula apertissime colligitur tum argumentum, tum sententia suę intellectus huius capituli. Ea vero ita habet: Cum ex iniuncto nobis Apostolatus officio facti simus secundum Apostolum sapientibus & insipientibus debitores, pro vniuersorū salutem nos oportet esse sollicitos, vt & malos retrahamus à vitijs, & bonos in virtutibus foueamus: tunc autem opus est discretionē maiori, cum vitia sub specie virtutum occulte

† Post hec verba sequitur in Regeſto exemplū de Ioāne Baptista, hic omisit Raymundus: affert autem lucem huic loco.

Exod. 7. Ioan. 1. Esa. 40. Matth. 3. Malach. 2. Exod. 22. Ioan. 10. Nu. 22. Ioan. 8. Matth. 5.

† De hac materia vide S. Tho. 2. 2. q. 14. ar. 2. & l. 4. q. 2. In aliquo exemplari legitur fratres, alius vero & in Regeſto, patrem, habetur.

Laici & feminae nullo modo prædicent & quales esse oporteat sacerdotes prædicatores.

te subintrant, & angelus Satane in angelum lucis simulate transformat. Sane significauit nobis venerabilis frater noster Metensis episcopus per litteras suas, quod tam in diocesi, q̄ vrbe Metensi, laicorum & mulierum multitudo non modica; tracta quodam modo desiderio scripturarum, Euangelia, Epistolas Pauli, Psalterium, moralia Iob, & plures alios libros sibi fecit ꝑ Gallico Sermone transferri. Translationi huiusmodi adeo libenter, vtinam autem & prudenter intendens, vt secretis conuentionibus talia inter se laici & mulieres eructare præsumunt, & sibi inuicem prædicent: qui etiam aspernantur eorum consortium, qui se similibus non immiscunt, & à se reputant alienos; qui aures & animos talibus non apponunt. Quos cum aliqui parochialium sacerdotum super his corrumpere voluissent, ipsi eis in faciem resisterunt: copantes rationes inducere de scripturis, quod ab his non deberet aliquatenus prohiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem sacerdotum suorum fastidiunt: & cum ipsis per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libellis suis, & prudētius se posse id eloqui submurmurant in occulto. hac ibi. & mox subsequitur verba huius capituli.

¶ Licet autem, & c. ¶ Est autem valde elegans et singularis huius rescripti definitio, qua hoc vnum præcipitur, ne laici officium prædicationis verbū diuini assumant: id enim doctoribus, hoc est Theologis, quorum est in Ecclesia ordo præcipuus, omnino relinquendum est. Concordat cap. sicut in vno. cod. tit. de here. his similia tradit Emericus 3. parte. quæst. 38.

¶ Per laicos vero hoc loco, & vbi cumque de hoc re agitur, eos accipere debemus, qui non sunt in aliquo sacro ordine constituti, tamen si valde eruditi & scientia clari, vt tradit Leo eius nominis primus, epistola quadam 61. ad Theodoretum Episcopum, prope finem ibi: Adijcietes & illud, vt præter Domini sacerdotes, nullus audeat prædicare, seu monachus, siue ille sit laicus, qui cuiuslibet scientiæ nomine gloriatur. refert Iuo par. 6. cap. 249. eandem prædicationem laicis prohibuit idem Leo, epistola 60. ad Maximum Episcopum Antiochenum, idem sancit Concilium Carthaginense quartum, cui interfuit August. ca. 94. refert Iuo p. 8. cap. 323.


¶ Nec refert ibi sanciri, ne presentibus clericis laici prædicent, quasi illis absentibus id laicis liceat: quoniam argumentum à contrario sensu (vt nostri iurisperiti loquuntur) non valet, quotiens absurdum aliquid sequitur, aut alijs legibus repugnat. glo. & Doctores in rub. & l. 1. ff. de offi. eius cui mā data est iuris.

¶ Femina vero, licet doctissima, prædicare non debet, idem concilium Carthaginense 4. cap. 99. refert Iuo par. 8. cap. 324. & Gratianus in cap. mulier. 23. distinct.

¶ Quale autem & quantum sit prædicationis munus, & quales esse debeant prædicatores, quos oportet à profanorum auctorū & poetarum fabulis & auctoritatibus citandis abstinere, docet concilium Senonense cap. 35. & 36. & concilium Treuerense

A. in c. missi. qua nunc leguntur in 4. volumine conciliorum Surianę editionis. Et quod sine facultate superiorum nullus possit prædicare, iam olim sancitum fuit multis conciliorum decretis, sed expressius renouauit Innoc. III. in concilio Lateran. c. 3. §. quia vero nonnulli. & concilium Tridentinum sessio. 5. de reforma. cap. 2. §. si qui vero. & sequen. de qua re plura idem concilium sessio. 24. in decreto de reformatione. cap. 4. & alibi sæpe: sed & multa etiam concilium Lateranense sub Leone X. sessio. 11. & Burchardus lib. 1. decretorum, cap. 97. 98. & 99. & postremo id cavit diligētissime synodus Salisburgensis constitutione 6. cap. 3. & de materia huius cap. vt breui concludā, vide Alfonso Castrius lib. 3. de iusta heret. puni. tit. c. 2. & 3. Repertorium verbo, prædicare. Simancam de carbo. instit. tit. 49. Siluestrum & ceteros summorum collectores in summis, verbo, prædicare. sed eleganter et copiose Conradus Brunus lib. 6. de heret. c. 4. de hoc agit & Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, q. 64. vbi per multos articulos tractat materiā huius capituli.

Idem in concilio generali. Excommunicati sunt omnes heretici, quibuscumque nominibus nominentur. hoc dicit vsque ad 8. damnati. Cap. XIII.



itaq; & anathematizamus omnē heresim extollentem se aduersus hanc sanctam orthodoxam & catholicam fidem, quam superius exposuimus, condēnantes hereticos vniuersos, qui bufcunque nominibus censeantur: facies quidē diuersas habentes, sed caudas adinuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipsum. Dammati de heresi, per secularem iudicem puniuntur, & bona laicorum hereticorum confiscantur, & clericorum bona applicatur ecclesis, vbi beneficiati erant. hoc dicit vsq; ad 8. qui autem. Abb. Dammati vero presentibus secularibus potestatibus, aut eorum balliuis relinquatur animaduersio debita puniendi, clericis prius à suis ordinibus degradatis: ita q̄ bona huiusmodi dānatorum, si laici fuerint, confiscentur: si vero clerici, applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt.

Si suspectus de heresi se nō purgat ad arbitrium superioris, excommunicatur: & existens per annum in excommunicatione, vt hereticus damnatur. hoc dicit vsque ad 8. moucantur. Abbas Sic.

¶ Qui autē inuenti fuerint sola suspitione notabiles: nisi iuxta considerationē suspitionis, qualitatēq; personę, propriā innocentia congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriatur, & vsq; ad satisfactionē condignā, ab omnibus euitetur: ita q̄ si per annum in excoicatione perstiterint, ex tūc velut heretici condemnentur.

¶ Potestates seculares, perpetui vel temporales iurare tenentur, vniuersos hereticos ab ecclesia dānatos pro viribus exterminare, & temporalis dominus.

Nemo sine superioris pmissione audeat prædicare.

minus non purgans terram suam hereticis, excommunicatur: & si perstiterit in excommunicatione per annum, nuntiatur Pape, qui fideles eius a iuramento absoluet: & eius terram fidelibus exponet: salvo iure principalis domini, nisi & ipse sit in culpa. hoc dicit vsque ad s. catholici. Abb. Sic.

Moneantur autem & inducantur: & si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellatur secularis potestates, quibuscunque fungantur officijs, vt sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei praesent publice iuramentum, quod de terris suae iurisdictioni subiectis, uniuersos hereticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt: ita quod amodo quandoque quis fuerit in potestatem siue perpetuam siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab haeretica foeditate, per metropolitanum & ceteros comprouinciales Episcopos, excommunicationis vinculo innodetur: & si satisfacere contempserit, intra annum significetur hoc summo Pontifici, vt ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate denuntiet absolutos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eam exterminatis hereticis absque villa contradictione possideant, & in fidei puritate conferuent: salvo iure domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum praestet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

Cruce signati ad exterminationem hereticorum, gaudent privilegio concesso cruce signatis in subsidium terrae sanctae. hoc dicit vsque ad s. credentes. Abbas.

Catholici vero, qui crucis assumpto charactere ad hereticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto privilegio sint muniti, quae accedentibus in terrae sanctae subsidium conceduntur.

Hic ponitur pana credentium receptorum, et defendentium hereticos. primo laicorum, secundo clericorum, vsque ad s. quia. Abbas.

Credentes praeterea, receptatores, defensores & fautores hereticorum excommunicationi decernimus subiicere: firmiter statuentes, vt postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit, intra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos, ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successorem accedat. Nullus praeterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem: nec causa aliqua ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in

† Cōcor. text. in auth. Statuimus. C. de epi. audien.

Domini temporales purgare debent terras suas ab haeretica prauitate.

† Eymericus infra p. 3. q. 129.

† De his Eymeric infra hac 2. par. q. 50. 51. 52. & 53.

similibus idem praecipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint; excommunicationis sententia, vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianae praesumant tradere sepulturae, nec elemosynas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolice specialis. Similiter quilibet regulares quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia illa in diocesi non seruentur, in qua tales excessus praesumpserint perpetrare.

Nullus debet sibi officium praedicandi assumere, nisi super hoc sibi a iure vel a sede Apostolica, vel a diocesano Episcopo licentia concedatur: alias excommunicatur: & nisi resipuerit alia pena imponitur hoc dicit vsque ad s. adijcimus. Abb.

Quia vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius (iuxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant praedicandi, cum idem Apostolus dicat: Quomodo praedicabunt nisi mittantur? omnes qui prohibiti sunt, vel non missi, praeter auctoritatem ab Apostolica sede vel catholico Episcopo loci susceptam, publice vel priuatim praedicationis officium vsurpare praesumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi quam citius resipuerint, alia competenti poena plectentur.

Archiepiscopi & Episcopi inferiorum suorum prouincias & dioceses suspectas habentes de heresi, saltem semel in anno per se vel per alios idoneos visitent: qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere iuramentum ab illis de vicinia, ad reuelandos hereticos, & occulta conuenticula celebrantes: quos reuelatos relapsos canonice puniet, & reuinentes iurare, vt heretici condemnentur. hoc dicit vsque ad s. volumus. Abb.

Adijcimus insuper, vt quilibet Archiepiscopus vel Episcopus, per se aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas bis aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hereticos habitare, circueat, & ibi tres vel plures boni testimonij viros, vel et (si expedire videbitur) totam viciniam iurare compellat, quod si quos ibidem hereticos sciuerit, uel alios quos occulta conuenticula celebrantes, seu a ceteris conuersationi fidelium, vita & moribus disidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus, ad praesentiam suam conuocet accusatos, qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis iuramenti religionem obstinatio ne damnabili respuentes, iurare forte noluerint, ex hoc ipso tamquam heretici reputentur.

Episcopus negligens in haeresi persequenda, a dignitate episcopali est remouendus, & alius idoneus est subrogandus. hoc dicit vsque ad si. Abb. Sic.

2. Tim. 3. Rom. 10.

† Cōcor. text. in c. cum ex iniuncto. & in c. sicut in vno. co. tit.

† Vide Cōradum Brunū de haeret. li. 3. c. 15. Si man. de charto. inflit. tit. 25.

† Idē statuit Martinus V. quodam re. scripto. scilicet. Inter cūctas, & habetur in vlt. sess. conc. Constan.

Pœna excommunicationis hæreticos antiquissima.

Cōtra suspectos procedit Inquisitor.

Ex leuib⁹ suspicionibus non facile procedendum.

Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiae districte praecipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per dioceses suas diligenter inuisitent, si canonicam velint effugere vitionem. Si quis enim episcopus, super expurgatio de sua diocesi haeretice prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus; cum id certis indicijs apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in locū ipsius alter substituat idoneus, qui velit & possit haeretice confundere prauitatem.

COMMENT. XII.

EXcommunicamus. Edidit Innocentius in concilio generali Lateranen. hoc copiosum edictum aduersus hereticos, eorumque fautores anno Domini MCCXV. in quo potissimum tres poenas eis irrogat. Vnam spirituales, videlicet, excommunicationem: alteram corporalem, cum possint nisi resipiscant, tradi curiae seculari, vltimo supplicio afficiendi: tertiam item vitæ afflictiuam, nempe bonorum confiscationem.

Nec putandum est hic primum poenam excommunicationis in hereticos latam: nam omnium poenarum, quibus heretici coercentur, hæc antiquissima est, a Christo iam lata Matth. c. 18. ibi: Si Ecclesia non audierit, sit tibi tamquam Ethnicus & publicanus. & diuinus Paulus ter legitur excommunicasse, primum, Cerinthus fornicarium 1. ad Corinth. ca. 5. vsus Alexandrum & Hymenæum ob blasphemiam. 1. ad Timoth. cap. 1. tandem hac poena idem Apostolus omnes hereticos docuit coercedos, ad Titum c. 3. item sanctus Ioannes. 2. epistola canonica. tradit Martinus ab Ayala olim Archiepiscopus Valentinus in lib. de Ecclesiasticis tradition. par. 3. art. 6. Differui latissime lib. 2. de poenis hereticorum.

Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles, Ergo contra suspectos de heresi, tametsi heretici vere non sint, Inquisitores procedere possunt. Sed an leuis suspicio sufficiat, questio est: et Reptorium verbo, suspectus. s. item nota. & Matth. Afflictus in constitutione, inconstitum, & Carreus de haeret. nu. 16. leuem suspitionem sufficere voluerunt, non tamen ad condemnationem & punitionem, sed vt ex leui suspitione ad examinationem, inquisitionem, & veritatis indagacionem perueniant, & leuiter suspecto ad eluendam huiusmodi suspitionem etiam abiuratio vel purgatio iniungatur, vt docet Eymericus p. 2. q. 55. nu. 9. & seq.

Ceterum his leuibus suspitionibus non est vbiq; credendum in tam graui delicto, & prudentia opus est, & iuxta qualitatem personarum erit iudicandum, vt prudenter monuit Simancas in encyridio violatae religionis, tit. 41. n. 8. sed de his plura Eymericus hac 2. p. q. 55. & 56. vbi & nos multa tradidimus. Hoc est certū, ad nullius capturam veniendum esse ex his tantum indicijs aut delictis, quae leuiter solum redderent quempiam suspectum, propter insignem honoris detrimentum, quod in hoc cri-

mine sola captura asserre dignoscitur, vt susius scripsi infra p. 3. super q. 59.

Gregorius IX Archiepiscopo Mediolanen.

Laici cuiuscunque professionis sint, praedicare non debent.

C A P. XIII.

ICVT in vno corpore: & infra. Cum igitur nonnulli laici praedicare praesumant, & verendum nimis existat, ne vitia sub specie virtutum occulte subintrent. Nos attendentes, quod doctorū ordo est in Ecclesia Dei, quasi praecipuus: Mandamus, quatenus cum alios Dominus Apostolos dederit, alios prophetas, alios vero doctores, interdicas laicis vniuersis, cuiuscunque ordinis censeantur, vsurpare officium praedicandi.

Idem.

Hoc cap. vsque ad s. si qui dicit. habetur in ca. excommunicamus, supra eo. tit. in prin. vnde summa, & declarata, prout ibi fuit dictum. Cap. XV.

EXCOMMUNICAMVS & anathematizamus vniuersos hereticos, Catharos, Patrenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iossepinos, Arnaldistas, Speronistas, & locū illustrat alios, quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipsum. Damnati vero per Ecclesiam seculari iudicio relinquuntur, animaduersione debita puniendi: clericis prius a suis ordinibus degradatis.

Si in heresi deprehensi volunt redire ad fidem, detrudendi sunt in perpetuo carcere ad penitentiam peragendam: & credentes erroribus hereticorum, heretici sunt. hoc dicit.

Si qui autem de praedictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendam condignam penitentiam: in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hereticos similiter iudicamus.

Idem.

Liberantur ab omni obligatione, qui hereticis renebantur adstricti. Cap. XVI.

ABSOLVTOS senouerint a debito fidelitatis domini, & totius obsequij, quicumque lapsi manifeste in haeresim aliquo pacto quacumque firmitate vallato tenebantur adstricti.

Concor. text. in c. cum ex iniuncto, supra eo. tit.

1. Cor. 12. Ephef. 4.

† Cōcor. text. in auth. Garzaros. C. de haeret. ubi Per Godof. hinc locū illustrat

† Vide Eymeric 2. p. q. 93.

DECRETALES TITVLI DE HAERETICIS DE SEXTO LIBRO.

Gregorius nonus Rhemensis Archiepiscopo & suis suffraganeis.

Propter crimen haereseos clericum in quibuscunque sacris ordinibus constitutum, solus eius Episcopus degradare poterit. hoc dicit. Domi. Cap. I.

Vide ca. de gradatio. de poen. lib. 6. de quo auctor paulo post. & 3. p. post modum nonum processum si dei terminant di.

NONIAM episcoporum numerus ad degradationem clericorum a canonibus constitutus non potest de facili conuenire: Concedimus ut sacerdotem, vel alium clericum in sacris ordinibus constitutum (cum pro haeresi fuerit seculari curiae relinquendus, aut perpetuo immurandus) conuocatis Abbatibus, aliisque prelati & religiosi personis, ac litteratis sue diocesis, de quibus expedire videbitur, suus solus possit Episcopus degradare.

Alexander quartus.

Excommunicationem incurrit sepeliens scienter haereticos, vel eorum receptatores, defensores, vel fautores: nec absoluitur, nisi exhibet eorum corpora: locus vero priuati sepultura. hoc dicit vsq. ad §. inbibemus. Domi.

C A P. II.

Eym. 1. par. q. 40. vbi dicit.

VICVNQVE haereticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum, scienter praesumpserint ecclesiasticę tradere sepultura, vsq. ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententię se nouerint subiicere. Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent, & projiciant huiusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetua careat sepultura.

Excommunicari debent laici publice vel occulte disputantes de fide. hoc dicit. Domi.

Cōcor. tex. in c. cū ex in iuncto, & c. si cut. de heret.

Inhibemus quoque, ne cuiquam laicę personę liceat publice vel priuati, de fide catholica disputare. Qui uero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

Non valet promotio haereticorum, eis credentium, fautorum, receptatorum, et defensorum eorum, nec filiorum suorum, vsque ad secundam generationem, ad beneficia ecclesiastica, vel officia publica. hoc dicit. Domi.

Hoc declaratur in c. statutu el 2. in fine hoc tit.

Haeretici autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quod si fecus actum fuerit, decernimus irritum & inane.

Priuati sunt habentes beneficia ecclesiastica, ad preces haereticorum: & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter talia receperunt. hoc dicit. Domi.

Ad hęc, quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus & quęcunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti: ex nunc priuamus taliter acquisitis, volentes, quod tales & habitus careant perpetuo: & si receperunt illa scienter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur.

Silu. I sum. uer. haeretic. q. 8. Rebut. I praxi benef. p. 3. n. 24.

Nulla est emancipatio filiorum, vel subditorum per haereticos facta: etiam si postea vitium detegatur. hoc dicit. Domi.

Eym. 1. p. q. 116. & ibi dixi plene.

Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes, post emancipationem etiam huiusmodi apparuerit ante ipsam a via veritatis ad haereticę superstitionis iniuriam declinasse, nullius volumus esse momenti, uelut factam de hominibus sui iuris: cum dignum sit, ut propter tanti atrocitatem delicti, filij esse in parentum haereticorum desiderint potestate.

Idem Inquisitoribus haereticę prauitatis.

C

Filij vel haeredes petentium in infirmitate sua haereticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quod non sana mente vel per dita loquela susceperint, si constat quod erant sanę mentis, vel si prius suspecti vel diffamati erant de haeresi: alijs admittuntur, scilicet per testes fide dignos, non suspectos. hoc dicit. Domi. Cap. III.

ILII vel haeredes illorum, qui dum in egritudine lecto decumberent, petierunt haereticos consolatos, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent, secundum pessimam consuetudinem eorundem, sicque uiam fuerint uiciorum carnis ingressi: ad probandum quod ipsi defuncti consolationem illam, immo uerius desolationem non sanę mentis effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam (cum tamen moris sit) ut dicitur (apud eos, quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanę mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: si dum uiuebant, diffamati erant de haeresi, vel suspecti: aut legitime constituti, quod sanę mentis existentes, huiusmodi haereticos petierunt. Alioqui admitti poterunt praedicti filij vel haeredes ad probandum praemissa. Nō tamen per uxores, filios, familiares, vel de suis alijs quos: sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores.

Pro intelletu huius ca. vide infra re scriptum Urbani III. in cap. Olim ex par. & Eym. 3. p. q. 43. & q. 12. ubi copiose tractatur materia huius decretalis.

Idem

Idem eisdem.

Relapsi in haeresim sunt tradendi curiae seculari, licet poeniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis sacramenta poenitentia & Eucharistia. hoc dicit. Domi. Cap. IIII.

Eym. 3. par. q. 100. & ibi dixi.

UPER eo, quod scriptum legitur, Ecclesia nulli claudit gremium redeunti: quodque ij, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprij antistitis examinatione purauerint, si deprehensi fuerint in abiuratum haeresim recidisse, seculari decernuntur iudicio, sine ulla penitus audientia relinquendi: cum scriptura huiusmodi videatur sibi inuicem aduersari, quid tenendum sit, per sedem edoceri Apostolicam postulastis. Nos itaque inquisitioni uestrę de fratrum nostrorum consilio respondemus, quod taliter deprehensis, etiam si (ut dictum est) sine ulla penitus audientia relinqueri sint iudicio seculari: si tamen postmodum poeniteant, & poenitentia signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta poenitentia ac Eucharistia deneganda.

Idem eisdem.

Excommunicati, participes, & socij criminis admittuntur in testes contra haereticos, si sciunt uerissimiliter ueritatem deponere. hoc dicit. Domi.

C A P. V.

Eym. 3. par. q. 64. 66. & 68. vbi dixi copiose.

IN fidei fauorem, concedimus, ut in negotio Inquisitionis haereticę prauitatis excommunicati & participes, vel socij criminis, ad testimonium admittantur: Praesertim in probationum aliarum defectum, contra haereticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, si ex uerisimilibus coniecturis: & ex numero testimonij, aut personarum (tam deponentium, quàm eorum contra quos deponitur) qualitate, ac alijs circumstantiis, sic testificantes falsa non dicere praesumantur.

Idem eisdem.

Ordinarij, vel eorum delegati, & Inquisitores sine poena excommunicationis facere habent executionem iustitiae contra haereticos per habentes iurisdictionem secularem in loco: licet excommunicati sint, vel de facto tantum illam iurisdictionem possideant. hoc dicit. Domi. Cap. VI.

Eym. 3. par. q. 22. vbi dixi.

RESIDENTES regimini alicuius regni, prouincia, siue loci (licet excommunicati vel de facto tantum, & non de iure iurisdictionem habentes, ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum vel delegatorum ipsorum, aut Inquisitorum haereticę prauitatis non ualentium sine morę dispendio, vel

negotij periculo recursum habere ad superiores, qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exercere) possunt & debent contra haereticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, iustitiam & suum officium exercere. Nec requirentes huiusmodi excommunicatos, propter hoc sententiam excommunicationis incurrun. Non tamen praesidentibus praebatis vel officialibus eorundem propterea in alijs casibus intelligatur concessum aliquid, vel permissum.

Idem eisdem.

Excommunicatus, propter contumaciam non respondendi super haeresim, de qua erat suspectus, post annum damnatur ut haereticus. hoc dicit. Domi.

C A P. VII.



CONTUMACIA (in causa praesertim fidei) suspitioni praesumptionem adiciat uehementem, si suspectus de haeresi uocatus a uobis, ut de fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat) per uos fuerit innodatus: quam si per annum animo sustineat pertinaci, extunc uelut haereticus condemnatur.

Eym. hac 2. par. q. 47. & 3. par. q. 124. hunc tex. illustrat.

Idem eisdem.

Abiurans in iudicio haeresim propter uehementem praesumptionem: si iterato labitur (licet non fuisset probatum plene) relapsus dicitur: secus si leuis erat praesumptio. hoc dicit vsque ad §. Eum uero. Dominicus. Cap. VIIII.



CCVSATVS de haeresi, vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & uehemens suspicio orta erat, si haeresim in iudicio abiurauit, & postea committit in ipsa, cenferi debet quadam iuris fictione relapsus: licet ante abiurationem suam, haeresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit (quamquam ex hoc sit grauius puniendus) non tamen debet in haeresim relapsorum poena puniri.

Concordat Urbani III. Rescriptum incip. Conuictus, infra positu. & vide Eym. hanc 2. par. q. 40. vbi dixi.

Culpabilis in uno articulo haeresis, generaliter postea abiurando relapsus dicitur, si committit etiam in alium articulum separatim. hoc dicit. Domi.

Eum uero, qui in una haeresis specie, vel secta commisit, aut in uno fidei articulo, seu Ecclesiae sacramento errauit, & postmodum haeresim simpliciter, vel generaliter abiurauit: si extunc in alia etiam haeresis speciem, siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, volumus ut relapsus in haeresim iudicari.

Qui post abiurationem haeresis, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur facto, vel uerbo, haereticis communicat in rebus hic prohibitis, relapsus dicitur. hoc dicit. Domi.

Ille quoque de cuius lapsu in haeresim ante abiurationem

Abiurationem conſtitat, vel nunc conſtat: ſi poſt illam hæreticos receptet, deducat, viſitet, ſiue aſſociet, aut dona vel munera eis donet, vel mittat, ſeu fauorem eis impendat, qui excuſari non poſſit, etiam ſine adoratione (vt verbis veſtris vtamur) merito debet iudicari relapſus, cum illum ex approbati à ſe prius erroris conſequentia, non ſit dubium id feciſſe.

Teſtis in cauſa hæreſis, falſum deponens, licet periurus ſit, probat dicendo contrarium: dum tamen ex indiſciſ conſtet dictum non corruptionem, ſed veritatem continere. hoc dicit.

† Eymcr. 3. par. q. 65. & ſequenti

Licet vero periuri † à teſtimonio, etiam poſt penitentiam repellantur: ſi tamen ij, qui coram Inquiſitoribus iurantes, tam de ſe, quam de aliis ſuper factis hæreſis dicere veritatem, eam celando deierent, & poſtmodum velint corrigere dictum ſuum, contra ſe ac alios ſuos complices deponendo: cum crimen huiusmodi ſit exceptum, ſi ex maniſeſtis indiſciſ apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite, ſeu corruptio ne pecuniæ, ſed zelo fidei orthodoxæ dictum ſuum velle corrigere, ac modo (quæ prius tacuerant) reuelare in fauorem fidei (nili aliud obſiſtat) ſtari debet tam contra ſe, quam contra reliquos atteſtationibus eorundem.

Inquiſitores ſuper hæreſi deputati, non ſe intromittant de diuinationibus vel ſortilegijs non ſapientibus hæreſim maniſeſtam. hoc dicit. Domi.

† De hæc materia copioſe Eymcr. 2. p. 942. & 43.

Sane cum † negotium fidei (quod ſumme priuilegiatum exiſtit) per occupationes alias non debeat impediri: peſtis Inquiſitores hæreticæ à ſede Apoſtolica deputati, de diuinationibus, aut ſortilegijs (nili hæreſim ſaperent maniſeſte) intromittere non debent, nec punire talia exercètes, ſed eos reliquere ſuis iudicibus puniendos.

Inquiſitores hæreſis, de queſtionibus uſurarum ſe intromittere non poſſunt. hoc dicit.

† Vide infra ſcriptu Vr bani 4. Conſultus. ver. in quo querit, & reper. ver. ſuta. 6. circa iſtam.

De queſtionibus † præterea uſurarum motis, etiam contra illos, quibus reſtitutionem uſurarum in penitentia pro hæreſis crimine intunxerunt, ac illi ſe & ſua ad hoc faciendum in iudicio Eccleſiæ obligarunt, intromittere ſe non poſſunt: ne per cauſas huiusmodi offendiſculum negotio ſi dei præparetur.

Inquiſitores poſſunt compellere hæredes fautorum hæreticorum (qui tamen hæretici non erant) ad implendam penitentiam iniunctam, in bonis temporalibus: ſecus ſi mortui ſint, antequam fuerit penitentia iniuncta. hoc dicit. Domi.

† Eymericus 3. par. q. 120. Zanch. de hęc. ſer. c. 28. nu. 567.

Si vero † pro ijs, quæ in hæreſi receptando vel defendendo hæreticos ſeu eis fauendo, non tamè exiſtens hæreticus quis commiſerit, ſub obligatione bonorum ſuorum Inquiſitoribus ſe adſtrinxit ad recipiendam ab eis penitentiam, & complendam: & ea licet iniuncta, non tamè peracta deceſſerit, ſi per huiusmodi penitentiam onus impoſitum fuerit proficiens ad ſalutem, in bonis eius temporalibus exequendum: ad complementum ipſius, per Inquiſitores cogi debent hæredes vel alij, ad quos cum ſuo onere bona huiusmodi deuenerunt. Porro ſi propter huiusmodi hæreticorum receptationem, deſenſionem, ſeu fauorem, quis

ad faciendam penitentiam; quam Inquiſitores ipſi iniungere vellent, bona ſua obligauerit eiſdem: & antequam ei penitentia iniungeretur, deceſſerit: eius hæredibus non eſt ſatisfactio pro extingendo iam crimine iniungenda.

Post mortem hæretici, declarari poteſt cum hæreticum fuiſſe ad finem conſiſcandi. Domi.

In eo † vero caſu, quo hæredes ad ſucceſſionem non debent ob hæreſim ſui auctoris admitti: non obſtante, quòd auctore ipſo viuento, hoc non fuerit (interueniente ipſius morte) per ſententiam declaratum: ad conſiſcationem bonorum poſt mortem eiſdem nihilominus procedatur.

† Vide de præſcript. lib. 6. Squillacen. de ſid. catho. c. 54.

Clerici inſtruentes teſtes, ne Inquiſitores veritatem inueſtigent, puniri poſſunt per eos, et religioſi grauius puniuntur. hoc dicit. Domi.

Sacerdotes inſuper & alij clerici, qui negotium Inquiſitionis inſtruedo citatos hæreticos, vel eorum credentes, de celando veritate vel dicenda falſitate, ſeu eos indebite liberando, inuenti fuerint impedire: (cum non ſit dubium, eos ipſa facere in fauorem hæreticæ prauitatis) per Inquiſitores à talibus compeſci poſſunt, & pœna debita caſtigari, tam per captionem perſonarum, quam aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. Religioſi etiam ſunt immurationis pœna vel alia grauius puniendi quàm ſeculares: ſi inuenti fuerint in hæreſi vel conſimilibus deliquiſſe.

Urbanus quartus.

Non valent ſtatuta, per quæ Inquiſitoris hæreſis officium impeditur, vel retardatur.

C A P. IX.



TA T V T V M † ciuitatis caſtri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium Inquiſitionis hæreticæ prauitatis directe vel indirecte (ne in eo libere procedi valeat) contigerit

† Eymcr. 3. par. q. 34. ubi dixi copioſe.

impediri, vel quomodolibet retardari, nullius exiſtere firmitatis: Ipſiusque ciuitatis vel loci dominum, poteſtatem, capitaneum, cõſules, vel rectores, per quem, vel quos, eadem ciuitas ſeu locus regitur, quocunq; nomine conſecantur, ad ſtatutum huiusmodi loci diœceſano, vel eius vicario, aut Inquiſitori, ſeu Inquiſitoribus labis præſertæ, ſine moræ diſpendio exhibendum: & ſi tale inuentum fuerit, reuocandum omnino, vel ſaltem eatenus moderandum, quòd per illud Inquiſitionis proceſſus non impediatur, uel aliquatenus retardentur, per cenſuram Eccleſiaſticam decernimus compellendos.

Clemens quartus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

Officium Inquiſitoris hæreſis, morte concedentis non expirat, etiam quòd ad negotia prius non cepta, vel exorta. hoc dicit. Cap. X.



E aliqui † dubitationem ſolicitam excitantes, in dubium reuocent, an officium Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, ſolicitudini veſtræ intra certos limites

Vide Eymcr. 3. par. q. 6. & 8.

limites ab Apoſtolica ſede commiſſum expiret per mortem Romani Pontificis, qui commiſit: Præſenti declaramus ediſto ipſum officium non ſolum quo ad negotia viuento mandatore incepta, immo etiam, quo ad integra & non cepta, & quod plus eſt, quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerſerāt in fauorem fidei, poſt committentis obitum perdurare.

Idem eiſdem.

Informat Inquiſitores ad Deum, vt eius timorẽ hominum metui anteponant, in procedendo ſimul vel ſepartim contra hæreticos, & ſuos fautores: & etiã in eos abſoluendo, cum vere redierint.

C A P. XI.



Mofficium † Inquiſitionis contra hæreticos in prouincia, in qua vobis idẽ officium eſt commiſſum, auctoritate Apoſtolica poſitis efficacijs adimplere; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vbique in præſata prouincia, ſimul vel ſepartim, aut ſingulariter (prout negotij vtilitas ſuadebit) contra hæreticos, credètes, receptatores, fautores, & deſenſores eorum, necnon contra infamatos de hæreſi, vel ſuſpectos iuxta ſanctiones canonicas (hominum metu diuini timori poſtpoſito) procedatis. Si vero aliquis ex prædictis hæreticæ labe primitus abiurata, redire voluerit ad Eccleſiæ vnitatem, ei iuxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eidẽ, quod iniungi talibus conſuevit, prout ſolenter, ne ſimulata conuerſione redeant fraudulenter, & vos (immo ſeipſos) fallentes ſub agni ſpecielupum gerant.

† Concor. rex. in Cle. 1. §. 1. de hæret. & vide Eymcr. 3. p. 9. 47. & ſeq.

† Vide repetitorium ver. prouifo ſolent.

In delictis magnis caute procedendum.

† Eymcr. 3. p. 9. 18. & 19.

Inſtruit Inquiſitores in modo examinationis teſtium, & in perſonis, quæ teſtificata ſcribere debeant. hoc dicit.

Verum, quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi (& vt in reos ſine villo proferatur errore dure ac digne ſeueritas vltionis) volumus & mandamus, vt in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religioſas & diſcretas perſonas, in quarum præſentia per publicam (ſi commode poteſtis habere) perſonam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem deſenſiones teſtium conſcribantur. Ad conſcribendas quoque huiusmodi deſenſiones teſtium, & ad faciendum omnia, quæ in commiſſo vobis officio ad ſcriniarij, ſeu tabellionis officium pertinent, teneri diſtrictè præcipimus, cum per vos fuerint requiſiti, omnes & ſingulos veſtri ordinis fratres †, qui dum eſſent in ſæculo, tabellionatus officium habuiſſe, aut exercuiſſe noſcantur, & illos etiam quibus idem tabellionatus officium ratione præſati negotij fidei fuit ab Apoſtolica ſede commiſſum: & in poſterum committeret, concedentes huiusmodi fratribus, necnon & alijs religioſis quibuslibet, qui ſimiliter dum eſſent in ſæculo, tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt,

quibusuis etiam clericis ſecularibus officium ipſum habentibus (etiam ſi idem fratres religioſi & clerici ſint in ſacris ordinibus conſtituti) exercendi libere officium ipſum, quoad præmiſſa, non obſtante ſtatuto aliquo contrario canonis vel ordinis, quocunq; vallato munimine, poteſtatem.

Inſtruit Inquiſitores, circa perſonas, per quas impediri poſſet vel differrì Inquiſitionis negotium, hoc dicit.

Compescendi præterea monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſt-poſita prædicatores † queſtuarios (vbi contigerit pro Inquiſitionis ſeu fidei negotio, congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio, quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod aſſerri) à prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet (quorum intereſt tantum charitatiua ſubſidia ſuppliciter petere, ac indulgentiam, ſi forte habent, exponere) liberam vobis & ſingulis veſtrū concedimus auctoritate præſentium facultatem. Deniq; vt circa præmiſſa plene vobis & ſingulis veſtrum coercionis expedita & inuiolabilis adſit auctoritas; volumus, vt ea omnia viriliter exequamini (ſi opus fuerit) inuocato auxilio brachij ſecularis: contradicentes per cenſuram Eccleſiaſticã, appellatione poſt-poſita compescendo: Non obſtantibus aliquibus priuilegijs vel indulgètijs, quibuscunq; perſonis cuiuſuis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis communitatibus, vel vniuerſitatibus ciuitatum, & locorum ſpecialiter vel generaliter ſub quacunq; verborum expreſſione vel forma, à memorata ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis: cum ex huiusmodi vel alijs priuilegijs vel indulgètijs nullum vobis in tantæ pietatis negotio, velimus obſtaculũ interponi: & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio gñali. Statuimus † inſuper, vt poteſtas, capitaneus, ſeu rector, vel conſules, ſeu quiuis alij, qui ciuitati præſunt, vel loco alteri ad præſens, aut præerunt in futurum, ad requiſitionem diœceſanorum, vel vicariorum ſuorum, ſeu Inquiſitorum hæreticæ prauitatis iurent præciſe attendere inuiolabiliter, & obſeruare, ac facere à ſuis ſubditis obſeruari, toto tempore ſui regiminis, in terris ſuæ iuriſdictionis regiminiue ſubiectis conſtitutiones contra hæreticos, credètes, receptatores, fautores, & deſenſores eorum, ipſorumque filios & nepotes à ſede Apoſtolica promulgatas, ac etiam approbatas: quas qui iurare noluerit, & ſeruare, vt infamis & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide ſuſpectus officio & honore ſui regiminis ſpolietur: nec vltius poteſtas, capitaneus, cõſul, vel rector habeatur in aliquo, aut de cetero in aliquam dignitatem vel officium publicum vltius aſſumatur: & quæ vt poteſtas, balliuus, conſul, vel rector fecerit, nullã obtineant firmitatem.

† Vide Cõci Triden. ſeſſ. 5. de reſor. c. 2. in fine.

† Eymcr. 3. par. q. 32. Campeg. ad Zanch. c. 31.

Pœna Magiſtratum leges contra hæreticos editas non ſeruantium.

Bonifacius octauus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

Comprehendit iſta decretalis plura vitia pro expediendo

pediendo officio Inquisitorum. dat enim eis potestatem committendi citationes, & sententiarum denuntiationes. dat potestatem vocandi peritos, clerum, & populum, ut eis assistant. dat potestatem procedendi contra illos, qui de sua in aliam provinciam se transfulerunt. dat potestatem repetendi libros et processus, commutandi & mitigandi penas, priuandi, & priuatos nuntiandi officijs & honoribus hereticos, fautores, & defensores eorum: ita tamen quod hoc fiat de diocesano vel in eorum absentia vicariorum suorum consilio, nisi ijdem scienter talibus beneficia contulissent. hoc dicit. Ioan. And.

C A P. XII.

Edictum circa an. Domini 1296.

† Vide Eym. 3. par. q. 15.

† Eyme. 3. par. q. 77.

† Eym. 3. par. in forma monendi populum de sermone fidei habedo. † Eym. 3. par. q. 42.

† Eym. 3. par. q. 114. & ibi dixi copiose.

T commissi vobis officij debitum vtilius & vberius exequamini, sanctae memoriae Innoc. Alexan. & Clementis praedecessorum nostrorum vestrigijs inherentes, vobis & vestrum singulis committendi citationes & denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet hereticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum tuleritis, Aduocandi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, ut vobis assistant: & in huiusmodi ferendis sententis prebeant consilium opportunum, ac eis, quod super his vobis humiliter pareant in virtute obedientie iniungendi: Conuocandi quoque clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorumque locorum (prout dicto negotio fidei uideritis expedire.) Et contra illos quoque, quos in provincia, in qua uobis Inquisitionis officium est commissum, hereses crimem confiterit commississe (licet ad alias partes se transferendos duxerint) procedendi, necnon faciendi a quibuslibet assignari vobis libros seu quaternos, & alia scripta, in quibus Inquisitionis factae ac processus per quoscumque auctoritate sedis Apostolicae vel legatorum eius habiti contra hereticos continentur: & illorum qui vestris mandatis obediunt, humiliter stant propter heresim in carcere vel muro reclusi poenam vna cum prelati, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi vel mutandi, cum videritis expedire: Priuandi quoque vel priuatos nuntiandi dignitatibus ac alijs beneficijs Ecclesiasticis de diocesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, & officijs publicis ac honoribus quibuscumque eisdem hereticos, credentes, receptatores & defensores ipsorum, eorumque filios & nepotes plenam concedimus facultatem. Sunt autem diocesani in priuando tales, vel nuntiando priuatos beneficijs huiusmodi requirendi: Nisi forte constaret legitime, quod ijdem scienter huiusmodi personis eadem beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius a suo iudice puniendos.

Idem.

Christiani ad iudaismum transeuntes & redeuntes heretici reputantur. hoc dicit, secundum Zenz.

C A P. XIII.



CONTRA Christianos, qui ad ritum transferunt, vel redierint Iudeorum (etiam si huiusmodi redentes dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen absolute, aut preter coacti baptizati fuerunt) erit tamquam contra hereticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos seu Iudaeos conuicti: Et sic cut contra fautores, receptatores, & defensores hereticorum: sic contra fautores, receptatores, & defensores talium est procedendum.

COMMENT. XIII.

DE materia huius cap. preter Ancharanum, Geminianum, et alios interpretes hic, videnda est Eymericus par. 2. q. 44. & quos refero super eadem questione: Nunc omittis ceteris de quibus suis locis commodius differam, solum hic ostendam occasionem illorum verborum, seu Iudaeos conuicti, quando Iudaei admittantur ad testificandum contra Christianos: nam de alijs infidelibus quid sit sentiendum, agam cum Eymericus 3. par. q. 68. & seq. In primis explorati iuris est, infideles quicumque illi fuerint a testimonio dicendo contra Christianos repelluntur. authen. credentes. C. de heret. c. 1. de testib. c. si hereticus. c. non potest. 2. q. 7. c. ipsa pietas. 2. q. 4. et. tradunt communiter Doctores in cap. 1. extra de heret. quoniam. ut in d. c. non potest. scriptum est: Non potest erga homines esse fidelis qui Deo extitit infidelis.

Iudaei an & quando admittantur ad testificandum contra Christianos.

Ceterum in crimine heresis in vniuersum infideles quicumque, & etiam Iudaei aduersus Christianos testimonium dicunt, ut apertissime docet hoc responsum, ubi glo. in verbo, Iudaeos. & ibidem Geminianus, Francus & ceteri communiter glo. in c. 1. de testib. verbo, fideles. ubi Doct. communiter Palacius Rubius in allegat. de heresi. §. ultimo. Gondij Saluus de heret. q. 13. num. 10. Ioannes Rojas singulari. 190. & copiose Felymus in c. Iudaei. de testib. optime Hieronymus Gigas tract. de crim. lesa maiesta. lib. 2. tit. quomodo & per quos probetur. quest. 10. & potissima ratio est, ne ex defectu probationum tam graue scelus impunitum remaneat. l. quoniam. in fine. C. de heret. c. dilecto. & c. significauit. de testib.

Neque hoc solum habet locum, quoties ageretur de conuincendo Christiano apostata, qui prius fuit Iudaeus, & postea reuiderat, ut probat textus in d. c. contra Christianos. sed etiam cum ageretur de conuincendo Christiano non apostata, seu totam religionem Christianam deserente, sed in vno vel altero tantum articulo delinquente: idque ob eandem rationem, ne videlicet crimen hoc remaneat impunitum: vnde etiam in fidei fauorem. argumento cap. in fidei fauorem. de heret. lib. 6. quoniam si heretici aduersus hereticos admittuntur, ut optime docet Eymericus 3. par. q. 69. iure optimo etiam Iudaei admitti debent, cum commoda ratio diuersitatis assignari non possit, & maior prohibitio in heretico, quam in Iudaeo esse videatur secundum glo. in c. pagani. 2. q. 7.

Ad haec,

Idem.

Filij hereticorum usque ad secundam lineam paternam, ad primam vero maternam sunt inhabiles ad beneficium Ecclesiasticum, vel officium seculare: si patres ante mortem Ecclesiae reincorporati non fuerint. hoc dicit, secundum Domi.

C A P. XVI.



TA T V T V M felicitis recordationis Innocentij & Alexandri praedecessorum nostrorum: ne videlicet heretici, credentes, receptatores, defensores & fautores eorum, ipsorumque filij usque ad secundam generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur: quod si secus actum fuerit, sit irritum & inane: primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam vero ad primum duntaxat volumus hoc extendi. Hoc sane de filijs & nepotibus hereticorum, credentium & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur: non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesiae unitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiae penitentiam receperunt: quam ipsi vel iam fecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistant, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.

† Eymericus 3. par. q. 114. & dixi ibidem plenissime.

Idem.

Inquisitor Papa super heresi sine speciali mandato non inquirat contra episcopum: sed si eum culpabilem sciuerit, nuntiabit Papa. hoc dicit. Io. An.

C A P. XVII.



INQUISITORES hereticae prauitatis, ab Apostolica sede seu alio vel alijs quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine inquirere contra Episcopos nequeunt, aut eius praetextu procedere contra eos: Nisi in litteris commissionis Apostolicae, quod hoc possint, continetur expresse. Si tamen Inquisitores ipsi, Episcopos, vel alios superiores prelatos sciuerint, vel inuenerint circa crimine hereticos commississe, aut eos de hoc diffamatos existere vel suspectos, id tenebuntur sedi Apostolicae nuntiare.

† Vide Eym. 3. par. q. 26. 27. 30. & dixi ibidem copiose.

Idem.

Non derogatur ordinarijs super processu hereticorum, licet Papa generaliter alteri deleget. Et super eodem facto episcopus & Inquisitor possunt procedere communiter vel diuisim, vel proferre sententiam, in qua si discordant, debent Papa referre. Et episcopi qualitercumque procedant, debent seruare modum Inquisitoribus impositum. hoc dicit. Domi.

C A P. XVII.



ER hoc, quod negotium hereticae prauitatis alicui vel aliquibus ab Apostolica sede generaliter in aliqua prouincia, ciuitate vel diocesi delegatur, diocesanis episcopis, quin

† Hic declaratus per extra uag. Ex co. tit. de heret. quae paulo post inferit.

Ad haec, Iudaei non modo recipiuntur in testes aduersus Christianos, eo modo quo proxime dictum est, sed etiam multo magis aduersus Iudaeos non baptizatos, in omnibus illis casibus, in quibus ad iurisdictionem Inquisitorum pertinere noscuntur: id quod longa probatione non indiget: nam si ob fidei fauorem non prosunt sua priuilegia Christianis, quominus testimonio infidelium utantur, nec proderunt infidelibus.

In quibus casibus Iudaei subsunt Inquisitori potestati.

Qui sint autem casus, in quibus Iudaei nunquam baptizati Inquisitorum potestati supponuntur, tradit Eymericus 2. par. q. 44. 45. et 46. Repertorium Inquisitorum verbo, Iudaeus. Campegius ad Zanchinum, cap. 36. vers. delinquent circa fidem eorum. eleganter beatus Thomas 2. 2. q. 10. art. 8. ibi: Sunt tamen compellendi a fidelibus, si ad sit facultas, ut fidem non impediatur, vel blasphemis, vel malis persuasionibus, vel etiam aperiis persecutionibus. haec ille. Quibus verbis amplissime complexus est in genere vir sanctus omnem causam ob quam possunt Inquisitores in Iudaeos animaduertere.

Veruntamen ne res controuersa amplius in dubium vertatur, sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. statuo quodam incipiente: Antiqua Iudaeorum. edito anno Domini 1581. Calend. Iunii, nominatim decreuit blasphemias & flagitia Iudaeorum, in quae hereticae prauitatis Inquisitores animaduertunt. Id statutum in fine Directorij inter alias litteras Apostolicas curauimus imprimendum.

An autem cum Iudaei vel alij infideles testificantur aduersus catholicum, perinde sit de illis iudicandum, ac de testibus alijs integris, quorum duos plenam faciunt probationem, grauis est questio, qua non patitur huius commentarij breuitas. Reijciam eam in 3. par. quest. 64. ubi est proprius locus. videto interim Palacium Rubium in allegatione de heresi. §. 15. Aretinum in c. fin. de testib. Albertinum de agnos. assertio. q. 34. nu. 3. & seq. ceteros praecitato loco apud Eymericum referam.

Denique illud monere oportet, ut quando Iudaeus admittitur in testem iuret de dicenda veritate non super Euangelia, quibus non credit, sed super legem suam. Ita Ioan. de Imola in Clemen. 1. de testi. & Antonius Butrius in proemio Decretalium. Qualis autem sit eius iuramenti forma, tradit Specul. tit. de iur. men. calum. §. restat. vers. penul. sed melius Repertorium Inquisitorum, verbo, iuramentum. §. sequitur videre. & sequen.

Idem.

Non confiscantur dotes uxorum innocentium, propter heresim maritorum. hoc dicit, secundum Zenz.

C A P. XVIII.

† Eym. 3. par. q. 111. & dixi ibi plenissime.



ECREVIT felicitis recordationis Innocentij Papa quartus, quod propter heresim maritorum, uxorum catholicarum, dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus: nisi forte mulieres ipsae cum uiris matrimonia contraxissent, quos hereticos tunc sciebant.

pis, quin & ipsi auctoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in eodem procedere valeant, nolumus derogari. Verum ut dictum inquisitionis negotium efficacius, melius, vtiliusque procedat: concedimus, quod per Episcopos ipsos, & per Inquisitores; de facto eodem inquiri valeat communiter vel diuifim: & si diuifim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus; vt per hoc possit melius veritas inueniri; & nisi hoc casu Inquisitores in sententia prolatione diocesana vel eontra duxerint deferendum; per vtrofque simul sententia proferatur: in qua ferenda, si non conuenerint, per vtrofque negotium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remittatur. Siue autem ordinaria, siue delegata Episcopi potestate procedant: illud in procedendo modum obseruent; quem Inquisitores possunt & debent per iura communitia, vel per speciales concessiones seu ordinationes sedis Apostolicæ obseruare.

Idem.

Episcopis et Inquisitoribus hæresis non resistant, sed omnino pareant Domini temporales: & de eo crimine non cognoscant: aliis prout dicitur hic, puniuntur. hoc dicit, secundum Zen.

C A P. XVIII.

† Vide Eym. 3. p. 9. 35. & alijs multis.



M inquisitionis negotium contra hæreticam prauitatem ad Dei gloriam & augmentum fidei nostris temporibus prosperetur, leges quasdam per Federicū olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romana persistentem Ecclesiæ promulgatas (quatenus Dei & Ecclesiæ sanctæ suę honorem promouent, & hæreticorum exterminium prosequuntur, & statutis canonicis non obstant) approbantes, & obseruari volentes: vniuersos seculi potestates & Dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorum rectores, quibuscunque dignitatibus vel officijs aut nominibus censeantur, requirimus & monemus, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei diocesana Episcopis & Inquisitoribus hæreticę prauitatis à sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis pareant, & intendant in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti: & vt præfatas personas pestiferas in potestatem seu carcerem Episcoporum, aut Inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi, vel aliqui ex eis mandauerint, intra eorundem dominorum potestatem, vel rectorum districtum ducant, vel duci faciant sine mora: vbi per viros catholicos à præfatis Episcopis, seu Inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos sub arcta & diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per Ecclesiæ iudicium terminetur. Vtque de hæresi à diocesano Episcopo vel Inquisitore seu Inquisitoribus condemnatos præfati potestates, Domini tempora-

A les, siue rectores, vel eorum officiales, seu nuntij sibi relictos statim recipiant indilate animaduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus; seu proclamationibus prædictorum nequitia filiorum: cum tam secundum ordinationem prædecessorum nostrorum, quam secundum legem imperialem appellationis, & proclamationis beneficium expresse sit hæreticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum. Prohibemus; quoque districtius potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus eorundem; officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticū) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absq; dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato à carcere liberent; aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diocesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, prompte (prout ad suum spectat officij) facere seu adimplere detrectet: vel alijs diocesano, aut Inquisitorum iudicium, sententia seu processum directe, vel indirecte impedire præsumat: Si quis vero de prædictis potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, seu balliuis contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio sæpessatis diocesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumperit, vel ipsum aliquatenus impedire; necnon & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se noverit mucrone percussurum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condemnatur.

Idem.

Bona hæreticorum ipso iure sunt confiscata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum seculare, nisi prius pronuntiatum fuerit super crimine, per iudicem Ecclesiasticum, qui hoc possit. Ioan. And.

C A P. XIX:



M secundum leges ciuiles nefarias naturæ contrarias incestas nuptias contrahentes, eo ipso suarum dominorum rerum perdant: Et mulier humanam legem transgrediens, & (præsertim parentibus suis non contententibus) raptoris nuptias eligens bona omnia, quæ per legem sibi obuenerant à raptore, ac alijs consortibus raptus, ipso iure amittat: certoque casu deferantur in fiscum: Ac etiam illicitas species transferebat: Aut rerum victarum professionem omittens, earundem specierum & rerum proprietate hoc ipso priuetur, & fisco rerum & specierum dictarum proprietates acquiratur: Bona hæreticorum (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quam prædicti delinquant) ipso iure de fratrum nostrorum consilio, decernimus confiscata. Confiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes,

† Eym. 3. p. 117. Contr. Bru. lib. 4. de hæret. c. 16.

† Eym. 3. p. 117. ubi vide que diximus.

† Eym. 3. p. 9. 35. & ibi dixi.

† De hoc pulchre Eym. 3. p. 9. 75. & ibi etiam diximus.

† Eym. 3. p. 9. 78. 79. 80. cū seq. & ibi diximus.

† De materia huius Clem. Eym. 3. p. 9. 57. & seq.

Principes, aut alios dominos temporales (iuxta Gregorij Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci vel aliam personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.

Idem.

In causa hæresis proceditur simpliciter & de plano: & dicta reserui & accusatorum non publicatur, si periculum timeatur. hoc dicit, secundum Zen.

C A P. XX.



S T A T V T A quædam felicitis recordationis Innocentij, Alexandri, & Clementis prædecessorū nostrorum quibusdam declaratis & additis recententibus: concedimus, quod in Inquisitione hæreticæ prauitatis negotio procedi possit simpliciter & de plano, & absq; aduocatorū ac iudiciorum strepitu & figura. iubemus tamen, qd si accusatoribus vel testibus, in causa hæresis interuenientibus, seu deponentibus (propter potentiam personarum contra quas inquiratur) videat Episcopus vel Inquisitores graue periculum imminere, si contingat fieri publicationem nominum eorum: ipsorum nomina non publicet, sed secreto coram diocesano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario, quando Inquisitores procedunt: quando vero procedit Episcopus, coram Inquisitoribus, si haberi commode possit copia eorundem, ac nihilominus siue Episcopus, siue Inquisitores processerint, aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iurisq; peritis (quas ad hoc vocari, & eis per totū processum super quo deliberandum est, seriose manifestari, ac integre liter explicari, & de ipsorum consilio, ad senten-

† Eym. 3. p. 9. 35. & ibi dixi.

† De hoc pulchre Eym. 3. p. 9. 75. & ibi etiam diximus.

† Eym. 3. p. 9. 78. 79. 80. cū seq. & ibi diximus.

tiam vel condemnationem procedi volumus) exprimentur: sicque (non obstante, quibus, contra quos huiusmodi deposuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruendam, plena fides depositionibus testium eorundem. Et ut eorundem accusatorum & testium periculis, efficacius occurratur, & cautius in Inquisitionis negotio procedatur, præsentis constitutionis auctoritate permittimus, qd Episcopus vel Inquisitores, secretū possint indicare illis quibus (vt præmissum est) processum huiusmodi explicabunt: & in eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo vel Inquisitoribus patefacta, præter eorum licentiam alijs patefecerint, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurrant (si eis expedire uidebitur) promulgare: sic tamen, quod Inquisitores Episcopum, vel Episcopus Inquisitores non excommunicent hac de causa, sed ipsi ex iniuncto exnunc à nobis sub virtute sanctæ obediencie districto præcepto ad secretum huiusmodi teneantur. Cessante vero periculo supradicto, accusatorum & testium nomina (prout in alijs fit iudicijs) publicentur. Ceterum in his omnibus præcipimus, tam Episcopos q̄ Inquisitores puram & prouidam intentionem habere, ne ad accusatorum uel testium nomina suppressenda vbi est securitas, periculum esse dicat: nec in eorum discrimen securitatem afferant, vbi tale periculum immineret, super hoc eorundem conscientias onerantes. Constitutiones vero, ordinationes, & mandata aliorum prædecessorum nostrorum, in negotio hæreticę prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus suprascriptis super eadem editis prauitate non obuiant; in suo volumus robore permanere.

† Eym. 3. p. 9. 81.

† Vide Eym. 3. p. 9. 75. & quæ ibidem scripsimus.

† C. 10. ter. in Cle. 1. §. vt timo de hæz.

DECRETALES TITVLI DE HAERETICIS IN CLEMENTINIS.

Clemens V. in concilio Viennen.

Præmittit constitutionis causam. Io. And.

C A P. I.

† De materia huius Clem. Eym. 3. p. 9. 57. & seq.



M VLTORVM querela sedis Apostolicę pulsauit auditum, quod nonnulli Inquisitores per sedem eandem contra prauitatem hæreticam deputati, metas sibi traditas excedentes, sic interdum extendant suę potestatis officium, vt quod in augmentum fidei, per circumspertam eiusdem sedis vigilantiam, salubriter est prouisum (dum sub pietatis specie grauantur innoxij) cedat in fidelium detrimentum.

Ponit constitutionem, de officio Inquisitionis exercendo, per diocesanos & Inquisitores, primo ponens quinque, quæ potest alter sine altero. Secundo tria, quæ non potest, & decretum apponit, submittens quomodo impeditus vel interesse nolens committit alij vel consentit. Ioan. And.

Propter quod ad Dei gloriam & augmentum eiusdem fidei, vt negotium Inquisitionis huiusmodi, eo prosperetur felicitius, quo deinceps eiusdem labis indago solennius, diligentius, & cautius peragetur: ipsum tam per diocesanos Episcopos, quam per Inquisitores à sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore ac cuiuslibet commodi tēporalis affectione semotis) decernimus exerceri: Sic quod quilibet de prædictis sine alio citare possit & arrestare siue capere ac tutę custodię mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manicis ferreis, si ei visum

Quid possit Inquisitor sine Episcopo, & viceuersa.

¶ Sed quid si pro eis vide Eym. 1. p. q. 84. & ibi dixi copiose.

sum fuerit faciendum: super quo ipsius conscientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secūdam Deum & iustitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diœcesano, aut eius officiali, vel Episcopali sede vacante capituli super hoc delegato, si sui adiuuicem copiam habere valeant intra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisierint, non valebit. Et si secus præsumptum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure. Verum si Episcopus, vel eius capituli (sede vacante) delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorundem, propter præmissa nequeat, aut nolit personaliter conuenire: possit episcopus vel eius, seu capituli (sede vacante) delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo vel eius delegato, seu sede vacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus super illis, committere vices suas, vel suū significare per litteras consilium & consensum.

¶ Prouidet circa muros, vel carceres hereticorum, ipsorum clauas, custodes, & custodum ministros. Ioan. And.

¶ Copiose Eym. 1. p. q. 88. & 119.

Custodes hereticorum, qui facere debeant.

Sane ¶, quia circa custodiam carcerum hereticorum, qui muri in quibusdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos volentes super hoc prouidere; statuimus, vt quilibet talis carcer vel murus, quem decetero episcopo & Inquisitori prædictis volumus fore communem, duos custodes habeat principales, discretos, industrios & fideles: vnum quæ volet Episcopus, & prouidebit eidem; alium de quo voluerit Inquisitor, cui etiam prouidebit: & quilibet prædictorum custodum sub se alium bonum, & fidam poterit habere ministrum. In quolibet etiam conclauis eiusdem carceris siue muri, erunt duæ clauas diuersæ: quarum vnâ vnus, aliam alius tenebit prædictorum custodum, & eam cum officio ministrandi, quæ in carceratis fuerint ministranda, suo poterit committere vel subdelegare ministro.

¶ Poni iuramentum custodum, ministrorum suorum, & notariorum, & aliorum officialium. Ioan. And.

Porro coram Episcopo vel capitulo sede vacante & Inquisitore, prædictis vel substitutis ab eis custodes supradicti, antequam suum officium exequantur; iurabunt ad sancta Dei Euangelia corporaliter à se tacta, quod in custodia immuratorum & aliorum pro crimine supradicto, in sua custodia positurorum & ponendorum, omnem diligentiam & sollicitudinem quam poterint fideliter adhibebunt. Et quod alicui in carcerato, nihil vnus in secreto loquetur, quin hoc audiat alter custos. Et quod prouisionem quam in carcerati recipiunt, ex ordinatione communi, & illud quod à parçtibus, & amicis vel aliis personis fidelibus offeretur eidem (nisi episcopi & Inquisitoris vel suorum commissariorum ordinatio refragetur) ipsis fideliter & absq; diminutione aliqua ministrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum & coram eisdem personis ministri custodum priusquam suū exercent officium, exhibebunt. Et quia sepe contingit, episcopos proprios habere carceres, sibi & dictis Inquisitoribus non communes: volumus, & districte præcipimus, vt custodes ad incarcerationum pro dicto crimine custodiâ per Episcopos, vel sede vacante per capitulum deputandi, & eorum ministri coram dictis Inquisitoribus vel substitutis ab eis præstent simile iuramentum. Notarij quoque Inquisitionis coram Episcopo & Inquisitore vel substitutis ab eis iurabunt suū officium fideliter exercere. Et idē fiet de alijs personis necessariis ad prædictum officium exequēdū.

¶ Punit Episcopos, Inquisitores, & eorum substitutos, qui faciēdo vel omittēdo delinquant in officio. hoc dicit. Ioan. And.

¶ Verum quia nimis est graue, ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere quod ipsius contagiosa enormitas agendum requirit: graue est quoque & damnatione dignissimum malitiose infontibus eandem imponere prauitatem: Episcopo & Inquisitori prædictis, ac aliis ad dicti executionem officij substituentis ab eis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt sic discrete & prompte contra suspectos vel diffamatos de huiusmodi prauitate procedât, quod malitiose aut fraudulenter tãtam labem, seu quod ipsos in executione officij Inquisitionis impediât, falso alicui non imponant. Quod si odij, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu contra iustitiam, & cōscientiam suam omiserint contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, aut obtentu eodem prauitatem ipsam vel impedimentum officij sui alicui imponēdo, eū super hoc præsumpserint quoquomodo vexare (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eidem) episcopus aut superior suspitionis ab officio per triennium, alij vero excommunicationis sententias eo ipso incurrant. A qua quidem excommunicationis sententia, qui eandem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem nequeant (præterquam in mortis articulo, & tunc latifactione præmissa) absolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio suffragante.

¶ Confirmat antiqua iura huic constitutioni non obuia. Ioan. And.

Alia sane ¶, quæ circa præmissum Inquisitionis officium, à nostris sunt prædecessoribus instituta (quatenus præsentis decreto non obuiant) sacri approbatione concilij roborata, in sua volumus firmitate manere.

Idem in eodem.

¶ Primo ponēs constitutionis causam, determinat aetatem Inquisitorum. Secundo punit Inquisitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum ecclesiarum bona confiscant. Tertio præcipit notarijs officialibus & socijs, vt hoc facientes, reprehendât, & superioribus denuntient, si probare possunt. Quarto prohibet

¶ Eym. 1. par. q. 60.

Pœna Inquisitorum criminis hereticos alicui imponantur.

¶ Concordat. in c. vlt. in fine de heret. lib. 6.

bet Inquisitoribus ab usum armorum, et circa quantitate vel qualitate officialium. hoc dicit. Ioan. Andr.

C A P. II.



OLENTES splendorem soliti negotij fidei per actus indiscretos & improbos quorumuis Inquisitorum hæreticæ prauitatis, quasi tenebrosi fumi caligine obscurari: hoc sacro concilio approbante statuimus nullis exnūc, nisi qui quadagesimum & ætatis annum attingerint, officium inquisitionis prædictæ committi Inquisitoribus. Et tam ipsorum, quæ Episcoporum, seu capitulorum sede vacante super hoc deputatis commissarijs quibuscuq; districtius iniungentes, ne prætextu officij inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueât: nec scienter attentent ecclesiarum bona ob clericorum delictū prædicti occasione officij sisco & Ecclesiæ applicare. Quod si secus in his, vel eorū altero fecerint, excōmunicationis sententiæ eos subiacere decernimus ipso facto: à qua non possint absolui præterquā in mortis articulo, donec illis à quibus extorserint, plene satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis priuilegijs, pactis, aut remissionibus super hoc valetur. Notarij vero & officiales dicti officij, nec non fratres & socij Inquisitorum & commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut commissarios secreta nouerint talia commississe (si indignationem Dei & Apostolicæ sedis vitare voluerint & offensam) ipsos grauius arguere & corrigere studeant in secreto. Quod si taliter ea sciuerint, vt ea probare valeant, si sit opus, hæc prælati Inquisitorum & commissariorum eorundem, ad quos id pertinebit, nuntiare sollicitè debeant. Qui equidē prælati, Inquisitores & commissarios prædictos reos inde repletos ab officijs amouere, & amotos alijs punire debite, seu corrigere teneantur. Prælati autē Inquisitorum id negligentibus agere, præmissa oia nuntiare per prædictos locorum ordinarios volumus, quibus vt ea in Apostolicæ sedis notitiam perferant, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus & mandamus. Porro ¶ Inquisitoribus ipsis, districtius inhihemus, vt nec abutantur quomolibet concessione portationis armorum, nec officiales nisi sibi necessarijs habeant tales, qui se conferant ad sua cū Inquisitoribus ipsis officia exequenda.

¶ Inquisitorum etas, de qua Eym. 1. par. q. 2.

¶ De commissarijs Eym. 1. par. q. 12. & seq.

¶ Eym. 1. p. q. 56. Gondif. saluus de heret. q. 11. nu. 15. & seq.

Idem in eodem.

¶ Damnat sectam Beguardorum, et Beguinarum Alemanie, et octo ipsius errores: excitis diœcesanorū et Inquisitorū officium contra illos. hoc dicit. Io. And.

C A P. III.



NOSTRUM ¶ (qui desideranter in votis gerimus, vt fides catholica nostris prosperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fidelium extirpetur) non sine displicentia grãdi peruenit auditum, quod secta quedam abominabilis quorundam hominum malignorū, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierum, quæ Begui-

¶ De secta & erroribus Beguardorū videlicet de Clem. 1. d. religios. domib. & extra uag. Io. xxii. incip. sancta Romana tit.

nae vulgariter appellantur in Regno Alemannie (procurante fatore malorum operum) damnabiliter insurrexit: tenens & asserens doctrina sua sacrilega & peruersa, inferius designatos errores. Primo, uidelicet, quod homo in uita presentis tantū & talem perfectionis gradū potest acquirere, quod reddatur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit: nã (vt dicitur) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri. Secundo, quod ieiunare non oportet hominem, nec orare postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui & rationi subiecta, quod homo potest libere corpori cedere quicquid placet. Tertio, quod illi, qui sunt in prædicto gradu perfectionis, & in spiritu libertatis, non sunt humanae subiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obligantur: quia (vt asserunt) ubi spiritus Domini, ibi libertas. Quarto, quod homo potest ita finalem beatitudinem, secūdū omnē gradū perfectionis in presenti assequi, sicut eam in vita obtinebit beata. Quinto, quod quilibet intellectus naturalis natura, in se ipsa naturaliter est beata: quod dicitur anima non indiget lumine gloriæ, ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beate fruendum. Sexto, quod se in actibus exercere virtutū est hominis imperfecti, & perfecta anima licetiat à se virtutes. Septimo, quod mulieris osculum (cū ad hoc natura non inclinet) est mortale peccatum: Actus autē carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum non est, maxime cum tēatur exercēs. Octauo, quod in eleuatione corporis Iesu Christi non debent assurgere nec eidem reuerentiã exhibere: asserentes, quod esset imperfectio eiusdem, si à puritate, & altitudine suæ contemplationis, tantum descenderent, quod circa mysterium seu sacramentum Eucharistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinæ maiestatis offendunt, & graue in se continent periculum animarum. Cum autem ex debito commissi nobis officij, huiusmodi sectam detestabilem, & præmissos ipsius execrandos errores (ne propagentur ulterius, & per eos corda fidelium damnabiliter corumpantur) extirpare ab Ecclesia catholica necessario habeamus: Nos sacro approbante concilio, sectam ipsam, cū præmissis erroribus damnamus & reprobamus omnino, inhihemus districtius, ne quis ipsos de cetero teneat, approbet vel defēdat: Eos autem, qui secus egerint, animaduersione canonica decernimus puniendos. Porro diœcesani & illarum partium Inquisitores hereticæ prauitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ huiusmodi commorantur, suum officium circa eos diligenter exercent, inquirentes de vita & conuersatione ipsorum, qualiterve sentiant de articulis fidei, & Ecclesiæ sacramentis. In illos vero, quos culpabiles repperint (nisi abiuratis sponte prædictis erroribus penituerint, & satisfactionem exhibuerint competētem) debitam exercent uisionem.

de religiof. domib. & extruag. Ioan. xxii. incipit. Ratio recta. Ratio recta. Guido. Carneliam in stima de hereticis, & Eymenici infra par. 2. q. 15.

DECRETALES XIII. SVMPTE DE DIVERSIS TITVLIS DECETALIVM, SEXTI ET CLEMENTINARVM

Inquisitionis officio congruentes.

Clemens V. in Concilio Viennen.

Et habetur in Clementinis, tit. de vsuris. cap. vnico. s. vltimo.

Pertinaciter asserens, exercere vsuras non esse peccatum, hereticus est. Ioan. And.

Vide Squilacem de fide catho. c. 11. Zanch. de heret. c. 11. Car. rex. de heret. num. 9.



gravi ad nos: & infra. Sane, si quis in illum errorem incidit, vt pertinaciter affirmare presumat, exercere vsuras non esse peccatum, De cernimus cum velut hereticum puniendum: lo corum nihilominus ordinarijs & hereticis prauitatis Inquisitoribus districtius iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos vel suspectos de heresi procedere non omitterent.

Ex Decretalib. tit. de purg. cano.

Innocentius iij. Senonen. Archiepiscopo.

Propter magnitudinem criminis infamatus suscipi potest ne dum ab officio, sed etiam a beneficio donec se purgauerit. hoc primo. Et augetur propter hoc numerus compurgatorum. hoc secundo. Ex causa in eadem post purgationem praestitam suscipitur quis ad tempus. hoc tertio. Et deficiunt in purgatione puniunt, vt conuictus. hoc quarto.

CAP. X.



TER * sollicitudines nostras, illa debet esse precipua, vt capiamus vulpeculas: & infra. Licet ergo ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum vsq; ad purgationem canonicam doceat suspendendos: quia tamen, cu etiam a beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolimus improbare. Nec illud etiam improbamus, quod licet contra eum nullus accusator legitime appareret, ex officio tuo tamē fama publica deferente v) lousisti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem, ex testium dictis obortam, quae contra decanum facere videbantur, cum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda: & seruantes iustitiam, & molientes rigorem, purgationem ei xiiii. manus, sui ordinis duximus etiam indicendam. Ipsum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, vbi nocetur infamatus: Mandamus, quatenus accitis tecum Niuernens. & Parisien. Episcopis, in dictam ei purgationem accipias: ita tamen d vt qui ad eius pur-

Qualitas compurgatorum

gationem processerint comprobendam, sint fide catholici, & vita probati, qui conuersationem & vitam ipsius non tam moderno tempore nouerint, quam transacto: Purgatione vero recepta, beneficium ei restituere non postponas. In penam autē familiaritatis illius, quam cum hereticis scienter habuisse dignoscitur, eū ab officio volumus manere suspensum: donec scandalum sopiatur, ita tamen vt publice familiaritatem hereticorum abiret. Precipias insuper ei districte, vt in praedicta & aliis villis circumpositis profiteatur & praedicet fidem catholicam, ac confundat & detestetur hereticam prauitatem, sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, vt infamia conuertatur in bonam famam, & omne scandalum & suspicio de catholicorum mentibus deleatur. Quod si forsan in purgatione defecerit, eum ecclesiastica disciplina mucrone percellas, & ab officio & beneficio depositum ad agendam penitentiam in arctum monasterium detrudere non omitteras.

Sane h in purgationibus faciendis, cum satis sit illis, qui pro purgando exhibent iuramentum, secundum propriam conscientiam & opinionem iurare, quod purgandus sit a crimine immunis, vel quod bonum exhibuit iuramentum: si purgatores ab Ecclesia tolerentur, & sint bonae famae, in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati, proculdubio sunt absque vilius indagine admittendi.

COMMENT. XIII.

Inter sollicitudines. Dubitari potest, quo consilio Eymericus hanc decretalem & sequentes, hinc inde promptas, hic collocarit: sed causa in promptu est: nam quadam ex eis de penis hereticorum agunt, quadam de penitentibus redeuntium, aliae denique multas & varias difficultates, circa hereticos, & eorum penas, & ordinem iudicium in hoc tribunali obseruandum declarant: vnde non sunt ab instituto suo alienae, contra quam imperiti quidam sentiant, dicentes absurdum videri eisdem penitus verbis transcribere, quae alibi passim reperiri possunt, quorum iniustus vocibus alibi plenius satis fecimus. In hac vero precipue de purgatione canonica imponenda infamato de heresi differitur: item & de alijs quibusdam ad negotium de penis hereticorum spectantibus, quorum cognitio valde est fidei iudicibus necessaria. nos omittis minus necessarijs, summarim more nostro vtiliora, frequentiora, & veriora trademus.

Hoc tamen admonebo, vix commode hoc capit. intelligi posse, nisi videatur integra Decretalis libro 2. Regesti Innocentij. I I I. cuius argumentum est: vt Decanus Niuernensis de heresi suspectus & diffamatus, cogatur se purgare, atque abiurare: super quo Dominus Papa scribit Archiepiscopo Senonen.

Cum

Quo consilio Eyme. varias decetales nullo fere ordine seruato in 2. p. Directo-rii posuit.

De purgatione canonica qui differunt.

Cum propter eorum quolibet ei esset purgatio indicenda. De purgatione canonica, quae ad praesens institutum attinet, differunt communiter iuris interpretes in d. c. inter sollicitudines. & alibi saepe, Repertorium Inquisitorum, Umbertus Locatus, Bernardus Comensis in lucerna, Syluester, Angelus et ceteri in summis, verbo: purgatio. Campegius ad Zanabinum c. 11. Simancas de cath. instit. tit. 56. idem in enchiridio violatae religionis, tit. 54. Godeffalvus de haeret. q. 15. num. 11. copiose Eymericus, 4. par. in 2. modo processum fidei terminandi, idem infra in hac 2. par. in concilio Tarracoenensi, q. 57. nonnulla et Antonius Blancus tractatu de iudicijs, nu. 283. & 284. vbi declarat quid dicatur purgationis iuramentum. Tabienfis in summa verbo, Inquisitor. §. 18. & alij multis locis.

Purgatio canonica quid sit, & quoad indicatur.

Est autem purgatio canonica, offensio innocencie de crimine obiecto, hęc iudici potest, quoties aliquis graui heresicos infamia laborat: aut vehementer est de heresi suspectus: aut graue scandalum in causa fidei populo dedit, vt apertissime probant illa rescripti verba: Attendentes autem vulgatam infamiam, & c. tamesi passim dicatur purgationem canonicam solum indicendam, cum reus publica laborat infamia: quod tamen non improbarim, cum vix reperiri possit aliquis esse vehementer suspectus, et graue scandalum parturiens, qui publica non labore infamia, denique nec ob has causas solum indicetur purgatio, cum arbitrio iudicantis relinquatur, quando reus canonica purgatio iudici debeat, ut recte scripsit Decan. in c. at si clerici, de iudic. n. 75.

Purgatores & eorum munus & numerus.

Et seruantes iustitiam, & molientes rigorem, purgationem ei xiiii. manus sui ordinis duximus etiam indicendam. Hi dicuntur compurgatores, quos forte Marcus Cicerō actione ultima in Perrem laudatores appellat: tamen si per laudatores, testes probationis de iura & moribus intelligi potius crederem. Et purgatorum munus est iurare se credere, vt verum iurasse reum, cum dixit se nunquam aut commississe, aut dixisse ea, ob qua infamia laborat: quamquam autem XIII. purgatores hic statuatur, non tamen putandum est id perpetuum esse, hoc est, quemlibet purgandum, tot purgatores habere oportere: quoniam taxare hunc numerum arbitrio iudicis relinquatur, iuxta qualitatem criminis, infamiae, & persone, qua in re prudentissimum esse oportet, ne tot requirat, qui vel inueniri non possint, vel purgare nolint, quod in manifestum vergeret purgandi detrimentum. Panorm. in c. cu in inuenture de purg. cano. Bernardus in lucerna, verbo, purgatio. §. 3.

Purgatores quales esse debent, & quomodo in eis requirantur.

Ita tamen vt qui ad eius purgationem processerint comprobendam, sint fide catholici. Hęc est purgatorum qualitas, & concordat textus in c. si legitimi. 2. q. 4. c. cum P. Manconella. c. constitutus. c. dilectus. de purg. cano. tradit Simancas de catho. instit. tit. 56. nu. 11. Umbertus verbo, purgatio. n. 9. & alij precipitatis locis.

Obseruandum hic est, in compurgatoribus plura requiri, vt huic muneri satisfaciant. Primum, vt ab Ecclesia tolerentur: secundo quod sint bonae famae: tertio, quod non fuerint de criminibus condemnati: quarto, ut habeant notam vitam illius, quem purgat: quinto, quod iurent secundum suam conscientiam se

credere, verum iurasse reum. Panormitanus in d. cap. constitutus. de purgat. cano. Repertorium Inquisitorum verbo, purgatio. §. nota quod in compurgatoribus. Postremo (vt vno verbo dicam) tales persone recipiendae sunt, seu admittendae ad aliquem compurgandum, de quibus verisimile sit, quod non debeant alicuius obtentu deicere, sicut ait Alexander III. scribens Episcopo Cestrensi, vt habetur in cap. insinuatum. 15. titulo de simon. quod refertur post Concilium Lateranen. sub Alexan. I I I. par. 2. adde Bernardinum Diaz in practica crim. cano. cap. 140.

Ita tamen vt familiaritatem hereticorum abiret. Sed nomen valde iniquum est pro eodem crimine debere quemquam pluribus teneri legibus, aut penis coerceri? cum diuinitus Naum Propheta dixerit capitulo 1. Non confurget duplex tribulatio: neque vindicabit Dominus bis in idipsum. capit. scelerator. capit. sunt plures: de pen. distinct. 3. cap. presbyter. 81. distinct. Cum ergo iam fuerit canonica purgatio indicta, iniquum est nunc ad aburrationem eundem reum compellere. Campegius ad Zanabinum capit. 11. versic. doctrinam hanc dicebat ratione infamiae purgationem iudici, ratione vero suspicionis abiurationem: qua sententia diligentius inspecta forte vera non est: quoniam per purgationem ablata est etiam suspicio, vnde non est amplius abiuratio imponenda. ergo verior est Panormitani expositio in dicto capitulo. inter sollicitudines. num. 3. dicentis, propter infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem ex dictis testium obortam, purgationem fuisse indictam: rursum quia reus ille scienter cum hereticis familiaritatem iniecit, quae legitime probata erat, coactus est abiurare, non quidem illas hereses, de quarum suspicionem iam purgatus erat, sed solam familiaritatem cum hereticis iniecit.

Atque ex hac interpretatione, quae semper mihi verior visa est, reseruitur sententia Cardinalis in Cl. 1. de vsuris. §. sane, q. 2. n. 12. & Francisci Squillacensis tract. de fide catho. c. 31. nu. 1. & quorundam aliorum asserentium, reum vehementer suspectum prius torquendum: quod si nihil constiterit, purgationem ei esse indicendam, & si fuerit expurgatus tandem vt abiurare quoque compellatur: nam hęc sententia nimis est seua, & cum vnaquaque harum penarum sit efficax ad tollendam suspicionem, plane iniquum est reum tot penis subicere, ita Simancas de catho. instit. tit. 56. nu. 18. & seq.

Ceterum in hac causa obseruanda mihi videtur doctrina Madriliano instructionis Hispaniae anni Domini 1561. cap. 54. quae ita ferme habet: Si reus su perauerit tormentum, debent tunc Inquisitores arbitrari & considerare qualitatem indiciorum, & quantitatem & formam seu modum tormenti, & dispositionem seu naturam & etatem ipsius rei torti, quibus omnibus consideratis si uisum fuerit quod reus sufficienter purgauerit omnia indicia, absoluent eum ab ea iudicij instantia, quod si ob aliquam rationem & causam visum fuerit, (consideratis praedictis qualitatibus) tormentum non fuisse inflictum cum debito rigore, tunc imponere ei poterunt abiurationem de leui

An purgatio & abiuratio simul sit aliqui iniungenda.

Circa res vehementer suspecti quid obseruandum.

Vel uehemēti, aut aliquam penam pecuniariam : quamquam hæc fieri non debeant nisi cum magna consideratione, & quando iudicia non creduntur sufficienter purgata, hæc ibi. Quod mihi iustissimum videtur, et obseruandum penitus in praxi, quotiens is casus occurreret, qui sæpissime occurrere solet. atque hoc etiam sensisse videtur Eymericus, si diligenter inspiciatur 3. par. in 3. modo processum fidei terminandi, num. 157.

Quando in iudicium recitatur publicæ fidei laudat, & errores detestatur.

¶ Præcipias insuper ei districte, ut in prædicta, & alijs villis.] Hunc locum pulchre interpretatur Zanbimus de hæreticis c. 20. nu. 2. vers. item si talis. Repertorium verbo, penitentia. vers. item si male. & similis omnino penitentia iniungitur per Ioanem XXI. in extranag. Vas electionis. de hæret. in fine, relata in hac 2. parte.

Est autem hæc penitentia ualde conueniens: nam medicina debet esse morbo contraria. itaque si de fide uerbis aut factis male senserat, iubendus est eam publice laudare & prædicare, & contrarios errores diffiteri: sed hæc penitentia doctis, non imperitis imponenda est.

Qualis sit pena deficientis in purgatione.

¶ Quod si forsan in purgatione defecerit.] Sed que est pena deficientis in purgatione? vide Hostien. sem in sum. tit. de purg. cano. §. qua sit pena, num. 7. Vmbertum verbo, purgatio, num. 9. 10. & 11. Repertorium verbo, deficientis. Simancas de catho. insti. tit. 56. num. 1. 3. & seq. & Archidiaconum in c. accusatus. §. 1. de hæret. lib. 6. quorum communis regula est, quod sicut puniretur reus de crimine, de quo impetebatur, si conuinceretur, considerato modo agendi, sic puniretur si in purgatione deficiat. causam tradit eleganter Archid. præcitato loco: dummodo intelligamus mitius agendum esse, si agatur per uiam inquisitionis, quam si ageretur per modum accusationis, ut tradit And. Tiraq. tract. de pæn. tem. per. aut remittendis, causa 52.

Deficient in purgatione habetur pro conuicto.

Receptum tamen est, deficientem in purgatione pro conuicto, & in causa nostra pro consummato heretico habendum esse. c. de hoc. & c. insinuatum. de simonia. ubi communiter Doctor. Panormitanus & alij cõmuniter hic. Bernardus in lucerna verbo purgatio. nu. 7. & cum in tribunali inquisitionis receptum nunc sit, ut fiscalis semper accuset, cõsequitur plane, ut pena ordinaria reus in purgatione deficientis puniri debeat. itaque & curia seculari relinqui potest uel ultimo plebendus supplicio.

Deficient in purgatione si peniteat, an recipiendus.

Sed quid si peniteat, & misericordiam imploret, erit ne audiendus? & uerius & receptus est, ut audiatur & admittatur ad Ecclesie gremium: nam si is, qui uere conuictus uel confessus est, si admitti humiliter postulet, non traditur curia seculari, multo minus is tradi debet, qui per probationem solū præsumptiuam, qualis est purgatio, conuictus est: et hæc sententiam sequitur hic Panormitanus & Hostien. et ceteri communiter. Vmbertus in opere iudicia li. verbo, purgatio. nu. 12. vers. nota etiam. Simancas de catho. insti. tit. 56. nu. 16. idem in enchyridio, tit. 54. num. 14. eleganter & copiose Bernardus in lucerna verbo purgatio. §. 9.

Deficient in purgatione, qui alias incidit in hæresim, curia seculari tradendus.

Ceterum animaduertendum est, quod si deficientis in purgatione alias incidisset in hæresim, nunc ex deficientia in purgatione tanquam conuictus & rela-

psus curia seculari penitus tradendus esset: ita præcitati: unde amplius consequitur, ut periculum proxime relatum cuietur, non esse facile purgationem canonicam per Inquisitores reus indicendam: est enim fragilis fallax et incerta, cum ab aliorum opinione & uoluntate pendeat. Itaque in Hispanijs quadam instructione Madriliiana anni Domini 1561. c. 47. his serme uerbis salubriter cautum est: Ob multam humanam purgatio canonica periculosissimum est remedium, his præsertim temporibus: ideoque non multum est in usu, quare illo utendum raro, & cum magna cautela. Mea hæc est sententia, tutius & salubrius esse ad alias pœnas arbitrarias, aliaque remedia confugere. Cetera huc spectantia, & in primis que pertinent ad ritum purgationis, dicam cum Eymeri. 3. par. in 2. modo processum fidei terminandi.

¶ Sane in purgationibus faciendis.] Hæc uerba, que sequuntur usque in finem huius capituli, desumpta sunt ex c. constitutus. §. sane. de purgat. cano. habentur in tribus Codicibus Barcinonen. impresso, Romanien. & Codice Cardinalis de Gambara: absunt tamen à Sabellano. Restituta sunt autem sue integritati ex dicto c. constitutus. §. sane. Eymericus uero ideo retulit, ut hinc colligeremus, quales esse debeant cõpurgatores: de quo diximus paulo antea, vers. Obseruandum hic est.

Ex Decretalib. tit. de præsump.

Innocentius iij. Niuernen. Episcopo, & Archidiacono Bituricen.

Propter præsumptionem etiam uehementem, nõ debet quis de graui crimine condemnari.

C A P. XIII.



ITTE RAS^a uestras accepimus continentis, quæ cum causis, quæ uertitur inter Altihsiodorensis Episcopi, & quosdam Burgenses de Charitate, quos idem Episcopus de hæresi impetebat, uobis & abbati Collon. à sede Apostolica delegata fuisset, utraque pars uos duos sub certa persona sibi arbitros statuerunt, delegata uobis potestate nihilominus referuata. Ci. autè lator presentium vnus ex illis, hæresim suam fuerat publica uoce confessus, & de fratre suo similiter cognouerat, quod eodem secum laborabat errores: & infra, Nos uero prædictum G. suspectum de hæresi uehementer habuimus: tum quia quod ante dixerat, postea se dixisse negauit: tum quia uel mendacium prius dixit in fratrem, afferendo illum hereticum, uel peritium fidei catholica in Deum, purgando illum de hæresi: quorū utriusque reddit illum ualde suspectum: quamquam uerissimilius uideatur, quod eo tempore, quo tanquam uere penitens ab hæresi reuertebatur ad fidem, tam graue mendacium non dixisset, præsertim in fratrem, quæ tanquā charissimū nõ asseruisset hereticū, nisi fuisset accūsus zelo fidei orthodoxæ. unde præsumitur, quod postea purgauit illum de

de hæresi, turpiter deierat. Quocirca mādamus, quatenus cum propter solam suspicionem (quæ uis uehementem) nolumus illum de tam graui crimine condemnari, talem & tantā securitatem recipiatis ab ipso, præter iuratoriā cautionem, & timore pœnæ corporalis debeat coerceri, discretam ei penitentiam iniungentes, ex qua ualeat apparere, utrum in tenebris ambulet, an in luce: utrum sit uere penitens, an fecte conuersus: & si eum hoc modo uerum catholicum cognoueritis, non finatis ipsum indebitè molestari: alioquin eum tanquā hæreticum condemnatis.

COMMENT. XV.

Ex leuibus præsumptionibus nemo damnandus.

Iteras uestras.] Hoc rescripto aperte refellitur eorum opinio, qui dicunt in crimine heresis sufficere ad condemnandum leuiores probationes: quoniam ob graue delictum non debet quisquam puniri pœna ordinaria, etiam ob uehemētes præsumptiones, ut hic. Tradunt Innocentius in cap. quia ueris trahit. de præsumpt. Butrius, Cardinalis, & alij in c. asserit. eod. tit. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. 11. Ioannes Imola in Clemen. 1. de hæret. Perusinus in c. accusatus. de hæret. lib. 6. Oldradus consilio 210. incipien. Regularis habet traditio. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 31. num. 3. copiose Ioannes Rojas singula. 165. Simancas de catho. insti. tit. 51. nu. 1. & alij, quos omisso consulto: quam sententiam probat apertissime hoc rescriptum ibi: Quo circa mandamus.

In crimine heresis cõuicti cõtra cõfessionem testium cantus.

Et de fratre suo similiter cognouerat.] Dicitur Panormitanus hoc loco num. 1. an hinc colligatur fratrem posse pro fratre, & contra fratrem dicere testimonium. quæ difficultas tamen in alijs delictis locum habere possit, in hæresi crimine dubium non est, fratrem posse testificari contra fratrem, in defectu tamen aliarum probationum. specul. tit. de test. §. de testium compulsionem. vers. sed nunquid frater tradit pulchre Hieronymus Gigas trac. de crim. les. meifesta. lib. 2. in par. quomodo & per quos. q. 9. immo & contra patrem, quem si esse hereticum nouerit, denuntiare, immo & accusare Inquisitoribus debet. Alexander Alesius par. 3. præcepto 4. q. 33. Caietanus in Deutero. cap. 13. Palacius Rubius in re petitione cap. per uestras. de donatio. inter uirum et uxor. §. 17. nu. 6. & §. 26. notabili 3. post principium, vers. plus est. Alfonso Castus lib. 2. cap. ultimo de iusta hæreticorum punitione. Nauarrus in c. inter uerba laudantium. 11. q. 3. Ioannes Rojas singulari 5. ampliatione 6. n. 29. & 30. & hæc sententia uerior & tutior est: quia potius Deo quam parentibus obediendum est. c. relatum. de senten. excom. & c. quisquis metu. 11. q. 3. nam si licet patrem oppugnantē patriam impune interficere. l. minime. ff. de religio. & sumpt. fune. multo magis eundem fidei catholica reum licebit denuntiare. Reuerendiss. Simancas in libello de patre hæretico contrarium asseruit, cuius sententia nullo modo putarem in tam graui crimine fidendum.

Filius denegans patrem hereticum, nullas pœnas in hereticorum filios iure laenas sentit.

Hoc addiderim, quod & præcitati admittunt, filium deserentem patrem hereticum, à pœnis in hereticorum filios iure statutis ob præmium delationis liberari. argumento. l. quisquis. §. ultimo. C. ad le-

gem Iuliam maiest. quod & uerum est, & in praxi seruandum, quoties is casus occurreret, ne ullo modo tantum scelus ex defectu denuntiationis remaneat impunitū. tradit ceteris copiosius Alfonso Castus lib. 2. c. 26. de iusta her. punit. & nominatim definitiuit Federicus Romanorum Imperator in l. commissi nobis cælitus. ubi post latas pœnas in hæreticos, eorumque complices, & filios, subdit: Nec quidem à misericordie finibus duximus excludendum, ut si qui paternæ hæresis non sequaces latentem patrum perfidiam reuelauerint, quacumque reatus illorum animaduersione plebantur, prædictæ punitioni non subiaceant innocentia filiorum. hæc ibi. Hæc autem Federici leges multi Pontifices comprobauerunt, ut suo loco diximus.

¶ Quamquam uerissimilius uideatur.] Sed cui dicto stabitur primo, uel secundo, et breuiter respõdeo speciale esse in crimine heresis, ut posteriori nõ prior dicto fides adhibeatur, c. accusatus. §. licet. de her. lib. 6. tradit Eymeri. 3. p. q. 6. ubi dixi. Couarr. lib. 2. c. 13. n. 9. var. resol. 102. Rojas sing. 194. & 206. et alij, quos citauimus apud Eymericum præfato loco, ubi uideas.

Speciale est in crimine heresis, ut posteriori dicto credatur.

¶ Ex qua ualeat apparere, utrum in tenebris ambulet, an in luce.] Id est, ut cognoscatur an sit uere uel fecte conuersus, quod ex sequentibus signis apparerebit, si paratus est securitatem & cautionem dignā præstare: si iniunctam penitentiam humiliter recipiat, receptamque patenter & uere adimpleat; & si hæc defint, aut ex his alterum, non censetur uere penitens & conuersus. ita Ioan. And. Hostien. & Panormitanus hic, quos ceteri sequuntur.

Quibus signis cognoscatur an quis sit uere uel fecte conuersus.

Ex Decretalibus tit. de pœnis.

Honorius iij. Præposito, Archidiacono & H. Canonico Suefion.

Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent: & si longo tempore in ea persiste rit, & monitus non paruerit Ecclesie, ab eius debito absoluntur.

C A P. XIII.



RAVEM capituli Laudu. recepimus quaestionem, quod cum comes Regiltren. pro multis iniurijs, quas irrogarat eidem per iudices à sede Apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus; idem per duos annos & amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claus ecclesie contemnendo. Licet igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ prauitatis: volentes tamen nobilitati parcere comitis prædicti: Discretioni uestræ mandamus, quatenus si comes prædictus post commotionem uestrā non paruerit plene iuri, uos Ecclesias in quibus aliquid ius habere dignoscitur, ab eius debito absolutes, si deles ipsius (quamdiu in excommunicatione persiste rit) ab eius fidelitatis iuramento denuntietis penitus absolutos.

A Ex Decretalib. tit. de verb. signif.

Innocentius ij. Comiti Tolosan.

Dicit qui dicuntur heretici manifesti, quorum bona confiscantur.

C A P. XXVI.



UPER + quibusdam mandatorum articulis: & infra. Tua deuotio postulauit a nobis, qui sint dicendi heretici manifesti. Super quo tibi diximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos hereticos, qui contra fidem catholicam publice predicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem: vel qui coram prelatiis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super heretica prauitate: quorum bona propria confiscantur, & ipsi iuxta sanctiones legitimas puniuntur.

De intellectu huius c. plene Alber. t. nus trac. de agnos. ad l. 1. q. 29.

De confiscatione huiusmodi late tractatur in fra p. 3. q. 109 & aliquot seq.

Ex Decretal. tit. de off. & pot. iud. delegati.

Alexander ij. Carnoten. Episcopo.

Delegatus Pape in causa sibi commissa, iurisdictionem habet super ordinarium, & quemcumque maiorem.

C A P. XI.



ANE + quia nos: & infra. Tuæ questionis duximus respondendum, quod iudex a nobis delegatus, vices nostras gerit: vnde in causa illa superior est & maior illis, quorum causam suscepit terminandam. Ideoque si episcopus, vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius, in causa quam ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit, secundum qualitatem facti poterit, vel interdici, vel suspensionis sententia, a iudice delegato compelli: Ita quod iudex secundum negotij qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressum ecclesie, vel sacerdotale officium interdicit: aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suam pertinet specialiter, interdici supponat.

De officio. ter. i. casu multi. de off. de leg. Late Cambr. gius ad Zac. c. 8.

Ex Decretalibus titu. de sent. excommun.

Honorius ij. Episcopo Bonon.

Excommunicat hereticos & quoscumque violatores ecclesiastica libertatis.

C A P. XLIX.



OVERIT fraternitas tua: & infra. Excommunicamus omnes hereticos vtriusque sexus, quocumque nomine censeantur: & fautores & receptatores, & defensores eorum: Necnon & qui de cetero seruati fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesie libertatem: nisi ea de Capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententie reciterint amouerit. Itē excommunicamus Statutarios & Scriptores statutorum

Persistens in excommunicatione per annum aut fiat de heresi suspectus.

Dem per duos annos & amplius in excommunicatione persistens. Qui per biennium persistit in excommunicatione, ideo suspensionem heresis contrahit, quoniam male sentire videtur de sacramentis Ecclesie postquam ea non recipit ut ceteri fideles, iuxta preceptum Ecclesie in c. omnis. de peniten. & remissio. Rursus etiam, quia male sentire putatur de Ecclesia potestate, cum clauis eius et penas animo indurato contemnat. Tametsi vero hic biennium exprimitur, idem sentiendum est, licet per annum tantum in excommunicatione permansisset. arg. c. rursus. & cap. quicumque, l. 1. q. 3. ita Hostien. & Panor hic, num. 7. confirmat concil. Trident. sess. 25. de reformatione, cap. 3. s. in causis quoque. ubi quicumque excommunicatus sit per annum in ea censura perseueret, sit suspectus de heresi. verba ita habent: Excommunicatus vero quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad sacramenta & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipitur: sed si obdurato animo censuris annexus, in illis per annum infortuerit, et contra eum tanquam de heresi suspectum procedi possit. haftenus ibi. Concordat concil. Trident. cap. 2. & 3. & de intellectu huius capituli vide to Emericum 2. p. q. 47. s. quidam vero sunt. & que super eo loco scripsi.

Nobiles in fide errantes plus puniendi quam ignobiles.

Volentes tamen nobilitati parcere comitis sui pradii. Concordat tex. in l. nemo. C. de sum. trin. & fide cathol. ubi plus in causis fidei serui quam liberi, & ignobiles quam nobiles puniuntur. Sed hoc in penis corporalibus, aut omnino arbitrarijs locum habere existimarem. gloss. in cap. non cogantur. 41. dist. 1. Bartolus in l. pedius. s. diuus. ff. de incend. ruina & naufrag. Cynus & Baldus copiose in l. vlt. C. de summa trinit. & fide cathol. quoniam alia nobiles in fide errantes plus puniendi sunt quam ignobiles, aut certe eque. Avibidac. in cap. qui contra: 24. q. 1. s. Fely. in cap. pastoralis. versic. sexto fallit. & in c. cum quidam versic. quinto est. de iureiur. quos sequitur Tiraquellus tract. de penis temperan. aut remittendis, causa 31. num. 25. Siman. de catho. instit. tit. 46. num. 68. Quis enim nesciat nobiles, quorum exemplo maxime inferiores & ad bonum & malum commouentur, positos esse in populo quasi scopum, quorum actiones intueantur ciues facile & sequantur, & grauius ob id delinquere, quam obscuros & foraidos? Hinc illud, vt eleganter ita et vere distum.

Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.

Atque ex his intelligitur quam cauta, prudens, salubris, vtilis, iusta ac necessaria fuerit constitutio sanctissimi Domini Pauli Pape III. cuius initium est: Cum ex Apostolatus officia quam edidit Romæ anno Domini 1558. xv. Calend. Martij, Pontificatus sui anno quarto, per quam vel ex hoc solo capite, quod nobiles presertim qui alij presunt, grauius suo exemplo illis nocent, grauius & meritis penas in eos statuit. de qua re copiosius agemus cum Emerico infra in hac 2. p. q. 48. & 53.

tutorum ipsorum necnon Potestates, Consules, Rectores & Consiliarios locorum, ubi de cetero huiusmodi statuta & consuetudines editæ fuerint vel seruati: necnon & illis qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.

COMMENT. XVII.

Excommunicamus omnes hereticos vtriusque sexus. Concordat textus in c. excommunicamus 1. & 2. de hereticis, in quam etiam sententiam sunt multa Pontificum rescripta Innoc. III. Urbanus III. Alexan. III. & aliorum, quæ vt non in omnibus consulto omitto.

Impressores librorum hereticorum qui litera puniendi.

Item excommunicamus Statutarios, & Scriptores statutorum ipsorum. Idem prorsus sententia est hodie de impressoribus librorum, qui tempore Honorij III. cuius est hoc rescriptum, qui floruit anno Domini 1216. nondum prodierant, quia verè hac lege comprehenduntur: nam impressores in locum scriptorum antiquorum seu librorum substituti sunt: itaq; dispositum in illis, in his etiam habebit locum. l. 1. s. hac actio. ff. si quis testis. liber esse iussit. Rursus, quoniam vtrorumque ars in eundem finem refertur, & parem effectum habet, censentur itaque eodem iure. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. immo impressoria aptior est ad libros euulgandos, & reddendos propemodum immortales. ita sentit & vere Petrus Godoff. in l. damnato. C. de heret. & hodie saluberrima lege in concilio Tridentino, sessio 4. in decreto de editione & vsu sacrorum librorum, s. de impressoribus. cautum est, ne sine Superiorum ecclesiasticorum licentia seu facultate libri imprimantur, aut vendantur.

Artis impressorie incognoam.

Synodi Salisburgensis.

Immo amplius synodus prouincialis Salisburgensis edita anno Domini 1569. constitutione quinta. c. 5. saluberrime cauit, vt quotannis Typographi & Bibliopole coram ab ordinarijs locorum deputatis fidei catholica professionem facere teneantur, simulque obedientiam sanctæ sedi Apostolicæ cum renuntiatione & abnegatione omnium heresum polliceri. quod de cetero his calamitosi temporibus ubiq; plane esset obseruandum.

Pœna transcribentium liberos hereticorum.

Sed que erit pœna transcribentium libros hereticorum, aut damnatos errores continentes? olim Iustinianus nouella quadam, constitutione 42. de depositione Anthimi, pœnam amputationis vnus manus statuit in eos, qui eius heretici libros scriberent in hac verba: Sciendo quia amputatio manus, his qui scripta eius scripserint, pœna erit, Idem proculdubio dicitur de impressoribus si tunc extitisset. Sed hæc seueritas ab Ecclesie tribunali, que sanguinem non fundit, longe abest: at in concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 10. impressoribus librorum præter excommunicationem, alia pœna imponuntur. Sane in hac causa ita sentit: qui libros vetitos scilicet transcriberet, aut occulte contra legum iussionem imprimeret, velut hereticorum fautor posset per Inquisitores penis arbitrarijs coerceri.

Veredarii de ferentes liberos prohibitos qua pœna plectendi.

Idem iudico de veredarijs nostri seculi, seu de librorum latoribus, quos sepe contingit ex Germania, Gallia, vel alijs hereticorum prouincijs, libros vetitos clam deferre in terras fidelium: nam hi fautores

hereticorum proculdubio censerentur, & acriter sunt puniendi. & Petrus Godofredus in l. 4. C. de heret. capitali pœna hos subijciendos proficitur per l. 2. C. que res exportari non debeant. cui addo l. comitem. ff. de publ. & veltigal. sed cum sepe mouerim, hæc crimina ob heresis suspensionem, quæ habent annexam, ab Inquisitoribus coercenda esse, debuit omnino per leges canonicas iudicari: itaque præter excommunicationem, bonorum etiam confiscationem patitur. argumento c. ita quorundam. extra de iudicis et Sarra. Ad hæc etiam, si viles fuerint, verberibus edidi poterunt; si honestiores, exilio multari, iuxta qualitatem personarum: quæ omnia Inquisitorum arbitrio relinquuntur.

Ceterum, in scriptore & latore veterum librorum scientiam eorum oportet interuenire, vt tales pœnas sustineant: nam si scriptor sit ignarus, qui penitus ignoret quod scribit, quod sepe contingit: item si lator seu veredarius, quem vulgo Coreum vocamus, quid deferat, nesciat, cum clausis litterarum fasciculos, & cetera que asportant, huiusmodi homines recipere soleant, immunes esse crederem; quoniam ignorantibus nihil imputatur. l. fideiussor. ff. mandati et ignorantia a pœna excusat. l. 2. ff. in ius vocati vt eant. l. fin. ff. de decret. ab ord. facien. tradit Aymon Craueta consi. 6. num. 72. Hæc autem ignorantia semper presumitur nisi scientia probetur. l. verius. ff. de probatio. tradit Maranta in l. is potest. ff. de acq. poss. nu. 283.

Verumtamen vt plenius adhuc & copiosius dicam de Scriptore librorum prohibitorum multum referre arbitror considerare, qualiter transcribat: An sit discipulus, qui magistro dictate, aut alio quouis modo iubente seu notante scribat, quæ bona & sana esse crederet: item an sit famulus, qui iubente domino libros vel librum seu quamlibet damnatam scripturam aut impia dogmata scriberet, ignorans qualia ea sint, aut contra sciens, sed metu non audeat denuntiare: Item an pretio conductus scribat, nesciens se venenosa dogmata scribere, aut contra sciens: item an aliquis sibi ipsi scienter scribat, quæ damnata esse intelligit: nam his considerationibus habitis prudens Inquisitor iudicabit an Scriptor de heresi sit suspectus, & quo suspicionis genere laboret: vt pro modo culpe ad abiurationem, vel purgationem canonicam indicandam, aut ad alias penas seu penitentias, aut corporales aut pecuniarias imponendas procedere possit.

Denique qualis sit pœna eorum, qui libros catholicos falsauerunt, corruptentes eos, aut sanæ doctrine heretica dogmata immiscuentes, docetur in sexta synodo Constantinopolitana, actio. 13. refertque Luo par. 4. cap. 158. in hac verba: Præcipimus illos, qui falsauerunt libros Catholicos, anathemati subijci, & cum hereticis anathematizari. hæc ibi. Monebo interim in huiusmodi scelere paratores acerrime esse animaduertendum, cum vno actu plura delicta committant, illa autem verba, & cum hereticis anathematizari, indicat eos, qui talia faciunt, hereticos esse putandos, quod & verum est, iuxta id quod diximus supra cap. fraternitatis. de heret. vers. Ex supraddictis pendet.

Qualis pœna eorum, qui libros catholicos falsauerunt, corruptentes eos, aut sanæ doctrine heretica dogmata immiscuentes, docetur in sexta synodo Constantinopolitana, actio. 13. refertque Luo par. 4. cap. 158. in hac verba: Præcipimus illos, qui falsauerunt libros Catholicos, anathemati subijci, & cum hereticis anathematizari. hæc ibi. Monebo interim in huiusmodi scelere paratores acerrime esse animaduertendum, cum vno actu plura delicta committant, illa autem verba, & cum hereticis anathematizari, indicat eos, qui talia faciunt, hereticos esse putandos, quod & verum est, iuxta id quod diximus supra cap. fraternitatis. de heret. vers. Ex supraddictis pendet.

Multis autem modis contingere potest hæc satisfactio

fatio sey deprauatio librorum Catholicorum, videlicet, additione, diminutione, mutatione, falsa compositione, interpretatione, & male detorta allegatione, que nos copiose docuimus lib. 2. de causis vnde hereses oriuntur, que non sunt presentis breuitatis.

Iam in Catholicis libris falsandis gradus quidam obseruandi sunt: nam grauissime peccant qui canonicas scripturas veteris aut noui Testamenti falsant: non aequè peccant qui Catholicorum Scriptorum, id est, sanctorum Patrum libros & tractatus deprauant, tametsi & hi etiam ingens scelus committant: minus vero illi delinquant, qui non deprauant libros ad religionem spectantes, sed alios. Illorum certe seueram aduersione digna est audacia & perniciositas malitia, qui libris hereticorum, nomina & titulos Catholicorum aut virorum sanctorum imponunt, vt sanam & catholicam credantur habere doctrinam: quod mendacium aptissimum est ad decipiendum incautos, & ad hereses introducendas. Hæc omnia diligenter sunt consideranda, vt pro modo culpæ condigna pena delinquentibus infligatur.

Ex Decret. tit. de testib. & attest.

Gregorius nonus.

Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit, supple tu, ex iudicis officio.

C A P. LIII.

† De hac materia Eym. 3. p. 1. 62. & ibi dixi.

VM † clamor validus contra Acherontin. Archiepiscopum super simonia, & aliis criminibus ascendisset, Melitensem, & Rubensem. Episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent: & infra. Verum quia apertis attestationibus L. & G. super simonia ita deposuere confuse, quod ex dictis eorum non potest veritas declarari: Mandamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter: & tam eorum, quam aliorum quos receperitis, testificata, sub sigillis vestris, nobis fideliter referatis.

Ex Decretalibus titu. de verb. significatio.

Innocentius iij. Priori sancti Friediani Lucan.

Appellatione Ecclesiasticæ censuræ comprehenditur excommunicatio suspensio, & interdictum.

C A P. XX.

VARENTI quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum huiusmodi clausulam in nostris litteris apponimus: Respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis & excommunicationis sententia valet intelligi: nisi iudex discretus (rerum & personarum circumstantijs indagatis) seruat quam magis videbitur expedire.

Ex Clementinis tit. de verb. signif.

Clemens V. in Concilio viennen.

Determinat & declarat quid significent hæc verba inserta in iudicialibus commissionibus, quæ sunt à Principe uel à iure: scilicet quod procedatur simpliciter & de plano, & sine strepitu & figura iudicij. Ioan. And.

C A P. II.



A E P E contingit, quod causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij procedi mandamus: de quorum significatione verborum, à multis conteditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitationem huiusmodi (quantum nobis est possibile) decidere cupientes, hac in perpetuū valitura constitutione sancimus, vt iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellū non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure, procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias & frustratorias repellendo, partium aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia, testiumque superfluam multitudinem refranando. Non sic tamen iudex litē abbreviet, quin probationes necessariæ & defensionis legitimæ admittantur. Citationem vero ac præstationem iuramenti de calumniis vel malitiis, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionē huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formā pronuntiatio sequi debet pro parte agentis, & tunc rei, si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio petitio faciendā, siue in scriptis, siue verbis: actus tamen continuus (vt super quibus positiones & articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, & vt fiat diffinitio clarior) inferenda. Et quia positiones ad faciliorem expeditionē litium propter partium confessiones & articulos ad clariorem probationem vsus longæuius in causis admittit: Nos vsum huiusmodi obseruari volentes statuimus, vt iudex sic deputatus à nobis (nisi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum simul vtroque terminum dare possit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes vt volunt in causa, post dationem articulorum, diem certam quancumque sibi uidebitur, valeat assignare: eo saluo, quod ubi remissionem fieri contingeret pro testibus producendis, possint etiam instrumeta produci, assignatione huiusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes siue ad earum instantiam, siue ex officio, vbicumque hoc equitas suadebit. Sententiam vero diffinitiuam (citatis ad id, licet non peremptorie, partibus) in scriptis, & (prout magis sibi placuerit) stas uel sedens proferat: etiam (si ei videbitur) conclusionem non factā, prout ex petitione & probatione, & alijs actibus in causa fuerit faciendum. Quæ omnia

Edita anno Domi. 1307.

† In concilio generali Lateranen. c. 8.



Luc. 16.

Gen. 18.

Sententia diffinitiva cum agitur de plano, quomodo profertur possit.

omnia etiam in illis casibus, in quibus per aliam constitutionem nostram, vel aliā procedi potest simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij volumus obseruari. Si tamen in præmissis casibus solemnior ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obseruetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.

Data Auinionē 13. Kal. Decemb. Pont. Nostri Anno Secundo.

Ex Decretalib. tit. de accusat. inquis. & denunt.

Innocentius Tertius in concilio generali. †

Superior contra subditum maxime prælatus, de his tantum inquiret, super quibus processit infamia: & tunc vocabit eum, et tradet sibi capitula, et nomina, & testium dicta publicabit, et ipsius legitimas exceptiones admitteret: et probato graui crimine, eum ab administratione remouebit. In regularibus vero prælatis ad vnguem seruandus non est hic ordo. Et quæquam in hac summatione, modica videatur agi differentia inter prælatos & subditos, contra quos inquiritur: tamen faciendā est, vt patet in littera.

C A P. XXIIII.

VALITER & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus noui & veteris testamenti colligitur euidenter, ex quibus postea processerit canonicæ sanctiones, sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum suum quasi dissipasset bona ipsius, audiuit ab illo: quid hoc audio de te? reddere rationē villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius villicare. Et ita in Genesi Dominus ait: Descendā, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifeste probatur, quod non solum cum subditus, verum etiā cum prælatus excedit, si per clamorem et famam ad aures superioris peruenerit: non quidē à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis: nec semel tantū, sed sæpe quod clamor innuit & diffamatio manifestat, debet coram ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari: vt (si rei poposcerit qualitas) canonica districtio culpam feriat delinquentis: non tamquam idem sit accusator & iudex, sed quasi denuntiante fama, vel deferente clamore officij sui debitum exequatur. Licet autem hoc sit obseruandum in subditis, diligentius tamen est obseruandum in prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere: cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare: quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare: frequenter odium multorum incurunt, & insidias patiuntur. Et ideo san-

cti Patres prouide statuerūt, vt accusatio prælatorum non facile admittatur: ne concussis columnis corruat edificium, nisi diligens adhibeat cautela: per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi ianua præcludatur: Verum ita voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuste, vt tamen cauerent ne delinquerent insolenter: contra morbum vtrumque inuenientes congruam medicinam, videlicet, vt criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis, id est degradationem intenditur, nisi legitima præcedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo, ad inquirendum & puniendum eius excessus, non ex odij fomite, sed charitatis procedatur affectu: quatenus si fuerit grauis excessus, et si non degradetur ab ordine, ab administratione tamen admoueat omnino: quod est secundum sententiam Euangelicam à villicatione villicum amoueri, qui non potest villicationis sue dignam reddere rationem: Debet igitur esse presens is contra quem faciendā est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit: & exponenda sunt ei illa capitula de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum: & non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei (vt quid, & à quo sit dictum appareat) publicanda: Necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ: ne per suppressionem nominum, infamandi; per exceptionum vero exclusionem, deponendi falsum, audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret in correctas. Contra quos, vt de notoriis excessibus taceatur: et si tribus modis possit procedi: per accusationem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem ipsorum: vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leue compendium ad graue dispendium veniatur: sicut accusationē legitima debet præcedere inscriptio, sic & denuntiationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamorosa insinuatio præuenire: illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem, circa regulares personas non credimus vsquequaque seruandū: quæ (cum causa requirit) facilius & liberius à suis possunt administrationibus amoueri.

COMMENT. XVIII.

Q Valiter & quando.] Hæc decretalis optimo consilio inserta est ab Eymérico operari huic, cum in ea modi procedendi in delictis prescribantur, quorum magnus est vsus in sacro Inquisitionis tribunali, vt 3. par. copiose auctor demonstrat. desumpta est ex concilio Lateranen. sub Innocentio III. cap. 8.

Sic & denuntiationem charitatiua monitio.] Sed an in crimine heresis locum habeat charitatiua monitio, seu fraterna correctio, grauis est controuer-

Accusationes contra prælatos non facile admittenda. Concor. c. accusatio. 2. q. 7.

Subditorum excessus doli generi.

An in crimine heresis locum habeat fraterna correctio.

controuersia, quam praeter ceteris tractant abunde Alfonso Castus lib. 2. cap. 2. 5. de iusta bar. punit. Simancas de catho. instit. tit. 19. num. 10. & sequen. Melchior Canus lib. 12. de locis, theologicis, cap. 9. vers. at Chrysostomus a nobis. & nouissime Ioannes Rojas tract. de her. par. 2. asser. 3. & alij.

In hac litene vel nimis seuerere: aut contra, nimis leniter quidquam statuamus, primum obseruandum est, haec duo longe differre, videlicet, labi in haeresim; seu proferre hereticas propositiones, & hereticum esse: non enim omnis, qui hereticas profert propositiones, protinus est hereticus, nisi adiunctam habeat pertinaciam, vt alibi copiose disserui.

His positis, sit hoc primum axioma: Qui secreto nouit aliquem in haeresim cecidisse, quoniam eum audivit, aut alijs intellexit proferentem hereticam aliquam propositionem, nec sibi constat eum hereticum esse, cum nesciat, an ex ignorantia illam protulerit; tenetur saltem semel illum secreto corripere antequam fidei iudicibus denuntiet. ita noster Alfonso lib. 2. c. 25. de iusta bar. punitio. Cuius sententiae, hac limitatione addita, libenter accedo, si talis alijs sit vir simplex & pius, qui ex mera ignorantia errare probabiliter praesumatur, & nostra admonitione corrigendus merito censetur.

Verum in secunda parte tota difficultas consistit, an scilicet lex fraternae admonitionis obseruari debeat cum eo, quem secreto constat alicui hereticum esse. in qua (secundo nunc priuata inquisitionum edita, quibus omnino denuntiari iubentur) sit secundum axioma: Denuntiandus est occultus hereticus absq; fraterna correptione praecedenti, nisi forte aliquis firmiter existimaret, quod statim per secretam admonitionem posset eum a tanto malo renouare. ita sanctus Thomas 2. 2. q. 33. art. 7. atque in his locum etiam habere fraternam correptionem, vnam tamen tantum, videtur velle Tertullianus in lib. de praescriptione hereticorum, c. 16. sed apertius Beatus Ambrosius apud Paulum ad Titum cap. 3. & alij.

Ceterum, recte admonent Alfonso et Canus praecautis locis, non nisi cum exquisitissimis considerationibus, nostris temporibus esse vsurpandam. vt plurimum ergo eam omittere tutius & securius est. Tum autem penitus fieri debet hereticorum occultorum denuntiatio, cum simplices & rudes claustrales subuertere nescuntur. Item tunc denuntiari omnino debet, cum non est probabilis spes quod respiciere debeant. Item eos tunc penitus denuntiare oportet, cum legitime interrogati in iudicio, eos, quos scimus hereticos, iurifurandi religione manifestare cogimur: ac multis quidem alijs modis denuntiandi sunt necessarii: & iudicio meo paucissimi sunt casus, in quibus cum huiusmodi hereticis fraterna correptione locum habere possit.

Et obligatio denunciandi hereticos tanta est, vt etiam locum habeat non obstante quouis iuramento in contrarium emisso, pacto, aut promissione. sanctus Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. ad secundum argumentum cuius verba sunt: Circa ea vero, quae aliter homini sub secreto committuntur, distinguendum est: Quandoque enim sunt talia, quae statim cum ad notitiam hominis venerint homo ea manifestare tenetur, puta si pertinet ad corruptionem multitudinis spirituales vel corporales, vel in graue damnus alicuius

Qui hereticas propositiones fortassis per ignorantiam profert secreto corrigendus.

Sepissime omittitur fraternam correptionem erga hereticos tutissimum est.

Non obstante iuramento heretici sunt denunciandi.

personae, vel siquid aliud est huiusmodi, quod quis propalare tenetur vel testificando, vel denuntiando et contra hoc debitum obligari non potest per secreti commissum: quia in hoc frangeret fidem, quam alteri debet. haecenus Thomas. Alteri quidem, id est, bono publico vel Deo, in casu de quo agitur, fides frangeretur: nam haeresis bonum publicum perturbat & laedit, & Deum ipsum oppugnat. Et pro hac sententia facit textus in c. quemadmodum. s. ultimo. de iureiur. et tex. in c. inuimauit. de testib. c. non est obligatorium. de regu. iur. lib. 6. tradiditq; id olim Guido Fulcodius, qui Clemens III. inde creatus est, in consultationibus ad Inquisitores. q. 8. in hac verba: Sed nec iuramento vel voto in contrarium emissio: nam licet veritatem celare possimus hosti vel persecutori, vt 2. 2. q. 2. ne quis. iudici tamen veritatem inuestiganti eam occultare mortale peccatum est, vt 1. 1. q. 3. quisquis. ergo iuramentum vel votum in contrarium emissum non est seruandum. 2. 2. q. 4. in malis. haecenus ille. Loquebatur autem in specie de causa proposita, vt initium quaestionis indicat.

Postremo adeo verum est, hereticos esse denuntiandos non obstantibus supra dictis, vt is qui absque legitima causa eos omittit denuntiare, excommunicationis sententia percellatur, sicut diximus supra commentario 2. super. cap. Qui alios. de haeret.

Ex lib. Sexto tit. de poenis.

Bonifacius octauus Bitteren. Episcopo.

Docet haec Decretalis quibus assistentibus fieri debeat degradatio, de quibus vestibus, ornamentis, libris, et instrumentis in degradatione fiat expoliatio, et quibus verbis utatur ipse degradans. Io. And.

C A P. II.

DEGRADATIO qualiter fieri debeat a nobis tua fraternitas requisit. Super quo tibi taliter respondemus, quod verbalis degradatio seu depositio ab ordinibus vel gradibus ecclesiasticis, est a proprio episcopo sibi assistente in degradatione clericorum, in sacris constitutorum ordinibus, certo episcoporum numero diffinito a canonibus facienda; quamquam proprii episcopi sententia sine aliorum episcoporum praesentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores duntaxat ordines receperunt. Actualis vero siue solennis, caelestis militiae militis, id est, clerici degradatio (cum ad eam fuerit procedendum) fiet vt ex auctoritate eius, qui militiae deseruit armatae, cui militaria detrahuntur insignia, sicutque a militia remotus castris reuocatur, priuatus consortio, & priuilegio militari. Clericus igitur degradandus vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum, seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solenniter ministrare, ad episcopi praesentiam adducatur: cui episcopus publice singula, siue sint vestes, calix, liber, seu quauis alia

Vide Eymeric. 3. part. nono modo processum finitum, vbi dicitur copiose.

Degradatio actualis.

alia (quae illi iuxta morem ordinandorum clericorum in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita, seu collata) singulariter auferat ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat vltimo inchoando, & descendendo gradatim, degradationem continuet vsque ad primam vestem, quae datur in collatione tonsurae: tuncque radatur caput illius seu tondeatur, ne tonsura seu clericatus vestigium remaneat in eodem. Poterit autem episcopus in degradatione huiusmodi vt verbis aliquibus ad terrorem illis oppositis, quae in collatione ordinum sunt prolata; dicendo presbytero haec vel similia verba in remotione planetae: Auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali priuamus: sicutque in remotione reliquorum insignium similibus verbis vtens, in oblatione vltimi, quod in collatione ordinum primum fuit infra scripto vel alio simili modo pronunciet, siue dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti, ac nostra tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio & priuilegio clericali.

Ac deinde si fuerit casus talis, quod illud fieri debeat iuxta modum a felicis recordationis Innocentio Papa praedecessore nostro super hoc annotatum, tradatur curiae saeculari.

Ex Decretalib. tit. de dolo & contum.

Innocentius III.

Si proceditur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter, etiam lite non contestata, testes recipi possunt, & sententia diffinitiva ferri, etiam per viam depositionis, si hoc meretur delictum.

C A P. VIII.

ERITATIS est verbum organo dominice vocis emissum: & infra. Sicut canonici Curien. in nostro auditorio retulerunt. H. Curien. Episcopus ecclesiam suam, non solum utapidando deprehsit, sicut publica praedicabat infamia, sed etiam homicidio, incestu, aliisque criminibus polluit: & infra. Super his commisitimus, primo causam Tridon. Episcopo, & Abbati montis sancte Mariae, & praeposito de insula: Secundo quoque Brixienli episcopo, & ipsi Abbati & praeposito: & infra. Verum cum episcopus ipse priorum iudicium praesentiam adire per contumaciam contempserit, auctoritate nostra fuit per ipsos iudices ab officio beneficioque suspensus: & infra. Tandem vero coram iudicibus canonica citatione vocatus, praesentiam suam difficulter exhibuit: sed friuolam tunc excusationem, malicia concepta praetendens, experiri cum canonicis in iure neglexit. Qua de causa, nos de consilio fratrum nostrorum suspendentes episcopum ipsum, vel potius suspensionem a iudicibus factam auctoritate Apostolica confirmantes. Tertio super his Cumano episcopo & Abbati sancti A. causam ad superandam malitiam ipsius episcopi commissimus audiendam: qui partibus ci

Hae verba vsque in fine habentur in bononiensi. & Barcinonensi. impref. so. in d. u. a. n. u. ab Innocentio Papa tamen di. curiae saeculari, continetur, in c. nouimus de verbo, signific. quod mot. apponit hic Eymericus.



tatis cum nec per se, nec per respectabilem idoneum comparuerit, in eundem propter inobedientiam excoicationis sententiam protulerunt: Tunc ex parte vestra (quemadmodum in mandatis a nobis acceperant) admittentes, scilicet Abbates, priores, praepositos, & alios religiosos viros: per quos quilibet articulum criminum praedictorum constat fuisse probatum: & infra. Nos igitur videntes ordinem iudicarium, in hoc facto fuisse seruatum; considerato praeterea, quod post sententiam in se datas celebrare praesumpserit: cum multi praelati ecclesiarum, contra eundem Episcopum scripserint, nec vnus pro eo defendendo vel aliquatenus excusando: in nomine Domini cum Apostolico omnem inobedientiam vltimi volentes, licet absentes corpore, praesentes tamen spiritu, iuxta verbum eiusdem Apostoli vltimus sententiam perpetuae depositionis in ipsum: & cum tam a Pontificali, quam ab omni officio sacerdotali priuantes sine spe restitutionis aliqua duximus condemnandum. Ea nihilominus in irritum reuocantes, quacumque post inhibitionem sedis Apostolicae, seu factam suspensionem, & excommunicationem, de rebus Ecclesiae alienare praesumpserit.

COMMENT. XIX.

Veritatis est verbum. Hoc rescriptum primo obtutu non videtur accommodari instituto EymERICI, cum nihil de haeresis materia in eo tractetur. Ceterum proculdubio ei seruit: eo enim consilio illud operi suo inseruit, vt doceat in causa haeresis, sicuti & in his delictis grauibus, de quibus in eo agitur, per modum inquisitionis contra reum contumacem, etiam lite non contestata testes recipi posse, & sententiam diffinitiuam ferri, cum alijs id iure sit prohibitum. cap. vnico. de liti. contestat. cap. super quaestionum. §. 1. de offic. deleg. cap. ex parte. el. 2. de verbo. significa. est enim liti. contestatio totius iudicij basis & fundamentum. l. vnica. C. de liti. contestat. quod tamen in crimine haeresis seruari non oportet, cum in eo procedi possit simpliciter & de plano c. si. de haeret. lib. 6. tradit Carrerius tract. de haeret. §. versa autem vice. Simancas de catho. instit. tit. 64. num. 23. Ioannes Rojas singu. 125. quoniam in delictis grauibus procedi potest, & lite non contestata, & etiam parte non citata. Archidia. in c. 1. de homi. lib. 6. quem sequitur Maxilius in practica crimi. §. diligenter nu. 158. quod qua ratione sit intelligendum, alibi explicui. potest etiam & alijs modis hoc rescriptum instituto auctoris conuenire, sed hic videtur verior.

In causa haereticis etiam lite non contestata testes possunt recipi.

Quod si quis querat, quid operentur testes ita recepti: respondebo multos effectus posse producere: primum enim ad inquirendum iuuabunt, deinde repetiti iudicium facient, tandem si fuerint integri, hoc est, omni exceptione maiores, pro qualitate delicti, ad probandum & conuincendum erunt idonei, dummodo cetera deinde iuxta ordinem iudicarium obseruentur, id est, vt testes repetantur, & reis legitima defensiones, & debita defensionum iudicia concedantur. Testes enim, qui in alijs causis lite non contestata recepti, nihil facerent, fauore fidei in causis haeresis

Quid operentur testes recepti lite non contestata.

hæresis supradicta valide præstant, cum in hoc crimine de plano procedi possit.

Ex Decretalib. tit. de verb. signif.

Innocentius iij. Episcopo Parisien.

Clericus traditur curiæ seculari; quia degradatur seculari potestate presente, cui denuntiatur, ut in suo forum illum recipiat. hoc dicit vsque ad §. Pro illa.

C A P. XXVII.

OVIMVS expedire, ut verbum illud, quod in antiquis canonibus, & in nostro decreto contra falsarios edito continetur, videlicet, ut clericus per Ecclesiasticum iudicem degradatus, seculari tradatur curiæ puniendus; apertius exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostro, super hoc consulti diuersa responderint, & quorundam sit opinio à pluribus approbata, ut clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitiū graue, non solum damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tamquam exutus priuilegio clericali, seculari foro per consequentiam applicetur: cum ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, eius est degradatio celebranda seculari potestate presente, & pronuntiandum eidem cum fuerit celebrata, ut in suo forum recipiat degradatum: Et sic intelligitur tradi curiæ seculari: pro quo tamen debet ecclesia efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum, circa eum sententia moderetur.

Falsarius perpetuo carceri mancipatur, ut in dolore penitentiam agat.

Pro illo vero falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem ad agendam penitentiam ipsum includas, paucis doloris, & aqua angustie sustentandum, ut commissi delicta, & flagitia vitare non committat.

¶ c. penitentia de penit. dist. 3.

COMMENT. XX.

NOuimus expedire. Diffum erat ab Emerico in precedentibus à quibus & quomodo celebranda esset degradatio ex c. 1. de hæ. lib. 6. & ex c. degradatio. de pœnis. lib. 6. Sed quoniam dubitari poterat qua ratione intelligeretur tradi quæpiam curiæ seculari, id demonstratur hoc rescripto, & in summa hoc dicitur: Exiit priuilegio clericali qui tradendus est potestati seculari, à foro Ecclesiæ proficitur, & presentii iudici seculari dicitur; ut eum hominem in suum forum recipiat: qua qua ratione ad praxim reuocentur, docet Eym. 3. par. in modo nono processum fidei terminandi.

Quid seruandū circa tradendum curiæ seculari.

Inquisitores pro traditis curiæ seculari intercedere ne fiant irregulares.

Pro quo tamen debet ecclesia efficaciter intercedere. Et ita seruant Inquisitores, quando reos iudicibus secularibus tradunt, aut relinquunt, ne sanguinis effusioni consentire videantur, & irregulares efficiantur: idem disponit lex septiparita par. 1. tit. 6. l. 60. ibi: Pero fu Perlado deue rogar por el, que le aya alguna merced si quisiere. Quibus verbis alius ritus paulo differens ab eo qui prescribitur in hoc c. continetur, videlicet, quod Inquisitores ro-

gent iudicem, ut cum sibi traditis misericordia, si velit, utatur, quod est diligenter obseruandum: nam per dispositionem d. legis 60. hoc sufficit ad euitandam irregularitatem. Couarruias tamen in relectio. Clement. si furiosus. 2. p. §. 5. num. 6. tutius esse putat, ut Inquisitores non tradant sic damnatos curiæ seculari, sed consulti, ut eos condemnent coram iudice laico, atque ita damnatos à propria iurisdictione dimittant, ut denique statim iudex secularis eos recipiat, & ultimo supplicio afficiat, ut notauit Henricus Boich in c. ad abolendam. §. super eo. de hæret. nu. 7. quem sequitur Ioannes Igneus in l. 1. §. cum domus. ff. ad Senatufcon. Syllantia. nu. 37. sed in praxi id seruatur, quod traditur in hoc c. nouimus. ut docet Ioannes Rojas in sing. 175. quod satis est ad liberandos Inquisitores ab irregularitate.

Quamquam autem hæc recte se habeant, at nullo pacto reuocandum puto, quod in hac causa amplius solertii Romanorum Pontificum prouidentia cautum est non modo circa Inquisitores, sed etiam circa consultores, ut irregularitatem securius euitarent. Nam Dominus Papa Paulus III. Romæ die 29. Aprilis, anno 1557. considerans in congregationibus, que in causa hæresis coram ipso fiebant, interuenire sole-re pro maiori parte clericos seculares & regulares in sacris & sacerdotio, ac in Episcopali, Archiepiscopali, vel alia maiori dignitate forsan constitutos, ac nonnullos etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & sepe contingere iuxta qualitatem casuum & delictorum, de quibus agebatur, eos contra reos sententiam dicere, ex qua membri mutilatio, seu sanguinis effusio, etiam vsque ad mortem naturalem fuerit subsecuta; proinde eorundem securitati, et tranquillitati mentis & conscientie consulere volens; statuit ac decreuit, ut prædicti omnes, qui in iudicando sibi assisterent, non solum in causis hæresis, sed etiam in quacumque causa criminali, que coram ipso tractata fuerit, vel tractaretur, sententiam possent dicere contra reos, qui damnarentur ad questiones, seu torturam, aut alias pœnas condignas, etiam vsque ad mutilationem membri, & ad mortem naturalem inclusue, absque alicuius censuræ vel irregularitatis incurfu.

Idem ipsum decretum Pauli III. confirmauit postea Pius Papa V. extendique voluit ad omnes Inquisitores, eorumque vicarios, commissarios, et consultores, ut testatur Vmberus Locatus in opere iudiciali Inquisitorum circa finem, titulo de Decretis, quod & verum est.

Itaque hodie stantibus his decretis, non videtur necessaria protestatio de qua hic, cum rei hæresicos actualiter traduntur seu relinquuntur curiæ seculari, ad hoc ut Inquisitores euitent irregularitatem. Ceterum omittenda non est, quoniam & communi iure, & generali fori Ecclesiastici consuetudine nititur: & quamquam vera, et certa sint que hætenus diximus, non tamen est omittenda, nec reijcienda sunt plura remedia, que ad eundem finem securius consequendum parari possunt.

Sed nonne prohibitum est pro hæreticis intercedere, non modo quando sunt hæretici declarati, sed etiam quando pendet inquisitio contra eos, etiam si de eorum correctione spes habeatur, ut docet Matthæus de Afflictis super consil. inconsultilem. notab. 25. Alfonso

Consultores sancti officii nō incurrūt in irregularitatem.

fonfus Castrus lib. 2. c. 17. de iusta hæ. punie. l. quisquis §. denique. C. ad leg. Jul. maiest. facit tex. in c. si quis. 6. q. 1. & in c. miror. 50. dist. cum similibus. id quod sancit nominatim Federicus Romanorum Imperator in d. l. inconsultilem. in fine his verbis: Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat; quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus.

Et plane verum est, interdictum esse pro hæreticis intercedere: sed cum hoc crimen sit grauissimum, pro quo imponitur pœna traditionis brachio seculari, & expulsionis ab Ecclesiæ foro, nec amplius pertineat ad Ecclesiam de tali delinquente iudicare: ideo apud alienum forum pro eo intercedunt

indices Ecclesiastici: ita Panormitanus in hoc cap. nouimus. num. 8.

Sed melius forte dici posset, vetari quidem intercessionem, qua tendat ad fauorem hæretici, vel ad impedimentum iustitiæ, non autem eam, que conducit ad vitandam irregularitatem, & ab ipso iure nominatim prescriptam: nemo enim dubitat multis modis intercedi posse. Aliæ possunt solutiones asserri, que ad nostram breuitatem non pertinent.

Ioannes Rossensis articulo 32. aduersus Lutherū nō procul à fine vers. Haud recte vocas. aliter quàm Doctores hic videtur interpretari hoc cap. nouimus. que nos libenter hic missa facimus.

EXTRA VAGANTES ALIQUOT DIVERSORVM ROMANORVM PONTIFICVM INQUISITIONIS OFFICIO CONGRVENS.

De Hæreticis.

Benedictus XI. Inquisitoribus hæreticæ prauitatis.

Declarat decretalem, Per hoc. cod. tit. lib. 6. bona hereticorum per diocesanos vsurpari vetans.

C A P. I.

eo, quod quædam nouella constitutio super negotio hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa VIII. prædecessore nostro edita continet: quod in ipso negotio, per diocesanos episcopos, & Inquisitores super eodē facto inquiri valeat communiter vel diuisim: & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus: Nos consulere voluistis, quando & quotiens sit ista processuum communicatio facienda. Nos autem de fratrum nostrorum consilio, intelligendo diocesanos & Inquisitores tunc demum diuisim procedere: cum ij & illi separatim, non quando Episcopi tantum, vel Inquisitores tantum procedunt: Consultationi vestræ breuiter respondemus, quod quando vtrique procedunt seiunctim, sibi debent in fine tantum, dum nil restat agendum, nisi quod solum sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam potuisset videri per legem ciuilem, quod sicut quando aliquis ex actitatis coram alio, debet ferre sententiam, vtrique, quado administrator delegat causam sibi sententia reseruata: saltem in principio, id est contestatione, rursus in medio, & semel in fine, que sunt examinanda audire debet: ita & in casu presentii vbi ex actis coram alio habitis, alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recenseat: quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamen id equitas canonum non admittit. Vnum sane casum excipimus, si alter commode nō possit procedere, nisi alterius

¶ Hæc extrauagans & dux sequens habentur inter extrauagantes communes tit. de hæret. Et de huius materia præter notata in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. vide Emericum par. 3. q. 10. §. 1. & 32. vbi dixi copiose.

¶ Authen. ad hæc. C. de iudic. vbi hæc seruari iubetur.

actis visis. Ex hac enim causa semel tantum (ut fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. Verum, quia nonnulli diocesani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis Inquisitionis officio deputata propter expensas: quas dum inquirunt in sepedito negotio faciunt, à vobis exigere moliantur: hoc tamquam iuri absonum (cum ordinarij sint, ideoque officium tale, quod eis incumbit; proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus. Rationem autem ijdem diocesani prouentuum obuentionum, & ex inquisitionis officio à vobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine vel mandato contrarijs non exposcant: sed eam cameræ nostræ vel alij, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandauerim reddendam, reddatis, que generaliter obseruari iubemus. Dat. Lateranens. vj. nonas Mart. Pontificatus nostri anno Primo.

¶ Emericus par. 3. q. 104. tos. & sequ. vbi dixi.

Episcopi prouentibus in heretico maduerere. ¶ Al. obuentionum

Extravagans Domini Ioannis XXII.

Inquisitores hæreticæ prauitatis censuras Ecclesiasticas fulminare non possunt in officiales & nuntios sedis Apostolicæ sine ipsius licentia speciali sed de eorum excessibus, informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

C A P. III.

Matthæus de Pontinian. ordinis Prædicatorum, Inquisitor hereticæ prauitatis in Regno Siciliæ auctoritate Apostolica deputatus, friuola occasione quæstia, ac nostra & Apostolicæ sedis reuerentia & honore postpositis in dilectum filium magistrum Guillelmum de Baletto Archidiaconum Foroliuini. capellanum nostrum, campaniæ maritimi; rectorem, excommunicationis sententiam, inconsultis motibus non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cetero talium præsumptoribus obuiare; vniuersis & singulis tam ordinarijs,

¶ Emericus par. 3. q. 20. vbi dixi & de intellectu Lapus responso quodam incipien. Faustum super quo. quod habetur post consilia. O. diadi.

¶ al. præsumptionibus

ordinarijs, quam delegatis iudicibus ac Inquisitoribus prauitatis eisdem, & alijs vniuersis & singulis, quacumque auctoritate fungantur, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus, expresse, ne contra nostros & Apostolicæ Sedis officiales vel nuntios, aut ipsorum aliquem, quavis occasione vel causa, absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali, eis per sedis ipsius litteras concedenda, plenam faciente de tenore presentium mentionem, procedere quoquomodo presumant, aut in eos vel ipsorum aliquem excommunicacionis vel suspensionis, seu quasvis alias sententias promulgare. Nos enim, exnunc decernimus irritum & inane quicquid contra inhibitionem & mandatum huiusmodi contingerit attentari. Volumus tamen quod dicecesani & Inquisitores predicti super ijs, que negotium tangunt fidei, alij vero super ijs, que rem tangunt vel publicam vel priuatam, si uerborum narij siue delegati, quacumque auctoritate fuerint, prout possent ad eorum officium pertinere, si quid per officiales & nuntios ipsos indebite, forsan attentatum extiterit, se plenius informare: idque nobis significare studeant, ut prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auinione xij. Calend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno Vndecimo.

Officialium sedis Apostolicæ delicta, Papæ sunt nuntianda, nō per alios iudices cōcedenda.

Idem.

Tres errores magistri Ioannis de Polliaco doctoris Parisiensis circa materiam confessionis sacramentalis, & potestatem absoluenti hic damnantur. Eisdem etiam errores damnauit Calixtus III. Roma per extrauagan. incipiē. Inter cetera. que habetur inter priuilegia Fratrum ord. Pred. fol. 122.

C A P. II.

AS electionis doctor eximius & egregius predicator, cuius predicatio mundum docuit vniuersum, presumpuam illorum audaciam refrænare sollicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes in errores proprios prolabantur, non plus sapere, quam oportet sapere, sed ad sobrietatem sapere, salubri doctrina suggestit: & iuxta Sapientis eloquium: Quisquæ suæ prudentiæ modum ponat. Sane dudum, cum dilectum Filium magistrum Ioannem de Polliaco sacre Theologie doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram presentiam vocauissemus: fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis tangentibus penitentia sacramentum non sobrie, sed perperam sapiebat inscriptos articulos periculosos continentes errores docens publice in suis predicationibus, & in scholis. Primo siquidem astruens, quod confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante, omnis vtriusque sexus. edito in concilio generali, Romanus Pontifex nō potest facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum. Immo nec Deus posset hoc facere: quia (vt dice-

Rom. 12.

Prov. 23.

† De hoc late Eym. hac 2. par. q. 8.

† Habetur c. omnis de penit. & remissio.

bar) implicat contradiccionem. Tertio, quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem: immo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse (vt premititur) proprium curatum. Nos igitur scire volentes, si suggesta nobis veritatem haberent, articulo- rum copiam eidem magistro Ioanni fecimus assignari, & ad sui defensionem plenam audientiam sibi præbuimus tam in nostra & fratrum nostrorum presentia in consistorio, quam alijs coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad huiusmodi officium deputatis. Verū licet præfatus magister dictos articulos & contenta in ipsis defendere niteretur: assererat tamen se paratum credere & tenere in præmissis & alijs, que tenenda & credenda esse sedes Apostolica diffiniret. Nos igitur attendentes, quod prædictorum articulo- rum prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum; ipsos per præfatos magistros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem solertem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem & examinationem super his habitas, comperimus præmissos articulos doctrinam non sanam, sed periculosam multum, & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos, idem magister Ioannes, veris sibi rationibus opinionum dudum suæ habitæ contrarijs demonstratis, in consistorio reuocauit: asserens se credere eos non veros, sed ipsorum contrarium verum esse, & dicens se nescire rationibus sibi factis, in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, predicationem, & doctrinam huiusmodi in errorem (quod absit) animæ simpliciū prolabantur, omnes articulos, & quemlibet eorum, tamquam falsos & erroneos, & à doctrina sacra deuios, auctoritate Apostolica condemnamus, & reprobamus, de fratrum nostrorum consilio prædictorum, doctrinam contrariam veram, & contrarium esse catholicum asserentes: scilicet, quod illi, qui prædictis fratribus consentunt, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alijs confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilium generale. Optantesque veritatis vias notas esse fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, se, re. Alexand. III. & Clem. III. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs innitendo, vniuersis & singulis districtius inhibemus, ne quisquam præmissos articulos per eos (vt premititur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis vel aliquo ipsorum, utpote à catholicis mentibus respuenda, tenere audeat seu defensare, quomodolibet vel docere. Quo circa vniuersitati vestra per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuersis & singulis vestrum, in ciuitatibus & dicecesibus vestris conuocato clero & populo cōmuniter omnia præmissa & singula per vos seu per alios solenniter publicetis: nos etiam eidem magistro Ioanni mandamus, quod in scholis, & & sermone Parisius, prædictos articulos & contenta

Protestatio catholica & confucta.

† al. & veritasem Matth. 16.

Apoc. 22.

ta in eis tamquā veritati contraria propria vocis oraculo, asseueratione constanti publice debeat reuocare: quod se facturum dictus magister Ioannes efficitur repromissit. Dat. Auinione viij. Calend. Augusti. Pontificatus nostri anno Quinto.

Extrauagan. Domini Benedicti, de visione beatorum.

Dannat multos errores de visione beatorum.

BENEDICTVS a Episcopus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. BENEDICTVS Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui sacrosancam Romanam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, quam vt vinea plantauit dextera sua, quamque vt præcipuam in ecclesiarum omnium caput erexit vt victricem, dicente Domino ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: sua miseratione non deserit, sed per beatos Apostolos suos, præcipue Petrum & Paulum singulares eiusdem Ecclesiæ defensores, pia benignitate & continua pietate custodit: quatenus eisdem rectoribus gubernata, in se stabilis maneat, fundata supra firmam petram, omnesque Christianæ fidei cultores illi obediant, illi pareant, illi intendat, sub illius magisterio degant, sub eius disciplina & correptione consistant: Non in illa dogmatizetur improvidum, inseratur incautum, in fide temerarium ingeratur: Sicque declinent homines à malo, & faciant bonum, ambulent per vias rectas, & ad meliora per sancta desideria proficiantur: sperent iustorum propinquas æternæ vitæ retributiones: timeant maiorum inferni calamitates non remotas: Nam scriptum est: Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique iuxta opera sua. Quod si secus à quoquam fuerit attentatum, id protinus sua auctoritate, pœnis etiam adiectis, prout expedire viderit, prorsus euellat. Pro qua, vt in seipsa subsistens alios informaret, passionis suæ tempore Saluator noster Iesus Christus patrem exorasse perhibetur dicens: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cibraret sicut triticum: Ego autem pro te rogavi, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Sane dudum tempore felicis recordationis Ioannis XXII. prædecessoris nostri, inter nonnullos etiam Theologicæ facultatis magistros, super visione animarum iustorum hominum post mortem suam, in quibus nihil erat purgabile, cū de hoc sæculo decesserunt: vel si fuerat, iam purgatum fuerat ex toto: an diuinam essentiam videant ante corporum suorum resurrectionem, & iudiciū generale: Et super nonnullis alijs orta materia quæstionis, ipsorum aliqui negatiuam, aliqui affirmatiuam, alij vero secundum suas imaginationes, de visione diuine essentia ab animabus huiusmodi, diuersa & diuersimode ostendere nitentur: prout ex dictis & scriptis ipsorum noscitur apparere: super reiectis vero suis concertationibus, quas hic causa breui-

tatis omittimus: quia ita ex nostris determinationibus inter se etiam decidebant. Cumque idem prædecessor noster, ad quem prædictorum determinatione pertinebat, ad decisionem concertationū huiusmodi se pararet, in suo consistorio publico, tam fratribus suis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, quam præfatis & magistris in Theologia, qui multi aderant presentes, iniungendo districtius, & mandando, vt super materia de visione prædicta, quando requirerentur ab eo, deliberate vnusquisque diceret quod sentiret. Tamen morte preuentus, sicut Domino placuit, perficere illud nequiuit. Defuncto itaque prædecessore præfato, nos diuina dignatione ad apicem summi Apostolatus assumpti, diligentius attendentes, quanta ex præmissis eorum concertationibus non solutis, animarum immiseret pericula, quanta exinde possent scandala suboriri; vt ipsorum varietas pereat, & veritatis soliditas innotescat: habita prius super prædictis sollicita examinatione, & diligenti deliberatione cū fratribus nostris dicte Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de ipsorum fratrum consilio, hac in perpetuū valitura constitutione, auctoritate Apostolicā diffinimus: quod secundum communem Dei ordinationem, animæ sanctorum omnium, qui de hoc mundo ante Domini nostri Iesu Christi passionem decesserunt: necnon sanctorum Apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, & aliorum fidelium defunctorum post sacramentum baptismi ab eis susceptū, in quibus nihil purgabile fuit, quando decesserunt, nec erit quando decedent etiam in futurum: vel si tunc erit aliquid purgabile in eisdem, tamen post mortem suam purgauerint: atque animæ puerorum eodem Christi baptismo renatorum, & baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante vsum liberi arbitrii decedentium, mox post mortem suam, & purgatione præfata in illis, qui purgatione huiusmodi indigebant: etiam ante resurrectionem suorum corporum, & iudiciū generale, post ascensionem Saluatoris Domini nostri Iesu Christi in celum, fuerunt, sunt, & erunt in celo calorum regno & paradiso celesti cum Christo sanctorum angelorum consortio aggregatæ: ac post Domini Iesu passionem & mortem videntur, & vident, & videbunt diuinam essentiam immediate, se bene, clare & aperte eis ostendentem: quodque sic videntes eadem diuina essentia perfruuntur: Necnon quod tali visione & fruitione eorum animæ, qui iam decesserunt, sunt vere beatæ, & habent vitam & requiem æternam, & etiam illorum, qui postea decedent, eandem diuinam videbunt essentiam, ipsaque perfruuntur ante iudiciū generale: ac quod vitio huiusmodi eiusque fructus, actum fidei & spei in eis euacuant, prout fides & spes proprie Theologicæ sunt virtutes: Quodque postquam inchoata fuerit vel erit talis intuitiua & facialis visio & fruitio in eisdem, eiusdem visio & fruitio sine aliqua intermissione, seu euacuatione prædictæ visionis & fruitionis continuata existet, & continuabitur usque ad finale iudiciū, & extunc vsque in sempiternum.

† al. disidebant.

† al. imminente † al. possunt † al. vt ipsorum veritas parcat.

† al. purgabunt.

† al. Christi † al. illis

† al. & omnium illorum

† al. virtutē

† al. intercessionem † al. existit

Diffinimus in super, quod secundum Dei ordinationem

inationem communem, animae decedentium in actuali peccato mortali, mox post mortem suam ad inferna descendunt, ubi poenis infernalibus cruciantur: & quod nihilominus in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt: reddituri de factis propriis ratione, ut recipiat vniuersumque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

Decerentes praedictas nostras diffinitiones seu determinationes, & ipsarum singulas ab omnibus fidelibus esse tenendas. Quicumque autem deinceps praedictarum nostrarum diffinitionum seu determinationum, ac singularum ipsarum contrarium scienter & pertinaciter tenere, conferre, praedicare, docere, aut defendere, verbo vel scripto praesumpserit, contra eum sicut contra hereticum modo debito procedatur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, &c. Datum Avinionae iii. Calen. Februarii, Pontificatus nostri anno Secundo.

COMMENT. XXI.

Benedictus Episcopus. *Alfonfus Castrus lib. 3. aduersus hereses, verbo, Beatitudo, heresi 6. & Bartholomaeus Medina apud Sanctum Thomam 1. 2. quaest. 4. art. 5. & alij plerique, hanc extrauagantem tribuunt Benedicto Papae eius nominis vndecimo. item in Directorio Barcinonensi impresso, cuius lectionem in priori editione sumus sequuti, Benedicto vndecimo tribuebatur, id tamen ita esse non potest: nam cum in hac extrauaganti fiat mentio Ioannis xxij. qui post Benedictum vndecimum pontificatum gessit, nullo modo potuit Benedictus vndecimus eius meminisse pontificis, qui nondum pontifex factus fuerat. Quod autem Benedictus vndecimus antecesserit Ioannem xxij. manifestum est ex catalogo serie, seu Romanorum Pontificum chronologia, vnde apparet Benedicto vndecimo successisse Clementem V. Clementi Ioannem xxij. huic vero Benedictum duodecimum anno Domini 1334. Quare omnino dicendum videtur, hoc scriptum Benedicti duodecimi esse. quod etiam ex verbis rescripti constare potest, ubi post longam mentionem factam a Benedicto de Ioanne xxij. subditur ita: Defuncto itaque praedecessore praefato, nos diuina dignatione ad apicem summi Apostolatus assumpti, &c. Manifestum est autem Ioanni xxij. immediate in pontificatu successisse Benedictum duodecimum. Dominicus etiam Sotus lib. 4. sentent. dist. 4. 5. quaest. 1. art. 3. conclus. 3. Benedicto duodecimo tribuit, quamuis perperam ibi dicatur, hanc extrauagantem incipere, Animas purgatas, cum incipiat, Benedictus Deus.*

Referunt eam praeter Eymericum hic, Alfonso Castrus praecitato loco, & Marsilius lib. 4. sentent. quaest. 13 art. 3. & alij.

Iam Eymericus ideo retulit, quia hereticus in ea declaratur, qui auderet offerere scienter aliquid contra quam hic statuatur, ac definitum de visione beatorum & punitione damnatorum.

Edita vero sunt anno secundo pontificatus sanctissimi Domini Benedicti duodecimi, qui incidit in annum 1335. ut ex serie & chronologia annorum pontificatum colligi non obscure potest, ad componendas &

A seddas quaestiones controuersas de visione beatificae animarum beatarum, & nonnullis alijs, quae multo et frequenti litteratorum consilio agitabantur.

Primum itaque catholicum dogma, quod hic definitur, tale est: Post ascensionem Saluatoris Domini nostri Iesu Christi in caelum, Anima sanctorum, in quibus vel nibil erat purgandum cum decesserunt, nec erit quando decedent in futurum; vel si tunc erit aliquid purgandum, post mortem tamen purgabunt: item anima puerorum baptizatorum, qui iam decesserunt, aut baptizatorum in posterum & decedentium ante usum liberi arbitrii, mox ut decesserint ante resurrectionem corporum & iudicium generale, recipiuntur in caelum, & diuinam essentiam clara visione intuentur.

Alterum dogma est. Anima decedentium in actuali peccato mortali, mox post mortem suam ad inferna descendunt, ubi poenis infernalibus cruciantur.

Olim controuersum fuit, num animae sanctorum usque ad diem iudicii Deum viderent, & diuina visione frueretur, cum multi insignes viri & doctrina & sanctitate clari tenere viderentur, eas nec videre nec frui usque ad diem iudicii, donec receptis corporibus vna cum illis diuina beatitudine perfruantur: nam Irenaeus, Iustinus martyr, Tertullianus, Clemens Romanus, Origenes, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus, Lactantius, Victorinus, Prudentius, Theodoretus, Aretas, Oecumenius, Theophilactus, & Euthymius huius referuntur fuisse sententiae, ut commemorant, Castrus, & Medina praecitati locis, & Sotus lib. 4. sentent. dist. 4. 5. quaest. 1. art. 3.

Ceterum neque hi, neque alij eiusdem opinionis sectatores, in ea re heretici, aut de heresi suspecti dici possunt, etiam si contra veram sententiam senserint, antequam per Ecclesiam esset definitum, quid in tanta controuersia tenendum ac credendum foret, iuxta veram & communem sententiam Sancti Thomae, & Caietani par. 1. quaest. 32. art. 4. de qua diximus copiose supra commentario 1. huius. 2. partis, super cap. Dubius. de heret. quare impune & citra heresis notam potuerunt eo tempore quamlibet partem sequi. At post Ecclesiae declarationem non licet absque crimine heresis (ut hic dicitur) contrarium scienter & pertinaciter tenere, conferre, praedicare, docere, aut defendere.

Nec defuerunt etiam viri graues & sanctitate & eruditione insignes, qui iam olim hoc ipsum non obscure professi sunt, quod Dominus Benedictus duodecimus hic declarauit, nam & ipse Augustinus, Ambrosius & Chrysostomus alijs in locis, & Hieronymus, Gregorius & alij, ut praecitati referunt, aperte sine hac catholica sententiam sunt amplexi. Et Innocentius Papa III. in cap. Maiores. S. caste tamen. extra de baptis. & eius effect. idem statuere videtur, dicens: Quoniam ceteri originalis culpa remittebatur per circuncisionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perueniebatur ad regnum caelorum, quod usque ad mortem Christi fuit omnibus obferatum: Sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum caelorum etiam peruenitur, cuius ianuam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer referauit. hęc Innocentius.

Idem

Idem Innocentius tertius (ut mihi videtur) in c. Apostolicam. extra de presbytero non baptizato, eadem non obscure definire ac stabilire videtur sententiam in hac verba: Inquisitioni tuae taliter respondemus, presbyterum, quem sine vnda baptismatis extremum diem clausisse significasti: quia in sanctae matris Ecclesiae fide, & Christi nominis confessione perseuerauit, ab originali peccato solutum, & caelestis patriae gaudium esse adeptum asserimus incunctanter.

Post haec Benedictus in hac extrauaganti longe vberiore & expressiore definitionem edidit: qua etiam concilium generale octauum seu Florentinum sub Eugenio III. celebratum fuisse: vlt. circa finem, anno Domini 1439. clare & aperte tradidit his verbis: Definimus illorum animas, qui post baptismum susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, (prout superius dictum est)

A sunt purgatae, in caelum mox recipi, & intueri claripsum Deum trinum & vnum, sicuti est, meritum tamen diuersitate alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. haecenus concilium.

Atque ex his consequitur, Graecos & Armenos nunc potissimum post has Ecclesiae definitiones vel ex hoc solo haeticos esse, qui asserunt, animas defunctorum suis corporibus exutas, non habere penam vel gloriam usque ad diem iudicii, quos refert & confutat egregie Guido Carmelita in summa de haesibus tit. de haesibus Graecorum, cap. 7. & tit. de haesibus Armenorum, cap. 5.

Ex hac extrauaganti Nicolaus Eymericus infra in hac 2. par. quaest. 8. ver. In extrauaganti autem duo decim haeseres damnatas subtiliter colligit, & totidem inde catholicas veritates illis haesibus contrarias comprobari verissime admonet.

LITTERAE DECEM APOSTOLICAE
DIVERSORVM PONTIFICVM SVMMORVM

In quibus magna & multa priuilegia Inquisitoribus conceduntur, & quamplura dubia ad Inquisitionis officium pertinentia dissoluuntur.

Urbanus VIII. ad Inquisitores.

Multa Inquisitoribus priuilegia conceduntur, & pleraque alia declarantur, quae ad eorum officium spectant.

Edita anno Domini 1661.

RBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Fratribus ordinis Praedicatorum Inquisitoribus haereticae prauitatis in Regno & dominio charissimi in Christo filii nostri Regis Aragonum deputatis auctoritate Apostolica, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

† al. desiderijs

† al. qualicumque

PRAE CVNCTIS nostrae mentis desiderabilibus & catholicae incrementum fidei affectantes, nimio utique dolore replemur, cum audimus aliquos, vel sentimus ad illius depressionem quacunque & malignitate satagere, vel damnabilibus ipsam deprauando reprehensionibus, aut detractionibus ei abrogabilibus derogando, seu commentis eandem mendacibus peruertendo: ad quorum iniqua conterenda molimina eodem animosius aspiramus, quo in animarum stragem perniciosius eos agnoscamus conspirare. Sane, ut accepimus, in aliquibus partibus regni & domini charissimi in Christo filii nostri illustris regis Aragonum, adeo infidelitatis error inualuit, quod ibi quimplurimi a via veritatis prorsus auerfi, euntes per deuium fallitatis, pestiferas ad concutiendum orthodoxe murum fidei machinas construxerunt, molientes ipsum fallacium argumentationum impulsibus


C demoliri. Verum licet vbilibet sedis Apostolicae diligentia contra talium dolosam astutiam, ne diffusius huiusmodi serpat morbus, remedium libenter adhibeat opportunum: in praedictis tamen partibus cupientes anxie, ut negotium fidei iugi profectu, elisis omnino & erroribus conualescat, vigilare ad haec per nos & alios eodem studio attentius, quod praedictum Regem feruentiorem sentimus ad idem negotium efficaciter promouendum. Prouidimus igitur ibidem ad praefens personas aliquas circumspectas, pro tanto negotio deputari quarum honesta conuersatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinae fundant erudita labia salutarē ut sacro ipsarum ministerio praefatae partes ab huiusmodi contagii expurgentur. Ut autem inquisitionis officium & contra haeticos in praefatis partibus possit efficacius adimpleri: discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenus in charitate Dei hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes ex alto, praedictum officium in dictis partibus simul & vel separatim aut singulariter, prout negotii utilitas sua debet, ad extirpandam de ipsis partibus haeticam prauitatem, sub spe mercedis aeternae sic efficaciter profecti & exequi studeatis, ut per sollicitudinis vestrae prudentiam, de partibus ipsis radix iniquitatis haeretica succidatur: & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quae peruersis moribus demoliuntur eandem, fructus afferat catholice puritatis.

† omnibus

† al. pietate

† al. negotium

† Concordat textus in c. Ut officium de haec. li. 6.



† cap. ad abo-
lenda. §. qui
vero & cap.
Excomuni-
catus. 1. §.
qui autem
de hæret.

Si quos autē f de prauitate prædicta culpabiles
inueneritis vel infectos, seu etiam infamatos, con-
tra ipsos (nisi examinati velint absolute manda-
tis Ecclesie obedire) necnō contra receptatores,
defensores, & fautores eorum, iuxta sanctiones
canonicas, auctoritate Apostolica, huiusmodi
metu diuino timori postposito, procedatis;

Non obstantibus aliquibus litteris, ad quoscun-
que alios de partibus ipsis (exceptis locorū dice-
cesanis) super huiusmodi negotio, ab ipsa sede
directis; quarum deinceps ad huiusmodi inquisi-
tiones faciendas nolumus auctoritate procedi.
Quinimmo ne procedatur per illas districtius
inhibemus; nec pretextu commissionis speciali-
ter eisdem dicecesanis super hoc factæ, processus
vestros in eorundem dicecesanorum ciuitatibus
& dicecesibus volumus impediri.

† Concordat
tex. in c. per
hoc de hære.
lib. 6.

Nec per hoc f, quōd fidei negotium generali-
ter in ipsis partibus vobis committimus, commif-
siones à præfata sede dicecesanis eisdem factas, si
forſan illarum, seu etiam ordinaria velint auctori-
tate procedere, intendimus reuocare. Veruntamē
siue auctoritate ordinaria, siue ex delegatione se-
dis prædictæ, iidem dicecesani in huiusmodi ne-
gotio processerint, nequaquā volumus, vel per cō-
cursum processuum, vel aliis quomodolibet pro-
cessus vestros impediri, quin dicecesanorum ipso-
rum processibus non obstantibus, in eodem ne-
gotio procedere libere valeatis.

† Concordat
tex. in c. v.
officium. §. si
vero. de hære.
lib. 6.

Si vero f aliqui ex prædictis hæretica labe peni-
tus abiurata redire voluerint ad ecclesiasticā vni-
tatem, eis iuxta formam Ecclesie, absolutionis be-
neficiū impendatis, & iniungatis eisdem quod
iniungi talibus consueuit: Prouiso solerter ne si-
mulata cōuersione redeant fraudulentè, & vos,
immo potius seipsos fallentes sub agni specie ge-
rant lupum.

† Vide Cle-
men. 1. §. pro-
pter quod. de
hæret.

Quod si f aliqui fuerint iudicandi hæretici, vel
in carcerationis pena perpetuè alicui pro huius-
modi crimine fuerit infligenda, per vos ad illud
de dicecesanorum vel vicariorum suorum, si dice-
cesanis ipsis absentibus præfentes fuerint, cōsilio
procedatur: vt in tantę animaduersionis iudicio,
non postponenda Pontificum auctoritas inter-
cedat.

† Concordat
tex. in c. v.
officium. §. si
vero. de hære.
lib. 6.

Verum f quia in tam graui crimine cum multa
oportet procedi cautela, vt in reos sine villo pro-
fatur errore duræ ac dignæ seueritas vltionis; volu-
mus & mandamus, vt vos, vel illi quos ad hoc du-
xeritis deputandos, in examinatione testiu, quos
recipi super hoc crimine prædicto, ipsumq; con-
tingentibus oportuerit, adhibeatis duas f religio-
sas personas & discretas, in quarum præsentia per
publicā, si commodè potestis habere personam,
aut per duos viros idoneos fideliter eorundē de-
positiones testium conscribantur.

† Eymericus
3. par. q. 63.

Quod si testibus f, quos à vobis recipi, vel ab
alio vice vestra super eodem crimine examinari
contigerit, ex publicatione nominum eorundem
videritis periculum imminere, ipsorum nomina
non publice, sed secrete coram aliquibus perso-
nis prouidis & honestis, religiosi, & aliis ad hoc
vocatis, de quorum consilio ad sententiam vel cō-

† Eymericus
3. par. quæst.
75. & ibi dixi

A demnationem procedi volumus, exprimat̄ur: Et
sic non obstante, quōd illis, contra quos huiusmo-
di testes deposuerint, eorum nomina non fuerint
publicata, ad cognitionem iudicis instruendam,
adhibeatur plena fides testium depositionibus eo-
rundem.

† Concordat
cap. v. com-
missi. de hære.
lib. 6.

Vt ergo f commissi vobis officii debitum vti-
lius & liberius exequamini, committendi citatio-
nes, & testium examinationes, cum de huiusmodi
crimine, ac ipsius circumstantiis duxeritis inquire-
dum: & denunciationses sententiarum, quas in
quoslibet hac de causâ tuleritis: Accersendi quo-
que, prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis

B in ferendis huiusmodi sententiis præbeat confi-
lium opportunum, ac vobis assistant: Conuo-
candi etiam clerum & populum ciuitatum, castrorū,
aliorumq; locorum, prout dicto negotio fidei vi-
deritis expedire: Insuper in dicto negotio, de pla-
no & absq; iudiciorū & aduocatorū strepitu: Ac
contra illos, quos in prædictis partibus in hæreseos
f crimine commisisse constiterit, licet ad alias par-
tes se transferendos duxerint, procedendi: Nec-
non faciendi vobis libros, seu quaternos, & alia
scripta, in quibus inquisitiones factæ, & processus
per quoscunq; auctoritate sedis Apostolicæ, vel
legatorum eius habitū, contra hæreticos continen-
tur, a quibuslibet assignari & obseruari omnia sta-
tuta tam per sedem Apostolicam, quam in conciliiis
f eiusdem sedis prouide edita, quæ negotium
catholicę fidei tangere. dignoscuntur, sicut pro-
motioni negotij & augmentationi fidei fuerit op-
portunum: Priuandi præterea f de dicecesanorū,
vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio
hæreticos, eorundem credentes, receptatores, fau-
tores, & defensores, eorumque filios, & nepotes,
personatibus, dignitatibus, & beneficiis ecclesia-
sticis, & officiis publicis, & honoribus quibuscun-
que: Necnon & largiendi viginti, vel quadraginta
dierum indulgentiam, quotiens opportunum vi-
deritis, omnibus vere penitentibus, & confessis,
qui ad vestram conuocationem propter hoc faci-
endam accesserint: Plena sit vobis, & singulis ve-
strum presentium tenore facultas.

† al. hæresis
crimen com-
missi

† al. in concilii
legatorū
eiusdem sedis.

† Eymericus
3. par. q. 113.

Vobis f autem pro huiusmodi negotio labo-
rantibus, illam peccatorū veniam indulgemus,
quę succurrentibus terræ in generali concilio est
concessa.

† Eymericus
3. par. q. 71.

Sociis vero f Fratribus vestri ordinis, & Nota-
riis vestris, qui vnà vobiscū in prosecutione hu-
iusmodi negotij laborauerint, & omnibus qui vo-
bis personaliter assisterint in eodē negotio: & qui
ad impugnandum hæreticos, fautores, receptato-
res & defensores eorum, ex animo vobis præstite-
rint auxilium, consilium, aut fauorem: de omni-
potentis Dei misericordia, & beatorū Petri, &
Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres
annos de iniunctis sibi penitentibus relaxamus. Et
si qui ex iis in prosecutione huiusmodi negotij
forte decesserint, eis peccatorum omnium, de qui-
bus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenā
veniam indulgemus.

† Eymericus
3. par. q. 128.
& sequen.

† Concordat
cap. v. offi-
cium. §. com-
pescendi. de
hæret. lib. 6.

Compescendi f præterea monitione præ-
missa, per censuram ecclesiasticam, appellatione
postpo-

postposita, prædicatores quęstuarios à prædicatio-
nis officio (quod ad ipsos nullatenus pertinet, quo-
rum interest tantum charitativa subsidia simplici-
ter petere, ac indulgentiam, siquam forte habent,
exponere) liberam vobis & singulis vestrum con-
cedimus, auctoritate presentium, facultatem.

Et quęstua-
rios prædica-
tores sustulit
cap. v. de
sell. de ref.
de scilicet. c. 3.
de scilicet. c. 3.
de scilicet. c. 3.
de scilicet. c. 3.

Nulla priuilegia quem-
quā liberant
à iurisdictione
inquisito-
rum.

3. par. q. 113.

Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui
cuiuscunque conditionis huic negotio vobis cō-
misso, se opponere, seu illud presumpserint aliqua
tenus impedire, ut non possit procedi libere in ep-
dem: immo nisi requisiti, illud fouerint, & iuxta
officium & posse suum singuli iuerint studiose
contra eos tanquam hæreticorum fautores, & de-
fensores, secundum sanctiones canonicas, freti ea-
dem auctoritate, intrepide procedatis.

Denique ut circa præmissa plene vobis & sin-
gulis vestrum coercionis expedita & inuolabilis
adhuc auctoritas volumus vt ea omnia vtiliter ex-
quaminī, inuocato (si opus fuerit) auxilio brachij
secularis: Contradictores per censuram ecclesia-
sticam appellatione postposita compescendo. Nō
obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs,
quibuscunque personis, cuiusvis conditionis, di-
gnitatis, vel gradus, religionis, uel ordinis, & præ-
sertim Cisterciens. Prædicatorum, & Minorū, seu
Eremitarum, siue communitatibus vel vniuersita-
tibus ciuitatum, & locorum, specialiter vel gene-
raliter, sub quacunque verborum expressione vel
forma à memorata sede cōcessis, vel in posterum
concedendis: Etiam si dicatur in illis, quod eis per
aliquas litteras totum de verbo ad verbum tenore
non continentur priuilegiorum vel indulgē-
tiarum ipsarum, nequeat derogari: Et illis maxi-
me priuilegijs & indulgentijs, quibus ab ipsa sede
concessum est aliquibus, seu cōcedetur deinceps,
quę excommunicari, vel ipsorum terræ suppōni nō
possint ecclesiastico interdico: aut quod prædi-
ctorum, vel aliorum quorumlibet ordinū fratres,
ad executiones negotiorū, aut ad citationes quo-
rumlibet, siue denunciationses sententiarum excō-
municationis, suspensionis, vel interdicti, auctori-
tate litterarum Apostolicarum minime cogi pos-
sint, nisi de ipsorum ordinibus, priuilegijs, vel in-
dulgentijs, eis super hoc à sede concessis eadem,
habeatur in eisdem litteris mentio specialis: cum
ex huiusmodi vel aliis priuilegijs, vel indulgentijs
nullum vobis in tanto pietatis negotio, velimus
obstaculum interponi: Et constitutione de dua-
bus dietis edita in concilio generali. f Datum
apud Montem Flacon. v. Calen. Augusti, Ponti-
ficatus nostri anno primo.

† Lateranen.
sub Innocē.
III. c. 37. re-
fertur in ca-
nonnulli, de
relemp.

Edita anno
Domini
1265.

† al. de fide-
rijs.



Clemens III.

LEMENS Episcopus seruus ser-
uorū Dei, Dilectis filijs Fratribus
ordinis Prædicatorum Inquisitori-
bus hereticę præuicitatis in regno &
dominio charissimi in Christo filij
nostri illustris Regis Aragonum deputatis aucto-
ritate Apostolica, & in posterum deputandis, Sa-
lutem & Apostolicam benedictionem.

PRAECVNCTIS * nostrę mentis f de

fiderabilibus: & c. sicut in præcedenti immediate.
Datum Perusij sexto nonas Octobris, Pontifica-
tus nostri anno primo.

Quia vero in prædictis duobus priuilegijs Vr-
bani & Clementis, sequens clausula, quę dirig-
tur Inquisitoribus, continetur: *Vobis autem pro
huiusmodi negotio laborantibus. illam peccatorum
ueniam indulgemus, quę succurrētibus terræ sanctę
in generali concilio f est concessa:* Idcirco, vt
videatur quæ est illa indulgentia, quę conceditur
f terræ sanctę succurrentibus, & consequenter
Inquisitoribus in negotio fidei laborantibus: sciē-
dum est, quod in capitulo, Ad liberandam terram san-
ctam. extra de Iudejs & Sarracenis, in parte deci-
sa, vt notat Hostiensis in lectura habetur sic:

† Concessit
Inno. III. in
concilio gene-
rali Late-
ran. Romę
habito anno
Domini 1215.

Ad liberandam terram sanctam: & infra. Nos
ergo de omnipotentis Dei misericordia, & beato-
rum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate con-
fisi, & ex illa quam nobis, licet indignis, contulit
Deus ligandi atque soluendi potestate: omnibus
qui laborem istum in propriis personis subierint
& expensis, plenam suorum peccaminum, de qui-
bus fuerint veraciter corde contriti, & ore confes-
si, veniam indulgemus, & in retributionem iusto-
rum, salutis æternę pollicemur augmentum: Eis
autem qui non in personis propriis illuc accesserint,
sed in suis duntaxat expensis, iuxta facultatē
& qualitatem suam viros idoneos destinauerint:
Et illis similiter, qui licet in alienis expensis, in pro-
prijs tamen personis accesserint, plenam suorum
concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi
quoque remissionis volumus & concedimus esse
participes, iuxta qualitatem f subsidiij & deuotio-
nis affectum, omnes, qui ad subuentionem ipsius
terrę de bonis suis congrue ministrabunt: aut circa
prædicta consilium, & auxilium impenderit
opportunit. Omnibus etiam pie proficiēti-
bus f in hoc opere in communi sancta & vniuersali
synodus orationum & beneficiorum suorum
suffragium impartitur, vt eis digne proficiat ad sa-
lutem.

† al. quanti-
tatem

† al. proficiē-
tibus

Ex prædictis omnibus clare patet, quōd Inquisitores
dum laborant in eorum officio sancto, suorum plenam
peccatorum ueniam consequuntur.

COMMENT. XXII.

PRÆ cunctis.] Edidit Clemens III. anno Do-
mini 1265. eisdem penitus verbis, quibus Vr-
banus III. prædecessor paulo ante ediderat: vide-
tur enim fuisse mos vetustis temporibus cum ita res
postulabat, vt in principio Pontificatus quilibet Ro-
mannus Pontifex contra hæreticos, & Ecclesie rebel-
les leges promulgaret, vt eos suppliciorum & pena-
rum acerbitate à tanto crimine amoueret, & ad Ec-
clesie gremium reduceret. Has autem leges interdū
à prædecessoribus acceptas nullis mutatis uerbis (ni-
si occasio suaderet) edebat, vt me etiam vixē docuit
Illustrissimus Iulius Antonius Sanctorius sanctæ
Seuerinæ Cardinalis, generalis Inquisitor, vir singu-
lari pietate & eruditione: quę consuetudo, vt ex an-
tiquis Pontificum rescriptis colligo, tunc maxime ui-
guit, cum Albigenſes, Pauperes de Lugduno, & ce-
teri eius sectę hæretici ab hinc fere trecentis annis

Ritus vetu-
stus promul-
gandi leges
contra heret-
icos initio
Pontificatus

Olim ter in anno heretici anathematizabantur.

pacem Ecclesia perturbabant.

Illud etiam olim fuit in usu, ut ter in anno solenni ritu heretici cuiuscumq; secte anathematizarentur, videlicet in die cenae Domini, Ascensionis, & in festo Dedicacionis basilicarum Petri & Pauli, ut notat glos. Ioan. And. in Clem. audum. verbo, solennes de iudicijs, et idē. Ioan. And. in e. ut officium. in prim. de heret. lib. 6. & Ioan. Monachus in glos. supra extraug. Bonifacij octavi incip. Rem non nouam, tit. de dolo & contu. inter eos, in verbo, Solemes dies, quibus tandem ritibus (ut arbitror) successit processus Bullae, qua dicitur in cena Domini, qua annis singulis in die Iouis sancta coram summo Romano Pontifice legitur, qua in primis heretici vniuersi anathematizantur: nam vsus huius Bullae (ut breuiter id moncam) tamen non videatur multum antiquus, ut putat Domin. Sotus lib. 4. Sent. dist. 2. quest. 2. ar. 3. ver. Hec autem Bulla, cum nec S. Thomas, nec Eymericus, nec alij vetustiores auctores eius meminerint, sed a tempore Martini quinti, circa annum Domini 1420. quo tempore Bobemorum haereses in concilio Constantiensi fuerunt damnatae, cepisse videatur, ac de ea mentionem iam faciant Paulus secundus & Sixtus quartus quibusdam rescriptis incipientibus, Et si dominici gregis. Post Leo decimus aduersus Lutherum eam auxit, ac deinde Paulus tertius, & ceteri Romani Pontifices, donec ad Gregorium XIII. qui nunc feliciter regnat, continua serie peruenias: tamen si inquam vsus huius Bullae, non videatur Soto multum antiquus: considerata tamen antiqua anathematizandi hereticos consuetudine vetustior videri poterit, quam Sotus forte minus vere putauerit, quod efficaciter probari potest ex textu in dicta clem. Dudum, de iudicijs, ubi scriptum est ita: Etiam extra dies solemnes, in quibus Romani Pontifices processus consueuerunt facere generales. Quae verba etiam ponuntur in dicta extraug. Rem non nouam, de dolo & contu. & glos. in dicta clem. Dudum, verbo, Generales, velle adnotat hos generales processus fieri contra hereticos, credentes, & ceteros huiusmodi.

Origo bullae quae dicitur in cena Domini vetustior est quam putauerit Sotus.

Atq; ex dictis desines mirari, si quandoque inuenias multa Pontificum rescripta de poenis hereticorum aduersus hereticos edita eisdem sepe verbis concepta, nam circa eandem rem idem modus solitus erat seruari a diuersis Romanis Pontificibus.

Idcirco ut uideatur quae est illa indulgentia, quae conceditur terrae Sanctae succurrentibus, ut haec intelligantur obseruandum est Innocentium tertium in concilio generali Lateranen. Romae apud Lateranum habito, anno Domini 1215. pro recuperanda terra Sancta multum laborasse, magnaque priuilegia, & ingentes indulgentias concessisse Crucifigatis, id est illis, qui vel in proprijs personis, vel aliter id negotium inuissent. Quae res multis verbis narratur in fine concilij Lateranen. ubi ponitur expeditio, pro recuperanda terra Sancta, quam refert Hostiensis in cap. Ad liberandam, extra de Iudaeis & Saracenis. Eymericus hic ex Hostiensis eam solum partem retulit (ut apparet) quae suo instituto conueniebat. Atq; hoc est quod dicitur esse in parte decisa, id est, in ea parte, quam abstulit Decretalium compiler ad dicto c. Ad liberandam, extra de Iudaeis.

Urbanus III.

Inquisitores hereticae prauitatis, & eorum notarii, durante officio, non possunt excommunicari, suspendi, aut interdicti sine speciali mandato sedis Apostolicae faciente de hoc priuilegio mentionem.



URBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Praedicatorum Inquisitoribus hereticae prauitatis in regno & dominio charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum deputatis a sede Apostolica, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NE INQUISITIONIS negotium contra damnatam heresim prudētia vestra commissum impediri (quod absit) propter aliquorum astutiam, vel etiam retardari contingat, vobis auctoritate praesentium indulgemus, ut nullis sedis Apostolicae delegatus, vel subdelegatus ab eo conseruator, aut etiam executor a sede Apostolica deputatus eadem, seu etiam deputatus, in vos, vel quattuor notarios siue scriptores vestros, super his vobis fideliter obsequentes, quamdiu in prosecutione huiusmodi negotij vos & ipsi fueritis: possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam promulgare, absque speciali mandato praedictae sedis, faciente plenam & expressam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritum & inane, si secus fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignatione omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. apud Montem Flasconem ii. nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Urbanus III.

Inquisitores & eorum socij mutuo se possunt absolueri ab excommunicatione, & irregularitate, in casibus de quibus hic.



URBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Praedicatorum, Inquisitoribus hereticae prauitatis in regno & dominio charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum deputatis, a sancta sede Apostolica & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

VT NEGOTIVM fidei valeatis liberrius promouere, vobis auctoritate praesentium indulgemus: ut si vos, & fratres vestri ordinis socios vestros, excommunicationis sententia, & irregularitate incurrere, aliquibus casibus ex humana fragilitate contingat, vel recolatis etiam incurrisse: quia propter inunctum vobis officium ad Priores vestros de leui super hoc recurrere non potestis, mutuo vos super his absolueri, iuxta formam Ecclesiae, & vobiscum auctoritate nostra dispensare possitis in casibus.

Edita anno Domini 1261. Altra huiusmodi similis Alex. iiii. habetur in lib. priuil. ord. Prae. fol. 49. & vide Eym. 3. p. 9. ubi dixi.

Inquisitor eius notarij ex communi cari nequeat a deleg. sedis Apostolicae.

Edita anno Domini 1261. Et vide Eymeric. 3. par. quest. 23. & quae ibi dixi.

in casibus, in quibus dictis Prioribus, ut dicitur, est ab Apostolica sede concessum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignatione omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum apud Montem Flasconem ii. nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Urbanus III.

Filij vel heredes peccantium in infirmitate sua hereticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quod non sana mentis, vel perditae loquela susceperint, si constat quod erant sanam mentis quando consolationem petierunt: aliam admittuntur per testes idoneos. Et concordat textus in cap. Filij, de heret. lib. 6.



URBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Praedicatorum, Inquisitoribus hereticae prauitatis in regno & dominio charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum, auctoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

OLIM ex parte dilectorum filiorum Fratrum ordinis Praedicatorum Inquisitorum hereticae prauitatis in Catalonia, & alijs terris, nobis viri A. comitis Pictanen: felicitis recordationis Alexandro Papae praedecessori nostro, expositum fuit quod nonnulli de partibus, ubi eis contra hereticos inquisitionis officium est commissum, in mortis articulo constituti, salutis medicum abhorrentes, consolatores hereticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus defolationis suae consolationem accipiunt, secundum pessimam consuetudinem eorundem: Sed filij & heredes sic decedentium propter hoc exheredari timentes, & volentes ob id eorum malitiam excusare, proponunt se velle probare per testes, quod iidem quando recipiebant consolationem huiusmodi, loquelam amiserant, & erant alienati a mente: cum moris sit apud eos (ut dicitur) quod nullum taliter consolentur, qui non sit sane mentis, & memoriam habeat ordinatae: Ac super hoc, eodem praedecessore consulto ab eisdem inquisitoribus, utrum tales debeant probationes admitti, idem praedecessor eis duxit per suas litteras taliter respondendum: ut si legitime constiterit, quod praedicti, dum sanae mentis essent, petierint hereticos consolatores, licetq; viani fuerint vniuersae carnis ingressi: licet consolatione huiusmodi, immo verius defolationem, non sane mentis effecti, vel post iam perditam loquelam suscepisse dicantur: nulla super hoc probatio admittatur: cum in nullo sic decedentes debeant propterea releuari: In dubio vero admitti poterit. Non tamen uxores, vel filii, seu familiares, aut de suis aliqui ad hoc probandum recipiantur in testimonium: sed alii testes idonei, & specialiter fidei zelatores: cum contra tales sit non modicum praesumendum: sitque in talibus propter fidei priuilegium, cum

Edita anno Domini 1261. Eymericus 3. par. quest. 43. & quest. 121. ubi dixi copiose.

tal. Tholosa

tal. exposito & abest verbum fuit.

tal. remedij

tal. praedictum

multa cautela summaque diligentia, praeter ceteris negotijs, procedendum. Vos igitur in hac parte iuxta ipsius praedecessoris nostri responsum, commissum vobis negotium fidei, sic prudenter & fideliter exequi procuratis, quod labor vester vobis ad vitae praemium, & alijs ad salutem (quae solum in talibus quaeritur) proficiat animarum. Datum apud Montem Flasconem xii. Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

Urbanus III.

Declaratur hic multa dubia ad inquisitionis negotium spectantia, ex illis in primis, quae continentur in cap. Accusatus, de heret. lib. 6.



URBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Praedicatorum Inquisitoribus hereticae prauitatis in regno & dominio charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum, auctoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CONSULTVS felicitis recordationis Alexander praedecessor noster, super articulis infra scriptis, fidei causam contingentibus, ab Inquisitoribus prauitatis hereticae in partibus Tholofanis a sede Apostolica deputatis, per suas litteras respondit eisdem: cuius utique responsum praesentibus de verbo ad verbum duximus annotandam, quae talis est.

Quod super nonnullis questionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestrae prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestrae consultationis articulus continebat: utrum dici debeat relapsus in haesim, qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in qua non intuenitur antea commississe: cum secundum proprietatem verborum non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus. Ad quod taliter respondemus, quod talis, si tanquam accusatus, vel suspectus de heresi eam in iudicio abiurauit, & postea committat in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam plene probatum non fuerit crimen haereticum contra ipsum, dummodo huiusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, & certis ac veris iudicijs comprobata: Si vero leuis & modica, quanquam ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in haesim non debet pena puniri, ex quo praesumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

Quasiuisitatis etiam circa id est: si is qui haesim abiurauit, & per solam inexcusabilem receptionem vel receptionem, aut deductionem, seu allocutionem, vel visitationem hereticorum, siue dationem, vel missionem munerum: aut etiam alias in fauorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (ut verbis vestris utamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat iudicari relapsus.

Edita anno Domini 1261.

cap. Accusatus. §. 1. & a. de heret. lib. 6.

cap. Accusatus. §. Ille quoque. de heret. lib. 6.

Et quidem si legitime constitit, vel etiam nunc constaret, quod tales ante huiusmodi abiurationem in heresi commississent, non est dubium, eos per hoc fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati a se prius erroris consequentia, id fecisse.

† cap. Accusatus. §. Licet vero. de hære. lib. 6.

† cap. quicum que. §. q. i. c. Testimonij de testibus.

† cap. Accusatus. §. sanc. de hære. li. 6.

† cap. Accusatus. §. Si vero. de hæret. lib. 6.

Eymericus iii. par. quæst. 120. vbi dixi

† cap. Accusatus. §. de quæstionib. de hære. li. 6.

Præterea nonnulli talium, ut proponitis, iurati coram Inquisitoribus tam de se, quam de alijs suo facto hæresis veritatem dicere: sed periurant, non odio tamen, vel pretio, sed timore sui potius, & suorum, corrigunt autem se postmodum super his contra se, ac alios suos complices deponendo; Cum itaque periurus secundum iura talium post penitentiam in criminalibus à testimonio repellatur, hinc queritur, vtrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum. Super quo taliter respondemus: Quod cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis in dicitis apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite doctos, seu corruptos pecunia; sed zelo si dei, tanquam penitentes propriæ culpæ asserere, quæ talia prius tacerant, & velint in hoc errorem suum corrigere, ac alios nominare, statim debet in fauore fidei (nisi aliud obfisteret) attestacionibus eorum.

Ad illud autem quod queritur: vtrum ad Inquisitores hæresis pertineat de diuinationibus, & sortilegijs, quæ contra aliquos sibi denuntiantur, cognoscere, ac punire talia exercentes: Breuibus respondetur, quod cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, Inquisitores ipsi de his, nisi manifeste sciperent heresim, ratione huiusmodi officij sibi commissi, se nullatenus intromittant: sed eos relinquant suis iudicibus pœna debita castigandos.

Quidam insuper, ut adiciatis, pro his quæ commiserunt in heresi, altrungunt se Inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum ad recipiendam ab eis penitentiam, & complendam; sed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto, vel in parte neglecta, decedunt: Queritur ergo vtrum Inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfacionem pro ipsis defunctis hæredes vel detentores bonorum sic decedentium coarctare. Ad quod dicimus, quod si per huiusmodi penitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit in bonis temporalibus exequendum, ad complementum ipsius, per Inquisitores cogi debent hæredes, vel alij, ad quos bona talia cum suo onere deuenerunt.

Iniungitur etiam aliquibus ad penam in penitentia pro heresi ab ipsis pestis Inquisitoribus ut vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio Ecclesiæ se & sua. In quo queritur, vtrum Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se conuenerentibus de vsuris huiusmodi, & ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possint compellere taliter penitentes, prout ab eis in alijs iniunctis sibi penitentis fieri consuevit: Ad quod respondemus: quæstionem super vsuris motam contra tales iudicialiter non debere audiri ab Inquisitoribus hereticis, nec decidi: Nolentes quod per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei prepararetur: eos tamen, ad restitutionem vsurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt: quibus in satisfacionem pro predicto crimine, huiusmodi restitutionem in penitentiam iniunxerunt.

Sunt & alij, qui confessi sunt in iudicio de heresi coram Inquisitoribus huiusmodi prauitatis: sed, antequam eis iniungeretur penitentia, decesserunt. Super quo queritur: si hæredes talium compelli possint ab Inquisitoribus, ut ad ipsorum arbitrium satisfaciunt pro defunctis: præcipue cum eadem dum viuerent, ad faciendam penitentiam, quam Inquisitores eis vellent iniungere, bona sua Inquisitoribus obligarint. Cui quæstioni sic diximus respondendum, quod postquam tales non decesserunt heretici, sed reincorporati potius Ecclesiæ unitati, non videmus, quod eis post mortem, vel eorum hæredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extinctam iam crimine iniungenda. In eo vero casu, in quo hæredes huiusmodi ad successionem non deberent ob culpam sui actoris admitti: non obstant, quæ actoribus ipsis viuentibus, hoc non fuerit (intercedente ipsorum morte) per sententiam declaratum, ad confiscacionem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Adiciatis præterea negotium seu officium inquisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori Fratrum Prædicatorum Parisien. à sede Apostolica fuisse sub ea forma commissum, ut idem super hoc possit inquirere tam per se, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret. In quo queritur, vtrum tales delegati, vel subdelegati exsultant, & quid possint etiam sic electi. Super quo taliter diximus ordinandum, quod idem Prior possit tres vel quattuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parum cum ipso habeant potestatem, & amouere illos, ac ipsorum loco alios substituere quotienscunque viderit expedire. Ipsi tamen Priori & alijs sic assumptis committendi dumtaxat citationes & examinationes testium cum de huiusmodi crimine ac circumstantijs eius inquiretur, ac denuntiationes sententiarum, quas super his contra quoslibet contigerit ferri, & his similia faciendi, conceditur ab eadem sede facultas.

Quæstioni vero, qua queritur vtrum constitutus in sacris deprehensus in heresi, & propter hoc immuratus perpetuo, prius sit ab ordinibus à suo episcopo degradatus, antequam tradatur huiusmodi penitentia: Respondemus, quod talis, qui est perpetuo immurandus, prius debet à suis ordinibus degradari.

Nonnulli quoque clerici, & quæ est deterius, sacerdotes, pretextu pecuniæ vel alicuius seruitij temporalis, inueniuntur aliquando inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos, hereticorum credentes, de celanda veritate falsitate dicenda vel eos indebite liberando: de quibus queritur, vtrum Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere, aut quod sic accepta restituat coarctare. Dubium itaque non videtur, quod hi quos constat exercere præmissa, ea faciunt in fauore hereticæ

† cap. Accusatus. §. Si vero. de hære. lib. 6.

† Concordat text. in cap. Statutum. 2. de hære. li. 6.

† Concordat text. in cap. Ut commissi. §. sunt autem. de hære. lib. 6.

† cap. Quoniam. de hæret. lib. 6. Eymericus. par. in 10 modo pro cessum fidei terminandi, vbi dixi copiose. † cap. Accusatus. §. Sacerdotes. de hæret. lib. 6.

eticæ prauitatis: quare possunt à talibus per Inquisitores cõpesci, & pœna debita castigari, tam per captionem personarum, quam etiam alias, prout culpa exegerit delinquentis.

Quod autem postmodum querebatur, quomodo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur in heresim deliquisse, cum sæculares peccates in simili casu inmutacionis, vel alia pœna plectantur? Eius solutio satis patet: cum certum sit tales in hoc, & in consimilibus delinquentes grauius etiam sæcularibus puniendos.

† Vide commentum. xvi. super cap. Gratiam. de penis. supra in hac a parte.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica sede committitur, ut tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, quam ipsorum filios, & nepotes, ac illos etiam, qui prædictorum interuentu vel gratia talia essent adepti, vel assequerentur in posterum, priuandi personatibus, dignitatibus, & honoribus quibuscunque; & beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis de diocesanorum, vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: quod qualiter intelligi debeat, petiistis eiusdem sedis oraculo declarari. Hoc sane de filiis & nepotibus illorum hereticorum, credentium, & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur: non autem illorum, quos emendatos constiterit, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ penitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius infulserunt, vel parati fuerunt, dum viuerent, ad recipiendam eandem. Diocesani quoque in priuandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsitan constaret legitime, quod eisdem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos esse non credimus, sed potius à suo iudice puniendos. Vos igitur in præmissis commissum vobis negotium, in Regno & dominio charissimi filii nostri in Christo illustris Regis Aragoni, iuxta dicti prædecessoris responsonem sic prudenter & fideliter exequi procuretis: sic ad ea pure propter Deum (cuius causam geritis) vestra feratur intentio, quod labor vester vobis ad vitam præmium, & alijs ad salutem (quæ solum in talibus queritur) proficiat animarum. Datù apud Montem Flascõnem, xii. Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

† Concordat text. in cap. Statutum. 2. de hære. li. 6.

† Concordat text. in cap. Ut commissi. §. sunt autem. de hære. lib. 6.

COMMENT. XXIII.

Consultus. Hoc rescripto declarantur multæ difficultates in materia heresis frequenter contingentes, quæ etiam diluuntur in c. Accusatus. de hære. lib. 6. breuius tamè et concisus, hic suffus & clarius itaque hoc rescriptum loco interpretationis deservire potest ad intelligendum dictum c. Accusatus.

Quo tempore priorem editionem fecimus, & hæc pars Directorij imprimeretur, nondum peruenerat ad manus nostras extrauagans Domini Alexandri Pape III. incipiens, Quod super nonnullis. cuius in hoc rescripto meminit Dominus Urbanus VIII. qui proxime Alexandro in Pontificatu successit, & propterea non potuimus quam emendatissimum dare.

re. Ceterum non multo post eam, ipsam authenticam extrauagantem Alexandri vidimus, Assisio ex conuentu Fratrum ordinis Minorum sancti Francisci Illustrissimo Cardinali Felici Peretto de Motalco, qui modo summus est Pontifex, transmissam, cuius ille nobis copiam fecit: & nunc ad illius exemplar, hoc ipsum rescriptum damus emendatissimum. Eandem quoque Alexandri III. extrauagantem inter litteras Apostolicas pro officio sanctissimi inquisitionis curauimus imprimendam.

Alexander III.

Damnatur omnes hereticorum sectæ, & in eos eorumque complices variè pœnæ feruntur.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis christi fidelibus, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NOVERIT vniuersitas vestra, quod nos ad instar felicis recordationis Gregorii Pape prædecessoris nostri, excommunicamus & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios, quibuscunque nominibus censeantur: facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Damnati vero per Ecclesiam seculari iudicio relinquantur animaduersione debita puniendi: Clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de predictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint, ad agenda condignam penitentiam in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus similiter hæreticos iudicamus. Item receptatores, defensores, & fautores hereticorum excommunicationis sententiæ decernimus subiicere: firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum extunc, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiã in testabilis, nec testamenti habeat factiõnem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur.

Edita anno Dom. 1260.

† Concordat cap. Excommunicamus. 1. & 2. extra de hæret.

Receptatores, defensores & fautores hæreticorum quibus pœnis puniatur.

† Qualiter intelligantur hæc verba tradit Hostien. & Ioã. Andr. in cap. Excommunicamus. 1. & 2. extra de hæret.

Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententiæ percussantur, aliàs animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatèque personæ propriam innocentiam con-

grua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriatur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitur; ita quod si per annum in excommunicatione persevererint, tunc velut heretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, advocati, & notarii, nulli eorum officium suum impendant; alioquin eodem officio perpetuo sunt privati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec elemosinas aut oblationes eorum recipiant. Similiter Hospitalarii, & Templarii, ac quilibet regulares, alioquin suo priuenter officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicae speciali. Item quicumque tales presumpserint ecclesiastica tradere sepultura, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiam se non erunt subiacere: nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent & proiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetua careat sepultura. Item firmiter inhihemus, ne cuiquam laice personae liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare; qui vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur; Item si quis hereticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alii, per quem credat ad prelati sui, & Inquisitorum hereticam prauitatem notitiam peruenire; alioquin excommunicationis sententia percellatur. Heretici autem, & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur: quod si secus actum fuerit, decemimus irritum & inane. Nos enim predictos, & quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, & quacunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis: volentes vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem huiusmodi, ad inuium superstitionis hereticam, a via declinasse conuenerit veritatis. Dat. Anagnini vii. Calend. Maii, Pontificatus nostri anno sexto.

† Concordat text. in cap. Quicumque. §. 7. de heret. lib. 6.

Heretici sub pena excommunicationis manifestandi.

† Concordat text. in cap. Statutum. 2. de heret. lib. 6.

Clemens. III.

Inquisitores omni humana timore deposito intruide procedat contra hereticam prauitatem. Iidem non tenentur obedire prelati suorum ordinum precipientibus, vt ad tempus, vel quoad certos articulos, aut quoad certas personas eidem negotio supersedeant, non obstantibus quibuscuque priuilegijs, aut censuris.



CLEMENS Episcopus. seruus seruorum Dei, dilectis filiis Fratris tam Predicatorum, quam Minorum ordinum Inquisitoribus hereticam prauitatis, &c.

CATHOLICAE fidei negotium, quod plurimum inhiidet cordi nostro, in vestris prosperari

† Emericus 3. par. quest. 75. vbi dicitur.

manibus, ac de bono in melius procedere cupientes: ac volentes omne ab eo impedimentum, omnique obstaculum remoueri, presentium vobis auctoritate mandamus: quatenus in eodem negotio de diuino & Apostolico favore cõfisi, omni humano timore deposito, constanter ac intrepide procedentes, circa extirpandam hereticam prauitatem cum omni vigilantia, omni studio laboretis. Et si forsitan Magister, & Minister generales, aliique Priores, & Prouinciales, ac Custodes seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum ordinum, praxertim quorumque priuilegiarum, seu indulgentiarum eiusdem sedis, dictis ordinibus concessorum, aut concedendorum in posterum; vobis vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quoquomodo preceperint, vt ad tempus, vel quo ad certos articulos certarum personarum in negotio supersedeatis eodem: Nos vobis vniuersis, & singulis auctoritate Apostolica districtius inhihemus, ne ipsis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet presumatis. Nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi, quantum ad hunc articulum, tenore presentium reuocantes, omnes excommunicationis, interdictionis, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas prorus decernimus & inanes. Nam si predicta sedes interdum prelati aliquibus vestrorum ordinum, per suas sub certa forma committat litteras, vt ad exercendum inquisitionis officium contra hereticam prauitatem, aliquos suorum ordinum Fratres assumere valeant, ipsosque cum expedire viderint amouere, ac alios subrogare: non tamen per hoc quod ipsis, ea dumtaxat de causa in hac parte committitur: quia de Fratrum suorum ordinum idoneitate pleniorum habere notitiam presumantur, aliqua eis super huiusmodi inquisitionis negotio vobis immedieate a predicta sede commisso, & committendo, facultas vel iurisdictionis tribuitur seu potestas. Nulli ergo omnino hominum, & cetera.

† Emericus 3. par. quest. 6. Lucerna Inquisitorij verbo, Inquisitor. §. 1.

Innocentius. III.

Inquisitores statuta dubia contra hereticos edita interpretantur: Et filios & nepotes hereticorum, & similibus priuant beneficijs & officijs, dignitatibus & honoribus. Item nomina accusatorum et testium in causa heresis non publicantur.



INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Fratris ordinis Predicatorum Inquisitoribus hereticam prauitatis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM NEGOTIVM fidei catholice aduersus hereticam prauitatis errores vobis, vt vestra prudentia deprehendar vulpeculas demolientes vineam Domini, sub certa forma per alias litteras duxerimus committendum, vt commissum vobis ab Apostolica sede tam salubre ac vtile ministerium exequi liberius, ac exercere possitis efficacius, in hac parte interpretandi fidei statuta ecclesiastica & secularia contra hereticos edita: Et hereticorum, filios, & nepotes, credentium quoque, fautorum, defensorum, & receptorum ipsorum dignita

Edita anno Dom. 1253.

† Emericus 3. par. quest. 85. & 86. vbi dicitur copiose.

gnitatibus, personatibus, & honoribus quibuscunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & publicis officijs; illos etiam, qui hereticorum, vel aliorum predictorum interuentu, intuitu, vel gratia talia sunt adepti, vel in posterum assequuntur, priuandam huiusmodi dignitatibus, personatibus, honoribus, beneficijs, & officijs, liberam vobis auctoritate presentium concedimus potestatem. Sane volumus, vt nomina tam accusantium prauitatem hereticam, quam testificantium super ea, nullatenus publicentur propter scandalum vel periculum, quod ex publicatione huiusmodi sequi posset, & adhibeatur dictis huiusmodi testium nihilominus plena fides, quod si simul his non interfueritis exequedis, vnus vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Laterani. v. idus Martij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

† al. in ceru. pntium

† Emericus 3. par. quest. 75. vbi dicitur.

COMMENT. XXIII.

Innocentius III. In codice Barcinon. impresso tribuitur hæc extrauagans Innocentio sexto, quem secutus Iacobus Simancas de inslit. catho. tit. 6. de testibus, nu. 27. eidem Innocentio sexto attribuit. Ceterum Frater Paulus Constabilis Sacri Palatii Magister, qui postea fuit ordinis Fratrum Predicatorum Magister Generalis, tum ex anno, quo datum id rescriptum hic dicitur, tum ex eo quod in 3. parte huius Directorij, quest. 85. vbi eiusdem extrauagantis meminit Emericus, in omnibus & exemplaribus Innocentio III. tribuitur, demonstrauit mihi, hoc priuilegium sui rescriptum non esse Innocentij VI. ex anno quidem quo edita esse dicitur, extrauagans, non obscure colligitur Innocentio III. non autem sexto esse tribuendam: quoniam Innocentius VI. decem tantummodo annos vixit: in hoc vero rescripto annus vndecimus sui Pontificatus inseritur. Iam multo minus competit Innocentio V. qui annum vnum in pontificatu non compleuit: relinquatur ergo Innocentio III. esse ascribendum, qui annos vndecim vniuersali & ecclesie Romanæ Pontifex presuit. Hanc autem coniecturam non obscure probare etiam videntur Emerici verba infra parte 3. quest. 75. qui cum dixisset, diuersos summos Pontifices diuersa respondisse super ea questione: Antestibus, denuntiatorum, seu accusatorum nomina debeant reis publicari, subdit ita: Ideo tandem Bonifacius octauus statuit quid agendum, ut patet in capitulo statuta. §. iubemus, de heret. lib. 6. hæc Emericus. Nam si Innocentij sexti fuisset, cum is post Bonifacium octauum sexaginta fere annis vixerit, dixisset potius Emericus, tandem Innocentius sextus. Tria vero statuntur in hac extrauaganti, sicut patet ex eius serie, & ex sumario. b. Interpretandi statuta ecclesiastica & secularia contra hereticos edita. In aliquibus codicibus post hæc verba continentur subsequuntur hæc: cum dicecefanorum Episcoporum consilio, de quo quid sentiam, vide infra parte 3. quest. 86. c. Et hereticorum filios & nepotes. Concordat textus in c. vt cõmissi. §. priuandi, de heret. lib. 6. de quo dixi plenissime infra parte 3. super q. 113. d. Sane volumus, ut nomina. Idem hoc rescri-

ptum refert Repertorium Inquisitorum verbo, nomina. §. nunc videndum, hoc autem singulare de non publicandis testium, denuntiatorum, seu accusatorum nominibus, ipsis reis inquisitis in sacro inquisitionis tribunali, obseruant præter Repertorium Inquisitorum loco præcitato, Gonzalvus de Villadiego tract. de heret. quest. 10. nu. 4. iohannes Rojas singu. 208. Simancas de cath. inslit. tit. 6. de testibus, nu. 19. & seq. Campegius apud Zauehinum. cap. 9. & plerique alij. idem etiam cauit instructio Hispalen. anno Domini 1484. c. 16. Cetera ad hunc articulum spectantia copiose dicam infra par. 3. super q. 75.

Gregorius Vndecimus.

Inquisitores ad Romanam curiam venire possunt cum socio, quem ipsi elegerint, non obstantes quod prelati petitam licentiam non concesserint. Et diligenter curabunt, vt cito se expedientes ad partes ipsis commissas reuertantur.



REGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

NEGOTIA Catholice fidei per nos ipsos promouere & per alios promoueri facere, prout ad id tenemur, plenè desiderijs affectantes: Vniuersis & singulis Predicatorum & Minorum ordinum Fratribus Inquisitoribus hereticam prauitatis vbi libet constitutis, presentibus & futuris veniendi libere ad Romanam Curiam, in eaque morandi cum vno socio sui ordinis, non obtenta, vel petita licentia quorumcunque suorum superiorum, seu prelatorum. Et huiusmodi socium mutandi, & alium de sua prouincia assumendi, & secum tenendi, quotiens fuerit opportunum, non obstantibus quibuscunque prohibitionibus, seu constitutionibus eorundem Prelatorum, seu Capitulorum generalium, vel prouincialium, ordinum predictorum, quorumcunque tenorem existant contrariis, plenam licentiam tenore presentium impartimur.

Ipsos autem Inquisitores hortamur, vt se facere expediri de dicta curia, quam cito poterunt, bona fide procurent, & ad partes, in quibus eis commissum est inquisitionis officium, ad illud exequendum sollicitè non differant remeare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & hortationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Auinionis, viij. Idus Februarij, Pontificatus nostri anno tertio.

Edita anno Dom. 1373. Vide Emericum par. 3. quest. 20.

† Emericus 3. par. post formam concedendi appellanti apostolos affirmatos uos nu. 128.

Considerandum t̄ vero, est, quod omnia & singula Apostolica priuilegia antedicta, que in predictis litteris Apostolicis Inquisitoribus Aragonen. conceduntur, habentur etiam, & conceduntur per alias litteras omnibus & singulis Inquisitoribus generaliter quibuscunque.

† Hæc sunt verba Emerici.

GLOSSA BERNARDI ORDINARIA SUPER DECRETALIBVS TITVLO DE HAERETICIS DE VOLVMINE MAIORI.

Cap. I. Dubius, sup. fol. 80.

† Videatur commentarius super Dubius.

DE VBIVS. De fide enim nullus debet dubitare, sed firmiter credere articulos fidei...

† Hoc de clera Petrus Godofredus in lib. 4. de haeret.

In fide. etiam in tenui art. C. de heret. l. 2. in fide ex leui offensa reuocatur libertus in seruitute.

Creandum est. Ergo dubius in fide, testis esse non potest.

Cap. II. Quialios, sup. fol. 87.

† Eymericus in par. 1. q. 106. & 130. & seq.

Quialios. Non reuocat. cum potest. ff. ad leg. Aquil. scientiam. 83. dist. in error. & arg. supra tit. proximi...

† Eymericus in par. 1. q. 106. & 130. & seq.

Cap. III. Firmissime, sup. fol. 89.

† Eymericus in par. 1. q. 106. & 130. & seq.

Firmissime. Due sunt partes. Secunda ibi, omni homini. Abb. Siculus. Hereticum. Hereticus multis modis dicitur...

† Eymericus in par. 1. q. 106. & 130. & seq.

Mors. Vnde Apostolus: Et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuc-

ro, nihil mihi prodest. de peni. dist. 3. circa fin. c. si quis. & de cons. dist. 4. solet. & l. q. i. vide quantum bonum. Bernardus.

Ad salutem. Aeterna scilicet, valent tamen ad bona temporalia promerenda. arg. 22. q. 2. si quis liber. in fi. & ad mirius supplicium subeundum. de peni. dist. 4. ad finem. s. post etiam. Bernardus.

Cap. IIII. Fraternitatis, sup. fol. 89.

Fraternitatis. Scripta per hereticos non habet fidem authenticam. Communis diuisio. Secunda ibi, cum Caelestius. Abbas.

Caelestius atque Pelagius. Ipsi duo damnati erant in synodo ephefina de haesi: dubitabat Patriarcha Antiochenus, an scripta eorum essent recipienda...

De relictis. In hoc omnes pares sunt. argum. 16. q. 1. pr. dicator. in prin. & 24. quaest. 2. sane profertur. Ber.

Cap. V. Si quis episcopus, sup. fol. 94.

Si quis episcopus. Sic ordina istam litteram: Si quis episcopus instituerit hereticos heredes extraneos a consanguinitate sua...

Paganos. Et ita idem iuris est in paganis, quod de haereticis. & idem est de omnibus qui catholici non

† Vide omnino beatum Thomam 3. par. q. 89. art. 6. ad 3. argumentum.

† Videatur de hac materia commentarius super ca. Fraternitatis.

† al. pr. tulerit.

Dent. 13.

Cap. IX. Ad abolendam, sup. fol. 97.

non sunt. infra. cap. proximi. Ber. Post mortem. Sic 24. q. 2. sane profertur. & arg. C. eo. l. Manicheos. arg. contra quia crimina morte extinguuntur...

Cap. VI. In eos, sup. fol. 96.

In eos. Etiam consanguinei. Dic vt supra. c. proximi. Nihil conferant. Non distinguuntur in morte vel in vita, ergo nec nos distinguamus...

Cap. VII. Cum Christus, sup. fol. 96.

Cum Christus. Sub anathemate. Quicumque ergo contrarium dixerit, est excommunicatus, quia hoc dicere hereticum est...

† Sand' Thomas 2. 2. q. 2. art. 7. & 6. & Eymericus in par. 1. q. 7. & 12.

Cap. VIII. Sicut, sup. fol. 96.

Sicut. Defensores. Simile infra eod. excommunicamus. s. credentes. & 79. dist. si quis Papa. Obtenit. Sic ergo ratione delicti perditur privilegium...

† Per delictum privilegium amittitur.

Abolendam. Obseruat. Simile 24. q. 3. haeresis. hoc ergo, quod Romana Ecclesia seruat, & mandat ab alijs obseruari, generaliter est obseruandum...

Prærogatiua. Arg. quod clericus depositus non habet privilegium clericale: hoc concedit Ala. arg. 54. di. ex antiquis in fi. quod non est verum...

Relinquatur. Tribus enim casibus relinquatur aliquis curiae seculari statim post depositionem: In crimine haeresis, vt hic. & infra eod. excommunicamus...

Sponte recurrere. Sed videtur, quod etiam compelli debeat seruare fidem. 45. dist. de Iudeis. postquam condemnatus est hereticus non compellitur...

Arbitrium episcopi. Arg. contra. 1. q. 7. si quis episcopus. illud olim obtinuit, vt in concilio tantum reciperetur, sed hodie sufficit quod hic dicit. Tan. Laicus. Laici enim per Ecclesiam condemnandi sunt de haesi, sed index secularis illos punire debet...

Audientia. Simile 23. dist. in nomine domini. Sed si uolunt redire, nonne debent audiri & recipi, quia

Obseruandū est quod Romana praecipit Ecclesia.

† Eymericus in par. 1. q. 89.

† Bernardus in pra. crim. can. c. 106. & 130. & seq.

† Vide Eym. 3. p. post modum nonum pccatum ter minadi ver. Considerandū. vbi dixi.

† Eymericus in par. 1. q. 98. 99. & seq.

pi, quia Ecclesia non claudit gremium volentibus re dire ad ipsam. C. de summa tri. Inter claras, circa fi. & delicti penam petentibus non negamus dicit Imperator. C. eod. tit. Manichos, de penit. dist. 3. adhuc instant. Videtur, quod debeant recipi: quia Dominus non vult mortem peccatoris, & car. 26. quast. 6. agnouimus. cum quatuor c. preced. sed vt conuertatur: & in carcerem perpetuum detradatur, infra eod. c. pen. sed audientia denegatur quo ad bona, etia si aliis vellet se defendere. tamen littera ista contra dicit Tan. Hodie seruandum est prout traditur infra eod. c. penul. s. si qui. Bernardus.

Iuramento. Hoc idem dicitur infra eod. excommunicamus. s. moneantur. Ber.

Honore. Quia hoc ipso contra Ecclesiam esse videtur unde dignitate debent priuari. 24. q. 1. qui contra Ecclesiam pacem. & simile 22. quast. 5. preceptum. Bernardus.

Ligandis. Simile infra eodem. excommunicamus. s. moneantur.

Episcopali. Propter delictum suum. Simila. 25. q. 2. ita nos.

Delegatis. Auctoritate generali huius dect. Simile supra de offi. ordi. irrefragabili. s. caterum. & sic ratione delicti, perdunt privilegium: quia privilegium non dat causam delinquendi. C. de privileg. scho. l. 2. lib. 12. nec permittas nocentes aliquibus privilegijs vri: vt in authen. de man. prin. s. quod si delinquentes. coll. 3. & supra c. prox. sic & remissio peccati non dat licentiam delinquendi. 1. q. 7. exigit.

Consuevit hic allegari, & ratione delicti perditur privilegium, quod non est verum: quia si aliqui exempti sunt & delinquant, non perdit privilegium propter hoc, sed puniri debent. Nec dicuntur proprie recidere in iurisdictionem episcoporum: quia non cognoscunt episcopi iure ordinario, sed auctoritate sibi delegata, vt hic patet, & supra de offi. or. irrefragabili. & perinde est, ac si ipse Papa cognosceret, vel specialiter alijs delegaret, per abusum enim vel per negligentiam perditur privilegium, infra de privileg. accedentibus. & c. si de terra. & 11. q. 3. privilegii. De hoc dicitur infra de priui. ex tuarum. Ber.

Cap. X. Vergentis. supra fol. 98.

Vergentis. Diuiditur, Nam primo premitit decusum exordium. Secundo ponit statutum de publicatione, quod probat per argumentum a maiori. Tertio soluit obiectum. Secunda ibi: in terris. Tertia ibi: nec. Abbas.

Precipimus. Quod facere potest Papa ratione peccati supra de iudic. nouit. & potest eos dignitate priuare, vt supra c. prox. s. statuimus. & propter alias iniquitates potest etiam Papa remouere eos a dignitate. 15. q. 6. alius. & imperium ipse transfudit de loco ad locum: propterea, quia non defendebant Ecclesiam, supra de electione. c. venerabilem. vt ibi notatur. & iudex secularis potest excommunicari, si negligat facere iustitiam 23. q. 5. administratores. & hic expresse dicitur. & supra c. prox. s. pen. & infra de maled. cap. 2.

Misereri. De sola enim misericordia, restituuntur bona. & hic dicitur, & etiam episcopatus: vt

Concordat glof. in c. Si cut. supra co. tit.

An per delictum amittatur privilegium.

Papa ratione delicti potest dignitate priuare.

Vide supra in commentario super c. Vergentis.

23. q. 4. ipsa pietas. ver. item si iniquit. in fin. & q. 7. quod autem. & 1. q. 7. conuenientibus. Ber.

Disciplina. I supra de elect. cum in cunctis. 82. dist. plurimos. in fi. & C. de emen. propin. l. vna. & arg. 50. dist. vt constitueretur. Ber.

Confiscantur. Quod dicit hic, habes 6. q. 1. c. quero. s. verum. & c. si quis cum militibus. & ad leg. in maiefta. quisquis.

Gravius. 17. q. 4. sicut qui Ecclesiam. & 23. q. 5. si apud. et qd. in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam: & publicum crimen committitur. C. eod. tit. Manichos. vnde grauius est.

Exhereditatio. Hic expresse habes, & bona hereticorum confiscantur: siue habeant filios, siue no; nec catholicis filijs hereticorum aliquid relinquendum est, vt hic dicitur. Sed contra dicit. l. c. eod. tit. Manichos. & cognouimus. & authen. idem est de Neftorianis. vbi dicitur, & filij catholici propter hoc hereditate paterna non priuantur: statim enim hodie hinc decre. in odium criminis: sicut in crimine laesae maieftatis: vbi filij puniuntur quo ad bona, vt hic dicit, & 6. q. 1. c. quero. s. verum. & c. si quis cum militibus. multo fortius in isto crimine, vt hic dicitur.

hoc est expresse in constitutione Frederici, hac edita, qua olim erat in quinta compilatione. eod. tit. & in alio casu, etiam filij delicto parentum puniuntur temporaliter, vt que ad quartam generationem, secumque quod habes infra de penit. in generationem. & in hac opinione fuerunt Ioan. & Lauren. Canonicas. 15. q. 8. cum multe. & 1. q. 4. cum Ecclesia. s. item peccato Iraelitarum. & supra de fil. presbyte. per totum.

Cap. XI. Si aduersus supra fol. 99.

Aduersus. Primo ponit decusum exordium. Secundo prohibitionem. Tertio panam. Secunda ibi, quia. Tertia ibi, quod si. Abbas Siculus.

Quod specialiter. Hoc sumptum est ex illo canone 23. dist. quanquam. ea enim, qua notabiliter sunt, nisi specialiter noentur, videntur neglecta. ff. de iniurijs. item apud Labeonem. s. ait praetor. arg. supra de confr. vii. bon. & supra de don. cap. 2.

Scriuariis. id est tabellionibus. sic 25. q. 2. c. dicenti. s. vniuersa.

Auxilium. Cum sint excommunicati, infra eod. excommunicamus. 1. s. credentes. et supra eod. sicut. Sed videtur saltem si conueniantur, quod non sit auxilium denegandum: aut etiam iusta sententia. supra de excep. cum inter. & in pluribus cap. ibidem. Hoc potest habere locum infra annum: postquam vero consliterit eos esse tales, anno elapso inter hereticos computantur, nisi infra annum se correxerint. infra eodem, excommunicamus. 1. s. credentes. & sicut heretici puniuntur, infra eod. cap. penult. vnde non admittuntur ad aliquam defensionem, cum ipforum bona debeant confiscari, sicut aliorum hereticorum: immo licite eis auferuntur sua, vt 8. dist. quo iure. 23. q. 5. non vos. & q. 7. c. 1. 2. & 3. sed melius est, si auctoritate iudicis hoc fiat. 23. q. 3. sex differentia sunt. & C. de pign. l. 3.

Infamie. Et ita Papa potest infamiam irrogare quo ad forum civile, quia & tollere eam potest. arg. supra qui filij sunt legitimi. per venerabilem. Argu.

Vide commentarii super cap. Vergentis. vbi habetur plene de hac re.

Leo primus epist. 63. refert luo par. 6. cap. 249.

Hae non sunt proprie miracula. Tho. 2. 2. q. 178. art. 1.

De materia huius gloffe prater doctores hic, vide B. Thomam 2. 2. q. 33. art. 2. & seq.

Idem Archid. in cap. si vos. 23. q. 5.

Argu. contra. 2. qust. 3. cap. Euphemium. s. hinc colligitur. Bernardus.

Cap. XII. Cum ex iniuncto, supra fol. 100.

Vm ex. Primo ponit triplicem reprehensionem laicorum, quam secundo persequitur. Primo primam: ibi, Deus. Secundo secundam: ibi, sicut enim. Tertio tertiam: ibi, licet. Abbas.

Occulta conuenticula. Sicut conspiratores. 11. q. 1. conspirationum. 7. dist. si quis Papa. Isti enim conspirant contra Deum: vnde fortius sunt puniendi, quam si conspirarent contra hominem. supra eod. vergentis. ad finem.

Simplicitatem. & male. 38. dist. sedulo. Ber. Deus enim. Hic incipit improbare factum isto rum.

In lumine. Hec est improbatio contra occulta conuenticula.

Sicut enim. Hic improbat, quod assumebant officium predicandi.

Non omnes. Immo singula officia, singulis debent esse commissa. 89. dist. singula.

Alios. Sic infra cap. prox. sicut. & 16. q. 1. adijcimus. quia nullus audeat predicare, nisi sacerdos, vt ibi dicitur: & infra eodem. excommunicamus. s. quia vero. vel nisi esset missus, vt ibi. & 23. q. 3. dist. licet. arg. ibi. missus est, vt qualia, & c.

Precipuum. Et privilegiatus, supra de statu reg. quod dei timore.

Rogate. 21. dist. in nouo. Ergo quia isti non erant missi, nec sacerdotes, predicare non debebant.

Quod si forte. Hic opponit, & possit ei opponi ab alio: & ita statim respondet.

Non sufficit. Bene dicit: quia & si martyres etiam aliqua mandant fieri, statim non sunt faciendae: sed ante est, vt sciamus illos impetrare a Deo, que postulant. 50. dist. si quis prepostera. & 42. dist. quiescamus. Ber.

Miraculi. Nec istud statim credendum est. quia quandoque miracula sunt per malos. 1. q. 1. d. tenemus.

Virgam. De consec. dist. 2. re vera. Licet autem. Hic improbat, quod deludebant simplicitatem sacerdotum. Ber.

Labia sacerdotis. 43. dist. sit rector. & 11. q. 1. sacerdotibus.

Custodiunt. Id est, custodire debent. Exquirunt. Scilicet subditi a scholasticis. 38. dist. sedulo. Bernardus.

Lege. Mosaiica. Nec quisquam. respondet ad obiectionem, quam possent facere isti heretici.

Alina. Vt 2. q. 7. secuti sunt. & c. nos si. s. Item cum Balaam.

Quod quisque tenetur. Ad hanc correctionem quilibet tenetur, sicut hic dicit. & hoc intellige de occulta correctione, siue reprehensione. arg. 23. q. 5. non putes. vt hic dicit: Sed manifeste corripere pertinet ad prelatos, vel ad alios, qui habent aliquam potestatem in aliquos. 23. q. 4. duo ista. & c. forte. pater enim filium potest corripere, & prelati subditum & occulte & manifeste. vnde Apostolus. Argue, obsecra, increpa, vt 45. dist. c. 1. & 8. q. 1. quod autem.

sed filius non potest publice reprehendere, siue corripere patrem, nec subditus prelatum, vt hic sequitur in littera. & 21. dist. nolite. erubescit enim lex filios castigaturos parentes. in auben. de nup. s. sed quod sanctum est, coll. 4. versus finem per vnam. col. hec est canonica correctio, secundum Euangelicam veritatem, vt occulta ad omnes, manifesta ad prelatos vel alios aliquam potestatem habentes pertineant, vt hic distinguit. & sic potest intelligi. 2. q. 1. si peccauerit. & est ad hoc. 2. q. 5. hoc videtur. Ad denuntiationem vero Euangelicam, qua exigit admonitionem & probationem, vt 45. dist. sed illud. ver. neque illud. & supra de testi. in omni negotio. & 2. q. 1. si peccauerit. que sit ad penitentiam, videtur quod quilibet teneatur. arg. 2. qust. 7. qua propter. supra de cogn. spi. tua. dummodo persona sit honesta, & bona fame: quia viles personae non admittuntur ad denuntiationem, supra de sponsa. cum in tua. vbi de hoc.

Fatue. 55. dist. si Euangelica. Supponit. Vt 2. q. 7. nos si incompetenter.

Præmissum Domini verbum. scilicet, quis ex vobis arguet me de peccato?

Inutilis. Si enim prelati inutilis, aut negligens fuerit, remouendus est. supra de offi. custo. c. 1. 81. dist. dictum. & infra c. prox. in fin. & 18. q. 2. si quis abbas. & c. de offi. prefec. praezo. ori. si quos.

Ordinate. Denuntiando vel accusando, secundum quod traditur supra de accus. qualiter. & supra de simo. licet. & est ar. iuris ordinem esse seruandum.

Tam institutio, quam destitutio. Ad quem pertinet institutio, & destitutio, supra, de capel. mona. ca. 1. & c. 2. & infra de privileg. cu. & plantare. s. in ecclesijs. & examinatio pertinet ad eum, ad quem manus impositio spectat, supra de elect. venerabilem & c. nihil. & c. cum nobis olim. institutio autem ad episcopum pertinet. 16. q. 7. c. nullus. Ber.

Cap. XIII. Excommunicamus. supra fol. 101.

Excommunicamus. Habet multa dicta. & potest summari secundum varietatem distorū per partes, qua patent per §§. Abbas Siculus.

Superius. Supra de summa tri. c. 1. & 2.

Damnati. scilicet de heresi.

Potestatis. Sic infra de verb. signi. nouimus, tamen si voluerint redire, in perpetuum carcerem detradantur. infra eodem, excommunicamus.

Relinquantur. Qualiter hoc intelligitur, dicitur supra eod. ad abolendam. Bernardus.

Degradatis. Infra cap. prox. & c. penult.

Confiscantur. De hoc dictum est sup. co. vergentis Stipendia. Si plura stipendia habuerint, inter ecclesias diuidantur pro rata. supra de testi. velatum.

Suspicio. id est, presumptione. Et nota quod sola suspicio siue presumptio purgationem inducit, quod si non fiat, punitur, vt hic patet. arg. supra de cobabi. cleri. & mulie. tua nos. & intellige, quod fit probabilis presumptio siue suspicio: alias non indiceretur purgatio. & sic non obli. 2. q. 1. primo. & ita hic respicitur infamia.

Suspicionis. Hoc semper est attendendum, vt secundum.

al. quam si non faciat

† Eymericus in 3. modo processum si dei terminandi. Simancas de cathol. in stir. tit. 6. de purgatione canonica.

Secundum qualitatem infamiae & personae, indicatur purgatio. 2. q. 5. omnibus et infra de pur. can. inter.

Condemnentur. Videtur hic, quod aliquis sit condemnandus de heresi, licet non videatur violenta presumptio contra ipsum. Argu. contra supra de praesumptio. litteras. ubi dicit, quod licet sit vehementer presumptio, non vult Papa illum condemnare de ra graui crimine. Hec violentissima est presumptio, cum primo probabilis fuerit propter infamiam: & quia noluit se purgare, fuit excommunicatus: & quia per annu stetit in excommunicatione, pro conuictio habetur. 1. q. 3. rursus. & c. quicunque. secus in alijs criminibus: quia si bona alicuius contumaciae propter crimine annotata sunt, si ipse intra annu non venit, bona deuoluuntur ad fisci, sed quod ad crimen non obest, quin post annu possit probare innocentiam sua. ff. de requir. reis. l. annus. Sed quid est quod dicitur hic, quod statim est condemnandus, cum saepius sit admonendus ut recedat. 1. q. 7. conuenientibus. Respondeo non contradicit: quid licet sit condemnandus, monendus est, ut recedat, ut 2. q. 1. qua dignior. in fin. ubi dicitur, quod post admonitionem est vitandus. hoc est verum in hoc quod non sunt ei secreta nostra fidei exponenda. 43. dist. cap. in madatis. ut impugnet nos, ut ibi, nec intelligas, quod si pro alio crimine seu contumacia steterit per annum in excommunicatione, quod habendus sit haereticus, sed tantum cum excommunicatur pro suspitione haereticis, infra de pen. grauentur.

Iuramento firmare. Sic supra eod. ad abolendam. §. statuiimus. & non solum hoc iurare tenetur, sed hoc iurare debet, quod ipse idem catholicus sit. in authent. insurand. quod praest. ab his qui admuni. accip. circa princip. colla. 2.

Neglexit. Iudex, qui negligit facere iustitiam, excommunicatur. 23. q. 5. administratores. & facit licem suam. ea. causa. 23. q. 2. dominus. & 3. q. 7. qui sine. argu. & in authent. ut differ. iud. §. penult. & vlti. coll. 9. & 2. quest. 7. sicut.

Absolutos. Infra eod. c. vlt. & ita Papa potest propter haeresim deponere omnes laicos, quam clericos a dignitatibus suis, ut supra eod. ad abolendam. §. statuiimus. & supra eo. vergentis. ubi de hoc.

Salto iure domini. Arg. quod propter delictum vnus alius puniri non debet: quoniam poena debet tenere suos auctores. supra de his, que sunt a maio. parte. c. questu. & c. de panis. l. sancimus. & iniquum est, aliquem alterius odio praegrariari. C. de inoffic. test. l. si quis in suo. Argu. contra supra eod. vergentis.

Accinxerint. Arg. q. auctoritate Ecclesie belu fieri potest. 23. q. 8. ignur. & c. hortatu 15. q. 6. auctoritatem. 63. dist. Adrianus. quod verum est, contra inimicos fidei, & contra illos, qui Ecclesiam impugnant. Receptatores & defensores. sine quibus haeretici manere diu non possunt. arg. ff. de offi. presi. cogruit. ff. de recepta. l. 1. unde merito isti sunt puniendi: imo grauius delinquent, qui aliorum errores defendunt, & acrius puniri debent. 2. q. 3. qui aliorum. & ideo simili poena cum haereticis puniuntur. 11. q. 3. qui consentit. & infra eod. c. penult. in fi. & c. de his qui latro. occul. l. 1. etiam si essent consanguinei. argu. 27. q. 1. de filia. & supra eod. si quis episcopus. ubi de hoc. Ber.

† Fallit in heresi, Alfolus Castus de iusta heret. punitione. lib. 2. cap. 10. & seq. & Ioannes Rojas singulari 66. incipit. filii hereticorum.

† De his late Eymericus infra par. 2. q. 50. §. 1. & seq. & Archidiaconus in ca. 2. de heret. lib. 6.

Sit etiam instabilis. Ipsi enim (ut hic patet) a quolibet actu legitimo repelluntur, nec donare, nec vendere, nec contrahere possunt: prout haec omnia traduntur. C. eod. Manichaeos.

Damnentur. Sic supra eod. fraternitatis. ubi de hoc. simile supra de test. licet. sic etiam scriptura vel sententia publice excommunicati non valet. supra de re iudic. ad probandum. & supra de excep. exceptionem. nec rescriptum. supra de rescr. dilectus. 1. & hoc est quod sequitur: idem in similibus precipimus obseruari: Tamen de rescripto impetrato ab excommunicato secus est: quia rescriptum, non sumit auctoritatem ab impetrante, sed a concedente. De quo dicitur supra de excep. c. pia. in notula, sed mirum. libro 6. B.

Gravius exerceatur. Vt 50. dist. quia tua. hic habes argu. quod qui in maiori dignitate est, plus punitur. & ita circumstantia aggrauant vindictam. arg. 32. q. 5. qui viderit. & 25. q. 1. nulli fas. & 40. dist. homo Christianus. Crimen enim augetur per dignitatem. ff. de re mil. omne delictum. §. 1. 19. dist. nulli. Et qui magnus sine comparatione creatus fuit, sine venia damnatus est, de penit. dist. 2. c. principiu enim. & supra de iureiuran. cum quidam. Ibi hoc soluitur. Ber.

Percellantur. Quia qui participat excommunicato scienter, & non se corrigit, excommunicandus est. infra de senten. excommunicat. quod in dubijs. 11. q. 3. qui communicauerit.

Apostolica speciali. Hic reseruat sibi Papa abolitionem sine restitutione talium: ergo per hoc alijs prohibuisse videtur. simile supra de preben. de multa. in fi. & cap. graue. in fi. & sic conuerso, ex quo sibi non reseruat, alijs indulgere videtur. infra de senten. excō. nuper. & est ad hoc argument. quod episcopi di spensare possunt ubi Papa non reseruat sibi dispensatione. Quare ergo Papa sibi specialiter reseruat talem restitutione, nisi ut alijs prohiberet? Et licet episcopus ipsum restituere ad officium suum non possit, tamen reconciliare potest ipsum Ecclesie. supra eo. ad abolendam. §. 1. ubi de hoc.

Quilibet regulares. Repete, non exhibeant ecclesie sacra sacramenta: alioquin, & cetera.

Prinilegia. Pretextu privilegiorum participare excommunicatis non possunt. infra de senten. excom. c. nulli. & in hoc casu possunt ab episcopo loci, tanquam a delegato a Papa puniri. supra eod. ad abolendam. in fi. ubi de hoc.

Nisi mittantur. Supra eod. c. prox. ubi de hoc. Alia competentu. Prout visum fuerit superiori. supra de offic. delegati. de causis.

Totam viciniam. Arg. quod vnueritas potest prestare iuramentu calumnie. simile 35. q. 6. episcopus in synodo. sic supra de accu. sicut olim.

Moribus. Hec omnia suspitione inducit. 41. dist. quisquis. 86. di. inferioru. 23. q. 8. preterea. ff. ad leg. Aquil. scientia. ff. de his qui not. infra. quid ergo. §. 1. Indi. are. 1. 2. q. 7. quapropter. & arg. 22. q. 1. si quis per capillum.

Purgauerint. Nota deficientem in purgatione puniendum. supra de simo. de hoc. & c. insinuatum.

Relapsi. Ipsi magis puniendi sunt. deterior namque dolus eius cognoscitur, qui interruptam iterum

† Hodie rescriptum ab excommunicato impetratum suppressa excommunicatione est ipso iure nullum, nisi in certis casibus. cap. 1. de rescript. lib. 6.

Papa cum sibi aliquid reseruat, alijs prohibere ceteris, contra cum non reseruat.

iterum licet deseruit, quam qui semel captam dereliquit. in authent. de litig. §. edita. in fi. coll. 8. Ber.

Iurare. Per iuramentum debet quis purgare conscientiam suam de heresi. de consecr. dist. 2. ego Berogarius. & 1. q. 7. quotiens. unde si iurare non vult, pro condemnato debet haberi, sicut qui de calumnia iurare non vult. actor cadit a causa, & reus pro condemnato habetur. supra de iura. cal. c. vlt. & c. eod. tit. cum & iudices. §. quod si actor. Et est similis illi, qui neque defendit, neque exhibet, & condemnatur ut contumax. ff. de noxa. quotiens. §. in potestate. Tenu enim religione iuramenta etiam necessaria continentur. supra de simo. & si quaestiones. & c. de fide instrui. l. vlt. Ber.

Indicijs. Not. q. per indicia probatur crimen. supra eod. c. prox. ubi, quod si quis, & c. & 2. q. 8. sciatur. & 32. q. 1. dixit dominus. & infra de priuile. cum olim. 1. & c. de rei vend. indicia. Item habes hic, q. propter negligentiam remouetur praelatus. arg. supra cap. prox. in fine. & 1. q. 1. c. si qui episcopi. §. ecce cum honoris. Ber.

Cap. XIII. Sicut. sup. fol. 103.

Sicut. Sub specie virtutum. supra eod. c. prox. §. quia vero. 41. dist. sepe vitia. quia praeceptis pietatis, non est impietas committenda. 30. q. 1. nosse. & ita nullus potest predicare, nisi mittatur. unde Dominus ait discipulis suis: Euntes predicare Euangelium omni creaturae. & iubente Domino in toto orbe dispersi sunt. 2. 1. dist. in nouo. unde Esaias: Ecce ego, mitte me. 8. q. 1. in scripturis. & 16. q. 1. §. hoc idem. arg. ff. de iuro. & cura. ubi & l. pretor.

Alios Dominus Apostolos. Sic supra eod. cu ex iniuncto. Nec vnueritas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo seruaret. 89. dist. ad hoc. laici ergo. cuiuscumq; ordinis sint vel meriti, predicandi officium non debent assumere. Ber.

† Vide supra in commentario c. cum ex iniuncto. ubi de hoc.

Cap. XV. Excommunicamus. sup. fol. 103.

Excommunicamus. Istud cap. habet quatuor dicta. Secundum ibi, damnati. Tertium ibi, si qui. Quartum ibi, credentes, Abbas Siculus.

GLOSSA HOSTIENSIS SVPER DECRETALIBVS TIT. DE HAERETICIS DE VOLV MINE MAIORI.

c. Dubius.

S Y M M A R I V M.

- 1 Qui firmiter non crediderit, saluus esse non poterit.
- 2 Haereticus est, qui a quolibet fidei articulo deuiait.
- 3 Infideles testes esse non possunt.

DVBIVS.] In fide. In qua nemo debet dubitare, sed firmiter credere, & simpliciter confiteri, ut supra de summa tri. c. 1. responso 1. Alioquin saluus esse

† De hoc episcopus dicitur supra in commentario cap. Dubius.

Conueniunt. Supra eod. excommunicamus, quia ad eundem finem tendit, scilicet, deceptionis. Ber.

Puniendi. Et hoc totum habes supra eod. excommunicamus. Sed qualiter isti haeretici puniri debent secundum leges, postquam per Ecclesiam sunt condemnati, ut hic dicitur? Vltimo supplicio puniuntur per iudices seculares, cum distinctione ut videtur, ut docentes vltimo supplicio, addiscentes vero decem libris auri, ut C. eod. tit. quicumque. ad fi. Sed contra. C. de male. & mathe. l. culpa. ubi dicitur, quod culpa similis est illi prohibita discere, quam docere; non est contra: quia illa quicumque intelligitur de illis, qui nondum didicerunt, sed causa addiscendi ad haereticos accesserunt. Si autem ad actum peruenissent, simili poena punirentur, ut docentes, secundum legem illam, culpa. Bernar.

Si qui autem. Ab hoc loco usque ad finem additum est. aliud totum habes supra. eod. excommunicamus. & c. ad abolendam. §. 1. & 2. Ber.

Deprehensi. Publice, ita quod notorium vel etiam condemnati. Si vero postea redire voluerint, recipiendi sunt: quia Ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad ipsam. C. de sum. tri. inter claras. circa fi. & delicti venia penitentibus damna. C. eod. tit. Manichaeos ita tamen, ut in perpetuum carcerem permancant: ut hic patet. Sic & simoniaci in monasterio sub perenni poena derudantur. 1. q. 1. reperitur. et supra de simo. quoniam. quia et ipsi haeretici censentur. 1. q. 1. eos qui. & 6. q. 1. c. nos sequen. §. sed licet. B.

Cap. XVI. Absolutos. sup. fol. 103.

Absolutos. Ipso iure, ex quo manifeste lapsi sunt simile 15. q. 6. iuratos. & c. nos sanctorum. et est arg. quod Papa potest absolvere laicum a iuramento fidelitatis. arg. praedictorum c. quia ad ipsum spectat interpretatio iuramenti. sup. de elect. venerabilem.

Aliquo pacto. Ergo si sub poena aliquis tenetur eis aliquid soluere certa die, licet non soluat, non incidit in poenam: & eodem modo si per iuramentum: quod est verum, quia in illa obligatione & iuramento tacite subintelligitur, si talis permanserit, cui communicare liceat. 2. 2. q. 2. ne quis arbitretur. ff. de solut. cum quis. 1. respon. supra. de iure iuran. quemadmodum. & supra eod. excommunicamus. §. credentes. Ber.

non potest, ut in symbolo Athanasii. Quicumque vult. & 23. dist. quando episcopus. quia nec in fide titubatum est. 2. 4. q. 1. aperte.

Infidelis est, etiam si tenui argumento reperiatu a fide catholica deuare, id est articulo quocumque volueris, de his qui continentur in symbolo Apostolorum, Credo in Deum. & de quibus not. supra de summa tri. firmiter. §. haec sancta Trinitas, super verbo. impassibilis, & super verbo, incarnatus, quibus per fidem solam est firma credentia adhibenda: quia fides est de re non visa. de panit. dist. 4. in domo. C. de sum. tri. l. fi. Non tamen per signa, sed per fidei veritas est colenda. de consec. dist. 4. nemi sacerdos.

† Zanchinus tract. de heret. cap. 3.

† Et idem iudicium est de credentibus eorum erroribus habendum, sicut de ipsis, ut hic in fine.

† De materia huius glossae praeter doctores hic, vide Alfonso Castrum lib. 2. de iusta heret. puni. c. 7. & doctores in cap. 2. de heret. lib. 6.

dos. Vel dic tenni argumēto. vt not. supra de presūp. A litteras. s. si. in principio.

† Emericus 3. par. quæst. 68. & sequē. vbi dixi.

3 Nec eis.] veris. quibuscunque non baptizatis, uel baptizatis & hereticis. Omnino. id est aliquo modo. Hoc est nullo modo credendū est. simili le omnino supra de iura. calu. in pertractandis. ergo nec testes esse possunt. 23. q. 4. ipsa pietas. quod dic vt legitur, & not. supra de testi. Iudg. & cap. licet. Fidem ueritatis. Negotij, de quo queritur supra qui ma. accusa. poss. videtur. & de iuramen. calum. in pertractandis. Vel dic, fidem ueritatis, id est ueritatem fidei catholica. Vel quia talis baptizari renuit. Vel quia in articulis fidei errauit: & sic est hereticus, vt supra not. & infra eodem firmissime.

c. Qui alios.

S U M M A R I V M.

- 1 Qui errantem, cum potest, non corripit, errat censetur.
- 2 An omnes ad correctionem fraternam teneantur?
- 3 Corrigere iudicialiter soli prelati tenentur, fratres autem omnes.
- 4 Delictum committendum omnes tenentur impedire.

VI alios &c.

1 Non reuocat.] Simile. ar. ff. ad l. Aquil. scientiam. 2. q. 7. negligere. 83. dist. error. supra tit. 1. & si iudicos. §. 1. in fi. & c. ad liberandam. in gloss. & in decisione. §. ceterum.

† S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 1. & Tabienis in sum. verbo: correctio. §. 8. num. 9.

2 Sed nunquid istud ad omnes pertinet? Dicunt quidam, quod de crimine iam commisso soli prelati tenentur corripere. 23. q. 4. duo ista. & cap. ita plane. A committendo autem quilibet tenetur alium auertere, & ipsum impedire, & occulte corripere. infra eod. cum ex iniuncto. §. licet autem. vers. cum aliud sit. & arg. 23. q. 4. ipsa pietas. 22. q. 5. hoc uidetur. 93. dist. diaconi.

3 Tu dicas, quod correctio iudicialia ad solum prelatum pertinet, vt in primis concor. Euangelica uero ad omnes, vt in secundis concor. 2. q. 7. quapropter. quod dic vt not. supra de cogna. spir. tua. & supra de testib. in omni negotio.

4 Sed & omnes tenentur impedire peccatum committendum, vt hic cū suis similib. & arg. ff. de pact. si vnus. §. pacta.

c. Firmissime.

S U M M A R I V M.

- 1 Hereticus multis modis quis dicitur.
- 2 Infans sine baptismo decedens, diuina uisione priuatur.
- 3 Qui extra ecclesiam est, saluari non potest, nisi reconcilietur.
- 4 Bona opera extra ecclesiam facta, non ducunt ad vitam, licet profint ad bona temporalia.

FIRMISIME, &c.] Verba sunt Augustini de fide catholica.

1 Omnem hereticum.] Hereticus dicitur multis modis. Primo ille, qui peruertit sacramenta Ecclesie, vt Simoniacus. 1. q. 1. eos qui per pecuniam. 6. q. 1. §. sed licet. Secundo, schismaticus. 7. q. 1. denique. Tertio, excommunicatus. 4. q. 1. g. autem bi. Quarto, errans in expositione sacre scripture. 2. q. 3. heresis. 37. dist. relatum. Quinto, qui nouam sectam fingit, uel confictam sequitur. 2. q. 3. hereticus. Sexto, qui privilegio Romanae Ecclesie, que preest omnibus, de trahit. 22. dist. omnes. Septimo, qui communionē catholicę Ecclesie non recipit, in autem de priu. dot. hereti mulieri non prestat. post prin. ver. igitur sacram communionem. & c. coll. 8. Octauo, qui precepta sedis Apostolica pertinaciter transgreditur. 19. dist. nulli. Nono, qui Decretalibus epistolis Apostolicis contradicit: uel eas non recipit. 20. dist. de libellis. ad fi. Eiusdem enim auctoritatis sunt decreta & epistola decretales. 19. dist. si Romanorum. ad fi. Nam & peccatum paganitatis est preceptis Apostolicis contraire. 81. dist. si qui presb yteri. Decimo, stricto modo, & proprie dicitur hereticus qui aliter sentit de articulis fidei, uel sacramentis Ecclesie, quam Romana Ecclesia. 2. q. 1. hac est fides. & c. quoniam. infra eod. ad abolendam. & qui quo ad hoc non recipit quattuor concilia. Sic intellige C. eod. qui cunque. C. de summa tri. l. fi. in autem. de eccl. tit. §. 1. coll. 9.

† Emerici. 2. par. q. 31. & 32. vbi dixi.

2 Incendio.] Idem uidetur Augustinus dicere de puero, siue infante non baptizato. de conf. dist. 4. firmissime. Sed ibi exponitur, igne, id est pena carentie uisionis Dei: quia sepe erit in tenebris. vt ead. dist. cap. nulli.

3 Nisi ante finem. vers. Incorporatus.] Quādiu enim sic stat, rescatum est membrum a corpore Ecclesie. Separatur etiam ouis morbida ab ouili, ne inficiat sanas oues. supra de sta. mo. ca. que. §. 1.

Reintegratus.] Id est reconciliatus per manus impositionem: ante quam, ex quo semel excommunicatus est, non est communicandum eidem. 2. q. 3. notandum, supra de uita & honest. cler. quoniam. in fi.

Et post pauca.] Secunda pars, id est vt breuiter me expediam: uel Et post, id est & cetera sequuntur. Pauca, que omitto. Et post illa, scilicet pauca que omitto, sequitur, Omni homini, &c. Et sic tantum ualet ac si diceret, & cetera & infra.

4 Neque mors. Unde Apost. 1. Cor. 13. Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitate aut non habeam, nihil mihi prodest. de peni. dist. 3. cap. si quis. circa fi. dist. de conf. dist. 3. solet. 1. q. 1. uide quā rū bonū. Ad salutem. eternam. Valent tamen ad bona temporalia acquirēda. arg. 2. q. 2. si quilibet. in fi. Et ad minus supplicium subeundum. de peni. dist. 3. §. pot. et. ad fi. dist. & ad alia, de quibus no. in sum. de peni. §. & an fite penitenti. responsio 1.

c. Fraternitatis.

S U M M A R I V M.

- 1 Damnato auctore, libri damnantur.
- 2 Scripta

† Vide supra par. 1. in commentario xi. super ca. Maiores. de baptis. §. sed ad huc quæritur. & Theo logos lib. 4. sent. dist. 43. & Scoti lib. 1. de natura & gratia. c. 14.

- 3 Scripta non habentia auctoritatē, allegari possunt vt rationabilia.
- 4 Qui publicum officium gerunt, ut notarij, licet vnam scripturam falsarint, alie non infirmantur.
- 5 Instrumentum in vno falsum, in omnibus reprobatur.
- 6 Error in substantialibus, & præcipuis, instrumentum vitiat.
- 7 Error in accessorijs & accidentarijs non vitiat instrumentum.
- 8 Publica persona de falso damnata, quomodo scripta eius damnata cenentur.
- 9 Sacramenta ab hereticis collata valent.
- 10 Scienter ab hereticis & alijs ab Ecclesia præcisis, sacramenta recipiens, peccat.
- 11 Ignorantes & coacti uirtute sacramentorum, quando recipiant gratiam.

RATERNITATIS tue.] & infra. Calcetius atque Pelagius.] scilicet heretici, vt sequitur. fuerunt enim damnati in synodo Ephesina de heresi. Vnde dubitauit Patriarcha Antiochennus, an scripta ipsorum essent recipienda.

† Videatur omnino commentarij super cap. Dubius.

Et respondetur quod non: quia ex auctore damnatus est, & scripta illius damnata sunt, nec admitti debent, vt hic sequitur: & probatur infra eod. excommunicamus. 1. §. credentes. & arg. 96. dist. bene quide. supra de consti. ecclesia Sanctę Marię. Et est expressum. 9. dist. si ad scripturas. & 16. dist. canonos. quāuis aliqua sint ibi uilia, vt ibi dicitur.

Et arg. ad idem supra de testi. licet ex quadam. §. 1. vers. cum satis. Et quia destructo principali, accessorium est destructum, vt supra de fide instr. inter dilectos. §. ceterum. Et hoc est uerum, quod talia scripta non sunt auctorizabilia, nisi forsan essent per Romanam Ecclesiam approbata. arg. supra de sum. tri. c. 2. §. fin. Sicut patet in scriptis Origenis, qui licet post mortem damnatus fuerit. 24. q. 2. sane profertur. tamen propter multa bona que dixit, fuerunt scripta sua quantum ad illa bona per ecclesiam approbata. 16. q. 7. & hoc diximus. aliqui tamen dicunt Origenem non esse damnatum, vt not. infra de sen. ex com. a nobis. 2. §. 1. vers. & in certis casibus.

† Vide beati Hieronymi epist. 65. super Schedula. Et Nicephorum li. 17. c. 27. historię ecclesiasticę.

Quāuis autem alijs talia scripta auctorizabilia non sint: si quid tamen ibi boni reperiatur, potest induci & allegari non tanquam auctoritas, sed tanquam rō naturalis. Et sic soluitur, nec contradicitur. 1. q. 1. dominus declarauit. 37. dist. si quid veri. Et ideo dicitur, q. necessaria est legis notitia abrogatę. dist. 7. Moyses. insti. de testa. responsio 1. Unde Innocentius III. argumentatur ex lege Theodosiana abrogata supra de iudi. nouit. §. nos igitur. ver. vt illud dimittamus. vbi de hoc. Illa capitula. que scripserunt. Auctores. quasi dicat non uideo.

Et hoc est uerum secundum d. n. in expositionibus scripturarum, & in omnibus alijs confectis ab his, qui publica non gerunt officia. 9. di. si ad scripturas. 16. dist. c. 1. 37. dist. si quid. In scripturis autem tabellionij, & aliorum publicum gerentium officium, secus est: quia licet vna charta falsā fecerint, nihilominus ualet alie, quādiu in officio tolerantur. arg. 8. q.

si. nōne et melius supra de coha. cle. & nu. uestra. & hoc p. publicā ueritatē, et ne uenientes ad eum deceptiatur. arg. ff. de off. preto. l. 3. responsio 1. ff. de off. pre. si forte. C. de lati. li. sol. l. vnica. §. sed & qui domini. & §. sed et si quis homini libero. C. de testa. l. 1.

4 Dicimus tamen, q. si instrumentum aliquod in vno probetur falsum, non solum in illo, sed in totum et reprobandum est. arg. 3. q. 9. pura. ff. de edil. edic. cum eiusdem de conse. dist. 4. cum non liceat. & expressus 9. dist. si ad scripturas sacras.

5 Quod uerum est, quando mentitur circa substantialia uel circumstantias negotij de quo agitur principales: puta, cum ageretur inter contrahentes de bono, tabellio scripsit de asino: uel de pecunia argentea, & ipse posuit de aurea: uel agebatur inter Perrunum & Martinum: & ipse scripsit inter Robertum & Guillelmum. arg. in eo quod legitur & not. supra de rescri. significante. Et est rō. quia nunquam debet ponere in instrumento uel testimonio, nisi quod in ueritate nouit & uidit: nec potest in hoc ignorantiam al legare. 3. q. 9. testes. & c. hortamur. & c. pura.

6 Sin autem errauit, uel etiam scienter metitus sit circa accessoria, uel circumstantias negotij de quo agitur non substantiales: nihilominus ualet instrumentum quo ad substantialia: us si dicat contrahentes esse de alia terra, quādiu sint: uel consanguineos: uel affines aliorum, q. sint, & similia. Et est ratio: quia non consistit in his officium tabellionis uel testis: nihil enim facit ad contractum uel testimonium vnde cunque sint contrahentes. arg. supra de iudi. cū deputati.

7 Est tamen euidentis contra arg. in eo quod legitur & not. supra de rescri. significante. Licet tamen dicta alicuius ratione persona (nisi alijs falsa probetur) redargui non possint de falso: si tamen publica persona de falso accusata & condemnata fuerit, extunc instrumenta & dicta eius carebunt robore, ratione persone, vt hic, & supra de testi. testimonium. Alij dicunt, q. si in vno instrumento plura capitula sint conexa sibi, & unum sit accessorium alteri: uo cassato, cetera conexa & accessoria cassata intelliguntur. Secus si sint diuersa & separata. arg. ff. de mimo. etiam. ff. de nego. gest. cum actum. & l. at qui. Vel distingue vt supra de fide instr. ex litteris. Primum tamen dictum magis placet d. n.

8 In sacramentis uero secus est: quia illa etiam ab hereticis recepta valent: quo ad essentiam. 32. dist. §. uerum. & etiam gratiam conferunt si qui illa ignoranter sumunt. De iuda. n. constat q. fuit hereticus. arg. 1. q. 1. eos qui. & tamen baptizati ab eo gratiam receperunt: alijs peccasset qui eum cū alijs misit ad baptizandum: quia sic baptizati ab eo deciperentur. 1. q. 1. Christus. & c. dedit. Ad idem est quod dicitur de infantibus. 1. q. 4. c. 2. & 3. Idem et dicendum est si coacte recipiat. 1. q. 1. dominus declarauit. circa fi. Coactione tamen absoluta interueniente: nam si conditionalis esset, peccaret, nec gratiam reciperet. 50. dist. presbyteros. Sed & necesse est quod uoluntatem habeat illud sacramentum recipiendi: quod dic vt legitur & not. supra de bapt. maiores. §. penul. & fin.

9 Si ergo aliter accedat quis scienter ad sacramenta hereticorum, peccat: nec recipit gratiam. 1. q. 1. etiam

† Vide cōci. Trid. sess. 7. de sacra. in genere can. 11. & eadem sess. 7. de baptis. can. 4.

Expendatur in xtra ap. p. b. a. r. a. d. o. g. m. a. t. a. t. h. e. o. l. o. g. o. r. u. m.

etiam. & c. sequentibus. Et hoc ex sola constitutione... Ecclesie hoc prohibente: quod ex eo apparet...

Verum contra id quod dictum est, ignorantibus & coactos recipere gratiam, est aperte quod legitur...

c. Si quis Episcopus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Episcopus quos prohibetur heredes institueret. 2 Hæretici & ceteri ab Ecclesia præcisi, velut extranei habendi sunt, nisi conuertantur.

Videatur commentarius super hoc c.



Quis si Episcopus, & c. Sic ordinata litteram: Si quis Episcopus instituerit hereticos heredes extraneos a consanguinitate sua: vel etiam hæreticos consanguineos: Repete, instituerit: aut paganos pertraherit: Repete etiam, consanguineos.

Saltem post mortem, & c. Alij etiam intellegunt, quod nec etiam catholicos extraneos heredes debet institueret omnia ecclesia, cui præerat: Nã ex hoc præsumitur quod ecclesiam non diligat. argu. 12.

episcopus qui filios. C. eod. tit. cognominis. & arg. infra de penis, c. 2. in fi. Sed primus intellectus magis placet nobis: si hoc intelligatur de rebus de quibus testari potest, ut patet in eo quod legitur et not. supra de testa. cap. 1. & cap. cum in officiis: & cap. tua nos.

Hæreticos. Tales. n. non dicuntur filij, nec cõ sanguinei, unde si frater tuus & amicus tuus, & vxor tua deprauare voluerint veritatẽ, sit manus tua super illos: & si infidelis discedit, discedat: & q. 8. legi. 2. 8. q. 1. si infidelis, & c. vxor. in fi. Quod verum est, nisi peniteant, penitentibus. n. veniam non negamus, vt C. eod. Manichæos. & arg. supra eod. firmi sumus. S. vnico: Et idem dicitur de schismaticis, & excommunicatis, vt ibidem responsio. 1. & in Authen. ut cõ. de appel. cog. S. generalem. & seq. & s. si quis de prædictis parentibus, & de priuile. dotis hæret. mulier. non præstan. responsio. 1. & s. 1. & 2. coll. 8.

Paganos. Et ita idem iuris est de Paganis, qd hæreticis, & omnibus his, qui catholici non sunt. Sed hoc prohibetur non solum episcopo, sed & presbytero, et cuiuslibet clerico, ut patet infra eo. c. 1. et in præced. gl. Pertulerit. Dimissa scilicet ecclesia sua, alia prætulerit, s. ecclesia sua. immo & talibus nihil conferre debent, vt infra cap. 1.

Saltem. Quasi dicat, nedum in uita, immo & post mortem, & c.

Regulare est, quod crimina morte, et pæne infligenda cum mortuis extinguuntur. 23. dist. quorundã. 24. q. 3. c. 1. & 2. supra qui filij sunt leg. causam. 2. S. fi. vbi de hoc. C. si reus vel accusator mortuus. l. 2. Fal lit hoc in casibus, in quibus et post mortem queritur de crimine, & punitur: Primum est in crimine læsæ maiestatis: in quo et post mortem inchoari potest accusatio, siue inquisitio: vt conuictio mortui memoria eius damnetur. & bona successorum eius eripiantur, vbi ra misera tantummodo reseruata, C. ad. l. Tals maiest. l. pen. & si quod tamen restringitur ad crimen perduellionis, id est, illius, qui fuit hostili animo aduersus rempublicam, vel principẽ animatus. ff. ad l. Tul. maiest. l. si. Quidam tamen idẽ volunt dicere de illo, qui ecclesiam violauit. C. de his qui ad eccl. confu. l. 2. & in lege Iul. repe. & quibusdam alijs, que ad equantur legi Iul. maiest. ff. de accu. l. antepen.

Et idem dicunt in apostata. C. de apostata. l. 4. ante finẽ. Sed expressum est, qd quinquennio post mortem lapsa clauditur crimẽ istud. C. de apostata. l. 2. Secundus casus est & in crimine hæresis. 24. q. 2. sane profertur infra de sen. ex com. a nobis 2. §. 1. vers. fin. Nã si in præcedenti primo casu hoc obseruatur, multo fortius & in hoc secundo erit hoc obseruandum. arg. in eo quod dicitur, & not. infra eo. vergentis. §. 1. Sic enim expresse argumentatur lex in hoc et casu. C. eod. tit. Manichæos. & ita seruatur de consuetudine in partibus Tholosanis aliquo fluxu temporis non obstante, nisi fors in insontibus vel penitentibus bona reddantur de gratia. infra eod. vergentis. responsio. 1. & sic intellige. C. eod. Manichæos, ante finem, & alia iura consimilia, vt & not. infra eo. vergentis. Tertius est casus in episcopo, qui hæreticos heredes instituit, vt hic: & idẽ videtur dicendum in quocumq; clerico, ut infra c. 1. quoniam & de quocumq; catholico: quia sic in diuinitate loquitur. 24. q. 2. sane profer-

Antoniuz Gomezius to. 3. variat. resolut. c. 14. nu. 5. Ioãnes Rojas singu. 134. Conradus Brunus lib. 5. de hæret. cap. 17. & Zanchinus tract. de hæret. cap. 24.

Gl. & doct. in c. 1. dist. 30. Alfonso Castrus lib. 2. c. 7. de iusta hæret. puni. & Alb. tract. de statutis, p. 4. q. 7.

c. Cum Christus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Christum esse hominem, articulus est necessario credendus. 2 Clerici plura, & apertius quàm laici scire tenentur. 3 Laicis quid credere sufficiat.



Vm Christus, & c. Sub anathemate. Quæ verba habet hic sententiam iam lati canonis: sicut & in hæc. c. 1. §. 1. quia hoc dicere hæreticis est: & omnes hæretici excommunicati sunt, vt infra eod. ad abolendam. responsio 1. in fi. & c. excommunicamus 1. & 2.

Quia sicut. vers. Verus est homo, quod probatur per hoc quod sequitur. Et iste est vnus de articulis, quos quilibet Christianus tenetur scire per fidem. argum. de conf. dif. 4. ante viginti. & c. baptizandos.

Clerici tamen magis astringuntur quàm laici: quia tenentur ipso scire explicite, vt patet 38. dist. in o. psallentes. 24. dist. quando episcopus.

Laicis autem sufficit credere implicite, id est secundum quod tenet catholica ecclesia: & quod nihil sitians contra fidem, infra eod. ad abolendam. responsio 1. De his articulis tetigi supra eod. c. 1. quod dicitur vt not. plene supra de sum. tri. in ipsa rubrica.

Rationabili. alia rationali. & est melior littera. Et humana. Ergo est verus homo, vt supra de celest. in quadam. vbi de hoc.

De hac materia late Innocentius in cap. firmiter. de sum. tri. & Eymericus supra par. 1. q. 4. & 11.

c. Sicut ait.

S Y M M A R I V M.

- 1 Leges in hæreticos late, licet de quibusdam loquantur, in omnibus locum habent. 2 Affasini sicut hæretici excommunicati sunt. 3 Cum excommunicato non participandum. 4 Propter delictum amittitur priuilegium. 5 Pro nullo, quem constat in peccato mortali decessisse, orandum est.



Icut ait beatus Leo: & infra] 23. q. 5. res autem omnes.

In partibus. Ideo canon iste videtur fuisse localis. argu. in eo quod legitur & not. supra de locato, c. 1. Sed hodie vbiq; est generalis, ut patet infra eod. c. 1. responsio 1. & cap. excommunicamus 1. & 2.

Eos. scilicet hæreticos. Et defensores, & c. in fra eod. excommunicamus 1. §. credentes. 79. dist. §. quis Papa.

Et idem est hodie de affasinis, et de receptoribus, & defensoribus, & occultatoribus eorundem, qui non solum sunt excommunicati, sed & pluribus alijs penis plectuntur: sicut legitur & not. extra d. n. de homici. pro humani. §. sacri.

Sub anathemate.] 2. pars. canon est latæ sententia. sic supra eod. c. proxi.

K 2 3 Aut

profertur circa medium. ibi: Item multi Episcopi cõgregati, & c. secundum litteram de ipsis statuerunt, sed alia littera dicit: de Episcopis statuerunt: & illa omnino concordat cum isto cap. Quartus est generalis in quolibet notorio peccatore. 23. q. 5. placuit. 88. dist. c. fi. In his autem duobus casibus vltimis nõ cõfiscantur bona, sed & ad hoc queritur tantum de crimine, ne pro tali fiat oratio: & ne ecclesiasticam recipiat sepulturam: quod & in quibusdam alijs casibus accidit: de quibus dic vt not. supra de sepul. ex parte. vers. fi.

Et secundum canonicam aequitatem etiam post mortem agi potest de criminibus, saltem notorijs per confessionem penitentis, uel alio modo: & coguntur heredes satisfacere pro defuncto, vt patet in eo quod leg. & not. supra de sepul. parochiano. in fin. & infra de rap. c. 2. & c. in litteris & de vxoris cura tu. §. fi. & c. tua nos. §. vnico. & de hoc notari in summa de accu. sub eadem rubrica. §. quis accusari. & 24. q. 2. in summa.

Anathema. Ergo non sepeliatur: & si sepultus est, exhumeatur, secundum quod legitur & not. supra de sepul. sacris.

Nomen. tamquam infamiam, ut & fructu participationis Ecclesie careat, arg. C. de ferijs, a nullo. in fine. nec memoria eius fiat. arg. C. ad leg. Iul. maieft. l. si. §. post diu. Marci. vnde & sequitur.

Inter Dei sacerdotes. id est, in libro, in quo conseruatum ponit nomina episcoporum defunctorum, et pronuntiarit obitus annuatim, simile 21. q. 3. Cyprianus. ad finem. 88. dist. c. fin.

c. In eos.

S Y M M A R I V M.

- 1 Hæreticis nihil in uita seu in morte est conferendum. 2 Hæretico fame pereuntibus cibum dari an possit. 3 Appellatione presbyterorum clerici continentur, & vice versa.



N eos, & c. Consanguinei. Dic vt not. supra cap. proxi.

Nihil conferant. nec distinguitur in morte, vel in uita: ergo nec nos distinguamus, arg. ff. de offi. præf. l. 3. quia tales nec ex testamento capere possunt. infra eod. excommunicamus 1. §. credentes. Et hoc verum est de quocumque relicto in morte.

In uita vero possit ei forte causa pietatis dari, ne fame pereat. arg. 86. dist. pasce. & c. non satis. Nã adhuc potest conuerti: quia de nemine dum uiuit desperandum est. de penit. dist. 7. nemo. 3. 2. q. 2. ancilla. & argum. etiam ad hoc 42. dist. quiescamus. 1. 1. q. 3. quoniam multos.

Denique.] 2. pars. De reliquis clericis. In hoc ergo pares sunt. ar. 16. q. 1. prædicator. in prin. 24. q. 2. sane profertur. Et sic appellatione presbyterorum continentur & clerici: sicut & e conuerso, appellatione clericorum continentur presbyteri. 1. 1. q. 1. de persona. sicut et de hoc legitur & not. supra de coha. cle. et mu. c. 2. in prin.

3 Aut negotiationem. J simile infra eod. c. 1. J. civi- tas. Et licet hoc specificetur in heretico, tamen et idem est in excommunicato, cum ei in nullo partici- pari debeat, sed in omnibus sit vitandus. 1. q. 3. fi- cut Apostoli. et c. sequentibus. quod dicitur et not. su- pra tit. 1. ad liberandam. in decisione. §. ceteris. vers. sub interminatione: quamvis aliud sit de pagano, ut patet. 1. q. 3. ad mensam. et in eo quod legitur et not. supra tit. 1. significavit. §. pen. et fi. et cap. quod olim. responso 1.

§. Si autem. 1. 3. pars. Decefferit. scilicet hereti- cus, vel fautor ipsius.

4 Privilegiorum. J mortuo concessorum. et secun- dum hoc ratione delicti hic perditur privilegium. in- fra c. 1. in fi. Vel aliquibus personis vel locis concef- forum: sicut patet in Hospitalariis, et quibusdam alijs, quibus conceditur, quod salua canonica ecclesiarum a quibus corpora assumuntur, possint indistincte reci- pere illos, qui apud eos elegerint sepeliri, ut supra de sepulta. in nostra. et c. certificar. Sed licet ita gene- raliter concedatur: est tamen quantum ad hoc privi- legium restringendum: quia non extenditur ad illicita, nec tuetur aliquem in delicto, ut patet in eo quod legitur. et not. infra de sentent. ex com. nulli. infra de privi- l. tuarum. Et est hic argum. quod per genera- lem mentionem tolluntur generaliter omnia privile- gia quibuscumque concessa, et cuiuscumque tenoris exi- stant. ad idem infra cap. 1. in fi. arg. contra in eo quod leg. et not. supra de offi. lega. quod translationem. de hoc not. supra de iudi. causam. que. in fi. supra de do- lo et contu. c. 2. §. perum. in prin. dicitur et ibi not.

5 Oblatio, &c. J simile infra de iuratis, quia in om- nibus. Et hoc quidem obtinet in omnibus, quos con- stat decessisse in peccato mortali. 2. 3. q. 5. placuit. et not. supra de sepulta. ex parte. in fine.

c. Ad abolendam.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia indirecte coeret Iudaeos.
- 2 Hereticus est qui non tenet quod Ecclesia Ro- mana credendum esse definit.
- 3 Episcopi ubi de fide agitur, ordinarij sunt Iu- dices, sed dubia circa fidem diffinire non possunt.
- 4 Episcopus an consilium clericorum sequi te- neatur.
- 5 Mortui iurisdicchio post eius obitum ad quem transferatur.
- 6 Deprehensus in haeresi quis dicatur.
- 7 Clericus depositus, quando retineat privilegium clericale, & nu. 8.
- 8 Quibus casibus clericus tradatur curiae saeculari.
- 9 Sponte reuersus ad fidem recipiendus, errore abiurato.
- 10 Olim abiuratio solum in concilio fiebat, hodie coram fidei Iudicibus.
- 11 Hereticorum poena ignis, & nu. 13.
- 12 Appellatione ultimi supplicij, mors intelligitur.
- 13 Lege Euangelica, canonica, civilis, & consue- tudinaria heretici comburendi.

14 In crimine haeresis condemnatio ad Ecclesia spectat, sed poenitio corporalis ad Iudices seculares.

15 Peius est recidere, quam incidere.

16 Relpus si statim redire uoluerit, an sit reci- piendus.

17 Poena in principes non adiuuantes Inquisi- tores.

18 Qui non adiuuat Ecclesiam cum potest, ho- note priuandus est.

19 Ciuitas resistens legibus in hereticos latis, aliarum commercio priuatur, & Episcopo.

20 Allegans priuilegium, ostendere illud debet.

21 Priuilegium exemptionis nemini dat licentia delinquendi.

22 Delinquentibus aliquibus de collegio, an ce- teri amittant exemptionis priuilegium.

D abolendam, & infra. J

Vniuersos. J qui in potestate christia- norum consistunt, et eorum fide ser- uant: quid enim ad nos de his qui ex- tra Ecclesiam sunt. 2. q. 1. multi. Exce- ptis his, qui inter Christianos morantur, quos et le- ges imperiales astringunt. C. de Iudaeis. Iudaei.

1 Et licet istos non possit directe coerere Ecclesia, quia non potest ipsos excommunicare: indirecte tamen eos coeret, et distinguit per dominos te- porales, ut patet in eo quod legitur et not. supra de Iudaeis. Iudaei 2. §. Sacramentis. que septem sunt. quod dicitur et not. supra de sacra. non iterum. cap. 1. §. fi.

2 Predicat & obseruat. J Quicumque. n. hoc facit, hereticus est. 2. q. 3. haeresis. 17. dist. multis. Quod enim in talibus Romana Ecclesia obseruat et man- dat, tenendum est. 1. 1. dist. quis nesciat. alioquin ha- reticus indicatur, ut patet in eo quod not. supra eod. firmissime. responso 1.

3 Et generaliter. vers. Singuli Episcopi. J qui su- per hoc tenentur inquirere ex officio: et si quis inue- niatur negligens, uel remissus, ab officio deponatur. infra eod. excommunicamus 1. §. fin. Sunt ergo Epis- copi, etiam ubi de fide agitur ordinarij: tamen si ali- quod dubium incidat, et si illud possint examinare, non tamen sine Ecclesie Romanae licentia diffinire, cuius est diffinitio in tali dubio. 2. q. 1. quotiens. 1. 2. dist. praecipitis. Etiam quandoque si indubitatum verta- tur in dubium. C. de sum. tria. l. fi. et de hac materia nota. supra de accu. cum dilectus. §. vnico. Dicece- ses. vel ciuitates. simile supra de off. ord. c. 1.

4 Cum concilio. J quia hoc de maioribus est, sic su- pra de his que fi. a prela. nouit. et cap. quanto. Sed nunquid tenetur sequi consilium? Dicitur et not. supra de arbi. cum olim. Vel forsitan hic ponitur consilium pro consensu. arg. infra de excess. prala. c. 1. responso 1. vers. aut sine iudicio. Dicitur quod si in hoc ca- su maior et sanior pars capituli consentit cum ipso, illud exequatur. arg. supra de his que fin. a. ma. par. cap. c. 1. Alioquin ad metropolitanum, seu concilium referat questionem. 1. 8. distinet. propter ecclesiasti- cas 1. et 2. et quasi per totum. et supra de preben- graue. 1. 1. q. 3. si Episcopus forte. et sequentibus. Et si omnes, uel maior pars concordet fuerint cum metrop-

metropolitano, cistetur, ut patet in eo quod legitur et not. supra de tempo. ordi. nec episcopi. §. fi. Alio- quin ad Romanam Ecclesiam recursus habetur, ut patet in eo quod not. supra eod. super verbo, prae- dicat & obseruat.

5 Vel clerici. vers. Sede vacante. J Mortuo aliquo si vis scire ad quem transferatur potestas faciendi ea que faciebat, antequam constituatur successor, nota- bis secundum d. n. q. si ea per se solum faciebat, sicut est iurisdicchio exercituum, et consimilia: hoc faciet ille a quo ea habebat. Mortuo igitur archidiacono qui uicem gerit episcopi, supra de offi. arch. cap. 1. Episcopus eo mortuo iurisdicchio archidiaconi ex- ercebit. arg. supra de maio. et obe. bis que. §. fi. supra de instit. cum uenissent. responso 1. Et sunt haec ve- ra etiam in alijs si necesse vel utile sit hoc de quo agi- tur expediri. arg. 1. 2. q. 2. hac huius placiti. et ca. si qua de rebus. Alioquin reseruiatur successor. ff. de iudi. mortuo. C. de iudi. propterandum. §. fin. autem. Ma- xime si in proximo successor sit futurus. arg. ff. de uaca. mu. l. pen. §. fi. secundum d. n. In iudicio autem non proceditur vacante sede supra ne sede vacan. c. si nisi necessitate instante deputetur actor auctorita- te superioris ad reposcenda alienata. 1. 2. q. 2. nobis. c. Vulerana. et arg. in fi. de auct. tu. §. fi. et ff. de cu- ra. bonis dan. l. si plures. et l. 1. et 2. Si tamen ad capi- tulum spectat electio archidiaconi secundum d. n. vel canonico. vna cu archidiacono: eo mortuo deuolue- tur ad capitulum praedicta potestas. arg. supra de co- ces. preben. postulati. Sed si archidiaconus aliqua fe- cit et suo iure, qua non ab alio sunt collata, ut si fun- dauit ecclesiam de bonis archidiaconatus, non capitu- li: tunc non deuoluitur potestas ad capitulum, sed ad successorem tantum. supra ne sede vacan. illa. supra de testament. relatum 1. §. nomine. ubi de hoc. Et ad de quod leg. et not. infra de offi. deleg. quonia abbas. de excess. prala. c. 2. Quid si aliqua habeat ab episco- po, et aliqua a capitulo? et illo et hi in eo quod ab eis tenebant, succedunt. arg. supra de testa. relatum 2. §. fi. 12. q. 3. et 4. per totum. Cum autem episcopus et capitulum sint unum corpus, cuius caput est episco- pus. arg. infra de verb. sig. cum clerici. et expressus supra de prescrip. cum non liceat. supra de his que fi. a prala. c. fi. Et inter eas sit spirituale coniugiu, su- pra de testa. requisisti. §. secus, & melius supra de transla. epi. licet. Dicendum est, quod ea que spectant ad episcopum suo iure, sicut est iurisdicchio et confirma- tio prelatorum: deuoluntur vacante sede ad capitu- lum ipso iure. supra de maio. et obe. cum olim. Sed si cum alijs aliquid exercebat, non ad inferiores, nec ad superiores: sed ad collegas eiusdem officij deuoluitur hoc potestas. 6. §. dist. c. fi. Idem forte dicendum est in absente, siue ex iusta causa absit, siue ex iniusta. In negligente autem dicitur et not. supra de co. ces. preab. nulla. et de supplen. neg. prel. per totum, secundum d. n. cuius est hac tota glos. paucis exceptis. Iura tamen per ipsum inducta minus plene probant intentio- nem suam. Tu dic de hac materia ut not. supra de maio. et obed. bis que. et c. cum olim. et ne sede va- cante, illa. et c. fin. per totum. et de elect. cum in cu- tis, in fine Vicinorum. simile 7. q. 1. Pontifices. §. praesenti. 2. pars.

6 Deprehen- J Facti euidentia: puta quia publi-

† Deprehen- sus in haeresi quot modis quis dicatur et vide Eyme- ricum 3. par. que. §. 9.

ce haeresim predicant. arg. supra de ritu nup. palam. §. fin. et expressum infra de pur. can. inter sollicitudi- nes. Vel ad rationem positus confitetur errorem suum, et pertinax est, supra de accusa. §. constituit. Vel alias in iudicio confitetur, siue conuincitur, ut supra de cobabi. cler. et mulie. c. fin. Obumbratione ful- catus. Potest enim talis habere umbram religionis, sed non veritatem. simile supra de consue. quanto. ad finem.

7 Prerogatiua nudetur. J Arg. quod clericus de- positus non retinet priuilegium clericale. ad idem §. 4. dist. ex antiquis. in fi. quod coedit. Alanus. Sed non est verum cum teneatur viuere regulariter. 8. 1. dist. dictum. §. 0. dist. studcat. secundum Hug. Solutio.

Regulariter verum est, quod clericus quamuis deposti- tus, dimodo corrigibilis sit, priuilegium retinet cle- ricale: et sic intellige opinionem Hug.

8 Ab hac regula excipiuntur casus, in quibus Sta- tim traditur curia saeculari, puta in haeresi, nisi incon- tinenti poeniteat, ut hic. in quo casu satisfacere debet et hic sequitur. Subaudi tu per poenitentiam per- petuam in carcere peragendam infra eod. excoicamus 2. §. damnati. Secundo in falsario domini Papae infra de crimine fal. ad falsarium. Tertio cum quis pp- calummiam, qua intulit proprio episcopo, deponitur. 1. 1. q. 1. si quis sacerdotum. Si vero depositus sit in- corrigibilis: tunc nullo modo priuilegium retinet. Et sic intellige opinionem Alan: immo finaliter potesta- ti traditur saeculari: quod dicitur et legitur et not. supra de iudi. cum non ab homine. Qualiter autem tradi de- beat, exponitur hic ubi sequitur: Saecularis relin- quatur, &c. infra de verb. sig. nonimms. qualiter au- tem puniantur haeretici, legitur et not. infra eod. ex- communicamus 1. et 2.

9 Sponte reuertere, postquam est de haeresi condena- tus. Et si sponte redeat, debet recipi abiurato errore. 2. q. 3. dixit Apost. et detruhi in carcere ad perpetua poenitentia peragendam. infra eod. c. pen. §. damnati. Alias aut si non esset danatus de haeresi, non solum spon- te rediens admittetur, sed et ad fidem semel susce- ptam seruandam inuitus cogere. Et sic soluitur et not. contra 4. §. dist. de Iudaeis. 2. 3. q. 5. ad fide m.

10 Ad arbitrium episcopi. J Olim tamen non reci- piebatur nisi in concilio. 1. q. 7. si quis episcopus. Sed propter periculum multitudinis, que inualuit, istud hodie ad arbitrium episcopi est redactum, ut hic di- citur. ad idem infra de pur. can. inter sollicitudines. Ab iurare. Vel se purgare. infra eod. §. illos. §. laicus au- tem. 3. pars. Arbitrio. Et idem est de clerico impani- tente, prius tamen a suis ordinibus degradato, ut su- pra. §. proxi. et infra c. pen. §. damnati.

11 Debitam. J Vltio debita est ignis crematio: sicut probatur ex verbis Domini dicitis. lo. 1. §. b. Si quis in me non manserit, per fidem firmam et simpli- cem, supra de sum. tri. c. 1. in prin. sed ab ea exorbitaue- rit, mittetur foras, id est, extra conuentionem Ecclesiae, siue clericus, siue laicus sit per sententiam excoicatio- nis: qui tamen hodie oes sunt excoicati. supra eod. c. responso 1. et infra eod. excommunicamus 1. et 2. Sicut palmas, id est, homo infidelis et inutilis ac mortuus, cum in eo omnino Dei gratia sit extincta, supra de rebus eccle. non alie. si quis presbytero- rum. Et nisi poeniterit, areletur, si laicus sit, per iudic-

† Syluester in summa ver- bo, de gradatio. qua. §. 6.

† Simancas de cathol. in- stit. tit. 1. de abitatione. num. 23.

† Vide Petrus Godofredum in l. 4. C. de heret. & Co- uaruuam lib. 1. variat. reso- lut. c. 10. nu. 10.

eis ecclesiastici condemnationem, & curia secularis damnationem, & pangs corporalis executionem. Si vero clericus sit, per premissam conuictam condemnationem, & secutam degradationem, & curia seculari traditionem: & colligat potestates seculares Eum, scilicet laicum per damnationem comparatis pangs & executionem; Clericum vero in foro suo recipiant, ut & data per eos penalem contra eum sententiam exequantur. Et in igne mittent. *ministeri secularium potestatum de mandato eorum.* Et articulo, id est, ad litteram, tradetur igni & comburetur. Et ex hac auctoritate sic exposita, satis potest colligi id quod legitur & not. infra de verb. sig. nouimus. Lex etiam humana in hac pena concordat: dicit. n. tales, ultimo supplicio puniendos. C. eod. tit. Arriani.

12 Quod ultimum supplicium alia lex mortem interpretatur. ff. de penis, ultimo supplicium. Et verba lex expresse dicit, quod vini crematio & ultimum supplicium est. ff. de penis, capitalium.

13 Hanc etiam penam sic interpretata est generalis consuetudo, secundum quam igni traduntur heretici vniuersi. Ergo non solum secundum legem Evangelicam, sed & secundum humanam, nec non & generalem consuetudinem omnibus hereticis debita est hec pena. Sed & ad hoc prestat, argu. lex canonica, supra eod. firmissime. responsio 1. ubi probatur, quod dia bolo & angelis eius participant eterni ignis incendio puniendi.

14 Ideo autem dixi condemnationem in personam Ecclesie: & damnationem in personam Potestatis secularis, quia ad Ecclesiam pertinet condemnatio de crimine: & non damnatio corporis. Ad secularē vero spectat condemnatio corporis, & non condemnatio de crimine, quae penam corporalem & eius sententiam precedere debet, secundum hoc intellige quod not. in summa. eod. tit. s. qualiter denitur. vers. ergo cognit. Et infra. Continebatur hic: Qui uero inueni fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad arbitrium episcopi propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, simili sententiae subiacent. Quod non debuit remoueri, ut patet in eo quod legitur & not. infra eod. s. 1. Sed & hoc hodie temperatur infra eo. excommunicamus 1. s. 1. quod dicitur ut ibi not.

§. Illos quoque 4. pars. Ut diximus. Verum est de abiuratione: de purgatione autem nihil dixit in superioribus, sed dicitur fuit hoc in proxima procedenti decisione, qua non debuit remoueri, ut ibi not. aut hac littera non debuit apponi. Frequenter igitur dum breuis esse laboro, obsecuro fio, ut hic patet. & supra eo. ad liberanda. in prima decisione, ut & ibi not. & supra de voto. quod super his. s. rursus. in fi. in ipsa decisione. & c. ex multa. responsio 1. vers. si ergo. ut & ibi not.

15 Recidite. Nam secundum B. recidere peius sine periculosius est quod incidere: sic & deterius dolus est illius, qui interrupta iterum litem deserit, qui semel captam derelinquit. in Authen. de liti. s. si uero intra predictum. in fi. colla. 8.

16 Sine ulla audientia. Quo ad bona: vel quo ad hoc, ut nulla ipsius excusatio super heresi audiat, quia sufficit quod semel fuerit conuictus & condemnatus: necesse est tamē quod condemnetur de recidua. Sim

† Hec dispensatio hodie cessat per legem Federici imp. Incipien. Incōfuitilem. ubi statuitur obhurendos esse hereticos. hac lex habetur inter litteras Apostolicas p officio inquisitionis sine Directorio.

A autē statim sponte redire uoluerit, admittendus est secundum quosdam: ita tamen quod in perpetuum carcerem retrudatur, ut legitur & not. supra eod. s. praesenti. Et facit pro his: quia Deus non uult mortē peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. 2. q. 6. cognouimus. & in Authen. ut non luxuri. contra naturā. responsio 1. colla. 6. Unde & Ecclesia nemini uolenti redire, gremium suum claudit. 1. q. 7. si quis oem. C. de sum. tri. l. si ante fi. & arg. C. eo. tit. l. Manichaeos. & de pen. dist. 3. adhuc. Alij tamē dicunt, quod iste est casus specialis in fauorem fidei: & quia omnino redidit se indignū audientia, ex quo abusus est prima gratia sibi facta. Et hoc credo uerius de rigore, & ex mente arg. supra de postu. prela. c. 2. cum suis cōcor. 1. q. 3. priuilegiū. 2. q. 2. ita nos. ff. de ser. cor. inde Neratius. C. de epi. audi. l. 3. ad fin. Ubi hoc uidetur expressum: unde & tale interli. fecit hic d. n. Audientia, quasi dicat non proderit eis si dicant se uel de heresim abiurare: ac si diceret, nullo modo amplius reconciliabuntur: audientur tamen defendendo, se si per alios criminibus accusati. ut not. infra eod. si aduersus. responsio 1. Prima tamen opinio de exuberanti aequitate & benignitate tolerari potest: quod totū finaliter dicimus ad arbitrium boni iudicis redigendum. arg. in eo quod legitur & not. supra de transac. c. fi. ad fi.

B §. Statuimus. 5. pars. 17 Ut comites. Non potuisset hoc Papa statuerē de laicis, nisi ratione immanitatis & criminis. sic infra eod. c. 1. supra de iudi. nouit. s. 1. in fi. simile supra tit. 1. ita quorundam. Alij dicunt, quod ideo ualuit: quia Imperator praesens fuit, siue consensit secundū d. n. Tu dicas ut not. extra eiusdem. d. n. de homi. pro humani. s. sacri. vers. sit que. lib. 6. cum suis cōcor. Iuramento. simile infra eod. excommunicamus. 1. s. moncantur. Si uero uerf. Neluertint scilicet Potestates seculares.

18 Honore. quia hoc ipso contra Ecclesiam esse uidentur: quare dignitate priuari debent. 2. q. 5. praecipuum. 2. q. 1. qui contra Ecclesiam pacem. quam potestatem habet Ecclesia, etiam quo ad Imperatorem: quod dicitur legitur et not. supra de elect. venerabile. s. eos igitur. Et ad alios. scilicet honores, quibus se indignos reddunt: quia turpius eijctur quam non admittitur hospes: et multa impediunt promouendum, & cetera supra de iure iur. quemadmodum. s. 1. vers. quia turpius. & s. 2. vers. profecto. Eis. scilicet, si rebelles fuerint, nec panitent, Excommunicatio ne, &c. simile supra tit. 1. ad liberandam. s. ceterū. 19 §. Ciuitas autem. 6. pars. Commercio, simile supra eod. c. proxi. s. 1. Priuandam, propter tantum delictum. simile 2. q. 2. ita nos. s. Si qui uero. 7. pars. Exempti. ut Templarij secundum d. n. Idem tamen contra diffiniuit extra iud. d. n. de verb. signi. ueniens. lib. 6. Dicat ergo ut Cluniacen. & multi alij, quorū priuilegia uidimus: de his. n. aliter iudicari non potest, ut patet in eo quod legitur & not. supra eod. de usu pallij. c. fi. & infra de priuili. porro. 20 Et si quis se exemptum, uel priuilegiatum dicat, cum diuocatus de iure cōi intentionem suā fundet, ut supra de relig. do. de xenodochijs, cum suis cōcor. necesse est quod de priuilegio fiat fides, ut patet 100. dist. c. tra mortē. ff. de iudi. si quis ex aliena supra. de excep.

† De hoc articulo uide plene infra 3. par. in princ. cōmōtatio super tit. de sermo ne generali habendo. s. Magnam ueniam.

† al. iniquitatis

excep. cum venerabilis. s. quia uero. & argu. supra de offi. deleg. cum in iure peritus existas. Episcoporum. qui alios ordinarij sunt. ut supra eod. c. responsio 1. ver. & generaliter. Et eis. scilicet episcopis.

21 Delegatis generaliter & ubique auctoritate huius concilij, simile supra de off. ordi. irrefragabili. s. ceterum. Gratia enim non dat licentiam delinquendi. 1. q. 7. exigunt.

22 Non tamen propter hoc amittunt in alijs exemptionis priuilegium illi, qui sunt de collegio exemptorum, sed delinquentes non obstante priuilegio puniuntur: quia non defendit priuilegium in delictis: quod dicitur ut legitur & not. infra de priuili. tuarum. Punietur autem per episcopum, qui hoc facit uice Papae, ut hic dicit. Unde perinde est ac si Papa hoc faceret. arg. infra de sent. excom. mulieres. s. si. cum suis cōcor. secundum Tanc. Tu dicas, quod omnes perdunt priuilegium in illa diuocati, in qua hoc est commissū. infra eod. excommunicamus 1. s. sane clerici. vers. sic. fun. Dicat etiam, quod cum hac delegatio generaliter sit concessa, & uniuersaliter, ut not. supra cad. glo. in prin. huiusmodi delegatio hodie in tali casu ordinaria iurisdicōe est censenda. arg. ff. de iudi. cū praetor. Nec isto uerbo usus est Papa, nisi quantum ad placandum exemptos: ac si diceret, non moueamini propter hoc vos exempti: quia non procedit Episcopus in his iure suo, sed nostro. Sed quicquid dicat, posunt respondere exempti, hec satis factio est puerilis. Nam ex quo ita est quantum ad effectum, facit hoc episcopus iure suo, nec in uerbis uim facimus. sed in rebus. C. communia de leg. l. 2. in fi. c. de donati. l. fi. Non obstantibus. simile supra eod. c. proxi. s. 1. ubi de hoc.

c. Vergentis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Hereticorum bona et post mortē publicantur.
- 2 Bona hereticorum confiscata non reuertuntur ad eos nisi de misericordia.
- 3 Blasphemus in Deum, non sunt impunita relinquenda.
- 4 Filij filiarum, & filij filiarum hereticorum, an aequaliter puniendi.
- 5 Bona hereticorum, etiam si habeant filios catholicos, publicantur.
- 6 Spiritualis poena in crimine heresis non impedit temporalem.
- 7 In multis delictis heresi minoribus, filii obparentum delicta affliguntur.



Vergentis in senium seculi corruptelam. & infra. Subaudi, testatur non solum elementa, sed et hoc, sicut in integra continetur. nostra iurisdictioni. Loquitur prelati, ut patet ex sequentibus. simile supra de fo. comp. ex transmissa. & c. uerū. & de vi. & ho. cle. quoniam.

1 Publicari. etiam post mortē: quod dicitur ut not. supra eod. si quis episcopus. Et in alijs. vers. scilicet terris, qua non subiacent ecclesiis, uel prelati, sed laicis. Præcipimus scilicet bona publicari. Per pote-

† De hac materia late Zanchinus. tract. de heret. c. 25. & Ant. Gomez.

A states. sim. supra c. proxi. s. statuimus. quod dicitur ut ibi not. Seculares. quibus non debet prauidicium generari. supra qui fil. sint. leg. causā 2. quādiu obediētes, & non negligentes fuerint. Alioquin contra, ut legitur & not. infra eod. excoicamus. 1. s. si uero Dñs temporalis. vers. 1. Compelli. quod potest fieri, 2. 3. q. 5. administratores. & supra eod. c. proxi. s. statuimus, vers. 1. et supra tit. 1. postulasti. s. fi. & c. Iudex, siue Saraceni. s. fi.

2 Nec ad eos. scilicet hereticos. Bona. scilicet publicata. Eorum. scilicet quondā. nunc. n. ex quo publicata sunt, dominū amiserunt. Misereri. De sola ergo misericordia restituantur bona, ut hic patet, & et quandoq. episcopatus. 2. 3. q. 4. ipsa pietas. vers. itē si inquirunt. in fi. & q. 7. quod aut. & 1. q. 7. conuenientibus. Et not. infra eo. s. si. super uerbo exheredatio. Disciplina. simile supra de elect. cum in cunctis. s. pen. cum suis cōcor.

3 Cum enim. 2. pars. Sanctiones. C. ad l. Iul. maiest. quisquis. & est canonizata 6. q. 1. s. uerum. vers. si quis cum militibus.

4 Sed quid si ita dicat Papa: Statuimus quod heretici & filij eorum usque ad quartum gradum non admittantur ad collegium clericorum: Nunquid est hoc intelligendum, tam de filiis filiarum, quod de filiis filiarum? Ita uidetur. Arg. infra de pen. in quibusdā. s. sacri. ubi de hoc. Nā & tales asringunt uerba et mēs. Verba, quia tā bī quā illi ab heretico descendunt: et differentia agnationis & cognationis hodie est sublatā. ut in Authen. de here. quae ad inter. desc. colla. 9. ergo a significatione uerborum recedi non debet: sicut dicit lex ff. de leg. 3. non aliter. ff. de exerci. act. l. 1. s. si is qui nauē. Sed & de mente idem uidetur: uoluit enim princeps punire hereticum, non solū in se, sed in filijs. arg. ff. quod metus cā. isti quidem. Pone ergo quod non hēt nisi uicam filiā: si dicas nepotē ex filia descendentem immem, ergo non punietur in filijs, cum alios non habeat. Item de mente uidetur, quod ideo sit facta prohibitio, ne quis ducat filiā heretici in uxorem. Et merito: quia timeri potest de corruptione mariti & filiorū: sicut. n. uir in si delis saluatur per mulierem fidelem: sic & damnari potest fidelis per infidelē. arg. supra de diuor. quanto. ff. de redibi. act. l. quod si nolit. s. qui per mancipia.

5 Dicendum ergo uidetur in fauorem fidei, quod talis filius, & si sit inculpabilis, puniatur: quia & hoc in

to. 3. var. re fol. c. 14. & Eymet. infra par. 3. q. 109. & leg.

† De hac materia Eymet. infra p. 3. q. 115. & ibidē dixi copiose.

alijs cōtingit. Et in hoc etiam possumus sequi diuinū iudiciū, vt probatur in hoc c. et in his que supra not. Caueat ergo sibi vnusquisq; ne contrahat cum filiabus Canaan. Gen. 28. c. Econtra videtur: quia nemo debet puniri sine culpa. & c. de pœn. sancimus. cum suis conxor. Nec obstat quod dicitur est de verbis statuti: quia cum dicat, filius, masculus cōplexus est, & non feminas secundum verba, & secundum mentem: idem est cum agatur de pœna. arg. ff. de ventre in post. l. 1. §. 1. ff. de pœn. si pœn. ff. de l. interpre. tatione. cum suis conxor. supra de testa. Raynaldus. respo. 1. super verbo, malculis. Item videtur potius comprehendisse agnationem prouenientem ex linea paterna, q̄ cognationem maternam. arg. insi. de legit. agna. suc. §. 1. & de leg. agna. tu. §. 1. Preterea, ex quo quis de legitimis nuptijs genitus est, sequitur patrem & non matrem. ff. de sta. ho. cum legitime. quod omnino verum est cum agitur de dignitatibus & honoribus et pœnarum immunitatibus, vt patet. C. de decur. eos indulerunt. & l. exemplo. & l. nullus. & l. si ille. lib. 10. C. de pœn. de curionibus. & l. de curionibus filij & melius & expressius quantum ad pœnas. ff. de pœn. moris §. ff. de decur. l. 2. §. in filiis. Sol. non videtur quod talis filius hoc statuto damnetur. potius. n. lineam masculinam & paternam, q̄ femininam & maternam comprehendit: etiam si de immunitate agatur, vt probatur. ff. de mu. & hono. vacatio. ff. de iure inuani. l. 1. §. vnico. Et dicitur lex, senatores debere vocari ipsos senatores, & eorum filios & nepotes patos ex eis. Nepotes vero nati ex filiabus non senatores dicuntur, sed patris sui conditionem sequuntur. ff. de senato. l. liberos. Si ergo in beneficijs & dignitatibus filius ex matrimonio natus matris conditionem non sequitur quanto magis dicitur est & in pœnis contra iura maxime adinuicatis non debeat sequi conditionem eiusdem: cum pœna legum interpretatione sint mollienda, non exasperanda, vt supra not. Contra iura etiam generalia est, vt filius portet iniquitatem patris. ff. de pœnis. l. crimē. ff. de in ius vo. adoptiuum. §. 1. Haec igitur adhaerebo fauori maxime quantum ad Ecclesiam, que innocenter punire non desiderat: immo nec nocenti redeunt claudere gratiam consuevit. Et si specialia in contrarium sint quedam, metas ipsorum ad consimilia non transcendam. ff. de ad mun. l. 1. C. de decur. l. neq; Dorobeam. C. de leg. legis vt generales. Insi. de iura. §. quod principi. ff. de leg. ius singulare. cum similibus. Vt ideo insuper. quod si filius habeat patrem & auum senatorem, et si pater à senatu remoueat turpiter: tamen filius remanebit senator, vt plus ei proficit auidignitas. q̄ oblit casus patris. ff. de sena. eman. cipatua. §. si. sic & hic dicitur, vt plus proficit filio patris fidelitas, cuius conditione naturaliter hēt sequi. ff. de sta. ho. lex natura. à contrario: q̄ matris est, vel aui materni infidelitas, quibus quo ad multa dicitur alienus: & quo ad patriā potestatem & substitutionem pupillarē, et honorum possessionē contra tab. & alia multa. Filia. n. et quo ad forum & dignitatē sequitur virum, non patrem. ff. de sena. femina. Ergo multo fortius filius viri ipsam sequitur: & si vndiq; inter patrem & matrem sit paritas, tamen viri cōditio proualeat, et est spectanda. ff. de senato. l. 1. Filius enim & pater iuris interpretatione idem sunt. C. de

A impu. & alijs sub. l. ult. Insi. de inutil. si. §. ei qui, quod nunquam in matre vel aui reperitur materno. Cum ergo statutū dicat & filii eorum: linea paternā non maternam respexisse videtur. Alias sequeretur punito filio, ipsum patrē puniri, quod dici nō debet. Tum ex patris in filii affectione, que specialis est super oēs. C. de cura. furi. l. 1. respō. cū similibus. Tum ex filij infamia, quam licet patri prosequi, etiā inuito filio. Tum quia substantia filij minor esset, que hēt necesse alere pater si oporteat. Tū quia filium saltem de facto infamem. (ff. de obsequijs à liberis. & c. l. 1. In domo cogere tur habere: et in familia patrie potestatis tenere: quod dici non dēt. Nec obstat quod de verbis statuti dicitur seruandis, quia pp sententiam ab eis receditur: cum verborum interpretatio nūquā tantum valeat, vt melior sensus existat. 38. dist. sedulo. C. de lib. prateri. l. 3. C. de fideius. cum virum. C. de cōsti. pec. l. 2. Nec obstat q̄ punire noluit princeps hereticū in filiis: Hoc. n. est dicendum in proprijs filiis, non in alienis: at filius filij non suus est, sed alienus, cum non sit in potestate ipsius, vt C. de iur. do. l. si. §. si quoquo modo. & de rei vxo. act. l. vnica. §. accedit. vers. extraneum. Nec obstat q̄ princeps arce-re voluerit hereticum, ne quis contrahat cum filia eius: quia hanc panam expressam non inuenit in statuto, sed solum in filiis eius, vt puniantur in cleri promotione. Non ego eam extendam, sed restringam vt odiosam: quia cum vir caput sit vxoris, verisimilius est ipsam trahi ad legē ipsius. Vnde & hoc deterius contingere posset, si cum catholico filia nubere nō posset, s. augmentum hereticorum & diminutio catholico- rum. Et quia vir, qui diuinare non potuit heresim alienam pp iustum suum errorem, puniri non dēt. Si vero scienter talem duceret, ei forsitan esset imputandum, vt & not. infra de pœn. in quibusdam. §. sacri. §. Nec huiusmodi. 3. pars. [Orthodoxorum] filiorum, vt sequitur.

B Exharedatio] Hic expressi babes, q̄ bona hereticorum confiscantur. sicut hab. at filios catholicos, siue non. Sed contra: quia filij catholici propter hoc hereditate paterna priuari nō debent. C. eod. tit. Manichæos & L. cognouimus. & Authen. idem de Nestorianis. Sol. illa iura hodie per hoc qd hic dicitur, corriguntur, et per l. Federici. Hac adiecta. que hoc idem dicit et fuit olim posita in quinta compilatione. eod. tit. nec debuit remoueri. Et est ratio, vt legitur & not. infra eod. vers. 1. Per intelligentur de gratia secundum istam, vt supra eod. cap. respo. 1. & not. supra c. si quis episcopus. Quia vero super hoc sunt diffensiones, si vis amplius prosequi hanc materiam, vide in sum. cod. tit. §. qua pœna.

C Impedire. id est spiritualis pœna non debet impedire temporalem, nec reuerso: immo vtraque est imponenda, sicut & infra de maledictis. c. 2. & arg. extra d. n. de re iudi. cum ceteri. in si. Nec mireris si in hoc casu filij propter delictum patris exharedentur, cum in multis, & c. vt infra ver. 1.

D Cum in multis. vers. Calibus. Alijs minoribus isto, & in quibus hoc minus videretur. Multo magis ergo et in isto de quo magis uidetur. arg. supra de elec. cū iunctis, in prin. cū suis cōcor. Diuinum iudicium. quod nec fallit, nec fallitur. infra de sent. ex cō. nobis. 2. Et hoc patet per multa exēpla. 1. q. 4. §. item

† Alfonso Castus lib. 2. c. 11. de iusta heret. punit. Rojas sing. 102.

§. Item pro peccato ciuili. & sequentibus. quod dicitur vt plene not. infra de pœnis, in quibusdā. §. si. Et iuxta canonicas. vers. Sanctiones 15. q. 7. vt. cum multo. supra de fil. presby. per totum infra de pœn. in quibusdam. §. si. cū ius conxor. In progeniem. In qua magis punitur pater quā in se ipsum, vt patet. ff. quod metus causa. §. isti quidem. & in eo quod legitur & not. infra de fil. presby. litteras.

c. Si aduersus.

S V M M A R I V M.

- 1 Quod specialiter iubetur, magis timetur.
- 2 Scriuarij, id est, tabelliones.
- 3 Cur sit prohibitum pro hereticis patrocinari.
- 4 Hereticis in quib' sit defensio denegata, vel nō.
- 5 Soli Iudici ecclesiastici licet hereticis captis consilium dare, & qualiter.
- 6 In nullis causis iuris peritii hereticis patrocinentur.
- 7 Notarij suspensi, durante suspensione, non valent instrumenta.
- 8 Aduocati suspensi an valeat patrocinium, & quod faciendum.
- 9 Aduocatus suspensus exercens officium, non sit irregularis.
- 10 Suspensi à minoribus, ministrantes, an fiant irregulares.
- 11 Papa quoad forum ciuile infamiam irrogare, & tollere potest.

S aduersus nos terra confurgeret. & infra.

1 Plus timeri solet. Hoc sumptum est ex illo canone 23. dist. in quamquam. Sic & dicitur lex, quod ea que generaliter dicuntur, nisi specialiter notentur, neglecta videntur. ff. de iniur. item apud Labeonem. §. ait prator. arg. ad hoc supra de confr. vti. bona. §. si. supra de dolo & contu. c. 2. §. si. in prin. supra de offi. lega. quod translationem. cum suis conxor. Specialiter. Ideoque quandoque quod de iure communi competit generaliter, speciali priuilegio impetratur, vt patet supra de procur. quia in causis. supra de iure iur. & si Christus. §. si. & not. supra de ata. & qual. acceptimus. §. licet iurur. vers. ex superabundanti. & supra eod. sicut ait §. 1.

2 Scriuarij. id est tabellionibus. supra de prescrip. ad audientia. §. si. vers. nec credentes. vbi de hoc simile 25. q. 2. sancimus. §. vniuersa. infra co. excommunicamus. 1. §. credentes. vers. ff. infra de senten. excom. nouit. Defensoribus. qui omnes heretici iudicantur. infra eod. excommunicamus. 1. §. credentes.

3 Auxilium vel fauorem. Cū sint excommunicati. infra eod. excommunicamus. 1. §. credentes. et supra eod. sicut ait. Sed contra: quia si conueniantur, non est eis iusta exceptio sine sententia deneganda, vt patet supra de except. cum inter priorē. §. 1. cū ius conxor. Sol. illud potest habere locum infra annum postquā eos confiterit tales esse. Nam elapso anno, nisi interim se correxerint, inter hereticos computantur. infra eod. excommunicamus. 1. §. credentes. Vnde non admittuntur ad aliquam defensionem, cum bona ipsorum debeat

A confiscari: immo & eis licite auferuntur. 23. q. 5. non vrs. & q. 7. c. 1. Melius tamen est vt auctoritate Ecclesie vel iudicis hoc fiat. 22. q. 3. sex differēte sunt. C. de sig. l. 1. secundum. Non placet hęc gloss. et dicit de prima parte, vt not. infra eod. excommunicamus. 1. §. credentes. De secunda vera parte dicit, quod est non possunt defendere quō ad bona, possent tamen aliter criminaliter accusari: vnde in illis non esset iudicio iustitia deneganda.

9 Sede vacante.] mortuo aliquo, si vis scire ad quem transferatur potestas faciendi ea, que faciebat antequam constitueretur successor, notabis secundum Inno. quod si ea per se solum faciebat, sicut est iurisdictionis exercitium, & consilia, & hoc faciet ille a quo ea habebat. Mortuo igitur archidiacono, qui vicem gerit episcopi, supra de offi. archid. c. 1. episcopus eo mortuo, iurisdictionem archidiaconi exercebit. arg. supra de maiorita. & obe. his que. s. si. supra de insti. cum venissent. & sunt hæc vera etiam

A in alijs, si necesse vel utile sit hoc de quo agitur expediti. arg. 12. q. 2. hæc huius placiti, & c. si qua de reb. alioquin seruabitur successor. ff. de iud. mortuo. c. de iudi. properandum. s. in autem. maxime si in proximo successor sit futurus. arg. ff. de vaca. mu. ne. l. pen. s. si. secundum Inno.

10 In iudicio autem non proceditur vacante sede. supra ne se. va. c. fin. nisi instante necessitate deputetur actor, auctoritate superioris ad reuocanda alienata. 12. q. 2. vobis. & c. vulterrana. & arg. in fi. de aucto. tuto. s. si. ff. de cur. bo. dan. l. si plures. & l. 1. & 2. secundum Hostien. si tamen ad capitulum spectat electio archi. secundum Inno. vel canonicorum, vna cum archidiacono, eo mortuo deuoluetur ad capitulum prædicta potestas. arg. supra de cõces. præb. postulatis. sed si archidiaconus per se, suo iure aliqua fecit, qua non ab alio sunt collata, vt si fundauit Ecclesiam de bonis archidiaconatus, non capituli: tunc non deuoluitur potestas ad capitulum, sed ad successorem tantum supra ne se. va. illa. supra de testa. relatum 2. s. nomine. vbi de hoc. & adde quod legitur et not. infra de exce. pral. c. 2. & supra de offi. dele. quonia. Abbas in fi. quod si aliqua habeat ab episcopo, & aliqua a capitulo, & ille, & hi in eo quod ab eis tenebant, succedunt. arg. supra de testa. relatum 2. s. 1. 2. q. 3. & 4. per totum.

B Cum autem episcopus, & capitulum sunt vnum corpus, cuius caput est episcopus, arg. infra de verb. si gn. cum clericis. & expressum supra de prescrip. cum non liceat supra de his que fi. a. pral. c. si. et inter eos sit spirituale coniugium. supra de testa. requisisti. s. secus. & melius supra de transla. episcopi, licet dicendum est, quod ea que spectant ad episcopum suo iure, sicut est iurisdictionis, & confirmatio prelatorum, deuoluitur sede vacante ad capitulum ipso iure. supra de ma. & obe. cum olim. sed si cum alijs aliquid exercebat, nec ad inferiores, nec ad superiores, sed ad collegas eiusdem officij deuoluitur hæc potestas. 65. dist. c. si.

C Idem forte dicendum est in absente, siue ex iusta causa absit, siue ex iniusta. In negligente autem, dic vt not. sup. de testi. cum olim. de consec. præben. nulla. & de sup. ne. pra. per totum, secundum Inno. cuius est tota hæc glof. paucis exceptis iura tamẽ per ipsum indulta minus plene probant intentionem suam, secundum Hostien. secundum quem, tu dic de hac materia vt not. supra de maio. & obe. his que. & c. cum olim. & ne sede va. illa. & c. fin. & c. vno. lib. 6. & de elect. cum in cunctis in fin.

D Vicinorum.] sic 7. q. 1. Pontifices. Perpetui. id est donec resipuerint, & absoluantur, sic supra de co. ha. de clericis. & ibi concor. de hoc.

E Obumbratione.] umbra est ubi aliquid exterius geritur, cuius intus non subest veritas, de cõsue. quanto. & hic Gof.

Fuscatus.] infra eo. accusatus in fi. lib. 6. Nudetur. infra eod. c. 1. lib. 6.

14 Debitam.] hic & supra eod. intelligitur debita pena, ignis crematio: quod probatur Io. 15. b. ibi: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmas, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Lex humana imponit vltimum supplicium. C. eo. Ariani. quod alia lex interpretatur

† Pet. Gof. dofi. in l. 4. C. de her. Co. nar. lib. 2. var. relol. 10. nu. 10.

† Hodie in omnib' ex- placibus habetur.

interpretatur mortem. ff. de pen. vltimum supplicium. & alia lex dixit, quod vini crematio est vltimum supplicium. ff. de pen. capitalium. & hæc esse penam debitam, interpretata est generalis consuetudo. ad hoc etiam supra c. firmissime. 1. respon. & sic huic pena conueniunt lex diuina, humana, consuetudinar ia & canonica, secundum Hostien. Qui vero. communiter non habetur hic iste versutus. habetur autem infra c. excommunicamus. s. qui autem.

Simili.] ista littera facit contra notata infra de pur. can. inter. ad fi. sed ista littera temperatur infra eo. excommunicamus. s. qui autem. scidum quod bene videtur facere, prout ibi not. Vt diximus, secundum illos, qui nõ habent illum s. proxi. dic vt diximus in parte decisa. Recedisse. dic vt infra eod. tit. accusatus in prin. lib. 6.

15 Comitibus.] not. quod Papa statuit de laicis, sed hoc est propter crimen. sic supra de Iudeis. ita quomundã. Alij dicunt ideo hæc statuta valuisse, quia princeps consensit, & fuit presens. Inno. Hostien. remittit de homici. pro humani. ver. sacris. Bona fide. exponit, quod dixit fideliter. Posse. exponit quod dixit efficaciter. Assumantur. quod dic vt infra eod. vt officium. in fi. lib. 6. Eis. scilicet rebellibus, nec penitentibus.

16 Dignitate.] differentia est inter dignitatem & ordinem, vt dixi infra de exce. pral. accedentibus. Priuanda. alibi est ipso iure priuata. infra de electio. vbi periculum. s. ciuitas. & de pen. felicit. lib. 6.

† Sed hodie nullus eximetur a iurisdictione Inquisitorij Eymc. 1. p. q. 28. vbi dixi.

17 Exempti.] vt Templarij, ¶ Inno. quod impugnat Hostien. per suam dec. de verb. sign. veniens. & dixi de hoc infra de priuileg. recepimus. super 1. glo. dicit autẽ Hostien. sibi constare de exceptione Cluniacensium, quia vidit illorum priuilegia, et mihi constat de exceptione Cartusienium, & Cisterciensium.

Soli.] not. litteram, cui cõcor. clemen. de sta. reg. attendentes. post prin. & quod ibi not. in gl. illorum. Episcoporum. vel Inquisitorij. infra c. per hoc. lib. 6. Priuilegijs. ad idem supra c. proxi. & quod hic dicit Pbi. ibi dixi. Obsequantur. simile infra de sta. regular. c. vno. ad fi. lib. 6.

Secunda glof. arguit & remittit. Quarta glof. arguit pro opi. Ala. sed tenet contrariam Hug.

Quinta glo. ponit quinque casus, quibus, & c. Sexta gl. signat contrarium, & soluit.

Septima signat contrarium, & soluit. Gl. simile 23. obijcit & soluit.

Ultima gl. dicit hoc allegari, quod ratione delicti, & c. & respondet. In gl. 3. ibi s. vlti. deprehensa in adulterio, licet sit damnata, notata est. In gl. 2. in fi. & c. vno. lib. 6.

18 In gl. arg. quod ibi dictum,] vbi de hoc, & 50. dist. accedens. & infra de sen. exc. contingit. infra de degradato expeditum est. infra de pen. c. 2. in fi. lib. 6. & ibi. Dixit Hug. & hic Gof. ipse tamen Gof. alternative sic locutus est. de hoc supra de iudi. cum non ab homine. dici potest quod depositus omne priuilegium amittit, ita quod eum percussus non est excommunicatus: vel quod securus est, dic quod tunc demum depositus priuilegium amittit, cum incorrigibilis factus, relinquatur curi seculari. Gof.

19 In gl. Tribus enim. ibi. Depositus.] & p. q.

stea adhuc contumax, secundum Bar. Brix. qui hoc not. 2. q. 7. si qui sunt. dixit Host. infra de verb. sign. nouimus. quod iste intellectus est benignior, sed contrarius verior. & ibi de hoc, ibi, si quis sacerdotum. vbi idem not. In gl. ar. contra. in fi. idem ibi not. & 50. dist. de eo. In glo. laici. ibi, punire debet. infra eod. cum secundum in fi. lib. 6. In gl. simile. ibi, in nomine domini. ibi not. quidam alij casus, in quibus audientia denegatur.

20 In glo. hic habes.] & vltra quatuor casus, qui ibi habentur. & in dec. dilectus, de tempo. ord. addebat alios, scilicet cum quis est sibi contrarius, vt ibi. & supra de presumpt. resiras. & cum quis appellat contra prohibitionem canonis, de irepa. c. vlti. vbi vide. In 1. glo. vel Papæ. de appel. pastoralis. in princ. Item cum quis discedit a suo preposito. 27. q. 1. si cõstos. & c. si homo. Cum allegat turpitudinem suam, de don. inter dilectos. Cum quis est contumax, & petit sibi per alios iustitiam fieri. ff. ex qui. ca. ma. l. sed & si per pretorem s. sed & si. item & illi penes quẽ ludus exercetur. ff. de alea. l. 1. s. 1. Item excommunicato & schismatico. 23. q. 5. non nos. infra eo. excommunicamus. item ei qui est in manifesta calumnia. ff. de peti. here. l. postquam in fi. cum tamen alijs, prosequens suam, vel suorum iniuriam, pretextu criminis nõ repellatur. 2. q. 1. prohibetur. & in fi. immo dic vt infra eod. super eo. lib. 6. In glo. vlti. ibi. sceterum. concor. de cleri. agro. c. vno. lib. 6. & ea. lib. de sta. mo. c. vno. ad fi. & clemen. de sup. neg. pral. quia regulares de sta. mo. attendentes. post prin. & de reli. do. quia contingit.

Et ibi ordinario.

21 Dicit Hostien. quod cum hæc delegatio sit generalis, & vniuersalis, censenda est hodie ordinaria iurisdictionis. arg. ff. de iudi. cum prætor. & secundum eum hoc verbo vsus est Papa ad placandos exemptos, nec est vis faciendi in verbis. C. communia de leg. l. 2. in fi. infra de elec. commissa. s. porro. lib. 6. Certum est autem episcopum hoc facere suo iure secundum eum. quicquid dicat Hostien. in appellatione interponenda posset esse diuersitas. Pro veritate igitur circa hoc habenda, videnda sunt tria, scilicet quod dicatur iurisdictionis delegata in casu isto, & iniuriam, que allegari super prin. huiusmodi glof. Secundo, an in hac iurisdictione succedat capitulum vacante sede. Tertio, an in talibus casibus, quibus tali auctoritate proceditur, necessario sit appellandum ad Papam. Ad primum videri potest, quod non in sceterum. allegato in prin. gl. in glo. pen. ubi Io. & Ber. tenent, illam iurisdictionem ordinariam, vel quasi. quia si delegata esset, expiraret morte. Sed vt ibi scripsit, ¶ in præcise, & Inno. alternatiue tenet, illam delegatam, & est in ea speciale quod non expirat morte, sed quo ad casum huius decretalis, quod dico ideo, quia non procederet in casu illius s. ceterum. coadiuuatur taliter prima opinio, quam hic tenet Hostien. vt prædixi. Certum est, quod diocesani habebant ordinariam, ratione huius criminis in omnes de diocesis suis. de offi. ordi. c. 1. Si igitur quo ad certos fuit eis sublata per priuilegium exemptionis, facit 16. q. 1. frater. cum similibus. & postea restituta vt hic, ergo intelligitur ordinaria sicut prima. facit de rescriptis, quamuis lib. 6. cum concor. & facit quod not. de constitut. cum accessis-

accessissent. in fi. & quod not. de beneficio renouato in clem. de rescrip. litteras. in gl. pone. sit ergo satis episcopo, quod ordinarij iurisdictionis inuatur p̄mordio. facit ff. de leg. 2. cum filius. §. heres. Secunda opinio, que amicitur litera, videtur verior: nec est speciale quod non expiret morte, cum ipsi non sint delegati Pape, sed sedis, qua nō moritur. de rescrip. si graiose. lib. 6. Item ista iurisdictione non delegatur personis, sed dignitati, que non moritur. de offi. deleg. quoniam. Et ratio in contrarium inducitur, procedit in re-stitutione: sed hic fit delegatio, non restitutio.

22 Circa secundum Ioan. Mona. in decret. vnica. de ma. & obe. lib. 6. ut ibi scripsi super. glos. hoc tenebatur, dixit, quod in casu huius decre. & omnia, in quo episcopus habet generalem iurisdictionem delegatam, succedit in illa capitulum. allegat eod. lib. de preben. c. 1. in fi. Sed parum facit illud capitulum: aliud enim est dare episcopo delegatam super exemptos, ut hic; aliud est iubere episcopum aliquid non facere, etiam ad petitionem exemptorum ut ibi: tunc enim nil delegatur, sed officium eius iustituitur. facit de offi. ordi. licet. Quare videtur contrarium tenendum, ut sicut nulla alia iurisdictione delegata episcopo, transiret in capitulum sede uacante, sed ad successorem, ut praed. de cr. quoniam. de offi. deleg. sic nec ista, illa tamen ordinaria, quam habet in subditos, bene transit, etiam in hoc crimine, ut supra in prin. capituli. Ex uerbis autem Inno. que patent supra in glos. mortuo. non bene decidi potest, quid in hoc senserit.

23 Ex hoc secundo sequitur responsio ad tertium, & si in casibus huius capituli, vel aliorum de quibus dictum est supra, locus esset appellationi, ad Papam appellabitur, non ad proximum, facit de cler. egro. c. vno. §. si autem. ubi si in eo quod sit auctoritate. Apologia, occurrat dubium, vel difficultas, ad Papam recurre oportet, non ad proximum. & facit quod de deuolutione not. in clem. de sup. ne. pra. cap. vno. in glos. auctoritate. in fi.

24 Istud autem demonstrari potest per aliam questionem: pone quid archiepiscopus impedit episcopum in his casibus, quibus procedit auctoritate delegata, non ne poterit episcopus eum coercere? certe poterit sicut quo ad illam speciem est maior illo. de offi. deleg. sane 2. si superior illo respectu est minor episcopo, nō poterit ad eum, sed ad maiorem appellari: monet & alia ratio, si dicitur ad proximum appellari posse, erit dare amplius, quam sit expressum exceptionis privilegio derogari: si enim de episcopo ad archiepiscopum, de ipso ad Patriarcham ipsorum causa poterunt sic deduci, habebit tres iudices successine exemptus, contra quem Papa dederat unum solum; item habebit iurisdictionem contra exemptos, is cui concessa non est, cum tamen talia suas species non excedant, ut patet in praedictis iuribus. de sta. mo. c. vno. in fin. lib. 6. & in clem. attendentes. eod. tit. ver. ad que omnia. & in c. quia contingit. de relig. do. ver. nullo. Cum ergo a iurisdictione episcopi, archiepiscopi, & Patriarcha exemptus esset, tu qui reductus illum in potestate archiepiscopi, & patriarcha, ostendas quo iure? Et per hoc sit responsio ad decre. Romana. de appell. §. debet. lib. 6. ubi appellatur ad archiepiscopum, etiam in his casibus, que de iure commu-

† Zanch. de her. c. 29. num. 3. Reperit. ver. appellare. §. Sed nōc. Simand. de cath. in lit. tit. 6. nu. 3.

ni non spectant ad ipsum: nam ibi cessant rationes praedictae, nec cognoscit ut delegatus, sed ut ordinarius. Et in fin. & cap. volentes. lib. 6. & 6. quest. 3. cap. vlti.

c. Vergentis.

S U M M A R I U M.

- 1 Bona haereticorum, etiam post mortem publicantur.
- 2 Non tamen occupantur per fiscum, nisi praefecerit sententia iudicis ecclesiastici.
- 3 Et quid de bonis feudalibus, an publicentur ob haeresim.
- 4 Ob crimen haeresis a patre commissum, nō perdit filius ecclesiasticum beneficium.
- 5 Filij filiarum haereticorum an puniantur.
- 6 Iniuria Deo facta non ferenda.
- 7 Filiorum poena parentes affligit.
- 8 Vbi locum habeat hęc decretalis.



ERGENTIS.] Et infra. non solum sapiunt elementa corrupta, sed etiam homo testatur in antiqua, ubi de materia magnum est exordium. Nostre.

- C Hostien. habens in littera, nostre, dicebat, quod loquebatur praelatis Ecclesiarum.
- 1 Publicari.] etiam post mortem † supra eo. si quis, infra eod. accusatus. §. in eo. lib. 6. Saluo quod dicitur de praescrip. c. 2. lib. 6.
 - In aliis.] terris scilicet, qua non sunt de temporalibus iurisdictione Ecclesie.
 - Idem.] scilicet bonorum publicationem.
 - 2 Saculares.] apprehensio tamen bonorum non fiet, nisi primo pronuntiatio fiat super crimine per iudicem ecclesiasticum, qui hoc possit. infra eod. cum secundum. lib. 6.
 - 3 Confiſcentur eorum.] quid de fundo? vide satis in Specul. de feudis. §. 2. ver. 40. & aliquid dixi post Hostien. de panis in quibusdam. in fi.
 - 4 Conseruata.] propter crimen laese maiestatis commissum a patre, filius non priuatur ecclesiastico beneficio, ut not. 56. dist. satis peruersum.
 - Quod est Christus.] de hoc supra de elect. si gnificasti. in fi. de sacra vnct. c. vno. ver. vnde in veteri. Hostien.
 - 5 Cirauis.] querebat hic Hostien. nunquid sententia, qua damnantur posteri haereticorum, extendatur ad filios filiarum, de quo dic. ut infra eod. statutum 2. lib. 6. & facit quod ibi notauit. & eo. lib. de pan. vbiunque.
 - 6 Aeternam.] Hieron. contra Vigilantium. 1. cap. Meam iniuriam patienter tuli, impietate contra Deū ferre non potui. Seueritatis. scilicet publicationis bonorum. Casibus. etiam isto minoribus, ut praemissit. Iudicium. qui nec fallit, nec fallitur. inf. de sen. excom. a nobis 2.
 - 7 Progeniem.] ex cuius poena pater affligitur †, ut ex propria. ff. quod met. causa. isti quidem. & dixi supra de fil. pres. in rubrica.
 1. Glos. responderet per questionem, an Papa possit principibus imperare.

† Anto. Gomez. tom. 3. var. res. c. 14. num. 5. Zach. de her. c. 15. num. 4. Ioan. Rojas. singu. 134.

† Gōdifa. de her. q. 21. nu. 2. Couar. lib. 2. var. res. ca. 8. num. 4. Gigas de cri. mi. laes. ma. iest. lib. 3. q. 9.

† Glos. sing. in extrau. Ioā. xxii. de pen. c. vnico. verbo, quomodolibet.

Penult.

Penult. glos. signat contrarium, & soluit.

In 3. glo. ibi. l. vna.] vide de vita & ho. cleri. ut clericorum. in 3. glo.

In glo. 17. ibi. si apud.] & q. 4. si is qui, ad idem supra tit. 1. in nonnullis. in fi. & supra de decimis, tua 2.

Et in fine.] facit quod not. de maledi. c. 2. in 1. glo.

In gl. pen. ibi. eod. tit.] nec debuit remoueri, secundum Host. & ibi. Ioan. qui etiam hoc not. 23. q. 7. in summa. & in fi. & idē probatur infra eod. cum secundum. lib. 6.

8 Ego credo hanc decretalem praualere legibus in illis terris tantum, que subsunt temporali iurisdictioni domini Pape. In alijs autem praualent leges, que maiori equitate nituntur. C. de iudic. placuit. & poena molliende sunt. de pen. dist. 1. §. poena. T. Gof. Host. remittit ad summam eod. tit. §. qua poena, sed aubent. Gazeros contradicere videtur, qua concor. huic iuri. canonum, & vers. huius, in decr.

In gl. vlti. ibi. item peccato. & ibi sunt multa exempla.

c. Si aduersus.

S U M M A R I U M.

- 1 Omnibus est prohibitum haereticis fauere.
- 2 Casus in quo fautor fautoris haereticorum punitur.
- 3 Omnis exceptio siue odiosa, siue fauorabilis excommunicato conceditur.
- 4 In nullis pro haereticis patrocinandum.
- 5 Suspenſi tabellionatus, seu aduocationis officio, quia haereticis patrocinati sunt, si iterum hęc exercent, non sunt irregulares.
- 6 Patrocinia suspenſorum aduocatorum, an de facto valeant.
- 7 Excommunicatis non ob haeresim, auxiliū non denegatur.
- 8 Haereticis quando, & quomodo audiatur in iudicio.
- 9 Solus iudex participare potest cum haereticis, in his tamen quae ad eorum salutem spectant.
- 10 Prohibitio huius cap. in quibus locum habeat.
- 11 Creditores haereticorum contra fiscum agant.



I aduersus.

1 Generaliter.] hoc dicit: quia generaliter omnibus est prohibitum, haereticis prebere fauorem istis vero specialiter prohibetur.

- Imperatur.] concor. cle. de excess. pra. frequens. in fi.
- 2 Fautoribus.] not. casum quo ipso iure punitur fautor fautoris.
 - Defensoribus.] qui haeretici sunt, infra eo. excommunicamus. §. credentes. Hostien.
 - 3 Vel fauorem.] dixit hic Vinc. quod fauorabilis exceptio, ut Velleianum, non datur excommunicato; odiosa, ut Macedonianum bene. ff. de cond. inde. qui exceptione. sed male cantauit: quia omnis exceptio fauorabilis, & odiosa sibi competit: quia non

A excommunicati fauor, sed equitas indicantis attenditur. supra de excep. cum inter. Gof. et ipse idem Vinc. postea dixit idem, & Ioan. & adde quod dixi de excep. a nobis. super. 1. glo.

4 In causis.] scilicet criminalibus. Vel factis, id est quibuscumq; negotijs, ac si dicat in iudicio, vel extra. infra de ver. sig. forus. §. negotium. Aliquibus etiam catholicis, Eorum, haereticorum, qui nec iudicare possunt, nec publica officia exercere. infra eo. excommunicamus. §. credentes.

5 Officio vestro.] scilicet aduocationis, vel tabellionatus, nec essent isti irregulares, licet post suspensionem illud exercerent infra de sen. excom. bis qui. lib. 6. & dicam infra de cler. excom. c. fi. & de excess. pra. c. fi. idem G. in Spe. ii. 2. §. iuxta. C. vers. sed quid dices. Suspenſos. qua sententia durate, non valebunt instrumēta confecta. infra. c. 2. §. credentes. vers. quod si forte. cum similibus.

6 Quid de patrocinijs, nam illa de facto tenent. dicunt quidam sententias irritandas, alij contra. Credit Hostien. quod esset per summum Pontificem declarandum, supra qui si. sint le. per venerabilem supra de feu. c. 1. de consti. c. si. cum super hoc nullum expressum ius habeatur, nisi quod aduocatus poterit per exceptionem remoueri, ut in pra. §. credentes. Vel dic lucrum pauperibus erogandum, ad hoc quod dixi supra tit. 1. cum sit. & c. sequentibus. talis etiam de transgressione. alijs puniri possit.

Tertia gl. signat contrarium, & soluit.

Ult. glos. notat, probat, & signat contrarium.

In gl. 3. ibi. l. 3.] creditor ex vi pacti pecunia sibi nō restituta, possessionem ingrediens vim non facit: tamē auctoritate iudicis deberet id facere.

In gl. 1. in fi. infra de procur. qui ad agendū. li. 6. In glos. 2. in fi. supra de praescrip. ad audientiam. In glos. 3. ibi.

7 Denegandum.] in excommunicatis non haereticis habent hęc locum.

Et ibi. sententia.]

8 Dicit Hostien. quod quamuis ad defensionem criminis, vel bonorum non audiatur, si tamen alijs, de alio crimine accusatur criminaliter, non denegabitur iusta sententia: nec obstat secundum eū in authen. coll. 6. de priu. dotis. post mediū, ubi dicitur, q. nec beneſicij iure, nec aliquibus priuilegijs tales possunt se inuare: quia illud, & similia possunt intelligi quo ad impugnationem, accusationē, vel acquisitionem, vel ab haeresi defensionem: vnde et licet hoc patrocinium vetetur aduocatis, & scriuarijs, non tamen iustitia iudicibus. nec obstat si dicit, haeretici statim post deprehensionem puniendum: quia si sponte redeat, recipitur, et in monasterio detruditur. infra c. excommunicamus. 2. ergo se poterit defendere super alio crimine accusatus. arg. C. de his qui ad Ecclesiam conf. l. fur. maxime si praeventus fuisset in alterius criminis accusatione. supra de fo. com. proposuisti.

9 Dic tamen, quod alius quam iudex in causis vel factis ipsorum non potest illis participare, nisi in his que spectent ad salutem.

10 Quicquid supra dixerit Hostien. non puto hanc prohibitionem locum habere, nisi in his qui sunt haeretici, non in his qui fuerunt; ad hoc infra c. statutum. 2. secundo responso lib. 6.

† Vide c. in fideles. 23. q. 4.

Et

Et ibi;
 11 Confiscari.] unde contra fiscum agant credito-
 res. C. de fideiuf. l. 1. & 3. Gof. concor. ff. solu. matr. fi
 marito. C. eod. l. 2. C. de bonis proferip. si vt propo-
 nis. & ad l. Jul. de vi. l. tutoris.
 Et ibi auferentur sua.] in Indais secus. suprazi.
 proxi. sicut Indai.
 In glo. vlt. ibi. tollere.] Hostien. de hoc remittit
 de secundis nup. c. penult. & vlt. & supra de re iud.
 cum re. vbi vide in glos. magna. super vlti. gl. & in fi.
 de infamia facti loquitur.

c. Cum ex iniuncto.

S Y M M A R I U M.

- 1 Initium decretalis, quod nuc deest, repositum.
- 2 Conuenticula non facienda, & qualis facientiu
 poena.
- 3 De fide publice non disputandum.
- 4 Simpliciter afferenti, se missum a Deo, quare
 non credendum.
- 5 Miraculis gentes ad credendum inducē.
- 6 Prælatus reddere debet rationem omni po-
 scenti.
- 7 Exempla & historie que & quando probent.
- 8 Reprehensionum genera quot.
- 9 Corrigi potest prælatus sponte subiectus absq;
 nota detractiois.
- 10 Percutiens clericum sponte subiectum excō-
 municatus.
- 11 Clericus nō se supponat alterius iurisdictioni
 absque licentia prælati.
- 12 Papam iura positiua non ligant.
- 13 Subditus prælatum non corrigat publicè, vel
 priuate.
- 14 Subditi prælatos non euitēt per contemptum,
 & quando liceat euitare.
- 15 Indices inuiles, a principe remouendi.
- 16 Cui competit in lituere, eidem competere de-
 stituere, quomodo intelligatur.
- 17 Et quid in prescriptione.



Vt ex iniuncto.]
 1 Et infra.] sequatur. Cum ex in-
 iniuncto nobis Apostolatus officio si-
 mus secundum Apostolum, (scilicet
 Rom. 1.) sapientibus, & insipientibus
 debitores, pro vniuersorum salute nos oportet esse sol-
 licitos, vt malos retrabamus a vitijs, & bonos in vir-
 tutibus foueamus: Tunc autem opus est discretionem
 maiori, cum vitia sub specie virtutum occulte subim-
 trant. Postea sequatur quomodo Meten, episco-
 pus insinuauit Papæ, quod multi laici, & mulieres,
 Euangelia, Epistolas Pauli, moralia Iob, psal-
 terium, & libros alios fecerint transferrī in Galli-
 cum: facientes postea que sequuntur. Et simile in
 clemen. de reli. do. cum de quibusdam, de hget.
 clem. ad nostrum. Commendandum. de magistr.
 super specula ne cler. vel mon. super specula. §. quia
 vero. Hostien.
 2 Conuenticula.] que in Ecclesia vel extra fieri
 non debent. C. de episcopis, & cle. l. conuenticula.

A & C. de sum. trin. l. 2. alias capitalis est poena. C. de
 bis, quoad eccles. confu. l. denunciamus.
 3 Nec est de fide publice disputandum. C. de sum.
 trin. l. 3. & infra c. 2. §. 1. Lux vera. Ioan. 1. Te-
 nebrarum. sic supra de offi. deleg. consuluit. Crea-
 turę. Marci vlt. in fin. Dicens. Mar. 10. Testa,
 arg. quod magister docere debet in alto. ad idem. 2.
 q. 7. §. de bis. ver. bis ita.
 Apostolū.] 1. ad Corint. 12. ad fi. & ad Ephes. 4.
 Doctorem.] idest prædicatorem. Apostolum.
 ad Rom. 10. Præcepit. Luc. 10. a. Dignior. verum
 dicit, si de illa constaret.
 4 Nude.] idest sine signo miraculoso, vel sufficienti
 scripturę testimonio; nam nec ipsius iuramento. cre-
 deretur: tum quia solus: tum quia in re propria. su-
 pra de testi. licet 1. 4. q. 3. nullus. Altruat. idest asse-
 rendo struat, vel infrat. Hostien.
 5 Miraculi.] Hieronymus super Isaia lib. 18. non
 potuissent omnes gentes in tam breui tempore crede-
 re, nisi signorum miraculis fides ipsorum quodammo-
 do fuisset extorta: clamantibus enim a postolis, &
 Apostolicis viris, Dominus signorum magnitudine
 respōdebat. Vellet. Exodi. 7. Dicens. Ioan. 1. I. I. I.
 40. cap. in princ.
 Propheticum.] Malach. 2.
 6 Ex ore.] debet ergo talis esse, qui sciat omni po-
 scenti reddere rationem. 26. dist. §. ecce quod ante fi.
 Host. Scholasticis. idest scolaribus, et prouectis,
 multo minus ab alijs subditis. 6. q. 1. ones. Lege.
 Exodi 22. in fi. ad idem, Ioan. 10.
 7 Exemplo.] licet non exemplis, sed legibus in-
 dicandum sit. C. de sen. & interlo. nemo. quod quo-
 modo intelligatur, dixi supra de re iud. in causis.
 frequenter tamen inducuntur & probant exempla,
 & historia sacra scripturę, vt hic & supra de elect.
 venerabilem, vers. quod autem. secundum Hostien.
 Legitur. Num. 22. Ait. Ioan. 8. Euangelicam.
 Matth. 18.
 8 Reprehendere.] de triplici reprehensione, sci-
 licet improperiosa, sociali, & temeraria notat Ioan.
 21. dist. nolite. Et Hostien. de decem speciebus re-
 prehensionum, tractat in princ. sup. summa. quomodo
 viget hodie in hominibus reprehendendi libido, vide
 in Hiero. ad Celantiam. Nam qui. Matth. 5. Inno-
 centia. sicut Christus, qui peccatum non fecit, & c. 1.
 Petri. 2. cap. 6.
 9 Supponit.] & tunc nulla potest notari iniuria,
 vel detractio, quæ non infertur scienti, & nolenti. in-
 fra de reg. iur. scienti. lib. 6. cum concor.
 10 Ista tamē suppositio non potest fieri a clerico quo
 ad violentiam infrendam corpori, quin inferens sit
 excommunicatus; quod dic vt infra de sen. excom. cō-
 tingit. 1. supra de iur. iur. ex rescripto.
 11 Sed nec quo ad iurisdictionem hoc licet, sine su-
 perioris licentia. de fo. comp. significasti. nec quo ad
 forum penitentiale, infra de pen. omnis. §. 1. littera
 ergo ista, secundum Hostien. est intelligenda de ex-
 tra iudiciali suppositione, quo ad inferiores a Papa:
 sicut supra de iur. iur. veniens & c. Quintanallis. ni-
 si fieret de superioris licentia.
 12 Quo ad Papam potest intelligi etiam de iudi-
 ciali, per iura allegata hic in glos. quem alia iura
 positiua non ligant. de hoc supra de concess. præ-
 ben.

† Copiose
 lat. in l. 1. ff.
 si cert. peta.
 vbi Decius
 & alij.

ben. proposuit. Subditus. sine aliqua submissione A
 superioris.
 13 Reprehendendi.] idest corrigendi, non quod
 hoc liceat in publico sed dicitur: quia minus pec-
 caret, vt potest hoc colligi de sen. excom. cum non ab
 homine. de cobra. cle. vestra. vers. Item aliud. Host.
 Obsequendi. idest obedire: sic supra de reb. Eccles.
 non ali. c. fi. cum concor.
 14 Quod si.] hoc improbat secundum Hostien.
 quod subditi contemnendo proprios sacerdotes, ip-
 sos euitant; & faciunt euitari, de quo supra 1. re-
 spon. ibi; eorum confortium. sed ibi non loquitur de
 sacerdotibus tantum. Remoueri. sup. Hostien. re-
 meritate propria vitandi non sunt: quod intelligas, B
 nisi in casu supra de cobra. cler. vestra.
 Sacerdotum.] & aliorum clericorum bene-
 ficatorem: omnis enim res, & c. infra de reg. iur.
 omnis.
 Glof. quisque tenetur.] distinguit inter corre-
 ctionem publicam & occultam, & denunciationem
 Euangelicam.
 15 In gl. antep. ibi; si quos.] si præfectus pratorio
 videt indices propter corporis inualetudinem, ne-
 gligentiam, vel crimen esse inuitiles, illos remouet, &
 alios subrogat.
 In glo. immo in fi.] contra. 94. dist. c. 1. In
 glo. sic infra, ibi, sacerdos. contra. 94. dist. in san-
 cta. ibi dicitur, quod diaconi prædicant. ibi triplici-
 ter soluitur. In gl. 21. in fi. contra 19. dist. 2. vlt-
 tra medium ibi: non queritur quis vel qualis præ-
 dicet, ibi soluitur. In gl. nec istud, in fine. vide in
 Hiero. super Marthe. In gl. quisque tenetur ibi
 Apoll. 2. ad Timo. 3. & ibi in omni. vbi de
 hoc. & ibi si peccauerit. vbi de hoc. & in fi.
 adde quod not. supra eod. tit. c. 2. de hoc dixi supra
 de iudic. nouit.
 In glo. vt 2. in fi.] Ioan. 2. q. 5. auditum. ff. de
 iur. om. iu. est receptum.
 In gl. pen. in fi.] de accusa. ad petitionem.
 16 In glo. vlti. ibi, pertinet.] ordinario iure, ex spe-
 ciali enim iure, vel commissione, posset competere al-
 terum sine altero.
 17 Idem in prescriptione: qui enim præscripsit in-
 stitutionem, non intelligitur præscripsisse destitu-
 tionem, vel renunciationis receptionem, aliis di-
 ceretur præscriptum, quod non fuit possessum, con-
 tra regulam sine possessione. cum concor. infra de
 reg. iur. lib. 6. & ff. de vsuca. l. pe. §. fi. non obstat
 comexio, per ea quæ not. eo. tit. odia. de visitatione
 quo ad procuratorem, & de noualibus quo ad deci-
 mas, ad idem quod not. de ma. & obe. cum infe-
 rior. in 1. gl. cum sua remis. & quod not. ff. de procur.
 qui procuratorem. & c. de an. excep. l. fi. In 1.
 gl. post princ. facit. de resc. susceptum, lib. 6. &
 quod ibi scripsi in fi. & super 5. gl. & quod scripsi
 de proba. in presentia super fi. vlt. gl. nisi secundo: &
 c. vno lib. 6. & in fi. de hoc dixi supra de offi. ar-
 chi. cum satis.

c. Excommunicamus.

S Y M M A R I U M.

- 1 Varietas lectionis in verbo, vanitate.



Xcommunicamus.] Nominibus. de
 quibus. patet 24. q. 3. c. penult.
 1 Varietate.] aliis vanitate; aliis ve-
 ritate, sic infra c. penult.

§. Damnati.

S Y M M A R I U M.

- 1 Priuatus an punire possit hæreticum.
- 2 Inquisitores ob delictum clericorum bona Ec-
 clesiarum non proscribant.

Damnati.] pena damnatorum.

1 Balliuus.] videtur quod etiam priuatus †
 punire possit hæreticum. de quo vide 23. q. 5. si au-
 dieris. & quod dicam infra eo. presidentes. lib. 6. Pu-
 niendi. nisi statim sponte reuertantur, supra eod. ad
 abolendam. & infra c. pen. Confiscentur. ipso iure.
 infra eod. cum secundum. lib. 6.
 2 Receptum.] nec Inquisitores propter ipsorum
 delictum, bona Ecclesiarum debent applicare fisco,
 etiam si ecclesie. & hoc scienter facientes, excommuni-
 cati sunt per concil. vien. eod. tit. nolentes.

† Arch. in c.
 si vos. 23. q.
 5. Gra. Bru-
 nus lib. 5. de
 hæret. c. 14.
 Petrus Go-
 dofr. in au-
 then. Gaza-
 ros. C. de hæ-
 ret.

§. Qui autem.

S Y M M A R I U M.

- 1 Deficientes in purgatione, habentur vt con-
 uicti.
- 2 Contingit, eum qui non est vere hæreticus,
 quandoque vt vere hæreticum condem-
 nari.
- 3 Lapsus anni in multis causis, quæ mala ope-
 retur.
- 4 An elapso anno, contra contumacem requi-
 ratur sententia condemnatoria.
- 5 An ex assignatione termini ad purgandum,
 purgatio censeatur indicta.
- 6 Cum iudex assignat terminum ad purgan-
 dum, & reus non comparet, quid facien-
 dum.
- 7 Cur absenti & contumaci purgatio iudici
 possit.
- 8 Contumaciæ incommoda.

Q Vi autem.] pena suspectorum se non pur-
 gantium. Monstrauerint. idest, si monstra-
 re neglexerint.

1 Is enim, qui præstanda deficeret, puniretur vt
 conuictus, sine aliquo temperamento; & sic potest in-
 telligi supra eod. ad abolendam. §. qui auem. & de hoc
 infra de pur. cano. inter. in fi. & tunc non esset locus
 excommunicationi, & annali expectationi; de qua se
 quitur, secundum Hostien. & adde quod statim dicā.
 Satisfactionem. de qua dicam infra §. credentes.
 Excommunicatione. hac de causa lecta.
 2 Velut.] possibile est, quod non est hæreticus, ta-
 men propter hanc violentam presumptionem con-
 demnatur vt hæreticus. simile secundum Hostien. su-
 pra de iud. nouit. vers. sed cum dominus. ibi: sit tibi
 sicut ethnicus.

Et not. quod lapsus anni quandoque aufert possessi-
onem, vt lit. non conte. quoniam. s. in alijs. quando-
que proprietatem. C. de requir. reis. l. 2. quandoque in-
ducit istam condemnationem, vt hic. & l. 1. q. 3. rur-
sus. & c. quicumque.

4. Condemnetur.] secundum Vinc. per hoc ver-
bum futuri temporis, videtur quod post annum ne-
cessaria sit sententia, & sic post annum ante latam
sententiam poterit purgare vitium, sicut si legata
est optio infra tempus, post illud eligere possum, an-
tequam mancipia distrabantur. ff. de opti. l. manci-
piorum. ad hoc infra de preben. si tibi absenti. lib. 6.
Dicebat Hostien. quod per constitutionem Frideri-
ci. C. eod. authent. Gazaros. non videtur quod sit ne-
cessaria talis condemnatio, cum ibi dicatur: ita quod si
sic per annum permanserint. eos tunc sicut hereticos
condemnamus. ergo sine aliqua sententia videtur il-
los esse damnatos. nec obstat secundum eum si dicas,
quod crimen heresis sit de foro Ecclesie, quia dicta
constitutio fuit non solum per Romanam Ecclesiam
procurata, sed etiam approbata: & probatur hoc in-
fra eod. vt Inquisitionis. in prin. lib. 6.

5. Querit hic Hostien. Quid si Ecclesia suspecto as-
signet terminum ad purgationem prestandam, nun-
quid per hoc sic videatur purgationem indixisse?
quod si non venerit, & hac de causa excommunicetur,
& postea per annum expectatus sit contumax,
debeat vt hereticus iudicari? Hanc questionem non
puto dubiam, eo modo quo proponitur, infra eod.
cum contumacia. lib. 6. dicebat autem, quosdam di-
cere, quod sic, quia ex quo non venit, patet quod per
ipsum stetit quo minus purgatio indiceretur: vnde
proinde est, ac si in dicta esset. arg. ff. de reg. iur. ad
ea. s. semper. & l. iure civili. ff. de cond. & demon-
iure civili. & l. quibus diebus. quod non placet: quia
aliud est tantum purgationem indicare, aliud ad pur-
gandum terminum assignare, & aliud vtrumque fa-
cere: ita quod si alterum tantum interueniat nunquam
potest dici quod in purgando contumax sit. Si enim
terminus assignatur tantum, non potest dici quod as-
signatur ad purgationem indictam, sed indicendam.

infra de pur. cano. c. fi. in prin. si igitur non veniat,
& si sit contumax in non veniendo, non tamen est co-
tumax in non purgando: quia non potest dici contumax
respectu purgationis indicende, cum adhuc non
sit in rerum natura: arg. ff. de iur. codi. quidam re-
ferunt, supra de confi. cum accessissent. s. fi. Item
si purgatio sit indicta, sed non sit terminus assignatus,
de facili non potest comprehendi contumacia.
arg. in eo quod legitur & not. supra de off. ord. irre-
fragabili. s. excessus, nisi dicas intelligendum esse,
quod statim purget se. arg. ff. de verb. obl. eum qui
Calend. quod in hac materia durum esset sentire:
igitur vtrumque requiritur, scilicet quod terminus
assignetur, & quod purgatio indicatur. vnde & in
predicta constitutione, Gazaros. iungitur, ad man-
datum Ecclesie, vel ad arbitrium episcopi. supra
c. ad abolendam. s. qui autem, & hic temperatur
pœna illius. & quod ad hoc faciendum; terminus
peremptorius assignetur. arg. ff. de iud. ad perem-
ptorium, & l. sequentibus. supra de offi. deleg. con-
sultuit. & probatur supra de re iudi. quod ad con-
sultationem, supra de cobra. cle. & multi. c. pen. s. pen.

6. Sed quid si dicat iudex: Volumus, decernimus, &
mandamus, quod super tali suspitione te purges ad
nostri arbitrium, & ad hanc purgationem prestan-
dam, tibi talem terminum peremptorium assigna-
mus, in quo nisi veneris, & dictam purgationem pre-
stiteris, contra te quantum de iure poterimus, pro-
cedemus: & ipso non veniente excommunicatur,
nec dictam purgationem vt citatus erat prestabit?
Hic locum potest habere iste s. nisi citatus reputans
se granatum a tali mandato, ex iusta causa expressa
duxerit appellandum. supra de appel. preterea,
eod. tit. cordi. lib. 6. supra de re iud. quod ad consul-
tationem, quem tamen si Ecclesia velit excludere,
indicat purgationem declaratam, & bene formatam
tali contumaci, quamuis absenti; ad quam prestan-
dam, iterum assignet ei diem peremptorium, in quo
nisi venerit, excommunicet ipsum, quia purgationem
sibi indictam non prestabit, & sic omnino locus est
huic s. nec contumax audietur appellans. 2. quest. 6.
s. sunt quorum.

7. Nec miretis, quod dixi absenti, & contumaci pur-
gationem determinatam, & specificatam indici posse,
cui tamen forsitan non indiceretur si presens esset ra-
tionibus suis auditis: nam idem est & de sententia
diffinitiva, que plerumque datur contra absentem co-
tumacem, & tamen forte non daretur contra pre-
sentem, & de iure suo docentem, vt patet C. de iudic.
properandum. de elect. statuimus. infra de eo qui mit.
in pos. causa rei ser. cum qui lib. 6.

8. Hoc enim contumacia operatur: que vt supra
not. possessionem, & proprietatem rei aufert, et pro-
bationem sufficientem inducit, ac omnem exceptio-
nem, & defensionem excludit. & adde quod not. in-
fra de pur. cano. nos inter alios. & c. inter sollicitudi-
nes. s. fi. & de pœnis. c. fi.

Moncantur.

S U M M A R I U M.

- 1. Iuramentum de extirpandis hereticis cur ho-
die non praestetur.
- 2. In quibus terris locum habeat huius cap. defi-
nitio.
- 3. Requirendi domini temporales ut prestet hoc
iuramentum.
- 4. Fidei causas praelatus cu suffraganeis tractet,
& quare, & qualiter.
- 5. Excommunicatus in vna Ecclesia, in omnibus
est excommunicatus.
- 6. Negotia fidei vt hic cur Pontifici summo nu-
tianda.
- 7. Episcopus bona subditi rebellis Ecclesie, post
annum expectati concedere potest catholi-
cis occupanda.
- 8. Rebelles Ecclesie inuadendi; & eorum bona
occupanda.
- 9. Cum bona rebellium conceduntur occupan-
da, quid de mobilibus, immobilibus & feu-
dalibus? & num. 11.
- 10. In bello iusto omnia accepta sunt iuste pu-
gnantium.

- 11. Et quid de bonis feudalibus.
- 12. De rege Aragonum notatu digna.

Moncantur.] Iuramentum dominorum tem-
poralium contra hereticos.

1. Iuramentum.] si hodie hoc iuramentum non pra-
estetur, negligentia episcoporum est in causa; que illis
in hac parte multum est verenda. simile de treug. &
pace, cap. 1.

2. Posset etiam dici secundum Hosti. hic, quod hic
dicitur locum habere tantum in prouincijs, vel terris
infamatis de habitatione hereticorum. ad hoc infra
s. adijcimus. Exterminare. idem verbum in s.
sequen. & vide quod dixi in clemen. de iure iur. Ro-
mani, s. porro. in princip. Perpetuam. not. ad ea,
que dixi supra de iudi. c. fin. tamen forte hoc dictum
fuit propter comitatus, ducatus, principatus, in qui-
bus succedunt filij. supra de voto. licet. secundum
Hostien.

Auth. sta-
tuimus. C. de
epi. audient.
Eym. 3. p. q.
33.

3. Teneatur.] si requiratur. t. ad hoc infra. s. 1.
in prin. Si vero dominus. pena dominorum non
purgantium terram suam de heresi.

4. Comprovinciales.] & in prouinciali concilio,
supra tit. 1. cum sit nimis de preben. graue. & habet
hoc locum si ille sit rex, vel magnus princeps, qui
possit illi equiparari, vt si sub se habet metropolita-
num, & suffraganeos. 6. quest. 3. scitote. 3. quest. 6.
non liceat. & cap. vnaquaque. sunt enim talia gra-
ua ratione personae, vel rei de quibus agitur, in con-
cilio tractanda. in authent. de sanc. Episcopis. vt au-
tem omnis. colum. 5. coll. 9. & 18. distinet. pro-
pter 1. & 2. & quod dicitur supra eod. ad abolendam.
solum Episcopum hoc posse verum est, nisi propter
scandalum, vel grauitatem negotij oporteat
episcopos conuocari; alijs solus episcopus excommu-
nicat, & vicini illum euitant ad eius requisitionem,
de rapt. c. 1.

5. Nec potest quis excommunicatus esse in una Ec-
clesia, quin sit excommunicatus in alijs. 4. q. 5. cap.
vno. secundum Hostien. vbi de hoc. & 18. distinet.
placuit. quod facit in contrarium. & 53. distinet.
si quis.

6. Pontifici.] ratione grauitatis negotij, & gra-
uis pœna infligende. Ex tunc. scilicet lapsu anno.
sed possent & metropolitani cum prouinciali concilio,
contra istum quasi suspectum, seruare, quod dicitur
supra eod. s. qui autem. Exponat. mandando
praedicari crucem, quod alius facere non posset, vt di-
cam infra s. catholici, super 1. glo.

7. Putat tamen Hostien. quod diocesanus, bona sub-
diti excommunicati, & rebellis, & per annum expe-
ctati, posset exponere. infra de homicid. pro humani-
tate. sitque cum suis. quod sic probat: certum est
quod potest hoc de persona clerici incorrigibilis, non
solum in hoc crimine, sed in alijs, ut patet de iudic.
cum non ab homine. de verb. signifi. nouimus. si po-
test de persona clerici, foris & laici; & si de perso-
na, foris de rebus. argum. 12. quest. 1. precipi-
mus. de dona. inter virum & vxor. cap. penult. de
deci. ex parte 3. generaliter enim in res, & in perso-
nas inuocat Ecclesia brachium saeculare. infra de ho-
mic. postulat. di. de cle. excom. cap. 2. Extermina-
tis. quasi extra terminos, & fines ecclesie.

8. Possideant. Et sic inuadendi sunt rebelles, &
iporum bona auctoritate Ecclesie per alios catholi-
cos occupanda. 2. 3. quest. vlt. s. his ita. & cap. seq.
2. q. 5. s. ipsi autem. & cap. si apud carnales. cum
cap. seq. hoc autem agentes, dicuntur diligentissimi
rectores, & pii consultores, ead. q. si vos. sunt etia
tales necandi, & ciuitates cremandae. ea. q. si audie-
ris. Et temporalis dominus, qui negligit, pleeten-
dus est. ea. causa. q. 2. dominus. 3. quest. 7. qui sine. in
authen. vt dif. iu. s. penul. & vlt. coll. 9. secundum
Hosti. Fidei. alijs fidei. Saluo iure. not. pro pro-
testatione. Principalis. a quo dominium illud te-
nebatur.

9. Et sic immobilia sunt prioris domini. ff. de capt.
& postli. reuer. si captiuus. mobilia sunt occupan-
tium. eod. tit. l. antepen. ff. de acq. re. do. trans fuga.
C. de capt. l. ab hostib.

10. Vel dic; quod vbi inter Christianos ex vna par-
te est iustum bellum: ex altera iniustum, iuste pugnans
omnia occupata sua facit, que tamen ab alio in feu-
dum non tenentur. ff. de capt. l. 5. s. in pace. de acq. re-
rum do. naturalem. s. fi. 2. 3. q. 5. dicat. & q. 7. si de
rebus.

11. Sed & feudalia occupare possunt, saluo iure do-
mini innocentis, vt hic; vbi vero infideles, vel Chri-
stiani iniuste pugnantes bona immobilia iuste pugnati-
um occupant, & postea recuperantur, ad antiquum
dominum reuertuntur, vt in d. l. si captiuus. & de
hoc supra de iure iur. sicut 2. & de homicid. pro hu-
mani. ibi, dissidatus. lib. 6. secundum Hostien. hac
autem clausula cessat, vbi non est principalis domi-
nus secundum eum.

12. Obstaculum.] praecedens littera facere vi-
detur pro rege Aragonum, vt sibi non praedictet oc-
cupatio facta per regem Francorum de comitatu Tho-
losano ad mandatum Ecclesie: sed ista littera est con-
tra eum, quia impedimentum praestitit Gallis occu-
pantibus terram, secundum Abbatem. Legi.] de qua dictum est supra vsque ad versic.
saluo.

s. Catholici.

S U M M A R I U M.

- 1. De praelato cruce signato obligante fructus ad
triennium.
- 2. Indulgentia cruce signatorum.
- 3. Cruce signati etiam tempore pacis gaudent
priuilegio.

Catholici.] Indulgentia cruce signatorum con-
tra hereticos.

1. Et quod hic not. V. incen. de praelato cruce signato,
qui obligauit fructus ad triennium, vide ne prel. vi-
ces. cap. vlt. super glof. 2. infra hoc not. reliqua vide
ad litteram in Specu. eod. tit. s. in fauorem, vsque ad
fi. scilicet an recipiat manualia, & an debeat tenere
vicarium.

2. Conceduntur.] habent remissionem peccato-
rum, et preter id plura alia, que habentur supra tit.
1. ad liberandam in parte decisa, quam ibi posui, &
glossaui.

3. Interpretatur autem consuetudo, etiam per reli-
giosos.

† Eyme. 3. p.
q. 129.

gios Inquisitores Inducta, quod etiam tempore pa-
cis Ecclesie, et quo non restat hereticorum perfidia,
vel potentia, vel incastellatio, datur contra hereticos
signum crucis, & sic cruciati privilegio, de quo hic
loquitur, volunt vti.

5. Credentes.

S Y M M A R I V M.

- 1 Pœne credentium, &c. & num. seq.
- 2 Satisfactio pro hæresi in quo consistat.
- 3 Satisfactio etiam de accessorijs fiat.
- 4 Verba constitutionis Frederici Imp. de Patare
nis, & eorum pœnis.
- 5 Premium fautoris hereticum reuelantis.
- 6 Excommunicatus non habet vocem eligendi.
- 7 Nepos damnati de hæresi, an possit eligere.
- 8 Excommunicatus, an testabilis.
- 9 Fautores &c. hereticorum non succedunt
ex testamento, nec ab intestato.
- 10 Sententia lata per iudicem priuatum, de quo
hic, etiam inter ignorantes nulla.
- 11 Verba textus: & in similibus, explicata. & s.
Volumus. num. 8.
- 12 Communicare cum excommunicato nõ de-
nuntiatio, quale peccatum.
- 13 Clerici sacramenta hereticis, aut sepulchrum
exhibentes, ipso iure excommunicati.
- 14 Celebrantes diuina coram excommunicatis,
sunt excommunicati.
- 15 Et sunt irregulares.
- 16 Clerici grauius quam laici, & religiosi gra-
uius clericis puniuntur.
- 17 Aliquibus de communitate delinquentibus,
an communitas amittat priuilegia.

Credentes.

Eymeri. hac
2. par. q. 50.
& seq.

1 Pœna credentium, receptorum, & fauto-
rum. Talium. scilicet receptorum, & defen-
sorum, & fautorum: credentes enim omnino sunt
damnati. infra cap. penult. in fin. Hostien. quod dic
vt ibi dicam. Satisfacere. sic supra. s. qui autem.
& infra. s. 1.

2 Consistit autem in hoc satisfactio, quod abiuret
heresim, purget se, si tantum est suspectus, infra s. adij-
cimus. & si alia causa notoria excommunicatus sit,
restituere debet percepta, & quæ percipi potuerunt,
arg. de restit. spol. grauis, & quæ ex occupatione ali-
qua, si forsitan illam fecerant, peruenerunt. supra de
iur. iur. sicut. vel ex officio usurpato. damnato, vel si
ibi interdicto. supra titulo 1. cum sit. idem ergo &
de his, quæ ratione participationis ad eum peruene-
runt. arg. dictorum iurium. & supra eod. ad abolen-
dam. s. 1. in fi.

3 Tenetur enim satisfacere de accessorijs, & seque-
lis hic, sicut de ipsa offensa, secundum Hostien. ad
hoc de verb. sign. ex parte. infra de reg. iur. accesso-
rium. lib. 6.

Contempserit.] supplet Hostien. si laicus fuerit,
quia de clerico prouidetur. infra versic. si vero clē-
ricus.

4 Infamis.] Secunda pœna. in officio Inquisito-
rum habetur talis constitutio Federici: Patarenor-
um receptatores, & complicés, & quocumque
modo fautores, qui vt à pœna alios possint exime-
re, de se velut improvidi non formidant, publica-
tis bonis omnibus, relegandos in perpetuum esse
censemus. Et ipsorum filii ad honores aliquos nul-
latenus admittantur.

5 Si tamen aliquis fautorum huiusmodi dete-
xerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia mani-
feste probatur, in fidei premium, quam agnouit
famæ pœnæ, de imperiali clementia, restitutiono-
nis beneficium integrum consequatur.

† Faciunt tra-
dita p. Alfon-
sum Castilib.
2. c. 26. de iu-
hæret. pan. &
per Giga. de
eri. l. 5. maiel.
li. 3. p. 1. q. 6.

Nec ad publica.] 3. pœna, quæ locum habet etiã
in excommunicato, de procur. c. si. Hostien.

6 Ad eligendos.] 4. pœna. & idem etiam in ex-
communicato ac suspensio, supra de consuet. cum di-
lectus. de elec. illa. Et not. quod ponit hæc vt di-
uersa.

7 Per quod videtur, quod nepos damnati, licet non
possit habere ecclesiasticum beneficium, vel publi-
cum officium, vt infra eod. c. 2. lib. 6. eligere tamen
possit ad illa. ad testimonium. 5. pœna. & idem
in excommunicato, supra de testi. veniens. 2. s. fi.

8 Intestabilis.] 6. pœna, de qua secundum Ho-
stien. an in excommunicato locum habeat, not.
de except. pia. de senten. excomm. decernimus. lib.
6. & ibi plene per vlt. glos. dixi. Hæreditatis.
7. pœna.

9 Accedat.] ex testamento, vel ab intestato, licet
aliud innuat in parte. in authent. vt cum. de appel-
log. s. generalem. & sequentibus. coll. 7. sed corrigi-
tur in illa parte, supra eodem versentis. Hostien.
Nullus. 8. pœna. quæ in quolibet excommunicato
locum habet. supra de iudic. intelleximus. Quod si
forte. 9. pœna. & idem in excommunicato notorio.
supra de re iud. ad probandum. salvo eo quod habes
infra eod. presidentes. lib. 6.

† Ant. Gabr.
lib. 4. c. 5. n. 1.
opin. c. 6. l. 1.

10 Sententia.] lata etiam inter eos, qui ignora-
bant eum talem, secundum Io. cum sit lata à non iu-
dice. alleg. in contrarium. 3. q. 7. s. tria. in princip.
Nec causæ. 10. pœna. quæ sequitur ex proxima.
Si fuerit. 11. pœna. & idem in excommunicato.
aliàs, infra de senten. excomm. decernimus. Si ta-
bellio. 12. pœna. quæ in aliàs excommunicato vè-
dicat sibi locum. 3. q. 4. nullus. Hostien. qui de ceteris
pœnis per vtrumque ius contra hereticos promulga-
tis, remittit ad sum. eod. tit. s. quæ pœna feriatur re-
ceptor, defensor, vel fautor. Hostien.

11 In similibus.] potest facere comparisonem ad
similia officia, & ad similes personas, vt dicam su-
per gloss. prox. Deponatur. vltra pœnas prædi-
ctas, & additur hæc propter rationem, quæ sequi-
tur. Si qui autem. pœna illorum, qui talibus com-
municant. Tales. scilicet credentes, receptatores, et
fautores.

12 Denotati.] arg. quod communicare ex commu-
nicato non denunciatio, sit veniale, post denunciatio-
nem mortale. de hoc supra quod met. causa, sacris.
de cler. excom. c. si. Percellantur. per sententiam,
vel ipso iure, si intelligas de minori, vel de partici-
patione in crimine. Sepultura. de hoc hic bodie,
vt infra eod. c. 2. 1. respon. lib. 6.

13 Alioquin,

13 Alioquin.] supple secundum Hostien. excom-
municati sunt clerici ipso iure, cum consensu fau-
tores, & cum per Papam tales ter excommunicen-
tur in anno.

14 Celebrantes autem diuina coram excommuni-
catis, à Papa excommunicati sunt. infra de sent. ex-
com significauit. quod intelligas, vt ibi dicam.

15 Restat, & si sic excommunicati celebrant, & sa-
cramenta interdicit in anno ministrant, irregulari-
Puniendos.] quia unde debetur poena, non venit premium ff. de leg. 1. si servus plurium, s. 1. & 2. in fine. 10. quest. 1. c. legi. cum similibus.

Cap. XIII. sup. fol. 108.

Contra Christianos.

Redierint.] forte prius fuerant Iudei, & postea facti sunt Christiani. isti dicuntur redire: bi qui unquam fuerant Iudei, sed semper Christiani, illi dicuntur transire.

Infantes.] scilicet minores septennio, unde videbantur non obligati ad fidem: quia etas illa ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1. unde nec sponsalia tales contrahere possunt. supra eo. lib. de spon. c. vno. Sed contrarium est verum, quia tali sacramento obligati sunt etiam ignorantes. supra de bap. maiores. de cons. dist. 4. queris. & ratio ibi patet in parte prima. & not. de hoc. ead. dist. c. nihil. sicut & punitur etiam ignoranter rebaptizatus, ea. dist. qui bis. & c. seq.

Absolute.] ergo absolute coactus non recipit sacramentum baptismi: sed conditionaliter, & metu mortis coactus, bene. 45. dist. c. de Iudeis. supra de bap. maiores. coacta enim voluntas, voluntas est. 15. quest. 1. merito queritur. est autem absoluta coactio, cum quis inuitus, renitens, & reclamans fertur ad fontes, & cum verborum prolatione immergitur: & est si. 50. dist. presbyteros. supra quod metus causa. cap. sacris. vbi de hoc in 1. glos. Ioan. And.

Iudeos.] non ergo possunt isti se inuare per professionem, quam contempserunt. C. de aposta. l. bi qui sanctam. licet alijs infidelis non recipiatur ad testimonium supra de testi. c. 1.

Procedendum.] Erit ne per istud c. canon ille correctus. 1. q. 4. Iudei. vbi dicitur, quod bona Iudeorum deuoluuntur ad catholicos filios: sed bona hereticorum sunt confiscata. infra eod. cum secundum. quia correctio iurium est vitanda? Dicendum videtur quod non, ut istud capitulum loquatur de

† Eymet. hac 2. par. q. 44. & ibi dixi.

† S. Thomas 3. p. q. 68. art. 9. Sotus in 4. dist. 5. q. 1. art. 9.

A poena personali, non de damnatione bonorum: maxime quia haec noua iura, quando corrigere intendunt, hoc expriment. supra de concef. praeben. c. 2. infra de sen. excom. c. vlt. Contra videtur cum aperte dicat eos puniendos ut hereticos, ergo ipsorum bona non deuoluuntur ad filios. infra eo. cum secundum: quod tutius videtur. nec est necesse quod noua lex corrigens praecedentem, de illa faciat mentionem. supra eo. lib. de consti. c. 1.

Cap. XIII. sup. fol. 109.

Decreuit.] In commissionibus, per eum factis super haeretica prauitate.

Confiscari.] ut sic mulier pro mariti odio non grauetur. infra de reg. iur. non debet. cum suis conxor. quia nec vxor pro marito conuenitur. C. ne vxor pro ma. per totum nisi in causa primipilarij. C. in quibus causis pign. vel hypotheca contrahi. l. sacris.

Tunc.] scilicet tempore contractus. ergo si tunc ignorabant: licet postea sciuerint, non habet locum poena, ut sic inspicitur initium. supra de emp. et ven. cum dilecti. presumuntur autem ignorare, nisi probetur scire. ff. de proba. verius. de hoc supra c. 2. & infra de reg. iur. presumitur.

Cap. XV. supra fol. 109.

Tarutum.

Innocentij.] Si loquatur de quarto, habemus id in commissionibus per eum factis: ut dixi supra cap. prox. si dicamus de tertio, posset loqui de decretali. supra eod. vergentis. & cap. excommunicamus. s. credentes.

Alexandri.] IIII. supra eod. quicumque. s. heretici.

Inane.] hucusque durat antiqua constitutio, modo sequitur declaratio, in qua declarantur not. per Hostien. supra eod. vergentis. Et hanc declarationem sic intelligo: si Titius fuit hereticus, receptator, fautor, vel defensor: & habuit filium, vel filiam, uterque ipsorum subiacet prohibitioni: & si ille filius habeat filium, ipse nepos ex filio prohibitioni subiacet. Sed si filia habeat filium, nepos ex filia non subiacet huic prohibitioni; item si mulier aliqua est haeretica, & habeat filios, soli filij includuntur hac prohibitionem: sed nepotes ex filijs non: & hoc intendit hac declaratio. Et hoc secundo casu cum mater fuit haeretica, intelligas verum, si pater fuit catholicus, ut eius respectus non habeatur. & facit in hoc id quod not. Accur. C. ad leg. Iul. ma. l. quisquis. vbi dicit, quod eadem est poena, cum mulier committit crimen lese maiest. quo ad descendentes sicut cum vir. Est tamen sciendum, quod vbi alijs non caueretur de descendentibus per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur per sententiam iuris, vel hominis: ut infra de poenis. vbi cumque. sed quod filij etiam filiarum includerentur, videbatur probari per decre. supra de poenis. in quibusdam. s. sacri. vbi punit posteritates, & infra de. prox. cap. vno. & videbantur illi puniri & per verba, & per mentem: per verba, quia sunt descendentes, & a verborum significatione non debet recedi.

E Sed non bene, quia in poenis no fit extensio. l. a. l. 4. Decius consil. 64.

† Eymet. 1. p. q. III. vbi dixi. Palacp Rubius de re gno Nauarę p. 5. s. 5.

† Eymet. 3. p. q. 114. & 115. Antonij Gomez tom. 3. variat retoluc. cap. 2. nu. 4. Cynus, Salyceus & Bal. l. quisquis. C. ad. l. Iul. ma. icelta.

† Sed non bene, quia in poenis no fit extensio. l. a. l. 4. Decius consil. 64.

ff. de leg. 3. non aliter. & differentia agnationis, & cognationis hodie sublata videtur, in authen. coll. 9. de here. que ab intesta. dese. & de mente idem videbatur, quia voluerat constitutio punire haereticam in filijs. 24. quest. 3. cap. cum ergo. s. sed qui. & ff. quod me. causa. l. isti quidem. si enim ex vnica filia nepotem haberet, & ille non includeretur, non puniretur in filios. idem videtur de mente: ideo, ne quis ducat filiam haeretici in vxorem: sicut enim vir infidelis saluatur per mulierem fidelem, sic & damnari posset. arg. de diuor. gaudentis. vnde qui emittit mancipia, de origine solet querere. ff. de adil. edi. quod si nolit. s. qui mancipia. Sed de iure secus est, ut in praedicta decret. vbi dicitur. infra de poenis. in fin. vbi aliud cauetur, ut hic, & bene facit ff. de senat. liberos. vbi dicitur senatores vocari debere ipsos senatores, & filios eorum, & nepotes natos ex eis: nepotes vero ex filiabus nati, senatores non dicuntur, sed patris sui conditionem sequuntur.

Primum, & secundum gradum.] id est filios, & nepotes: & hoc patet etiam ex s. sequenti. & supra eo. tit. ut commissi. ad fi. & est casus quo filius punitur propter delictum patris. de hoc dixi supra eod. c. 2. s. heretici.

Volunt.] supra dixi, declaramus, hic dicit, volumus: quia in quantum punit descendentes per masculinum declarat ius vetus: in quantum descendentes per femininum, statuit ius nouum. ad idem infra de poenis. vbi dicitur. & benefacit hęc littera, ad quaestionem, qua queritur, si an filij illegitimi includantur hac prohibitione? & videtur quod non: quia non sunt in patris potestate. insti. de nup. circa fin. sed quod potestas nil operetur, probat hęc littera, que punit descendentes per maternam lineam primi gradus, cum tamen filius in potestate matris non sit. & hoc est aquum, ne plus habeat luxuria quam castitas. in auibem. de resti. & ea que pa. in fi. coll. 4. licet interdum secus, supra de biga. quia circa. Verum est tamen, quod isti alio capite prohibentur ad successione, ut supra qui si. simi leg. per venerabilem. in fin. & ab honoribus. 56. dist. per totum. supra de fi. pres. per totum.

Esse.] nunc, quia viuunt.

Reincorporatos.] quia lapsi fuerant simpliciter, non relapsi. de quo dic. ut supra eod. accusatus.

Institunt.] ad hoc supra de temp. ord. ex tenore. & supra de furtis. c. vlt.

Parati.] ex quo non stat per eos, non debet eis imputari. de hoc supra de eo, qui mit. in pos. cap. 1. & 3.

Cap. XVI. supra fol. 109.

Inquisitores.] Inquisitor Papę super heref. sine speciali mandato non inquit contra episcopum: sed si eum culpabilem sciuerit, nuntiat Papa. Quibuslibet.] de quibus minus dubitatur.

Apostolica.] nota hanc litteram: non dicit in litteris commissionis Apostolica, vel aliorum, a quibus deputati fuerint, secundum quod dixerat in princ. per quod omiffum videtur, quod Inquisitor deputatus ab alio quam a Papa, etiam si habeat expressum mandatum, inquirere non possit contra

A episcopum. & licet antiqua iura dicant, quod synodus audit causam criminalem episcopi, licet definitionem Papa referret. 3. q. 6. accusatus. & cap. seq. & s. q. 4. duodecim. tamen committere non poterunt in hoc casu: & isti Inquisitores non poterunt inquirere, etiam ut instructam remittant causam. supra de appel. constitutis. quia non solum diffinitio, sed processus & Inquisitio est ipsi interdita per hoc cap.

Expresse.] quantumcunque igitur sint verba expressa generalia: puta ut inquirere possit contra quoscunque cuiuscunque conditionis, dignitatis ac status, non inquit contra episcopos, nisi illud ex prima tur propter prerogatiuam episcoporum. ad idem infra de sen. excom. quia periculosum.

Nunciare.] quam cito poterunt propter periculum, quod ex facto posset insurgere. conxor. supra eo. lib. de clerici. ggro. c. vno.

Cap. XVII. sup. fol. 109.

Per hoc.

Generaliter.] Bene dicit, quia secus esset si fieret de certis criminibus, & personę specialis commissio: quantum enim ad illam causam prauidicaretur ordinarie potestati, ut supra de offi. deleg. studuisti. quia generi per speciem, & c. infra de reg. iur. generi. cum suis conxor.

Delegata si habent.] forte habent delegatam ab homine; quod accidit in ordinario, cum Papa sibi committit crimen. secus si eum monet ad suum officium excitando: quod dicit ut supra de offi. ord. licet, & ca. graue. vel habent delegatam a iure, sicut est videre in hoc crimine. super. exemptos. supra eod. tit. ad abolendam. in fin.

Diuisim.] sic & plures Inquisitores communiter, & diuisim de hoc crimine cognoscere possunt. supra eo. ut officium, saluo eo quod dicitur infra eod. c. multorum. in clem.

Teneantur.] not. quod non dicit, possint: unde non relinquuntur eorum uoluntati, cum ius hoc necessitati subiaceat.

Veritas inueniri.] ad quod elaborare iudex debet. 14. quest. 2. quamquam. supra de probationibus, quoniam contra. Sed quid dices si processus isti inueniantur esse contrarij? tunc ipsi considerabunt, qui proximiora loquantur, & per ipsorum dicta se iudices informabunt, supra de testi. in nostra. ff. de testi. l. 3. 9. dist. ego solis. si autem episcopus secundum suum pronuntiare vult processum, Inquisitor secundum suum: quid iuris? infra sequitur.

Deferedendum.] ad idem supra de rescrip. pastoralis.

Sententia.] licet ergo de vnus delicto inquiratur per plures, etiam diuisim, vnica tamen sententia fertur. Et sic non obstat. supra de offi. leg. licet. ff. naut. caupo. sta. licet. vbi dicitur, quod de delicto vnus sepius non queritur. isti autem processus, quo ad finem pro vno habentur: quia illa loquuntur quando iam pronuntiatum est: quod dicit, ut not. 2. q. 5. habet hoc proprium: & supra de accu. de bis.

Remittatur.] quid iuris? alijs cum indices discordant: si habetur supra de re iud. cap. vlt. iura communia.] supra & infra hoc eo. tit.

† Idem tradunt hic Geminianus, & Francus, & alii.

† Eyme. 3. p. q. 51. & 52.

† Zanchinus de heref. c. 15. nu. 2.

Idē hic Io. Monach. & Archid.

† Zanchinus de heref. c. 15. nu. 2.

† Eymers. 3. par. 9. 84. vbi dixi.

Ordinationes. I etiam hoc volumine non infer-
tas. † dummodo non his constitutionibus contrarias,
infra eod. c. vlti. in fine. sunt enim ibi referuata, &
de his loquitur proemium huius libri, in fine.

Cap. XVIII. sup. fol. 110.

VT inquisitionis. I primo approbat, & ser-
uari præcipit leges canonibus non contrarias,
per Fridericum contra hæreticos promulgatas.
Secundo præcipit, rectores locorum parere Inquisi-
toribus, ordinario, vel alteri eorum inuestigatione,
captione, custodia, & punitione hereticorum, &
factorum suorum: eorum proclamationibus, vel ap-
pellationibus non obstantibus: ita tamen quod de il-
lo crimine (cum sit mere Ecclesiasticum) nec iudi-
cent, nec cognoscant: contra facientes, & non pa-
rentes, & eorum fautores excommunicat, quam si
per annum sustinuerint, vult eos vt hereticos conde-
nari hoc dicit, Ioan. And.

Leges quasdam. I has leges fertur, quod Cle-
mens sub bulla redegerat, sed eas aliter non habe-
mus † quo ad verba: habemus tamen quasdam au-
thenticas Friderici, de quibus etiam forsitan intel-
lit hic Bonifacius. C. de episcopa. audient. authent.
statuimus. signanter super l. iubemus. C. de hæret.
authent. credentes. authent. si vero dominus: & au-
then. Gazaros. habebamus etiam olim quandam ip-
sius constitutionem in 5. compilatione, que incipie-
bat: Hac editæ tali. aliàs hac decretali. & erat sub
titulo de consili. & eadem compilatio que incipie-
bat: Gazaros. sub titulo de hereticis.

Tunc. I hoc dicit, quia postea recessit à deuotione
Romane Ecclesie, & per Inno. iij. in concilio fuit
depositus, ob certas causas. supra eod. lib. de re iur-
di. ad Apostolicę.

Quatenus. I ergo aliàs non approbat, quia non tenent
concor. 10. dist. cap. 1. & facit quod notatur. 37.
dist. si quid veri. 19. dist. c. 1.

Nominibus. I confor. supra de elec. fundamen-
ta. eod. lib.

Fideles. I quis enim fidelis, qui non doleat fide leg-
sa? infra de pæn. felicis. ad fi.

Catholicos. I vnde non per Iudęos, hæreticos,
vel Paganos, qui quo ad prædicta suspecti sunt, & est
simile supra de Iudaic. c. penult.

Vel eorum aliquo. I hodie dic, vt in clem. cod.
ti. multorum. §. sane. & §. seq.

Indilate. I nota, quod sententia lata super cri-
mine, statim dilatione † postposita mandanda est
executioni, quod idem probatur 2. quest. 1. sicut. de
pæn. distin. 1. Adam. fallit in casibus notatis. 11.
q. 3. cum apud. quid iuris de alijs sententijs latis su-
per personalibus, vel realibus actionibus, not. supra
de offi. deleg. querenti.

Punicendos. I quid si Inquisitor, & ordinarius,
discordans † in mandato, quia vnus mandat puniri
per se condemnatum, alter mandat relaxari per se
absolutum? satis videtur super sedendum, donec con-
suletur Papa. supra c. proxi.

Ordinationem. I de ordinationibus loquitur
Innocentij Alex. & Cleme. que sunt referuatae, in-
fra. c. vlt.

Imperialem. I ipsius Friderici, quam nõ habe-

† Hæ leges
habetur in fi-
ne Directorij
inter literas
Apostolicas
pro officio
Inquisitionis.

† Gōdofalus
de hæret. q.
19. nu. 4. Io-
an. Rojas
ling. 180.

† Zanchinus
de hæret. c.
15. nu. 2.

Amus †, sed approbata est supra in prin. Io. And.
Quoquomodo. I idest principaliter, vel inci-
denter. concor. supra de ord. cog. tuam. supra qui
fi. sint leg. lator. cum similibus. aliàs tamen cogno-
scit iudex incidenter, quod non cognoscit principaliter,
C. de iudi. quotiens. supra de testi. in inec. c. penul.
cum suis. concor.

Cognoscant. I nota, quod licet regulariter de
qua re iudex cognoscit † pronunciare debeat. ff. de
iudi. l. de qua re. supra de causa pos. cum super.
tamen hoc fallit interdum: sicut cum delegans re-
seruat prolationem sententię, supra de offi. deleg.
super questionum. synodus cognoscit de causa cri-
minali episcopi, & non pronuntiat. 3. quest. 6.
accusatus. & cap. seq. 5. quest. 4. duodecim. idem
in casu, supra de rescrip. cum contingat. vbi ad sui
instruccionem de iurisdictione cognoscit is, qui su-
per illa non pronuntiat, hic tamen vtrumque ex-
presse vetatur, scilicet cognitio, & pronuntiatio,
quia iudex huius rei non est capax. concor. infra de
sen. excom. si iudex.

Indirecte. I ad idem supra eo. tit. & lib. statutum.
Accidenter † ignorantes ergo non ligat constitutio,
ad idem supra eo. tit. & lib. c. 2. in prin. & c. vt com-
missi. in fi. & c. decreuit.

Percussum. I nota canonem late sententię: &
quia non referuat absolutionem sententię Pape,
ordinarius absolueret poterit. supra de sen. excom.
nuper.

Condemnetur. I ad idem supra eodem tit. & lib.
c. cum contumacia.

Cap. XIX. supra fol. 110.

Cum secundum leges. I bona hereticorum
ipso iure sunt confiscata: quod probatur tripli-
ci argumento legali: sed apprehensio bonorum fieri
non debet per dominum secularum, nisi prius pronun-
ciatum fuerit super crimine per iudicem Ecclesiasticum.

Naturæ contrarias. I in quibus sexus perdit
formam, & scelus est tale, quod non proficit scire:
venus mutatur in aliam formam. C. de adul. cum
vir. & omnium carnalium criminum pessimum, † est
vsus contra naturam. 3. 2. q. 7. adulterij: & si totus
mundus eo vitio vteretur, non excusat, ca. causa, &
q. flagitia.

Eo ipso. I propter hoc facit ad propositum.
Perdant. I C. de incest. nup. l. cum ancillis. & l.
seq. & l. si quis. ff. de rit. nup. l. incest. & insti. de
nuptijs. §. si aduersus.

Et mulier. I repetit, & cum secundum leges civiles
mulier, & c. quare hoc dicam, videbis infra. & dic
mulier ingenua. C. de rap. vir. l. vna. §. & si quidem.
in ancillis enim & libertinis non habet locum pena
bonorum, vt ibi.

Humanam legem. I C. de rap. virg. l. vna. & be-
ne dicit, humanam, idest civilem: quia secundum ca-
nonum legem secus: rapta enim secundum nos licite
contrahit cum raptore, si prior dissensus transeat in
consensum. 3. 6. q. 2. tria. & c. seq. & supra de rap. c.
penult. & vlti.

Confortibus. I delicti: vt quia comitati sunt
raptorem in inuisione vel rapina, vt in præleg. l.
vna.

† Habetur
in fine Direc-
torij inter
litteras Apo-
stolicas pro
officio in-
quisitionis.

† Ioan. Ro-
jas singul.
107.

† S. Thom.
2. 2. q. 154
art. 12.

yna. C. de rap. virg. §. penas autem.
Ipso iure. I propter hoc facit ad propositum: &
habet hoc in authent. de rap. mul. in fi. coll. 9.

Certoque casu. I cum parentes mulieris non su-
per sunt, nec alter eorum; vel si super sunt, ipsi, vel
alter consenserunt in talibus nuptijs, hoc casu bona
deuoluuntur ad fiscum, vt in præg. authent. de rap-
mu. in fi. Sed nunquid de iure canonico habebit lo-
cum hæc pœna, cum secundum canones licite con-
trahat, vt supra dixi. not. Io. 36. q. 2. de puellis. aliàs
§. quibus. quod pœna ista locum non habebit secun-
dum canones, secundum quos cessat interdictum;
nisi cum sponsa alterius rapitur, 2. 7. q. 2. statutum. et
accedat quod not. 2. q. 3. §. notandum. in fine. de se-
cundis nup. c. penult. & vlti. & secundum hoc bene
dixi supra, repetit: & cum secundum leges civiles,
quia secundum canones contra. Sed satis videtur,
quod licet secundum nos teneat matrimonium, pœ-
na legis habeat locum in his, que non essent de tem-
porali iurisdictione Ecclesie: cum enim illa ibi tra-
ctet de lucro captando, non de diminutione sui patri-
monij, & pœna illa sibi per legem obueniat, quare
lex eo quod confert priuare non potest: & accedat
quod dixi infra de reg. iur. c. 2. secus forte in pœna,
de qua in prædicta decre. vlti. de secundis nup. ibi
enim priuat lex eo quod nõ contulit. fallit. ff. de ado-
ptio. l. si arrogator. Ioan. And.

Illicitas. I vt is, qui deserit arma, ferrum, & li-
gnamina Saracenis. de Iud. is. ita quorundam.

Omittens. I hoc habet locum in priuato. ff. de ve-
tigalibus. l. si. §. diuus. in milite non, vt. C. eo. tit. l. 3.
& habes hoc quod hic dicitur. ff. eo. tit. l. commissi.
C. eo. omnium. & l. si quis. cum similibus.

Bona hereticorum. I secus in bonis Ecclesiarum,
in quibus intitulari erant ipsi heretici: vt in cle. eo.
11. volentes. post prim. Ioan. And.

Gravius. I ergo sunt grauius puniendi, 2. 4. q. 1.
non asseramus.

Quam prædicti. I scilicet contrahens nefarias
nuptias: rapta que cum raptore contraxit, transue-
nens illicitas species, vel rerum veltarum professio-
nem omittens.

Ipso iure. I determinatum sit ergo quod olim
dubitabatur per decr. supra eo. excommunicamus
1. & 2. responso. vbi dicebatur ita, quod bona dam-
natorum si laici fuerint, confiscantur. † intelligamus
ergo confiscantur, ipso iure, vt hic vides. & intelligo
ipso iure confiscata, à tempore commissi criminis. C.
eo. tit. l. 4. idem dico in crimine lese maie. ff. de do-
na. l. donationes. secus est in alijs criminibus. ff. de
dona. l. post contractum. Et puto confiscationem hæc
locum habere etiam si ille catholicos filios habeat, &
iste textus non distinguit: super hoc tamen fuerunt
opiniones notate supra eo. tit. vergentis.

Declarationem. I quam hodie non habemus.
Ecclesiasticam. I secularis enim super hoc eccle-
siastico crimine iudicare non potest, supra eo. c. pro-
xi. §. penulti.

Cap. XX. supra fol. 111.

Statuta. I in prima parte vsque ibi iubemus.
concedit in negotio inquisitionis heretica præ-
iudicis procedi posse simpliciter & de plano. in 2.

† Vide Ey-
mer. 3. p. 9.
109. vbi di-
xi. Zanchin.
de hæret. c.
25. reperto-
rium verbo:
confiscatio.

A dicit quid iuris si ex publicatione nominum accusa-
torum & testium, ipsis periculum immineret, &
quid si non immineret, & fictiones vitari præcipit,
ne dicatur periculum vbi non est, vel econuerso: In
tertia ibi: constitutiones. statuta prædecessorum
suorum super hoc negotio edita, his constitutionibus
non aduersa, corroborat.

Quædam. I aliàs quondam aliàs quædam.

Possit. I non dicit per quos: intelligo ergo & per
Inquisitores heretica prauitatis deputatos à Papa,
& per ordinarios, & per delegatos. ad hoc eod. titum.
per totum, in fi.

Figura. I Distinxerunt † moderni, qui no. istam
materiam supra de accu. olim. Inno. Hostien. & p. q. 55. vbi
dixi. Conradus Brunus lib. 4. de hæ-
ret. c. 5.

B Guil. in speculo de Inquisitione. §. nunc tractemus.
ver. quid igitur. si autem detur potestas proceden-
di simpliciter & de plano, & sine iudiciorum stre-
pitu, an addatur ibi illud verbum, sine iudiciorum
figura: vt in primo casu, omnem iudicium ordi-
nem seruare teneatur in libelli oblatione, in exce-
ptionibus, dilationibus, litis contestationibus, in iur-
amenti & testium receptione, & sententię prola-
tione, & alijs: sed operabuntur illa verba; quod si
aliquid omittatur, non ideo vitabitur processus: &
magis poterit partium aduocatorum, & testium
inutilem strepitum refragare: tamen omittere non
poterit litis contestationem, vel aliud substantiale,
quod etiam de consensu partium omitti non posset,
vt notatur supra de offi. deleg. de causis. supra eo.
lib. de re iudi. c. vlti. in secundo casu, quando addi-
tur ibi, sine figura, vt hic, nullum ordinem iudicia-
rium seruare tenetur: ad hoc C. de lati. li. toll. l. vna.
§. similitur modo 2. tunc enim sufficit sententię;
quamuis omissa solemnitate, vt probatur, & not. C.
quorum leg. l. vna: hodie dic vt in clemen. de verbo.
fig. sepe: & vide quod ibi not. in vltima glos. Sed
dubitari solet, an inferior à Papa, etiam legatus, si
in casu aliàs non permisso à iure, possit cognoscere
de aliqua causa, vel eam committere de plano, sum-
marie sine strepitu & figura iudicij? Et videtur
quod non, absurdum enim esset dicere, quod minor
legem maiorum tot vigilijs & laboribus adiuuen-
tam tollere possit. de elec. Ecclesia vestra. 2. 2. dist.
inferior. C. de inoff. test. si quando. & in cle. de elec-
tio. ne Romani. in prin. licet successor conditoris,
qui pari fungitur potestate, ipsam tollere possit. ff.
ad Trebel. ille à quo. §. tempestiuum. supra de elec-
innotuit. supra eo. lib. de conce. præ. c. 2. & ipse
idem conditor, qui condidit. supra eod. lib. de rescrip.
statutum. §. 1. Et præterea regula dicit: beneficium
iuris nemini denegari debere, infra de reg. iuris in-
dultum. 2. 8. dist. de his. In contrarium videtur quod
possit, quia legatus omnia potest, quæ Papa specia-
liter sibi non reseruat: gerit enim vices eius, & si
est de latere, maius omnibus post Principem impe-
rium censetur habere, supra eo. lib. de elec. si ab-
batem. Item legatus quando sibi videtur, secundum
æquitatem procedit, supra de tran. c. vlt. & c. dicit
Apostolus. in cuius loco videtur esse legatus: om-
nia mihi licent. 1. 1. q. 1. aliud. ad idem. ff. de offi. pro-
sed in aliam. in fin. dici potest. per iura prius allega-
ta, quod inferior à Papa etiam legatus † iuris so-
lemnitates, quo ad hoc tollere non possit, in casibus
non

† Eymers. 3.
p. q. 55. vbi
dixi. Contra-
dus Brunus
lib. 4. de hæ-
ret. c. 5.

Vide Baldū
in l. ne quic
quā §. de pla-
no. ff. de of-
fi. procon. &
Imolam in
c. vlt. de con-
fir. vtil. vel
inutil.

† Felinus 1 c.
1. de rescrip.
Bald. consil.
330. lib. 4. A-
lexand. con-
si. 17. nu. 14.
lib. 4.

non expressis: unde contra inferiores non seruan- res, prodita sunt appellationum remedia. 2. q. 6. per totum. de appellat. per totum. solus autem princeps potest in alterius auferre: cognoscat ergo & committat etiam legatus, ordine iuris seruato. ad hoc supra de ver. sign. super quibusdam. de iureiuran. ad nostram. 3. & c. ego 2. notatur ad hoc. ff. de offi. proconsul. l. nec quicquam. s. de plano. & s. ubi decretum. legatus enim habet instar proconsulis: supra de offi. legati. cap. 2. eod. lib. & proconsul ea, que communia sunt presidibus, seruare debet, vt in pragall. l. nec quicquam: in fin. nec in generali demandatione videtur mandatum quoddam specialiter mandatum non fuisse. supra eo. lib. de offi. vica. cum in generali. & infra de reg. iur. cap. in generali. & delegatus a Papa, in causa sibi delegata, maior est legato de offi. leg. studuisti. & ordinario. supra de offi. deleg. sane 2. & tamen tenetur ordinem iudicium seruare, supra de iudi. exhibita. de libel. ob. c. 2. & 3. de litis contest. cap. 1. cum similibus. Ioan. And.

† Eymericus infra 3. par. q. 71. ubi dicitur. Repertorium verbo: nomina. G6 distaluis de heret. q. 10. num. 4.

Periculum.] timetur mors: † vel detruncatio ipsorum filiorum: vel parentum suorum: vel deuastatio substantie ipsorum: vel his similia. Absente.] ergo diacono presente, coram of-

A ficiali non fiet: nisi forte coram honesta persona, de qua sequitur. ad idem supra eo. vt commisi. supra eo. lib. de offi. ord. c. 1. in fi. de temp. ord. cum nullus. s. 2. Haberi commode possit.] commode. 2. 2. q. 2. sciat homo. ff. de verb. sig. l. nepos. Promulgare.] ubi ergo non fiet talis promulgatio, licet indicatur secretum, reuelans excommunicatus non esset. Episcopum.] simile supra eo. tit. Inquisitores. Iudicij.] supra de accusat. qualiter & quando. s. debet. & tradi debent nomina † cum dictis, vt possit & de falso arguere, & se plene defendere, vt ibi: tamen si hoc omitteretur parte tacente, non puto vitari processum: ad hoc supra eo. lib. de accusa. c. 1. & 2. Dicant.] simile supra de rescrip. cap. cum contingat. Conscientias.] simile supra eo. lib. de rescrip. statutum. s. asseffore. Permanere.] non obstante † eo, quod in huius 6. lib. volumine inserta non sunt: sunt enim reseruate per hunc textum; & de his exemplifica quod dicitur supra in proemio huius libri ad finem: vt ibi dixi.

† Hæc hodie non sunt in causa heretis, vt dixi, par. super q. 75.

† Eym. 1. p. q. 84. ubi dicitur. xi.

GLOSSA ARCHIDIACONI SVPER SEXTO LIBRO DECRETALIVM TIT. DE HÆRETICIS.

c. Quoniam.

SUMMARIVM.

- 1 Degradatio duplex. 2 In delictis degradatione dignis certa forma seruanda. 3 Solus episcopus qualiter sacerdotum causas cognoscere dicatur. 4 In iudicando seu degradando subdiacono, quot episcopi requirantur. 5 Per religiosos, hic clerici solum accipiuntur. 6 Litteratorum nomine qui intelligantur. 7 Intellectus huius cap. & dictio, solus, qualiter hic intelligenda.

Voniam.] Hec decretalis multum fuit detruncata, et olim incipiebat: Et si contra, & cetera. Degradationem.] 11. q. 3. Episcopus presbyter.

† Vide que dixi. 3. p. in 9. modo processum finie di.

1 Ad huius declaratione scias, quod duplex est degradatio, scilicet verbalis, & actualis: & qualiter fiat utraque, habetur infra eod. lib. de penis. degradatio. & ibi dicitur quando quis degradatur. 2 Scias tamen, quod ad cognitionem criminum, propter que quis debeat degradari, habet seruari certa forma: & ad huius declarationem, vide quod legitur & not. 15. questione 8. in princ. & quod

notat Inno. & Hostien. supra de praben. graue. ubi dicunt, quod in Inquisitione sacerdotum, diaconorum, & subdiaconorum, & ubicumque de crimine agitur, de modo depositionis ab ordine vel officio, sententia ferri debet. 3 Obseruandum tamen est, quod dicitur in canonibus, de quibus fit hic mentio, scilicet 10. q. 7. felix. c. si quis. & alijs capitulis eiusdem questionis. & 3. q. 6. accusatus. reliquorum vero clericorum causas, etiam solus episcopus loci cognoscat & finiat: vt 15. quest. 7. si autem. in fine: & sic solus, quo ad exclusionem aliorum episcoporum, non sui capituli, sine quorum presentia eius sententia irrita erit, vt dixi. supra eo. lib. de consue. non est. nisi contra eos episcopus legitime prescripisset, vt ibi dicitur. Sed cum in prad. c. si autem. 4 Dicatur, quod certus numerus in causa presbyteri requiritur, videlicet sex: & certus numerus in causa diaconi, scilicet tres: & in fine concludat dicens: reliquorum vero clericorum, & c. vt supra dixi: videtur quod in causa subdiaconi iste numerus non requiratur, sed ab vno solo episcopo eius causa possit audiri & terminari. ad hoc quod legitur & not. 5. quest. 6. iuxta. Sed dic, quod subdiaconus hodie gaudet eodem privilegio quo & diaconus. supra de seruis non ord. miramur. ubi not. Hostien. quod isti duo ordines, exceptis prohibitis, hodie in omni honore & privilegio, quinimo in omnibus adaequantur: ergo si contrarium tenere volueris, da ad hoc

Diaconus & subdiaconus æque priuilegiati.

ad hoc ius expressum, & quod dixi locum habet regulariter, sed fallit in heresi, vt sequitur. A canonibus.] de quibus facta est mentio supra. Sed certe illa capitula loqui uidentur dumtaxat de criminum obiectorum examinatione, & definitione sententiali super illis. Cum.] id est, quando. Heresi.] causam † demonstrat specialem, vt supra dixi. sic infra eo. in fidei. Relinquendus.] sic supra eo. excommunicamus. s. 1. ibi videas. infra de ver. sig. nouimus. Immurandus.] sic infra eo. accusatus. s. vt. & dic. id est muro recludendus. infra eod. vt commisi. s. & illorum. ubi patet. qd aliud est immurari, aliud incarcerari. Vocatis abbatibus.] simile. 18. q. 2. si quis abbas. 5 Personis.] hic exprimit clericos dumtaxat, qui religiosi dicuntur, vt patet. q. dist. denique. in princ. 1. q. 1. nullus itaque. in fine. 6 Litteratis.] in hoc genere possunt comprehendere laici litterati: vt pote doctores, vel bene instructi in iure canonico, vel ciuili. Videbitur.] ipsi ordinario episcopo, qui debet sententiam promulgare. 7 Solus episcopus.] videtur respicere principium huius capituli, ubi dicit, episcoporum numerus: nam sum capitulum non videtur excludere ista dictio, solus. secundum id quod legitur & not. 2. 1. dist. submittitur. Sed potest dici, qd illud locum habet quo ad causam examinationem, et diffinitionem: & hoc patet 15. q. 7. c. 1. in fi. & c. episcopus sacerdotibus. in fine. ubi dicit: oportet diffiniri: & sine illorum presentia non tenet, vt 15. q. 7. Episcopus nullus. quod hic dicit, quando formam degradationis obseruat. de qua habetur in prad. c. de penis degradatio. unde dicit hoc littera: possit degradare. unde credo satis sufficere, qd tunc obseruetur, quod hic dicitur.

† al. casum.

c. Quicumque.

SUMMARIVM.

- 1 Hæreticus quis multis modis dicitur. 2 Nemo abque pertinacia iudicandus hæreticus. 3 Intellectus. cap. dixit Apostolus. 24. q. 3. 4 Hæreticos ad fidem cogendos multis modis probatur. 5 Credentes hæreticis qui dicantur. 6 Facta quam uim habeant ad probandum interiorum affectum. 7 Nemo facile credens hæreticus iudicandus. 8 Facta euidētissimam faciunt probationem. 9 Indicia quando probent. 10 Audientes predicationes hæreticorum, quomodo censentur credentes. 11 Suspectis purgatio canonica indicenda. 12 Libros hæreticorum retinens, suspectus est de heresi. 13 Receptatores hæreticorum qui dicantur. 14 Defensores hæreticorum quidam errorem, alij personam tuentur. 15 Superiores non corrigentes hæreticos, non

sunt eorum defensores, sed fautores. 16 Fautores hæreticorum, & quot eorum genera. 17 Verbis qualiter quis hæreticis faueat. 18 Lubricū lingue aut iocus nō inducūt heresim. 19 Facto, qualiter quis faueat hæreticis. 20 Intellectus c. 1. uer. illud. 1. 4. q. 6. 21 Prelati omittentes facere que spectant ad promotionem inquisitionis, an sint hæreticorum fautores. 22 Ignorantia facti excusat. 23 Sepultura ecclesiastica, & Christiana, idem. 24 Quid sit hæreticus sepultura priuari. 25 Publica noxa, publico eget remedio. 26 Res inanimatę quandoque puniuntur.



Vicumque hæreticos.] quis dicitur hæreticus, habetur 24. quest. 3. hæreticus.

1 Et not. quod pluribus modis dicitur quis hæreticus: † nam hæreticus dicitur, qui non recipit quattuor concilia: sic intellige. C. de heret. l. quicumque. cum similibus. item & in casu. 20. dist. de libello. de hoc etiam not. 3. q. 3. inter. in gl. vario modo. & supra eod. tit. firmi me. ubi de hoc notantur varij modi.

† Eyme hac 2. p. q. 30. 31. 32. & ibi dicitur.

2 Is vero qui in fide errat, si paratus est corrigi, non debet hæreticus iudicari. ea. q. dixit Apostolus. & c. qui in Ecclesia. & q. 1. c. hæc est. ubi de hoc. & not. etiam e. q. que dignior. in gloss. ult. & 17. dist. nec licuit. et 21. dist. nunc autem. in glo. sed videtur. in fine. unde scripsit Hug. in prin. co. c. nunc autem. quod tunc Papa potest condemnari de heresi, cum pertinax fuerit, aliter non.

3 Sed Lau. ibi scripsit, quod prædictum cap. dixit Apostolus. loquitur de non intelligente: unde secundum eum, ille hæreticus, qui suum errorem non defendit, immo paratus est intelligere rationem, iam nō est putandus hæreticus, ut ibi.

† S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 8. Gondifaluis de heret. q. 25. Alfonso de iustitia hereti. pu nit. lib. 2. c. 3.

4 Hæretici † autem ad fidem compelluntur, multiplici ratione: primo ad instar frenetici, quem medicus ligat, vt 23. q. 4. ipsa pietas. & c. nimium, in princ. & Litargicus, qui stimulanus est, vt ead. q. quid faciet. Itē quia pater filium indisciplinatum, et magister discipulum bene castigat: vt in prad. c. ipsa pietas. et ea. q. c. displicet. vers. si voluntas. Præterea hi qui inueniuntur in vijs, & sepibus, & heresibus, & scissimatibus, coguntur intrare. id est † ad Ecclesiam redire: vt in præcitato c. ipsa pietas, & ea. causa. q. 6. c. 1. in fine. Itē, quia Luce 14. legitur, qd pater familias dixit seruis suis. Quoscunq; inueneritis copellite intrare, vt 23. q. 4. nimium. & Paulus fuit coactus ad veritatem cognoscendam, & tenendam. vt ibi. Item, quia pastor errantia pecora flagello reuocat, vt ibi. Itē, quia villos esurienti de cibo panis tollitur, si malus est, quam ei detur, vt ibi. Item, quia scriptum est, Detrahentem proximo suo, hunc versequer, ut ibi. Item, quia medicus ferro vulnera incidit, que fomenta non sentiunt. 8. 2. dist. plurimos. in fin. 1. q. 1. reperuntur. 16. q. 1. in canonibus. iuxta finem. Item, quia Angelus coegit Agar, vt rediret ad domum suam, vt 23. q. 4. quando vult, in princ. Itē, Nabuchodonosor decretum dedit contra eos, qui dixerunt blasphemiam in Deum, vt ibi. & cap. non inuenitur.

† al. et Matt. 12.

Act. 9.

nietur. 11. q. 3. imperatores. Item, quia multi tenentur inuiti, & includuntur, ut bonum opus, id est episcopatum suscipiant, ut ea. q. displicet. iuxta princip. multo fortius heretici ad fidem sunt retrahendi, ut ibi. Item, quia puniuntur pastores, quibus dicitur Ezechiel. 13. & Jerem. 5. Errantem non reuocasti, perditum non requisuisti, ut in praed. cap. displicet. ver. si autem. & q. 6. quod errauerat. Item, quia & illi compellunt catholicos ad malum, ergo & ipsi sunt compellendi ad bonum opus. 23. q. 5. relegendes.

† Sequentia glossemma- ta emendauit iuxta exemplum retasti consilij Guldonis Fulcodij, quod est in bibliotheca Vaticana, vnde ad verbum fere scripta haec Archid. ut ait Zan. tracta de heret. c. 6.

5 Credentes. Illi dicuntur credentes † heretico rum, qui ore proprio dicunt se credere erroribus eorum. ad hoc de penit. dist. 1. potest fieri, ver. quid ergo, & c. ibi de se factentur, & c. ca. in actione. 24. q. 3. Deus quando ad hoc de conse. dist. 4. cum pro parulis. & c. si qua mulier, ubi dicitur, quod vnicuique propria voluntas in confessione ministratur. ad idē 22. q. 2. is autem et tales heretici iudicantur. supra eod. excommunicamus. 2. §. vlti. infra de verb. signi. super quibusdam. ubi de hoc. et hoc indubitatim est, & probatione non eget. Qui vero adorauerunt, reuerentiam suo more exhibuerunt, consolationem, vel communionem ab hereticis acceperunt, vel similia perpetrarunt, quae ad ritum eorum pertinent, credentes merito debent dici.

6 Nam factis praesumitur de affectu. ad hoc 3. q. 5. qui viderit. c. sicut enim. C. de dolo. l. dolium. supra de biga. nuper. & plus est de facto quam verbo aliquid facere. arg. supra de appella. dilecti. nec refert an quis voluntatem suam verbis exprimat, an factis. ff. de legib. l. de quibus. ad idem quod legitur, & no. 20. q. 1. quam progenitores. & dixi supra eod. lib. de reg. iuris, is qui in gl. vlt. in fi. vbi videas. nam negare & confiteri possumus, non solum verbis, sed etiam factis. 11. q. 3. extimant. & hoc dico de his factis, & in quibus error exprimitur: sicut supra exempla posui de his quae ad ritum errantium pertinent. verum si quis eos visitauit, alimoniam dedit, ducatum praestitit, vel similia fecit, in quibus nihil de ritu eorum ostenditur expressum, non credo quod possint credentes iudicari: nam haec quandoque sunt pecunia interuentus: sicut si prius essent lapsi, & postea illa facerent. infra eod. accusatus §. ille quoque. & cum dicat. decre. supra eo. excommunicamus. 2. §. vlt. non simpliciter credentes, sed credentes eorum erroribus, necesse arbitror, aliquod erroris in eis indicium deprehendi: vnde supra dictos, quos vltimo dixi, non iudico hereticorum credentes, sed potius fautores, vel receptatores. ad hoc infra eo. c. accusatus. §. si vero.

7 Cum enim credens hereticus iudicetur, non debet de facili iudicari aliquis credens: nam in hoc crimine etiam ex vehementi presumptione nemo condemnatur. supra de praesump. litteras. ubi de hoc in gloss. immo ex leui. Si dicatur, quomodo ergo dicis illos credentes, qui adorant, & similia faciunt, si ex presumptione neminem damnas? Respondeo, non credo illos ex presumptione solummodo iudicari, immo ex vera probatione.

8 Nam probatio euidentissima est, quae fit ipso facto, ut not. 2. q. 1. §. 8. quando autem in glo. iudicis non sedentis, & c. & in concor. ibi notatur. aliās de animo constare non possent. ad hoc 3. dist. erubescant in

† al. condemnari,

A fi. 24. q. 3. Deus. 9. q. 3. aliorum. infra de vsur. in cuius tate in fine.

9 Sed huiusmodi iudicia, quae ad bonum retorqueri non possunt, nec ad aliud nisi ad istud quod expressē indicant, pro probationibus sunt habenda: & ideo perspicue vocantur insidiae. C. de dolo. l. dolium.

10 Quid ergo dicemus de his, qui eorum sermones, seu predicationes audiunt, potest dici, si semel tantum audierunt, & nunquam postea redire voluerunt, non debet iudicari credentes: nec enim videntur approbasse, quod postmodum euitauerunt. ad hoc efficac. arg. 1. q. 1. constat. supra de praesump. ex studijs. C. de incest. nup. l. qui contra. in fi. ff. de in rem ver. l. si pro patre. cum similibus.

11 Sane omnes, quos supra dixi non debere iudicari, credentes, fateor suspicionem maximam non carere: & ideo posset eis purgatio iudici, secundum canonicas sanctiones, iuxta illud: Qui vero inuenti fuerint sola suspicionem notabiles, & c. supra eo. excommunicamus. §. qui autem, ubi de hoc.

12 Item qui libros hereticorum suscipiunt, dico suspectos, & eis purgatio iudicandam, si tamē eos statim destruxerint incendio, vel alio modo, credo innoxios iudicandos. arg. 5. quest. 1. cap. 1. & c. si quis.

13 Receptatores. Illi dicuntur tales † qui scienter hereticos recipiunt, et si frequenter non recipiunt, ad hoc habes efficac. arg. infra eo. lib. de pen. ca. felicitas. iuxta prin. ibi, receptauerunt, vel defensionem scienter, & c. & facit optime ff. ad l. l. de adul. l. mariti. §. quasi. nam licet secundum vires grammaticae, hoc verbum sit frequentatiuum, tamen in iure pro simplici verbo ponitur, id est receptare, pro recipere: ut probatur. ff. de recepta. l. fi. sic & pulsare, dicitur egredere sine dolore, quamuis ibi nulla sit frequentia. ff. de iurciur. lex Cornelia. §. item pulsatione. multa quidem contra rationem disputandi de iure recepta sunt, ut ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. Horum autem, qui scienter recipiunt, quidam sunt in culpa, quidam non. C. de his qui lat. occult. l. 1. Hoc sane notandum videtur, quod iura civilia videtur intelligere, illum esse receptatorem, qui latenter recipit & celat, ut conseruatus manus iudicis euadat, ut inuenitur ff. de recepta. l. 1. & 2. ff. de off. praesi. congruit. C. de his qui lat. occult. l. vlti. de istis receptatoribus, & fautoribus not. Host. in sum. eo. tit. §. qua pena.

14 Defensores. Ad huius intelligentiam † scire debet, quod aliquando defendit quis errorem, aliquando personam errantem. is qui defendit errorem, damabilius est eo, qui errat: & non solum hereticus, sed etiam heresiarcha dicitur, ut habetur 24. quest. 3. qui aliorum. & in eodem casu intellige canonem. 11. quest. 3. qui consentit. quamuis loqui videatur ibi de illo, qui defendit errantem: sed intelligo quod defendit errorem, & errantem per praedictum cap. qui aliorum. aliās enim non esset acriter puniendus errante. & ita habes casum, in quo plus punitur consulens quam faciens, ut not. in dicto ca. qui aliorum. sic 23. q. 5. cum homo. ad hoc quod leg. & not. 86. dist. tanta. sic aliquando plus punitur consulens, quam si ipse idē faceret quod consuluit. ff. ad l. l. de parricidis. l. vtrum. & not. eod. tit. l. 1. sicut patet

† Vide quae dixi infra in hac 1. p. q. 50 §. sermones eorum.

† al. Suppimunt.

† Eym. hac 2. p. q. 15. & ibi plene dixi.

† Eme, infra q. 12. p. 2. & ibi dixi plene.

ret exemplum in medico, qui filio dedit venenum ut daret patri: nam in hoc casu plus punitur medicus, qui ipse illius patrem venenasset, ut ibi patet. Aliquādo quis defendit personam, resistens viribus vel potētia, ne ad manus iudicis veniat puniendus, vel examinandus: de simili defensione loquitur 21. q. 5. per totum. 27. q. 1. si castos. & contra huiusmodi defensores ad excommunicationem procedi potest, & credo, quod pro huiusmodi suspicionem possit eis iudici purgatio. Si queras, vnde habeo quod ex tali defensione sint suspecti: dico quod ex iniusta defensione opinio male videntium incurritur. 14. q. 6. hi qui.

15 Et scias quorundam sententiam fuisse, quae praelati seu principes, qui tales non corrigunt & puniunt, possunt dici defensores: quia negligere, cum possis perturbare peruersos, nihil est aliud quam fouere. 2. q. 7. negligere. 8. dist. error. supra de sen. excom. quant. infra de homi. sicut dignum. §. illi eriam. Hoc tēgo non confiteri, & ex pono fouere, id est nutrire, et hoc offendit canon. 86. dist. inferiorum. illos ergo appello fautores, de quibus supra dixi in gl. illi dicuntur credentes, & c.

† al. Sed ego:

† Eym. in fra. q. 53. p. 2. & ibi dixi.

16 Fautores. De his † etiam habetur infra cap. contra Christianos. hic nota, quod aliique sunt personae priuatae, aliae publicae potestate funguntur. & non est omnium una conditio: qui enim gladij potestate funguntur, ex sola omissione possunt dici fautores: puta si ab Ecclesia condemnatos non fugant, & non puniunt sicut debent, hoc probatur. 23. q. 3. qui potest. & q. 5. qui vitijs. & q. 8. praeterea. et in casu, qui habetur infra eo. ut officium. §. vlti. ibi videas. Priuata vero persona in hoc casu, si non capiunt, si praeterea non detinent, fautores dici non possunt: nam haec ad eos pertinent, qui potestate funguntur, ad hoc quod legitur & not. 26. q. 2. si de area. licet sit argu. contra. 23. q. 3. c. vlt. & infra eod. lib. de sent. excō. dilecto. ver. & quidem, cum sim. & hoc fateor de priuatis personis, quae ad hoc non sunt sacramento adstrictae: si enim iurauerint indicare, sicut multi faciunt, & celant: non nego illos fautores, cum ad hoc tenentur debito iuramento, et sic mortale peccatum in hoc casu veritatem celare. 11. q. 3. c. si quis. & sic patet qualiter quis omissione fauere intelligatur, & etiam permissio iudex sine praelatus fauere intelligitur, ut patet exemplum 17. quest. 4. §. quod autem. vbi videas.

17 Sed & verbis quis fauere potest. Si quis enim excusat hereticum non ex lingua lubrico, nec per iocum, sed in conuenticulis, vel etiam inter laicos, sicut multi faciunt dicentes sepe: isti homines non sunt tales quales dicuntur, nec negant ista, vel illa: vel forte quia aduocati sunt aliqui, & defendendo eos, excusant eorum excessus, possunt dici fautores, consideratione habita personarum, temporum, & locorum: non enim haec omnia possunt ad vnguem perstringi. plerumque enim homines simplices, haec verba ad amorem hereticorum prouocant, & deuotionem, quam habent ad Ecclesiam, minuunt & eneruant. & quod huiusmodi excusatores falsi fauere videantur, insinuat canon. 11. quest. 3. timendo. aliās incipit, non solum. sed & illi Episcopi, qui Lothario adhaeserunt, tanquam fautores eius condemnati sunt. 2. q. 1. cap. vlti. & dicit Nicolaus Papa: (quasi fauente

A di modum exponens, quod fucatis defensionibus eius crimina tegere videbantur. 11. quest. 3. ita corporis. Ex quibus duobus cap. colligitur, quod per huiusmodi coloratas defensiones intelligitur quis fauere.

18 At ubi esset lubricum lingua †, non obesse. quia illud ad penam, vel ad damnum trahi non conuenit. ff. ad l. l. maiest. l. famosi. similiter quae per iocum dicuntur, non obligant. ff. de actio. & obligatio. obligationum substantia. 2. q. 2. quod autē ait.

19 Item quod quis factio faucat, probatione non indiget, puta in eo, qui tali alimoniam procurat, qui liberat, qui ea per quae liberantur, subministrat, & si qua sunt similia. ad hoc 23. q. 4. est iniusta. ff. de fur. si pignore. infra eod. accusatus. §. sacerdotes. dic ut ibi. & infra eod. ut inquisitionis officium. §. prohibemus. idem dico in eo, qui precibus eum liberat. arg. 14. q. 6. c. 1. ver. illud vero.

20 Nec te moueat quod ibi dicitur, socius criminis: non enim intelligitur socius criminis, quasi idem crimen commiserit, sed socius, id est participes infectionis. & de huiusmodi societate loquitur canon. quādo dicit: nec caret scrupulo societatis occultis, & c. 2. q. 7. negligere. cum suis concor.

21 Sed si sunt aliqui praelati, qui nolunt facere carceres ad custodiam hereticorum, vel similia, quae ad promotionem officij pertinent. cum id non in fauore hereticorum, sed ex auaritia faciant, non dicam eos fautores: & ideo secundum quosdam Inquisitores de hoc non habent procedere contra eos. arg. contra. 23. q. 5. administratores. supra de offi. dele. praeterea. cum similibus.

Eorum. † scilicet hereticorum. 22 Scienter. † simile infra de cleri. excom. mi. si celebrat. ergo si hoc nesciebat ipse tumulans, non ligatur ista pena; quia facti ignorantia vnumquemque excusat. infra de cleric. excom. mi. Apostolicę. cum similibus.

23 Ecclesiasticę sepulture. † habes simile infra de tornea. c. 1. in fine. supra de sepul. ex parte. in fine. de penit. & remi. c. quod in te. Aliquando dicitur Christiana sepultura infra de vsuris. quia in omnibus. infra de penit. & remi. omnis vtriusque. supra de sepul. sacris. Sed credo, quod ista supponunt pro eodem; Christianorum autem corpora, cum psalmis, & orationibus ad sepulturam deducuntur, ut 23. quest. 5. placuit, 13. quest. 2. qui diuina in princip. & c. questum.

24 Vult ergo dicere ista littera, quod talium cadauera non debent in cimiterio ecclesie tumulari, neque etiam alibi ad modum Christianorum: sed foras iactari ab ecclesiastica sepultura, ut in pred. c. sacris. in signum perpetuę damnationis. supra de sta. mon. cum ad monasterium. §. 1.

† Vique. † istud, vsque, hic ponitur inclusiue: & sic secundum hoc habes hic, quod prius debent satisfacere quam absoluantur. sic supra eod. lib. de censib. quamquam. in fine. vbi dixi de hoc.

Idoneam. † nam habent Deo satisfacere de peccato sic perpetrato. & † ecclesie quam offenderunt, de penit. dist. 1. in actione. infra de sen. excomm. cum desideres. §. vlti. in fine. sic supra eod. excommunicamus. §. qui autem.

† Zach. tract. de her. ca. 7. n. 9. Albert. de agnos. af. ser. q. 3. n. 10. Simancas de carho. instit. tit. 17.

† Quia non licet pro eis intercedere. Alfon. Cast. lib. 1. c. 17. & iusta heret. punit.

† al. id est.

Propriis. Ergo no alienis habes simile supra eod. A lib. de elec. nulli. vbi dicit proprio iuramento, &c. et hic repete quod ibi dixi.

Manibus. Taliter tumulantes, exhibuerunt mēbra sua seruire iniquitati, & peccato, ergo illa debēt exhibere seruire iustitiā in satisfactionem. ad hoc 47. dist. omnes huius seculi. in fine.

Pub. ice. Si publice tales tumulant, taliter dum non esset, quin publice haberent satisfacere: quia vt August. ait, Publica noxa publico eget remedio, vt de penit. dist. 1. §. hoc igitur ad idem, infra de penit. & yemif. manifesta. cum sim. & ideo potest dici, vt videatur quod hic dicit, locum habere, siue publice tales ecclesiasticę tradiderint sepulturę, quicunque fuerint laici, vel clerici. cum supra dicat: quicunque, & ita nullum excipiat. supra de ma. & obe. solita. iuxta si. siue priuate. ad hoc 5. q. 1. quidam. vt hoc contingat pro detestatione criminis: nam taliter delinquendo, videtur facere furtum animę suę, quę Deo subtrahit per peccatum. ad hoc videtur facere quod legitur & not. 50. dist. ex penitentibus. in gloss. ex hoc. sed tunc oblatere videtur. 2. quęst. 1. si peccauerit. in fin. ver. dicit: vbi contingit malis, ibi moriatur. vnde dicit Ioan. Chrysost. Non dico tibi, vt te prodas in publicum. de peniten. dist. 1. §. his auctoritatibus. vers. item illud, &c. ibi etiam dicit Gratianus, quod secreta peccata, secreta purgantur satisfactione. idem dicit ead. dist. s. econtra. in princ. vbi dicit: occulta peccata secreta satisfactione, publica quoque manifesta penitentia expiari debent. forte istud potest solui, ex eo quod legitur & not. in pred. c. quidem. videlicet, si crimentalis sepultura sit publicum, quamuis persona tumulans ignoretur, potest procedi contra eum in genere, vt sum errorem publice confiteatur, vt ibi dicitur, & not. per Lauren. & Ioan. in gloss. contra. infra, &c.

Proiciant. hoc intellige, secundum id quod habetur supra de sepul. sacris.

Locus ille. Id est, cæmeterium ecclesie, in quo tales sunt sepulti. & hoc quod hic dicit, intellige secundum illud quod legitur supra eod. lib. de conse. eccle. si ecclesiam. §. vlti.

Perpetua. Id est, sine temporis p̄scriptione, quāuis hæc dictio multis modis exponi consueuerit. 10. q. 2. §. perpetua.

Scias quod Inno. scripsit supra de simo. sicut 1. quod in crimine simonie, & haeresis hoc est speciale, quod cu in alijs negotijs requirenda sint probationes luce clariores, vt dictum est: tamen in crimine haeresis minores probationes sufficiunt. C. de haereticis. l. 2. & adde quod dictum est supra eod. filij. in glos. videtur quod, & c. dicit tamen, quod leuia signa sufficiunt ad praesumendum aliquem hereticum: sed illa signa oportet plene probari. supra de praesump. litteras. propter suspicionem tamen indicetur purgatio, supra eod. excommunicamus.

Et quando agitur de hoc, credo quod testes possunt compelli, si se subtraherent a testimonio perhibendo. supra de testi. cogen. peruenit. & si Inquisitori celarent veritatem, nouum contrahunt mortale peccatum. 1. 1. q. 3. quisquis.

Ex quo patet, quod iuramentum, nec votum contra hoc praescriptum, non excusat, vt 2. 2. q. 4. in malis. infra eod. lib. de reg. iur. in malis.

Nec privilegium exemptionis habentes meo iudicio, a ferendo testimonio se possunt excusare, etiam cora Ordinario. arg. ad hoc efficax supra eod. excommunicamus 1. s. adijcimus. in fi.

Circa talia debet index, vel Inquisitor esse sollicitus: nam si testes deposuerunt confuse, & de causa scientia constat minus plene requisitos fuisse, iterato debent requirere: nam hoc de iure fieri potest, vt supra de testi. per tuas. ad hoc ff. de questionibus. repeti. debent etiam inquirere de inimicitia testium, cum is contra quem inquiritur, de talibus nequeat diuina-

Eym. 3. par. q. 71. vbi dixi. Gon distaluis de hiet. q. 1. nu. 9. Palacius Ru. in allegat. de haereti. s. 13.

Eym. 3. par. q. 71. vbi dixi copiose.

Et haec sententia est falsa. Palacius Rubius i allegat. de haer. s. 12.

Eym. 3. par. q. 62. vbi dixi.

S. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. ad secundum. Socrinus. Reg. 599.

Eym. 3. par. q. 61. vbi dixi.

s. Verum quia.

S V M M A R I V M.

- 1 In rebus magnis diligens Inquisitio adhibenda.
2 Quantopere ab errore cauendum.
3 Seueritatis variae appellationes.
4 An per duos testes tantum debeat quis de heresi damnari.
5 Per testes singulares, & famam, nemo debet de heresi condemnari.
6 De heresi nemo ex praesumptionibus condemnandus.
7 Sententia Innocentij, in crimine heresis sufficere leuioribus probationes.
8 Testes in causa heresis compelli possunt ad ferendum testimonium, & mortaliter peccat si subtrahunt se.
9 Neque ab hoc debito excusat votum, aut iuramentum in contrarium.
10 Neque vllum exemptionis priuilegium.
11 Inquisitor, iterato potest testes interrogare, si confuse deponant.
12 Vbi numerus requiritur, duo sufficiunt.
13 Quae personae sint, aut dici possint religiose.
14 Discretae personae quae dicantur.
15 Tabellioni scribenti acta Inquisitionis, non debent satisfacere inquisiti.
16 In causa heresis monachus conficit instrumenta, aliis secus.
17 Praeciendi verbum, quam vim habeat.

Verum quia.] Procedi. ad hoc est C. de appell. addictos.

Nam in magnis rebus diligentior factienda est Inquisitio. 4. 2. dist. quiescamus. & legitur & not. 7. q. vlt. c. vlt. iuxta fi.

Et hoc est C. de appell. addictos.

diminare supra vt eccle. bene. cap. 1.

12 Duas.] quia in ore duorum stat omne verbum, 2. ad Cor. 1. 3. 2. q. 4. §. quod vero. 4. q. 3. vbi numero 35. q. 6. §. vlt. nam pluralis locutio, duorum numero est contenta. infra. eod. lib. de reg. iur. pluralis.

13 Religiosas.] Religiosi et etiam dicuntur clerici seculares. 4. dist. denique. iuxta prin. sic et laici. 44. dist. non liceat. vbi etiam idem dicitur de clericis: sic et episcopi. supra de voto. ex multa. ver. sic ergo. vbi de hoc. sed forte hic intellexit de illis religiosis, qui habitum susceperunt: pro quibus multum presumitur. infra de no. oper. nun. cum ex iniuncto. §. super eo. vbi de hoc.

14 Et not. quod non sufficit, quod sint persone religiose, sed requiritur quod sint discrete: nam multi religiosi sunt idiotae, et iuris ignari: vt in prad. c. ex multa. ver. sic ergo. item nota, quod illa persona dicitur discreta, qua bene scit discernere inter lepram et lepram. 1. 1. q. 3. cap. quo modo. id est quis et qualiter sit ligandus, vel soluendus, vt ibi. ad hoc de penit. dist. 6. c. 1. in prin. et iuxta finem. ver. caueat spiritualis.

Presentia.] id est, conspectus. 9. q. 3. saluo. sic. 1. 5. q. 7. §. solus. et c. sequen.

Publicam.] supra de presump. illud. supra de prescrip. ad audientiam. iuxta finem.

15 Isti persona tabellionis non debet satisfieri de labore ab his contra quos inquiritur: nam Inquisitiones habent fieri sine incommodo reorum, in audent. vt nulli iudi. §. bis in super. coll. 9.

Duos viros.] supra de probatio. quoniam contra. et extraneagan. Bonifacii, debent superioribus. ver. et statuit generale, et c.

Scnnarij.] vulgare est Romanorum. sic supra de prescrip. ad audientiam. iuxta fi.

Seu.] expositiue ponitur pro, id est,

16 Tenent.] arg. contra supra ne cleri. vel mo. sicut te. die et quod iste casus est exceptuatus. et nota, quod ille solus casus excipitur, in quo monachus officium instrumentum, vt clare patet in extraneagan. Bonifacii. debent superioribus. ver. et statuit. ibi videas.

17 Praecipimus.] ergo est necessario obtemperandum. 1. 1. q. 1. c. penult. et vlt. et 3. dist. §. vlt. 2. 3. q. 1. quid culpatur. nam quod Cesar praecipit, ferendum est: quod imperat, tolerandum, vt ead. q. militarem. et dic ferendum de corpore, tolerandum, scilicet mente.

Non obstant.] sic infra eod. lib. de sen. excom. alma. §. fi. et infra eod. c. §. denique.

Canonis.] predicti. c. sicut te.

§. Compescendi.

S Y M M A R I V M.

- 1 An iudex delegatus possit inuocare auxilium seculare.
- 2 Nulla constitutione obstante, Inquisitores libere procedant.
- 3 Quod a nobis approbatur, nostrum dicitur.
- 4 Facilius quis repellitur ab obtinendo, quam ab obtento.

† Eymet. 3. p. 9. 108.

† Eymet. 3. p. 9. 19. vbi dixi.

c. Vt commissi.

S Y M M A R I V M.

- 1 Super crimine haeresis, non fertur noua sententia, sed iam per canones lata, renouatur.
- 2 Cur sint periti in causa haeresis aduocandi.
- 3 Differentia inter prudentes et peritos, et quis peritus.
- 4 Peritorum nomine Theologi, canonista, et legiste intelliguntur, non mathematici, aut medici.
- 5 An periti in causis fidei adhibiti, possint recipere salarium.
- 6 Recipere possunt gratis oblatum, sed non petere.
- 7 Qualis esse debeat Iurifconsultus.
- 8 Iurifconsultus fraudulenter consulens, tenetur de dolo.
- 9 Qualiter sit contra absentes procedendum.
- 10 Fideiussores absentium poena pecuniaria multandi.
- 11 Absentes hereseos rei vbi debeant conueniri.
- 12 Haereticus cum vbique peccet, vbique potest iudicari.
- 13 Sponte redire qui dicantur.
- 14 Detrusio penitentium in carcerem, non tam fit ad poenam quam ad cautelam: et quare.
- 15 Nemo in poenam criminis ad perpetuum carcerem, damnatur iure ciuili, secus iure canonico.
- 16 Quibus penitentiales poene imponuntur, non dicuntur diffinitiuie iudicari.
- 17 Fugientes de carceribus heretici iudicandi.
- 18 Sententia qua in heresim lapsi, Ecclesie recedantur, quibus verbis concipienda.
- 19 Sententiam diffinitiuam, iudex non potest commutare.
- 20 An Inquisitor solus possit priuare clericos, vel priuatos nuntiare ecclesiasticis beneficijs, absque episcopi consilio.
- 21 Clericus corrigi paratus, deponi non debet.
- 22 Inquisitor solus priuare potest beneficijs secularibus.
- 23 Episcopum delinquentem, an puniat suus Metropolitanus, vel Synodus.



T commissi. Singulis.] Nam singuli possunt procedere, vt supra c. proximi. 1. responsio.

Committendi citationes.] habes simile supra de offi. deleg. hac constitutione. §. vices. Denunciationes sententiarum.] Sic habetur in praedictis §. vices.

Tuleritis.] hic adde clausulam infra positam iuxta finem: plenam concedimus facultatem; et sic repetas ad finem cuiuslibet articuli, qui infra sequitur.

1 Et licet ista littera dicat, tuleritis sententias, et c. non tamen credas quod sit necessarium in crimine haeresis nouam sententiam promulgari, cum iam a sanctis canonibus sit antiquitus promulgata: sed sufficit quod antiqua sententia per denunciationem renouetur; et tunc talis sic denuncians non est pro-

† Vide eundem Archidia. infra c. statuta. nu. 4. in verbo, ad sententiam.

A mulgator noui constituti, sed executor antiqui, vt hęc colligitur 2. 4. q. 1. c. 1. et est huius ratio, quia lex factum notat, etiam sine sententia, vt ibi notatur per l. ff. de ritu. nup. palam. §. vlt.

2 Expedierit.] quia cum in negotio hęresis sit cum magna cautela procedendum, vt supra c. vt officium Inquisitionis. §. verum. ad talem cautelam sunt peritorum et consilia requirenda.

3 Peritos.] differentia est inter peritos, et prudentes, vt patet 1. 1. q. 3. nemo peritorum. vel dic q. hoc respicit litteratos; et dicit Aug. in deriuationibus, q. peritus idem est quod doctus, instructus.

4 Nec eredo hoc intelligendum de quolibet perito litterato, sed de theologo, vel canonista, vel legista: nam cum hic agatur de crimine puniendo, vel absoluendo (quod crimen est merē ecclesiasticum, infra eo. vt Inquisitionis. §. prohibemus.) debet per canones cognosci, et decidi. arg. ad hoc 1. 1. q. 1. si quis cum clerico. cum similibus. et ad hoc leges famulantur, vt ea causa. q. 3. summopere. 3. q. 9. dignum. cap. hortamur. 6. q. 4. si inter. 1. 0. dist. si in adiutorium, aliis imperitis matheos risui pateret. 3. 7. dist. qui de mensa. vt si medicus cum suo vrinario vellet in talibus iudicare, quod est risui patendum. ad hęc infra eod. statuta. §. 1.

5 Prebeant.] nunquid gratis videtur quod non, quia nemo de suo cogitur facere beneficium. 1. 0. q. 2. precarie. Item quia dignum est recipere emolumentum, eum qui praestitit obsequium. 1. 2. q. 2. charitatē. Preterea nemo cogitur suis stipendijs militare. supra de prescrip. cum ex officijs. et hoc plane videtur dicere August. 1. 1. q. 3. non licet vbi de hoc. et 1. 4. q. 5. c. vlt. in prin. Sed contra constat, quod hic agitur de iustitia, et veritate fidei, quam quilibet defendere tenetur, aliis est proditor ipsius veritatis. 1. 1. q. 3. nolite timere eos. et vbi quis tenetur ad aliquid, suis sumptibus illud habet exequi, vt dictum fuit supra eod. lib. de censu. Romana. in verbo visitatis.

6 Credo quod licite possunt recipere, si eis datur aliquid ab Inquisitore, vel alio iudice. arg. eius quod legitur et not. 1. 1. q. 3. vendentes. et sic intelligo prima iura: sed non potest petere, et sic intelligo contraria in hoc casu, in alijs secus.

7 Consilium.] Iurifconsultus debet esse in consilio cautus: in patrocinio fidelis: et in iudicio iustus: vt olim habitum est in prima compilatione in princ.

8 Et quod dicit in consilio cautus, dicere debet confulere, quia si fraudem adhibet, tenetur de dolo. ff. de reg. iur. consilij. aliis regulare est, quod nemo tenetur ex consilio. ff. manda. l. 2. in fi.

In virtute obedientie.] sic supra eod. lib. de sepul. animarum. in prin. ibi dixi.

9 Procedendi.] qualiter procedi possit contra absentes, et sic plane iudico, si constat de ipsorum perfidia, et sint contra eos solemniter edicta propozita, quamuis de iure ciuili in criminalibus non pronuncietur diffinitiuie contra absentem ad impositionem poene, nisi vsque ad relegationem, vt ff. de penis. absentem. credo de iure canonico posse pronunciar diffinitiuie super ipso crimine, supra de do. et contr. veritatis. 86. dist. tanta. si autem non constat, locum habet supra eod. cum contumacia. de hac materia plene not. 3. q. 9. in prin.

† Eymet. 1. p. 9. 77. & seq. repertorium verbo Inquisitores §. quare est ratio.

† Repertorii verbo, gratis & ver. salarium. §. 1. zach. de hęc. c. 15. nu. 3.

† Guido Fulcodius. q. 6. zanchinus de hęc. c. 9. Siman. de ca. th. iust. ti. 20.

† zanch. de her. c. 9. nu. 4. Guido Pa. p. decisio. 570.

10 In fidei iussores autem absentium poena pecuniaria... ff. de cust. reo. si quis. quod dic vt not. 23. q. 5. cum homo.

11 Quod c. videtur aliter dicere, quod si citati non erant, & ibi iam deliquerant, ibi possunt conueniri... ff. de nox. actio. l. vlt. ff. de offi. pres. l. 3. arg. contra 24. q. 2. nec quisque. vbi de hoc. circa hoc videas quod legitur & not. infra de rap. c. 1.

12 Aduerte tamen. q. hereticus ante conuersionem, semper est in delicto actu manente: & ideo videtur quod ubique possit conueniri & iudicari; at ubi prius fuerant citati, & ex hoc preuenti fuerint, tunc non obest mutatio domicilij. ff. de iur. om. iud. cu. que. dam. supra de foro compe. proposuisti.

13 Obedientes.] consuevit dubitari, qui dicantur sponte ad gratiam redire. ad hoc potest dici, quod illi sponte redeunt, qui infra tempus gratia veniunt, licet in generali sunt moniti: neque enim coacti videntur, qui a nemine sunt preuenti: et facit bene ad hoc ff. ad Tertull. l. 1. §. si ra sit mater. cum sequenti. ver. certe. & post tempus gratia, si est res integra, hoc est, q. non est corporaliter requisitus, nec probationes contra eum recepta. ad hoc ff. de opt. leg. mancipiorum. nam si post tempus gratie requiritur personaliter, & auditur, quamuis errorem suum detegat, indignus est venia: & sic loquitur canon in suo casu. 24. dist. c. vlti. cum similibus. & circa hoc videas C. de his qui latro. ocul. l. vlt. hic tamen non loquitur de talibus obedientibus, quia non incarcerarentur. & adde quod not. in summa Hostien. eod. tit. §. qualiter deprehendantur. ver. aduerte tamen, & c.

† al. perso. nalitet.

14 In carcere.] ista carceris reclusio, non est tam ad poenam criminis quam ad cautelam. ad hoc infra eod. lib. de pœnis. quamuis. ne noccant, ne alios inficiant: vt appareat an in tenebris ambulent, an in luce. an ibi pœniteant.

15 Ad hoc supra eod. excommunicamus 2. §. si qui autem. non diffinitio. nemo enim in poenam criminis ad perpetuum carcerem damnari potest. ff. de pœnis. aut. damnatum. §. solet. & hoc secundum leges, licet secundum canones imponi possit, & in perpetuum, & ad tempus: vt patet infra eod. lib. de pœnis. quamuis etiam. vbi de hoc dicam. est ergo penitentis iniunctio, non iudicialis poena impositio.

† zanchinus de reg. c. 10. Campegius ad zanch. c. 20. Repertorium verbo: Carcer.

16 Vnde attende, quod absoluti, & postmodum de trasi in carcerem, vel alij penitentis leuiores one vti, nullam diffinitiuam sententiam receperunt: nam non sunt absoluti a crimine, quod crimen utique probatum est: sed a sententia excommunicationis, quam incurrerunt ipso facto.

17 Et si tales sponte carcerem exiuerint, si legitimum excusationem non habent, possunt tanquam heretici condemnari: nam presumitur ficta conuersio, & confessio simulata, & materia veteris erroris recondita. ad hoc de penis. dist. 2. c. 1. nam exitus acta probat. 2. 2. q. 2. quod ait. & precedentia probantur per frequentia, vt ibi notatur. ad hoc 24. q. 1. cap. 1. circa finem.

† De hoc articulo latissime differui infra part. 3. super quaest. 97.

18 Et hoc nota, quod in sententijs ferendis, seu potius penitentis iniungendis eis, qui redire volunt,

A non debet iudex tales pronuntiare hereticos, vel credentes, quia non sunt tales, vt patet 24. q. 1. hoc est si des. vbi de hoc, & q. vlt. dixit Apostolus. c. qui in Ecclesia, nec pronuntiare debet eos fuisse: quia nec est modus pronuntians in iure: dicitur ergo sic: Quia te inuenimus per tuam confessionem, vel alias legitimas probationes hereticum, vel hereticum ad rassel, vel similia perpetrasse: nunc tamen faniori visus consilio, vis ad vnitatem ecclesie, vt afferis, de corde bono, & fide non ficta redire: ideo te, in primis abiurata omni heretica prauitate, secundum formam ecclesie, ab excommunicationis vinculo, quo tenebaris strictus absoluiimus: si tamen ad eam ex corde redieris: & iniuncta tibi mandata seruaueris: & quia in Deum, & sanctam ecclesiam predictis modis temere deliquisti, ad peragendam penitentiam condignam, in perpetuum carcerem te detruidi volumus, & precipimus ibidem perpetuo te morari.

Nec miretur de hoc aliquis, quod dictum est sub conditione, si tamen: quia causa tollendæ questionis expedit sic dici, & poni: vt si non seruauerit quod imponitur, appareat cum non fuisse absolutum.

Muro reclusi.] sic supra eod. quoniam episcoporum.

Mitigandi.] ad hoc 26. q. 7. tempora. 50. dist. accedens. & c. presbyteros iuxta princ. ver. diaconi in si. cum similibus.

Mutandi.] nota hic de pœne commutatione ad hoc 82. dist. c. presbyter. iuxta finem, vbi de hoc, & supra de voto. c. 1. vbi de hoc.

19 Si autem fuisset diffinitiuam sententia, commutare non posset iudex. ff. de re iudi. Paulus. & l. acta. §. 1. supra de offi. deleg. in litteris.

20 Consilio.] non dicit, consensu; & hoc consilium secundum quosdam potius requiritur de honesto quam de iusto. sed contra: ista littera ponit prepositionem, de, quæ videtur de sui natura importare necessitatem sequendi consilium, secundum ea que dicta sunt supra eod. lib. ne se. va. c. 1. si ad episcopum. in glos. fin. supra. & secundum hoc videtur, quod talis priuatio sine denuntiatio, non possit fieri sine episcopo, vel eius officiali: & hoc clarius fortificatur ex littera, quæ sequitur, in qua dumtaxat vnus casus ab ista regula exceptatur: & huius ratio potest esse, quia ipsius episcopi est destituere. supra eod. cum ex iniuncto. in si. 16. q. 2. c. 1. in si. 2. q. 7. inuentum.

† Eymetius 3. par. q. 78. vbi dixi. Alber. de agno. affect. q. 26. n. 11. & seq.

21 Si tamen clericus paratus est corrigi, & corde non ficto redire ad ecclesiasticam vnitatem, deponi non debet, vt not. 21. dist. nunc autem in glos. sed videtur, & c. in fine.

22 Et hoc consilium requiritur tantum, quando de beneficijs Ecclesiasticis spiritualibus agitur: sed in alijs secus, vt patet ex ordine litteræ subsequenti.

Scienter.] hoc videtur prima facie. supra de elect. innotuit. 82. dist. proposuisti. argu. contra infra eod. lib. de reg. iuris. presumitur. ff. de probatio. verius.

EOS.] scilicet diocesanos, in his que supra proxime premittuntur.

23 Suo iudice.] vt metropolitano, qui est ordinarius suorum suffraganeorum. 10. q. 3. quia, in si. sed videtur

† Idem Geminianus. Fracus, & alii hic. & bernar. in Lucernaverbot. inquisitor. 19.

videtur quod debet exponi, suo iudice, id est, synodo, vt 1. q. 1. §. clericus aduersus. ver. et si clericus. 34. dist. quorundam. vbi de hoc. 10. q. 3. c. 2. & 6. q. 4. si inter. 9. q. 3. saluo. vbi de hoc: quod prius dicitur, videtur verius: & secundum hoc dicemus quod pradi. Ita cap. loquuntur secundum antiqua tempora, quando in concilijs omnia negotia tractabatur, secundum Hug. & Laur. Ego sto capitulis supra dictis, cum hic agatur de episcopo puniendo, vt in prad. cap. quorundam. ver. oporteat ergo; & c. & dicam suo iudice, id est Metropolitano, in concilio existente, vt probant iura supradicta. de hac materia latius notant Inno. & Hostien. supra de preben. graue. ibi videas.

Puniendos.] vt fautores hereticorum ad hoc facit optime infra eod. decreuit.

c. Contra Christianos.

S U M M A R I V M.

- 1 Transire ad Iudaismum, qui dicantur.
2 Hereticum est asserere, legem cum Euangelio, & circumcisionem cum baptismo obseruandam.
3 Poena transfentium ad Iudaismum, confiscatio bonorum.
4 Redeuntes ad Iudaismum, qualiter appellentur, & qui sint.
5 Iudeorum appellatio vnde, & quomodo prius vocarentur.
6 Paruuli, quam primum baptizantur, ad fidem obligantur.
7 Et qua ratione obligentur.
8 Absolute, coactus baptizatus, non obligatur; secus si conditionaliter.
9 Testimonium Iudei, fauore fidei contra Christianum admittitur.
10 An filii Christiani existentes alicuius Iudei, quo tempore pater baptizabatur, patre r cuiu daizante amittant paternam bonam.
11 Preuaricatores qui dicantur.

† Eymetius hac 2. q. 44 & ibi dixi co piofe.



Contra Christianos.] id est mores, vel obseruationes. 28. q. 1. sepe.

- 1 Transierint.] hic loquitur de illis, qui de Christianis facti sunt Iudei.
2 Et nota, quod illi incidunt in heresim damnatam, qui per peram affirmant, legem cum Euangelio, & circumcisionem cum baptismo obseruandam, vt supra de bapt. maiores. circa princ. ver. ad illud autem.
3 Et isti, qui sic transeunt, puniuntur confiscatione bonorum. C. de apost. l. 1. & hoc cum accusatio fuerit comprobata, vt ibidem.

† Rep. ver. te iudaizantes. Vmbert. in iudiciali verbo. inuocare. & verbo, apostata. Alber. de agno. scen. affect. q. 15. nu. 13.

- 4 Redierint.] hoc dicit, quia perfidia Iudeorum frequenter ad vomitum redit, vt de conse. dist. 4. Iudei. & tales dicuntur preuaricatores in Christiano.
1. q. 4. Iudei. 2. q. 7. non potest. c. alieni. & ita loquitur hic de his, qui de Iudeis facti sunt Christiani. de hoc etiam loquitur eadem dist. plerique. 45. dist. de Iudeis.
5 Iudeorum.] scias quod Iudeis scissura decem

A tribuum nomen dedit: nam antea Hebrei, siue Israelitæ nominabantur. de Hebreis habetur 28. q. 1. sepe. Ex quo autem in duo regna Dei populus est diuisus, due tribus, quæ de stirpe Iuda reges habebant, Iudæi dicti sunt, relique 10. tribus que in Samaria regem sibi constituerunt, Israel dicti sunt. de hac diuisione recitari historice consuevit. 7. q. 1. denique in principio.

Infantes.] id est minores septem annis. C. de iure del. l. 1. & 2. quæst. 4. cap. denique. C. de iur. delib. l. si infanti.

6 Sed non facias vim in eo quod sic dicit: nam etiam infans vnus diei, si baptizaretur iuxta formam ecclesie, ad fidem obligatur, vt patet de conse. dist. 4. paruuli. & c. nihil est. & c. cum pro paruulis. & c. queris. c. paruuli 2. & c. mater Ecclesia. & c. quis. c. ad hoc. vbi dicit: Quis autem nesciat, credere esse infantibus baptizari? non credere autem, non baptizari? & paruuli per alios credunt, vt ead. dist. in Eccllesia.

7 Sed potest quæri, quomodo tales infantuli obligentur ad fidem, vt dictum est: dic t quod satis conueniens est, vt qui per alium liberatur, per alium obligetur, vt in prad. c. quæris. quod dic vt not. in prad. c. nihil.

Mortis metu.] in hoc casu obligantur ad fidem. 45. dist. de iudis. dic vt ibi. legitur & not.

8 Coacti.] talis coactio, que est absoluta, non conditionalis, vel est præcisa, excusat adeo, quod non obligantur ad baptismum: & est ratio, quia ibi potius pati quam agere videntur. vt 50. dist. presbyteros. dic vt ibi. sed in casu præmissio secus: & est ratio, quia etsi nolit talis baptizari simpliciter, vult tamē illud propter quod baptizatur, scilicet vitam. 15. q. 1. merito. & not. 11. q. 3. timendo.

9 Conuicti.] quod testimonium Iudeorum admittatur contra tales, hoc est in fauorem fidei. sic supra eod. in fidei. alijs contra Christianum non admittitur. 4. q. 3. placuit. alijs. vt legitur & nota. supra de testi. cogen. c. 1. & hic adiunge quod infra sequitur, in fi.

Fautores.] repete quod dixi supra eod. c. 2.

10 Procedendum.] sed pone Iudæum baptizatum, & tunc temporis habere filios Christianos, postmodum preuaricatur in Christum, & ob hoc damnatur, nunquid eius filij Christiani, sunt excludendi à bonis paternis? videtur quod non, vt 1. q. 4. Iudæi. vbi videtur hoc expressum: sed hæc littera non videtur pati, cum dicat: contra talem tanquam contra hereticum procedendum: & bona hereticorum confiscantur, vt infra eod. cum secundum. quod tenetas, non obstante præall. c. Iudæi. quoniam loquitur quando talis propter preuaricationem damnatur aliqua poena, vt puta pensionum, siue tributorum exactio, vt ipsa exactiois poena compellantur ad reuocandam peruenire, vt 23. q. 6. iam vero. & sic notat ibi Hug.

11 Non obstat, quod ibi dicuntur preuaricantes in Christum, quoniam preuaricatores dicitur omnes, qui in Deum preuaricauerunt, & non obediunt præceptis eius, vt patet 11. q. 1. relatum, in fine. ad idem ead. causa. q. 3. existimant in princip.

† Idem Hostien. & rect. in sum. tit. de baptismo §. quæ sit forma. in si. ver sic. queritur quo paruuli.

c. Decreuit.

S U M M A R I U M.

- 1 Initium contractus hic respiciendum.
- 2 Matrimonium cum hæretico & excommunicato contractum valet.
- 3 Scienter contrahens cum hæretico punitur hic, non autem ignoranter.

Decreuit.] Tunc.] scilicet tempore contractus, ut sic inspicimus initium ipsius contractus, ut aliis diximus. supra de emp. & ven. cum dilecti. supra de elec. dudum i. cum similibus.

† Eyme. 3. p. q. 111. Carcerius de here. num. 141. & 161. Palacius Rub. in l. Ta. uri. 78. nu. 1. idē tract. de regno Nauar. x. p. 5. s. 5.

Sciebant.] quo casu contrahere non debuerunt, ut 28. q. 1. caue. & c. non oportet. Sed si contraxerunt, tenet matrimonium secundum Hug. ut etiam ibi not. sicut si contraheret cum excommunicato, cuius matrimonium tenet supra de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adul. si gnificasti. & ad id quod dicit sciebant: repetit quod dictum est supra eod. ut commissi. in glof. vlti. Unde cum talis vxor scienter fecerit contractum, qui non sumpsit initium ab origine æquitatis, dignum est, ut puniatur: nam per hoc videtur tali hæretico fauere, vbi autem ignoranter contraxit, non fuit in culpa, ergo non debet ex hoc puniri. infra de cleri. ex com. ni. Apostolica.

c. Statutum 2.

S U M M A R I U M.

- 1 Quorum statutorum fiat hic declaratio.
- 2 Quibus iuris locis fiat generationum computatio.
- 3 Parentelę gradus qualiter computentur.
- 4 Verbum, declaramus, & volumus, quid significent.
- 5 Nisi nominatim caueatur, de descendentes per lineam maternam, non continentur sententia iuris vel hominis.
- 6 Intellectus huius cap.
- 7 Pœna huius cap. etiã filios illegitimos comprehendit.
- 8 Item eos, qui non sunt in patria potestate.

Statum.] Innocentii.] Hic ponuntur declarationes quorundam statutorum antiquorum, scilicet Inno. iij. supra eod. excommunicamus. s. credentes, & c. & c. vergentis. vel dic. Inno. iij. quod fuit positum in commissionibus per ipsam factis Inquisitoribus hereticæ prauitatis, et hoc statutum erat omnino simile statuto Alexandri iij. quod habetur supra eod. quicumque. s. heretici. Generationem.] qualiter ista debeat computari, plene probatur per Isidorum, & Alexandrum iij. † & Papam Zachariam. 35. quest. 5. c. 1. & 2. & cap. parentelę. & c. primo gradu. s. ecce hic aperte.

† Alexander secundus legitur in vulgatis Gratiani lib.

A 3 Primum & secundum gradum. gradus parentelę taliter computamus: si quidem ego & frater meus, vna generatio sumus, primumque gradum efficitur et nullo gradu distamus: rursus filius meus fratrique mei filius, secunda generatio sunt, ac gradum secundum faciunt, nec a se aliquo gradu separantur. hoc ita dicit Papa Zacharias in preall. c. parentelę. & hic fuit tenor statutorum prædictorum. & hæc verba, scilicet primum & secundum, & c. sunt verba Bonifacii.

Declaramus.] quamuis sic dicat, de hoc erat olim magna altercatio in curia, ut de facto videtur: nã cuidam electo fuit hoc oppositum: super hoc inducebatur glof. Hostien. quam ponit in præd. c. supra eod. vergentis. sed quicquid olim fuerit, tenendum est quod hic dicit.

4 Volumus.] supra proxime dixit, declaramus: quod verbum demonstrat, sic prius ante istam constitutionem obtinuisse; hic vero dicit, volumus: per quod demonstratur, quod est in hoc articulo noui iuris constitutio.

5 Et est notandum, qd vbi aliis non caueretur de descendentes per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur, per sententiam iuris, vel hominis. infra eod. lib. de pœnis. vbi cuncte.

Hoc.] quod in prædictis statutis continetur. Hoc sane.] dic hoc, id est quod ipse Bonifacius supra proxime præmisit: nam quod hic dicitur, loquitur de filiis excludendis à beneficiis ecclesiasticis, et officiis publicis: vnde non videtur hoc statutum contingere, quod legitur et not. C. ad l. Iul. ma. quisquis. que ponitur c. q. 1. si quis. nam ibi loquitur de bonis hereditarijs, paternis, & maternis, & que confiscantur supra eod. vergentis. infra eod. cum secundum. ita qd ad parentes, vel filios vterius non reuertantur. C. eod. tit. anthent. Gazaros.

7 Filius.] etiam naturalibus † & illegitimis, ne plus habeat luxuria quam castitas: in autem. de re. sti. & ea que p. a. & c. in fi. coll. 4. hoc etiam demonstratur per hanc litteram, que sic indistincte loquitur. ad hoc 31. q. 1. c. vlti. in prin.

8 Aliqui tamen intelligunt de his, qui sunt in potestate patris, in sti. de nup. circa finem. sed littera procedens, vbi dicit: per maternam vero, & c. hunc non recipit intellectum, quia mater filium in potestate non habet. in sti. de adop. s. femine. & not. 20. quest. 1. cap. 2.

c. Inquisitores.

Inquisitores.] hoc verbum demonstrat eod. quod sequitur, quod superfluum est querere, an Inquisitores possint inquirere, & negotium remittere ad sedem Apostolicam, sicut aliis videtur posse fieri, supra de appell. constitutis. & planum est qd non, quia actus inquisitionis expresse prohibetur eis, ut hic.

Expresse.] habes simile supra eod. lib. de procurat. c. si quem. s. 1. ver. nisi. infra eod. lib. de sen. ex com. c. cum medicinalis. s. 1. & hic.

† Hoc accipit secundum ius canonicum: nam iure ciuili alter sit in collateralibus computatio. Hostien. in sum. ti. de cõsan. s. qua liter computatur.

† Quia in pœnis masculinum non includit femineum. Bart. l. 1. ff. de ver. sig. G. i. g. de cri. l. x. ma. i. c. lib. 3. q. 13.

† Hæc opinio tenuit Guid. Fulcodius, qui fuit postea Clemens Papa iiii. in eod. rationibus ad Inquisitores. q. 1.

c. Per hoc.

S U M M A R I U M.

- 1 Episcopi in crimine hæresis aduersus exemptos procedunt, ut delegati.
- 2 Dubium olim, an per commissionem Inquisitoribus factam, iurisdicção Episcoporum circa hæresim cessaret.
- 3 Citantibus Episcopo, & Inquisitore, coram quo debet citatus se sistere.
- 4 Inquisitores, summi Pontificis delegati.
- 5 Cuius maior sit iurisdicção, Episcopi, an Inquisitoris.
- 6 Citante prius Episcopo, & deinde Inquisitore, citatus coram Inquisitore compareat.
- 7 Diuiliim procedere, qualiter intelligatur.
- 8 Processum communicatio, quado fieri debeat.
- 9 Veritas quomodo inueniatur.
- 10 Licet diuersi fiant in hoc crimine processus, vna sententia tantum fertur.
- 11 In eodem crimine non est sapius procedendum.
- 12 Inquisitor etiam publicatis de uno attestacionibus, potest ab alijs inquirere.
- 13 Quando presumatur subornatio.
- 14 Cum processus sunt contrarii, quid faciendum.

Per hoc.] Generaliter.] hoc dicit, ut excludat specialem commissionem. supra de offi. si. lega. studuisti.

1 Delegata.] quia Papa eis specialiter commisit hoc officium: & Episcopi contra exemptos in hoc crimine possunt procedere tanquam delegati à Papa. supra eod. ad abolendam. in fi.

2 Nolumus.] hoc forte dixit, quia per magnos viros olim contrarium tenebatur: & erat ratio, quoniam Papa committendo tale officium Inquisitoribus, illud ad se reuocasse videbatur: & ob hoc ordinariorum officium debebat conuiescere. supra de offi. si. lega. licet. supra ut licet pendens. ecclesia 2. supra de appell. ut nostrum. 2. q. 1. nomen. infra de pur. cano. cum dilectus. in fin. probabant etiam alia ratione cuiusdam inconuenientia, que ex hoc sequeretur, si ordinarius posset inquirere: dicebant enim, si posset ordinarius inquirere & procedere, cum constet quod Inquisitores possunt etiam inquirere & procedere, distrahentur homines ad diuersa iudicia sine tribumalia, & sic promiscuis actibus rerum turbaretur officia, quod esse non debet. C. de epi. & cleri. re. petita. C. de resta. consulta diuina. Sed hæc sententia succumbit, ut hic patet: & est ratio, quia generalis commissio facta Inquisitoribus, ordinariorum officium non subtrahit, eo quod sunt ipsi ordinarij Deo obligati ad reddendam rationem de animabus eis dē commissis, ut dixi supra eod. lib. de censib. Romana. in principio.

3 Derogari.] pone quod diœcesanus ordinarius, & Inquisitor simul citent, cui teneatur citatus potius obedire: videtur quod ordinario, eo quod ba-

A bet superiorem iurisdictionem, cui per commissionem alteri factam non derogatur, ut hic dicit. ad id extrauagans Benedicti, Ex eo. arg. ad hoc. supra eod. de offi. ord. significauit.

4 Sed contra, Inquisitores dicuntur delegati à Papa, cum hoc officium alijs eis non competeret, & hoc patet ex littera precedenti, vbi dicit: delegati à sede Apostolica: sed nideo quod illi, quibus aliquando committitur à sede Apostolica, habent auctoritatem personam illius à qua destinati sunt, ut legitur. 2. q. 6. si. Episcopus. & dicuntur locum illius obtinere. 93. distinct. ca. vlt. & 23. distinct. c. 1. ad idem 97. distinct. nobilitatissimus. supra de offi. deleg. sanc. ergo videntur maiorem, fortiozem, & nobiliozem iurisdictionem habere: ergo tali iurisdictioni potius est parandum. 8. dist. que contras. 1. q. 3. qui resistit.

5 Si dicitur, qd diœcesanus, habet æqualem iurisdictionem cum Inquisitore, & hoc per istam decretalem: hoc non videtur verum, cum ipse fungatur ordinaria potestate, nisi super hoc haberet specialiter delegatam: & hoc clare colligitur ex littera proxime precedenti, vbi dicit: ordinaria, uel delegata, si habet delegatam, aut Inquisitor videtur sua speciali commissione Papali, que est dignior, & maior, ut dicitur est: si dicatur, quod ordinarius etiam videtur delegatus Papæ per istam decretalem, potest dici, quod hoc non est verum, quia hic non datur maior iurisdicção, neque alia quam prius haberet: ad hoc supra de offi. ord. licet. & c. graue. non obstat eo. tit. significauit. nam si bene videatur, immo videtur facere pro nobis: nam ibi dicit, quod vbi delegatus absolutus excommunicatum ab ordinario, & propter malitiam eius, vel desidiam, processus cause retardatur: potest ordinarius illum absolutum reducere in pristinam excommunicationis sententiam: sed non dicit, quod possit in causa procedere, immo innuit contrarium: & si bene videas, ista littera non dat aliud ordinario, nisi quod processus eius locum habeat, quamuis etiam Inquisitor procedat.

6 Et forte si ordinarius prius citasset & subsequenter citet Inquisitor: citatus deserto ordinarij iudicio, debet venire coram Inquisitore. ff. de re. iud. contra pupillum. in præd. c. que contra. & c. qui resistit. & secundum hoc, non est vis, si præueniat ordinarius in procedendo, quod verum credo.

7 Diuiliim processerint.] hoc declaratum est per Papam Benedictum in sua consli. eod. tit. Ex eo. vbi dicit, quod intelligitur, diœcesanos, & Inquisitores tunc demum diuiliim procedere, cum hi & illi separatiim, non quando episcopi tantum, vel Inquisitores tantum procedunt.

8 Communicare.] scilicet in fine, quando nil restat agendum, nisi quod sententia proferatur, ut in præd. consli. Ex eo. ver. consultationem. vnum tamen casum excipit illa constitutio. videlicet, si alter commode non possit procedere, nisi alterius actus visis: ex hac enim causa, semel tantum, ut fraudi locus non fiat, in toto negotio copia tribuatur, ut ibi continetur. s. vnum sane.

9 Inueniri.] dicit canon, quod veritas sapius exagitata, magis explens descit in lucem: nam fructus diuinus est, in istam sapius recesseri. 35. quest. 9. cap. vltimo.

† al. firmior. † Carcerius de here. n. 71 Campeg. ad 2. ach. ca. 8. fu p verbo, episcopus. vbi totum hunc locum illustrat

† Eym. 3. r. q. 51. & 52.

- 10 Proferatur. nota hic diligenter, quod licet separatim fiant processus per diversos, tamen una sententia promulgatur.
- 11 Et ita non tanguat casum istum illa iura, que volunt, q. de eodem crimine contra aliquem non est sapius procedendum, infra de collu. deteg. c. vlt. de hac materia notat Inno. infra de pur. can. cum dilectus. in glo. de alio crimine, &c.
- 12 Sed circa hoc satis dici potest, quod cum Inquisitor ex officio suo procedit, publicatis attestacionibus de uno, ab alijs testibus inquirere potest. 2. q. 1. notum, & q. 5. c. Mennam.
- 13 Cum autem aliquo adiuuante inquisitionem non sic terminatur, timetur tunc subornatio. & huius sententia fuit Gof. supra de accus. qualiter 2. §. debet, & in sum. eod. tit. §. videamus.
- 14 Et ibi istorum processus essent contrarij, ita q. non potest secundum utrunque processum iudicari, collige quod faciendum sit, ex eo quod legitur & not. supra de testi. in nostra.

† Zanc. trac. de her. c. 15. nu. 2.

c. Vt Inquisitionis.

S U M M A R I V M.

- 1 Hæretici inquirendi, & corrigendi, aut exterminandi.
- 2 Leges Friderici Clemens iij. certo modo approbat.
- 3 In crimine hæresis videtur sententia requiri.
- 4 Casus, quo quis statim traditur curiæ seculari.
- 5 Pœna animaduersionis, idest mors.
- 6 Proclamatio, & appellatio, qualiter differant.
- 7 Hæreticus à sententia diffinitiva non appellat.
- 8 Potest tamen appellare in processu causæ, cū iniuste grauatur.
- 9 Omnis oppressus libere appellat, & quare.
- 10 Oppressus uel grauatus quis dicitur, ante sententiam.
- 11 In occultis delictis iudicandis, cur debeat certus ordo seruari.
- 12 Hæretici nullo gaudent iuris priuilegio.
- 13 Appellationis remedium non denegandum his, quos non constat esse hæreticos.
- 14 Causæ fidei in Ecclesia tractandæ.
- 15 Intellectus c. quoties. 24. q. 1.



Inquisitionis. Inbi hæretici dicuntur esse admixti fidelibus, de hoc facienda est inquisitio, vt à fidelibus discernantur, & inuenti corrigantur, & quibus non prodest correctio, non parcat abscessio. 2. q. 3. illud sane: vnde hæreticus dicitur peccare in semetipso, ead. q. dixit Apostolus.

2 Promulgatas.] has leges Clemens, cum certis modificationibus, & adiectionibus, in vnum sub sua bulla redegit, & fit de hoc mentio infra eod. cap. vlt. responso 1.

Sub arcta. 4] deff dura. 23. q. 5. de Liguribus.

A. Terminetur.] simile 2. q. 8. quisquis. 3. q. 2. quia ea. in fine. & hoc accidit propter graue crimen, & quando est suspicio non leuis: sic loquitur hic, & ff. de custo. re. diuis. & not. quod dicit hæc littera: terminetur per iudicium Ecclesie. & infra proxime sequitur.

3 Condemnatos.] ergo videtur, quod etiam in hoc crimine sententia requiratur, per quam negotium terminetur. vt 20. dist. §. 1. vers. cum ergo. ad idem. ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatum. infra eo. ca. vlt. §. 1. ibi: ad sententiam, &c.

Indilate.] idest sine dilatione. 2. q. 1. sicut. de penit. dist. 1. Adam.

4 Et hic est vnus de casibus, in quibus quis dimittitur statim curiæ seculari, vt notatur supra eod. ad abolendam. §. 1. in gl. in tribus autem, &c.

5 Animaduersione.] idest, pœna, qua anima vertitur de corpore. sic supra eod. ad abolendam. §. 1. & videas quod dictum est supra eod. lib. de excep. cum quidam. in fine.

Proclamationibus.] habes simile verbum supra de stat. monach. ea que §. 1.

6 Et hic aliter quam ibi sumitur, s. secundum quod habetur supra de appell. cum sit. nam appellatio est in iudicio: proclamatio extra iudicium. quod dicere ibi not. in gl. proprie, &c.

C. Prædecessorum nostrorum.] Innocentij, Alexandri, Clementis.

Imperialem.] Friderici insertam sub bulla Pape Clementis.

7 Interdictum.] hoc planum est, vbi data est diffinitiva sententia, vt hic: & hoc demonstrat littera præcedens, ubi dicit, condemnatos: & vbi dicit: sibi relictos statim, &c. & sic etiam loquitur ff. de appell. constitutiones.

8 Sed nunquid erit idem in processu causæ inquisitionis, si grauentur contra iura? videtur quod non, quia nulli est legitima defensio deneganda, vt supra de excep. cum inter. ver. inquisitionis, &c. & sic cognoscetur de iniquitate inquirentis, supra de appell. interposita. in fi.

9 Nam regulare est, quod omnis oppressus libere potest appellare. 2. q. 6. cap. 2. & est ratio, ne innocens damnetur, vt ead. quest. cap. 3. vbi dicit canon, quod in causis ecclesiasticis, dicta, idest assignata causa, à primo iudice recedere licet, si necesse fuerit, aut se viderit pregrauari, vt 2. q. 6. cap. 1. non ita. in fin.

10 Oppressi autem et pregrauati dicuntur ante sententiam, vt ead. q. 8. oppressi.

11 Ideo autem in occultis debet certus ordo obseruari, ne quis innocens aduersariorum pateret insidijs. 2. q. 1. c. de manifesta. non obstat quod hic dicit, immo potius facit pro: nam si bene videatur; loquitur de illis, de quibus iam constabat, vnde dicit: sit hæreticis, & credentibus, &c. Sic etiam loquitur constitutio Inno. iij. de qua fit hic mentio. dicit enim sic: Item proclamationes, & appellationes huiusmodi personarum minime audiantur.

12 Ideo autem dicit, huiusmodi personarum: quia non debent hæretici gaudere aliquo iuris priuilegio. vt in authen. de priuileg. doti. hæreti. muli. non præstan. circa medium. Idem etiam tenet constitutio

† Contra uideatur sententia auctor supra cut cōmissi num. 1.

† Eyme. 4. p. tit. de appell. que fit ab Inquisitore vbi dixi. zanch. de her. c. 29.

† Et cur hæretici priuilegijs sint indigni, tradit Petrus Godof. in l. 1. c. de hæret.

tio Friderici quondam Imperatoris, de qua etiam fit mentio hic, que incipit: Commissi nobis celsitus, &c. vbi etiam sic dicit: Omne insuper proclamationis, & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorum penitus amouemus.

13 Et sic à contrario videtur, q. ubi non constat aliquem esse hæreticum, tale iuris beneficium ei denegari non debet; coadiuuat etiam ad hoc, quod in tā graui crimine oportet cum multa cautela procedi, supra eod. vt officium. §. verum.

Mere sit ecclesiasticum.] ad hoc in authent. vt clerici. apud proprium Episco. §. si vero & ecclesiasticum.

14 Vnde dicit Beatus Ambrosius causam fidei agendam in Ecclesia quis abnuat? si quis confidit, huc veniat. 23. q. 8. c. conuenior. vbi de hoc, vti nam secus esset.

15 Sed ad huius dicti declarationem vide quod legitur & not. 24. quest. 1. quoties. & in concord. ibi notat. & c. si Petrus. 26. q. 5. contra idolorum. & in præcit. cap. quoties. & vt melius elucescat, sciendum est, quod ea que ibi dicuntur, diriguntur beato Augustino, & alijs Coepiscopis suis congregatis in Africa in Concilio Carthaginensi, ut ipse refert in suis Epistolis: quia in Concilio non fuit ausus condemnare Pelagium, nisi requisito summo Pontifice, qui tunc Ecclesia Dei præsidebat, scilicet Inno. primo.

Condemnetur.] sic supra eo. cū contumacia, in fine.

c. Cum secundum.

S U M M A R I V M.

- 1 Quæ dicantur nuptiæ nefariæ, & quæ incestuæ, & inuitiles.
- 2 Incestus cum quibus committatur, & incestuosus si Deo abominabilis.
- 3 Hoc nomen, res, large, & stricte sumitur, & quid signifi cet.
- 4 Secundum canones, rapta cum raptore, licite contrahit.
- 5 Quibus casibus bona raptorum deferantur in fiscum.
- 6 Bona hæreticorum confiscata, à tempore commissi criminis.
- 7 Alienationes ab hæreticis factæ, ante damnationem, non valent.
- 8 Fiscus, uel Inquisitores, non tenentur restituere pretium, his qui ab hæreticis emunt, cū ab illis bona uendicant.
- 9 Nisi pretium, uel aliud loco pretii inueniatur in bonis hæretici.
- 10 Nec restituitur pretium ei, qui emit ab eo, cui hæreticus uendidit.



Vm secundum.] 1 Nefarias.] Nefaria proprie dicitur nuptiæ inter ascendentes & descendentes: incestuæ, inter collaterales, & affines: aliæ, que alijs rationibus simpliciter prohibentur, inuitiles dicuntur secundum quod not. C. de incest. nup. sub rubrica.

A. Contrarias.] quoniam ex tali coniugio soboles non potest subsistere. 3. q. 3. quædam lex. ad idem. §6. dist. si gens.

2 Incestus.] cum quibus committitur incestus, habetur 36. q. 1. c. i. c. i. ergo. de talibus nuptijs: incestuosus habetur 35. q. 3. c. 2. & c. nullum. & c. de incestis. ibi videas: & c. nec eam quam. & tales nuptiæ hic appellantur nefariæ, quoniam tales incestuosos designare funestum est, vt in præd. c. de incestis. & dicitur tur abominabilis Deo, & cunctis hominibus, ut in præd. c. nec eam.

Eo ipso.] in hoc videtur facere ad propositum, de quo habetur infra eod. c. ver. bona, in fine.

3 Rerum.] hoc nomen, rei, secundum veram significationem, omnia comprehendit, & corporalia, & incorporalia. ff. de verb. sign. l. rei appellatio. & l. rei appellacione. aliquando tamen hoc nomen, rei, stricte sumitur, & proprie, ut 13. quest. 1. 7. si de rebus. vbi de hoc in prin. sed ad huius verbi declarationem, vide quod plene dixi. 40. dist. ante omnia.

Perdat.] vt C. de incestis nup. l. cum ancillis. & l. seq. & l. si quis. ff. eo. tit. l. incestu. iusti. de nup. §. si aduersus.

Et mulier.] repete, & cum secundum leges ciuiles mulier, &c. & dic mulier, ingenua. C. de rapt. virg. l. 1. §. & siquidem. In ancillis enim & libertinis, non habet locum pœna bonorum, vt ibi habetur.

4 Humanam legem.] que habetur C. de rap. vir. l. 1. & dic humanam, idest ciuilem, quia secundum canones, licite rapta contrahit cum raptore. quod dicitur vt 36. q. 2. in summa.

Confortibus.] idest socijs in delicto, ut in præd. c. de rap. virg. §. penas autem.

Ipsa iure.] hoc habetur in authen. de rap. mul. & c. in fin. colla. 9. & propter hoc quod sic dicit, facit ad propositum.

5 Certo casu.] scilicet cum pariter mulieris non fuerint, nec alter eorum: uel si super sunt ipsi, uel aliter, cōfenserunt talibus nuptijs: hoc casu bona deuoluuntur ad fiscum, vt in præ. authen. de rap. mul. in fi. Ista autem cessant secundum canones, vt not. 26. q. 2. de puellis. in gloss. hoc est derogatum, &c.

Illicitas species.] supra de Iudejs. ita quorundam.

Omittens.] hoc habetur ff. de rell. l. commissi. C. eod. tit. l. omnium. & l. si quis. et quod hic dicitur, locum habet in priuato, ff. eo. tit. l. vlt. §. diuus. in milite non. C. eod. tit. l. 3.

Prædicti.] scilicet superius nominati, ut illicitas, siue nefarias nuptias contrahens: rapta que cum raptore contrahit: transuehens illicitas species, uel rerum ueterum professionem omitteus.

Ipsa iure.] sic intellige quod dicitur sup. eod. ex cōmunicamus 1. responso 2.

6 Confiscata.] ad hoc 23. q. 4. nimium. iuxta sententiam. ver. Constantinus. 6. q. 1. si quis eum. supra eod. tit. uergentis. & c. excommunicamus. infra 1. responso. 2. C. de aposta. cum qui. infra de verbo. signifi. super quibusdam 1. responso. in fi. C. eod. tit. l. 4. Saluo iure principalis domini, dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum

opponat. C. de heret. autben. si vero dominus. fuit au-
tem Frederici.

Et dic confiscata, scilicet a tempore commissi cri-
minis. C. ad l. Iul. maiest. quisquis. s. emancipa-
tiones. & C. de aposta. apostatarum. s. i. hoc tamen
quidam intelligunt, crimine permanente. argum. su-
pra eod. Statutum. s. 1. & 43. dist. c. ult. in fi. & 49.
dist. c. 1. in fi. & aduerte, quomodo hec littera loqui-
tur indistincte.

7 Vnde dico, quod donatio sine alienatio facta ab
heretico, ante damnationem, non tenet: licet dominia
hereticorum bonorum non pertineant ad fiseum, sine
ecclesiam, nisi demum damnatione secuta super cri-
mine, tamen ex quo est secuta condemnatio, effectus
huius damnationis trahitur retro, ad diem commissi
criminis: & ex die commissi criminis videtur ei in-
terdicta alienatio, vt in pr. ed. s. emancipationes. ad
hoc quod not. supra de simo. tanta. in gloss. prescius.
vers. & intus ortus, & c. arg. ad hoc supra eod. cap.
quicunque. s. vt. ff. de accus. l. ex iudicio. hoc tamen
intellige, cum determinatione eius quod habetur su-
pra eo. lib. de prescri. si qui s. 1.

8 Et vbi hereticus alienauit, fiseus vel Inquisito-
res, non tenentur pretium restituere emptori: & est
ratio, quia vt predicti, effectus damnationis trahitur
retro, ad diem commissi criminis: & sicut facta dam-
natione, non posset bona alienare, eodem modo nec ante
damnationem, a die dicti criminis commissi, non po-
tuit alienare. arg. ff. de dona. inter virum & vxore.
l. donationes. ff. de dona. l. post contractum. ff. de ac-
cu. l. ex iudicio. & in precatato s. emancipationes.
nam si hoc est in crimine lese maiestatis, vt ibi, mul-
to fortius in crimine heresis, cum maius sit crimen
quod in Deum committitur principaliter, quam quod
in homine. l. 7. q. 4. si ut qui. in fi. ad idem supra eod.
tit. vergentis. ver. cum enim. et est ratio, quia fiseus
sive Inquisitores. talia bona, vt sua videntur vendi-
care. arg. predictarum legum, quo casu certum est,
uendicantem pretium non debere restituere. C. de fur-
tis. l. in ciuilem.

9 Et hoc verum intelligi, nisi pretium, vel aliud
loco pretij inueniatur in bonis heretici. arg. ff. sol. ma-
tri. si cum dotem. s. vlt. & l. seq. ff. de leg. 1. l. Imper-
ator. & l. sequenti.

10 Et intelligas, quod non solum aduocabit rem
non restituito pretio emptori, qui emit ab heretico, sed
nec etiam ei, qui ab emptore emit: quantumcumque
bonam fidem habuerit, & quantumcumque per plu-
res manus ambulauerit, & est ratio, quia non habuit
ius vendendi, vt ff. de minori. in caus. s. vlti. ff. de
contrab. emp. & vend. l. si quis sub hoc pacto. & est
ratio, quia effectus damnationis trahitur retro, vt pre-
dictum est supra. & sic bona vendi non poterit, ut
patet ex premissis, sicut etiam tenebat Dynius in pra-
dictis.

Executio.] supra de sponsa. cum in tua. & supra
de accusatio. sicut olim.

Promulgata.] tunc demum est sententia execu-
tioni mandanda. ff. de re iud. l. a diuo. & secundum hoc
intellige quod habetur 23. q. 5. si uos. et c. de Liguribus.
in fi. 24. q. 1. c. qui contra. & hic adde: & videas quod
dicam infra eod. lib. de homi. c. pro humani. in fi. in gl.
quia sufficit, & c. & infra eod. lib. de penis. felicis. in

A gloss. que est in verbo, infamis, & c. 2. q. 3. prouari-
catorem.

c. Statuta.

S U M M A R I U M.

- 1 De plano procedere, qualiter sit intelligendū.
- 2 Reum priuare debito iuris ordine, graue pec-
catum.
- 3 Episcopus non potest partem prouentum ab
Inquisitoribus exigere.
- 4 In crimine heresis sententia, an requiratur.
- 5 An sit secretum, quod quinque sciunt.
- 6 Casus in quibus relinquatur quis conscien-
tia sue.



Statuta.]

1 De plano.] sic supra de iudi. nouit.
iuxta si. intellexerunt quidam, quod
hoc debet intelligi, id est sine magna di-
sceptatione, atque summariis: alij hoc

non admittunt, & intelligunt de plano, id est sine seri-
ptura, vel libello. arg. ff. de consti. princ. l. 1. vel id est
non pro tribunali: vel in figura solemnis iudicij, sed
do in pretorio, vel vbi ius reddi consuevit: sed alibi,
non seruata solemnitate strepitus iudiciorum. ff. de
adul. miles. s. sexaginta. ff. quis ord. in bo. pos. serue-
tur. l. 2. s. dies. hec tanguntur in Spec. de offi. ord. iud.
s. postremo. ver. tertio dicendum est, & c. ibi videas
quo ad hanc materiam plenarie cognitionis; & secū-
dum hoc quando dicit, de plano, debet exponi, id est
summarie, quasi dicat sine magna inquisitione, id est,
iudice non sedente pro tribunali: licet enim de plano
cognoscat, nihilominus libellum recipiet iudex, vt in
pra. s. sexaginta. hoc etiam sic notatur in speculo,
de libelli conceptione. s. nunc dicendum. versicu-
lo 42. & c.

Streptu.] hec clausula etiam habetur supra de
sta. mo. ca. qua. s. quod si abbas. aliquando ista due
clausule, de plano, & sine strepitu, ponuntur simul
in commissione, vt supra de accu. olim. & tunc quali-
ter procedendum sit, plene ibi not. Innocent. & Ho-
stien.

Figura.] sic supra eo. lib. de elec. indemnitatibus.
s. verum. ibi dixi.

Vel testibus.] repete quod dictum est supra eo.
tit. capit. vt officium. in gloss. aliquorum fuit senten-
tia, & c.

Potentiam.] hic habes arg. q. potentia tempora-
lis obest. Sed arg. contra supra de appell. constitutis
2. vers. decanus. cum concor. ibi notat.

Graue periculum.] O, tu quicumque iudex in ta-
li causa bene aduerte ista verba: nam non dicit quale
periculum, sed dicit, graue. simile verbum habes 9.
q. 3. c. graue.

2 Noli igitur reum priuare debito iuris ordine si-
ne magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine
offensione Dei, vt satis colligitur. 28. distin. de bis.
in fine.

Eorundem.] accusatorum, vel testium.

Non publice.] sic 30. q. vlt. s. bis ita. infra eod.
lib. de priuileg. episcoporum. ibi dicam.

† Quia ratio.
ne intelli-
gere debeant
docet Papa I
Clem. 6. spe.
de verb. sign.
relata supra
fol. 120.

Com-

Commode.] sic supra eod. de rescrip. statutum.
s. 1. supra eo. lib. de electio. quam sit. ibi dixi.
3 Processerint.] quando in hoc solus procedit E-
piscopus, ab Inquisitoribus hereticæ prauitatis, ni-
hil potest exigere de prouentibus, qui proueniunt il-
lis, preteritu expensarum quas facit dum inquirit,
immo illud debet exequi proprijs sumptibus, vt in
extravaganti Benedicij, eodem titulo. Ex eodem
s. verum.

Confilio.] ad hoc. 1. q. 1. estote. 84. dist. c. 1.
4 Ad sententiam.] hic videtur q. in crimine heres-
is sententia requiratur. sic supra eod. vt inquisitio-
nis. vers. vbi per viros, & c. sed arg. contra infra eo.
lib. de homi. c. 1. in fine.

5 Secretum.] videtur q. illud dicitur secretum
quod quinque homines sciunt: secundum id quod le-
gitur, & not. de penit. dist. 1. s. e contra, ea qua. vers.
filiam namque, & c. Sed hoc non est verum in hoc ca-
su, vt infra patet, ibi: alij patefecerunt, & c. Sic etiā
sumitur 3. q. 7. sacerdos. in fine. de pen. dist. 6. sacer-
dos. & adde quod dixi supra eod. lib. de elect. vbi pe-

A riculum. s. nulli. in verbo, secrete.
Promulgare.] demoustrat. quia nisi sic inuixe-
rit, pendentes sententiam excommunicationis non
incurrunt.

Episcopum.] sic supra eod. Inquisitores.
Iudicij.] supra de accus. qualiter. 2.

6 Onerantes.] nota hic, quod quis relinquatur sup-
conscientia. supra eod. lib. de rescrip. statutum. s. af-
fessorem. & 4. dist. denique. & ad huius dicti decla-
ratione scias, quod tribus de causis relinquatur quis
suo iudicio, s. cum non debet probiberi, quia indifferē-
ter potest istud facere, vel dimittere sine peccato. 3. q.
4. vbi cum propria, vel quia timetur scdā dā. sicut
cū multitudo est in culpa, vt in pra. ca. denique. &
1. q. 7. quotiens. 23. q. 4. non potest. c. ipsa, vel quia
defecit iudicium: & hoc dupliciter, s. vel propter
personam, qua non potest iudicari, vt 17. dist. s. hinc
etiam. 21. distin. nunc autem. vel propter crimen,
quod occultum est. 33. dist. habuisse. in fin. 35. q. 6. s.
duo. 2. q. 5. consulisti, & etiam scripsit Hug. in
praed. c. denique.

G L O S S A I O A N N I S A N D.
O R D I N A R I A S V P E R C L E M E N T I N I S
T I T. D E H A E R E T I C I S.

Cap. I. supra fol. 111.



Multorum.] Primo premitit con-
stitutionis causam. Secundo ibi:
propter quod, ponit constitu-
tionem de officio Inquisitionis
exercendo per diaconos et In-
quisitores. primo ponens quin-
que, que potest alter sine alte-
ro. Secundo tria, que non potest. & decretum appo-
nit: submittens quomodo impeditur vel interesse no-
lens committit alij vel consentit. Tertio ibi, Sanc-
prohabet circa muros vel carceres hereticorum ip-
forum, clauas, custodes, & custodum ministros. Quar-
to ibi: Porro. ponitur iuramentum custodum, mini-
strorum suorum, notariorum, & aliorum officialiū.
Quinto ibi: Verum. punit episcopos, Inquisitores.
& eorum substitutos, qui faciendo, vel omitendo de-
linquunt in officio. Sexto, ibi: Alia. confirmat antiqua
iura huic constitutioni non obuia. Ioan. And.

Pulsauit.] talis pulsatio communiter principes
mouet, vt hic: quandoque etiam non mouet ex causa.
de pur. cano. cum in iuuentute.
Metas.] dicitur a metior metiris: & est finis, vel
terminus agri, vel cuiuscūque rei. habemus meto me-
tis, quod ponitur pro collectione messum. de penitē.
& remiss. cum ex eo. post princ. inde dixit quidam.
Dum tua rura metis, vicinis parcite metis: Has
vero metas non licet transgredi. de sepul. cap. 1. vbi
de hoc.

Excedentes.] alijs extendentes.
Pietatis specie.] concor. 30. q. 1. noste. cum suis cō-
cord. eod. tit. excommunicamus. s. quia vero. de simo.
ad Apostolicam. infra c. fi. vers. nonnulla.

Innoxij.] quod esse non debet. de senten. excom.
Romana in fin. lib. 6.
Detrimētum.] quod esse non debet. de penis. in
quibusdam. de appell. c. 3. & c. suggestum, de offi. ord.
irrefragabili.

Indago.] quasi indagatio, inquisitio, uel inuestiga-
tio. de iureiur. quanto. post prim. de offi. deleg. c. 1. &
vlt. lib. 6.

Deputatos generaliter.] supra eo. titm. per hoc.
lib. 6. & vide quod ibi not. in 1. glo.

Amore.] quatuor modos exprimit, quibus per-
uerti solet humanum iudicium. 11. q. 3. quattuor. de
re iud. cum eterni. lib. 6. Et isti quattuor modi pos-
sunt bis uersibus comprehendī.

Quatuor ista: metus, odium, dilectio, census:
Sepe solēt hominum rectos peruertere sensus.
Citare.] hoc est primum de quinque, de quibus dixi.
Capere.] secundum quod differt a sequenti. s.ape
etenim capitur, qui non incarceratur. de sen. excom.
si clericos. lib. 6. infra de excess. prala. frequens. in
prim. & post prin.

Mancipare.] tertium.
Ponendo.] quartum.
Manicis.] sicut compedes sunt catene, vel vincu-
la circa pedes: ita manica catene. vel vincula circa
manus. de vtroque in Psal. 149. Ad aligandos reges
eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis
ferreis. Ioan. And.

Oneramus.] concor. supra ea. compil. de in. pat-
c. 1. & ibi dedi concor. de hoc.

Inquirere.] quintum.
Duro.] posuit quinque alteri soli permissa: nunc po-
nit tria prohibita: & ecce primum.

Ad penam.] de penis quamuis. lib. 6. de verb.
sign. nouimus. de aposta. c. penult.

Tormentis.] secundum. De tormentis.] testium
† Eymeticus
3. p. 3. 61. u-
bi dixi.

Quatuor ista: metus, odium, dilectio, census:
Sepe solēt hominum rectos peruertere sensus.

Citare.] hoc est primum de quinque, de quibus dixi.

Capere.] secundum quod differt a sequenti. s.ape
etenim capitur, qui non incarceratur. de sen. excom.
si clericos. lib. 6. infra de excess. prala. frequens. in
prim. & post prin.

Mancipare.] tertium.
Ponendo.] quartum.

Manicis.] sicut compedes sunt catene, vel vincu-
la circa pedes: ita manica catene. vel vincula circa
manus. de vtroque in Psal. 149. Ad aligandos reges
eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis
ferreis. Ioan. And.

Oneramus.] concor. supra ea. compil. de in. pat-
c. 1. & ibi dedi concor. de hoc.

Inquirere.] quintum.
Duro.] posuit quinque alteri soli permissa: nunc po-
nit tria prohibita: & ecce primum.

Ad penam.] de penis quamuis. lib. 6. de verb.
sign. nouimus. de aposta. c. penult.

Tormentis.] secundum. De tormentis.] testium
† Eymeticus
3. p. 3. 61. u-
bi dixi.

actoris & rei. not. 1. q. 6. in summa. facit 5. q. 5. illi qui. de re iudic. cum in contemplatione. Puto autem quod ieiunia, que Inquisitores ad veritatem eruendam solent indicere, sint tormenta quod alter hoc non possit sine altero. per hanc litteram. Nam questionem & s. questionem. et ff. ad Syl. l. 1. s. questionem item patet per etymologia, qua dicitur tormentum, quasi torquens mentem. Ioan. And.

Ad sententiam.] tertium. Olim autem quando alter solus procedebat, solus sententiabat. Si ambo procedebant, licet diuisim, communicabat sibi processus in fine, cum non restabat nisi ferre sententiam, eo. rit. per hoc. lib. 6. & in extranea. Benedic. Ex eo. quod tamen adhuc hodie seruabitur: quod dicit decre. per hoc. vt si discordent in sententia, consulatur Papa.

Contra eos.] sed numquid pro eis possit alter sine altero definire? videtur quod sic: quia a iure veteri non recedimus, nisi in quantum inuenitur expressum: Sed ita est, q. olim & hodie alter solus, potest inquirere: & de iure veteri, cum solus procedit, solus pronuntiat, vt dixi in gl. prox. quod hodie immutatum est, si condemnat per hanc litteram: ergo si absoluit, remanet ius antiquum: facit de elect. statut. lib. 6. & est simile quod not. 12. dist. preceptis. 3. q. 6. accusatus.

Sede uacante.] vel quasi vacante, vt in casu decre. si episcopus. de sup. neg. prala. lib. 6. Item intelligo sedem vacare, quo ad hunc casum iurisdictionis capituli, et quando prouisum est, sed prouisus administrare non potest: quia nondum habet litteras per consili. Bonifacii inuensas facit de transla. c. 2.

Capituli.] hec littera infra pluries repetita, & decre. infra prox. facient ad questionem, an capitulum sede vacante, possit visitare, & debeat procurari: de quo per Io. Mon. de sup. neg. prala. ecclesie. & per Archid. cod. tit. si Episcopus, & quod possit. alleg. quia Episcopus hoc potest: & est iurisdictionis, in qua succedit capitulum de maio. & obed. ijs que. & c. cum olim. eod. tit. c. 1. lib. 6. de insti. c. 1. eo. lib. ergo hoc poterit: alias tempore vacationis remanebunt crimina incorrecta. alleg. etiam pre. de re. ecclesie. vbi visitator datus a metropolitano, a quo certus casus excipitur, in alijs videtur potestatem habere: quasi per exceptionem firmetur regula. ff. de fundo instr. quasitum. 9. denique Neratius. 3. q. 7. dominus. Cum autem metropolitano nil habet, nisi de iure transuaso de capitulo in metropolitano: ergo capitulum hoc habet. faciunt not. per tmo. de here. ad abolendam. In contrarium, hoc non est iure expressum. ergo nec attribuendum. licet enim capitulum concernat iura episcopatus. 12. q. 2. charitatem. & c. illud. & ius reddat agentibus, accusantibus & denuntiantibus: non tamen visitat: sed is qui datur a Papa 61. dist. obitum. vbi probatur, quod uacans Ecclesia desituitur visitatione. Sed secundum Archid. dici possit, quod illud, desituitur, non respicit visitationis operam, sed Ecclesie vacationem. sicut de elect. Ecclesia, 1. & 2. in prin. Item capitulum est necessarius non voluntarius administrator: ergo non poterit quod administrationi necessarium non incumbit. Et hoc tenet Ioan. Mona. sed Archid. non eligit: vide-

† Eyme. 3. p. q. 48. vbi dixi

tur tamen plus accedere primo dicto, pro quo facit: quia iste non est actus per quem prejudicetur Episcopo: sicut beneficiorum collatio, & alienatio personarum, & rerum. de quibus de maior. & obediens. ca. 1. 7. 1. dist. fraternitatem. 1. 2. q. 2. si qua de rebus. egeret declaratione, non solum in hoc, sed in pluribus alijs articulis, hoc quod dicitur: capitulum succedere in iurisdictione vacante sede. Volens tenere opinionem Ioan. possit dicere illam veram in generali visitatione ciuitatis, & diocesis; contrarium, in speciali visitatione, vel inquisitione contra certas personas, vel loca.

Requisierint.] requirit ergo per parem. de hoc de off. deleg. cum causa. in 1. gl. & puto sufficere vna requisitionem. & facit quod not. 18. dist. si Episcopus. in vlt. gloss. & quod dixi de iure iur. ego N. & in requisitione non est necesse terminum exprimi, sed ipso iure statim currit. sic de excep. pia. lib. 6. & supra ea. compil. de dec. c. 1. & hic adde, quod ibi dixi. Ioan. And.

Ipso iure.] quo ad iuris effectum. si enim de facto, tortus est, vel dure carceratus, hoc nequit non fuisse. ff. de capt. & post. l. reuer. l. in bello. s. facta, & facit quod dixi de appel. vt not. vbi. Sed si interlocutoria solum lata esset super carcere, vel tortura, illa nulla esset: & lex permittit tunc appellare: quia grauamen tolli non possit, per appellationem in terponendam postmodum a definitiua. de appe. super eod. tit. 1. responso. 2. q. 6. ante sententiam. ff. de appel. reci. vel non. l. 2.

Nolit.] simile de rescrip. sciscitatus. in fine. Inquisitori.] hic iunge finem, super illis, & c. Super illis.] carceratione, tortura, & sententia. Per litteras.] concor. 63. dist. c. 1. & 2. de tempo. ordi. nec episcopi.

Consensum.] sufficit ergo quod committat, vel consentiat illi procedere, que sunt diuersa. facit qd scripsi de foro compet. significasti. super gl. fi. de eccl. edict. ad audientiam 2. super prima gl. unde in electio ne licet primum, & non secundum. de elect. c. pen. in fi. li. 6. ita hic delegatus Episcopi, vel capituli potest secundum, & non primum: quod forte fuit causa huius distinctionis: alterum vero istorum hic est necessarium intra octo dies post requisitionem. post octo uero dies, neutrum est necessarium, vt supra.

Muri.] eodem titu. vt commissi. lib. 6. versic. & illorum.

Vulgariter.] simile supra ead. compil. de rel. do. c. 1. in prin. & ibi concordant.

Duos.] nisi de vno concordarent: in casu. n. discordie manasse videtur hec prouisio. facit de appell. cum speciali. puto contrarium. s. quod de vna conuenire non possint, sed necessarij sint duo: nec est hoc prouisum propter discordiam, sed ad securiorem custodiam: quod satis sonant verba. facit optime. ff. de custodia reorum. l. vlt. in prin. ibi, nec vni, sed duobus custodia committenda est. & idem dicimus de ministris, de quibus sequitur.

Prouidebit eidem.] de suis redditibus, no de parte prouentuum Inquisitionis officio deputata, ut in extrauaganti Benedic. 1. & eo quod. s. verum quia.

Etiam prouidebit.] Inquisitor. s. de prouentibus deputatis officio.

† Eyme. 3. p. tit. de appell. que fit ab Inquisitore vbi dixi.

Mini-

Ministrum.] simile de fil. presby. proposuit. in fi. facit quod dixi super tit. de offi. custo. Io. And.

Conclau.] concor. de elect. vbi periculum. s. in eodem. cum suis. concor. lib. 6.

Diuerse.] ne vnus custos sine altero possit aperire. Interdum enim in eadem serua habent plures socij plures clauas, vt quilibet per se & aperire & claudere possit: cuius contrarium hic intendit.

Subdelegare.] quod alias non possit: cum sibi ministerium demandetur sine iurisdictione: in quo videtur electa industria personar. de offi. deleg. cap. fi. & puto per hanc litteram, quod in assumendo ministro, non requiretur consensus Episcopi, vel Inquisitoris.

Iurabunt.] simile supra ead. compil. de rel. do. c. 2. vers. illi etiam de magi. c. 2. sed in illis nihil dicitur de corporali tactu.

Tacta.] vt not. de elect. vt circa. ver. coram. lib. 6. in glos. 2. in corporali iuramento non sufficit presentia, sed requiritur tactura Euangeliorum. Quidam dicunt, quod corporale iuramentum satis est, quod habeat corporis sensum, vt visum. facit 3. q. 6. Episcopus. per id quod de possessione dicitur, quod ibi requiritur actus corporalis, & cum visu transfertur. ff. de acq. posses. l. quod meo. s. si per venditorem. & l. 1. s. penult. & not. de consuet. c. 2. sed illud verum, cum tradens & accipiens hoc intendunt. secus si possessio erat vacua, vt ibi not. vt ergo scripsi, post Immo. de iure iur. et si Christus. vers. quod autem. iuramenta que precipiuntur a iure sicut testis, calumnie, veritatis, vel que a iure, iudice, vel parte ex necessitate deferuntur, debent fieri tactis Euangelijs: alias fieri possunt sine tactura. & vide quod not. 22. q. 1. in summa. Sed videtur, quod plus obliget corporale. facit 2. q. 5. quanto. & c. seq. c. si minor se ma. dixi. l. si alterius. Quaedam autem iura dicunt simpliciter iurari, quedam corporaliter, quedam super sancta Dei Evangelia, quedam addunt ipsorum tacturam: vt hic, & 1. q. 7. quoties. & supra ea. comp. de iure iur. Romani. vers. porro. de frigi. & malef. laudabilem. Patet de primo, de iure iur. eo. tit. per totum. lib. 6. de testi. presentium. & c. pen. de excep. pastoralis. qui ma. accu. pos. cum in tua. de sen. excom. ex tenore. De secundo, de here. ad abolendam. s. struimus. de sent. excom. venerabilibus. de elect. vbi periculum. s. super his. & c. vt circa. & c. procurator. lib. 6. De tertio, de purg. can. quoties. Apud Italicos, interpretatur consuetudo, quod sufficit quemlibet librum, vel quamlibet scripturam tangere: quod satis puto procedere, etiam vbi de corporali iuramento exprimitur, non sic vbi de tactura Euangeliorum, vt hic & in concord.

Ponendorum.] vbi hoc exprimitur, iuratur super futuris: & sic non obstat de iure iur. c. penult.

Poterunt.] 22. q. 2. faciat.

Secreto.] simile de elect. vbi periculum. s. nulli. lib. 6. cum suis concord. & de secreto habetur infra c. prox. de panit. dist. 1. s. hoc ergo. in prin. & vers. filiam. & de here. cap. vlt. lib. 6. nec sumitur tam amare hoc verbum quam alter custos in absentia alterius captiuum alloqui possit de non secretis ipsis in carceratis.

Abique diminutione.] non sicut infideles ser-

nientes, vel ministri, qui semper de eo quod dominis datur, decimam, vel aliam quotam subtrahunt, vt not. 1. q. 1. Christus. 13. q. 1. s. 2. vers. sed videte.

Coram eisdem.] Episcopo, vel capitulo, & Inquisitore, vel substitutis ab illis.

Pro dicto crimine.] de incarcerandis, ergo pro alijs criminibus non iurant Inquisitori.

Deputandi.] dato ergo, quod capitulum haberet iurisdictionem & carcerem: no tamen in suo carcere sed episcopali tales tenebit sede vacante.

Notarij.] qui possunt esse constituti in sacris & religiosi, quod dic. vt eod. tit. vt officium. s. ad conscribendas. lib. 6.

Iurabunt.] speciale est, propter magnitudinem criminis, & fauore fidei: alias sufficere deberet iuramentum in creatione prestitum. de pres. ad audientiam. de cuius forma scripsi, ne cle. vel mo. sicut te. et. Spec. de fi. instr. s. restat. ver. sed quaro.

Personis.] officialibus nuntijs ad citationes faciendas, & apparitoribus de quibus infra c. prox.

Non agere.] concor. de simo. nemo. & quod ibi not.

Dignissimum.] idem vers. 81. dist. c. 1. in fi. Fraudulenter.] falso alicui non imponant, quod sequitur.

Obtentu.] vbi ergo non propter alterum predictorum: sed forte timore, vel propter vitandum scandalum, hoc omittent, non est locus pæne.

Et conscientiam.] not. & quod copulat. concord. de re iud. cum eterni. lib. 6.

Eodem.] odij, gratie, & c. vt supra.

Alij vero.] scilicet Inquisitores, vel substituti ab eis, vel ab Episcopis, vel capitulis vacante sede.

eo ipso incurrant.] Hic patet aperte, quod constitutio Ecclesie militantis ligat crimen omnino occultum. quo ad penas suspensionis, & excommunicationis. ad idem supra ead. compil. de sta. mo. cap. 1. s. quia vero. infra de panis. cap. cupientes. s. qui vero. Nec turbentur aliqui: nam hoc idem probatur de schisma. c. 1. vers. omnem. lib. 6. & eo. lib. de elect. vbi periculum. ver. nulli. & c. fundamenta. s. quod si secus. & c. quia sepe. facit eo. tit. sciunt. & c. cap. seq. & c. indemnitatibus. s. postremo. de offi. deleg. c. fi. s. pars vero. de offi. ord. c. vlt. de iudi. c. 2. ver. prouiso. de re iud. c. 1. & 2. ad fin. de homi. pro humani. vers. sacri. Ad idem antiqua iura. de sent. excom. porro. & c. cum non ab homine. de temp. ord. c. vlt. patebat idem de immu. eccle. clericis. lib. 6. vers. necnon. Et ex his videtur indubitatum, quod Archid. habebat pro dubio: & disputationi relinquebat in decre. cum quis. de sent. excom. lib. 6. an hereticus omnino occultus sit excommunicatus. Ioan. tenet quod sic. 24. q. 1. in summa. & in glos. seq. de pen. dist. 1. cogitationis. Placet etiam Caictanus 3. q. 11. art. 3. Socus in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. Alfonso Galt. lib. 2. de iust. 18.

Contra sententiam, & vere Theologi. Caictanus 3. q. 11. art. 3. Socus in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. Alfonso Galt. lib. 2. de iust. 18.

Sunt qui nolunt fateri, per clauem Ecclesie ligari posse

† Eyme. 3. p. par. q. 19. vbi dixi.

† Arclatanus de here. no. tab. 36. Bernard. in Lucena verbo, notarius. s. 1.

posse omnino occulta, nisi illa sint expresse lege diuina damnata, vt vsura. in qua damnatur spes occulta. de vsu. consuluit. Alij dicunt, quod si factum est publicum, sed occultum quis fecerit, ligari potest per Ecclesiam. 5. q. 1. quidam. de off. ord. si sacerdos. Si vero & factum & faciens sunt occulta, secus, vt in contrarijs. Sed vtrique dicto obuiant iura alleg. in princ. glos. quare de plano fateamur quod constitutio militantis Ecclesie ligat omnino occulta: non tamen nominatim de illis iudicat tribunal Ecclesie: immo ipsa Ecclesia, in quantum per hominem, iudicat hominem nominatim, & in quantum est collectio fidelium ligatos sic occultos habet pro solutis. de sent. excom. d. no bis. 2. & sic loquuntur contraria.

Excommunicationis sententia.] de suspensione nil dicit, quare videtur, quod ab illa superior possit absolueri. Dic contra. & ratio illius omissionis fuit, quia tempus habet determinatum: & vbi sic

A determinatum est, videtur, quod non possit superior absolueri: vt not. de elect. cupientes. s. ceteri. in glos. est ergo. Sed quid si tempus determinatum non esset? Videtur quod possint, ex quo superior non referuat. de sen. excom. nuper. nec prohibet, vt infra de priuileg. c. 1. ver. si qui. facit quod not. de reg. non solum. in fi. lib. 6. & quod dixi de solut. cap. 2. in fi. secus si referuasset. de testi. tam litteris. in fin.

Mortis articulo.] qui casus semper excipitur. infra c. prox. de offi. ord. pastoralis. & vide quod ibi not.

B Attunc.] scilicet, quando in mortis articulo per Episcopum, vel presbyterum absoluitur: & hoc intelligo, si facultas est satisfaciendi: & tempus hoc patitur: aliis absoluitur cum cautione. facit infra cap. prox. de sepul. cap. vlt. de sent. excom. d. nobis.

Manere.] concord. eo. tit. c. vlt. in fi. lib. 6.

† Hec glossa Pauli & Zenzelini super his versiculis infra scriptis ponitur hic sicut habetur in Directorio bononien. manuscripto, deinde sequitur glos. Ioan. And. super Clem. notulentes. &c.

GLOSSA † PAULI DE LEAZARIIS IN CLEMENT. MULTORVM.

De heret. s. Propter quod. super vers. Vel tormentis exponere illos.

SUMMARIVM.

- 1 An episcopus per se, vel Inquisitor possit testem torquere pro habenda veritate.
- 2 elaborandum est iudici, vt veritatem inueniat.
- 3 An Inquisitor, vel episcopus per se, possit testem falsum punire.
- 5 Vbi eadem est ratio, idem ius statui oportet. Inquisitor testem potest punire & torquere pro veritate habenda contra tertium, secus si contra testem nouam formet instantiam.
- 6 Custodibus carcerum, de quibus prouidentibus debeat Inquisitor, & episcopus prouidere.



Paulus de Leazaris super verbo: Illos, dicit sic: illos, scilicet probuimus modi negotio inquisitos.

† Eym. 3. par. q. 73. vbi dixi. † al. accessoria

1 Aliud videtur in testibus, si causa subsit eos torquendi: quia cum per se quilibet possit inquirere, poterit omnia ad illud necessaria, sine quibus illud non potest expediri, de offi. deleg. preterea. & c. prudentiam. vers. explorati. & ff. de iurisd. om. iud. l. 2.

2 Sed planum est, quod ad veritatem habendam debet index laborare, de probatio. quoniam. 14. q. 2. quamquam. 30. q. 5. iudicantem. 23. q. 8. occidit. de testi. cum causam. C. de iudi. iudices: cum concord. quam ab inuito, & suspicillo aliter habere non potest. 5. q. 5. illi qui. vbi notatur de tormētis testium. ipsum ergo testem poterit Episcopus & Inquisitor, & quilibet per se torquere.

3 Et eadem ratione videtur, quod cum possit extraordinarie punire, si falso testimonio aurem eius offendit durante iudicio. C. de testibus nullum. ad idē de pan. super his. & c. dilectus.

4 Sed contra videtur, quia ratio, que subest in In-

† Eym. 3. p. in 12. modo processu termini. Zach. de heret. c. 14. vbi Campegius.

quisito, subest inteste: ergo erit idem ius in utroque, de translat. c. 2. cum concord. & hac duo infra equiparantur ibi: prauitatem ipsam, vel impedimentum officij. Et si dicamus, q. Inquisitor non habet ordinariam, videtur casus in authen. de testib. s. si vero. pro hac parte facit, quia cum quilibet possit inquirere usque ad sententiam, et testes sint pars negotij de verb. sign. for. cui licet totū, et pars. de reg. iuris. cui licet. lib. 6.

5 Solutio primum verum est, ubi testem vult torquere pro veritate habenda contra Titium delatum: uel eum extraordinarie punire, tanquam coram eo notorie delinquentem: facit quod not. de confessis. c. 2. & quod ibi notat Immo. & de iureiur. cum impositionibus. lib. 6. & iura supra allegata. si vero format inquisitionem contra eum propter hoc, ita quod est noua instantia, cum testis sit nunc principalis inquisitus, alter per se non possit eum torquere: & sic intelligantur iura supra secundo allegata.

Ad sententiam.] condemnatoriam.

Idem Paulus super verbo. Prouidebit. eiusdem clement.

P Paulus super verbo, Prouidebit, dicit sic: 6 Et prouidebit de redditibus suis, non de parte prouentuum officio deputata: ut patet in extrauaganti Benedicte. Ex eo. s. uerum. & est simile de offi. ord. quoniam. Inquisitor autem bene prouidebit de parte illorum prouentuum, ut patet ibidem.

Zenzelin. super eod. verbo, Prouidebit.

I Tem Zenzelinus super eodem sic dicit: Prouidebit. etiam de suo: ut in extrauaganti Benedicte Pape xj. Ex eo quod. s. uerum.

Cap.

† Eym. 3. p. q. 108. Reperit. verbo, salarium, & verbo, expen- sa.

Cap. II. supra fol. 112.



Olenes.] Casus. Primo ponens constitutionis causam, determinat etatem Inquisitoris: Secundo punit Inquisitores, qui prout officij pecuniaria illicitis modis extorqueat: vel ob delictum clericorum Ecclesiarum bona confiscant. Tertio, precipit notarijs, officialibus & socijs, vt hęc facientes reprehendant, & superioribus denuntient, si probare possunt. Quarto, prohibet inquisitoribus abusum armorum, & circa quantitatem & qualitatem officialium partes patent. Ioan. And.

Improbos.] qui dederunt causam, merito huic constitutioni, & precedenti.

Caligine.] Esaię 5. in fi. Lux obtenebrata est in caligine.

Ex nunc.] ac si dicat, deinceps. vel forsan uoluit Papa per hoc, quod hęc pars constitutionis statim ligaret a tempore promulgationis, non expectato lapsu duorum mensium, de quo dixi in premissis: non quo ad hoc, quod contra facientes hoc ignorantes, obligati essent ad culpam: sed quo ad hoc, vt contra factum non ualeret: prius uero datos aspicere non intendit.

Quadragesimum.] concord. 20. quest. 1. sanctioniales. Et est mirandum, quod in Inquisitore maior etas requiritur, quam in Episcopo, qui tamen Inquisitor est. & est simile de elect. nemo deinceps. lib. 6. & hoc est de arbitrarijs, de quibus non cogimur reddere rationem, vt scripsi de rescrip. si quando.

Committi.] per prelatos provinciales, vel ministros illorum ordinum, quibus deputatio tallum a sede Apostolica est commissa. Idem puto de Inquisitoribus ab Episcopis, vel capitulis sede vacante: vt ij quibus committunt habere debeant hanc etatem. Sed quid si contra fiat? certum est, quod puniendi sunt committentes, transgredientes hoc preceptum: & vide quod not. de elect. generali. s. illos. in vlt. gl. lib. 6. & licet hic non apponatur decretum: videtur tamen, quod non ualeat commissio pro & contra. de elect. licet canon. lib. 6. & vide quod ibi not. in glos. 2.

Inquisitorum.] commissarijs. quod est infra. Et per hoc, & per c. supra prox. soluitur, quod olim dubitabatur, an Inquisitores possent committere & vices suas, & videbatur quod non: quia decret. vt commissi. in prin. eod. tit. lib. 6. permittit, vt committant citationes, & sententiarum denunciations: vltra illa ergo commissi, committere non poterant. de translat. c. 2. facit de offi. deleg. c. vlt. s. vices quoque. vbi etiam commissuato non committit nisi illa duo, videtur enim electa industria personę de offi. deleg. c. is cui. lib. 6. Contra: quia sine ordinariam, siue delegatam iurisdictionem Inquisitor habeat, committere potest. Primum patet. Secundum, scilicet cum dicitur, delegatus: quod videtur uerius per decr. per hoc. eod. tit. lib. 6. pro & contra. eo. tit. ne aliqui. est tamen delegatus principis, & cum iurisdictione, non cum ministerio tantum: ergo committit, ita seruatur. Dant ergo Inquisitores commissarios, quos uocamus Vicarios, vel substitutos supra eod. c. prox. s. porro. & s.

† Sotus lib. 1. de iust. & iure. q. 1. art. 4. Abbas & doct. in c. cognoscentes: de constit.

† Eym. 3. par. q. 2. Concord. nu. lib. 4. de heret. cap. 1.

† Eym. 3. par. q. 13. & seq.

A notarij. & s. verum. Ad decret. vt commissi. respondetur, quod non loquitur negatiue, sicut illa, que loquitur de conseruatore, scilicet quod non possint illa duo committere: sed loquitur affirmatiue, scilicet quod illa duo committere possint: & de illis forte dubitabatur, quasi ante citationem non esset perpetua iurisdictione: et per diffinitiuam esset functus suo officio. Ad primum, de offi. deleg. pastoralis. s. 1. Ad secundum, eod. tit. in litteris.

Commiffarijs.] de Episcopis loqui non videtur: & ideo licet etiam ipsi ab his debeat abstinere, pena tamen que sequitur, non habet locum in illis. concord. infra ver. notarij. uoluit ergo dignitati deferre. de offi. deleg. c. 2. lib. 6.

Pretextu.] vbi ergo non eo pretextu illicite exigit, licet male faciat, non tamen est locus pene.

Officij.] sic committit crimen concussionis: de quo 1. q. 1. ad fin. 2. q. 1. c. 2. in fin. & c. militare. & de immun. eccl. quia plerique tamen tales absolui permittit infra restituendo simpliciter tantum: cum tamen concussor soluat quadruplum. 13. dist. quoniam. in fin.

Illicitis.] penas pecuniarias applicandas officio non prohibet imponi, et exigi, sed illicitas exactio nes fieri. ff. de off. prejsi. illicitas. in prin. de simo. in rā tum. & c. audiuius. & c. seq.

Pecuniam.] intelligo large. 1. q. 3. per totum. Scienter.] ignoranter ergo non tenet hęc pena. si mile supra ead. compil. de consan. & affi. c. vnico.

Ecclesiarum.] de bonis ergo clericorum proprijs, non prohibet. Et per hoc dico, quod si monachus pręstet Ecclesie, quod etiam eorum que acquisiuit inuitu personę applicatio ista fieri non posset. cum enim impediendo professione sibi non possit acquirere: et sic acquisita post possessionem ademptam, sint Ecclesie. 18. q. 1. c. vnico. cum olim 2. ergo etiam in illis est locus ei, quod hic dicitur. quod tamen in quodam Inquisitoris consilio ante hanc constitutionem clamare non profuit.

Delictum.] de reg. iur. delictum. cum suis concord. lib. 6.

Ecclesie.] multo minus, sibiipsis, vel officialibus, vel sisco seculari, cui alijs applicata sunt ipso iure bona laicorum damnatorum. de here. eo. tit. cum secundum. lib. 6. Et vide quod not. de concess. preb. quia diuersitatem. & quod ibi dixi super glos. antepenult.

Applicare.] idem uerbum, de preb. c. 3. probatur autem hoc eod. tit. excommunicamus. in prin. ubi bona clericorum damnatorum diuidi iubentur inter Ecclesias, a quibus beneficiati sunt.

In his.] duobus proxime dictis, scilicet de pecunia extorquenda: & de bonis Ecclesie confiscandis. primum enim casum, scilicet de etate includi non puto: quod patet per sequentia: ibi, donec illis, &c.

Absolui.] per ordinarios, cum sibi non referuet. de sent. excom. nuper.

In mortis articulo.] supra c. prox. in fi.

Satisfecerint.] si habent unde: alijs uero pauperas excusat. de usu. cum tu. de rap. c. 2. & uide quod not. de uerb. sign. ex parte 3. in fi. 4. glos.

Remissionibus.] concord. de cens. exigit. ad fi. de

† zanch. de heret. cap. 19. & ibi Campegius.

† Eym. 3. p. q. 112. vbi dixi plene.

fi. de reſcri. Statutum. circa ſi. lib. 6. & adde quod A
 ſibi not.
 Commissarios. Inſil dicit de Epiſcopis, vt etiam
 ſupra dixi. & facit infra verbum, prelatiſ.
 Talia. In alijs ergo non habet locum quod ſe-
 quitur.
 Corrigen. In quantum in eis eſt: vel id eſt, corripe
 re, quod poſſunt, ſed non corrigen: manus comprime-
 re poſſunt, ſed non animum mutare. 47. diſt. 8. neces-
 ſe. in ſi. 10. And.
 Secreto. In 2. q. 1. ſi peccauerit.
 Valeant. In alijs taceant. 2. quaſt. 7. plerunque.
 10. And.

† Eymec. 3.
 par. q. 9. vbi
 dixi.
 † Eymec. 3.
 par. q. 8.
 Amouere. In licet prelatiſ Inquiſitoris, ſcilicet B
 provincialiſ, illum ab officio remouere † poſſit, vt hic
 patet iuriſdictio tamē Inquiſitoris non ab ipſo prela-
 to, ſed à Papa † immediate dependet: vt ſolus aſſus
 committendi, vel remouendi pendeat penes illum. &
 hæc patent in priuilegijs officij. ex quo ſequitur, &

corrigere, vel alterare non poſſet facta per illum vir-
 tute officij: ſed illum amotum puniat, vt hic.
 Teneantur. In non dicit, poſſint.
 Predictos. In notarios, officiales, & ſocios. Ioan.
 And.
 Quibus. In ordinarijs locorum.
 Perferant. In de ſtat. reg. c. vlt. de cle. egro. c. vni-
 eo. 5. ſi autem. lib. 6.
 Conceſſione. In facta per priuilegia officij, vt ha-
 bere poſſint officiales armatos †.
 Exequenda. In ſint enim tales, qui velint & poſ-
 ſint officio deſeruere. ſimile de preb. ſuperordina-
 ra. de cleri. non reſt. c. 3. & 4.
 Cap. III. ſupra fol. 113.
 Ad noſtrum. Caſus. Damnat ſectam Begardo-
 rum, & Beguinarum Alamania, & cetera.
 Cetera † omnia que ſequuntur in gloſſa con-
 cernunt magis Theologiam, & ideo recurrdum
 eſt ad illam.

† Eymec. 1.
 par. q. 56. G6
 diſaluis de
 heret. q. 11.
 num. 15. &
 ſeq.

† Hæc ſunt
 verba Eyme-
 zici.

EX CONCILIO TARRACON.

EXCERPTA EX CONCILIO TARRACONENSI
 pro officio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis: cui Concilio interſuit vene-
 rabilis pater frater Raymundus de Pegñaforte.

Attendendum tamen, quòd nondum erant in prouincia Tarraconenſi Inquiſitores, nec
 Sextus, nec Clementina, nec Conſultata ad Inquiſitores.



M nos Petrus miſeratione di-
 uina Archiepiſcopus Tarraco-
 nenſis Inquiſitionem inceperā
 per bonæ memoriæ B. Barchi-
 non. Epiſcopum contra hereti-
 cam prauitatem in ciuitate Bar-
 chinonen. vellemus effectui
 mancipare †, inter Iuriſperitos, qui nobiſcum
 aderant, dubitationes hinc inde variæ emerſerunt.
 Quare, vt circa factum hæreſis, & Inquiſitionis de
 cetero ſciendæ in prouincia Tarraconenſi clari-
 us procedatur, collationibus inde factis cum venera-
 bili fratre Raymundo de Pegñaforte Penitentia-
 rio Domini Papæ, & alijs prudentibus, in proces-
 ſu ſententiarum hæreticorum, fautorum, ſuſpe-
 ctorum, relapſorum, & penitentijs eorum ſecun-
 dum diſcretionem nobis à Domino datam, ita du-
 ximus procedendum.

† Id eſt, man-
 dare.

In primis queritur: qui dicantur heretici, qui ſu-
 ſpecti, qui credetes, qui fautores, qui receptatores,
 qui defenſores, & qui relapſi: cum b iſta genera ho-
 minum in canone explicantur. Et videtur q hære-
 tici ſunt, qui in ſuo errore perdurant: ſicut ſunt
 Inzabbatati, † qui dicunt in aliquo caſu non eſſe
 iurandum: Et poteſtatibus eccleſiaſticis vel ſæ-
 cularibus non eſſe obediendum: Et pœnam cor-
 poralem non eſſe infligendam in aliquo caſu,

† De Inzab-
 batat. Eymec.
 hac. 2. p. q.
 14.

& ſimilia.
 Credentes † vero dictis hæreſibus ſimiliter hæ-
 retici ſunt dicendi.
 Suſpectus † de hæreſi poteſt dici, qui audit præ-
 dicationem, vel lectionem Inzabbatorū: vel qui
 flexit genua orando cum eis: vel qui dedit oſcu-
 lum eis: vel qui credit ipſos Inzabbatatos eſſe bo-
 nos homines: vel ſimilia, que poſſunt probabiliter
 ſuſpicionem inducere. Et poteſt dici ſuſpectus
 ſimpliciter eſſe, qui ſemel orauit, vel altera fecit
 de prædictis cū eis. Si vero pluries audiuiſſet præ-
 dicationem, vel lectionem, vel oraſſet, vel aliquid
 aliud de prædictis feciſſet cum eis, poſſet dici ve-
 hementer ſuſpectus. Si autem prædicta omnia ſe-
 ciſſet, maxime ſi pluries, poſſet vehementiſſime di-
 ci ſuſpectus. Iſta ideo dicimus, vt diſcretus iudex
 purgationem poſſit grauare, vel moderare, prout
 magis viſum fuerit expedire.
 Celatores credimus eos, qui viderunt Inzab-
 batatos in platea, vel in domo, vel in alio loco, &
 cognouerūt eos Inzabbatatos, & non reuelau-
 erunt eos, cum haberent aptitudinem reuelandi
 eos Eccleſiæ vel Iuſtitia: †, vel alijs qui poſſent
 eos capere.
 Occultatores dicimus, qui fecerunt pactum de
 nō reuelando hereticos, vel Inzabbatatos: vel a-
 lias procurauerunt, q non reuelarentur.

† Quæſt. 50.
 huius partiſ.
 † Quæſt. 51.
 huius partiſ.

Multiplica-
 tio actus ſu-
 ſpicionem
 auget.

† Alii. Inſti-
 tutio.

Rece-

Receptatores † ſunt, qui ſcienter bis, vel vltra
 receperūt hæreticos, vel Inzabbatatos in domo ſua,
 vel in alio loco ſuo.
 Receptaculum credimus eſſe domum, vel ho-
 ſpitiū, vbi hæretici, vel Inzabbatati bis, vel plu-
 ries conuenerunt ad prædicationem, vel lectionē:
 vel etiam vbi hæretici vel Inzabbatati pluries ho-
 ſpitauerunt.
 Defenſores † dicimus, qui ſcienter defendunt
 hæreticos, vel Inzabbatatos, verbo, vel facto, vel
 quocunque ingenio in terris ſuis, vel alibi, quomi-
 nus Eccleſia poſſit exercere ſuū officium ad ex-
 tirpandam hæreticam prauitatem.

† De his que
 ſto. 12. huius
 partiſ.

† Quæſt. 57.
 huius partiſ.

† Quæſt. 58.
 huius partiſ.

Quæſt. 1.

Modus prou-
 dendi vbi eſt
 multitudine
 hæreticorum,
 vel credētū.

Quæſt. 1.

De cōuerſan-
 te cum hære-
 ticis.

Quæſt. 1.

ceptam ſuit conſeſſus ſacerdotij ſuo de hæreſi vel
 fautoria, & vocatur modo ab Inquiſitoribus? In
 caſu iſto credatur conſeſſori ſuo: & ſi inuentus
 fuerit bene conſeſſus per conſeſſionem ſacerdotiſ
 licet ſacerdos male fecerit, quia ipſum non remi-
 ſit ad Epiſcopum: ille talis † conſitens per talem
 conſeſſionem exiter pœnam temporalem: niſi in-
 ueniatur in falſa penitentia: vel relapſus poſt pœni-
 tentiam: vel publice diffamatus. Si autem allegat
 manifeſtam penitentiam, vel reconciliationē: pro-
 bet per duos teſtes.
 Si quos f vero, conſtat ante inchoatam Inqui-
 ſitionem de his fuiſſe conſeſſos, debet publice ab-
 iurare hæreſim, & aliam ſolemnitatem facere: niſi
 ita ſit ſecretum factum, quòd non habeat contra
 ſe famam, vel teſtes: & tamen in vtroque caſu ſunt
 ab omni pœna temporali immunes.
 Si vero aliqui vocati ab Inquiſitoribus, deierūt
 tempore ſuæ depoſitionis: & poſtea ad inſtantiam
 Inquiſitorum, vel metu probationum diſcoope-
 riunt veritatē, ſed dicūt quòd hæc tacuerunt pro-
 pter verecundiā vel timorem: tales credimus per-
 iuros: quia qui ſcienter falſum dicit, vel verum ta-
 cet, periurus eſt: & ideo penitentia canonica eſt ei
 grauior imponenda.
 Hæretici h perſeuerantes in errore, relinquun-
 tur curia ſecularis iudicio.
 Perfecti vero hæretici ſi conuerti voluerint, &
 dogmatizantes, abſolutione præhabita, & abiura-
 tione facta, perpetuo carceri intruduntur.
 Credentes autem hæreticorum erroribus ſo-
 lemnem faciant penitentiam, hoc ſcilicet, modo:
 quòd in feſto Omnium ſanctorum proxime ven-
 turo, & in prima Dominica Aduentus, in die Na-
 talis Domini, Circumciſionis, Epiphaniæ, ſanctæ
 Mariæ Februarij, ſanctæ Mariæ Martij, & per om-
 nes dies Dominicos Quadageſime, ſint in proceſ-
 ſionibus ad Sedem, † & ibi diſcalciati in braci-
 ſ & camiſia: præterquam in die ſanctæ Mariæ
 Februarij, & in Ramis palmarum: vt reconcilien-
 tur in Eccleſia parochiali, in proceſſionibus pub-
 llice diſciplinati per Epiſcopum, vel ſacerdotem
 Eccleſiæ. Item in quarta feria in capite ieiunij
 veniant ſimul ad Sedem, & ſint eodem modo &
 ſecundum formam iuris diſcalciati in braciſ, &
 camiſia, & expellantur ab Eccleſia, vt ſint extra
 Eccleſiam per totam Quadageſimam: ſed tamen
 ad fores Eccleſiæ, & quòd ibi audiant officium.
 Et in die cœnæ Domini ſint diſcalciati in braci-
 ſ, & camiſia ante fores Eccleſiæ, & tunc ſecun-
 dum canonica inſtituta publice reconcilientur
 Eccleſia. Et hanc penitentiam de quarta feria, &
 de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadage-
 ſimam, & de die cœnæ, faciant quamdiu vixerint
 quolibet anno. Sed in diebus Dominicis Qua-
 drageſimæ, facta reconciliatione exeant Eccle-
 ſiam, & ſtent ad fores uſque in diem cœnæ:
 & portent duas cruces † perpetuo ante pectus,
 quæ non ſint euſdem coloris cum veſtibus: &
 portent ita, ut uideri poſſint ſolemniter pœni-
 tentes: ita tamen quòd non abſtineant ab in-
 greſſu Eccleſiæ in Quadageſima ultra decem
 annos.

De eo qui cō-
 ſeſſus eſt ſa-
 cerdoti.

† Al. ille ta-
 men

Formæ ſe-
 quuntur hic
 penitentiarū.

† Vox Hiſpa-
 na, id eſt, ad
 Eccleſiam ca-
 thedralem,
 quā Hiſpani
 Sæo vocant.

† De his dixi
 late in 3. par-
 te in ſexto
 modo pro-
 ceſſum ſidci
 terminandi.

Pœni-

Pœnitentia relapſorum in fautoria.

Pœnitentia illorum, qui ſunt relapſi in fautoria, ſimiliter erit ſolemnis: vt de credentibus proxime dictum eſt, in diebus omnibus ſupra dictis; hoc excepto, quod cruce portare, & pœnitentiam de Mercurio cinerum, & ſancto die Iouis faciant ſolummodo per decennium.

Pœnitentia fautorum vehementiſſime ſuſpectorum.

Pœnitentia illorum, qui non ſunt relapſi in fautoriam, ſed ſunt fautores, & vehementiſſime ſuſpecti, erit eodem modo ſolemnis in feſto Omnium ſanctorum, Natalis Domini, Epiphaniæ, ſanctæ Mariæ Februarij, per omnes dies Dominicis Quadrageſimæ. Et aliam pœnitentiam de feria quarta Quadrageſimæ, & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam, & de reconcilia- tione in die cenæ, vt ſupra dictum eſt, faciant per ſeptennium.

Pœnitentia fautorum vehementer ſuſpectorum.

Pœnitentia illorum, qui ſunt fautores, & vehementer ſuſpecti, erit ſolemnis eodem modo in feſto Omnium ſanctorum, Natalis Domini, ſanctæ Mariæ Februarij, Ramis palmarum: & aliam pœnitentiam de quarta feria Quadrageſimæ, & ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam: & de reconcilia- tione in die cenæ, vt ſupra dictum eſt, faciant per quinquennium.

Pœnitentia fautorum ſuſpectorum.

Pœnitentia illorum, qui ſunt fautores, & ſuſpecti, erit ſolemnis eodem modo in feſto Omnium ſanctorum, ſanctæ Mariæ Februarij, Ramis palmarum: & aliam pœnitentiam de quarta feria Quadrageſimæ: & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam: & de reconcilia- tione in die cenæ, vt ſupra dictum eſt, faciant per triennium. Intelligitur tamen, quod mulieres veſtigium veniant, & diſciplinentur.

Hanc autem pœnitentiam faciant omnes prædicti in feſtiuitatibus & diebus præordinatis in ciuitate iſta, vel loco noſtro, & non alibi, vſque ad feſtum Paſche: illi ſcilicet, qui ſunt ciues.

Forenſes autem faciant eam in parochijs ſuis, & non alibi: præterea in feria quarta in capite Quadrageſimæ, & in die cenæ Domini: in quibus veniant omnes ad Sedem, vel ad locum Eccleſiæ ſug: in ſequentibus vero temporibus Quadrageſimalibus, decennalem pœnitentiam, ſeptennalem, quinquennalem, & triennalem: quam debent facere in quarta feria in introitu Quadrageſimæ, & in die cenæ Domini, ſecundum diuerſitatem culparum, vt iam diſſinitum eſt: faciant omnes tam ciues, quam forenſes in Sede ciuitatis ſuæ, & non alibi: niſi ex iuſta & rationabili cauſa, & de ſpeciali licentia Epifcopi, vel Vicarij ſui. Et tunc in locis, ad que de licentia Epifcopi iuerint, faciant coram Epifcopo illius loci, vel locum eius tenente eandem pœnitentiam: portantes litteras Epifcopi, vel Vicarij ſui continententes pœnitentiam, quam facere debent. Et reportet etiam ille, qui pœnitentiam fecerit, litteras Epifcopi illius loci ad N. talis diœceſis, de peracta pœnitentia teſtimonium continententes. Quod ſi forte caſu fortuito, ſine fraude tamen & dolo, in illis duobus diebus non poſſent ad cathedralem Eccleſiam peruenire: cum redierint in duabus alijs ſolemnitatibus aſſignatis eis iuxta arbitrium Epifcopi, publice diſciplinentur apud Sedem N. ſecundum formam illorum duorum dierum.

A Si hæreticus pœniteat, & ſecreto abſoluatur, Eccleſiæ iure ſolemnitatibus reſeruat, cum iam non ſit hæreticus, formabitur ſic ſententia: Pœniteat omnibus, quod per ea, quæ in inquisitione inuenta, probata, & acta ſunt, liquido nobis conſtat, quod talis fuit deprehenſus in hæreſim, poſtmodum reuerſus ad Eccleſiæ vnitatem, agentes miſericorditer cum eodem, ipſum ad perpetuum carcerem condempnamus ſecundum canonicam iſtituta.

Si autem nondum ſit abſolutus ſic formabitur: Pateat omnibus, & cetera, quod talis eſt deprehenſus in hæreſim, & vult reuerſi ad Eccleſiæ vnitatem, agentes miſericorditer cum eodem, &c.

B Si vero non vult pœnitere, ſed in errore perdurat, præſente iudice ſeculari, ſententia ſic formatur: Pateat omnibus, quod per ea, quæ in inquisitione inuenta, probata, & acta ſunt, liquido nobis conſtat, quod talis eſt deprehenſus in hæreſim per Eccleſiam condemnatum, & ipſum tanquam hæreticum condempnamus.

Contra fautores ſententia ſic formatur: Pœniteat omnibus, quod per ea, quæ inuenta, probata, & acta ſunt in inquisitione, liquido nobis conſtat, quod talis eſt deprehenſus in fautoriam: & denunciamus ipſum excommunicatum, & ſuſpectum de hæreſi: & ſi per annum contempſerit ſatisfacere, ſubiaceat pœnis concilii generalis: & ſi defecerit in purgatione, & in excommunicatione per annum ſteterit, vt hæreticus condemnatur.

Suſpectus de hæreſi purgabit ſe publice in hunc modum:

Ego talis iuro per Deum omnipotentem, & per hæc ſancta Dei Euangelia, quæ in manibus meis teneo, coram vobis domino tali Archiepiſcopo, vel Epifcopo, & coram alijs vobis aſſiſcentibus, quod non ſum, vel fui Inzabbatatus, Valdenſis, vel Pauper de Lugduno, nec hæreticus in aliqua ſecta hæreſis per Eccleſiam damnata; nec credo, nec credidi eorum erroribus, nec credam aliquo tempore vitæ mee: immo profiteor, & proteſtor, me credere, & ſemper in poſterum crediturum fidem catholicam: quam ſancta Romana Eccleſia & Apoſtolica publice tenet, docet, & prædicat; & vos domine Archiepiſcope, vel Epifcopo, & ceteri prælati eccleſiæ vniuerſalis tenent, prædicant publice, atque docent.

Compurgatores iurabunt per hunc modum: Ego talis iuro per Deum, & per hæc ſancta quatuor Dei euangelia, quæ in manibus meis teneo, me firmiter credere, quod talis non fuit Inzabbatatus, Valdenſis, nec Pauper de Lugduno, nec hæreticus, nec credens eorum erroribus: & credo firmiter eum in hoc verum iuralle.

C Caueat tamen iudex, quod ex quo certum numerum Compurgatorum duxerit alicui iniungendum, non eſt honeſtum, & poſtea mutet, ne ſic Lateranenſe concilium illudatur.

Forma ſententia contra hæreticum abſolutum.

Cap. excommunicamus 2. §. vlt. de hæret.

Forma ſententia contra hæreticum pertinacem.

Cap. ad abolendam: & cap. excommunicamus 2. de hæret. Forma ſententia contra fautores.

Lateranenſis ſub Innocentio III. & tenetur in cap. excommunicamus 1. de hæret.

Forma purgationis. De iuramento eius, qui ſe purgat, vide cap. Quotiens. de purg. cano.

Compurgatores qualiter iurare debeant & de eorum iuramento vide cap. de teſtibus de purg. cano.

COMMENT. XXV.

Tarraco ciuitas olim opulentiffima, quæ portio- ri totius Hiſpania partem nomen dedit; metropolis ipſa, Scipionum opus: de qua Prolemæus lib. 2. cap. 4. Plinius lib. 3. cap. 1. & 3. & lib. 4. cap. 20. & Strabo lib. 3. hodie nunc etiam metropolis in principatu Catalonia.

Fuit autem hoc concilium (niſi fallor) prouincia- le, tametsi Eymericus generale vocet hac 2. parte. q. 56. in fine. & prouinciale re vera ipſum appellat Di- rectorium Bononiense in indice huius partis.

Non eſt autem putandum integrum id concilium fuiſſe hoc loco relatum ab Eymérico, ſed ea tantum de- ſumpſit, quæ magis ad inſtitutum ſuum exiſtimauit pertinere; quod indicant ſatis verba illa in titulo ap- poſita: Excerpta ex concilio Tarraconenſi. Sed plenus id nouimus, poſtquam in vetuſtiſſimo illo Co- dice membranaceo lib. Iosephæ Vaticanæ inuenimus paucis antea diebus quàm hæc ſcriberemus, idem ipſum concilium abſque vilo tamen præfixo titulo: ceterum ex ſerie apertiffime nouimus Tarraconenſe eſſe.

Concilium Tarraconenſe quo tempore fuerit conditum.

Quo autem tempore fuerit conditum, non eſt mihi omnino exploratum: certum eſt tamen vetuſtiſſimum eſſe, tum quia in prouincia Tarraconenſi nondum erant Inquiſitores delegati, quando celebratum eſt, tum quia frequentiffima eſt in eo mentio Inzabbatatorum hæ- reticorum, qui circa annos Domini MCC. maxime partes eas inſeſtabant; tum quia huic concilio inter- fuiſſe memoratur frater Raymundus de Pegnaſorte: fuit autem hic Raymundus is qui iuſſu Gregorij noni Pontificis maximi decretales Pontificum epifto- las in vnum collegit, atque in certa capita, tituloſque di- ſtinxit: quod accidit circa annos Domini MCCXXX. inuato vero hanc meam coniecturam vetuſtus codex Directorij Bononiensis, qui in indice partis ſecunda Directorij, de hoc concilio ita habet: Cui concilio inter alios interſuit frater Raymundus de Pegnaſorte in iure multum peritus, de ordine Fratrum Prædicatorum, qui decretales compilauerat paulo ante. hæc ibi.

Cum itaque Raymundus hic Decretales epifto- las compilauit paulo ante quàm hoc concilium celebra- retur, & ea compilatio facta fuerit (vt dixi circa annos Domini MCCXXX. nam Gregorius nonus, cuius iuſſu eam fecit Raymundus, anno Domini MCCXXVII. creatus fuit Pontifex Romanus, con- ſequitur inde veriſimiliter hoc concilium celebra- tum fuiſſe circa annos Domini MCCXXXV. aut MCCXL. Item quia ante principium huius concilij adnotat Eymericus nondum fuiſſe conſultata ad In- quiſitores, nec ſextum librum Decretalium, quo tem- pore fuit hoc concilium celebratum: conſtat autem conſultata ſeu reſponſa ad Inquiſitores, quibus in ne- gotio ſancti officij contra hæreticos pleniffime inſtru- cti ſunt, ab Innocentio III. Alexandro III. Vr- bano III. & Clemente III. Pontificibus Maxi- mis data eſſe: hi autem ab anno Domini MCCXLI. vſque ad annum MCCLXX. floruerunt. Et ſextus liber Decretalium à domino Bonifacio octauo circa annos Domini MCCXCV. editus eſt.

Denique alia etiam coniectura ſuffragatur, vt credam circa memorata tempora fuiſſe hoc concilium.

A lium celebratum: quoniam in forma iuramenti, quod præſtant Compurgatores, ſit mentio concilij Lateranenſis, quod omnino fuiſſe exiſtimo Lateranenſe ſub Innocentio III. Romæ celebratum anno Domini MCCXXV. in quo pleniffime cautum eſt de pœnis hæreticorum. cap. 3. quod nunc reſertur in cap. excommunicamus. de hæret. Huic autem concilio Lateranenſi, quod fuit longe celeberrimum, interſuit beatus Dominicus, vna cum domino Fulcone Epifcopo Tolofano atq; bis quidem coniecturis ductus exiſtimo circa hæc tem- pora, quæ dixi, celebratum fuiſſe hoc concilium: nã quo tempore celebratum eſt aliud concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. anno Domini MCLXXX.

Domini concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. interſuit.

B tametsi Inzabbatati ſeu Valdenſes, iam eſſent exorti, at nondum videbantur deſcendiſſe in prouinciam Tarraconenſem.

Quoniam autem Raymundi mentio honorifice ſit in hoc concilio, liber hic in gratiam lectoris pauca quadam de eo ſcribere, vt qualis ac quantus fuerit intelligatur.

Raymundi de Pegnaſorte vita.

Fuit itaque Raymundus de Pegnaſorte natione Catalanus, patria Barcinonenſis, honeſtis & fidelibus parentibus natus, qui cum iuris perita inſignis eſſet, Senatus populiſque Bononiensis publico ſtipendio ad interpretandum iura eum conduxit; inde iubente Pontifice ſummo, & Epifcopo Barcinonenſi petente, in patriam reuertitur, & Archidiaconus Eccleſiæ Barcinonen. creatur. Paulò poſt, anno Domini MCCXIX. ſacrum ordinem Prædicatorum recenter ibi diuulgatum cum magna humilitate & pietate (quæ in primis virtutes ab incunte ætate illi fuerant indiuifæ comites) proficitur. Inde Gregorius nonus cum egregiam eius viri iuriſperitiam cognitam haberet, eius opera vſus eſt in conficienda Decretalium pontificiarum compilatione, quem etiam in præfatione eius operis honorifice nominat; ſuumque conſtituit Capellanum ac Pœnitentiarium; quæ dignitas non niſi valde litteratis & egregijs viris conferebatur. Paulò poſt Romanus Pontifex Archiepiſcopum Tarraconenſem Raymundum creat: ſed is eam & alias dignitates vitro oblatas humiliter recuſauit. Splendefcente autem quotidie magis ac magis tanti viri fama, & virtute in toto orbe ac ordine ſuo, vita ſuncto fratre Iordano totius ordinis Prædicatorum Magiſtro Generali, viro integerrimo & piſſiſſimo, anno Domini MCCXXXVIII. Bononiæ in capitulo generali omnium patrum conſenſu Raymundus abſens (nam Barcinone eo tempore morabatur) Magiſter generalis eligitur, & fuit tertius in eo ordine Generalis.

lis. Delecti tunc sunt viri graues, qui ad Raymundum proficiscerentur, suaderentque, vt electioni factæ consentiret; annuit tandem tantorum virorum precibus: sed biennio tantum ea dignitate functus, anno Domini MCCXL. officio renuntiavit; & diuinis meditationibus totus incubens vitam agens sanctissimam, multisque miraculis coruscantem, anno Domini MCCCLXXV. ex hac vita migravit ad Dominum. Post eius obitum Rex Aragoniæ miraculorum tanti viri multitudine & magnitudine permotus sepe apud Romanum Pontificem institit, vt sanctorum catalogo Raymundus ascriberetur: ceterum obortis bellorum tumultibus, interruptum est id opus, atque vsque in presentem diem dilatum. Id ipsum multis oblati precibus apud Romanum Pontificem egerunt Archiepiscopi Tarraconenses, & omnes suffraganei, bis propterea in concilio prouinciali congregati, litteris super ea remissis ad Nicolaum Papam III. anno Domini MCCCLXXIX. item ad Ioannem Papam XXII. anno Domini MCCCXVII. Has litteras originales hoc die sancti Francisci, videlicet quarto Octobris huius anni MDLXXXIII. quo hæc scribimus Romæ, vidimus & in nostris manibus habuimus, ex quibus apparet Raymundum non de pena forti appellandum, sed ita de Pegnaforti. Scripsit Raymundus summam valde vtilem & elaboratam de casibus conscientiarum. Et quo tempore in ordine suo Magistri Generalis officio fungeretur, constitutiones suæ religionis, quæ antea indistincte vagabantur, miro ordine distinxit: Et zelo fidei succensus diligens quoque adhibuit studium & conatum, vt varia genera linguarum à Fratribus sui ordinis addiscerentur; quare eius diligentia pia sollicitudine interueniente divulgatum & prædicatum fuit nomen Christi, fidesque eius ex multorum conuersione, amplioribus dilatata profectibus: nuntiata est etiam vsque ad Barbaras infidelium nationes. Huius beati viri corpus hodie apud Barcinonenses religiose colitur in Ecclesia sanctæ Catharinæ, quam in ea ciuitate incolunt Fratres ordinis Prædicatorum.

Hæc diximus, vt huius viri vita innotesceret, & vt concilij huius locus, in quo Raymundi fit mentio, illustraretur. Sed iam ad institutum reuertor.

A Est equidem concilij huius Tarraconensis nobile decretum, quo primum species hæreticorum & complicitum declarantur, inde nonnullæ dubitationes diluuntur; præterea penitentia singulis imponendæ traduntur, tandem formulæ sententiarum in singulos pronuntiandarum proponuntur.

Ceterum multa in eo continentur antiquata iam & abolita, multa penitus extincta, tum propter inuena noua, quæ deinde sunt condita, tum propter extinctam iam & penitus abolitam sectam Inzabbatorum, quam in primis damnat; tamen multa inde prudenter colligi possunt, quæ etiam nostris temporibus multum nobis deseruiant: & propterea in singulis fere sancitis ab hoc concilio recurrendum est ad Eymericum, qui suis locis cuncta tractat abunde: & ideo in margine curauimus singula loca apertioris doctrinæ gratia indicare, vt plenius lectoribus satisfaceremus, eosque molestia querendi singula liberaremus.

Nos etiam, paucis quibusdam exceptis, ideo in singulis hic declarare omisimus, quoniam apud Eymericum hæc sumus debitis locis effecturi.

Erant autem hæc concilij huius fragmenta in omnibus exemplaribus valde deprauata, atque corrupta: ea tamen partim coniectura, partim ab exemplari illo Vaticano, cuius sepe mentionem facio, sunt integritati restituta. Sed iam ad obscuriora quedam illustranda accedamus.

b Cum ista genera hominum in canone explicentur, non intelligit de canone in textu cap. Quicumque. s. i. & s. hæretici. de hæret. lib. 6. aut de alijs canonibus eius tituli: quoniam sextus liber Decretalium, quo tempore fuit hoc concilium celebratum, nodum erat editus, vt patet ex supradictis: Sed intelligit proculdubio de canone in textu cap. excommunicamus. el. i. s. credentes. extra de hæret. ibi enim ponuntur hæc genera hominum.

c Item si multitudo hæreticorum, &c. & sic penam intrusionis vitare. Hinc apparet propter multitudinem delinquentium penam mitigari; de quo articulo quid sit sentiendum, alibi dicitur copiose: interim vide textum in cap. latoris. extra de clerico excom. ministran. & ibi glos. Hostien. Ioannē And. Zabarellam, Panormitanum, & communiter doctores.

d Quod arbitrio discreti iudicis duximus relinquentum. Subsequuntur in codice Sabellano hæc verba: num sit simplex, vel ignorans: sed re vera ea nusquam reperiuntur in hoc concilio, & addita sunt proculdubio ab aliquo paraphraste explanationis gratia: in omnibus autem codicibus manuscriptis, videlicet Sabellano, Bononiensi, & Cardinalis de Gambara, finita illa periodo, duximus relinquentum, subsequuntur hæc: Aduertendum tamen est, quod Inzabbatati hæretici hic dicuntur, qui in forulari quod zabbati vulgo dicitur, signum singulare quoddam, vt cognoscerentur ab eorum complicitibus, deserebant. hæc ibi. Max sequuntur cetera vt sunt impressa: quæ verba non videntur concilij Tarraconensis esse, vt constat ex codice Vaticano, sed EymERICI, qui ea prudenter inseruit, vt declararet nomen Inzabbatorum: ceterum ne falleretur lector pu-

E *Qui dicitur Inzabbatati.*

Multa sunt in concilio Tarraconensi antiquata.

Qui dicitur Inzabbatati.

tans concilij esse, secuti codicem Barcinone impressum, ea consulto omisimus. idem penitus tradit iterum Eymericus 3. par. tit. de signis. per quæ Valdeses hæretici cognoscuntur. nu. 1. 2. id quod verum esse constat ex vetustis scriptoribus. Idem dicuntur hæretici Perfecci, vt dicam paulo post versu. Perfecci vero hæretici.

In omnibus autem codicibus nomen Inzabbatorum, scriptum erat per. s. ita, Inzabbatati, vnde multi putabant, à sabbato, quia more Indæorum sabbatum colerent, Inzabbatatos fuisse appellatos, quod vt enitaretur per. 2. duximus imprimendum. sed de his fufius Eymericus paulo post par. 2. q. 14. vbi & nos dicemus.

e Item queritur: quis ante inquisitionem inceptam fuit confessus sacerdoti suo, &c. Hic locus valde me torset, quia in omnibus codicibus erat deprauatus, nec vlla omnino poterat colligi sententia. in Barcinonensi enim impresso, qui ceteris in hoc loco erat emendatior, ita legebatur:

Item queritur, quis ante inquisitionem inceptam fuit confessus sacerdoti suo de hæresi, vel factoria, & vocatur modo ab Inquisitoribus? in casu isto credatur confessori suo: & si inuentus fuerit bene confessus per confessionem sacerdotis, licet sacerdos male fecerit, quia ipsum non remisit ad Episcopum, ille talis confitens per talem confessionem euitet penam temporalem: vel inueniatur in falsa penitentia, vel relapsus post penitentiam, vel publice diffamatus, &c. Itaque cum non possem difficultatem superare, locum deprauatum relinquere decreueram. Verum frater Paulus Constabilis Ferrariensis ordinis Prædicatorum sacri Palatii Magister, qui postea fuit totius ordinis Magister Generalis, cui hæc omnia merito fuerunt communicanda, paululum moratus, coniectura affectus est veram & germanam lectionem: nam primam illam coniunctionem, vel commutatam, in dictionem, nisi, vnde locus effectus est planus, & sententia clara, quæ huiusmodi est: Qui coram Inquisitore dicit se confessum hæretico sacerdoti, à quo est absolutus, antequam Inquisitores copissent inquirere contra ipsum, de hoc sacerdoti fides habenda est, & ille talis reus per talem confessionem penam temporalem euitabit, id est, non punietur amplius in foro iudiciali exteriori per Inquisitorem: tres tamen casus ab hac regula excipiuntur, qui numerantur ibi: nisi inueniatur in falsa penitentia: vel relapsus post penitentiam: vel publice diffamatus. Et cum paucis post diebus in bibliotheca Vaticana reperissem (nisi fallor) in tegrum hoc concilium Tarraconense, protinusque consulissem huic locum, cum prorsus inueni ita perfectum & integrum, quemadmodum per coniecturam solam Magister sacri palatii paulo antea emendauerat.

Et sane facillimum fuit hoc mendum inducere: nam veteres scriptores librorum, dum compendij litterarum integras dictiones vellent significare, illam dictionem, nisi, ita scribebant, quæ à quibusdam lecta est, vel, putantibus illud iota suprapositum, esse; quoniam & dictionem, vel, ita in ve-

An qui confessus fuerit hæretico sacerdoti suo, effugiatur penas temporales.

A tusiis libris scriptum inuenimus. iam codex Cardinalis de Gambara dictionem, vbi, habet; quia veteres etiam eam dictionem per compendium ita solebant scribere, hinc vides quàm facilis fuit lapsus, & quàm merito cauerit olim Iustinianus in s. illud autem. in proemio Digestorum. ne quis leges suas per sigla, hoc est per compendia litterarum scribere auderet: sed per consequentiam, hoc est, omnibus litteris appositis. ex hac enim causa ingentes difficultates & obscuritates superioribus sæculis ortas fuisse in legibus copiose ostendimus in libris de causis & remedijs difficultatis iurisprudentiæ. sed iam ad rem reuertor.

Questio proposita in hoc concilio, An videlicet credi debeat sacerdoti asserenti se absoluisse aliquem hæreticum, olim valde dubia fuit, & controuersa in partibus Tolosanæ & Narbonensibus. Valdeses enim hæretici, & alij eiusdem furfuris, quorum insignes erant fraudes in deludendis iudicibus, & fugiendis interrogationibus, ac iustis iudicijs, vbi videbant se ab Inquisitoribus nimis urgeri, & legitime conuinci, hac exceptione tandem utebantur, se videlicet in foro conscientia iam confessos esse crimen, & à suis confessoribus absolutos: quæ dubitatio varie fuit definita. nam concilium Tarraconense hic aperte voluit & talem confessionem valere, & sacerdoti credendum, & exceptis tribus illis casibus iam relatis, tales ita absolutos, penas effugere temporales. Concilium autem Narbonense circa annos Domini MCCLXXX. celebratum contra hæreticam prauitatem, an confessori credi debeat in hoc casu non definiuit, sed à summo Pontifice id monuit declarandum. nam cap. 28. ita scriptum est: Vtruna autem soli confessori credi debeat de absolutione, seu penitentia defuncti, seu viui, licet satis videatur quod non, ne quid tamen Ecclesiæ possit impingi, domini Papæ responsio expectetur. hæc ibi,

D Hæc autem questio, an in hoc casu confessori credi debeat, valde est vitilis & cognitua necessaria, cum inde non modici effectus, seu utilitates enascantur, inter quas illa præcipua erit; quod si aliquis dicatur impenitens decessisse, si confessori sit credendum, non poterunt Inquisitores post mortem contra eum procedere, si asserat confessor eum egisse penitentiam.

Ergo vt, quod à concilio Narbonensi indecisum relictum est, lumen declarationis accipiat, donec aliud per sedem Apostolicam fuerit definitum, videtur prima fronte dicendum, sacerdoti attestanti de innocentia vel penitentia defuncti, seu viui credendum esse. Primum quia ita in terminis proprijs tenet glos. in cap. nuper nobis. in verbo, nisi iura. extra de testib. & in cap. testimonium. in verbo, in hoc casu. eod. tit. de testib. vbi ait quod cum quis vult probare se egisse penitentiam, satis est si id probet per confessorem suum. Præterea, quia sicut ratione officij creditur notario in his, quæ ad suum munus spectant, cap. ad audientia, de prescrip. vbi Abbas num. 6. & alij communiter, & late Grammaticus decis. 60. nu. 10. & seq. & decis. 73. nu. 33. ita videtur sacerdoti credendum. Rursus,

An sit credendum sacerdoti asserenti se absoluisse aliquem hæreticum.

An credendum sit sacerdoti asserenti de functum, aut viuum penitentia egisse.

non refert sacerdotem unum esse testem hoc casu: quoniam vni solitelli spectate fidei & probitatis credendum tradit Thomas Grammaticus conf. 13. incipien. in causa Miloniana. num. 15. Preterea clementia prerogativa, & innocentie fauor hoc videntur postulare. presertim cum in hoc crimine proniores esse debeamus ad absoluendum, quam ad condemnandum. Postremo, quia non est verisimile in sacramento confessionis, vbi omnia postulatur integra, iusta, & cum lege Dei coniuncta, aut consentiente, aut confessorem vsque adeo futuros sue salutis immemores, vt mendacium dicere audeant. in eandem sententiam accumulari possent plurima fortassis non minus vrgentia.

Veruntamen securus est dicere cu concilio Narbonensi precatore, satis videri, quod credi non debeat confessori.

Sacerdoti testificanti de innocentia aut penitentia viui vel defuncti non creditur necessario.

Atque in hoc articulo hoc primum nobis exploratum esse debet, Inquisitores propter dictum confessoris excusantis aut viuentem aut defunctum, non arctari ad recedendum ab his, que ordine iudicario inuenta & probata sunt in contrarium: presertim cum communis sit & recepta tam Theologorum, quam Iurisperitorum sententia, secundum allegata & probata iudicandum esse: non autem iuxta priuata & illegitima iudicia, vt pre ceteris testatur B. Thomas 2. 2. q. 67. art. 2.

Ad hoc, neminem puto fore, qui facile admittat in tam graui causa dicto vnus solus statum potius esse, quam testibus aliis, & in diuis legitime probatis. Deinde nulla lege canonica vel ciuili id cautum inuenitur, immo precatum concilium non obscure videtur sentire contrarium. Postremo si delinquentes intelligerent generaliter fidem habendam esse sacerdoti testificanti de penitentia vel innocentia viui, vel defuncti, facile vt penas huius criminis effugerent, attentarent mendacium in confessione dicere, ac mittere confessarium ad iudices, qui eos excusaret. quam ob rem tutius est, vt non credatur, sed ut ordine iudicario iuxta allegata & probata legitime procedatur.

Hoc tamen minime omittendum putarem, posse quandoque confessorem vsque adeo esse spectate virtutis & probitatis, vt dictum eius multum proficit ad penitentiam seu penam minuendam, nam si, verbigratia, delatus & conuictus de heresi dicat se dum errorem suum agnouisse, confessum fuisse, & deseruisse: tunc benignius tractari poterit, si hoc ipsum confessor approbatus testificetur: quod tunc magis iuuabit, cum reus alias non est habitus suspectus aut malis moribus preditus; ceterum non propterea omnino liberabitur, neque ab hac sententia recedendum putarem.

Quod si quis dicat inutiliter nunc hanc questionem disputari, cum confessores non habeant potestatem absoluendi hereticos, vt constat in processu bulla in cena Domini. & tradit copiose Locatus in opere iudiciali Inquisitorum, verbo, Absoluere. Et Simancas de catho. insit. tit. 3. de absolutione. Respondebo contingere quidem posse talem casum, vt cu quis verbigratia absoluitur virtute alicuius Iubilei, in quo summus Pontifex concedit facultatem absoluedi a tali crimine: seu cum quis hereticus omnino oc-

A cultus vel mentalis absolutus est, & postea detegitur eius heresis, & proceditur contra eum: item potest contingere similis casus in heretico, qui iam moriturus pariter, & cum non sit locus, vt iudicario ordine seruato Ecclesie reconcilietur, absoluitur a priuato quolibet sacerdote in articulo mortis, & deinde conualescit, & defertur ad sanctum officium. Siquis ergo in his casibus aut aliis huiusmodi vellet vt testimonio confessoris, non debet Inquisitor propter talem testem, iudicarium omittere ordinem sicut dictum est.

Quod autem absoluti in foro penitentiali solum intelligantur absoluti quoad illud forum siue iudicium, & quod propterea debeant in foro exteriori siue iudiciali satisfacere, singulariter declarauit Sanctissimus Dominus Gregorius XIII. in bulla quadam Iubilei anno Domini MDLXXII. tertio idus Septembris. nam cum primum concessisset facultatem confessoribus approbatis, vt virtute presati Iubilei penitentes possent absoluere a quibuscunque peccatis, etiam sedi Apostolicae reseruatis, & in bulla cens Domini contentis, & a quibusuis penis & censuris ecclesiasticis, exceptis tamen quibusuis hereticis, & libros damnatos sine auctoritate sedis Apostolicae, scienter quoquo modo legentibus, aut in domibus suis tenentibus, vel imprimentibus; aut importantibus, seu disseminantibus, vel officium sanctissime Inquisitionis sub quocunque pretextu vel colore impediuntibus, his inquam concessis primum & exceptis, subdit deinde singularem & notatu dignam clausulam in hac verba: Declaramus tamen ta per presentes, quam alias quasunque super concessione similibus vel dissimilibus indulgentiarum a nobis & predecessoribus nostris haftenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas litteras Christianidelibus ipsis nisi in foro conscientie & penitentiali tantum, non autem in foro fori & contentioso, nisi satisfecerint his, propter que censurę huiusmodi in eos latae fuerint, vltatenus suffragari, eisdemque Christianidelibus illis iuxta huius nostrę declarationis formam & tenorem, & non aliter, nec alio modo vt, aut eis se iuuare posse & potuisse: quinimo eos in eisdem censuras postmodum reuocasse, & in posterum reuocandis, licet que ab omnibus quauis auctoritate fungentibus censerent & iudicari debere, irritumque & inane quicquid secus a quoquam quouis preterit, aut colore scienter vel ignoranter attemptatum forsan est haftenus, vel in posterum contigerit attentari; non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. haftenus ibi.

Quod si quis quarat, an si Papa non exciperet casum heresis, posset ne tunc confessarius approbatus virtute Iubilei, aut alterius diplomatis, aut bullę Apostolicę, per quam datur facultas absoluendi ab omnibus peccatis etiam in bulla cens Domini reseruatis, absoluere hereticos, qui hereses suas confitentur: Respondet Conarruias in cap. alma mater. de sent. ex comm. lib. 6. par. 1. §. 11. num. 15. id confessario non licere. Conarruiam sequitur Simancas de catho. insit. tit. 3. de absolutione. num. 2. & Ioannes

Absoluti in foro penitentiali non censentur absoluti in foro exteriori.

An absoluti in foro penitentiali efficiantur penas temporales.

Pena imposita in foro penitentiali, non impedit penam imponendam in foro iudiciali.

Confessarius an possit absolueret hereticos virtute Iubilei.

Ioannes Rojas tract. de heret. parte 2. assertio. 39. Contrarium profertur Dominicus Sotus lib. 4. sent. dist. 2. q. 2. ar. 3. Sententia Soti videtur magna ratione niti: Et profecto si Papa nolisset virtute talis facultatis absolui hereticos, eos exceptisset sicut in presata bulla Dominus Gregor. eos exceptit; quos & Pius Papa V. etiam excepit in simili bulla Iubilei anno Domini MDLXVIII. & in alijs. Profecto ad tollendam omnem dubitationem optimi esset semper in similibus bullis illos excipere. Ceteru si non exciperentur, & ob id in foro penitentiali absoluterent, nihilominus Inquisitores libere possent contra sic absolutos in foro exteriori procedere: pruden- ter autem facerent confessores, si in tali casu sic penitentibus suaderent atque eos inducerent, vt ad Inquisitores confugerent.

Rursus, altera questio & precipua in hoc concilio Tarracon. posita est: An postquam aliquis est in foro penitentiali a crimine heresis absolutus, efficiat etiam penas temporales, ita vt postea in eum inquiri non possit, ipseque reus possit se hac exceptione tueri, dicens iam esse absolutum in foro penitentię: & quamuis Concilium hoc Tarracon. senserit tribus illis concurrentibus, de quibus paulo antea dicebamus, immo esse a pena temporalis: nunc tamen aliud est penitus obseruandum, videlicet, reum quolibet siue ab Episcopo, siue ab Inquisitoribus, aut ab alijs habentibus absoluendi potestatem, absolutum in foro penitentię, & accusari posse in foro exteriori, & in eum inquiri, nec eum iuari exceptione receptę penitentia in foro interiori. ita Zachinus, vbi copiose disputat hanc questionem tracta. de heret. cap. 34. & ibidem Caspegius Repert. Inquis. verb. absolutio. §. sed an absolutio. & verb. confessio. §. vtrum si in foro. fol. 163. ex impres. Venet. Locatus in opere iud. verbo, absolueret. nu. 1. & verbo, hereticus. nu. 24. vers. Secreti vero heretici. & alij alijs locis.

Breui ergo agendo sit hac apud nos certissima conclusio: Pena imposita per confessorem in foro penitentiali, quantumcumque sit magna, non tollit aliquo modo penam imponendam in foro iudiciali canonico, vel ciuili. gloss. singularis in cap. gaudemus. de diuort. verb. poterit. vbi communiter hoc notant, & tenent Doctores, Pau. Castri. in l. cum esset populos. C. de sum. trinit. & fide catho. num. 7. gloss. 1. in fin. in cap. 2. de schismaticis. & ibi Panor. Card. & Doct. glo. in ca. de his. in fine, de accus. vbi Abbas. glof. in c. si. 2. distin. argum. tex. in c. admonere. 33. q. 2. vbi gloss. verb. penitentia. gloss. si. in cap. 2. de emptio. & vend. & ibid. Abbas, Imola & communiter Doctores; & potissima ratio est. quoniam pena penitentię in foro interiori imposita tendit ad alium finem, videlicet, vt per eam penitens satis faciat Deo, & anime sue. Alia vero pena, scilicet temporalis, spectat ad punitionem corporis, & pro vindicta publica, vt ita etiam reipublicę satisfaciatur, qui malo exemplo delinquendo eam offendit. Hęc autem conclusio vsque adeo vera est, vt contrariam putarem erroneam: proceditque etiam si penitentia illa in foro interiori imposita, fuisset publica. ita Abbas in dicto cap. de his. de accusat. pro qua sententia facit optime textus in c. 2. de maledictis. et notant ibidem Ab

bas & Doctores.

Illud hic monebo, multum esse minuendam penam in foro exteriori, quotiens is qui punitur in foro interiori, sine dolo fuit confessus delictum suum, & obtinuit absolutionem, maxime si iniunctam sibi penitentiam humiliter adimpleuit, cum satis appareat, huic culpam suam displicuisse. mitius enim agi debet, & lenius cum eo qui sponte confitetur peccatum suum, quam cum eo qui conuincitur, iuxta doctrinam Abbatis & ceterorum in capitulo at si clericus. de iudicijs.

Ille autem qui post ceptam inquisitionem contra eum, quasi dissimulans & gemebundus accedit ad Inquisitores, vel Episcopum petens in foro interiori absolui, audiendus non est, quia peccatum eius iam non est occultum, ideoque non est adhibendum occultum remedium; nec talis dicitur sponte venire, cum illi dicantur vere & proprie sponte venire, qui ante inceptam Inquisitionem contra eos, receptasque probationes humiliter accedunt, vt pulchre docet Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, quest. 2.

His ita positis, que occasione concilij Tarraco. dicenda fuerunt, superest, vt pauca quadam huc etiam spectantia breuiter perstringamus.

Ac primum hic queritur: An vincatis & in carcere reclusis pro causa fidei, confessarij concedi debeant? Et tametsi quibusdam videatur non aliter confessariorum copiam reus esse faciendam, quam si plene Inquisitoribus suas hereses fuerint confessi, aut in extremum venerint vita periculum, vt tradit Simanca de catho. insit. tit. 16. num. 30, quonia huiusmodi homines cum pendente inquisitione reputentur heretici, indigni videntur tanta benignitate & consolatione: benignius tamen videtur totiens eis confessarios concedere, quotiens illi petierint: na vt valde prudenter & pie referebat mihi superioribus diebus F. Thomas Zobbins sanctę Inquisitionis Romane Generalis commissarius, vir & Theologia peritia, & pietate clarus, nunquam hoc obesse potest, immo interdum valde prodest. cum a confessarijs moneantur & excitentur ad libere confitendum iudicibus fidei delicta sua, vt paulo post dicemus. Cum ergo conceduntur, plurima obseruare conuenit, & diligenter animaduertere, ne quid committatur incautum.

Totum vero hunc locum de cautelis, pie & prudenter obseruandis in hoc delicto cum reus conceditur confessarius, luculenter prescripsit Madriliana instructio anno Domini. MDLXI. cap. 71. in hęc verba a nobis vt cumque latine reddita: Si reus aliquis agrotauerit in carceribus, praterquam q Inquisitores debent diligenter curare, vt ei fiat medicina, exhibeanturq; cuncta ad salutem eius necessaria, cōsilio medici seu medicorum, qui ei medentur; si petierit confessarium, debet ei concedi, qui sit spectate probitatis, & de quo plurimū confidatur, a quo iuramentū exigatur de custodiēdo secreto; & q si penitens ei dixerit aliquid in confessione, q velit reuelari extra carceres, ne in hoc villo modo ei obtēperet, nec similia mandata reuellet: quod si extra confessionem ei fuerit aliquid iniunctum, id Inquisitoribus manifestabit. Ad

Mitius punitendus in foro exteriori, qui confessus est delictum in foro interiori.

An carceratis pro heresi sint concedendi confessarii.

Cum carceratis pro heresi conceditur confessarius, quid obseruandum.

Confessarius qualiter ferret esse penitentem.

Confessarius qualiter se geret cum penitente.

Reus morti propinquus si confiteatur, absoluetur.

Reus persuadendus ut confiteatur.

Sanis petentibus, confessarii concedendi, & quales confessarii partes circa eos.

Observandū diligenter.

Nihil à confessore inquirendum de auditis in confessione.

Nec compellendus ut ea proferat quae sibi nouit.

hac, Inquisitores confessorum admonebunt ac instruent, qualiter se gerere debeat cum penitente, ut videlicet dicat ei, quod cum sit pro heresi incarceratus, ac de ea reus accusatus, non potest absolui, nisi iudicialiter heresim suam manifestet. Et cetera relinquuntur confessoris iudicio & conscientiae: qui debet esse doctus, ut intelligat id quod in causa tali fieri conueniat, hęc ibi.

Atque hęc obseruari oportet, cum rei nondum veniant in vltimum vite discrimen: nam si in vltimo mortis articulo fuerint constituti, cum eis illud est obseruandum, quod iura iubent: nam cum per tempus non liceat eos iudicialiter examinare, & reconciliare, siquidem vere contriti sint, & parati obedire Ecclesie mandatis, absoluedi erunt sacramentaliter. Concilium Arausicanum primum cap. 2. cuius hęc sunt verba: Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit Episcopus, à presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placet. hęc ibi. In tali enim casu nulla est reseruatio, & omnes sacerdotes possunt quoscunque penitentes absolueri à quibusuis peccatis, & censuris. Conc. Trident. sess. 14. cap. 7. de casu reseruatiōe.

Quod si reus non peteret confessarium, & medicus crederet morbum esse periculosum: tunc reus persuadendus est omnino ut confiteatur, & vbi iudicialiter satis fecerit Inquisitoribus, priusquam moriari, reconciliabitur Ecclesie: cumque fuerit in iudicio absolutus, inde confessarius absoluet eum sacramentaliter: atque hoc etiam prescribit præcitata instructio.

Diximus hucusque de ægrotantibus: nam cum sanis paulo aliter agendum videtur: sunt enim qui existiment sanis etiam petentibus, nisi confessi fuerint iudicialiter, non esse confessarium concedendum: sua namque videtur tunc concedi, si sicut in negatiua: verum tamen, ut paulo antea dicebam, benignius videtur, ut eis concedatur, etiam si confessi non fuerint in iudicio: nam hinc multa commoda oriri possunt. Et confessoris partes erunt hoc casu, reum corroborari ad deferendos errores suos, & dicendam integre veritatem tam de se, quam de aliis, sicut de iure tenetur: addat tamen ne tegio carceris, vel spe celerioris liberationis, aut metu tormentorum, sibi aut alijs falsum crimen imponat.

Hunc tamen reum confessarius absolueri non potest priusquam ab excommunicatione fuerit absolutus, & Ecclesie reconciliatus, atque hæc omnia mihi videntur commodissime posse obseruari in hac causa. nunc cetera prosequamur.

Illud autem in primis debent inquisitores præcauere, ne quid à confessario scire velint de gestis in confessione, neve de his nimis solcite quicquam ab eo percontentur: hæc enim longe abesse debent à tanti sacramenti secreto inuolabili: iam in hac re præter ea, que paulo antea diximus, cetera omnia sunt prudentiæ confessarii committenda, is namque videbit ne quid in fidei detrimentum fiat.

Compellere autem confessarium, aut eum adducere in testem, ut proferat ea quæ in confessione audiuit, longe abest à sinceritate, & pietate, & huius sacri tribunalis & nostrorum temporum. Id tyrannorum est, & iudicum imperitorum tentare: quod si re vera ab aliquo superbe imperante talia manifestare cogeret, nullo modo debet obtinere, etiam si iuramento prius constringeretur: immo licite potest asserere se nihil eorum scire, quia non dicitur scire ut homo, & priuata persona, sed ut Deus. cap. dilectus. de excessibus prelat. vbi glof. & communiter Doctores. cap. omnis vtriusque sexus. de penit. & remisso. B. Thomas 2. 2. quæst. 70. art. 1. ad 2. argu. Innocentius, & alij in cap. qualiter & quando. el. 1. de accus. & tradunt communiter etiam Theologi lib. 4. sentent. distin. 2. 1. & Sotus lib. 4. sentent. distin. 18. art. 5. quibus locis, & alias rationes adducunt ad probandum sacerdotem ita coactum posse licite respondere, se nescire: quas libenter omitto, quia hæc vulgaris est, & facilis questio.

Quod si reus crimen suum sacerdoti dixerit, non in vim confessionis & penitentia, quantuuis sub secreto id sit dictum, & protestatione premissa ne reuelet, si producat in testem, potest & debet deponere, & veritatem reuelare. ita Innoc. in cap. qualiter & quando. el. 1. de accus. & ibi communiter Doctores. Panor. in cap. si sacerdos. de off. ord. vbi Doctores. Fely. in cap. in maiuit. de testibus. S. Thomas 4. sent. dist. 21. q. 3. art. 1. que maxime obtinent in hoc crimine, quod vergit in magnum reipublice detrimentum, ad quod reuelandum omnes sub pena peccati mortalis obligantur, nullo obstante voto, pacto, aut promissione, ut dixi supra hac. 2. parte super cap. qualiter & quando, traditque eleganter Guido Fulcodius in consultatio. ad Inquisitores. q. 8. S. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. Sotus lib. 5. de iust. & iure q. 5. art. 2. & copiose Ioannes Rojas in singularibus fidei, sing. 3. nu. 14.

Sed hic est pulchra difficultas obiter diluenda, An si sacerdos, aut per imprudentiam, aut per malitiam, aut alia quavis de causa confessionem reuelauerit, ea faciat indicium, aut probabilitatem aliquam, ita ut iudices virtute talis reuelationis, seu confessionis possint procedere ad torturam, aut alios actus iudiciales contra reum.

Omissis multis breuiter respondeo, hanc confessionem factam de delicto manifestato in confessione sacramentali, nullum penitus effectum operari, nec facere aliquod indicium ad torturam: quia talis confessio fuit facta tanquam soli Deo, & non tanquam homini. arg. tex. in cap. si sacerdos, de off. ord. tradit Bal. in l. Archygerontes. C. de epif. audient. quem refert & sequitur Antonius Gomez. to. 3. varia. resol. c. 13. nu. 9. asserens dictum huius sacerdotis nullam penitus fidem facere. & hæc opinio est valde equa & iusta: nam si tales reuelationes aliquid probarent, plane in manifestum sacramenti confessionis & sigilli secreti detrimentum vertentur.

Atque hanc eandem sententiam profitetur synodus sub Carolo Magno celebrata, cuius Augustinus Abbas Leobienfis meminit lib. 5. cap. 48. ut refert Mariannus Victorius in libro de sacramento confessionis, c. xi. in hac verba: Presbytero non licet peccatum episcopo prodere, quia super eum est. Et si forte sacerdos peccatum, sibi in confessione ecclie patefactum, reuelauerit, præter depositionem & alias

Crimē facti reuelati non in vim confessionis propagari potest.

An dictum sacerdotis reuelantis confessionem faciat indicium, aut aliquam probationem.

Cum sacerdoti reuelanti confessionem non credatur.

alias penas, credi ei non debet, tum quia testimonium vnus, nullius, ut iura inquirunt, testimonium est, cum in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: tum etiam quia reuelando delinquit, & delinquendo tanquam infamis à testimonio ferendo, in eo præsertim in quo testando peccat, reicitur. hæc ibi.

Quod autem de non credendo sacerdoti reuelanti confessionem proxime diximus, idem & de Episcopo intelligendum esse videtur, sicut insinuat decretum concilij Africani, cap. 99. et concilij Carthaginensis septimi, cap. 5. quod refertur Burcardus lib. 19. decret. cap. 127. et tuo parte 5. cap. 563. & Gratianus 6. q. 2. c. placuit. vbi scriptum est ita: Item placuit, ut si quando Episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & panitere noluerit: non putet ad iniuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. hæc ibi.

Mariannus tamen Victorius in libello de sacramento confessionis, cap. xi. circa finem, hoc decretum proxime relatum intelligendum arbitratur, cum peccatum auditum detestum est extra sacramentum confessionem. ceterum siue hoc, siue illo modo canon intelligatur, semper tamen verum erit neque etiam Episcopo, nec cuiilibet alij Ecclesie prelatore reuelanti confessionem esse credendum: immo grauius peccandi sunt per suos iudices, qui audita in confessione sacramentali reuelauerint, de quorum pena plene tractatur in cap. sacerdos. de penit. dist. 6. & in cap. omnis vtriusque sexus. Caveat autem extra de penit. & remis.

An coniecti in carcerem ob heresim admitti debeant ad audiendam Missam, & ad alias orationes, que intra carcerem dicuntur, sicut admittuntur ad confessionem eo modo, quo hætenus diximus, & scitu & inuestigatione dignum est: Sed de hoc dicitur infra par. 3. super questio. 59.

Si quos vero constat ante inchoatam inquisitionem de his fuisse confessos, in codice Bononiensi constanter legitur hic locus cum distinctione, non in hunc modum: Si quos non constat ante inchoatam inquisitionem de his fuisse confessos, & c. Et sane ita videtur legendum, ut series indicat, & ut facti species sint diuersæ: nam cum de eo, qui ante inceptam inquisitionem fuit confessus, locutum sit concilium in principio huius tertie questionis, frustra videbatur de illo etiam querere, qui similiter ante inceptam inquisitionem fuit confessus, quare lectio codicis Bononiensis mihi magis probatur.

Nisi ita sit secretum factum, quod non habeat contra se famam, vel testes. Hic proculdubio est sermo de illo, qui se ipsum sponte deserit ad sanctum officium, & peccatum suum iudicibus fidei detegit. de quo agimus copiose infra parte 3. tit. de sponte venientibus.

Cum vero hic subdit concilium dicens: Et tamen in vtriusque casu, & c. concludit, tam eos, qui ante inceptam inquisitionem confessi fuerint, quam eos, qui sponte seipsos detulerunt, immunes esse ab omni pena temporalis, de quo quid sit sentiendum, & dictum est hætenus, & dicitur in præcatis locis.

Hæretici perseverantes in errore relin-

quantur curiæ secularis iudicio. Hæreticos perseverantes appellat hic concilium pertinaces, qui post multas & legitimas monitiones nolunt veritati catholice fidei obtemperare. ceterum isti non sunt statim curiæ seculari tradendi, sed diu asseruandi, sapienter monendi ut respiciant; qualis vero praxis sit circa hos seruanda, docet pulchre Eymericus 3. par. in 10. modo terminandi processum fidei, extat etiam insignis doctrina concilij Biturrensis cap. 17. in hac verba: Conuerti nolentes, vbi commode poteritis, damnare tardetis: ipsos frequenter tam per vos, quam per alios ad conuersionem monentes, ac tandem in sua malitia pertinaces faciat errores suos ad eorum detestationem publice cofiteri, & sic eos damnatos, præsentibus secularibus Potestatibus, eorumue Baliiis secundum mandatum Apostolicum relinquentes. hęc ibi.

Perfecti vero hæretici, si conuerti voluerint, & dogmatizantes, & c. perpetuo carceri intruduntur. Ita in Bononiensi. et etiam in Directorio Cardinalis de Gambara: sed Sabellianus, Perfidi habet, & male: nam inter hæreticos Valdenses, seu Inzabbatatos, de quibus hic locus est accipiendus, quidam erant, qui dicebantur, Perfecti, quod nusquam declaratur luculentius, quam in summa fratris Iuonetti, 3. par. c. 2. cuius extat fragmentum quoddam in vetusto codice membranaceo bibliothecæ Vaticanæ: in quo plene differitur de initijs, incremētis, & moribus, ac erroribus Valdensium. agens vero de secta ipsorum ita habet: Duo sunt genera sectæ ipsorum. Quidam dicuntur Perfecti eorum, & hi proprie vocantur Pour Valdenses de Lion: nec omnes ad hanc formam assumunt, sed prius diu informantur, ut & alios sciant docere. Hi nihil proprium dicunt se habere, nec domos, nec possessiones, nec certas mansiones, coniuges, si quas ante habuerunt, relinquunt. Hi dicunt se Apostolorum successores, & sunt magistri aliorum & confessores: & circuant per terras visitando, & confirmando discipulos in errore. His ministrant discipuli necessaria. In quocunque loco veniunt, inducunt sibi mutuo aduentum illorum: conueniunt ad eos plures in tuto loco in latibulis audire eos, & videre: & mittunt eis illuc optima quæque cibi & potus: & indicunt collectas nummorum discipulis pro sustentatione eorundem Pauperum & magistrorum fuorum, & studentium, qui per se sumptus non habent: vel etiam ad alliciendum aliquos, quos cupiditas nummi trahit ad sectam eorum. hætenus ibi. quæ sunt plane scitu dignissima, ex quibus intelliguntur multa huius Directorij loca de his loquentia.

Addit Eymericus 3. par. tit. de signis, quibus Valdenses cognoscuntur, num. 112. hos Perfectos hæreticos consueuisse deferre in superiori part: secularis signum quoddam circulare, ut à ceteris distinguerentur & cognoscerentur. De his Perfectis hæreticis insignis extat locus in concilio Biturrensi cap. 16. quem reuli infra 2. parte super quest. 39. de Herefiarchis.

Rursus illud est diligenter obseruandum, concilium Tarraconense hic sentire magistrorum errorum & dogmatistas tunc demum tradendos curiæ seculari.

Quid obseruandum circa hæreticos pertinaces priusquam tradantur curiæ seculari.

Perfecti hæretici qui dicuntur, res scitu digna.

Hærefiarche an tradi debeant curiæ seculari.

Lari, cum noluerint conuerti, idem prorsus statuit concilium Biterrense, cap. 16. Hinc colliges non esse facile recipiendam eorum sententiam, qui dicunt dogmatistas in distincte curia seculari esse tradendos, de quo videto quae scripsi supra parte 1. super l. nemo clericus. C. de sum. trin. & fide catho. & infra in hac parte 2. super dicta quest. 39. de haeresi archiepiscopi ubi dixi plenissime.

K ¶ Credentes autem hereticorum erroribus solemnem faciant penitentiam, & c. Hic incipit assignare poenas penitentiales imponendas singulis, qui ad Ecclesiae gremium reuertuntur, quarum hodie maior pars abiit in desuetudinem: In eis vetustam in coercendo hoc crimine seueritatem mirari licet, quae valde distat ab hodierna huius tribunalis misericordia & benignitate; & plane quanta fuerit antiqua seueritas, docent plene decreta concilii Biterrensis, & Narbonensis: item litterae quaedam beati Dominici; quas affert Campegius apud Zanchinum c. 20. adde Reperto. Inquisit. verbo, publice.

Tametsi vero mentio fiat solemnis penitentiae, & propterea iure optimo videretur hic declarandum, quid ea sit, quo ritu fiat, quos pariat effectus, & quo modo differat a publica penitentia: nihilominus tamen haec disputatio ob id consulto a nobis omittitur hoc loco, quia eius usus aut nullus omnino, aut valde rarus est nostris saeculis: quamquam non diffitear posse ex causa quandoque reuocari & usurpari. Interim tamen vide textum, & ibi doctores in cap. in capite 50. dist. Magistrum, & doctores lib. 4. sent. dist. 14. Coarruniam lib. 2. variar. resolut. cap. 10. nu. 3. & in repetitione clemen. si furiosus. in prima parte relectionis, nu. 16. Bernardini Diaz in pract. crimi. cano. cap. 19. Simonem Maiolum lib. 3. de irregularit. cap. 2. & 3. & Marianum Victorium in historia de antiquis penitentibus, in principio, ubi de hoc agit luculenter.

I ¶ Sint in processibus ad Sedem, dictio, Sedem, in Sabellano est omissa, & male. Est autem dictio vulgaris apud Hispanos: nos enim ecclesiam cathedralem, Seo, vocamus: concilium dictionem vulgarem latinam fecit, sed ignorantibus nostram linguam, peperit difficultatem. Sunt autem in toto hoc opere dictiones huiusmodi multae, quae suis locis

A a nobis declarabuntur. Inbebat ergo hic concilio illi, vt credentes haereticorum erroribus, qui solemnem penitentiam erant facturi, diebus hic praefixis praescriberentur ad Ecclesiam cathedralem, ibiq; & processibus & diuinis officiis interessent.

m. ¶ Item in quarta feria in capite ieiunij veni simul ad Sedem, & sint eodem modo, & secundum formam iuris, & c. Hic praescribit concilium credentibus haereticorum erroribus, secundum ius in capite. 50. dist. formam agenda sollemnis penitentiae: quae profecto penitentia grauissima est: at si peccati magnitudo spectetur; debita censeri debet: nam cum grauius sit diuinam, quam humanam ledere maiestatem, cap. vergentis. extra de haeret. authent. Gazaros. C. de haeret. & offendentibus maiestatem humanam vltimum mortis supplicium imponatur. l. quisquis. C. ad legem. Inl. maiest. certe quilibet penitentia, in quam mortis supplicium commutatur, mortis comparatione leuis censenda est: at non modo credentes haereticorum erroribus, sed & alij de quibus hic eandem compellebantur subire solemnem penitentiam: illa tamen sicut paulo antea diximus, iam in desuetudinem abiit.

n. ¶ Ne sic Lateranense concilium illudatur. I codex Bononiensis ita: ne sic latinum consilium illudatur. Sabellanus ita: ne sic ecclesiasticum iudicium illudatur. In codice Cardinalis de Gambarata ita: ne sic datum consilium illudatur. Sed non est visum recedere a Barcinonensi impresso: quamquam non video quomodo haec Lateranense concilio accommodentur, cum nusquam ibi nominatim reperiatrur cautum, quod hic commemoratur de numero compurgatorum: nisi dicamus respexisse hoc loco concilium ad illud quod statuitur in concilio Lateranense sub Innocentio III. cap. 36. & refertur in cap. cum cessante. extra de appel. ubi cauetur, quod index possit interlocutoriam & comminatoriam sententiam ex causa reuocare, non aliter: ita hic non est honeste vt post taxatum & praefinitum certum numerum compurgatorum absque legitima & iusta causa is numerus immutetur. Iam in codice illo vetusto Vaticanae bibliothecae, ubi reperitur idem hoc Tarracense Concilium, hic locus ita legitur: Vt sic Lateranense Concilio non illudatur.

Solemnis penitentia, agitur.

QVAESTIONES QVINQVAGINTA OCTO DE HAERETICA PRAVITATE AD OFFICIUM INQUISITIONIS PERTINENTES.

QVAESTIO I.

De nomine haeresis.

SUMMARIUM.

- 1 Haeresis ab electione dicitur.
- 2 Et ab adhesionem, nam pertinaciam requirit.
- 3 Atque etiam a diuisione.
- 4 Haeresis electionem, adhesionem, & diuisionem includit.

R I M A questio est: Haeresis, vnde sic dicta est, seu hoc nomen haeresis vnde tractum est?

Ad hanc respondemus secundum mentem Isidori, & aliorum vocabulorum expostorum, quod hoc nomen haeresis etymologizatur, seu exponitur tripliciter.

1 Et secundum hoc haeresis includit tria: primo haeresis dicitur ab eligo eligis: vnde secundum

† Lib. 8. Etymolog. c. j.

quam Isidorum & Papiam, haeresis dicitur quasi electis: & sic haeresis dicitur ab eligendo, sicut secta à sectando: & inde dicitur haereticus, quasi electus, ab eligendo sic dictus. Nam haereticus propositis sibi, falsa & vera, sententiis, eligit falsam & peruersam tanquam veram, vera & catholica refutata, vt habetur 24. q. 3. Haeresis. Et ex hoc patet, quod haeresis importat electionem.

2 Secundo haeresis dicitur ab adhaerere adherens, secundum Hug. & sic haeresis dicitur ab adherendo: sicut fides à fatendo, & secta à sectando: & inde dicitur haereticus quasi adhaesiuus, ab haerendo sic dictus. Nam haereticus falsae & peruersae doctrinae tanquam verae, vt praedicitur, electae adhaeret summiter, & pertinaciter: alia si talis adhaesio pertinax non esset, haereticus quis non foret, vt patet extra de sum. trin. & si catho. c. Damnamus. & ex hoc patet, quod haeresis importat adhaesionem.

3 Tertio dicitur haeresis ab erciscor ercisceris secundum Isidorum: quod idem est, quod diuideo diuidis. & sic dicitur haeresis ab erciscendo, id est, diuidendo: sicut dicitur, per oppositum vni ab vniendo, & coniunctio à coniungendo. Et inde dicitur haereticus quasi diuisiuus, à diuidendo sic dictus: sicut dicitur Eremita, quasi diuisus à comuni vita. Nam haereticus postquam falsam doctrinam sibi elegit tanquam veram, eiq; pertinaciter adhaeret, ab aliis veram doctrinam & sanam tenentibus (quibus ante erat vnitus) se mente elongat & diuidit, & excommunicationis mucrone, ab eis per Ecclesiam merito & numero diuiditur, & Potestati seculari traditur, à confortio hominum tota liter diuidendus, vt patet extra de haere. c. Excommunicamus, primo, & secundo.

4 Et ex hoc patet, quod haeresis importat diuisionem. Et per consequens ex praedictis omnibus liquet quod haeresis nomen importat tria, scilicet, electionem, adhaesionem, & diuisionem.

COMMENT. XXVI.

De Etymologia haeresis. Haeresis vnde sic dicta est. De etymologia seu origine dictionis, haeresis, praeter Eymericum hic, agunt fere omnes, qui de haereticis scriperunt. Et Beatus Hieronymus in Epistola sancti Pauli ad Galatas, cap. 5. & in Epistola ad Titum, c. 3. Tertullianus in libro de praescriptionibus haereticorum cap. 6. Isidorus lib. 8. Etymolog. c. 3. Sanctus Thomas 2. 2. quaest. xi. art. 1. Melchior Canus lib. 1. 2. cap. 9. de locis theologicis. Alfonso Castus lib. 1. cap. 1. aduersus haereses, idem lib. 1. cap. 1. de iusta haeret. punit. Repertorium Inquisitorum verbo, haeresis. Simancae de catho. instit. tit. 30. idem in Enchyridio violat. religionis tit. 2. Locatus in oper. iudiciali Inquisitorum, verbo, haeresis, & doctores in cap. haeresis. 24. q. 3. & alij plerisque in locis, quos gratia breuitatis omitto.

Vera autem haeresis etymologia à verbo Graeco ἀπομαρ, descendit, quod significat, eligo, nolo, exopto sumitur pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate, et sediticia, in qua persistitur, electa. Quare haeresis latine reddita, electionem significat, quod-

Etymologia vera haeresis, quae sit.

scilicet eam sibi vnusquisque eligat disciplinam, quae putat esse meliorem. Verum est ergo haeresim significare electionem, at non descendit à verbo Latino, eligo, sed à verbo Graeco, vt dictum est, atque hoc etiam vult Isidorus praecitato loco. ait enim ita. Haeresis Graece ab electione vocatur, quod scilicet vnusquisque id sibi eligat quod melius sibi esse videtur, vt Philosophi Peripatetici, Academici, Epicurei, & Stoici: vel sicut alij, qui peruersum dogma cogitantes arbitrio suo de Ecclesia recefferunt. Inde ergo haeresis dicta Graeca voce ex interpretatione electionis, quia quisque arbitrio suo ad instituenda, siue ad suscipienda quaelibet ipse sibi eligit. haec Isidorus, in quibus per omnia sequitur. B. Hieronymus praecitato loco in Epistola sancti Pauli ad Titum, cap. 3.

Alias autem etymologias, quas hic recenser Eymericus, videlicet, haeresim dici à verbo, adhaerere, quia haereticus falsae doctrinae adhaeret: vel ab erciscor, quod est diuideo, eo quod haereticus per haeresim diuisus sit ab his, qui rectam Ecclesiam catholicam doctrinam tenent, communiter & recenser & sequuntur Ioannes And. Antonius de Buxerio, Zabarella, Panormitanus, & alij in cap. firmissime. extra de haeret. & Zanchinus tract. de haeret. cap. 1. Odofredus in Rubrica C. de haeret. ait haereticum dici ab eremo, quia inquit sicut eremita dicitur à nemore, quia separatus aet à ciuitate vel oppido, ita haereticus dicitur separatus à fide catholica. Sunt etiam qui dicant haeresim dici à verbo, erro, quia haereticus errat, id est, deuiat & desleclit à rectitudine fidei catholicae.

Ceterum huiusmodi etymologiae, & si quae sunt aliae his prorsus similes, tamen si haeresis & hominis haeretici naturam explicant, vere tamen non sunt, vt ex supradictis constat. At ignoscendum est his viris, grauius quidem & singularis eruditionis, quia certiora iniuria eorum temporum docere non valuerunt, docturi proculdubio si nonissent: ea vero tunc verissima esse putabant.

Nomen vero haeresis (vt obiter id dicam) ante constituta Christianae religionis fundamenta infame non erat, imò in bonam partem accipiebatur, significabatque illam disciplinam, quam quisque profitendam & sequendam eligebat: hinc varia sectae Philosophorum, haereses dicebantur, vnde Stoici, Peripatetici, Academici, Epicurei illius vel illius haeresis appellabantur, vt praecitato loco in Epistola ad Titum scripsit sanctus Hieronymus: At hodie id nomen odiosum est & infame, quo significantur, qui contra Christi Domini fidem, aut illius Ecclesiam vel docent, vel credunt.

Propterea vero apud nos Christianos haeresis sine electio sectae, infamis & execratione digna habetur: quia cum lex nostra data sit ab omnipotenti Deo per Iesum Christum filium eius, non autem ab hominibus electa, proinde quisquis aliam fidem, ac aliam doctrinam eligit, merito haereticus est, & infamis habetur.

Nobis vero in his, quae ad fidem spectant, nihil arbitrio nostro eligere licere, sed quae sunt diuinitus tradita sequi oportere, luculenter Tertullianus in libro de praescriptionibus aduersus haereticos in libro de praescriptionibus aduersus haereticos

Aliae haeresis etymologiae, quales sunt.

Nomen haeresis quando coepit esse infame.

Christianis cur non liceat sectam eligere.

cos, offendit his verbis; Hæresum opera sunt adulteræ doctrinæ, hæreses dicte Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis siue ad institutendas, siue ad suscipiendas eas vitur: Ideo Apostolus & sibi damnatum dixit hæreticum, quia & in quo damnatur sibi eligit; nobis vero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere quod ali quis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: Sed accepta à Christo disciplina fideliter nationibus assignauerunt. Itaque etiam si Angelus de cælis aliter Euangelizaret, anathema diceretur à nobis. hætenus Tertullianus. Idem eisdem verbis scribit Isidorus lib. 8. cap. 3. Etymolog. tacito nomine Tertulliani.

Inducere, apud Isidorum,

Religio Christiana non potest hæresis aut secta vocari.

Hæresis varietate multorum doctorum diffinitiones. Guido Carmelita.

Turrecremata.

Alfonso Castri.

Conradus Brunus.

Albertus Pighius.

Atque ex his apertissime consequitur, religionem Christianam, Evangelicamque doctrinam neque hæresim neque sectam appellari posse, tum quia non est commentum aut inuentum nostrum, cum eam habemus ex diuina reuelatione & traditione: tum quia Christiana religio, catholica, & vniuersalis est, ad omnes aequè pertinet & pertinet, omnesque eam omni tempore tenuerunt ac tenent, qui de Deo, & diuina veritate recte senserunt: hæresis autem & secta priuatam disciplinam significat, & quam quisque sibi eligit opinionem, atque commentum.

His ita constitutis, iam quid sit hæresis breuiter quoque dicendum est, ut que deinceps tradenda sunt de hoc crimine, eius natura cognita, facilius intelligantur.

Ac hæresis quidem multis modis diffinitur à multis, tametsi omnium diffinitiones, licet verbis discrepent, in eandem sententiam concurrere videantur. Guido Carmelita in summa de hæresibus tit. 1. de hæresibus in genere, c. 3. ita diffinit. Hæresis est falsa opinio & erronea in intellectu, per quam false & erronee intellectus opinatur de aliquo contra fidei veritatem: hæc ille.

Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. parte 2. cap. 1. ita: Hæresis est opinio vel assertio falsa, siue dogma falsum catholice veritati contrarium, in eo qui Christianam fidem professus est. hætenus Turrecremata: Cuius definitionem per omnia sequitur Arnaldus Albertinus tract. de agnoscent. assertio, quest. 2. nu. 4.

Alfonso Castri lib. 1. cap. 1. de iusta hæreticorum punitione ita diffinit: Hæresis est enuntiatio siue propositio falsa, fidei catholice ita repugnans, ut cum illa simul esse non possit. hæc Alfonso.

Conradus Brunus lib. 1. de hæret. cap. 1. ita: Hæresis est dogma falsum, contra fidem orthodoxam, ab eo, qui fidem profitetur, pertinaciter vel assertum, vel in dubium reuocatum. hæc ille. Albertus Pighius Campensis lib. 4. cap. 8. Hierarchia ecclesiastica latius diffinit: seu verius describit hæresim in hæc verba: Hæresis est non morum, non confessionis, sed fidei vitium, quo quis singulare aliquid à communi Ecclesie catholice fide ac sententia eligit, ac proinde se ipsam ab Ecclesia separat, quae rectius sentire, credereque præsumit: & ob id hæresis, hoc est, electio haud insignificanter appella-

tur. hætenus Albertus. Atque ex his vel singulis, vel omnibus simul sumptis, intelligitur quid sit hæresis, cuius diffinitionem tum hic, tum in sequentibus omisit Emericus. harum vero diffinitionum: explanationem tradunt præcitatis locis Guido, Turrecremata, Albertinus, & alij.

¶ Et per consequens ex prædictis omnibus liquet, quod hæresis nomen importat tria, scilicet electionem, adhesionem, & diuisionem. Ex his que dixit Emericus, satis constat ab hæresibus hæc incōmoda p̄dri, videlicet electionem prauæ doctrine, omiſſa vera & catholica: adhesionem seu pertinacem applicationem ad falsum, seu falsam dogmata, relictis orthodoxis: item diuisionem à catholicorum fide, si cut dictum est.

Hæresum in commoda,

Iam hinc quasi ex vberissimo omnium malorum seminario consequuntur in republica multa alia mala & incommoda, que facile ostendunt, quam ingens malum sit hæresis. Sanctus Basilius Magnus episcopus 69. cuius initium est, Fert equidem consolatione plurima recenset his verbis: Dum multi in medio impietatem studiose excoluerunt, nunc perniciosos fructus protulerunt. Euerſa enim sunt pietatis dogmata, confusæ sunt pietatis leges, Ambitiones eorum, qui Dominum non timent, præſidentias inuadunt, & in propatulo de cetero impietatis præmium proposita est prima sedes. Quare qui grauiores blasphemias protulit, ad populi Episcopum potior habetur, perijt auctoritas sacerdotalis, defecerunt qui pascunt cum scientia ouile Domini. dum hi, qui primos locos ambiunt, æconomias pauperum in proprias voluptates, & munerum distributiones infumunt, annihilata est canonicum synceritas, licentia peccandi multa est: nam qui hominum studijs ad principatum accedunt, in hoc ipso studij gratiam rependunt, perijt iudicium iustum. vniquisque in voluntate cordis sui ambulat, prauitas immensa est, populi admoneri nolunt, præſides dicendi libertatem non habent: serui enim sunt eorum, qui beneficium contulerunt, hi qui per homines sibi ipsis potentiam compararunt. hæc ibi Basilius, ubi & alia his similia amectuntur, quæ ob breuitatem omitto.

Felix Papa, eius nominis primus, Epistola. 1. ad patrum Episcopum de hæresis incommotis, ita etiam habet: Hæresis quippe est nimis impia, & Euangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta conuellere. Quosunque enim rapit ad se, non solum in hoc vitium, sed in multa alia vitia ruere facit: & ipso suadente antiquo hoste, non solum persecutores Ecclesie, sed etiam Sacerdotum eius sunt. hæc ibi.

Quot mala quasi cateruarum ex hæresibus oriantur.

Dicam semel ab hæresibus oriuntur contra Deum blasphemie, sacrilegia, subuersio piarum in Ecclesia foundationum, iudiciorum & sacrarum legum violatio: contra catholicos & fideles iniurie, calumnie, & crudelitates, quas in catholicos exercent hæretici. Vera & catholica fides atque religio per hæreses euellitur, & extinguitur in animis hominum, corpora, & bona in discrimen inducuntur, omnis generis tumultus, & seditiones commouentur, pax & tranquillitas publicæ perturbatur: Denique totius illius rei-

reipublicæ status & forma, in qua hæreses aut oriri permittuntur, aut ortæ fouentur, nec protinus extirpantur, in peius commutatur, & tandem in totum etiam quandoque subuertitur, & aboletur. Hæc omnia ita esse veterum restantur historiæ, præſentia quoque demonstrant tempora, in quibus videmus florentissima regna & provincias ob hæreses in maximas calamitates, & miserissima pericula incidisse.

A sunt hæreticalia manifesta. Nam prædicta tria, scilicet, fidei articuli; determinationes generales per Ecclesiam factæ vt de fide, & sacra scriptura, hoc est in Biblia contenta, sunt fide inconcussa tenenda: & consequenter eorum opposita sunt de hæreticalia.

COMMENT. XXVII.

QVAESTIO. II.

De propositione, seu articulo hæretico.

SVMMA RI VM.

- 1. Ex triplici capite propositio aliqua indicatur hæretica.
2. Vel quia est contra articulos fidei:
3. Vel contra determinationem Ecclesie:
4. Aut contra sacram scripturam.
5. Quæ manifeste hæretica sint reputanda.



ECVNTA questio est: Hæresis quid est: siue propositio, vel articulus quando hæreticalis dicendus, & habendus est?

Ad hanc respondemus secundum mentem sancti Thomæ prima parte, q. 32. art. 4. & 2. q. 11. art. 2. quod propositio aliqua, seu articulus hæresis est, & hæreticalis habendus est, ex vna trium causarum & rationum:

1. Vel quia est contra aliquem fidei articulum, vt pote, q. Deus in personis non est trinus: seu quod Dei filius non fuit incarnatus, & similia, quæ sunt contra fidei articulos directe: quæ sunt prima credibilia, & nostre fidei catholice primæ principia ac nostre credentis rudimenta:

2. Vel quia est contra Ecclesie generalis determinationem, vt tamen de fide factam: vt pote quod Spiritus sanctus procedit à Patre & filio tanquã à duobus principijs: quod est contra determinationem factam vt de fide, extra de sum. trinit. & si. de catho. c. vnico, libr. 6. Seu quod vsura non est peccatum: quod est contra determinationem factam vt de fide, extra de vsur. in clement. Ex grati. Quæ determinationes Ecclesie vt de fide factæ sunt credendæ firmiter, ac tenendæ:

3. Vel quia est contra scripturam sacram per Ecclesiam approbatam: hoc est contra Biblia: vt pote, q. Deus cælum & terram non creauit: quod est contra id, quod habetur Gen. 1. Vel q. Christus discipulos ad docendum gentes non milit: quod est contra illud quod habetur Marci vltimo. Qui quidem libri sunt ab Ecclesia approbati, & per consequens contenta in eis sunt credenda fore vera.

4. Quæcumque ergo appareret esse clare, vel contra aliquem fidei articulum in Symbolo fidei contentum: vel contra Ecclesie determinationem vt de fide factam: vel contra sacram scripturam (hoc est Bibliæ textum) per Ecclesiam approbatam; illa

hæresis quid est: siue propositio vel articulus quando hæreticalis dicendus & habendus est. Hæc disputatio valde utilis est, & necessaria non modo iudicibus, & ceteris officij sanctæ Inquisitionis ministris, verum etiam cuilibet catholico, vt retineat vera & certa catholice religionis fundamenta & dogmata absque vlla erroris commixtione. Prudentissime autem Emericus per regulas generales inuestigat, quot modis aliqua propositio hæretica dici possit, ne sit opus singula hæretica dogmata commemorare, quæ perinaciter asserta hæreticam constituant: quod fecerunt nonnulli doctores, vt alibi diximus. id enim præterquam quod valde laboriosum est, at vix etiam possunt singula indiuidua comprehendere: tradenda ergo methodus fuit, per quam omnis hæretica propositio ad certa quædam capita reducatur.

¶ Quod propositio aliqua, seu articulus hæresis est, & hæreticalis habendus est, ex vna trium causarum & rationum. Idem repetit Emericus eadem p. 2. q. 35. non tamen præter rationem, & causam. Est autem auctoris institutum hoc loco docere, quot modis contingat, siue ex quibus capitibus cognoscatur, aliquam propositionem esse hæreticam: nulla vero est disputatio magis difficilis in causis fidei pertractandis, nulla magis fidei iudicibus utilis & necessaria, cum sanctæ Inquisitionis negotium magna ex parte in cognoscendis hæreticis propositionibus, diuidendisque: seu separandis à catholicis consistat: & quamvis breuitati studeam, ne muneri meo & publicæ utilitati defecisse videar, rem hanc, quantum fieri poterit tum breuitate tum perspicuitate disputabo. Emericus hoc sentit: Propositio hæretica est, quando repugnat articulis fidei: aut Ecclesie diffinitionibus, aut litteris sacris: non tamen negat, quin & alijs quibusdam modis propositiones hæreticæ esse possint, qui nominatim à nobis sunt hic adiungendi, ne quid imperfectum in opere tam illustri relictum esse videatur.

Quot modis propositio dicatur hæretica, utilis disputatio.

Ioannes Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. p. 2. c. 10. septem in primis modos numerat, quibus propositio dicatur, aut fiat hæretica, quos colligit ex septem modis catholicarum veritatum eodem loco c. 9. à se prius positarum: eosdem retulit, nec verbis quidem mutatis, Umbertus Locatus in opere iudiciali iurisi. verbo, credibilia. nu. 5. & seq. & Arnaldus Albertinus tract. de agnoscent. assertio. q. 5. sunt autem sequentes:

- Primus earum, quæ in libris sacris habentur expressæ.
Secundus earum, quæ ex sacris litteris necessaria consequentia deducuntur.
Tertius earum, quæ verbotenus Christus Apostolis, et apostoli Ecclesie tradiderunt.

Catholicarum veritatum gradus.

Quar-

Quartus earum, quae in concilijs vniuersalibus de-
finitae sunt.

Quintus earum, quae a sede Apostolica sunt fide-
libus ad credendum propositae.

Sextus earum, quae de fide & refutatione here-
sim sancti Patres vna mente, vnoque consensu do-
cuerunt.

Septimus denique illarum, quae ex tertio, quarto,
quinto, & sexto generibus consecutione firma & ne-
cessaria deriuantur. Quibus catholicis veritatibus
demonstratis, facile est haereticas propositiones doce-
re; illa enim haereticę conserbentur, quae his catholicis
dogmatibus repugnant.

Catholicę ve-
ritates & ha-
refes contra
ria oſſo re-
gulis expli-
catę.

1. Regula

Catholica ve-
ritas est, quę
in facris liti-
ris continetur.

Hęc quidem vera sunt, & summo iudicio consi-
derata: ceterum in hac re placuit nobis sententia Mel-
chioris Cani, lib. 12. c. 7. de locis theologicis, qui or-
dinatus & apertius videtur hęc tradidisse, a quo
(breuitati studentes) ea mutuabimur, quae huic in-
ſtituto sunt necessaria, oſſo regulis comprehenden-
tes omne genus catholicarum veritatum, vt inde he-
retica dogmata intelligantur.

Sit ergo prima regula: Catholica veritates illae
habendae sunt, quae in scriptura sacra veteris, aut noui
testamenti continentur; ipse enim aperis scriptu-
re sensus certum praesertim catholicae veritatis in-
dicium; Deum initio creasse caelum & terram, in homi-
nem inspirasse animam viuentem, Filium Dei in-
carnatum fuisse, & cetera huiusmodi infinita, catho-
lica sunt veritates, & qui sciens hęc in diuinis scri-
pturis contineri (quorum non facile praesumitur igno-
rantia) ea negaret, manifeste deprehenderetur ha-
reticus. atque hęc quidem apertissima sunt, cum scri-
ptura locus apertus est & clarus: sed cum sensus est
obscurus, res difficilior est. hoc tamen ita est defini-
endum: cum scripturae sensus obscurus fuerit, tunc Ec-
clesiae intelligentia eadem est & germana & vera sa-
crae scripturae intelligentia; eaque certum erit catho-
lica veritatis indicium: Ecclesia enim iudicium cer-
tum habet discernendi verba Dei a verbis hominum
docendique germanum sacrae scripturae sensum. Chri-
stus enim cum Luca c. 24. Apostolica aperuit sensum
vt intelligerent scripturas, non id propter illos tan-
tum, sed multo etiam magis propter Ecclesiam suam
fecit. Iam Ecclesia firmamentum est veritatis, veri-
tas autem vere & proprie in scripturae intelligentia
est: habebit ergo firmam & certam veritatum cogni-
tionem, quae in facris litteris continentur. Ergo Adā
fuisse formatum de limo terreo, & Euam illius uxorem
de costa Adae, & Euam a serpente fuisse deceptam,
vere et proprie secundum historiam accipienda sunt:
quia Ecclesia catholica ita semper intellexit: vnde
Origenianus, qui hęc omnia allegoricis & figuratis in-
terpretationibus peruertebat, merito in sexta syno-
do, aetione vndecima damnatus fuit. Hęc plurima per-
tinentia omitto, quae eleganter traduntur a Melchio-
re Cano lib. 7. de locis theolo. c. 3. conclus. 5. Atque
ad hanc primam regulam pertinet, quod Eymericus
ait in hac quaest. num. 4. ibi: Vt quia est contra scri-
pturam, & cetera.

2. Regula

Sit secunda regula: Quidquid Doctores & Pasto-
res Ecclesiae in Concilio legitime congregati fidelem
populum docent, quod ad Christi fidem attinet, id pla-
ne verissimum est, & pro catholica veritate accipi-

endum. Hanc regulam probat latissime Melchior Ca-
nus lib. 4. cap. 4. de locis theolo. conclus. 4. & lib. 5. c.
4. conclus. 3. Concilium enim generale, ad quod con-
fluunt Doctores & Pastores Ecclesiae, auctoritate
Romani Pontificis confirmatum, certam fidem facit
catholicorum dogmatum. exempla multa occurrunt
passim, nos pauca quaedam afferemus. Concilium La-
teranense, Patrem & Filium in diuinis vere & pro-
prie rem quandam summam, vnam eandemque esse
intellexit, ex illo Ioannis cap. 14. Ego & pater vnū
sumus. itaq; in hoc Abbas Ioachim damnatus est,
qui hunc locum aliter interpretabatur, vt refertur
in c. damnatus. de sum. trin. & fide catho. Et conci-
lium Viennense definiuit, ac docuit, Christum iam mor-
tuo fuisse lancea latus eius apertum, & refertur in
c. fidei. clem. de sum. tri. & ob id qui contrarium as-
seruerunt, velut haeretici damnati sunt; vt de quo-
dam Petro Ioanne manifestum est ex Eymeri. p. 2.
q. 9. num. 2. Hęc ergo & alia huius generis prope in-
finita, quae in scripturis obscurius continentur, dum
Ecclesia per Doctores suos & Pastores explicat, et
auctoritate Papae munita fidelibus ad credendum pro-
ponuntur, firma, certa, & stabilia sunt, & perinde
rata esse debent, ac si patenter in scripturis con-
tinerentur. Et ad hanc secundam regulam spectat id
quod tradit Eymericus in praesenti quaest. nu. 3. ibi:

Vel quia est contra Ecclesiam generalis, &c.
Sit tertia regula: Si sedes Apostolica summusque
Romanus Pontifex maturo consilio quippiam defi-
niat tanquam ad fidem spectans, id catholica veri-
tas censendum est. Romanus enim Pontifex clauis ha-
bet Petri, et verus eius successor; pro quo orauit Chri-
stus ne fides deficeret, vt fratres suos, hoc est fideles,
quandocumque in fide vacillantes & nutantes con-
firmaret. Erit ergo eius iudicium certissimum, stabili-
le, & infallibile: quod egregie docent, qui de summi
Romani Pontificis auctoritate aduersus nostri tem-
poris haereticorum monstra tractatus scripserunt, et
inter alios Ioan. Turrecremata in sum. de Eccles. li.
2. c. 109. & sequenti. Res fiet vno exemplo illustri:
Animas iustorum simulatque de corporibus migrare
vint, diuinam essentiam clare videre, si nihil tamen
habeant quod paenis purgatorij expiandum sit, diffi-
niuit Benedictus. xij. in extrauaganti incipien. Bene-
dictus Deus. quam affert Eymericus supra in hac 2.
parte. Contrarium igitur asserere impium erit et ha-
reticum, vt optime docet idem Eymericus in 2. par.
q. 8. In ceteris idem est iudicium. Quibus autem ra-
tionibus Apostolicę sedis summus Pontifex firma
iudicia interuocantur, quae veluti dogmata fidei ha-
benda sunt, copiose docet Melchior Cano lib. 5. de lo-
cis theologicis. & dicam aliquid infra super quaest.
17. huus 2. partis, quae nunc non sunt inutiliter forte
referenda.

Sit quarta regula: Consentientis eadem Sanctorum
omnium sententia, aut scripturarum interpretatio, si
ue intelligentia in docendo aliquid ad rectam fidem
spectare, pro catholica veritate accipienda obseruan-
daque est: & contraria sententia haeretica est putan-
da. Sane hęc sententia apud catholicos facile poterit
persuaderi. apud haereticos autem, qui nihil recipiunt,
quod ipsos uel ex longinquo oppugnet, non ita hoc
admittitur: sed parum hoc refert, nam dum hoc non
admittunt

admittunt, & haeretici iudicantur, & comburantur,
nec nos cum ipsis modo agimus, sed veras regulas
tradimus, quibus fidei iudices haeretica dogmata co-
gnoscant, ergo ad rem aggredientes, etiam vetustissi-
mi Patres scripturarum intelligentias, non ex cuius-
libet sensu, sed ex sanctorum Patrum sententijs ac-
cipiendas voluerunt: & multis vnum, aut alterum in
testem adducam, nam omnia persequi immensi esset
operis. Dionysius lib. 1. c. 1. de celesti Hierarchia ita
scribit: Ad sanctissimarum scripturarum intelli-
gentias, prout illas a Patribus accepimus, contue-
das pro viribus pergamus. & Dionysio antiquior
Clemens Papa 1. epistola. 5. ad discipulos, & refer-
tur in cap. relatum. 37. dist. de hac re proculdubio
ediffrens ait: Relatum est etiam nobis, quod
quidam in vestris partibus commorantes, aduer-
santur sanis doctrinis, & prout eis videtur non se-
cundum traditiones Patrum, sed iuxta sensum suum
docere videntur: Multas enim quidam (vt audi-
uimus) vestrarum partium, secundum ingenium
hominum, ex his quae legunt, verisimilitudines
capiunt: Et ideo diligenter obseruandum est, vt
lex Dei cum legitur, non secundum propriam in-
genium intelligentiam legatur vel doceatur. hastes-
nus Clemens de hac re. His consentit Epiphanius ha-
ret. 61. Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromat. Am-
brosius lib. 3. c. 7. de fide ad Gratianum. & B. Hiero-
nymus in epistola ad Euagarium, idem in Daniele
c. 12. & in epistola illa celebri ad Paulinum. & Au-
gustinus in lib. de uilitate credendi ad Honoratū.
c. 7. & alibi saepe. & copiose Gregorius lib. 28. mora-
lium. cap. 6. exponens de sanctis Doctoribus illud:
Super quo bases illius solidatae sunt.

Quod si rationem quaeras, cur communibus San-
ctorum expositionibus & sententijs standum sit, ea-
pulchre docet Beatus Hieronymus super epistolam
ad Galatas, c. 1. dicens; Ecclesiam Dei, quae a poste-
ris Apostolorum fidem audiuit, non accepisse homi-
nis Euangelium, sed Dei. Doctores enim Ecclesiae no-
tam ipsi docent, quam in ipsis Deus, qui ad sanctos
loquitur. Verba autem sancti Hieronymi super illis
verbis: Notum enim vobis facio Euangelium,
& c. ita habent: Queritur vtrum totius orbis Ec-
clesiae Dei acceperint Euangelium, an hominis?
Quotus enim quisque nostrum per reuelationem
Christi didicit: & non homine praedicante cogno-
uit? Ad quod respondebimus: Eos qui possint
dicere: An experimentum eius quaeritis, qui in
me loquitur Christus? & Viuo autem iam non ego
viuit autem in me Christus, non tam ipsis doce-
re, quam in ipsis Deum, qui ad Sanctos loquatur
& c. hęc Hieronymus.

Catholica ve-
ritas est, quę
in generali
concilio, vt
de fide diffi-
nitur.

3. Regula
Catholica ve-
ritas est, quę
Papa definit
vt de fide.

4. Regula
Consentientis
sanctorum sen-
tentia catho-
licam verita-
tem facit.

Iam sexta synodus Constantinopolitana in Trullo
habita, cano. 19. ita habet: Quod oportet eos, qui
praesunt Ecclesijs, in omnibus quidem diebus, sed
praecipue Dominicis, omnem clerum & populum
docere pietatis & rectę religionis eloquia, ex di-
uina scriptura colligentes intelligentias, & iudi-
cia veritatis, & non transgredientes iam positos ter-
minos, vel diuinorum Patrum traditionem: Sed
et si ad scripturam pertinens controuersia aliqua
excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quam
quomodo Ecclesiae luminaria, & doctores suis
scriptis exposuerunt: & maiorem ex his laudem
assequantur, quam si quae a se dicuntur, compo-
nant: nedum quandoq; ad id haesitant, ab eo quod
conuenit, excidant. Per praedictorum enim Patrum
doctrinam, populi ad eorum, quae sunt bona & ex-
petenda, & inutilia ac reiicienda, cognitionem ve-
nientes, vitam in melius componunt, nec ignoran-
tię vitio conuincuntur, sed doctrinę mentē adhi-
bentes, se ipsos, ad id ne mali quid eis accidat, exci-
tant, & imminentium suppliciorum metu sibi sa-
lutem procurant. hastesnus ibi.

Ad hęc Clemens v. in concilio Viennensi, & ha-
betur in clem. 1. de sum. trin. & fide catho. definitu-
rus illa verba Ioan. 19. Ad Iesum autem cum ve-
nissent, vt viderent eum iam mortuum, vere de
Christo mortuo esse accipienda ait: Nos ad sancto-
rum Patrum & Doctorum communem senten-
tiam Apostolicę considerationis aciem conuertē-
tes, sacro approbante concilio, declaramus, & c.
Hęc spectat quę sancit Leo decimus in concilio La-
teranensi, sessio. 11. in decreto incipiente. Suprema
maiestatis. & concilium Tridentinum, sessio. 4. dicit
iuber in hęc verba: Decernit, vt nemo suę pruden-
tię innixus in rebus fidei & morum, ad edificatio-
nem doctrinę Christianę pertinentium, sacram
scripturam ad suos sensus contorquens, contra eū
sensem, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclē-
sia, cuius est iudicare de vero sensu scripturarum
sanctarum, aut etiam contra vnanimem consen-
sum Patrum, ipsam scripturam sacram interpreta-
ri audeat. hęc ibi.

Ex his ergo consequitur communem Patrum sen-
tentiam velut catholicam veritatem esse amplectē-
dam, contrariam vero velut haereticam, dammandam.
exempla manifesta sunt ex his, quae diximus ex So-
pbronio contra Origenianos, item ex concilio Vien-
nensi.

Qui sint autem hi doctores, quorum doctrinam
vocamus approbatam, docuit Gelasius Papa, & ha-
betur in c. sancta Romana. 15. dist. alij praeterca nu-
merantur in c. gloriosus. de reliq. & venerat. sanct.
lib. 6. vbi referuntur Gregorius, Augustinus, Am-
brosius, & Hieronymus. alios habes apud beatum
Thomam lib. 4. contra gentiles, c. 4. de quorū etiā
Doctorum auctoritate videto Innocentium in c. ne
imitaris. de consuetudine.

Sit quinta regula: Si ex Apostolorum traditione
communis Ecclesiae vsus aliquam scripturam interpre-
tationem

Qui sint Do-
ctores Ecclē-
siae.

Regula.
Traditio A-
postolica, ca-
tholicam ve-
ritatē facit.

rationem acceperit, aut aliud quid circa sacramentorum ritibus, aut res alias ecclesiasticas ad cultum divinum spectantes desumpserit: id pro catholica veritate sumendum est, atque ita custodiendum ac si in ipsis sacris litteris esset expressum: quoniam Apostolicę traditiones inconcussam inviolabilemque habent auctoritatem, vt dixi supra par. 1. super cap. cum Martibę.

De antiquitate & origine traditionum Apostolicarum grauer differit more suo Melchior Canus lib. 3. cap. 3. de locis theologicis. ea nos qui catholice scribimus, libenter omittimus summam tradentes que ad presens institutum attinent. Sciendum ergo est, non omnia, que ad doctrinam Christianam pertinent, neque ab initi. nascentis Ecclesię, neque nunc esse litterarum sacrarum mandata monumentis; nam perpetuam Beatę Marię virginitatem, & paruulorum baptismum, & sexcenta alia huiusmodi, que longum esset commemorare, non habemus expressa in sacris litteris: ceterum ita certa fide recipiuntur a catholicis, vt contrariorum dogmatu auctores catholica Ecclesia hereticos indicauerit.

6. Regula.

Sit sexta regula: Quodcumque fidei dogma, quod vel Ecclesia habuerit, vel concilium auctoritate Papę roboratum ediderit, vel etiam summus Pontifex Romanus fidelibus prescripserit, perinde nobis id pro catholica veritate habendum est, vt contraria sententia heretica censetur. hec regula apertissima est ex superioribus: cum enim Ecclesia in his errare non possit, nec concilium auctoritate Papę confirmatū, nec summus Romanus Pōtifex iudicialiter definiens, plane consequitur id esse hereticum, quod hisce reperiatur contrarium: exempla ad illustrandam hanc regulam satis abunde sunt in superioribus tradita.

7. Regula.

Sit septima regula: Si Ecclesia, Concilium, aut sedes Apostolica vel etiā sancti Patres vna voce & consensu aliquam theologia conclusionem confectionem, & fidelibus prescripserint, hęc veritas catholica putanda est, & qui ei aduersabitur, hereticus censendus est. Poco autem theologię cōclusionem eam, que ex principijs huius facultatis theologicę certa et firma cōsecutione deducitur, sit exemplum: sexta generalis synodus aetione 4. & actio. 17. duas in Christo voluntates statuit. item operationes duas, diuinam vnam, humanam alteram tum ex illo Matth. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. tum ex eo quodd Christus Deus est, & homo perfectus. Eodem quoque modo concilium Lugdunense sub Gregorio decimo, & refertur in cap. fidei. de sum. trinit. & si de catho. lib. 6. theologica ratione demonstrauit, Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere, non tanquam ex duobus principijs, sed tanquam ex vno, nec duabus spirationibus, sed vna tantum. Pari ratione Innocentius tertius in concilio Lateranensi cap. 1. & refertur in cap. firmiter. extra de sum. trinit. & fide catho. syllogismo theologico conclusit aduersum Abbatem Iacobum, essentiam diuinam nec genitam esse, nec generare. Ergo quidquid ratione theologica ex principijs theologię bona consecutione collectum fuerit, eo modo quo dictum est, id pro catholica veritate habendum est, & contrarium hereticum putandum est.

8. Regula.

Sit iam tandem octaua & vltima regula: quam

Melchior Canus præcitato lib. 12. c. 7. nimis forte seuam posuit, dicens: Si scholastici theologi aliquā itidem conclusionem firmam, & stabilem uno ore omnes statuerint, atque ut certum theologię decretum fidelibus amplectendum constanter & perpetuo docuerint, illam vt catholicam veritatē fideles sane amplectantur. hætenus ille. exemplū est: Christi animam quamprimum fuit creata & corpori infusa, Deum aperte vidisse docent scholastici Doctores vno assensu, vnde autem hoc sibi persuasissent, non est facile docere: contrarium ergo asserere hereticum putandum est. Hęc est docti viri sententia, quam penitus approbare non audeo: neque enim satis aperte video vnde theologi scholastici tantā habeant auctoritatem, vt communis eorum sententia ita statuat catholicas veritates, vt contraria assertiones hereses sint censende: nisi dicamus hanc cōcordē eorum & penitus consentientem sententiam in Spiritum sanctum esse referendam, qui corda eorum interiorius ad ita vnanimiter sentiendum moueat. quod forte nemini catholico videbitur absurdum.

Dicit hic forte quispiam, cur cum Emerico non adduxerim aliam regulam, qua videlicet catholice veritates dicuntur ille, que in articulis fidei continentur, quibus contrarię assertiones sunt hereses manifestę, cum auctor in hac quęstione id recenset in primo loco quasi præcipuum, ibi. Vel quia est contra aliquem fidei articulum? Sed is intelligat, nos regulas in his prescripsisse, que magis difficilia sunt: nam in claris & apertis nullum nostrum præceptum est. Quis enim catholicus non videt apertissime, ipsos fidei articulos, qui sunt prima principia, & Christianę religionis fundamenta, manifestissime præferre catholice veritatis indicia, & contrarias falsitates apertissimas hereses esse.

QVAESTIO III.

Error & hæresis sint neidem in iure.

S Y M M A R I V M.

- 1 Error latius patet, quam hæresis.
2 Error in fide & hæresis pro eodem in iure sumuntur.

ERTIA quęstio est: Hæresis & error in iure si idem sunt. Ad hanc respondemus, quod licet error sit in plus, quam hæresis, & hæresis in minus: quia omnis hæresis est error, & non omnis error est hæresis: sicut omnis hereticus est errans, & non omnis errans est hereticus.

Tamen error ad ea que sunt fidei cōtractus, & determinatus: vtpote error in fide, & hæresis sumuntur pro eodem in iure, vt patet de sum. tri. & fide catho. in 6. c. Fidelis. & eod. tit. in clement. c. Fidei. vbi errores sumuntur pro heresibus. Et etiā tit. de hære. in clem. c. Ad nostrum. vbi improbat nouem errores, qui hereses clare sunt. Et in extrauag. domini Ioan. xxii. que incipit, Vas electionis, ubi reprobatur tres errores, qui sunt graues hereses, & manifestę. Et præsertim hoc patet eod. tit.

tit. de heret. cap. Ad abolendā. s. presenti. vbi dicitur sic: Presenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicumq; manifeste fuerint in heresim deprehensifsi clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur: & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, secularis relinquatur arbitrio Potestatis, animaduersione debita puniendus: nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicę vnitatē sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publice cōsenserit abiurare, & satisfactionem congruā exhibere. Laicus autem nisi (prout dictum est) abiurata heresi, & satisfactione exhibitā, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur: debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem: & infra. Illos quoque qui post abiurationem erroris, vel postquam se, vt diximus, proprii antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiurata hæresim recidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos.

Ex his verbis patet, quod idem prius vocatur hæresis, post error, & econuerso.

COMMEMT. XXVIII.

De sunt assertiones. Prima est: Error latius patet q̄ hæresis. Secunda: Error contractus ad materiam fidei, idem est cum hæresi.

Error & hæresis non semper sunt idē.

Ad hanc respondemus, quod licet error sit in plusquam hæresis, &c. Et ratio est, quoniam error est genus, sub quo omnes falsorum dogmatum species continentur, quibus cum defunt ille conditiones, que ad heresim constituendam exiguntur, errores sunt: at hereses non sunt. multę enim sunt falsę propositiones, que hæresis dici non debent, cum nullo modo fidem oppugnent. nam sicut non omnis veritas ad fidem pertinet, ita non omnis falsitas, aut error fidem oppugnat, ita vt hæresis sit: multis namq; falsis assertionibus assentire possumus cum errore, si ne peccato tamen; at hæresis sine grauisimo crimine nullus vnquam sciens assentire potest. ad quod extat insignis diui Augustini locus in Enchyridio ad Laurentium, c. 2. in hęc verba: In quibusdam autem rebus nihil interit ad capeiendum Dei regnum, vtrum credantur, an non: vel vtrum vera siue sint, siue putentur, an falsa: in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum: aut si est, minimum esse atque leuissimum. Postremo qualecunque illud, & quantumcūque sit, ad illam fidem non pertinet, qua imus ad Deum; que via vias est Christi: que per dilectionem operatur. neque enim ab hac via deuiabat in geminis filiis gratus ille parentibus error: aut ab hac

Gen. 27.

via deuiabat A postol. Petrus quādo se existimās visum uidere, aliud pro alio sic putabat, vt à corporum imaginibus, in quibus se esse arbitrabatur, vera in quibus erat corpora non dignosceret: nisi cum ab illo angelus, per quem fuerat libetatus, abscelsit. Aut ab hac via deuiabat Jacob Patriarcha quando viuentem filium à bestia credebatur occisum. In his, atque huiusmodi falsitatibus, salua fide, quæ in Deo nobis est, fallimur: & uia non relicta, que ad illum nos ducit, erramus. Qui errores etiam si peccata non sunt, tamen in malis huius vitę deputandi sunt, quæ ita subiecta est vanitati, vt approbentur hic falsa pro veris, respuantur vera pro falsis, teneantur incerta pro certis. Quamuis enim hæc ab ea fide absint, per quam ad veram, certamque atque æternam beatitudinem tendimus; ab ea tamen miseria non absunt, in qua adhuc sumus: nullo modo quippe falleremur in aliquo, vel animi vel corporis sensu, si iam vera illa atque perfecta felicitate fruieremur. hætenus Augustinus. Qui plane insignis locus lucem offert huic quæstioni, quo apertissime docemur, non omnem falsam assertionem, aut errorem heresim esse dicendum. Idem tradunt Repertorium Inquisitorum verbo, error. Alfonso Castrius lib. 1. c. 1. de iusta heret. punitione. Ioannes Rojas tracta. de heret. par. 1. nu. 466. et seq. Est autem errare aliud pro alio credere, vt constat ex præcitata sancti Augustini auctoritate, & refertur in c. in quibus. 2. q. 2.

Tamen error ad ea que sunt fidei contractus, &c. quia tunc definit esse genus & sumit naturam unius particularis speciei, & hoc casu error & hæresis sunt nomina penitus synonyma. & loca citata ab Emerico probant eleganter hanc sententiam. eum sequitur penitus Ioan. Rojas tract. de heret. par. 1. nu. 478. nec dissentit Cardinalis Turrecremata in sum. de Eccles. lib. 4. par. 2. cap. 1. & 11. & Albertinus tract. de agnos. assertio. quęst. 1. num. 1. & sequen.

Iam error quando omnino accipiat pro heresi, antecedentia & consequentia facile commostrarunt, vt in his locis ab auctore citatis: nam aliis error siue propositio erronea, & hæresis inter se plurimum differunt: propositionum enim in fide peccantium uarij sunt gradus, heretica de qua dictum est præsertim commentario superiori, erronea, sapiens heresim, piarum aurium offensiuā, temeraria, scandalosa, bonis moribus contraria, blasphemā, schismatica, seditiosa, iniuriosa, hereticis fauens, & si que sunt similes, quarum cognitio valde est Inquisitori necessaria, & a Theologis magna ex parte petēda, quorum est propositio quales & gradus diiudicare & expendere, de quibus singillatim hic mihi erat agendū: quia nusquam fortassis est in hoc libro locus commodior. ceterum breuitas me hęc omittere compellit: interim fontes vnde hæc cognitio petatur, indicabo. videto ergo Turrecrematam in sum. de Ecclesia, lib. 4. par. 2. cap. 11. Albertinum tract. de agnos. assertio. q. 6. Melchiorum Canum lib. 12. cap. 11. de locis Theologicis. Alfonso Castrius lib. 1. cap. 3. de iusta heret. punitione. Simancam de catho. instit. tit. 54. eundem in enchyridio violatę religionis, tit. 24. & alios.

Act. 15.

Gen. 37.

Gradus varij propositionū in fide peccatium.

Eorum

Earum fit mentio in concilio Constantiensi, sessio. 15. tit. de sententia contra Ioannem Husz, & in Bulla Martini quinti approbatoria condemnationis Ioannis Priclesii, & Ioannis Husz, que habetur in vltima sessione eius concilij, et in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctissime Inquisitionis, que in fine huius voluminis referuntur.

An autem error & heresis pro eodem penitus sumantur in formula abiurationis, qua vtitur sacrum tribunal sancte Romane & generalis Inquisitionis, declarari hoc loco poterat, nisi animaduertissem comodiorem occasione offerri infra parte 3. super quarto vel quinto modo processum fidei terminandi, vbi de ea dubitatione tractabitur.

QVAESTIO III.

De erroribus Philosophorum priscorum.

SUMMARIUM.

- 1. Errores plurium Philosophorum in genere.
2. Aristotelis errores in specie.
3. Errores Auerois.
4. Errores Auicennæ.
5. Errores Algazelis.
6. Errores Rabbi Moysis.



VARTA quaestio est: Hæreses, & errores antiquorum Philosophorum qui sunt? Ad hanc respondemus, quod antiqui Philosophi, vt Platonici, Stoici, Pythagorici, Epicurei in generali, & Aristoteles, & Peripatetici, Aueroes, Auicennæ, Algazel, Alchindus, & Rabbi Moyses in speciali multos errores, & hereses contra fidem sanctam nostram posuerunt: quod patet, profequendo vt sequitur.

- 1. Ili posuerunt, quod Deus est creator animarum, sed Angeli sunt creatores corporum.
2. Item, quod anima defunctorum post multorum annorum curricula circulariter in diuersa corpora reuertuntur.
3. Item, quod anima cuiuslibet hominis tãdiu est in corpore, quamdiu mansura est in corpore ex decreto naturæ.
4. Item posuerunt, quod omne peccatum est vniuersale, & æquale: vnde sic nocens est ille, qui paleas furatus fuerit, sicut qui aurum, vel argentum, & non plus neque minus: quia non res, sed animus crimen facit.
5. Item, quod anima simul cum corpore moritur, atque perit.
6. Item, continentiam negant esse virtutem, asserentes, quod castitas non est virtus.
7. Item, quod homines non sunt æterni etiam quo ad animam: asserunt tamen quod gloria æterna est ab hominibus affectanda.
8. Item posuerunt, eorum aliqui, vt Melissus, Cicero, atque Varro mentem esse Deum lucidum.

Vide Federicum de Senis cõsi. siue quæst. 152.

- 9. Item posuerunt, animum esse Deum comorantem in omnibus.
10. Item posuerunt, non totã animam esse eternam, sed vnã particulam esse eternam & maiorem, aliam vero temporalem.
11. Item posuerunt, quod mundus non regitur vlla diuina prouidentia.
12. Item, quod res qualibet ex atomis, corporibus minutissimis constituitur: & quando atomi diuiduntur, res corrumpitur: & quando vniuntur, generatur.
13. Item, voluptatem corporum asserunt summum bonum.
14. Item, Deum nihil agere asserunt.
15. Item, quod anima nihil aliud est, quàm corpus, & mortuo corpore, & anima moritur consequenter.

Istæ sunt hæreses, & errores Aristotelis.

Iste ponit motum non incepisse, neque tempus, sed quod fuerunt omnia ab æterno. Item, quod quoddam mobile fuit ab æterno: cum motus & tempus fuerint ab æterno, & non possint esse sine mobili: hæc patent ex viij. Physicorum.

- 3. Item, quod mundus non incepit, sed quod fuit ab æterno, & erit in æternum.
4. Item quod cælum non fuit genitum neque factum, sed ingenitum & æternum: hoc patet 1. celi & mundi.
5. Item quod generatio & corruptio non inceperunt esse, neque desinent esse. hoc patet ex 1. de Generatione.
6. Item, quod sol ab æterno plantas & animalia generauit, & in æternum etiam generabit.
7. Item, quod Deus non posset alium mundum facere, quia quicquid fit ex præiacente materia fit: iste autem mundus constat ex tota sua materia.
8. Item, quod nihil noui potest à Deo immediate procedere, quia nihil potest fieri sine dispositione præuia, & motu præcedente: Deus autem immobilis perseverat.
9. Item, quod resurrectio mortuorum est impossibilis: quia mortuum non potest redire viuũ, nec etiam per multa media: & si redit, non redit idem numero. hoc patet ex 1. de Anima, & viij. Metaphy.
10. Item, quod vbi modo est mare, aliquando fuit siccum, & e conuerso, propter motus temporis eternitatem. hoc patet ex 1. Meteororum.
11. Item, quod non fuit dare primum hominem neque primam pluuiam, & sic de aliis: vbi prius.
12. Item, quod tot sunt Angeli, & non plures, quot sunt orbes, quos dicit esse quinquaginta, vel quadraginta. Et tamen de Angelis dixit Daniel, quod Millia millium ministrabant ei.
13. Item, quod cælum est animatum anima intellectiua.

Nonnulli errores Aristotelis referuntur Melchior Cusanus lib. 10. cap. 5. de locis theologicis.

Erro-

Errores Auerois.

Istæ sunt hæreses & errores Auerois commẽtatoris Aristotelis.

- 1. Hic secutus est errores Aristotelis, & cum maiori pertinacia errores eius defensus: sed præter errores Aristotelis, negauit creationem rerũ, id est, quod ex nihilo aliquid fiat: & vituperat legem Christianorum, & sectam Sarracenorum in hoc, quod ponunt rerum creationem. & hoc patet ex xi. & xij. Metaph.
2. Item, vituperat nos christianos, asserens nos esse garrulatores, & sine ratione nos mouentes: hæc patent circa principium tertij Physicorum.
3. Itẽ negat, aliquid posse habere esse post omnino non esse, & vituperat christianos hoc credentes. hoc patet viij. Metaphy.
4. Item dicit, quod potentia in productione aliquid cuius rei non potest esse solum in agente.
5. Item ponit, quod à nullo agente possunt progredi contraria diuersa. hoc patet xij. Metaphysicæ.
6. Item ponit & asserit, quod Deo non est cura de indiuiduis, nec habet prouidentiam hic inferioris existentium: quia, vt dicit, hoc non est conueniens diuinæ bonitati. hæc patent xij. Metaphysicæ.
7. Item negat in diuinis personarum trinitatem: quia imaginatur, quod si Deus esse trinus & vnus, esset quoddam compositum, & vnũ vnitate congregationis. hæc patent xij. Metaphysicæ.
8. Item negauit, quod omnia, quæ hic aguntur in diuinam prouidentiam reducuntur. hæc patent ex xij. Metaphysicæ.
9. Item posuit, vnũ intellectum numero in omnibus hominibus. hoc patet ex 3. de Anima. Ex hoc enim inferri posset, quod anima Iudæ damnata, sit anima Petri saluata: quod est hereticum.
10. Item asserit, quod ex anima intellectiua & corpore nõ constituitur tertium, nisi sicut ex motore celi & cælo, quod mouetur.

Errores Auicennæ.

- 1. Hic negauit motum & tempus incepisse, sequens Aristotelem. hæc patent ex xij. Metaphysicæ.
2. Item ponit, quod in omni factione noua præsupponitur materia, negando creationem, vt Aristoteles.
3. Item asserit, quod à Deo inuariabili nullum variabile immediate potest progredi: immo appellat omnes hæreticos dicentes Deum præcedere creaturam prioritate durationis: quia sic asserentes, (vt dicit,) negant de Deo libertatem arbitrij: Quia si creaturam non produxit, tandiu, quãdiu ipse fuit, non habebat plenam libertatem suæ actionis: quia expectabat tempora, & horas, vt ageret.
4. Item ponit, quod cælum est quoddam animal obediens Deo: & quod motus celi, quem ponit æternum, ab eius anima causatur.
5. Item dicit, non solum produca à primo en-

- te processisse ab æterno, sed voluit etiam quod à primo non processit immediate nisi vnũ numero, vt intelligentia prima: vt patet ix. Metaphy.
6. Item asserit, animas cælestes produci ab intelligentiis, siue ab Angelis, & vnã intelligentiã produci ab alia.
7. Item asserit, corpora cælestia esse producta ab animabus corporum cælestium, sic quod ponit, quod intelligentiæ sunt creatores corporum cælestium, & superiorem intelligentiam fore dicunt creatorem inferioris.
8. Item ponit, animas nostras, esse productas ab vltima intelligentia, à qua etiam secundum eũ dependet gubernatio animarum nostrarum, & nostra beatitudo. hæc omnia patent ix. Metaphysicæ.
9. Item ponit, quod ex anima celi & cælo fiat vnũ, sicut ex anima & corpore nostro.
10. Item ponit, omnes formas esse à datore formarum, scilicet ab intelligentia infima. hoc patet ix. Metaphysicæ.
11. Item asserit, quod anima per imaginationem operatur in corpore alieno, sicut in proprio: ex quo ponit fascinationem esse veram. hæc patent suo vj. de naturalibus.
12. Item asserit, quod in intelligentiis nihil mali potuerit esse; quod est contra illud Iob, quod Deus in Angelis reperit prauitatem.
13. Item ponit, quod sanctitas, bonitas, & alia Dei perfectiones non dicunt in Deo aliquid positivæ, sed tantum per remotionem: quod est contra fidem: quæ habet, quod tales perfectiones verius & perfectius sunt in Deo, quàm in creaturis.
14. Item, quod Deus non cognoscit singularia in propria forma. hoc patet ex viij. Metaphysicæ.
15. Item ponit tot esse intelligentias seu Angelos quot orbes: & in hoc concordat cum Aristotele. Iste error apparet ex ix. suæ Metaphysicæ.
16. Item, quod propheta est naturalis, quia ab vltima intelligentia (vt dicit) deriuatur in animabus hominum propheta.
17. Item ponit, quod orationes, elemosynæ, litaniæ, & similia, comprehenduntur sub ordine naturæ: quod est falsum: quia cum ordinent nos ad beatitudinem supernaturalem, reducuntur, & sunt in ordine gratiæ supernaturalis.

Istæ sunt hæreses, & errores Algazelis Philosophi.

- 1. Hic posuit motum, & tempus, & mundũ ab æterno, & nunquam incepisse.
2. Item, quod corpora cælestia habent animam, & quod non habuerunt principium sui esse, sed fuerunt ab æterno.
3. Item, quod à primo principio non potest progredi immediate multitudo, sed tantum progreditur unum ab eo immediate, scilicet prima intelligentia, seu primus Angelus.
4. Item, quod à primo Angelo processit secundus Angelus, & à primo cælo secundum cælum: & sic deinceps donec perueniatur ad vltimũ Angelum, & vltimum cælum.

Ex Egidio Romano videtur hic locus ita legendus: quod à primo Angelo processit secundus Angelus, & à primo Angelo primus cælum & à secundo Angelo secundum cælum: & sic deinceps.

5. Item

5. Item, quod tantum sunt decem intelligentie siue Angeli.

6. Item, quod vltima intelligentia, siue Angelus preest omnibus inferioribus rebus.

7. Item, quod Deus nihil agit nisi dispositione prenia materie, nec agere potest, negans totaliter creationem.

8. Item, quod Deus non permittit mala fieri, vt eliciat bona: sed quod mala in mundo proueniunt ex necessitate materie.

9. Item, quod Deus ignorat particularia in propria forma, sed scit ea, quasi vniuersaliter.

10. Item, quod anima hominis procedit a donatore, sicut & alie forme: qui dator est vltima intelligentia, siue Angelus.

11. Item, quod tota nostra perfectio & scientia prouenit ab vltima intelligentia predicta, siue decima.

12. Item dicit, quod beatitudo nostra consistit in cognitione predicte vltimae intelligentie: qua cognitionem asserit esse naturalem, & haberi naturaliter.

13. Item, quod pena anime nostre separat eam a prima intelligentia.

14. Item, quod anima separata non patitur poenam sensus: sed damni: que est separatio ab vltima intelligentia.

15. Item, quod anima coniuncta corpori non dolet, nec sentit dolorem, nisi quia separatur ab vltima intelligentia propter occupationem, qua gerit circa corpus.

16. Item, quod prophetia in nobis est cognitio futurorum, que naturaliter inest nobis.

17. Item, quod anima nostra per imaginationem potest operari in corpore alieno.

18. Item, quod impressio anime transit in corpus aliud, ita quod potest ipsum destruere & interficere per excitationem suam, atque fascinationem.

Errores Alchindi.

1. Item ponit, ex conditione celestium corporum futura pendere in tantum vt dicat, si quis totam conditionem celestis harmonie haberet, plene cognosceret ta preterita, quam futura.

2. Item, quod omnia eueniunt de necessitate, asserens homines ignorantes, qui sperant, desiderant, & timent futura.

3. Item asserit, quod preces sue Deo sunt ad consequendum bonum, & fugiendum malum: & hoc naturaliter, non quod propter tales preces Deus bona nobis tribuat, sed ab ipsis verbis, & ab ipso desiderio dum precamur Deum, deriuantur quidam radij, qui naturaliter in nobis efficiunt quod optamus. Et ista potuit esse opinio Auicenne, qui orationes & litanias posuit sub ordine nature.

4. Item, quod motus voluntatis sunt corporibus celestibus.

5. Item, quod attributa diuina Deo competunt ab ipso, asserens incontinentem dici Deum creatorem primum principium, dominum dominorum: sic quod perfectiones in diuinis nihil dicunt positum,

† al. nature

† al. datore

† Exzimatio nem

† Apud Aegidiu ita quod preces sue Deo ex spiritualibus creaturis, prosunt ad consequendum, &c.

† Federicus de Senis cōsil. 152. & Alchindus tracta. de agno. asserit. q. 16.

sed tantum per remotionem.

6. Item, quod characteres habent actionem naturalem circa ea, ad que ordinantur.

7. Item ponit, quod sacrificia oblata Deo, seu spiritibus nihil profunt, vt per ea aliquid consequamur: sed naturaliter habent effectum; propter quem fiunt.

8. Item negat, quod Deus per preces & sacrificia placetur.

9. Item ponit, quod corpora caelestia, & dispositiones eorum, in quibus incipimus aliquid operari, dirigunt operationes nostras a principio vsque ad finem per tantum, & per totum: ita quod ista constellatio solum, in qua & sub qua opus incipitur, quamcumque opus sit voluntarium, dominatur a principio vsque ad finem.

10. Item asserit, aliqua sacrificia naturaliter tale habere potestatem, quod si secundum illa, aliquod opus incipiatur, tale sacrificium dominatur dicto operi a principio vsque ad finem.

11. Item ponit, quod coniurationes & obsecrationes naturaliter possunt dominari in affectibus nostris: ita quod si, secundum eum, aliquod opus etiam voluntarium inchoetur, dirigetur istud opus per predictos characteres a principio vsque ad finem.

C Hæreses & errores Rabbi Moyfis.

Iste, quamuis posuerit mundum incepisse in libro de expositione legis, reprobando Aristotelem:

1. Negauit tamen in diuinis esse Trinitatem, & quamcumque multitudinem re, vel ratione: & vituperans deridet Christianos, qui credunt in diuinis personarum trinitatem.

2. Item asseruit, attributa in diuinis, vt sapientiam, bonitatem, & similia non esse in Deo vere & realiter, sed tantum equiuoce, & vocaliter, allegans pro se illud Prophetæ dicentis: Cui me similem fecisti? Dicit nanque, quod cum dicitur, Deus sapiens, bonus, & similia, intelligitur per causalitatem: quia scilicet, Deus dicitur bonus, quia causat bonitatem, & sic de alijs.

3. Item asserit, verbum in diuinis, & spiritum Dei dici solum essentialiter, & non personaliter: vnde exponens illud psalmi: Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius, &c. Dicit, ibi verbum & spiritum sumi pro diuina voluntate, vel eius essentia, qua caeli facti sunt: cum tamen ista sumantur personaliter: & in hoc concordat cum illis hæreticis, qui vocantur Alogij, id est, hæretici sine verbo, ab a, quod est, sine: & logos, quod est sermo, vel verbum. hi Deum Verbum esse negant, & non credunt respuentes Euangelium Ioannis, in quo ostenditur Verbum sumi personaliter in diuinis.

4. Item ponit corpora caelestia esse animata, & animalia rationabilia, adducens pro se illud psalmi: Celi enarrant gloriam Dei: & illud Iob. Cui melaudarent astra matutina, &c.

5. Item asserit, quod licet mundus inceperit, nunquam tamen finietur, nec innouabitur.

6. Item

Isaia 40.

Psal. 32.

Psal. 18. Iob. 38.

† al. via disciplinabilita scientiarum.

Hæreses contra fidem a dogmatibus philosophorum procelle.

6. Item asserit, quod homo sufficienter potest se disponere ad gratiam prophetie: & quod Deus non eligit in prophetando quemlibet hominem singulariter; sed illum, qui se disponit ad talia per sua naturalia: vnde uisus est uelle, diuinam gratiam deponere ex operibus nostris.

7. Item dixit, Deo aliqua esse possibilia, & aliqua impossibilia: inter que impossibilia asserit, accidens esse, uel posse sine subiecto esse: & illos, qui dicunt hoc Deum posse, appellat ignorantem uiam disciplinæ, & scientiarum.

8. Item errauit, quia asserit Deum non habere prouidentiam aliquorum, quantum ad speciem; vel quantum ad singularia: vnde casum foliorum de arboribus, & alia que contingunt circa particularia, talia noluit subesse diuinæ prouidentie, sed extimauit omnia talia contingere per accidens.

9. Item ponit, quod licet uoluntas a Deo immutari possit, nunquam tamen de facto immutatur: quod est erroneum, quia tunc esset frustra admonitio Prophetarum.

10. Item asserit, hominem per seipsum absque Dei auxilio omnia peccata posse uitare, & omnes motiones Prophetarum perfecte adimplere.

11. Item ponit simplicem fornicationem nullo modo esse peccatum de iure naturali, sed solum dicit esse peccatum ex prohibitione legis: unde antequam datam dicit fuisse licitum fornicari: propter quod dicit, Iudam non peccasse cum Thamar, quia fuit ante tempus legis.

Hi dicuntur. Cynici ab immunditia, & impudicitia sic dicti: nam sicut canes coeunt in manifesto, sic isti dicunt fore licitum & honestum in patulo, in uis, & plateis cum uxoribus coire, & de facto faciunt: vnde a canibus, quorum morem imitantur, uocabulum traxerunt.

COMMENT. XXXIX.

Hæreses & errores antiquorum philosophorum qui sunt. Possent hic Emericus reprehensione dignus putari, eo quod in opere, quo de hæreticis & hæresibus differitur, gentiliū philosophorum errores commemorat, qui hæretici esse non possunt, cum nunquam fidem catholicam fuerint professi: sed plane immerito carperetur, & eius industria atque ingenium cum in alijs, tum in hac etiam re magno opere sunt commendanda, cum non modo consummatas hæreses, sed etiam principia, vnde hæreses nascerentur, commemorarit, vt uitarentur. Nouerat enim ex antiquorum philosophorum dogmatibus, uelut ex uerberrimis fontibus hæreticorum hæreses processisse, quod luculenter docet Tertullianus in libro de præscriptio. hæreticorum, cap. 7. in hæc uerba: Ipsæ hæreses a philosophia subornantur; inde ceones & formæ nascuntur, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus enim fuerat. Inde Martionis Deus melior de tranquillitate, a Stoicis uenerat. Et ut anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur, & ut carnis restitutio negetur, de una omnium philosophorum schola sumitur. Et ubi materia Deo equatur; Zenonis disciplina est. Et ubi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus in

teruenit. Eadem materia apud hæreticos & philosophos uoluntur: idem retractatus implicatur. hætenus Tertullianus. Quod ipsum susinus etiam profequitur eodem capite, quæ ob breuitate omittimus. Rursus: idem Tertullianus scribens aduersus Hermodem philosophos vocat Patriarchas hæreticorum idem repetit B. Hieronymus in libro contra Pelagianos ad Ctesiphonem: quod et nos uerum esse copiose ostendimus in singulis fere hæresibus in libro de penis hæreticorum, docet ite Alfonso Castus lib. 3. c. 8. de iusta hæret. punitione. & Conradus Brunus lib. 1. de hæreticis, c. 5. Hec ergo sapienter in uisus Emericus, optimo consilio falsa precipuorum philosophorum, & magis nota dogmata in hoc opere recitauit, ut ostenderet quantum gentiliū philosophorum incaute lecta doctrina nocere posset. Et propterea in concilio Lateranensi sub Leone decimo, sess. 8. in Bulla incip. Apostolice regiminis. relata inter litteras Apostolicas in fine huius operis, diuinitus cautum est, ut qui philosophiam profitentur in ueritatibus; philosophorum dogmata catholica fidei aduersa auditoribus diluant, & religionis Christiane ueritatem ostendere nitantur in hæc uerba: Insuper omnibus & singulis philosophis in uniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publice legentibus, districte præcipiendo mandamus, ut cum philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de anime immortalitate aut unitate, & mundi eternitate, ac alia huiusmodi: teneantur eisdem ueritatem religionis Christiane omni conatu manifestam facere; & persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta, eum omnia solubilia existant, pro uiribus excludere atque resolueret. hætenus ibi.

Rursus Emericus magnos & insignes viros habuit, quos imitaretur in recensendis in tali opere philosophorum erroribus. Quoniam & sanctus Epiphanius consutaturus omnium hæreticorum dogmata, quæ in Ecclesiam Dei inuestita fuerant, primum, antiquorum philosophorum errores recensuit. Beatus ite Antoninus in sum. par. 4. tit. xj. antequam in c. 7. referret hæreticorum hæreses, c. 5. & 6. antiquorum philosophorum, & aliorum infidelium errores commemorauit.

Illud est prætere a obseruandum, Emericum hos philosophorum errores non uideri hausisse ex proprijs fontibus, aut libris eorum auctorum, quibus tribuitur, sed uel ab alijs libris, uel ab illis, qui uia uoce eos sibi retulerunt, accepisse. Mibi autem ualde sit uerisimile, eum in tota hac questione secutum fuisse Aegidium Romanum, a quo dicitur esse conscriptus tractatus de præcipuis philosophorum erroribus, quæ nunc impressus circumfertur, nam quæ hic traduntur, cum illis maxime conueniunt.

b. Alchindus. in Barcinonensi, Alundus, in Bononiensi & codice Cardinalis de Cambara, Alundus, in Sabellano. Almulus, sed ex tractatu Aegidij Romani Alchindus, repositimus, atque ita legendum esse ita in priori editione per cõiecturam admonueramus. c. Multos errores & hæreses contra fidem sanctam nostram posuerunt. Sed non uidetur hoc uerum:

Proficientes philosophia soluant argumenta philosophorum fidei pugnata

Philosophorum errores, quo hæreses dici possint.

rum: nam philosophi, qui nunquam sunt catholicam professi fidem, hæreses aut errores hæreticales aduersus eam proferre non possunt, cum hæresis proprie ab homine baptizato proferatur, ut alibi scripsimus. Ceterum respondemus, Emericum non asserere rem, sed propositionum errorum seu falsarum, & fidei catholice aduersantium naturam intuitum, etiamsi à non Christianis sint prolatae, hæreses vocasse, quasi sentiat propositiones hæreticas dici non ab assertoribus, sed à natura rei, ut etiam voluerunt Turrecremata, & alij quos retuli supra par. 1. super quest. 7. s. controuersiam vero illam, quam sententiâ comprobatur definitio hæresis ab Alfonso Castro allata lib. 1. cap. 1. de iusta h. p. pun. videlicet: Hæresis est enantiatio, siue propositio falsa, si dei catholice ita repugnans, ut eam simul esse non possit. d. ¶ Item qd poena anime nostræ separata est se paratio à prima intelligentia. Hæc Periodus dicitur in tribus codicibus, Bohemijs, Sabellano, & Cardinalis de Gambara: eam habet solus Barcinonensis impressus, & ideo non sum ausus omittere: ceterum ita omnino legendum puto: est separatio ab vltima intelligentia. Quia anima ex Auerrois sententiâ, ut constat ex eius erroribus paulo antea ab auctore relatis, quem Algazel proculdubio sequitur Arabs Arabum, ab vltima intelligentia producit, & eam ea delectatur, à qua habet esse, vnde eum ab ea separatur, torquetur & affligitur. Et inuât hanc coniecturam Aegidius in præcitato tractatu de erroribus philosophorum, tit. De erroribus Algazelis, vbi cum in 13. errore dixisset errare Algazelem circa penam anime quia ponit talem penam consistere in eo solum, quod separatur ab intelligentia agente, in epilogo errorum eiusdem Algazelis ait illum censere, qd tota poena anime separata est in eo, quod sentit se separata ab vltimo Angelo, à quo dependet beatitudo sua.

Sed non multum refert hæc tam diligenter perscrutari.

¶ Hi dicuntur Cynici. Hoc nomen in omnibus codicibus erat deprauatum: nam Barcinonensis impressus habebat Canici Sabellanus Canicici, Directorium Cardinalis de Gambara Caninici. & Bohemensis omnium corruptissime, Canonici: nos ex sententiâ, quam tractat auctor Cynici reposuimus, ut sit sensus. Qui dicunt simplicem fornicationem iure naturali non esse vitiam Cynici dicuntur. fuerunt autem Cynici, ut scribit Laertius: philosophi quidam sectatores Antisthenis Crates & Diogenes ille Cynicus, ita dicti vel à Cynosarge gymnaſio, vel à canina mordacitate: vel ab eo quod canum more in propatulo coire non vererentur, de quibus Cicero lib. 1. de officijs, & Isidorus lib. 8. Etymolog. cap. 6. s. Cynici.

Q V A E S T I O V.

De erroribus ab ipso Christo damnatis.

S V M M A R I U M.

1. Pharisæorum errores primum recensentur.

Error Auerrois de productione anime.

Locus emendatus, & qui faciunt Cynici.

- A 2. Secundo Sadducæorum.
- 3. Tertio Herodianorum.



VINTA questio est: Que sunt hæreses, & errores per ipsum Christum personaliter condemnati?

Ad hæc respondemus, quod sunt tres in genere: scilicet, Pharisæorum, Sadducæorum, & Herodianorum.

1. Isti posuerunt, quod traditiones hominum & ordinationes erant decretis legis diuine, & mādatis præponendæ, & præ illis obseruandæ.

Item, qd melius & sanctius est temporalia sacerdotibus offerre, qd patrem & matrem egentes, & necessitatem patientes sustentare.

Item, qd lotiones, & munditiâ manuum, & corporum exteriori inducunt, necessario lotionem à peccatis, & munditiâ interiis. Hos errores condemnauit Christus, Matth. xv.

Item, quod dicitur erat uxorem dimittere etiam non fornicationis ratione, & libellum repudiij ei dare.

Item, qd exteriori immunditia corporis, necessario inducit immunditiâ mentis.

Item, qd licitum erat uxorem alterius sic dimissam, in uxorem suam accipere viro viuente.

Item, quod dicitur est, sicut amicos, diligere, sic inimicos odire. Hos errores condemnauit Christus, Marci x.

Condemnavit etiam error s Sadducæorum.

2. Hi resurrectionem mortuorum esse futurâ negabant. Hunc errorem Christus condemnauit, Ioan. v. & Matth. xxij.

Item, animas esse spiritus non concedebat, sed solum esse corporalia affirmabant.

Item, Prophetarum dicta spernebant, nec dictis sanctorum patrum si dem dabant.

Item, Herodianorum.

3. Hi posuerunt licitum esse uxorem alterius, etiam eo viuente, sibi accipere in uxorem: & Herodes ita fecit, qui uxorem fratris sui uiuentis sibi in matrimonium copulauit. Et quia Ioannes Baptista hunc errorem, arguendo Herodem, condemnauit, ipsum Herodes decapitauit.

Item posuerunt, Christum non esse verum Deum, nec beatam Mariam filium, sed realiter Ioannem Baptistam ab ipso Herode decapitatum: qui postmodum (ut asserunt) resurrexit, ut habetur Matth. xiiij.

Horum trium errores, scilicet, Pharisæorum, Sadducæorum, & Herodianorum Christus Marci viij. condemnauit, cum dixit: Cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum, & Herodif.

COM M E N T. X X X.

AD hæc respondemus, quod sunt tres in genere, scilicet Pharisæorum, Sadducæorum, & Herodianorum. Antiquo hoste instigante. doctrina Iudeorum in septem partes aliquando diuisa septem hæreses peperit; & qui eas fouebat teste sancto & iphanio lib. 1. contra hæreses, quæ sunt hæreses.

† al. prophetarum.

Mat. 14.

† afferentibus

Indgotu leste quot, & quæ sunt.

hæresi 4. 15. & sequent. hi fuerunt: Sadducæi, Scribæ, Pharisæi, Hemerobaptista, Nazaræi, Ossani, & Herodiani. Horum hæreses recenset etiam breuiter more suo Philastrius episcopus Brixienſis in catalogo hæresum in principio, & Isidorus lib. 8. Etymolog. cap. 4. & sanctus Antoninus in sum. par. 4. tit. 11. cap. 6. & alij. Emericus hoc loco tres tantum se has recensuit, scilicet Pharisæorum, Sadducæorum & Herodianorum: Ceterum cum dixit tres esse in genere, aperte indicauit plures fuisse sectas; omnes tamen ad has tres referri possunt, ut constat ex sancto Epiphano. Christus autem Dominus in Euangelio saepe acriter hos reprehendit, eorumque doctrinam & mores reprobauit, & ideo vere ait auctor hinc istorum errores personaliter fuisse à Iesu Christo condemnatos.

Singulorum vero errores, mores, & studia propterea hic referre omitto, quoniam satis esse existimo indicasse lectori auctores, vnde ista petere possit. præsertim autem sanctum Epiphanium, qui ceteris est in hac re copiosior.

Questio VI. de Hæresibus damnatis relatis in Decreto.

- | | |
|------------------------------------|---|
| A | F |
| 66 Acepballi. | 50 Floriani. |
| 14 Adamiani. | G |
| 38 Aetiani. | 6 Gnostici. |
| 39 Aetiani, siue Eunomiani. | H |
| 68 Agnoita. | 57 Heluidiani. |
| 26 Alogij. | 30 Hermogeniani. |
| 18 Angelici. | 33 Hierarchia. |
| 46 Antidicomarita. | 80 Hæreses varieg sine nomine auctorum. |
| 32 Antropomorphita. | I |
| 19 Apostolici. | 56 Iouinianista. |
| 12 Apellita. | L |
| 45 Apollinarista. | 55 Luciferiani. |
| 23 Aquarj. | M |
| 59 Arabici. | 44 Macedoniani. |
| 13 Archontiaci. | 31 Manichei. |
| 43 Ariani. | 21 Marcionista. |
| 22 Artotyritæ. | 17 Melchisedechiani. |
| B | 3 Menandrini. |
| 4 Basilidiani. | 47 Metangismonitæ. |
| 52 Bonosiani. | 35 Montani. |
| C | N |
| 15 Cainani. | 9 Nazaræi. |
| 7 Carpocratiani. | 64 Nestoriani. |
| 27 Cataphryges. | 5 Nicolaitæ. |
| 28 Cathari. | 41 Noetiani, siue Patristiani. |
| 20 Cerdoniani. | 34 Nouatiani. |
| 8 Cerinthiani, vel Millenarij. | 62 Nyctages. |
| 53 Circumcelliones, seu Scotopitæ. | O |
| 49 Colluthiani. | 10 Ophytæ. |
| D | 40 Origeniani. |
| 51 Donatistæ. | P |
| E | 58 Paterniani. |
| 36 Ebionitæ. | 48 Patritiani. |
| 65 Eutybiani. | 29 Pauliani. |
| | 63 Pelagiani. |

- A 37 Photiniani.
- 54 Priscillianistæ.
- S
- 42 Sabelliani.
- 16 Sethiani.
- 24 Seueriani.
- 2 Simoniani.
- T

- 25 Tatiani, siue Encratitæ.
- 60 Tertullianistæ.
- 61 Tessarescedeatitæ.
- 67 Theodosiani, siue Galianita.
- 69 Tribuitæ.
- V
- 11 Valentiniani.



EXTA questio est: Hæreses et errores per Christi Vicarij, et ecclesiâ condemnati, de quibus agitur in Decretis qui sunt? Ad hæc dicimus, qd hæreses & errores quamplures condemnantur, colliguntur, & ponunt expresse 24. q. 3. c. Quidâ, vbi dicitur sic: ¶ Sæpt̄ uero hereticorum quot sunt, & unde nomina acceperint, Isidorus 8. lib. etymologiarum. ca. 5. determinat, dicens:

1. Quidam autem heretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt.
2. Simoniani dicti à Simonè magice artis perito: cui Petrus in actibus Apostolorum, maledixit pro eo, qd ab Apostolis Spiritus sancti gratiâ pecunia emere voluisset. hi dicuntur, creaturam non à Deo, sed à virtute quadam superna creatam.
3. Menandrini, à Menandro mago discipulo Simonis nuncupati: qui mundum non à Deo, sed ab angelis factum asseruit.
4. Basilidiani, à Baslide appellati, qui inter reliquas blasphemias, Iesum passum abnegauit.
5. Nicolaita: dicti à Nicolao Diacono ecclesiæ Hierosolymorû, qui cum Stephano, & ceteris constitutus est à Petro: qui pp pulchritudinè relinquens uxore, dixerat, ut qui vellet, ea vteretur, versa est in stuprum talis consuetudo, ut iniuicem coniugia commutarentur: quos Ioannes in Apocalypsi improbat, dicens: Sed hoc habes, qd odisti facta Nicolaitarum.
6. Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Animam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.
7. Carpocratiani, à Carpocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, & de vtroque sexu progenitum.
8. Cerinthiani, à Cerintho quodam nuncupati. hi inter cetera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant. vnde & Græce χριστιανισμ̄, latine millenarii sunt appellati.
9. Nazaræi dicti, qui dum Christum (qui à vico Nazareus est appellatus) filium Dei conſiteantur. omnia tamen veteris legis custodiunt.
10. Ophytæ, à colubro nominati sunt. coluber enim græce ὄφις dicitur: colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradysum induxisse virtutis cognitionem.
11. Valentiniani, à Valentino quodam Platónico sectatore vocati, qui ἀσωτας, idest sæcula quædam

Iuxta emendationem fam Romæ Decreti nuper editi.

Acto. 8.

Acto. 6.

Apo. 2.

quædam in originem Dei creatoris induxit: Christum quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit.

12. Apellatæ, quorum auctor Apelles fuit, qui creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis, & Israel illi igneum affirmans, dixit, & Christum non in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse.

13. Archontiaci, à principibus appellantur; qui vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse archangelorum defendunt.

14. Adamiani vocati, quod Adæ imitentur nuditatem: vnde & nudi orant, & nudi inter se mares femingque conueniunt.

15. Cainani inde sic appellati, quoniam Cain adorant.

16. Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus est Seth, dicentes, eundem esse Christum.

17. Melchisedechiani vocati, pro eo quod Melchisedech sacerdotem Dei non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

18. Angelici vocati, quia Angelos colunt.

19. Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpsērunt, quod nihil possident proprium, nequam recipiant eos, qui in aliquo in hoc mundo vtuntur.

20. Cerdoniani, à Cerdone quodam nominati, qui duo contraria principia asseruit.

21. Marcionistæ, à Marcione Stoico Philosopho appellati, qui cerdonis dogma secutus; alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit: tanquam duo principia creationis, & bonitatis.

22. Artotyrite, ab oblatione vocati; panem enim & caseum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terre, & à fructibus ouium fuisse celebratam.

23. Aquarij appellati, eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti.

24. Seueriani, à Seuero exorti, vinum non bibunt: vetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

25. Tatiani, à Tatiano quodam vocati, qui & Encratitæ dicti: quia carnes abominantur.

26. Alogij vocantur tanquam sine verbo, *λογος* enim græce, verbum dicitur. Deum enim verbum non credunt, respicientes Iohannis Euangelium, & Apocalypsim.

27. Cataphrygis nomen prouincia Phrygia dedit: quia ibi exiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum Spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditi asserunt.

28. Cathari propter munditiam ita se nominauerunt: gloriantes enim de suis meritis, negant penitentibus veniam peccatorum. Viduas si nupserint, tanquam adulteras, damnant. Mundiores se ceteris predicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius, quam mundos vocarent.

29. Pauliani, à Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumpsisse initium.

† al. aliquid

A 30. Hermogeniani, ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis seruientes. Gal. 4.

31. Manichei, à quodam Persa extiterunt, qui vocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, id est bonam, & malam: & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit. testamentum vetus respuit, nouum ex parte recipit.

32. Antropomorphitæ dicti pro eo, quod simplicitate rustica Deum habere humana membra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur. *ἀνθρωπος* enim Græce, latine homo interpretatur, ignorantes vocem Domini, qui ait: Spiritus est Deus. incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

33. Hierachitæ, ab Hieracha auctore exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia respiciunt, regna cælorum paruulos habere non credunt.

34. Nouatiani, à Nouatiano Romę vrbis presbytero exorti, qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizans baptizatos.

C 35. Montani, hæretici dicti: quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, qua occasione se à catholice Ecclesie corpore diuiserunt.

36. Ebionitæ, ab Ebione dicti, siue à paupertate. Christum enim per profectum solum, virum iustum putant effectum. Vnde competenter Hebionitæ pro paupertate intelligente appellati sunt. hi enim semirudæi sunt, & ita tenent euangelium, vt legem carnaliter seruent: aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur. Galat. 5.

37. Photiniani, à Photino Gallogræcię Syrmij episcopo nuncupati, qui Hebionitarum hæresim suscitans; asseruit Christum à maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

38. Aeriani, ab Aerio quodam nuncupati sunt. hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

39. Aetiani, ab Aetio sunt vocati: iidemque Eunominiani ab Eunomię quodam Dialectico Aetii discipulo: ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, & filio Spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

40. Origeniani, ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quod non possit videre filius patrem, nec Spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diuersitate peccatorum, de cælis vsque ad terras diuersa corpora quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum.

41. Noetiani, à quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & patrem, & spiritum sanctum, ipsamque trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Vnde & Patripasiani vocantur, quia patrem passum dicunt.

42. Sabelliani, ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibet fuisse Sabellium, ex cuius nomine

nomine maxime innotuerunt: vnde & Sabelliani vocati sunt. hi vnam personam patris, & filii, & Spiritus sancti astruunt.

43. Ariani, ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt, qui coæternum patri filium non agnoscens, diuersas in trinitate substantias asseruit, contra illud, quod ait Dominus: Ego, & pater vnum sumus.

44. Macedoniani, à Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse spiritum sanctum.

45. Apollinaristæ, ab Appollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

46. Antidicomaritæ appellati sunt, pro eo quod Maria virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commisitã.

47. Metangismonitæ ideo tale nomen acceperunt, quia *ἀγγος* Græce vas dicitur. asserunt enim sic esse in patre filium tanquam vas minus intra vas maius.

48. Patrîtiani, à quodam Patrício nuncupati sunt qui substantiam humanę carnis à Diabolo conditam dicunt.

49. Colluthiani, à quodam Collutho nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: Ego Dominus creans mala.

Esa. 45. † al. Floriniani à Florino Gen. 1.

50. Floriani, à Floriano, qui e contrario dicunt Deum creasse mala, contra hoc, quod scriptum est: Fecit Deus omnia bona.

51. Donatistæ, à Donato quodam Afro nuncupati, qui de Numidia veniens, totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, & minorem filio Spiritum sanctum, & rebaptizans catholicos.

† al. Bonosianici

52. Bonosiani, à Bonoso quodam episcopo exorti produntur: qui Christum Dei filium adoptionis, non proprium asserunt.

† al. Cotopistas

53. Circumcelliones dicuntur, eo quod agrestes sint, quos Scototopicos vocant, supradictæ hæresis habentes doctrinam. Hi amore Martyrii semetipsos perimunt, vt violenter de hac vita discedentes, Martyres nominentur.

54. Priscillianistæ, à Prisciliano vocati: qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manicheorum permixtum dogma composuit.

55. Luciferiani, à Lucifero Sardinie Episcopo orti, qui Episcopos catholicos, qui Constantii persecutione perfidia Arianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant (quos Ecclesia catholica materno recepit sinu, tanquam Petrum post sctum negationis) hanc illi matris charitatem superbe accipientes, eosque recipere nolentes, ab Ecclesie communionem recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

56. Iouinianistæ, à Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes, nullam nuptiarum, & virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

57. Heluidiani, ab Heluidio nominati, qui dicunt

A post Christum natum, alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

58. Paterniani, à Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes à Diabolo factas opinantur.

59. Arabici nuncupati, eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo vtrunque resurgere.

60. Terullianistæ, dicti à Tertulliano presbytero Africanę prouincie ciuitatis Carthagenensis: animam immortalem esse, sed corpoream post prædicationes, & animas peccatorum hominum post mortem in Dæmones verti putantes.

B 61. Tessaresdecimatæ, dicti quod decima quarta luna Pascha cum Iudæis obseruandum contendunt. Nam *τρεσκαπτε* quatuor, *δεκα* decem significat.

62. Nyctages, à somno nuncupati, quod vigiliis noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

63. Pelagiani, à Pelagio monacho exorti. hi liberum arbitrium diuinę gratiæ anteponunt: dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa diuina.

64. Nestoriani, à Nestorio Constantinopolitano Episcopo nuncupati: qui Beatam Mariam Virginem, non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, vt aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec vnum Christum in verbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque seiuictim alterum filium Dei, alterum hominis prædicauit.

65. eutychiani, dicti ab eutyche Constantinopolitano Abbate, qui Christum post humanam assumptionem negauit existere in duabus naturis, sed solam in eo diuinam asseruit esse naturam.

66. acephali dicti, id est, sine capite. nullus enim eorum reperitur auctor, à quo exorti sint. hi triam Chalcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona naturam prædicant.

67. Theodosiani & Gaianitæ appellati à Theodosio, et Gaiano, qui temporibus Iustiniani Principis, in alexandria populi peruersi electione vna die ordinati sunt episcopi. Hi errores eutychetis, & Dioscori sequentes, Chalcedonense concilium respiciunt: ex duabus vnam in Christo naturam asserunt: Quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt.

E 68. Agnoitæ, & Tritheitæ à Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti: quia ad peruersitatem, à qua exorti sunt, id adijciunt, quod Christi diuinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die, & hora nouissima: non recordantes Christi personam in isaia loquentis: Dies iudicii in corde meo. Esa. 30.

69. Tritheitæ vero vocati, quod sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres asserunt Deos esse: contra illud, quod scriptum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Deut. 6.

† Vide Federicum de Senis cõsil. siue quæst. 152.

† aliàs, Nistias gcs

† Turrecre. de Eccle. lib. 4. par. 3. c. 28.

70. Sunt & aliae haereses sine auctore, & sine nominibus, ex quibus alij putant triformem esse Deum. Alij Christi diuinitatem passibilem dicunt. Alij Christi de Patre natiuitati initium temporis dant. Alij liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt. Alia etiam imaginem Dei negant. Alij animas conuerti in demones, & in quaecunq; animalia existimant. Alia de mundi statu dissentiunt. Alia innumera-biles mundos opinantur. Alia aqua Deo coaeterna faciunt. Alia nudis pedibus ambulant. Alij cum hominibus non manducant. Hae sunt haereses aduersus catholicam fidem exortae & ab Apostolis, & a sanctis Patribus, vel concilijs praedamnatae: quae dum in se multis erroribus diuise inuicem sibi dissentiant, communi tamen nomine aduersus Ecclesiam Dei conspirant. Sed & quicumq; aliter scripturam sanctam intelligit, q̄ sensus Spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamē hereticus appellari potest.

† Cōcor.tex. in c. ex cōica mus 1. & 2. de hereti.

† Refertur in cap. Ego Berengarius de cōf. dist. 2.

EGO † Berengarius indignus sancti Mauricii Andegauensis Ecclesiae Diaconus, cognoscens veram, catholicam, & Apostolicam fidem, anathematizo omnem haeresim, praecipue eam, de qua haec tenus infamatus sum; quae astruere conatur panem & vinum, quae in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini Nostri Iesu Christi esse; nec posse sensualiter, nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctae Romanae & Apostolicae sedis, & ore, & corde profiteor de sacramentis Dominicae mensae eandem fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & haec sancta Synodus auctoritate Euangelica & Apostolica tenendam tradidit, mihi-que firmavit; scilicet panem, & vinum, quae in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse; & sensualiter non solum sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri; iurans per sanctam, & homouisionem Trinitatem, & per haec sacrosancta Christi Euangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus, & sectatoribus suis aeterno anathemate dignos esse pronuncio. Quod si ego ipse aliquando contra haec aliquid sentire, aut praedicare presumpsero; subiacentem canonum seueritati. Lecto, & perlecto sponte subscripsi.

† formauit

† al. in facia in c. 20.

A Haec confessionem fidei de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi a Berengario Romano coram centum tredecim Episcopis factam, misit Papa Nicolaus per vrbes Italiae, Germaniae, Galliae, & ad quaecunq; loca fama prauitatis eius peruenire ante potuit: ut Ecclesiae, quae prius doluerant de auerso atque peruerso; postea gauderet de reuerso, atque conuerso.

COMMENT. XXXI.

Nulla est tractatio, quam magis scire spectet ad Inquisitores, quam haec: & de notitia heresum, & de auctoribus earum, monui iam alibi nulli artificem posse plene & perfecte suo muneri satisfacere, nisi cognoscat artis suae praecipua, intelligatque contraria, quibus illa corrumpuntur & labantur. neque Inquisitores, quorum est fidem defendere & fortiter tueri, solum catholicas veritates scire debent, ut docuit Eymericus parte prima, sed etiam haeretica dogmata, quibus illa violantur: quod tota hac sepe secunda parte ostendit. in omnibus autem ferme quaestionibus nulla est hac utilior, aut cognitione dignior, cum hic numerentur omnium haeticorum principes primi cum suis summam erroribus, a quibus vniuersi haetici, qui labentibus saeculis secuti sunt, uelut ab foetidis lacubus paucis additis, aut mutatis aut inuersis suas haereses protraxerunt. Sunt autem in hoc capite multa difficulta, multa a vulgatis codicibus diuersa, multa et scitu digna, quae a nobis in gratiam iudicium uolunt religionis esse declaranda, nisi breuitas nostra nos tacere compelleret: ideo pauca quaedam adnotabimus. Secuti vero sumus in hac quaestione imprimenda, emendationem Decreti Gratianici nuper Romae editi.

Hos autem errores cum suis auctoribus eodem ordine quo hic Eymericus retulerunt sanctus Antoninus in sum. par. 4. tit. xi. cap. 7. Reperitur Inquisitorum verbo, haeresis. §. diuersitatem haesum, & Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 34. quorum multos cum alijs ab his diuersis commemorat etiam Tabienensis in sum. verbo, haeticus. §. 27. nu. 28. & seq.

Qui vero & quales fuerint hi haetici, quo tempore uixerint, qualia eorum dogmata, & ubi condempnata, ne actum agere videar, tradere omitto: id tamen docent plenissime Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 23. usque ad 33. Alfonso Castrus in libris aduersus haereses, & copiose Gabriel Pratecolus in libris de vitis, sectis, & dogmatibus haeticorum: & alij tum ex antiquis tum ex recentioribus, quorum volumina obuia cuique extant.

A Simoniani. In vulgatis Simoniaci. & male, sed Simoniani repositum est ex antiquorum patrum sententia: nam Tertullianus in lib. de praescriptio. haeticorum, c. 33. Augustinus tomo 6. in catalogo haeticorum in principio, Theodoritus lib. 1. haeticarum fabularum, c. 2. in fine. Egesippus, ut refert Eusebius lib. 4. histor. c. 21. & Epiphanius haesi 21. Simonis sectatores non Simoniacos, sed Simonianos appellant.

B Hi dicunt creaturam non a Deo, sed a uirtute

Inquisitorum dogmata haeticorum not se oportet.

tute quadam superna creatam. Quid sibi uellet Simon haeticus, nemo melius expressit, quam Theodoritus. Is enim hunc locum explicat, dum ait: Simon eiusmodi fabulam peperit, infinitam quandam posuit potentiam, quam uiriferorum radicem appellauit, eamque ignem esse dicebat, qui duplicem habebat operationem, hanc, quae cernebatur: Illam uero quae latebat. Mundum autem genitum esse ex operatione ignis quae cernebatur. haec ille. Ut optime adnotauit Iosephus Steuanus in commentarijs huius capituli.

C Nazaraei dicti, &c. Ut nominis huius ambiguitas euitetur, libet hic ex Epiphano, & alijs breuiter pauca quadam adnotare. hos ergo Nazaraeos Theodoritus lib. 2. haeticarum fabularum, Nazoreos, nominat, & etiam Epiphanius haesi 29. eodem nomine donauit, dum refert alios fuisse Nazireos, alios Nazaraeos, & alios Nazoreos: illi sanctificati dicebantur, cum dignitatem primigenitorem reuerent: Nazaraei autem appellabantur Iudei sectarij ante Christum exorti mille erroribus implicati, ut Philastrius refert: Nazaraei uero ab initio nascens Ecclesiae, appellati sunt omnes Christi fideles, tractu tamen temporis illis haeticis remansit hoc nomen, qui una cum Euangelio legem seruabant. haec est Epiphanius sententia.

D Cainiani. Irengus lib. 1. c. 35. & Theodoritus lib. 1. Cainos uocat, ab Augustino Cainiani appellantur in lib. de haesibus cap. 18. eodem nomine eos donat Tertullianus lib. de praescriptio. haeticorum, c. 33. Sunt, inquit, & nunc alij Nicolaitae, Caiana haeresis dicitur. Ita animaduertit Michael Thomas suus Reuerendissimus quondam Episcopus Ilerdensis, qui diu multa cum laude Gratianica emendationi praesuit Romae.

E Hermogeniani, ab Hermogene quodam uocati, qui materiam non natam introducens. Hic locus in vulgatis codicibus deprauatus erat, opera tamen Reuerendissimi Michaelis Thomasi Episcopi Ilerdensis restitutus est, ex Tertulliano in libro de praescriptio. haeticorum, c. 33. ubi agens de Hermogene ita scribit: Idem Apollolus cum improbat elementis seruientes, aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non natam introducens Deo non nato eam comparat, & ita matrem elementorum Deam faciens, potest ei seruire, quam Deo comparat. haec tenus Tertullianus.

F Antropomorphytae. In codicibus Isidori vulgatis & aliquot manuscriptis haec antecedunt: Anomiani, Latine sine lege dicuntur. Quae tamen absunt a codice Isidori peruetusto & valde emendato Monasterij B. Augustini in Carbonaria Neapolit.

G Hierarchitae, prius legebatur, Heraclitae, & aliter Hierarchitae: sed locus est emendatus & mutatus ex B. August. in lib. de haesibus, c. 47. horum auctor Hierarcha quadam constituitur, ut praecitato loco August. refert, cuius meminit etiam S. Hilarius lib. 4. c. 6. de trinit. a Beato Epiphano aduersus haereses, haesi. 67. Hierarchitae uocantur, et eorum auctor Hierax, quo loco eiusdem errores refert & confutat.

H Montani. Suspicio locum hunc accipiendum esse de Montensibus haeticis, de quibus agit Beatus

Augustinus in libro aduersus haereses, c. 69. differtens de Donatianis seu Donatistis, non autem de Montano, cuius in eodem libro meminit August. cap. 26. agens de Cataphrygibus.

I Metangifmonitae. Antea legebatur ita: Metangi nominati. emendatus est locus ex Isidoro lib. 8. Etymolog. c. 5. & B. August. in lib. de haesibus, c. 58. Horum etiam haeticorum meminit Philastrius in catalogo haeticorum.

K Luciferiani, &c. Constantii persecutio. Hic codices sunt varij: nam quidam Constantii, habent: alij Instantii. sed iudicio eruditorum Constantij, repositimus. iam uerbum illud, in catholicam, Demochares in cathedram, commutauit, quae lectio non est forte contemnenda, cum ex Episcopi cuiusdam electione, ut sacri historici retulerunt, totum hoc dissidium fuerit exortum.

L Theodosiani. Horum meminit liberatus in Breuiario, Nicephorus lib. 18. histor. eccles. ca. 45. 49. & 50. Georgius Cedrenus anno xiiij. Iustiniani Imperatoris. Sanctus Augustinus in libro de haesibus, cap. 33. memorat Theodotianos a Theodotione. Is idem uidetur qui Theodotus, de quo Epiphanius aduersus haereses, haesi. 54. ait ita: Et qui ab ipso descenderunt Theodotiani: idem Philastrius & Damascenus scripserunt.

M Agnoitae & Tritheitae. Haec etiam nomina emendata sunt ex re ipsa, & varijs antiquis scriptoribus: ab ignorantia enim non Gnoitae, sed Agnoitae, nominandi erant. de his Agnoitis frequens est mentio in epistolis sancti Gregorij 35. & 42. lib. 8. Eulogio Alexandrino missis, qui contra hos Agnoitas scripserat, et de ipsis ac Tritheitis meminit Nicephorus lib. 18. c. 45. 49. & 50. & utrosque a Theodosianis professos esse scribit.

N Alia liberationem omnium apud inferos factam Christi descensione non credunt. Hic locus in vulgatis Isidori & Gratiani exemplaribus appositae negatione, non credunt, legitur: eum tamen absque negatione legendum censebat Petrus Iaconus, motus Beati Augustini auctoritate in libro de haesibus, cap. 79. ubi ita scribit: Alia, descendente ad inferos Christo credidisse incredulos, & omnes inde existimat liberatos. Ita quoque Philastrius refert, cui etiam lectioni ad stipulantur duo potissimum Isidori manuscripta exemplaria, in quibus absque negatione hunc locum legi nobis asseruit idem Iaconus. vulgatam tamen lectionem retinuimus auctoritate Decreti nuper Romae editi.

O Alij de mundi statu dissentiunt. Quidam libentius legunt, sentiunt, ex Philastrio, qui refert haeresim, quae dicit, mundum non mutari, sed in eodem statu semper manere, etiam post Domini nostri de caelis praesentiam: sed nos eiusdem Decreti auctoritate, dissentiunt, dicimus.

P Ego Berengarius indignus, &c. Solus Codex Cardinalis de Gambaro hanc Berengarij abiurationem non habet, ceteri habent: at quo consilio fuerit ab Eymericis appositae, dubium non est: nam cum in hac quaestione instituerit commemorare haereses et errores, de quibus agitur in Decretis, & inter eas ille etiam referantur, quas Berengarius profitebatur, id id caput in quo de hoc differitur, apposuit.

Locus infensus in vulgatis Isidori & Gratiani exemplaribus appositae negatione, non credunt, legitur.

berengarius & eius in fide incōstantia.

Libet autem hic pauca quedam de hoc Berengario dicere, ut hac eius abiuratio facilius percipiatur. Emerfit hic Berengarius circa tempora Leonis Papæ noni, ad annos Domini MCLIX. multasque hereses de venerabili Eucharistię sacramento promulgauit, & propterea à Leone nono Pontifice Maximo in concilio Vercellis coactō, cum omnibus suis affectis, nisi ad bonam mentem rediret, perpetuo anathemate percussus est, eiusque error omnium consensu Patrum fuit damnatus. Verum cum defuncto Leone Berengarius in suo errore pertinaciter permaneret, synodus collecta est apud Turones sub Victore secundo, in qua hereseos est conuictus. De niche cum neque sic respiceret, sed multos passim in suum traheret errorem, Nicolaus secundus anno Domini MCLIX. Romæ CXIII. Episcoporum concilium congregauit, ibique hanc abiurationem, quam ex Gratiano hic commemorat Emericus, publice fecit: quam Nicolaus per vniuersas Italij & Germanię vrbes misit, ut que Ecclesię doluerant de peccatore, de conuerso gauderent. ceterum non multo tempore in recta fide permansit Berengarius: nam aliam errorem est professus, videlicet, in Eucharistia adesse quidem verum corpus & sanguinem Christi, sed simul etiam panis & vini substantiam ibidē remanere: itaque ad hunc errorem penitus euellendum Gregorius septimus anno Domini MLXXXIX. synodum Romę celebrat, ad quam accessit venit Berengarius, suumque in ea agnouit errorem, quem publice abiurauit, noua condita abiurationis formula illi à synodo prescripta in hæc verba: Ego Berengarius corde credo & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari, per mysterium sacre orationis, & verba nostri Redemptoris substantialiter conuerti in veram & propriam ac uinitheaticam carnem & sanguinem Iesu Christi Domini nostri, & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine, & quod pro salutemundi oblatum in cruce pependit, & quod fedet ad dexteram Patris: & verum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantum per signum & virtutem sacramenti, sed in proprietate naturæ & veritate substantiæ, sicut in hoc Breui continetur: & ego legi, & vos intelligitis: nec contra hanc fidem ulterius docebo. sic me Deus adiuuet, & hæc sacra Euangelia. Huius postremæ abiurationis meminit Blondus lib. 3. decadis 2. & Sabellicus lib. 3. nonę Annædis. & Berengarius quidem in hac postrema abiuratione perseverans penitentiam egit, ut ait Ioannes Gerson sermone 1. de cæna Domini, quem grauitè de communi sceleribus dolentem (& in primis quia reducere in viam veritatis nō potuit, quos erroribus suis imbuerat) in lecto decumbentem in ipso die Epiphaniæ, iam iam moribundum hæc verba protulisse testatur: Hodie apparebit mihi Dominus meus Iesus Christus: vel ad gloriam sicut spero, propter penitentiam meam: vel ad damnationem sicut formido, propter aliorum corruptionem, quos ad viam veritatis reducere non potui.

Non tamen desunt qui dicant, nunquam conuersum Berengarium, quorum opinionem satis probare videtur hæresiarum consuetudo, quos raro

berengarii moribundi uecha.

A conuerti legimus, cum vt plurimum in erroris concepti pertinacia perseverantes impenitentes moriantur, licet quandoque ob aliquas causas aliud exterius fingant.

QVAESTIO VII.

De hæresibus damnatis in Decretalibus.

SVMMA RI VM.

1. Articuli catholici cum hæresibus illis contrarijs contenti in c. Firmiter. de sum. Trinit.
2. Error abbatis Ioachim condemnatus.
3. Hæreses impij Almarici.
4. Christus secundum quod homo est aliquid.
5. De processione Spiritus sancti quid credendum.
6. Hæreses duæ de processione Spiritus sancti damnatę.
7. Hæreses damnatę in Clementinis.



EPTIMA questio est: Hæreses & errores per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in Decretalibus, qui sunt? Ad hanc respondemus, quod quedam apparent condemnata ex volumine Decretalium maiori; quedam ex Sexto Decretalium: quedam ex Clementinis.

Errores damnati in Decretalibus.

In volumine maiori damnantur istę hæreses, & errores.

1. In primis in tit. de sum. tri. c. † Firmiter. & c. † Relata est supra in parte 1. pag. 3.
2. In speciali autem in c. Damnamus, allegato. §. si quis, condemnatur iste articulus vt hereticalis: quem Abbas Ioachim assererat, scilicet, quod Pater & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnum, nō vnitatem essentię & naturæ, sed collectiua vnitatem; sicut cum dicimus, quod multi homines sunt vnus populus.

Almarici hæreses.

3. Condemnatur etiam, eodem tit. & c. s. reprobamus, doctrina impij Almarici vt heretica & infana: quæ autem illa fuerit, cap. nō expressit: Vincentius tamen in speculo historiali, xxx. lib. c. vij. ponit ipsum Almaricum in suis prauis dogmatibus tenuisse hæreses, & errores infra scriptos. Prima hæresis eius fuit, quod quilibet tenetur credere, se esse membrum Christi, & hoc esse vnum de fidei articulis, sine quo homo non potest saluari.

Secunda

Secunda hæresis fuit, quod Patris potentia durauit quandiu viguit lex Moysaica, scilicet, vsque ad Christum: & tunc habuerunt finem omnia veteris testamenti sacramenta: & viguit lex Christi noua vsque ad tempus Almarici: & ex tunc habuerunt finem, ac fuerunt euacuata Baptismus, Penitentia, & omnia alia nouæ legis sacramenta, sine quibus tamen & secundum veritatem non est salus.

Tertia hæresis fuit, quod à tempore ipsius Almarici euacuatis omnibus nouæ legis sacramentis, incæpit vigere Spiritus sancti gratia, qua interior quilibet inspirabatur, & qua saluari poterat sine quocunque actu exteriori.

Quarta hæresis fuit: quod sic erat à Spiritu sancto illo tempore charitas ampliata, vt illud quod aliàs de natura sua erat peccatum: vt stupra, adulteria, & similia diceret non esse peccatum, dummodo illa facerent carnaliter commiscentes ex charitate.

Quinta hæresis fuit: quod mulieres cum ponentibus tales errores non peccabant carnaliter commiscendo, dummodo ex charitate agerent.

Sexta hæresis fuit: quod prædicto tempore Deus agebat vt bonus, & non vt iustus, quia prædicta stupra, adulteria, & similia ex charitate facta, Deus vt bonus, nullatenus puniebat.

4. In eodem volumine maiori tit. de hereti. cap. Cum Christus. damnatur etiam ista hæresis atque error, scilicet, quod Christus non est aliquid secundum quod homo.

Errores dānati lib. 6. Decretalium.

5. In sexto autem Decretalium condemnantur istę hæreses & errores.

In primis de sum. tri. & fide catho. cap. Fideliter profitetur sancta mater Ecclesia plures articulos fore catholicos & fide tenendos: vt puta, quod Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Filio procedit, & alios in effectu plures, quorum contrarij omnes sunt hereticales, & erronei: vt puta, quod Spiritus sanctus à Patre & Filio non procedit; & sic de alijs articulis contrarijs illis in dictis capitulis approbatis vt fide tenendis.

6. In speciali autem eod. c. Fidelis. §. nos huiusmodi erroribus, condemnantur infra scriptę duæ hæreses & errores.

Prima hæresis est: quod Spiritus sanctus æternaliter à Patre & Filio non procedit.

Secunda hæresis est: quod Spiritus sanctus à Patre & Filio non tanquam ab vno principio, sed tanquam à duobus principijs procedit.

Errores damnati in Clementinis.

7. In Clementinis vero condemnantur istę hæreses & errores in tit. de sum. trimi, & fide catho. c. Fidei. profitetur sancta mater Ecclesia quamplures articulos fore catholicos, & fide tenendos: vt puta, quod vnigenitus Dei filius humanum corpus passibile assumpsit: & alios in effectu, quorū contrarij omnes sunt hereticales & erronei; vt puta, quod Dei filius corpus passibile non assumpsit, & sic de alijs articulis contrarijs illis in dictis capitulis

Supra 1. parte pag. 6.

Supra fol. 7.

lis approbatis vt fide tenendis.

In speciali autem eodem c. Fidei. condemnantur infra scriptę hæreses & errores.

Prima hæresis: quod Dei Patris Filius humanum corpus passibile, & animam intellectuam seu rationale ipsum corpus vere, per se, & essentialiter informantem, non assumpsit.

Secunda hæresis: quod quando vnus militum læca larus christi aperuit, adhuc Christus viuus & non mortuus existeret.

Tertia hæresis: quod anima rationalis seu intellectiua non est forma corporis humani vere, per se, & essentialiter.

Quarta hæresis: quod baptismus non est communiter tam paruulis, quam adultis perfectum remedium ad salutem.

Quinta hæresis: quod tam paruulis, quam adultis in baptismo non conferuntur informans gratia, & virtutes.

Infra autem in clement. de vsuris. cap. Ex graui. §. sane. condemnantur vnus articulus; & sit sextus.

Sexta hæresis est: quod exercere vsuras non est peccatum.

Et in tit. de hæret. in clem. ad nostrum. condemnantur istę octo hæreses, seu errores.

Primus error est, videlicet quod homo in vita præfenti tantum & talem perfectionis gradum potest acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Nam, vt dicunt, si quis posset semper proficere, posset aliquis Christo perfectior inueniri.

Secundus error est: quod ieiunare non oportet hominem, vel orare, postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensuualitas est ita perfecte spiritui & rationi subiecta, quod homo potest libere corpori concedere quicquid placet.

Tertius error: quod illi qui sunt in prædicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sunt humana subiecti obedientię, nec ad aliqua præcepta Ecclesię obligantur: quia, vt asserunt, vbi spiritus Domini, ibi libertas.

Quartus error est: quod homo, ita potest finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in præfenti assequi, sicut eam in vita obtinebit beata.

Quintus error: quod quilibet intellectualis natura seipsa naturaliter est beata: quodque anima nō indiget lumine glorię, ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beate fruendum.

Sextus error: quod se in actibus exercere virtutū, est hominis imperfecti; & perfecta anima licentiat à se virtutes.

Septimus error: quod mulieris osculum, cum ad hoc non inclinatur natura, est mortale peccatum: Actus autem carnalis cum ad hoc natura inclinatur, peccatum non est, maxime cum tentatur exercens.

Octauus error: quod in eleuatione corporis Iesu Christi, homo non debet assurgere, nec ei reuerentiam exhibere: asserentes, quod esset imperfectiōis eiusdem, si à puritate & altitudine sue contemplata.

Supra parte 2. pag. 111.

templationis tantum descenderent, q̄ circa mysterium, seu sacramentum Eucharistia, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarēt. Nonnulla etiam alia sub similitate quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt, & committunt, quae oculos diuine maiestatis offendunt, & graue in se continent periculum animarum.

COMMENT. XXXII.

Hereses, & errores per Ecclesiam condēnati, de quibus agitur in Decretalibus, qui sunt? In quaestione proxime precedenti retulit auctor hereses, seu verius haereses, siue haeresum auctores, de quibus agitur in Decreto: nunc vero eas persequitur, quae in reliquis iuris canonici voluminibus continentur; vt hinc etiam cognoscant fidei iudices falsitates damnatas, & catholicas veritates illis contrarias constanter stabilitas. Tam eodem fere ordine, quo vtitur hic Eymericus, tractat rem eadem Sanctus Antonius par. 4. tit. xj. cap. 7. §. 2. 3. & 4. & Turcremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 35. & 36.

¶ Quem Abbas Ioachim assererat, ¶ De Abate Ioachim abunde diximus supra par. 1. super c. Damnamus de sum. trinit. & fide catho.

¶ Doctrina impii Almarici. ¶ De Almarico etiam pauca quedam diximus supra par. 1. super c. Damnamus. de sum. trinit. s. reprobanus etiam. ea videnda sunt, vt hic locus apertior fiat.

¶ Secunda heresis est, q̄ quando vnus militū] Hanc heresim, & duas sequētes hic in vers. Tertia heresis. & in vers. Quinta heresis. tenebat quiddā Petrus Ioannes, vt refert Guido Carmelita in summa de heresibus, tit. de heresibus Petri Ioannis. c. 1. 2. & 3. cuius plures etiam errores commemorat Eymericus in h. 2. parte. qu. 9. vbi videtur quae copiose de hoc Petro Ioanne scripsimus.

¶ Et in tit. de heret. in clement. Ad nostrum, condēnantur ista octo hereses, seu errores. ¶ Hos errores profitentur Begardi, sicut constat ex clement. Ad nostrum. & ex Eymericus infra in hac 2. parte. qu. 15. & osdem cum alijs multis refert et confutat Guido Carmelita in summa de heresibus, tit. de heresibus Begardorum, & Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesiae, cap. 52.

QVAESTIO VIII.

De heresibus condēnatis in Extrauagantibus.

SUMMARIUM.

1. Errores Ioannis de Poliaco condēnati in extrauag. 17. as electionis.
2. Errores Begardorum dammati in extrauagan. Gloriosam Ecclesiam.
3. Errores dammati in extrauagan. Cum inter nonnullos.
4. Errores dammati in extrauagan. Quia quorundam.
5. Errores dammati in extrauagan. Benedictus Deus.



QVAESTIO VIII. Haereses & errores per Ecclesiam condēnati, de quibus agitur in extrauagantibus; qui sunt?

Ad hanc respondemus, q̄ pro nūc non sunt extrauagantes, in quibus condēnantur haereses & errores nisi domini Ioannis xxij. & Domini Benedicti xij. Nam si ante aliquē fuerunt, in corpore iuris postmodum sunt inserti: et ea propter extrauagantes nō possunt dici hodie. In extrauagantibus autem domini Ioannis sunt hereses & errores huiusmodi condēnati.

1. Primus, q̄ constitentes fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quae confessi fuerunt, iterum confiteri proprio sacerdoti.

Secundus: q̄ stante statuto: omnis vtriusque sexus, edito in concilio generali ¶, Romanus Pontifex non potest facere; q̄ parochiani non teneantur confiteri omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti, quē dicit esse parochialem curatum: immo nec Deus posset hoc facere: quia, vt dicebat, implicat contradictionem.

Tertius error: q̄ Papa non potest dare licentiā generalem seu potestatem audiendi confessiones: immo nec Deus, quin confessus habenti generalem licentiam, teneatur eadem iterum confiteri suo proprio sacerdoti, quem dicit esse (vt præ dicitur) parochialem curatum.

Isti tres errores condēnantur in extrauagante dicti domini Papae Ioannis xxij. quae incipit: Vas electionis. quae est supra.

Horum autem errorum auctor fuerat ac inuentor quidam magister in theologia, Parisius magistratus, vocatus Ioannes de Poliaco.

2. Quartus error & haeresis: q̄ duo sunt Ecclesiae, scilicet carnalis dititijs pressa, effluēs delitijs, sceleribus maculata: cui Romanū presulē, aliosq; inferiores prelatos dominari, heretici isti fingunt: alia spiritualis frugalitate munda, virtute decora, paupertate succincta, in qua ipsi soli Begardi, eorumque complices continentur.

Quintus error: q̄ venerabiles Ecclesiae sacerdotes, alijque ministri, sic sunt iurisdictionis & ordinis auctoritate deserti, vt nec sententiam ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere valeant, vel docere: sed sunt priuati omni ecclesiastica potestate, nisi sint de eorū Begardorū perfidia, apud quos solos, vt ipsi fingunt, sicut spiritualis vitae sanctitas, sic & ecclesiastica auctoritas perseuerat.

Sextus error est, illos mortalis criminis contagione pollui, & pena teneri, quos contigerit iuramenti religione constringi.

Septimus error est: sacerdotes rite & legitime secundum formam Ecclesiae ordinaros, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta.

Octauus error est: q̄ Euangelium Christi in solos Begardos hoc tempore est completū: quod haecenus, vt ipsi Begardi somniant, obiectum fuerat, immo prorsus extinctum.

Isti quinque errores condēnantur in extrauag. di.

† Lateranen: sub Innocē. iii. c. 21. & refertur in c. omnis, de penit. & remiss.

Fol. 116.

† Quae. 16.

trag. dicti domini Ioannis, quae incipit: Gloriosa Ecclesia, quae est infra. ¶ **3.** Nonus error est: q̄ uod Dominus noster Iesus Christus, eiusque Apostoli, non habuerunt aliqua nec in proprio, nec in communi.

Decimus error & haeresis est: quod Dominus noster Iesus Christus, eiusque Apostoli in his, quae ipsos habuisse sacra scriptura testatur, nō habuerint, seu eis non competierit ius ipsis vtendi, nec illa vendendi, seu donandi, aut ex ipsis aliqua accipiendi.

† Quae. 15. in fine.

Isti duo articuli vere vt haereticales condēnantur in extrauagan. dicti domini Ioan. quae incipit. Cum inter nonnullos. quae est infra. ¶ **4.** Vndecimus error & haeresis est: quod Dominus noster Iesus Christus, & eius Apostoli in his quae habuisse leguntur, tantum habuerunt absque iure aliquo simplicem usum facti.

Hic articulus tanquam vere haereticalis condēnatur in extrauagan. dicti domini Ioan. quae incipit: Quia quorundam mentes. & etiam in extrauagan. eiusdem, quae incipit: Vir reprobus, quae sunt infra. ¶

† Quae. 15.

5. In extrauagante autem domini Papae Benedicti xij. quae incipit: Benedictus Deus. quae est supra, sequentes hereses condēnantur, & eorū opposita esse catholica & fide tenenda omnia cōprobantur.

fol. 127.

Prima haeresis est: quod secundum Dei communē ordinationem, animae iustorum decedentium ante Domini nostri Iesu Christi passionē, in quibus nihil erat purgabile, mox post eandem passionem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, ante resurrectionem suorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videntur clare & aperte diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur; nec post eiusdem Domini nostri Iesu Christi ascensionem fuerunt, nec sunt, nec erunt in caelo caelorum regno, & paradiso eorū cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

Secunda haeresis est: q̄ secundum Dei communem ordinationem, animae iustorum decedentium ante Domini nostri Iesu Christi passionem: in quibus aliquid purgabile remanebat ¶, purgatione perfecta ex toto, mox post eandem passionem Domini nostri Iesu Christi ante resurrectionem suorum corporum & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videntur diuinam essentiam clare & aperte, nec illa etiam perfruuntur: nec post eiusdem Domini nostri Iesu Christi ascensionem fuerunt, nec sunt, nec erunt in caelo caelorum regno, & paradiso eorū cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

† al. remanet

Tertia haeresis est: quod secundum Dei ordinationem communem, animae iustorum decedentium post sanctum baptismum ab eis susceptum, in quibus nihil est purgabile, cum decedunt, ante suorum corporum resurrectionem & iudicium generale, non vident, nec videntur clare & aperte diuinam essentiam; nec illa etiā perfruuntur, nec sunt, nec erunt in caelo caelorum regno & paradiso caelesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

Quarta haeresis est: q̄ secundum communem Dei ordinationem, animae iustorum decedentium post sanctum baptismum ab eis susceptum: in quibus est aliquid purgabile cum decedunt, perfecta etiam purgatione ex toto, ante suorum corporum resurrectionem & iudicium generale, non vident, nec videntur clare & aperte diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec sunt, nec erunt in caelo caelorum regno, & paradiso caelesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

Quinta haeresis est: q̄ secundum communem Dei ordinationem, animae paruulorum sacro baptismate renatorum, decedentium ante usum liberi arbitrij, ante suorum corporum resurrectionem & iudicium generale, nec vident, nec videntur clare & aperte diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec perfruuntur; nec sunt, nec erunt in caelo caelorum regno, & paradiso caelesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregata.

Sexta haeresis est: q̄ secundum Dei communē ordinationem, animae iustorum omnium decedentium praedictorum, ante nostrorum corporū resurrectionem & iudicium generale diuina visio ne & fructio non erunt beatae; nec habebunt vitam & requiem sempiternam.

Septima haeresis est: q̄ diuinae essentiae visio animarum beatarum, non est visio intuitiua & facialis.

Octaua haeresis est: q̄ secundum communem Dei ordinationem, diuinae essentiae intuitiua & facialis visio & fructio in beatis euacuabitur; nec continuabitur vsque ad finale iudicium, nec ex tunc vsque in sempiternum.

Nona haeresis est: q̄ secundum communem Dei ordinationem, animae decedentium in mortali peccato, mox post mortem suam ad inferna nō descendunt, nec poenis infernalibus cruciantur.

Decima haeresis est: q̄ in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus non comparebunt reddituri de factis propriis rationem, vt refert vnusquisque proprii corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.

COMMENT. XXXIII.

Hereses & errores per Ecclesiam condēnati, de quibus agitur in Extrauagantibus. De hoc eodem instituto agunt sanctus Antonius in summa, par. 4. tit. xj. cap. 7. §. 5. & Turcremata in summa de Ecclesia lib. 4. parte 2. cap. 37. quibus locis aliorum errores in alijs Extrauagantibus condēnati referuntur, quos non recensuit hic Eymericus; enumerat tamen eorum multos in alijs locis sicut oc casio & series dicendi postulabat.

¶ Horum autem errorum auctor fuerat, & c. Ioannes de Poliaco. ¶ Huius Ioannis Poliacci errores refert etiam Bernardus Lutemburgus in catalogo hereticorum lib. 2. & Prateolus lib. 9. de vitis & sectis hereticorum, c. 26. obiter autem hic est obseruandum, Ioannem hunc Poliaco in his erroribus non mansisse pertinaciter; nam & a sententia sua

sua recessit, & errores publice reuocauit, vt constat ex extrauagan. incipien. Vas electionis. quam hic citat Eymericus, quod factum fuit anno quinto Pontificatus domini Ioannis xxij. qui incidit in annum Domini, MCCCXXI.

¶ Quartus error & hæresis est, &c. Hic est primus error in ordine eorum, qui damnati sunt per Ioannem xxij. in extrauagan. incipien. Gloriosam Ecclesiam, cuius quoddam fragmentum refert Eymericus infra in hac 2. parte, quæst. 16. Hos autem errores profitebantur Fraticelli, siue Begardi, quorum dux & caput fuit Henricus de Cœna, vt constat ex dicta extrauag. Gloriosam Ecclesiam. & ex Eymericus infra in hac 2. parte, quæst. 16.

¶ Nonus error est, &c. Hunc item errorem & duos sequentes defendebant Fraticelli seu Begardi, vt constat ex Eymericus infra in hac 2. parte, q. 15. & ex Beato Antonino in summa par. 4. tit. xi. cap. 7. §. 5.

¶ In extrauaganti autem domini Papæ Benedicti duodecimi. Antea legebatur, vnde dicitur, Sed locum restituimus tum in hac quaestione, tum alibi, vt de Benedicto duodecimo accipiatur, sicut ostendimus super extrauagan. Benedictus Deus. relata supra in hac 2. parte, folio. 134. vbi nonnulla tradidimus, quæ hunc locum illustrabunt.

QVAESTIO IX.

De hæresibus à Rom. Pont. damnatis post mortem auctorum earum.

SUMMARIUM.

- 1 Petri Ioannis errores xx. damnati.
2 Alij duo insuper eiusdem errores.
3 Michael de Cœna hæreticus.
4 Errores Ioanni de Parma tributi.
5 Raymundi Lull errores quàm plurimi.
6 Lullistarum errores.

¶ Una quæstio est: Hæreses & errores per diuersos summos Pontifices de fratrum consilio condemnati, post mortem illorum, qui errores huiusmodi posuerunt; qui sunt? Ad hanc respondemus, quod ante condemnationem prædictorum errorum factam per dominum Ioannem xxij. in Extrauagantibus, Cum inter nonnullos, & Quia quorundam mentes, de quibus infra, & ante condemnationem statim dictorum errorum factam per dominum Benedictum xij. in Extrauagante, Benedictus Deus. de qua supra.

¶ Quæst. 17. huius partis.

fol. 127.

PETRVS IOANNES ET BIVS ERRORES DAMNATI

¶ scilicet, epistolæ

sim continentur hæreses aliquæ in effectu confimiles. Hæreses autem dictæ postilla sic vt prædicitur, condemnatae, sunt istae.

Aduertendum, tamen prius est, quod infra per totum, per Babyloniam meretricem magnam intelligit vniuersalem Romanam Ecclesiam militantem, quam nos, & vere, vocamus Sanctam Catholicam & Apostolicam. Per Ecclesiam carnalem intelligit idem, scilicet vniuersalem Romanam Ecclesiam. Per bestiam intelligit idem. Per synagogam Satanæ intelligit idem. Per mysticum Antichristum intelligit Papam, seu Pontificem Romanum. Per Angelum consignatum intelligit Beatum Franciscum. Per Christi militiam intelligit Begardos, seu eorum hæresibus & erroribus credentes. Per Euangelicam vitam, seu regulam intelligit nihil habere nec in proprio, nec in communi, nec ius, seu dominium in rebus habere donandi, vendendi, seu ex illis acquirendi, vel aliàs alienandi: sed habere in eis simplicem usum facti. Per Ecclesiam spiritualem intelligit idem, scilicet eius erroribus credentes.

Errores Petri Ioannis.

Prima hæresis est: quod sextus status Ecclesie quæ incepit, vt dicitur, à tempore Beati Francisci, & plenius à tempore condemnationis Babylonis meretricis magna, quando angelus Christi signo signauit per suos futuram militiam Christi, & durabit vsque ad tempus Antichristi, & prægeminet notabiliter quinque primis.

Secunda hæresis est: quod sicut in primo Christi aduentu formata est noua Ecclesia, veteri synagoga reiecta: sic & in initio sexti status, vetustas prioris temporis est vniuersaliter repellenda, vt videatur nouum sæculum, seu noua Ecclesia tunc formari veteribus iam reiectis. Et sicut in sexta ætate reiecto carnali iudaismo, & vetustate prioris sæculi, venit nouus homo Christus cum noua lege, vita, & cruce: sic in sexto statu reiecta carnali ecclesia, & vetustate prioris sæculi, renouabitur Christi lex, & vita, & crux: propter quod in eius primo initio Franciscus apparuit cauteriatus, & Christo totus crucifixus, & consignatus.

Tertia hæresis est: quod sicut gloria, quæ fuerat synagoge parata, & pontificibus suis, si in Christum credidissent, translata fuit ad primitiuam ecclesiam, & ad pastores eius: sic & gloria parata finali ecclesia quinti status, propter eius malitiam ad electos sexti status fuit translata.

Quarta hæresis est: quod constat regulam fratrum Minorum per beatum Franciscum editam, esse vere & proprie illam euangelicam, quam Christus in se ipso seruauit, & apostolis imposuit, & in euangelis suis conscribi fecit.

Quinta hæresis est: quod regula beati Francisci est condemnanda à pluribus ab ecclesia carnali, & superborum nequiter, & sophistice, sicut Christus. condemnatus fuit à synagoga reprobata Iudeorum: & hoc oportet præire exterminium ecclesie, sicut Christi & suorum condemnatio à Iudeis præiuit temporale exterminium synagoga.

Sexta hæresis est: quod beatus Franciscus est ille Angelus,

¶ In Sabella no ita legit. f. scilicet negardor, & eius, &c.

¶ al. charact. rizarus.

Angelus, de quo dicitur in Apocalypsi: Vidi alterum angelum habentem signum Dei viui: Euangelicæ vitæ & regulæ sexto & septimo tempore propagandæ, & magnificandæ renouator, & summus post Christum, & eius matrem obseruator.

Septima hæresis est: quod decet condemnationem regulæ beati Francisci præire exterminium carnalis Ecclesie, ad hoc, vt iusto Dei iudicio carnalis Ecclesia prout meruit excitetur, & eius malitia crescat, & consumetur vsque ad impugnationem vitæ & Spiritus sancti.

Octaua hæresis est: quod fere omnes clerici & regulares possidentes aliquid in communi, videntur minus bene sentire de abrenunciatione Euangelicæ huiusmodi in communi.

Nona hæresis est: quod sicut synagoga propagata est ex duodecim Patriarchis, & Ecclesia de gentibus ex duodecim Apostolis: sic finalis Ecclesia reliquiarum Iudæorum & gentium est per duodecim viros Euangelicos propaganda: vnde beatus Franciscus habuit duodecim filios & socios, per quos & in quibus fuit fundatus, & initiatus ordo Euangelicus.

Decima hæresis est: quod tertia tribulatio transfigit manus per apparentiam celebris auctoritatis Ecclesie, & plebeie multitudinis sibi subdita, & per apparentiam contrarij in spiritualibus viris.

Vndecima hæresis est: quod Angelus Franciscus sentit se prosperari, non ita in carnali Ecclesia Latinorum, sicut in Græcis, & Sarracenis, & Tartaris, & tandem in Iudæis.

Duodecima hæresis est: quod omnes abbates quinti temporis conuenient in quintum caput bestie, quæ est diabolus, aut Antichristus, & congregatio malorum.

Tertiadecima hæresis est: quod illa Ecclesia, quam nos vocamus vniuersalem Ecclesiam catholicam militantem; est ecclesia carnalis, Babylon meretrix magna extensiuæ: quia boni sic sunt in ea, sicut pauca grana auri inter immensos aceros arena: & sicut pauca grana tritici sub immenso cumulo palarum, quæ etiam ecclesia carnalis publice & impudensissime adulteratur à suo sponso Christo: quæ etiam se & omnes gentes sibi subiectas corrumpit, sedis carnalitatibus & simoniaci cupiditatibus, & terrena gloria huius mundi, quæ etiam nunc exarsit in iram contra viros spirituales, & contra vires & influxus Spiritus sancti; quæ etiam cecidit intus spiritualiter, & exterius corporaliter; & quæ per temporale exterminium cecidit in mundo; deinde ad æternum supplicium cecidit in inferno: & quæ sua malitia & potestate impediuit & angustiauit spiritum electorum, & conuersionem totius orbis: quæ etiam est exterminanda, & eius exterminium erit Sanctis quasi exitus de carcere, ad libertatis latitudinem & volatum, & exitus de tenebrosissimo fumo fornacis ad lucem solarem: & sicut exoneratio à lapide molari, seu à monte immenso.

Quartadecima hæresis est, quod sicut per quatuor animalia quatuor primos status Sanctorum

designantia, sublimata est generalis sedes Romanæ Ecclesie ceteris patriarchalibus seu orientalibus, à Christo, & ab eius vera fide reiectis: sic in eodem tempore per quatuor bestias à Daniele visas, quatuor primis ordinibus Sanctorum contrarias, sublimata est sedes bestie, id est, bestialis cateruæ, ita vt numero & potestate præualeat, & fere absorbeat sedem Christi, cui localiter, & nominaliter est commixta, vnde & sic appellatur Ecclesia fidelium, sicut & illa, quæ vere est per gratiam Sedes & Ecclesia Christi. Super huiusmodi vero malitiam, non cessant zelatores sancti huius quinti temporis effundere phialam detestationis, & celebris increpationis, ita quod regnum eius, velit nolit euidenter apparet omnibus, & etiam ipsissimè tenebrosum, id est, fœda & enormi luxuria & auaritia, & simonia, & superbia, & dolosa negotiatione, et astutia, & fere omni malitia distipatum, & abominandum: Vnde & infra vocatur Babylon meretrix habens in manu sua poculum aureum plenum abominatione. Per hanc autem sedem bestie designatur principaliter carnalis clerus, in hoc quinto tempore regnans, & totius Ecclesie præsidens: in quo quidem bestialis vita transcendenter, & singulariter regnat, et sedet sicut in sua principali sede: Et longe plus, quàm in laicis plebibus sibi subiectis.

Dan. c. 1.

Quintadecima hæresis est: quod tempore Antichristi mystici, carnalis Ecclesia, per quam intelligit in toto suo processu Ecclesiam Romanam, contra doctrinam Sanctorum, & vitam & zelum, acius exardescens, quasi omnino siccetur spirituali sapientia, & virtuali gratia, & opulencia Christi: sicut factum fuit in Iudæis, & in Græcis, ita vt pateat omni errori.

Tal. siccabie

Sextadecima hæresis est: quod sicut Valthi regina à regno & coniugio regis Assueri abiecta, electa est Esther humilis & sancta ad eiusdem regis conubium & regnum, fecitque rex magnificum conuiuium cunctis principibus & seruis suis: sic reiecta synagoga, electa est Ecclesia plenitudinis gentium: sicque in sexto statu Ecclesie reiecta Babylon adultera, oportet spirituales Ecclesia exaltari, & celebre ac spirituale conuiuium post eius nuptias celebrari.

Esther. c. 1. & 2.

Decimaseptima hæresis est: quod sub mystico Antichristo fienda est subuerio & commotio, per quam tota carnalis Ecclesia terribiliter excitabitur, & commouebitur contra Euangelicum spiritum Christi.

¶ al. excecabitur.

Decimaoctaua hæresis est: quod sub mystico Antichristo cadet Babylon meretrix carnalis Ecclesia, quo tempore sancti patres fortiter prædicabunt dicentes, quod ex tunc non est ecclesia Christi, sed synagoga satanæ, & habitatio dæmoniorum, quæ ante in corde suo dicebat superbiendo: Sedeo regina in magna præsentia & gloria, super regnum meum dominor, & quiesco, & vidua non sum; id est, non sum destituta gloriosis episcopis & regibus.

Decimanona hæresis est: quod Romana ecclesia est mulier illa meretrix magna, de qua agitur in Apocalyp. quæ fuit quondam in statu paganismi, &

Apoc. c. 17. & 18.

mi, & postmodum fuit in fide Christi, quæ nunc multis criminibus cum hoc mudo fornicata est, quæ merito vocatur meretrix magna, quia à fidei cultu & à sincero amore, & delitiis Christi spò si sui recedens adheret huic seculo, & diuitiis, & delitiis eius, & diabolo, & regibus, & magnatibus, & prælatis, & omnibus aliis amatoribus huius sæculi.

Vigesima heresis est: q̄ magis appropriate cõ- petit doctoribus status tertij generalis, qui est sextus & septimus, esse spirituales portas apertas in- troducentes aperitores, seu explicatores sapientie Christianæ, quàm Apostolis.

Multa alia hæreticalia posuit iste frater Petrus Ioannes in apostilla prædicta: sed hæc sunt princi- palia, & ad hæc cetera reducuntur: posuitq; quã- p̄ura alia falsa, temeraria, blasphema, periculosa, præsumptuosa pariter & infana.

Articuli autem postillæ super canonicas, & po- stillæ super Mattheum, continent prædictos arti- culos in sententia & effectu, de condemnatione Ecclesiæ carnalis Babylonie meretricis magnæ, et exaltatione ecclesiæ spiritualis: sed in speciali ponuntur in postilla super Mattheum duæ hereses, quæ sunt postmodum condemnatæ, vna per do- minum Clementem V. & alia per dominum Ioã- nem XXII.

1 Prima heresis est: q̄ quando vnus militum lan- cea latus Christi in cruce pendens aperuit, q̄ Christus adhuc erat viuus, & nondum mortuus. Et hæc condemnatur in clemen. de sum. tri. & fi- de catho. cap. Fidei.

Sup. pag. 7.

Secunda heresis est: q̄ Christus & Apostoli eius non habuerunt aliqua in proprio, nec in com- muni, nec in rebus, quibus utebantur, habuerunt nisi simplicem vsum facti. Hæc condemnatur in extrauagantibus prædictis, Cum inter. & Quia quorundam mentes.

Habetur in- fra q. 15. hu- ius partis.

Errores Michaelis de Cæsena.

3 Postmodum vero factis dictis condemnatio- nibus de præfatis hæresibus & erroribus, & præ- fertim de hæresibus condemnatis in sæpe dictis extrauagantibus, fuerunt cõdemnatæ hereses istæ iterum, & consimiles contentæ in libello fratris Michaelis de Cæsena hæretici Ministri Generalis ordinis Fratrum Minorum, propter hanc causam à ministerio † depositi: quæ fecit contra dominũ Ioannem XXII. prædictum, vocans eundem do- minum Ioannem Papam, Ioannem de Caturco hæreticum gerentem se pro Papa in Auinione; qui dominus Ioannes eundem fratrem Michaelẽ deposuit, & suum libellum & contentos in ipso dictos errores condemnauit, & condemnando do- ctrinam eius hæreticalem & pestiferam, condem- nauit etiam & personam, eum hæreticum promul- gando: vt patet in extrauagante eiusdem domini Ioannis XXII. quæ incipit: Quia vir reprobus Mi- chael de Cæsena, & Magister † Generalis ordinis Fratrum Minorum.

† al. magiste- rio

† al. Minister

Errores Ioannis de Parma.

4 Aduertendum tamen, q̄ ante condemna-

-A tionem prædictorum librorum editorum à præ- dicto fratre Petro Ioanne factam Auinione per Dominum Papam Ioannẽ XXII. dominus Ale- xander Papa II. III. condemnauit Romæ quendã librum, Euangelium æternum, communiter appel- latum: cuius auctor fuit, vt fertur communiter, quidam frater Ioannes de Parma Italicus mo- nachus: in quo libro sequentes hæreses & errores sunt reperti.

Primus error est: q̄ doctrina Abbatis Ioachim excellit † doctrinam Christi, & consequenter no- uum & vetus testamentum.

† al. excedit

Secundus error: quod Euangelium Christi non est Euangelium regni, & ideo non est ædifi- catorium.

Tertius error: q̄ nouum testamentum est eua- cuandum, sicut vetus est euacuatum.

Quartus error: q̄ nouum testamentum non durabit in virtute sua, nisi per sex annos proxime tunc futuros, videlicet vsque ad annum Christi in- carnationis Mccclx.

Quintus error: q̄ illi, qui erunt vltra prædictũ tempus, erunt in statu perfectorum.

Sextus error: q̄ Euangeliũ Christi aliud Euan- gelium subdet, & ita pro sacerdotio Christi aliud Euangelium succedet.

Septimus error: q̄ nullus simplex homo est idoneus ad instruendum hominem alium de spi- ritualibus & æternis, nisi illi, qui incedunt pedi- bus nudis.

Octauus error: q̄ quantumcunque Deus affli- gat Iudæos in hoc mundo, illos tamẽ seruabit, quibus benefaciet etiam manentibus in iudaï- smo: & q̄ in fine liberabit eos ab omni impugna- tione hominum, etiam in iudaïsmo manentes.

Nonus error: q̄ Ecclesia nondum peperit nec pariet filios ante finem regni temporalis, quod fi- nietur per sex annos tunc proxime sequentes.

D Et per hoc datur intelligi ibidem, quod religio Christiana, quæ iam multos pe- perit vocatos ad fidem Christi, non est Ecclesia.

Decimus error: q̄ Euangelium Christi nemi- nem perducit ad perfectum.

Vndecimus error: q̄ adueniente euangelio Spiritus sancti, siue clarescente opere Ioachim (quod ibidem dicitur euangelium æternum, siue Spiritus sancti) euacuabitur euangelium Christi.

Duodecimus error: q̄ spiritualis intelligentia noui testamenti non est commissã Papæ Roma- no, sed tantum litteralis.

E Et per hoc datur ibi intelligi, quod Ec- clesia Romana non potest iudicare de spi- rituali intelligentia noui testamenti; & si iudicat, temerarium est eius iudicium, & ei non est acquiescendum; quia Ecclesia Romana (vt dicunt) animalis est, & non spiritualis.

Tertiusedecimus error: q̄ recessus ecclesiæ Græco- rum à Romana ecclesia fuit bonus.

Et

Et per hoc datur intelligi, quod viri spirituales non tenentur obedire Ro- manæ Ecclesiæ, nec acquiescere eius iu- dicio.

Quartusedecimus error: q̄ tertius ordo clerico- rum, (qui secundum prædictum librum est or- do religiosorum) non tenetur se exponere mor- ti pro defensione fidei, aut conseruatione cultus Christi, sed secus de aliis hominibus.

Quintusedecimus error: q̄ populus Græcus ma- gis ambulat secundum spiritum, quàm populus Latinus.

Et per hoc datur intelligi, q̄ populus Græcus magis est in statu saluandorum, & magis est adherendum ei, quàm populo Romanæ Ecclesiæ.

Sextusedecimus error: q̄ sicut filius operatur salutem populi Romani siue Latini, qui filium re- presentat: sic pater operatur salutem populi Græ- ci, qui Spiritum representat.

Et per hoc datur intelligi, q̄ pater saluũ faciet populum Græcum, & Iudaicũ, qui spiritum representant.

Decimusseptimus error: q̄ sicut veniente Ioã- ne Baptista, ea quæ præcesserunt, refutata sunt ne- cessario, propter noua superuenientia: ita adueniẽ- te tempore Spiritus sancti, siue tertio statu mun- di, ea quæ præcesserunt, refutabuntur necessario, propter noua quæ superuenient.

Ex quo datur intelligi, ibidem, quod no- num testamentum refutabitur, & vetus proicietur.

Decimusedecimus error: q̄ Spiritus sanctus ali- quid recipit ab Ecclesia, sicut Christus inquantũ homo accepit à Spiritu sancto.

Decimusnonus error: q̄ Christus & Apostoli eius non fuerunt perfecti in vita contemplatiua.

Vicesimus error: q̄ actiua vita vsque ad tem- pus Abbatis Ioachim fructuosa fuit: sed nunc fru- ctuosa non est: contemplatiua vero vita ab ipso Ioachim fructificare cœpit, et amodo in perfectis successoribus eius perfectius manebit.

Et per hoc datur intelligi ibidem, quod ordo clericorum, ad quem pertinet vita actiua, amodo non fructificabit in ædifica- tione Ecclesiæ & conseruatione; nec om- nino in regimine: sed ordo monachorũ in his fructificabit.

Vicesimusprimus error: q̄ aliquis de ordine religiosorum futurus est, qui preferetur omnibus dignitate & gloria, in quo implebitur p̄phetia, & promissio psalmistæ dicentis: Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præcla- ra est mihi.

Psal. 15.

† Vulgaris lo- cutio, id est, quando om- nino peribit siue cum de- inere esse.

Vicesimussecundus error: q̄ ille ordo in quo complebitur prædicta promissio Psalmistæ tunc conualescet, quando ordo clericorum desinet † perire.

A Vicefirstus error: q̄ ille ordo paruulo- rum est, in quo complebitur promissio prædicta Psalmistæ.

Vicesimusquartus error: q̄ sicut in primo sta- tu mundi fuit commissum regnum, seu regimen totius Ecclesiæ à Patre aliquibus de ordine con- iugatorum, in quo auctorizatus fuit ille ordo: sic etiam in tertio statu mundi committetur alicui, vel aliquibus de ordine monachorum à Spiritu sancto, in quo vel quibus ab ipso gloriabitur il- le ordo.

B Vicefirstusquintus error: q̄ illi, qui præfunt col- legijs monachorum, in diebus istis cogitare de- bent de recessu à secularibus, & parare se ad reuer- tendum ad antiquum populum Iudæorum.

Vicesimusextus error: q̄ prædicatores, qui erunt in vltimo statu mundi, erunt maioris digni- tatis, & auctoritatis, quàm prædicatores primiti- uæ Ecclesiæ.

Vicesimusseptimus error: q̄ prædicatores, & doctores religiosi viri quando infestabuntur à cle- ricis, transibunt ad infideles, & timendum est ne ad hoc transiant, vt cogant eos in prælum con- tra Romanam Ecclesiam, iuxta doctrinam Ioan- nis Apoc. 15.

De Raymundo Lull, & eius erroribus.

5. Postea dominus Papa Gregorius XI. in Cõ- sistorio etiam de consilio fratrum interdixit, & condemnauit doctrinam cuiusdam Raymundi Lull Catalani mercatoris de ciuitate Maioricarũ oriundi, laici, phantastici, imperiti, qui quamplu- res libros ediderat in vulgari Catalanico, quia to- taliter grammaticã ignorabat: quæ doctrina erat plurimum diuulgata, quam creditur habuisse à diabolo, cum eam non habuerit ab homine, nec humano studio, nec à Deo, cum Deus non sit do- ctor † hæresum, nec errorum: licet ipse Raymun- dus asserat in libris suis, q̄ eam habuit in quodã monte à Christo, qui sibi (vt dixit) apparuit crucifixus: qui putatur fuisse diabolus, & non Christus. Quæ doctrina durauit sere per octua- ginta annos quousque scilicet, frater Nicolaus EymERICI ordinis Predicatorum Aragoniæ In- quisitor ex certis causis habens eandem multum suspectam de hæretica prauitate, illam multo cũ labore transcurrit, & postea presentauit prædicto Domino Pape Gregorio viginti volumina, et cau- sa commissã domino Cardinali Hostiensi, de eius mandato fuerunt per viginti & vltra Magistros in theologia diligenter examinata: & tandem de fra- trum consilio, vt vere hæreticalia condemnata, & tota doctrina generaliter interdicitur: quæ doctrina continebat plusquam quingentos articulos erro- neos, de quibus, vt prolixitati parcat, centũ præ- sentibus inseruntur.

† al. auctor

E

Primus articulus est: q̄ Deus habet multas cf- sentias. In lib. de philosophia amoris.

Raymundi Lulli errores.

Secundus: q̄ in diuinis essentia non est otiosa, sed essentiat, & natura naturificat, bonitas bonifi- cat, & infinitas infinitificat, & æternitas æternifi- cat. In

cat. In lib. de centum Dei nominibus, & in lib. A
super primo sententiarum, q. 2.

Tertius: quod sicut leo se habet ad leonificandum, & homo ad homificandum: sic & multo plus diuina natura se habet ad naturificandum, & diuinitas ad diuinificandum. In lib. super primo sententiarum, q. 2.

Quartus: quod sicut diuina natura requirit agere intrinsece, scilicet, naturare: sic sua bonitas requirit bonificare, magnitudo magnificare, aternitas aternificare: & sic de aliis, cum sint cum ipsa natura vnum numero. In lib. super primo sententiarum, q. 2.

Quintus: quod sicut Deus naturale habet intelligere, & amare intrinsece: ita intrinsece habet naturale bonificare, aternificare, possificare & virtuosificare. In lib. super primo sententiarum, & in lib. de centum Dei nominibus.

Sextus: quod quia non est altera aternitas nisi Dei oportet quod substantia se habeat ut suppositum aternans, ut de seipsa producat aternum bonum. In lib. contemplationum.

Septimus: quod in diuinis est dare commune suppositum, quod respondet secundum suam naturam rationibus diuinis in producendo bonum. In lib. contemplationum in pluribus locis, & in lib. de septem arboribus.

Octauus: quod in diuinis sunt tres personae, & non plures, nec pauciores: scilicet, vnus, vnibilis, & vnire: deificans, deificabilis, & deificare: aternificans, aternificabilis, & aternificare. In lib. de septem arboribus.

Nonus: quod in diuinis deificatiuus, bonificatiuus, & aternificatiuus, virtuosificatiuus, possificatiuus, & in amore intellectiuius est Pater deificabilis, bonificabilis, aternificabilis, virtuosificabilis, possificabilis: & in amore intelligibilis est Filius; sed deificare, bonificare, aternificare, virtuosificare, possificare, & in amore intelligere est Spiritus sanctus. In lib. de centum Dei nominibus, & in lib. de vii. arboribus.

Decimus: quod essentia & natura Dei patris generat filium. In lib. de centum Dei nominibus, & in lib. de ecclesiasticis prouerbis.

Vndecimus: quod Deus pater est antequam Deus filius. In lib. de vii. arboribus.

Duodecimus: quod Deus pater, in quantum pater est suppositum singulare, sed in quantum respondet suis rationibus ad producendum filium, est suppositum commune. In lib. de 7. arboribus.

Tertius decimus: quod si Deus non fuisset pater non potuisset esse pater aternitatis, cuius est pater in quantum ea dedit filio per generationem. In lib. de ecclesiasticis prouerbis.

Quartus decimus: quod Deus pater est multiplicabilis, & Deus filius consimiliter. In lib. de contritione, confessione, satisfactione, & oratione.

Quintus decimus: quod Deus filius est à Deo patre totus generatus, & tota eius essentia, & natura. In lib. orationum.

Sextus decimus: quod Deus filius sic essentialiter est de essentia productus, sicut personaliter de persona. In libro super primum sententiarum,

quæst. 24.

Decimus septimus: quod Dei filij essentia relata ad personam filij sic est genita, sicut est ingenita essentia patris relata ad personam patris: in lib. super j. sent. q. 24.

Decimus octauus: quod Deus, qui est filius deitatis est pater hominis deificati propter hoc ut deificare patri assimiletur. In lib. de centum Dei nominibus.

Decimus nonus: quod Spiritus sanctus est conceptus de patre & filio. In lib. de ecclesiasticis prouerbis.

Vigésimus: quod spiritus sanctus procedit à patre & filio, ut equalis sit patri & filio, ita quod habeat duas passiones, vnam scilicet à patre, & aliam à filio, sicut pater habet duas actiones, & filius vnam actionem, & vnam passionem. In lib. de 7. arboribus, & in lib. super j. sent. q. 12.

Vigésimus primus: quod due passiones spiritus sancti sunt de tota actiuitate patris: & stant sicut una persona, sicut due actiuitates vnum principium. In lib. de 7. arboribus.

Vigésimus secundus: quod de patre, filio, & spiritu sancto sic est, quod quilibet eorum stat tam completus, sicut alius, & stant omnes tres vnus Deus non distincti in aliquo. In lib. de confessione, contritione, satisfactione, tempore, & oratione.

Vigésimus tertius: quod tantum sunt tres personae diuine in vnione, quod nulla illarum trium potest aliquid agere intrinsece sine aliis: quia nec generare, nec spirare. In lib. contempl.

Vigésimus quartus: quod generatio & processio non possunt esse in diuinis per vnam: vel duas personas solum minus de omnibus tribus. In lib. contempla.

Vigésimus quintus: quod stante filio de toto patre, & stante spiritu sancto de totis ambobus sine aliqua conditione contrarietatis, stat eorum distinctio & concordia in maiori maiori parte, quae potest esse; & tres personae diuine distinguuntur maiori distinctione, quae potest esse. In lib. de 7. arboribus.

Vigésimus sextus: quod sicut inter patrem & filium in diuinis est maior unitas, & concordia, quae potest esse; sic inter eos est maior distinctio, quae potest esse. In lib. de 7. arboribus.

Vigésimus septimus: quod male faciunt illi, qui dicunt, quod inter patrem, & filium, & spiritum sanctum non sit tanta distinctio, quanta est inter Deum, & equum: cum inter diuinas personas sit maior concordia, quam inter Deum & equum: quae maior concordia non potest esse sine maiori distinctione personarum. In lib. de 7. arboribus.

Vigésimus octauus: quod extra Deum differentia est maior in pluralitate, & concordia in vnitatem, sed in Deo est aequalitas in differentia & vnitatem. In lib. amati, & amici.

Vigésimus nonus: quod in quantum filius in diuinis est distinctus à Patre & Spiritu sancto personaliter, potest esse incarnatus sine hoc quod illi non sint incarnati: sed in quantum omnes tres personae sunt vna essentia, & natura, oportet quod Pater & Spiritus sanctus sint ita ueraciter homo per

in incarnatione, sicut Filius. In lib. de 7. arboribus.

Trigésimus: quod vnitas naturae & essentiae diuinae facit stare aequaliter tres personas diuinas hominem deitatum. In lib. de 7. arboribus.

Trigésimus primus: quod in persona filij Dei accepit natura humana participationem cum persona Dei patris, & Dei Spiritus sancti. In lib. de ecclesiasticis prouerbis.

Trigésimus secundus: quod tunc quando Filius Dei accepit humanam naturam, produxit personam hominem in sua persona: sic in amando esse hominem, sicut produxit cum Patre Spiritu sanctum. In lib. de 7. arboribus.

Trigésimus tertius: quod esse humanum est nobilius esse quod Deus creauit, & homo melior creatura, quae sit: & sicut essentia diuina est summum esse in bonitate, ita Filius Dei fuit incarnatus in meliori esse, quod sit post diuinum esse. In lib. contempla.

Trigésimus quartus: quod diuina natura, quae est Filius Dei, voluit esse induta de humana natura, quae est Christus homo. In lib. de 7. arboribus.

Trigésimus quintus: quod Deus pro humano genere saluando sine hoc quod humanum genus non petiuit veniam, voluit ei indulgere per incarnationem, quam accepit misericordia, quae est Deus. In lib. de 7. arboribus.

Trigésimus sextus: quod si humana natura potuisset se elongare à diuina natura, & eam fugere, ut non incarnaret se in ea, fecisset: sed natura diuina accessit ad humanam naturam, & incarnauit se in illa. In lib. contempla.

Trigésimus septimus: quod natura diuina in Christo vnita humanitati à peccato originali purificauit, custodiuit, & mundauit eius humanitatem, ut non esset in ea. In lib. contemplationum.

Trigésimus octauus: quod in Christo sunt tres naturae, scilicet diuina, anima rationalis, & corpus humanum: & propter quamlibet istarum naturarum est rex: nam propter naturam diuinam est rex diuinus, & aternus: propter animam rationalem est rex omnium spirituum creatorum & creabilium; sed propter corpus humanum est rex totius corporalis naturae. In lib. de Benedicta tu.

Trigésimus nonus: quod substantia Christi humanitatis distinguitur in tres res, scilicet, animam, corpus, & spiritum, qui exit à duobus, scilicet, à corpore & anima. In lib. contempla.

Quadragesimus: quod anima Christi diligit suam formam, & suam materiam: quae forma animae Christi est nobilior, pulchrior, melior, & honorabilior forma quae sit; nec alia forma aliarum creaturarum habent tantam virtutem, sicut habet sola forma animae Christi in qua propter eius pulchritudinem illi, qui sunt in paradiso, habent magnam gloriam. In lib. contempla.

Quadragesimus primus: quod per Christum principaliter est mundus creatus de nihilo. In lib. de centum Dei nominibus.

Quadragesimus secundus: quod diuina natura & humana in Christo, sunt magna in differentia, & concordia, & tam magna, quod sicut est concordia maior, quam alia concordia, quae sit inter creato-

rem & creaturam, oportet quod sit differentia maior inter diuinam naturam & humanam in Christo, quam aliqua differentia, quae sit inter creaturam & creaturam. In lib. de 7. arboribus.

Quadragesimus tertius: quod inter verbum diuinum & animam, quae assumpsit, est magna concordia per coniunctionem & vnionem; & ita magna, quod verbum est anima, & homo: & homo est verbum cum omnibus partibus suis, & verbum conuertitur cum anima. In lib. super primo sententiarum, q. 7.

Quadragesimus quartus: quod anima Christi est instrumentum, & verbum est agens, & ideo median te anima Christi verbum comprehendit, & non immediate. In lib. 3. sententiarum, q. 17.

Quadragesimus quintus: quod Christo ita fuit leue in die passionis suae dolores sustinere, sicut dicere. In lib. contemplationum.

Quadragesimus sextus: quod tota humana natura Iesu Christi in passione penam habebat, & tota diuina natura penam eius sentiebat. In lib. de ecclesiasticis prouerbis.

Quadragesimus septimus: quod corpus Christi stans in cruce fuit mortuum, in quantum anima dimisit illud, & non fuit mortuum, in quantum deitas ab eo non recessit; nec coniunctio diuinae naturae & humanae fuit diuisa: remansit ergo Christus viuus, & mortuus: fuit mortuus secundum cursum naturalem, sed remansit viuus supra cursum naturalem. In lib. de 7. arboribus.

Quadragesimus octauus: quod mortuus fuit Christus homo secundum mortem humanam: sed remansit homo Deus, in quantum Deus remansit homo. In lib. de 7. arboribus.

Quadragesimus nonus: quod resurrexit Christus propter hoc, ut esset homo coniunctus ex anima & corpore, sicut erat homo antequam moreretur; & quando fuit mortuus fuit homo, in quantum filius Dei erat homo. In lib. de 7. arboribus.

Quinquagesimus: quod in caelo imperiali sunt animae sanctorum, & in illo vident Deum & contemplantur facie ad faciem, & oculo spirituali ad oculum; & in istis locis inferioribus nulla anima potest videre nec contemplari Deum sine medio, quod est species phantastica. Est ergo nobilior locus ille superior, quam iste inferior; oportuit ergo quod Christus ascenderit à corpore suum in altum. In lib. de 7. arboribus.

In quo videtur intelligere, quod anima Christi usque post ascensionem non contemplabatur, nec contemplari potuit diuinam essentiam immediate, & facialiter.

Quinquagesimus primus: quod Dei Filius est bonus ratione bonitatis beatae Mariae, quae est bona per naturam, & naturalem habet proprietatem, quod est bona in seipsa intantum quod non fecit peccatum mortale nec veniale, sed habet proprietatem per se ipsam faciendi bonum. In lib. de beata Maria.

Quinquagesimus secundus: quod beata Maria relaxat peccatoribus culpas, & peccata; & potest plus peccatoribus indulgere, quam ipsi peccare, donatque

† Videtur hic deesse dictio ita.

† al. assum pscit

natque virtutes & merita, fidem, sp̄s, & charitatē, cum quibus habeant homines vitam eternam. In lib. de beata Maria.

Quinquagesimus tertius: quod voluntas beatę Marię est contra iustitiam, quia non dilexit filij sui mortem, quem Deus cū iustitia interemit: & in hoc est stulta, & inobediens beatę Marię voluntas. In lib. orationum.

Quinquagesimus quartus: quod Papa est vicarius beati Petri. In lib. de 7. arboribus: & in lib. contempla.

Quinquagesimus quintus: quod propter peccatum primi hominis totus mundus fuit corruptus, & quantum ad vegetabilia, & animalia, & alia creata ad seruitium hominis: immo etiam quantum ad dæmones, & etiam angelos. In lib. contemplat.

Quinquagesimus sextus: quod propter peccatum originale corpus hominis non est dignum, quod sumat vsum & seruitium, ac vitam de plantis, nec de animalibus brutis, quę sunt creaturę Dei, in quibus non habet ius aliquis, qui sit contra Deū. In lib. de articulis fidei.

Quinquagesimus septimus: quod quia anima rationalis est forma corporis, & mouet corpus ad accipiendam vitam de plantis, animalibus brutis, & aliis rebus ei necessariis, mouet corpus iniuste contra ius, & rationem. In lib. de articulis fidei. Et quod ille, qui est in peccato, non habet ius in aliqua creatura. In lib. de ecclesiasticis prouerbis.

Quinquagesimus octauus: quod post peccatum originale Deus & humanum genus fuerunt in magna contrarietate boni & mali, virtutis & vitij, veri & falsi: & illa contrarietas erat ita magna, quod Deus in mundo populum non habebat. In lib. super sententia. q. 110.

Tal. & non

Quinquagesimus nonus: quod Deus consentit, quod homo faciat peccatum veniale, vt non faciat peccatum mortale: aliās magis distaret à diuina bonitate, & magnitudine per peccatum veniale, quā per mortale: & sic Deus non licentiaret hominem, quod faceret peccatum veniale: quod est impossibile. In libro sententia. q. 119.

Sexagesimus: quod Deus peccatorem iuuare non potest, dum suum intelligibile & amabile sunt infirma: & hoc quia participare non potest per suā bonitatem, & virtutem cum malitia; neque Deus contra iustitiam agere potest. In lib. super 2. sententiarum. q. 47.

Sexagesimus primus: quod anima Iudęi & Saraceni, qui credit esse in veritate, & non peccat mortaliter in peccato actuali non habebit pœnam spiritualem. In lib. de 7. arboribus.

Sexagesimus secundus: quod nullus est homo ita vilis, nec ita peccator, qui qualibet hora, qua velit, non possit esse Dei amicus, & familiaris. In lib. contemplationum.

Sexagesimus tertius: quod homo non debet reclamare ad Deum si non diligit eum: & quod ille facit magnam malignitatem, qui orat Deum sine charitate. In lib. de ecclesiasticis prouerbis.

Sexagesimus quartus: quod in faciendo bonū non

oportet nos sperare, quod Deus incipiat, quia iam incipit, quando nos creauit, & pro conseruatione nostra mundum nobis dedit, vt ei seruiamus, & eum honoremus. In lib. orationum, & in lib. de philosophia amoris.

Sexagesimus quintus: quod virtus est ita bona & quantitate magna, quod omnis homo potest eam habere pro sua voluntate. In lib. de philosophia amoris. & in lib. de centum Dei nominibus.

Sexagesimus sextus: quod nullus homo est qui non possit multiplicare amorē suum & velle, in quantum voluerit. In lib. contempla.

Sexagesimus septimus: quod de amore diuino quilibet potest habere quantum voluerit, & de Deo quilibet etiam potest habere quantum voluerit. In lib. contemplationum, & in lib. de ceterum Dei nominibus.

Sexagesimus octauus: quod quilibet homo potest Deum contemplari quantum vult, & vbi vult, & quando vult. In lib. contemplatio.

Sexagesimus nonus: quod quilibet homo de charitate & spe potest habere quantum vult. In lib. contempla. & in lib. de 7. arboribus.

Septuagesimus: quod homo potest venire ad saluationem per virtutes morales, & quod quilibet homo potest habere de gloria paradisi tantam quantum vult habere; & omni tempore, quo est in isto mundo, potest eam sibi procurare; & in omni loco in quo sit, potest homo eam lucrari. In lib. de articulis fidei, & in lib. contemplationum.

Septuagesimus primus: quod homo peccat, & est Deo inobediens, si non facit bonum quod intelligit: quod quidem potest facere, licet illud bonum facere non sit ei mandatum. In lib. contempla.

Septuagesimus secundus: quod qui non facit id bonum, quod potest facere, non videtur Deum multum diligere. In lib. contempla. & in lib. de centum Dei nominibus.

Septuagesimus tertius: quod tantum est imputandum omnipotenti bonum facere, & nolenti, quantum si faceret malum; quia homo potens facere bonum & nolens semper est in culpa. In lib. contempla.

Septuagesimus quartus: quod qui non facit totum posse suum ad conuertendum omnes infideles, errat, et debet timere Deum, et esse sine charitate. In lib. contempla.

Septuagesimus quintus: quod Deus est ita firmus ad indulgendum, quod nihil potest indulgentiam impedire nisi desperatio. In lib. de centum Dei nominibus.

Septuagesimus sextus: quod Deus habet populo suo tantam charitatem, quod quasi omnes homines mundi erunt saluati; quia si plures essent damnati, quā saluati, misericordia Christi esset sine magna charitate. In lib. de planctu.

Septuagesimus septimus: quod sine charitate non possumus habere aliquam virtutem, sicut sine oculis non possumus videre. In lib. de doctrina puerili.

Septuagesimus octauus: quod quia omnes homines eiusdem speciei sunt: dignum est, quod homo

homo diligit proximum suum quantum seipsum; & si non facit, eius amor est falsus, & deordinatus: & hoc est Dei mandatum. In lib. contemplationum, & in lib. de 7. arboribus, & in alio de doctrina puerili.

Septuagesimus nonus: quod illi, qui non diligunt pluriā multiplicatē, vel paucitatem, vel sterilitatem, seu siccitatem, caliditatem, & frigiditatem, & alia, quę sunt in mundo similia, non diligunt opera diuina, sed contrariantur diuinę iustitię. In lib. contemplat.

Octuagesimus: quod homo debet amare Deū quia bonus est, non autem propter vllam rem, quam sibi donet; nec propter indulgere suū peccatum; nec propter hoc, quod ipse non sit damnatus: & qui sic voluerit orare, sentiet se tam altum per suum amare, & per suum intelligere, & memorari, quod non poterit altius ascendere. In lib. de contritione, confessione, satisfactione, & oratione.

Octuagesimus primus: quod illi, qui amant Deum propter hoc vt det eis gloriam cęlestem, vel bona temporalia, & timent Deum propter hoc vt non det eis pœnam infernalem, vel labores temporales, faciunt de prima intentione secundā, & de secundā primā; & eorum intentio est peruersa & falsa, & contra Dei intentionem: & non est vnus homo solus, qui fecerit tantum malum sicut id, quod fecit Machometus, qui tot homines misit in errorem; & tamen maius malum sequitur cum homo non habet ad Deum primam intentionem, quā sit totum malum, quod fecit Machometus: quia maius bonum est in homine vno, qui fortiter diligit Deum per primam intentionem, quā sit malum in omnibus hominibus, qui sunt damnati. In lib. intentionum.

Octuagesimus secundus: quod si Deus dat homini de bonis huius mundi, nec propter hoc, quia dat sibi, & multiplicat bona, homo debet eum diligere plus: quia tantum debet eum diligere; quod plus non possit eum diligere. In lib. de arte amatiua.

Octuagesimus tertius: quod inconueniens est, quod verus amor propter aliqua, quę facit homini Deus multiplicet, seu minuat suū amare: quia postquam Deus initiavit hominem amare bonitate, magnitudine amore, & sic de alijs, & homo contemplari Deum, non conuenit quod contrarie habeat posse in amare: immo oportet esse tā magna magnitudo initiandi contēplandi in amore, vel in bonitate, magnitudine & duratione, & sic de alijs, quod non possit suum amare crescere, nec minui: quia si possit crescere & minui, tā initiare & contemplari non intraret medium amoris. In lib. de arte amatiua.

Octuagesimus quartus: quod tantum desiderat & amat amicus, hoc est homo iustus, bonitatem, magnitudinem, & æternitatem sui amati, hoc est Dei, quod propter suum amorem se concordant bonitas, magnitudo, & æternitas in esse vnā essentiam, & naturam, & vnā & eandem rem in numero in amico & amato. In lib. de arte amatiua.

Octuagesimus quintus: quod amicus, & amatus (scilicet homo iustus & Deus) sunt vna indistincta & inconfusa essentia & natura, in bonitate & magnitudine, & æternitate. In lib. de arte amatiua.

Octuagesimus sextus: quod si amicus, hoc est homo iustus, non fuisset ipsa substantia sui amati, hoc est Dei, & amatus non fuisset ipsa substantia sui amici, iam eorum gloria non fuisset in magna concordia amoris. In lib. de arte amatiua.

Octuagesimus septimus: quod amicus & amatus, hoc est homo iustus, & Deus, in quibus non est paruus amor, sed magnus: possunt esse, immo sunt vnā essentia & natura diuina indistincta, & indiuisibilis sine vlla contrarietate, & diuersitate essentię. In lib. de arte amatiua.

Hęc verba replicat frequenter in substantia & effectu, quod amicus & amatus (per quos intelligit Deum dilectum, & hominem diligentem Deum) sunt vna essentia in numero, vna natura, substantia vna, actualitas vna, æternitas vna, magnitudo sine contrarietate & diuersitate essentię indiuisibilis, & indistincta. In lib. de arte amatiua.

Octuagesimus octauus: quod de Patre, & Filio, & Spiritu sancto sic est, quod quilibet stat tā completus sicut alius: & stant omnes tres vnus Deus non distincti in aliquo. Et quis potest leuare suum orare, & potest tam longo tempore stare, sine imaginatione de vlla re temporalis, nulla oratio tantum valet: quia homo stabit totus raptus superius per Spiritum sanctum, non curans de re, quę sit hic; & suum orare erit sic verum, quod homo non possit addere in contēplando, nec desiderando. In lib. de contritione, confessione, satisfactione, & oratione.

Octuagesimus nonus: quod infans, qui non vult assentire sacramento confirmationis, non valet sacramentum baptismatis. In lib. contemplationum.

Nonagesimus: quod si homo non est confirmatus, & credit esse confirmatus, est à peccato originali mundatus ratione bonę intentionis, quę consumit culpam & peccatum. In libro contemplationum, & in libro de ecclesiasticis prouerbis.

Vbi dat intelligere, quod peccatum originale non mundatur in baptisate, sed in confirmatione; presertim quia addit, quod sacramentum confirmationis est inuentum ad hoc, vt infantes per se promittant quod eorum patrini pro eis in baptisate promiserunt, & tunc patrini a promissione, quam fecerunt, sunt totaliter liberati. In libris prædictis, & etiam in lib. de doctrina puerili.

Nonagesimus primus: quod quilibet est obligatus vt sit in ordine matrimonij, vel religionis: quia omnis alius status discordat cum finali intentione,

R a tione,

tione, propter quam quilibet est creatus, In lib. de doctrina puerili.

Nonagesimus secundus: quod in matrimonio generatur homo cum sanctitate; & quod matrimonium sic ligat, quod nullus debet accedere ad uxorem suam, nisi causa prolis. In lib. de ecclesiasticis proverbijs.

Nonagesimus tertius: quod existentes in purgatorio non possunt Deum tantum diligere; sicut eum diligere si illas poenas non sustinerent. In lib. orationum.

Nonagesimus quartus: quod sicut Deus pater non addit aliquid in filio generando in eternitate; ita faciendo non addit aliquid Christo, uniendo sibi substantiam, quam panis & eius accidentia dimittunt. In lib. de ecclesiasticis proverbijs; ubi supponit quod vnjat.

Nonagesimus quintus: quod sicut Dei filius non accipit additamentum per esse hominem, ita sacerdos facit, quod sanguis, quem accipit Christus de Domina nostra, non accipit additamentum propter additionem, quam facit cum sanguine calicis. In lib. de ecclesiasticis proverbijs; ubi supponit, quod sanguis, quem Christus accipit de Domina nostra, & qui est in calice, sint duo sanguines distincti, post vniti.

Nonagesimus sextus: quod omnes articuli fidei, & Ecclesie sacramenta, ac potestas Papae possunt probari, & probantur per rationes necessarias, demonstratiuas, & evidentes.

Et ipse Raymundus dicit se probare per rationes, quas adducit, quas dicit & reputat esse tales: sed homines inscij, & peccatores non intelligunt eius rationes. In lib. de articulis fidei, & in lib. contemplationum. In lib. de ecclesiasticis proverbijs. & in lib. de planctu Raymundi.

Nonagesimus septimus: quod fides est necessaria hominibus inscijis rusticis & ministrabilibus, & non habentibus intellectum eleuatum, qui nesciunt cognoscere per rationem, & diligunt cognoscere per fidem; & quod homines grossi ingenij, & illiterati, & inscij diligunt cognoscere articulos fidei per fidem, & non per rationem: & facilius trahuntur ad veritatem Christianorum per fidem, quam per rationem: sed homo subtilis facilius trahitur per rationem, quam per fidem. In lib. contemplationum.

Nonagesimus octauus: quod ille qui cognoscit per fidem, ea quae sunt fidei, potest decipi: sed ille qui cognoscit per rationem, non potest falli: nam fides potest errare, & non errare. Et si homo errat per fidem, non habet tantam culpam, sicut si erraret per rationem. Et sicut verius cognoscimus ea, quae videmus, quam ea, quae palpamus: ita verius sumus dispositi ad cognoscendum veritatem per rationem, quam per fidem. Sed sicut palpando aliquando inuenimus veritatem, ita etiam quandoque per fidem cognoscimus veritatem: sicut caeci, qui aliquando inueniunt quae volunt; ali-

quando non. In lib. contempla.

Nonagesimus nonus: quod interficientes hereticos sunt iniuriosi, & vitiosi in suo memorari, intelligere, atque velle: quia haeretici quando interficiuntur, moriuntur morte sensuali, & morte intellectuali; & Christus voluit, quod eius discipuli & Apostoli essent homines simplices, & qui non interficerent infideles; propter hoc ne interficiendo eos sensualiter, morentur etiam eorum animae: haeretici autem & infideles sunt eiusdem naturae humanae, sicut ceteri, pro qua humana natura filius Dei assumpsit carnem. In lib. contemplationum.

Centesimus articulus: quod Deus contulit ipsi Raymundo Lull istam artem & doctrinam generalem in quodam monte; qui sibi apparuit Crucifixus, & contulit eam sibi pro huius saeculi tenebris illustrandis, quae est generalis ad omnem scientiam & naturalem, & medicinam, & ad iura; & valet specialiter ad destruendum errores. In prologo super lib. sententiarum; & in lib. de planctu Raymundi.

Quamplures, & quamplures alios articulos ponit in suis libris hereticales, erroneos, temerarios, & periculosos, qui digni relatione & memoria non existunt: vt pote qui nulla ratione apparente vel colorata fulciuntur; sed potius temeritati, praesumptioni, voluntati propriae, & ignorantiae multae, & imperitiae innituntur.

Horum centum articulorum primus, in duobus codicibus, quorum tamen vnus ab alio est extractus, non inuenitur taliter totaliter: sed vt mihi videtur, qui satis legi, contuli, & per legi inuenitur aequipollenter, seu consequenter. Qui centum articuli a compilatione viginti Magistrorum praedictorum fuerunt abstracti.

De Lullistis, & eorum erroribus.

Iste Raymundus Lull multos sequaces habuit, atque habet hodie, qui impudenter doctrinam suam, licet haeticam & peruersam, atque ab ecclesia reprobam, totis viribus sustinent & defendunt; & defendentes in errores varios incidunt: qui sequaces Lullistae ab isto Raymundo Lull communiter appellantur.

Haereses autem, & errores istorum Lullistarum isti sunt.

6. Primus error: quod Raymundus Lull dogma suum non habuit per hominem, nec per studium, sed per reuelationem Iesu Christi, qui in insula Maioricarum in quodam monte sibi apparuit crucifixus, qui dominus Iesus ibi, illi dogma contulit ante dictum.

Secundus error: quod doctrina Raymundi Lull excellit omnium aliorum doctrinam in bonitate & veritate, etiam Augustini.

Tertius error: quod theologi nostri temporis moderni nihil sciunt de vera theologia.

Quartus error: quod Deus veram theologiam a theo-

Hunc errorem refellit S. Thomas 2. 2. q. 64. art. 2. & Alfonso Castros lib. 2. de iusta heresi: punit. c. 12. & 13.

Hunc errorem maiorem refellit Maiores, Randa vocant.

theologis moderni temporis propter peccata eorum abstulit, & eam Lullistis ipsis contulit.

Quintus error: quod omnes doctrinae destruentur, nisi doctrina Raymundi Lull, quae perpetuo remanebit.

Sextus error: quod tempore Antichristi nos theologos apostatibimus a fide, & tunc Lullistae ipsi per doctrinam istius Raymundi reducent Ecclesiam ad fidem catholicam.

Septimus, quod doctrina veteris testamenti attribuitur Deo patri, doctrina noui testamenti Deo filio; sed doctrina Raymundi Lull Deo Spiritui sancto.

Octauus error: quod doctrina Raymundi Lull non potest haberi nec per studium, neque per hominem, sed tantum per Spiritum sancti reuelationem.

Nonus error: quod doctrina Raymundi Lull sic ab eius sectatoribus per Spiritum sancti reuelationem habetur, quod in triginta, quadraginta, quinquaginta sexaginta hominibus habetur.

Decimus error: quod doctrinam ipsius Raymundi Lull nullus intelligit, nec intelligere potest, nisi soli Lullistae ipsi.

Vndecimus error: quod dominus Gregorius Papa xi. qui doctrinam Raymundi Lull in viginti eius voluminibus contentam, vt haeticalem in ducentis articulis Aunione in Consistorio condemnauit, totamque generaliter vt suspectam uehementer de haeresi cunctis fidelibus interdixit; sacrum collegium, quod coeussit; Cardinalis Hofienfis, qui commissarius in illa causa fuit; Magistri in Theologia ultra viginti, qui ad condemnationem praedictam consilium praestiterunt, isti doctrinam istam non intellexerunt, decepti sunt, & turpiter errauerunt.

Duodecimus error: quod Raymundus praedictus est in caelis beatus, & pro tali habendus a suis sectatoribus, & nominandus.

COMMENT. XXXIII.

Omnes haec quaestiones, in quibus particulae quorundam errores recensentur mirabilem habent fructum, & Theologis & Inquisitoribus praesertim sunt valde utiles, ad quos spectat (vt supra monui) non modo catholicas ueritates nosse, sed etiam oppositas falsitates intelligere, ut muneri suo rectius satisfaciant. Docet autem Eymericus qui fuerint ad nati, propter quod, item a quibus Romanis Pontifibus: nos singulorum historias breuiter more nostro recensebimus.

In primis tamen, id est, tum in hac quaestione, tum in alijs multis huius operis, in quibus Eymericus multorum errores & haereses commemorat, diligenter obseruandum, eum non putare omnes articulos, quos enumerat uere hereticos esse: id enim manifeste falsum saepe apparet, sed per errores latiori quadam uerbi significatione comprehendit varios propositionum in fide peccantium gradus, seu qualitates, de quibus breuiter egimus paulo ante super q. 3. huius partis: nam & concilium Constantiense, & Martinus quintus in eodem concilio errores Ioannis V. uiclessi, & Ioannis Hussidam ante: nihilominus tamen non

omnia eorum dogmata seu articuli damnantur, ut uere haereticales, sed quidam ut blasphemici, quidam scilicet ad alios, quidam piam aurium offensum, quidam denique aliarum qualitatium, ut constat ex eodem concilio Constantiensi, sess. 15. & ex epist. Martini quinti reuelata in eodem concilio, sess. 4. 5. & inter literas Apostolicas pro officio sanctae Inquisitionis in fine huius operis. ita prorsus Eymericus duos articulos haereticales nominat, aliarum qualitatium propositiones non excludit, neque. n. vir tam doctus tam est imperitus.

¶ Et ante condemnationem statim dictorum errorum factam per Dominum Benedictum duo decimum in extrauagati, Benedictus Deus. ¶ Prius legebatur, per dominum Benedictum vndecimum. ceterum ex his quae diximus supra super dicta extrauaganti, Benedictus Deus, reuelata in hac 2. parte, pagina 127. constat aperuissimè eam Benedictum duodecimum esse: quare condemnatio facta per dictam extrauagantem omnino subsecuta est condemnationem factam hic per Ioannem xxij. cum Benedictus duodecimus post Ioannem xxij. Pontificatum gesserit.

¶ Idem dominus Ioannes xxij. condemnauit, &c. postillam Fratris Petri Ioannis ordinis Fratrum Minorum. ¶ Gabriel Prateolus lib. 1. c. 2. de uita & sectis haereticorum, ait hunc Petrum Ioannem uixisse temporibus Caesarii Papae 1111. circa annum Domini MCCCIX. At Eymericus infra in hac 2. par. q. 15. cum insurrexisset in praesentia: Narbona temporibus Clementis V. hoc est, circa annum Domini MCCCVI. testatur, quod ipsum asserere se uidetur non obscure Alfonso Castros lib. 2. aduersus haereses, uerbo, Anima, haeresi 1.

Fuit Petrus Ioannes monachus ardinis Fratrum Minorum sancti Francisci natus in oppido quodam Ciriaci diocesis Biturren. valdeque studuit doctrinam Abbatis Ioachim, de quo egimus supra parte 1. super cap. Damnamus. de summa trinit. cuius etiam Ioachim errores tenaciter sequebatur, quos late refert & confutat Guido Carmelita in summa de heresibus tit. de heresibus Abbatis Ioachim, & Petri Ioannis. Hic Petrus commentarios scripsit in Apocalypsim, Euangelium Matthaei, & Epistolas Canonicas, quos hic Eymericus Apostillam, siue postillam uocat plenos, vt referunt doctores, Jonnius, & mendacis, ac uanitatibus, & haeresibus. Idem Prateolus praecitato loco scribit hunc Petrum Ioannem de iussu & mandato Caesarii Tertij post mortem exhumatum, & haeticum omnium sententia & calculo declaratum, & eius ossa rogo imposta ac combusta fuisse; quod tamen falsum esse uidetur, cum nec tempore Caesarii Tertij, ac nec multis quidem postea annis ortus fuerit hic Petrus: nam a Caesario tertio usque ad Clementem V. centum annos intercessisse constat. Prateolus uero ideo fortassis in hoc deceptus est, quia cum apud Guidonem Carmelitam uidisset simul recenseri haereses Abbatis Ioachim & Petri Ioannis, & Abbas Ioachim uixerit circa tempora Caesarii tertij: putauit Petrum Ioannem eisdem temporibus extitisse. Quare uerius est cum tempore Clementis V. exortum circa annum Domini MCCCVI. & per Ioannem xxij. qui proxime in Pontificatu successit Clementi V. ad annos Domini MCCCXVI. condemnationem eius do-

Erinam, & errores, ac inbente eodem domino Papa Ioanne xxij. post mortem fuisse exhumatum & combustum, si vera sunt, quae annotantur infra in hac 2. parte super q. 26. quae mihi non videntur a veritate abesse. Bernardus tamen Lutzeburgus in catalogo hereticorum lib. 3. in verbo, Petrus Ioannes, ait tempore Clementis Sexti circa annos Dñi MCCCXLVI. de mandato eiusdem Pontificis post mortem hereticum declaratum, exhumatum, & combustum fuisse hunc Petrum Ioannem.

Tam illud etiam constat quosdam peculiare errores huius Petri Ioannis, videlicet, quod parvulis in baptismo gratia et virtutes non conferantur: item quod anima rationalis in quantum rationalis, non est forma corporis: item, quod Christo viventi, & non mortuo fuit lancea apertum latus: per Clementem V. in concilio Vicinensi fuisse condemnatos, ut habetur in clem. 1. de summa trinit. & fide catho. quos etiam refert Eymericus in varijs locis huius 2. partis, & Guido Carmelita in summa de heresibus, tit. de heresibus Petri Ioannis, c. 1. 2. & 3. De eod. hoc Petro Ioanne agit rursus Eymericus infra in hac 2. parte, q. 25. & 26.

Contento in libello Fratris Michaelis de Cesena heretici Ministri Generalis ordinis Fratrum Minorum. Emerfit Michael de Cesena tempore domini Ioannis xxij. circa annos Domini Iesu Christi MCCXXVIII. fuit minister Generalis ordinis Fratrum Minorum superbia tumidus, non facile sanctorum dictis obtemperans: qui multos genuit proprios, & professus etiam est aliorum errores. Denique usque adeo a via humilitatis, & limitibus modestiae ac obedientiae deflexit, ut etiam in summum Romanum Pontificem Ioannem xxij. acerbe fuerit inuectus. Hunc Michaelem Ioannes Papa xxij. ob insignes hereses dignitate privavit, & hereticum declaravit, ceterum is noluit respicere, neque Ecclesiam iudicio obtemperare: sicut constat ex extrinsecis. Ioannis xxij. incipien. Nuper in Consistorio publico. quae habetur inter literas Apostolicas, in fine huius voluminis: ubi multa de hoc diximus, & iterum infra in hac 2. parte super q. 15.

Advertendum tamen, quod ante condemnationem, &c.] Sequentia usque ad vers. Postea dominus Papa Gregorius, defunt in tribus codicibus manuscriptis Bononiensi, Sabellano, & Cardinalis de Gambara. ea habet solus Barcinonensis, quae quia instituta EymERICI conveniunt, non fuerunt omitterenda.

Quidam frater Ioannes de Parma Italicus Monachus.] Hic emerfit circa annos Domini MCCCL. post condemnatum libellum Abbatis Ioachim ab Innocentio III. in concilio Lateranensi anno Domini MCCXLV. Hic fuit doctrina Abbatis Ioachim sectator tenacissimus: nec modo tuebatur errorem Ioachim damnatum, sed plures etiam alios, quos refert hic Eymericus: hunc ergo Ioannem Alexan. IIII. damnat prope annum Domini MCCCLIII. de hoc Ioanne de Parma rursus agit Eymericus infra in hac 2. parte, quest. 26. dum ait ab Alexandro IIII. condemnatum fuisse librum, Evangelium aeternum appellatum. quo loco ostendimus alios libros erroneos praeter hunc fuisse per Ale-

A xandrum IIII. damnatos.] Postea dominus Papa Gregorius xj. &c. interdixit & condemnavit doctrinam cuiusdam Raymandi Lull] Prateolus lib. 16. de vitis & sectis hereticorum c. 2. scribit Raymundum hunc Lullium floruisse tempore Alexandri IIII. Pontificis Romani circa annum Dñi MCC LX. de quo tamen brevius, eadem illa scribunt Prateolus praescripto loco & Bernardus Lutzeburgus in catalogo hereticorum lib. 3. in verbo, Raymundus Lulli, quae hic copiosius recenset Eymericus. Rescriptum autem Pontificum, quo Raymundi tractatus interdicuntur, refert Eymericus paulo post in hac 2. parte, q. 26. quo loco continentur alia haec spectantia.

Quod eam habuit in quodam monte, &c.] Hunc montem Maioricenses hodie Randa vocant. est autem propterea in ea insula valde celebris.

Ministralibus.] Sabellanus, Magisterialibus. codex Cardinalis de Gambara, Ministerialibus. sed Barcinonensis Bonon. melius habent, Ministralibus. est autem dictio Hispana, qua significantur mechanicarum artium artifices, quos Itali vocant Artesani.

Horum centum articulorum primus, &c.] Haec quoque sequuntur usque ad questionem decimam, defunt in tribus codicibus manuscriptis; ea tamen habet Barcinonensis impressus, & propterea sunt etiam impressa.

QVAESTIO X.

De haeresibus ab Inquisitoribus Aragoniae damnatis de Domini Papae mandato.

S Y M M A R I U M.

- 1. Articulus hereticus de sanguine Christi condemnatus.
2. Articuli de Sacramento altaris, & de B. Virgine reprobat.
3. Haereses vigintidua publice damnatae, & liber combustus.



Decima questio est: Haereses seu errores condemnati extra curiam Romanam per Inquisitores Aragoniae hereticae pravitatis auctoritate Apostolica & de expresso mandato domini nostri Papae, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod dominus Clementis vj. informatus per Fratrem Nicolaum Roselli ordinis Fratrum Praedicatorum Inquisitorem in partibus Aragoniae & Cataloniae, postmodum vero tituli sancti Sixti presbyterum Cardinalem, quod in Catalonia in civitate Barchinone publice praedicabatur, quod in sanguine Christi sparso in Parasceue non remanserit divinitas, nec sanguis ille erat deificatus, habito solemnium concilio magistrorum, & aliorum peritorum virorum, mandavit per suas patentes litteras dicto Inquisitori, quatenus dictum articulum ut hereticalem & erroneam, faceret publice reuocari, ac solemniter

niter condemnaret: & sic ipse Inquisitor fecit in Ecclesia cathedrali publice Barchinone, dictum articulum ut vere haereticalem publice condemnando.

Postmodum vero tempore domini Gregorij xj. frater Nicolaus EymERICI ordinis Praedicatorum Inquisitor haereticae pravitatis in partibus Aragoniae & Cataloniae ante dictis, successorem immediatum praefati Fratris Nicolai Roselli ad Cardinalatus apicem assumpti, informavit eundem dominum Gregorium, quod in dictis partibus infra scripti articuli de sacramento altaris, & Beata Virgine publice praedicabatur: qui dominus Gregorius praehabito multorum consilio magistrorum, mandavit dicto Inquisitori, & praeterea omnibus partium praedictarum per suas litteras, de quibus agitur in prima parte huius operis, quatenus illos articulos interdicere per sententiam excommunicationis in Ecclesiis cathedralibus partium praedictarum: quod & fecit. Articuli autem taliter condemnati sunt isti.

Primus: quod si hostia consecrata cadat, seu projiciatur in cloacam, lutum, seu alium turpem locum, quod speciebus remanentibus, sub eis esse definit corpus Christi, & redit substantia panis.

Secundus: quod si hostia consecrata a mure corrodatur, seu a bruto sumatur, quod remanentibus dictis speciebus sub eis definit esse corpus Christi, & redit substantia panis.

Tertius: quod si hostia consecrata a iusto vel peccatore sumatur, quod dum species dentibus teritur, Christus ad caelum rapitur, & in ventrem hominis non traicitur.

Quartus: quod Beata Maria mater Christi in conceptione filii sui sic fuit gratia plena, quod ex tunc in gratia non profecit, nec proficere potuit.

Quintus: quod Spiritus sanctus in die Pentecostes veniens in Beatam Virginem Mariam, & Apostolos, gratiam nullam contulit Beatae Mariae, sed Apostolis: quia sic erat gratia plena, quod in gratia proficere non valebat.

Consequenter vero idem dominus Gregorius xi. informatus per eundem Fratrem Nicolaum EymERICI Inquisitorem, quod in quibusdam libellis oculariter eidem ostensis continebantur infra scripti articuli, habito super illis pluribus consilio magistrorum in praesentia dominorum Cardinalis sancti Eustachij, & sancti Angeli in palatio domini Papae in Avinionem, & de mandato eiusdem, tandem ipse dominus Papa per suas patentes litteras mandavit eidem Inquisitori, quatenus ipse Inquisitor cum domino Archiepiscopo Tarraconen. dictos articulos ut hereticos, & vere erroneos cum suo libello publice condemnaret; ac eodem demnatis, dictum libellum traderet ignibus consumendum: & sic factum fuit. Haereses autem & errores sunt isti.

Prima haeresis est: quod peruersum dogma impijssimi Almarici, Ariz, Sabellij, quod aliorum hereticorum non est haeresis de se, nisi tantum apud illum, qui ipsum eligit animo pertinaci.

Secunda haeresis est: quod licitum est crea-

turas adorare & honorare, honore & adoratione latrae absque peccato, immo meritorie inquantum sunt representati sui creatoris.

Tertia haeresis est: quod licet demones adorare & honorare latra meritorie, si representent sui creatorem.

Quarta haeresis est: quod non tantum absque vitio haeresis, immo etiam absque vilo peccato possunt demones adorari dulcia, nisi quia prohibitum est per Ecclesiam Dei.

Quinta haeresis est: quod aequae & melius potest sacrificans demoni excusari ab idolatria, quam Christianus adorans imaginem Christi, vel sanctorum.

Sexta haeresis est: quod de iure naturae adoratio & sacrificium debentur demonibus.

Septima haeresis est: quod qui victi supplicij Deum negant ore, sed corde adorant, non solum non peccant, immo sunt digni remuneratione.

Octava haeresis est: quod laicus non tenetur ad aliquem fidei articulum explicite credendum: sed sufficit sibi ista conclusio in genere, quod credat omne illud quod credit sancta mater Ecclesia Dei: & ideo quod si laicus teneat vel credat oppositum alicuius articuli ex ignorantia & tentatione diaboli, non peccat.

Nona haeresis est: quod omnis inobediens praecipis Dei, vel Ecclesiae, est hereticus censendus.

Decima haeresis est: quod omnis peccans mortaliter est propriissime hereticus.

Vndecima haeresis est: quod omnis peccans, dum peccat, conformat suam voluntatem voluntati diuinae.

Duodecima haeresis est: quod tantum placet Deo mala esse, quod bona.

Tertiadecima haeresis est: quod tantum placuit Christo Iudae desperatio, quantum Petri contritio.

Quartadecima haeresis est: quod nullum legis praecipuum in hac vita potest adimpleri.

Quintadecima haeresis est: quod in hac vita a nullo viatore (ut viator est) charitas potest haberi, nec aliqua virtus.

Sextadecima haeresis est: quod absque charitate potest super omnia diligere meritorie, & absque ea haberi vita aeterna de lege communi, & secundum leges nunc currentes.

Decima septima haeresis est: quod quis sine charitate non potest esse fidelis, & per consequens peccans mortaliter, & non habens charitatem, est propriissime hereticus: quia peccat contra primum articulum fidei.

Decima octava haeresis est: quod omnis peccans, in eo quod peccat, conformat suam voluntatem voluntati diuinae: & quod homines aequae conformant suam voluntatem voluntati diuinae demerendo, sicut merendo; loquendo hinc de voluntate beneplaciti Dei.

Decimanona haeresis est: quod tantum placet Deo voluntate beneplaciti Iudae desperatio, quantum Petri contritio: & tantum alicuius esse in fidelem:

In bononiensi ita: si reputent suum creatorem.

Vide quae diximus supra p. 1. top q. 9. com. 24.

In bononiensi placet Deo mala, quantum bona.

Habentur supra fo. 44.

al asperio

Jem, quantum esse fidelem : & tantum mala esse, quantum bona.

Vigesima hæresis est : quod secta iniqui Mahometi est æque catholica, sicut fides Iesu Christi.

Vigesimaprima hæresis est : quod Christus, Apostoli, & omnes Angeli, & omnes beati sunt schismatici: & quod perfectius est esse schismaticum, quam catholicum.

Vigesimasecunda hæresis est : quod solus Deus Pater est optimus; sed Dei Filius est bonus in primo gradu, Spiritus sanctus est bonus in secundo gradu: sed omnis creatura est bona in tertio gradu.

COMMENT. XXXV.

Singulis seculis certas hæreses pullulare.

Quæ in hac quaestione cum precedentibus & subsequentibus traduntur, ed spectant, ut multos articulos hereticos, aut alterius generis tradat Eymericus ut euentur: hoc enim est eius præcipuum institutum. Sed hoc est aduertendum, singulis seculis pro qualitate hereticorum certas quasdam hæreses pullulare, quæ alijs temporibus omnino sint quasi sopitæ & extinctæ: unde Eymericus (ut etiam in præfatione huius 2. par. dicebamus) eas in primis commemorat, quæ suo seculo aut vigeant adhuc, aut nondum omnino erant extirpatæ: quod oportet animaduertere: ne quis auctorem aut reprehendat, aut miretur cur has adduxerit, alias vero omiserit: quamquam nullas potest dici omisisse, qui etiam antiquorum hereticorum errores numerauerit.

Caro & anima Christi semel verbo vitæ nunquam ab eo fuerunt separata.

Quod in sanguine Christi sparso in Parasceue non remanserit diuinitas, &c.] Sed vere vel hereticus vel iam olim à sanctis patribus exploratus videtur talis articulus: illi enim iuxta catholicam veritatem aliud semper docuerunt. Augustinus super Ioan. c. 10. tract. 47. Ambrosius & alij, quos refert Magister sent. lib. 3. dist. 21. sicut Augustinus. & tradit luculenter sanctus Thomas 3 par q. 50. art. 2. & 3. unde commune est & certissimum catholicorum dogma, videlicet, quod Filius Dei Iesus Christus nunquam dimisit, quod semel assumpsit, ac sibi vnium.

Iam quantum ad sanguinem, qui de corpore Christi fluxit, spectat, id tenendum est iuxta catholicam fidem quod Beatus Thomas docet par. 3. quest. 54. art. 2. ad 3. argumentum, & communiter Doctores theologij.

Postmodum vero frater Nicolaus Eymericus. Quotiens de se loquitur auctor, modestie causa semper sub tertia persona se nominat.

Quod vero asserit de his tribus articulis de recessu Christi ab speciebus sacramentalibus, supra abunde explicatum est par. 1. pag. 44. vbi asserit condemnationem factam per Gregorium 21. & dixi ibidem copiose quæ ad hunc locum pertinent.

Quod in quibusdam libellis oculariter, &c.] Hos libellos hereticos ediderat quidam Raymondus Neopbyetus, ut colligitur ex Eymericus infra in hac 2. parte, quest. 27. vbi dixi de isto Raymondado.

Secunda hæresis est, quod licitum est crea-

turas adorare, &c.] Isti omnes errores de adorandis demonibus, à magicis et incantatoribus orti sunt: nam hi vt uerentur suam damnatam artem, quam raro exercent absque adoratione & sacrificijs demoni exhibitis, alium errorem de adorandis demonibus adiunxerunt, vt vel inde intelligas quàm sit vere dictum à philosopho, Dato vno absurdo multa inde sequi. idem ferme articuli, aut sane his valde consimiles damnati sunt cõmuni sententia per Theologos Parisenses anno Domini MCCCXCVIII. legunturque in sine lib. sententiarum Petri Lombardi in quibusdam libris recenter impressis, de quibus dicam copiosius infra in hac 2. parte super q. 43.

Errores de adorandis demonibus orti.

Tertia heresis est, quod licet demones adorare & honorare latria meritorie. Latria vel theosebia, cultus est qui soli debetur Deo. Magister & ceteri communiter Theologi lib. 3 sent. dist. 9. B. Thom. 2. 2. q. 84. art. 1. ad primum argumentum. & q. 103. art. 3. glos. in clem. si dominum. de reliq. & venerat. sancto. glos. in c. venerabiles. de consec. dist. 3. Lapis in c. si canonici. de officio ord. lib. 6. & copiose Tabiæsis in sum. verbo, adorare & Syluester verbo, latria. ex quibus intelliges quàm sit impia, quæ de adoratione demonum traduntur.

Quid latria & dulia.

Quarta heresis est, &c. possunt demones adorari dulia. Dulia cultus dicitur creaturis exhibitus, non simpliciter, sed propter aliquam excellentiam. ita Theologi, & B. Thomas locis proxime citatis, & adde quos citauit superiori adnotatione. De differentia vero utriusque adorationis præter citatos in proxima precedenti adnotatione, vide Archidiaconum in cap. Venerabiles. de consecra. dist. 3.

Ostaua heresis est: quod laicus non tenetur ad aliquem fidei articulum explicite credendum. hinc colliges optime conclusisse Eymericum par. 1. q. 12. iuxta mentem Beati Thomæ, ex quo principaliter ad fidem spectant, quales sunt fidei articuli, ab omnibus explicite tenenda esse, neque excusare prauam consuetudinem in contrarium, cum pauci sint qui explicite articulos sciant.

Voluntas beneplaciti in Deo, quæ dicitur.

Loquendo de uoluntate beneplaciti Dei. Theologi lib. 1. senten. dist. 45. voluntatem vere & proprie non metaphorice dictam, in Deo appellant voluntatem beneplaciti, item Beatus Thomas, & ibi Caietanus par. 1. q. 19. art. 11. quàm sit autem impium quod hic traditur de Deo volente malum culpæ, eleganter docet uterque Thomas par. 1. q. 19. art. 9. & Doctores scholastici lib. 1. senten. dist. 46.

Olim vero Floriani heretici inter alios hunc etiam profitebantur errorem, dicentes Deum creare mala; qui cum de malis culpe loquerentur, merito vt heretici damnati sunt, vt scribit Turrecremata in cap. Quidam autem S. Floriani. 24. q. 3. contrarium asserere Collutiani, aientes Deum non facere mala: qui cum de malis pæne, & naturalibus defectibus id intelligerent, vt præcitato loco ait Turrecremata in S. Collutiani. iure optimo heretici habiti sunt. quare Sanctus Augustinus in libro de heresibus, cap. 66. recte ait utrosque in his dogmatibus diuinis eloquijs resistere.

De hæresibus damnatis ab Inquisitoribus Aragoniæ sine expresso mandato Papæ.

SUMMARIUM.

- 1 Arnaldus de Villanoua medicus celebris.
2 Arnaldi de Villanoua errores quamplures.
3 Petrus Olerij, & Bonanatus heretici in Hispania.
4 Durandus de Baldach Gerunden. combustus.
5 Bonanatus princeps Begardorum impunitus, & relapsus.
6 Iacobus Iusti Begardus immuratus.
7 Exhumata hereticorum cadauera, & ipsi post mortem condemnati.
8 Berengarij Monachi Cisterciens. error.
9 Nicolai de Calabria hereses.
10 Bartholomæus Ianouesius heresiarcha.
11 Arnaldus Montauernij hereticus contumax.

Undecima questio est: Hereses, & errores, & temeritates, & falsitates condemnatæ in prædictis partibus Cataloniae & Aragoniæ per Inquisitores hereticæ prauitatis auctoritate Apostolica, licet non de expresso mandato domini nostri Papæ super illis in speciali facto; qui sunt?

forte, Crucylas

Ad hanc respondemus, quæ tempore domini Papæ Clementis v. fuit in partibus illis quidam magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanoua: qui condidit multos libellos, in quibus erant quamplures insertæ & multum periculosæ hereses & errores: quæ Tarracone fuerunt condemnatæ per fratrem Ioannem de Longerio ordinis Fratrum Prædicatorum, & per dominum Gausfredum de Crudillis præpositum in Ecclesia Tarraconen. Vicariumque in eadem, sede vacante: & hoc, anno domini MCCCXVII. Errores autem & hereses à prædictis (vt prædicitur) condemnatæ cum magno consilio Theologorum istæ erant.

Errores Arnaldi de Villanoua.

Primus error: quæ natura humana à Deo assumpta est æqualis Deo in omnibus bonis suis: & quæ tam alta sit humanitas in Christo, quàm deitas, & tantum possit.

Secundus error: quæ quàm cito anima Christi fuit vnita diuinitati, statim ipsa anima sciuit omnia, quæ deitas scit: quia aliàs (vt dicebat) non fuisset cum ea vna persona, præcipue quia scire est circumstantia pertinens ad suppositum indiuiduale, & non ad naturam.

Tertius error: quæ Diabolus ingeniose fecit totum populum Christianum deuiare à veritate. Domini nostri Iesu Christi; sicque fuxit & euacuauit populum Christianum, quæ non dimisit in eo, nisi pellem, id est, apparentiam cultus ecclesiastici, quem fecit ex vlu: & fides quam habet, est talis,

qualis est fides demonum. Et quæ totus populus Christianus ducitur in infernum. Et quæ Christiani per singulos status palam vitæ, & moribus, & affectibus ipsum abnegauerunt: & quæ in toto corpore Christi collegij vsque ad verticem à planta pedis, non solum viuunt, sed regnant & imperant talis apostasia.

Quartus error est: quæ omnes claustrales sunt extra charitatem, & damnantur: & quæ omnes religio si falsificant doctrinam Christi.

Quintus error est: quæ male fecerunt Doctores theologi, qui aliquid de philosophia posuerunt in suis operibus: studij philosophiæ, & philosophiæ totaliter condemnando.

Sextus error: quæ reuelatio facta Cyrillo, est prætiosior cunctis scripturis sacris.

Septimus error: quæ opus misericordiæ plus placet Deo, quàm sacrificium altaris.

Octauus error est: quæ stabiliens capellanas, vel faciens celebrari Missas post mortem, non facit opus charitatis, nec ex hoc meretur vitæ æternæ.

Nonus error: quæ qui in vita sua scit multitudinem indigentium, & maxime amicorum Dei, & congregat, & retinet superflua ad stabiliendum capellanas, & ad perpetuandum Missas post mortem, quæ certum est, quæ talis cadit in æternam condemnationem.

Decimus error: quæ in sacrificio altaris sacerdos offerens, vel offerri faciens, nihil Deo de suo offert, neque etiam voluntatem.

Vndecimus error: quæ in elemosyna magis representatur passio Christi, quàm in sacrificio altaris.

Duodecimus error, quæ in sacrificio Missæ non laudatur Deus opere, sed solum ore.

Tertiusdecimus error: quæ in consultationibus Papalibus non est scientia nisi operum humanorum.

Quartusdecimus error: quæ nunquam Deus cõminatus est æternam condemnationem peccantibus, sed malum exemplum præbentibus.

Quintusdecimus error & falsitas est: quæ anno ab incarnatione Domini MCCCXXXV. esset mudi finis totaliter, & ex toto.

Petrus Olerij, & frater Bonanatus heretici.

Item tempore domini Ioan. xxij. insurrexit in partibus antedictis in ciuitate Barchinon. quidam vocatus Petrus Olerij de Maioricis oriundus, cum quibusdam complicibus suis, & presbytero quodam vocato fratre Bonanato: qui posuit multas de hæresibus & erroribus Begardorum infra scriptis, scilicet, de proprio & communi: & tandem Barchinon. per fratrem Bernardum de Podio Cerroso Inquisitorem, cum Episcopo Barchinon. fuerunt eorum hereses & errores condemnati; & ipsi traditi curi seculari, & combusti.

Durandus de Baldach hereticus.

Item tempore eiusdem domini Ioannis xxij. insurrexit in partibus illis in ciuitate Gerundeni quidam

quidam vocatus Durandus de Baldach cuius Gerundensis cum quodam suo complice, qui dogmatizavit hereses & errores Begardorum, de proprio scilicet & communi: & ulterius, qd matrimonio non erat, nisi meretricium occultatum: tandem Gerudę presente domino Iacobo rege Aragonię bonę memorię, eius hereses fuerunt condemnatae per dominum Episcopum Gerunden-

† al. auzinge-
fij

Frater Bonanatus Begardorum dux in Catalonia.

Item tempore a domini Benedicti xij. insurrexerunt in eisdem partibus in Villafranca de Penedes, quam plures Begardi, quorum erat primicerius & haresarcha predictus presbyter, vocatus Frater Bonanatus: qui ante abiurauerat, postquam traditus fuerat vt impenitens seculari curię, & iam ex vno latere assatus se finxerat penitente. Ille cum predictis posuerunt hereses Begardorum: & tandem per dominum fratrem Dominicum Ferrarium de Apulia ordinis Prædicatorũ Episcopum Barchinon. & fratrem Guillelmum Costã Inquisitorem hereticę prauitatis fuit eorũ congregatio condemnata, & domus eorum habitationis in Villafranca diruta, & eorum hereses condemnatae: & dictus frater Bonanatus vt relapsus, & impenitens traditus curię seculari, & ignibus consumatus, complicibus penitentibus, & erroribus abiuratis.

† al. primus
al. primitiu

Domus hereticorum diruta.

Iacobus Iusti hereticus.

Item tempore Clementis vj. insurrexerunt in Partibus illis, videlicet in Valētia multi Begardi, quorum erat principalis quidam & vocatus frater Iacobus Iusti, qui dogmatizauerunt infra scriptas hereses Begardorũ: & inter alia, quod condemnati religiosi, clerici, & laici pro dictis heresibus tã per dominum dictum Clementem in curia, quã per Inquisitores in aliis mundi partibus erãt beati, & in cęlis martyres Iesu Christi: sit tandē hereses eorum fuerunt Valentię condemnatę per fratrem Nicolaum Roselli predictum Inquisitorem, & postmodum presbyterum Cardinalem: & per dominum Hugonem de Fenolete Episcopum Valentinum.

† al. Fenoucl
lo

Et tres iam mortui, scilicet Guillelmus Gilberti & Bartholomęus Fusterij, & quidam alius fuerunt exhumati, & vt impenitentes heretici condemnati. Et dictus frater Iacobus Iusti dictis heresibus abiuratis extitit immuratus, & ibi mortuus.

Berengarius hereticus.

Item tempore domini Innocentii Papę vj. insurrexerunt in partibus antedictis, videlicet in Monte albo quidam, qui ausi sunt dogmatizare, qd omnia de genere bonorum, quę fienda sunt, sunt fienda Dei puro amore, & non ex alia cau-

sa, nec spe mercedis etęrnę. Ille error ibi inualuit, cuius auctor fuit frater Berengarius & de Monte Falcone ordinis Cisterciensium de Monasterio Populeti: tandem iste error fuit condemnatus solemniter; & publice per Fratrem Sancium Archiepiscopum Tarracon. ordinis Fratrum Minorum: & per dominum Fratrem Nicolaum Roselli Inquisitorem de ordine Fratrum Prædicatorũ.

† al. auzinge-
rius

Nicolaus de Calabria, & eius errores.

Item tempore eiusdem domini Innocentii Papę vj. insurrexit in partibus illis, videlicet in Barchinona, quidam & vocatus Nicolaus, de Calabria oriundus, sed in Hispania conuersatus. Ille publicavit subscriptas hereses & errores, qui fuerunt condemnati Barchinone solemniter & publice per predictum Fratrem Nicolaum Eimerici in illis partibus Inquisitorem: & per dominum Arnaldum de Busquetis Vicarium illis diebus domini Episcopi Barchinon. Errores autem & hereses isti erant.

Primus error quem posuit, est: qd quidam Hispanus haresarcha magnus, vocatus Gondifaluu de episcopatu Conxensi oriundus, erat Dei filius in cęlis etęrnaliter generatus, licet videretur patrem & matrem in terris habuisse.

Secundus error: qd dictus Gondifaluu nunquam moreretur, sed viueret in æternum.

Tertius error: qd Spiritus sanctus debebat futuris temporibus incarnari; & tunc ipse Gondifaluu totum mundum conuerteret.

Quartus error: qd in die iudicij Gondifaluu ille oraret pro omnibus mortuis in peccato mortali, & damnatis in inferno; & eius precibus liberarentur & saluarentur.

Quintus error: qd in homine sunt tria: anima, quam formauit Deus pater: corpus, quod formauit Deus filius: & spiritus, quem creauit Spiritus sanctus, adducens illud, Formauit Deus hominē de limo terrę, & spirauit spiraculum vitę, & factus est in animam viuentem. Quamplura alia posuit hereticalia, erronea, falsa, temeraria, & periculosa, propter quę vt relapsus traditus est brachio seculari.

Bartholomęus Ianouesius, & eius errores.

Item tempore domini Urbani Papę v. insurrexit in partibus antedictis, videlicet in Barchinona, quidam & vocatus Bartholomęus Ianouesius, de insula Maioricarum oriundus, qui libellũ cõdidit ac publicauit, in quo multę hereses, errores, temeritates, & falsitates de Antichristo, & eius tempore ponebantur, quas cum suo libello dominus Berengarius & Daril Episcopus Barchinon, & dictus Frater Nicolaus Eimerici Inquisitor, de magno consilio multorum magistrorum in theologia, in sede & Barchinon. publice cõdemnauerunt, & libellum ibidem tradi fecerunt ignibus comburẽdum, ipso Bartholomęo publice pani-

† al. Beringe-
rius

† al. de Anil

† Id est, in
Ecclesia ca-
thedrali.

ce penitente, & errores publice abiurante. Hereses autem & errores, ac falsitates, & temeritates in genere istę sunt.

Primus error & falsitas: qd præfigebat certum tempus aduentus Antichristi, in quo per totum mundum sui discipuli apparerent, scilicet in die Pentecostes, de anno Domini MCCCLX.

Secundus error & falsitas: qd tempore Antichristi cessaret sacrificium in Ecclesia, & alia ecclesiastica sacramenta.

Tertius error & heresis est: qd Christiani habentes vsum liberi arbitrij, qui peruertentur per Antichristum, sic starent immobiliter in erroribus Antichristi, quod nunquam conuerterentur, nec conuerti possent ad fidem Christi: quia character, quem Antichristus eis faceret in fronte, vel in manu, haberet tantam efficaciam in animabus eorum, quod in illius erroribus faceret eos immobiliter perpetuo permanere; & consequenter, quod omnes tales Christiani certitudinaliter damnarentur, & in igne de cęlo misso etiam corporaliter morerentur.

Quartus error & falsitas: qd pueri paruuli Christianorum, & etiam Iudej, Saraceni, & infideles, ceteri tam paruuli, quã adulti per Antichristum peruertit, post mortem Antichristi omnes conuerterentur ad fidem Christi, sed non aliqui adulti de Christianis peruertit: & finaliter tota Ecclesia Dei esset de conuersis Iudęorum, Saracenorum, & infidelium ceterorũ. Quamplura alia erronea, falsa, & temeraria, & fatua posuit, quę relatione digna non existunt.

Frater Arnaldus Montanerius hereticus, & eius errores.

Item tempore dominorum Innocentij vj. & Urbani v. & Gregorij xj. fuit quidam de ordine Fratrum Minorum in partibus antedictis, videlicet in Villa Podij Ceritani, & diocesis Virgelen. vocatus Frater Arnaldus Montanerij, qui publice prædicabat, & defendebat infra scriptas hereses & errores: Et qui dictus Frater Arnaldus predictas hereses noluit abiurare, licet finxerit se vel le facere, sed fugit: & citatus responsurus super illis, non comparuit, & stetit in tali pertinacia per annos xix. tandem predictus Frater Nicolaus Eimerici Inquisitor (consultato primitus domino Papa Urbano v. & demum Gregorio xj.) & dominus predictus Berengarius Daril, & tunc Episcopus Virgelen. dictum fratrem Arnaldum pertinacem hereticum in Sede & Virgelli publice declararunt, & eius hereses & errores publice condemnauerunt. Hereses autem & errores huius heretici isti erant.

† Vulgo, Pua-
ri Ceritan.
† al. Montane-
rij.
† al. Montanarij

† al. de Anil

† Vox Catalana, id est, in templo maximo, seu cathedrali Ecclesia.

† In bononiensi anno semel.

Prima heresis est: quod dominus Iesus Christus, & eius Apostoli nihil habuerunt in proprio, nec in communi.

Secunda heresis est: qd nullus potest damnari, qui deserat habitum beati Francisci.

Tertia heresis siue error est: qd beatus Franciscus semel & in anno descendit ad purgatorium, & extrahit inde animas illorum, qui in hac vita

fuerunt de ordine suo, seu ordinibus per eundem institutis, & ducit ad paradysum.

Quartus error: quod ordo beati Francisci in perpetuum duraret.

COMMENT. XXXVI.

Um dicit hic Eimericus se agere de heresibus damnatis per Inquisitores Aragonie sine expresso Papa mandato, non intelligas Inquisitores propria auctoritate posse definire dubia circa fidem. Id enim Romani Pontificis munus est, cap. quotiens. 24. q. 1. cap. maiores. de baptis. & eius effectu. sed hoc vult Aragonie Inquisitores sine expresso Papa mandato declarasse hereses iam damnatas, & iussisse vt iuxta sanctiones Canonicas eorum punirentur auctores. de quo dixi supra in hac 2. parte super c. ad abolendam. vers. vel singuli episcopi.

Quid sit Inquisitores damnare hereses.

Quidam magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanoua. Hic emerfit circa annos Domini MCCXX. libellos, quos edidit hereticos numerat Eimericus paulo post q. 28. huius 2. partis. hic cum nollet se intra medicę terminos continere, dum temere vultetiam Theologiam profiteri, misere labitur. Alchimiam etiam profitebatur: in qua tantum se proficisse iactabat, vt laminas aureas ea arte confectas, diceret omnibus se daturum explorandas, vt scribit Cassianus in catalogo gloria mundi, par. 11. consideratione 40. Ceterum ea omnia arte demonum, cum quibus familiaritatem habuisse dicitur, constare creduntur: nam hoc est huiusmodi generi valde familiare, vt ex chymica professione ad demonum inuocationes, & pactiones accedant, vt docuit Eimericus 3. par. tit. de signis, quibus Necromantici heretici cognoscuntur num. 115. sed hoc eam distinctionem recipit, quam ibi attuli, scilicet par. 3. vers. Alchimistę, vt in pluribus.

Arnaldus de Villanoua hereticus.

Alchimistarum tycomodum.

De hoc Arnaldo de Villanoua eadem que hic scribit Eimericus, recensent Bernardus Lutzeburgus in catalogo hereticorum lib. 2. verbo, Arnaldus de Villanoua. & Gabriel Prateolus lib. 1. cap. 69. de vitis & sectis hereticorum.

Quidam vocatus Petrus Olerij. Emerfit hic Petrus Olerius ad annos Domini MCCXX. sequebatur cum Bonanato, de quo mox dicemus, hereses Begardorum, de quibus copiose agit Eimericus paulo post, quest. 15. huius 2. partis. cum de hoc heretico differit Bernardus Lutzeburgus in catalogo hereticorum, lib. 3. verbo. Petrus Olerij, penitus consentit cum Eimerico in hoc loco.

Quidam vocatus Durandus de Baldach. Idem scribit Bernardus Lutzeburgus in catalogo hereticorum lib. 2. verbo, Durandus de Baldach. Emerfit autem eiusdem Domini Ioannis XXII. tempore, id est, circa annos Domini MCCXXIII.

Cauendus est ergo Prateolus, qui lib. 4. de sectis hereticorum, cap. 18. cum de hoc differit, mire labitur, dicens, hunc vixisse temporibus Henrici VII. imperatoris, & Paschalis II. Romani Pontificis, circa annum Domini MCXVII.

Iam in codice Bononiensi. & in altero Cardinalis de Gambara, pro Durando, legitur, Ducandus.

Item tempore Domini Benedicti XII insurre-

furrexerunt in eisdem partibus in Villafranca de penedes quamplures Begardi, quorum erat primicerius, & c. frater Bonanatus.] in codice *Barcinonensi impresso scriptum est hunc Bonanatum tempore Benedicti undecimi insurrexisse, quod non est verisimile, cum Bonanatus post Petrum Olerium potissimum congregationi Begardorum, que in Villafranca de Penedes orta est, praeferat, & Petrus Olerius vna cum Bonanato tempore Ioannis XXI. extiterit, qui post Benedictum XI. Pontificatum gessit, Clemente V. interposito: quare verius & certius habet codex Bononiensis, Bonanatum videlicet tempore Benedicti duodecimi insurrexisse, qui post Ioannem XXI. regnavit ad annos Domini MCCCXXXIII. De hoc Bonanato nemo plura quam hic Eymericus, quem omnino sequuntur Bernardus Lutzeburgus in catalogo hereticorum li. 2. ver. Bonanatus. et Prateolus lib. 2. cap. 30. de sectis hereticorum.*

Id vero oppidum quod hic dicitur Villafranca de Penedes situm est inter Barcinon. & Tarracon in recto itinere, quo itur a civitate Tarraco. ad Barcinon. vulgo hodie vocatur, Villafranca de Panades.

Traditus curia seculari si dicat se velle penitere an recipiendus.

Postquam traditus fuerat ut impenitens seculari curie, & iam ex vno latere assatus, se sinxerat penitere.] Olim ita quandoque fieri solitum erat: sed hodie recipiendus non esset ad misericordiam, qui semel esset curie seculari traditus, etiamsi promitteret conversionem: quoniam huiusmodi conversiones non presumuntur fieri de corde non ficto per dolorem peccatorum, sed per metum presentis & ventis ignis: & experientia sepe docuit hos homines ita receptos deteriores fieri. Et quamquam postquam traditi semel sunt curia seculari summo iure, si dicant velle conuerti, dummodo sint relapsi, recipi possint, quia nullo iure id prohibetur: nihilominus tamen tutius est & securius ut nullo modo audiatur, immo in Hispania, nonissima quadam Madrillania instructione anno Domini MDLXI. cap. 44. salubriter cautum est, ut raro recipiantur etiam illi, qui ante sententiam prolationem in tabulato conuertuntur. & tamen sibi de negatiuis sit sermo, idem in impenitentibus locum habere debet, qui errores & confessos & probatos noluerunt detestari: & haec plane sententia valde mihi aqua semper visa est, cum antequam producantur illi, qui tradendi sunt curia seculari, omnis sit adhibita diligentia ut conuertantur, iuxta consilium Calderini, tit. de heret. conf. 2. Palacium Rubium in allegatione de heresi, §. 4. & Simancam de catho. in tit. tit. 48. num. 32. & sanciuit valde prudenter concilium Biterrense, cap. 17. ut dixi supra in hac 2. parte super concilio Tarraconen. §. Heretici perseverantes. & quod hic tradit Eymericus, iterum repetit 3. par. in 10. & 12. modo processum fidei terminandi, in fine, ubi sentit huiusmodi homines de benignitate posse recipi: id tamen nullo iure esse cautum, & valde periculosum esse huiusmodi homines recipere. Mea haec est sententia, tales nullo modo esse recipiendos: Et pro hac sententia facient tradita per Zacharium tract. de heret. cap. 16. num. 4.

Quidam vocatus frater Iacobus Iusti.] Idem Lutzeburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. verbo, Iacobus Iusti, & Prateolus lib. 9. cap. 4. de se-

ctis hereticorum. vixit autem hic Iustus iniuste circa annos Domini MCCCXLIII. quidquid dicat Prateolus: nam Pontificatus Domini Clementis VI. in hac tempora incidit.

Videlicet in monte Albo.] Voces vulgares saepe latinitate donat auctor, unde parit quandoque difficultatem. hic locus celebris est in principatu Cataloniae vulgo dicitur Montblanch.

Cuius auctor fuit frater Berengarius de Montefalcone.] Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara, Benegrius. Sabellanus, Benigerius, sed melius, Berengarius, Prateolus lib. 2. de sectis hereticorum, cap. 37. hunc vocat, Bugaurium: sed parum refert. hic emerit circa annos Domini MCCCXII. Quod vero hic dicit de monasterio Populeti: id hodie in provincia Cataloniae longe est distans, dicitur vulgo Poblet: cuius frequens est mentio in iure canonico sub nomine Populeti.

Quidam vocatus Nicolaus, de Calabria oriundus.] Hic emerit circa annos Domini MCCCXII. homo stultissimus, de quo nemo plura quam hic Eymericus, quem sequitur Bernardus Lutzeburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. verbo, Nicolaus de Calabria.

Quidam vocatus Bartholomaeus Ianouensis.] In Bononiensi. & Sabellano, Ianouelli. & male, nolimus recedere a Barcinonensi impresso. Emerit autem hic nebulo circa annos Domini MCCCXIII. de hoc eadem que hic ab Eymericus, tradit Prateolus lib. 2. cap. 11. de sectis hereticorum.

Vocatus frater Arnaldus Montauernii.] Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara Montanerii, Sabellanus] Montanerii: sed nolimus discedere a Barcinonensi impresso. hic emerit ad annos Domini MCCCXIII. is ortus est, ut ait Eymericus, in villa Podij Ceretani, quod oppidum hodie Catalani vocant, Puix Cerdan. nobile in ea provincia.

QVAESTIO XII

De haeresibus Pseudoapostolorum in Lombardia.

S V M M A R I V M.

- 1. Geraldus Segarelli, & Dulcinus haeresiarche.
- 2. Habitus & mores eorum.
- 3. Errores viginti Pseudoapostolorum.
- 4. Littere Honorij VIII. condemnatorie huiusmodi secte.

Decima a questio est: Haereses & errores Pseudoapostolorum, qui insurrexerunt in partibus Lombardie, ibique sunt per prelatos & Inquisitores condemnati: qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod temporibus duorum Honorij VIII. Bonifacii VIII. Nicolai III. & Clementis V. in partibus Lombardie videlicet in episcopatibus Parmensi & Nouariensi, hac in partibus circumvicinis insurrexerunt duo

duo mali haeresiarcha, scilicet Geraldus Segarelli Parmensis, & Dulcinus Nouariensis, qui totam terram illam suis infra positis erroribus impletis, congregationem quandam fecerunt, quam Apostolos vocauerunt, qui sub nullius obedientia vivebant, sed tantum se esse subiectos soli Deo, & nulli homini, & vitam sequi Apostolorum: singulariter asserbant.

Ibi publice mendicabant: Christi Apostolos se vocabant: in plateis & vicis eas, quae sibi apponebantur, publice manducabant: penitentiam per vicos & plateas predicabant cum mantello albo ad collum per modum pallij eleuato, & tunica alba, ac longis crinibus: aliquando utendo ad pedes soleis, aliquando nudis pedibus incedebant, & a communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes; singularem se vitam ducere Apostolicam simulabant: virum haeresum seminabant, ac plures & quamplures inficiebant: postmodum vero eorum vita & status per dominum Honorium VIII. condemnata sunt per suas patentes litteras infra positas. Tandem post quadraginta fere annos, quibus eorum error in Lombardia inualuit, dicitur Gerardus per episcopum Parmensem, & Inquisitorem fratrem Manfredum ordinis Praedicatorum tempore Bonifacii VIII. fuit ut haeresiarcha publice condemnatus, & etiam concrematus xviii. die Mensis Iulij, anno Domini MCCC. Et post annos octo ipse Dulcinus tanquam haeresiarcha, & Margarita tanquam haeretica eius confors in scelere & errore fuerunt publice membratim dilaniati, & postmodum concremati: & finaliter pro maiori parte cum magna diligentia praetorum illarum partium, & Inquisitorum haereticae prauitatis ordinis Praedicatorum, ipsorum secta Pseudoapostolorum fuit ab illis finibus extirpata, etiam congregato exercitu magno Crucis signaculo insignito, & collata per dominum Clementem V. indulgentia generali.

Haereses autem & errores ipsorum Geraldii & Dulcini haeresiarcharum, & eorum sequacium Pseudoapostolorum, isti sunt.

Dulcini & Geraldii haereses.

Primus error est: quod tota auctoritas a domino Iesu Christo tradita & collata Ecclesiae Romanae, est omnino euacuata, & iam dudum cessauit, propter malitiam praetorum: & quod Ecclesia Romana, quam tenent Papa, & Cardinales, & clerici, & religiosi, non est Ecclesia Dei, sed reprobata Ecclesia, quae perseverat hodie sine fructu.

Secundus error: quod Romana Ecclesia est illa meretrix, quae a fide Christi apostatauit, de qua Apoc. 17. scribit Ioannes in Apocalypsi.

Tertius error: quod tota illa potestas spiritualis, quam Christus dedit Ecclesiae ab initio, est translata in sectam illorum, qui dicuntur Apostoli, seu de ordine Apostolorum: quam sectam vocant congregationem spirituales, a Deo missam & electam in istis diebus nouissimis: & ipsi, & nulli alij (ut dicunt) habent potestatem, quam habuit beatus Petrus Apostolus.

Quartus error: quod Geraldus Segarelli de Parma praedictus, qui fuit principium huius sectae & auctor, fuit noua planta, pullulans in radice fidei: in qua Deus cepit reducere Ecclesiam suam ad conuersationem, & perfectionem, & vitam & statum, & paupertatem Ecclesiae primitiuae; in illo statu, in quo Christus commisit Ecclesiam beato Petro Apostolo.

Quintus error: quod ipsi soli, qui dicuntur Apostoli, de praedicta secta seu congregatione sunt Ecclesia Dei, & sunt in illa perfectione; in qua fuerunt primi Apostoli Christi: & ideo non tenentur alicui homini obedire, nec summo Pontifici, nec alicui: quia eorum regula, quae fuit a Christo immediate, libera est, & perfectissima vita.

Sextus error: quod nec Papa, nec aliquis alius potest eis praecipere, quod deserant statum illum, seu vitam tantae perfectionis, nec etiam potest eos excommunicare.

Septimus error est: quod quolibet statu & ordine potest quilibet licite transire ad eorum vitam, & statum, seu ordinem, siue sit religiosus, siue secularis: ita quod vir sine consensu uxoris, & uxor sine consensu viri potest relinquere statum matrimonij, & aduolare ad ordinem ipsorum: & quod nullus praelatus Ecclesiae Romanae potest separare matrimonium: sed ipsi possunt.

Octauus error: quod nullus de vita, seu statu, vel ordine ipsorum potest licite intrare alium ordinem, seu regulam, sine peccato mortali; nec potest se supponere obedientiae hominis cuiuscunque: quia hoc esset descendere a vita perfectissima ad minus perfectam.

Nonus error est: quod nullus potest saluari, nec intrare regnum caelorum, nisi sit de statu seu ordine ipsorum: quia extra statum, seu ordinem illum, deinceps nullus saluabitur.

Decimus error: quod omnes qui persequuntur eos, peccant mortaliter, & sunt in statu damnationis & perditionis.

Vndecimus error: quod nullus Papa Romanae Ecclesiae potest aliquem abfoluere a peccatis, nisi esset ita sanctus, sicut fuit beatus Petrus Apostolus viuendo in omnimoda paupertate sine proprio, & in humilitate, non faciendo guerras, nec aliquem persequendo, sed permittendo viuere quemlibet in sua libertate.

Duodecimus error est: quod omnes praelati Romanae Ecclesiae tam maiores, quam minores a tempore sancti Siluestri; postquam declinauerunt a modo viuendi priorum sanctorum, sunt preuaricatores, & seductores, excepto fratre Petro de Marone, qui fuit Papa Caestinus appellatus.

Tertiusdecimus error est: quod omnes ordines religiosorum, & sacerdotum, diaconorum, & subdiaconorum, & praetorum sunt ad fidei catholicae detrimentum.

Quartusdecimus: quod laici non tenentur, nec debent dare decimas alicui sacerdoti, seu praetato Romanae Ecclesiae, qui non sit in tanta perfectione, & in tanta paupertate, in quanta fuerunt primi Apostoli.

† al. & perfectissimam vitam habet.

† al. Apostolicus.

Apostoli. Et ideo dicunt, quod decima non debent dari, nisi ipsis, qui dicuntur Apostoli, & sunt pauperes Christi.

Quintus decimus error est: quod quilibet homo, & quaelibet mulier, nudi simul possunt licite iacere sine omni peccato, in vno & eodem lecto: & licite tangere mutuo vnus alterum in omni parte sui, & osculari se inuicem sine omni peccato: & quod coniungere ventrem suum cum ventre mulieris ad nutum, si quis stimuletur carnaliter, vt cesset tentatio, non est peccatum.

Sextus decimus error est: iacere cum muliere, & non commisceri carnaliter, magis est, quam resuscitare mortuum.

Decimus septimus error est: quod perfectior vita est viuere sine voto, quam cum voto.

Decimus octauus error est: quod ecclesia consecrata non plus valet ad orandum Deum, quam stabulum equorum, vel porcorum.

Decimus nonus error est: quod ita bene potest Christus adorari in nemoribus, sicut in ecclesiis, vel similibus.

Vigesimalis error est: quod pro nulla causa, nec in aliquo casu debet homo iurare nisi pro articulis fidei, & omnia alia possunt celari: Et quantumcumque iurent dicere veritatem coram praelatis, seu Inquisitoribus, non tenentur defendere verbo, seu voce, sed solum in mente retinere: Et quod in nullo tenentur respondere veritatem, nisi de his, quae verbaliter continentur in articulis fidei seu praecipis: & si de aliis requirantur, licet eis sine peccato mortali mentiri, & veritatem suam secrete negare ore, dummodo teneant eam in corde, ad hoc vt euadant potestatem Inquisitorum; sed debent respondere tergiversando, colorando, seu palliando quocumque modo possint pertransire. Si tamen non possent aliter mortem euadere, tunc in tali casu, aperte debent profiteri, & defendere in omnibus, & per omnia praedicta doctrinam suam, & mori in ea patienter & constantiter: & nullatenus aliquos de focus suis, vel creditibus reuelare.

Ceterum vt praedicti eo facilius a sua insolentia compescantur, quo magis a Christi fidelibus abiici se viderint & contemni: Volumus nihilominus, quod huiusmodi processum nostrum, in veltrarum ciuitatum & diocesum terminis, iteratis vicibus publicantes, ac facientes per aliquos publicari, eisdem populos auctoritate nostra monentis, & inducatis attentis, ne aliquem de praedictis praefatum habitum deferentibus, recipere praesumant in hospitio, vel eis aliquas elemosinas largiantur; nec ad deferendum habitum illum, seu ei confimilem, impendant consilium, auxilium, vel fauorem. Datum Romae apud sanctam Sabinam. v. Idus Martii, Pontificatus nostri anno primo. Sub anno Dominicae incarnationis MCCLXXXV.

Ad instar ergo Domini Honorij III. Nicolaus Papa III. vniversis ecclesiarum praelatis, confimiles litteras destinavit, sub anno Domini MCCXC. Pontificatus sui anno III.

COMMENT. XXXVII.

Recessit haecenus errores in Hispania condemnatos, nunc de illis qui in Italia repressi

Lim felicitis recordationis Papa Gregorius X. praedecessor noster, in concilio Lugdunensi. omnes religiones & ordines Mendicantium, adiuventos post generale Lateranense concilio.

Propter quod, praedictos errores in fide, & nonnullos alios in dictis Pseudoapostolis adiuventos, ac plurimas etiam, quas faciebant in simplicibus deceptiones, & cum mulieribus, quas secum ducebant, inhonestates, eos & eorum ordinem dominus Papa Honorius III. condemnauit per litteras suas tenoris sequentis.

4. Litterae Honorij III. quibus condemnatur secta Pseudoapostolorum.

Lim felicitis recordationis Papa Gregorius X. praedecessor noster, in concilio Lugdunensi. omnes religiones & ordines Mendicantium, adiuventos post generale Lateranense concilio.

Propter quod, praedictos errores in fide, & nonnullos alios in dictis Pseudoapostolis adiuventos, ac plurimas etiam, quas faciebant in simplicibus deceptiones, & cum mulieribus, quas secum ducebant, inhonestates, eos & eorum ordinem dominus Papa Honorius III. condemnauit per litteras suas tenoris sequentis.

4. Litterae Honorij III. quibus condemnatur secta Pseudoapostolorum.

† al. et

pressi sunt, sermonem instituit: ac primum orditur ab haereticis Pseudoapostolorum. Hi ducibus Geraldo Segarello & Dulcino multas Italiae ciuitates in Insubria falsis dogmatibus infecerunt. Vocati sunt autem Pseudoapostoli, quia cum Apostolorum vitam & mores imitari se dicerent, longe tamen ab eorum sanctitate & doctrina discedebant.

De his copiose scribit Guido Carmelita in summa de haereticis, tit. de haereticis Pseudoapostolorum, ubi eorum errores recenset, & consutat: aitque horum sectam inuentam fuisse circa annum Domini MCCXX. a Geraldo Segarello de Parma: cui in secta successit Dulcinus Nouariensis. Segarelli quoque discipulum fuisse Dulcinum testatur Bernardus Lutemburgus in catalogo haereticorum, lib. 2. & eum tempore Clementis Quinti Romani Pontificis ortum scribit Lutemburgus in catalogo haereticorum, lib. 2. verbo, Dulcinus & Gabriel Prateolus, lib. 4. de vitis & sectis haereticorum, cap. 17. Eymery hic vtriusque haereticorum, id est, Segarelli, & Dulcini tempora exortum, & incrementa, & finem suae interitum coniungens, eos insurrexisse scribit temporibus Honorij III. Bonifacij VIII. Nicolai III. & Clementis V. hoc est ab anno MCCXXXV. vsque ad annos MCCCVI. parum plus vel minus.

¶ Scilicet Geraldus Segarelli Parmensis, in codice Bononiensi. & in eo, qui est Cardinalis de Gambaria Pergamenis, legitur, non Parmensis. ceterum Guido Carmelita & Lutemburgus praecitata loca cum Parmensem fuisse testantur, & Parmensem fuisse indicant sequentia loca huius questionis.

In prioribus editionibus huius operis non licuit nobis certius aliquid de hoc Geraldo memorie prodere, quam nostri hic indicant commentarij: sunt enim quadam secula valde obscura, & ignorationis tenebris multum involuta ex defectu historiae. Sed cum nuper in bibliotheca Illustrissimi & Reuerendissimi Iacobi Sabelli Cardinalis Inquisitoris supremi in vniuersa Christiana republica, repertus esset liber manuscriptor, quae res gestas in multis Italiae urbibus, superioribus saeculis continebat, inter cetera copiose eius libri auctor Frater Salimbene de Adam Parmensis ordinis Minorum S. Francisci, initia, progressus, & incrementa huius Segarelli describit.

Ex eo auctore certum annum annotare, in quem potissimum Segarelli & sequacium (qui se Apostolos appellauerunt) initia inciderint, omnino est difficile: sed quantum coniectura assequi possemus, is fuit annus Domini 1246.

Quis igitur & qualis fuerit is Geraldus (quem Salimbene Gherardinum Segalellum vocat) & quale illius secta habuerit initium, his verbis ille docet: Illo tempore principium fuit in Parma, cum enim in ordine Fratrum Minorum habitare in Parmensi conuentu, sacerdos & praedicator existeret, venit quidam iuuenis natione Parmensis, de vili progenie ortus, illiteratus & laicus, idiota & stultus, cui nomen Gherardinus Segalellus, & petijt, vt ad Fratrum Minorum reciperetur in ordine, qui cum non exaudiretur ab eis, tota die quando poterat, morabatur in Ecclesia Fratrum, & cogitabat, quod po-

Iacobus Sabellus Cardinalis Inquisitor

Salimbene de Adam Segarelli

Segalellus quis, & quale eius initium.

Dulcinus & Segarelli haereticus in Italia.

stea stultizando impleuit: nam super coopertorio lampadis societatis & fraternitatis Beati Francisci depicti erant Apostoli circumcirca cum soleis in pedibus, & cum mantellis circa scapulas inuoluti, sicut traditio pictorum ab antiquis accepit, & vsus ad modernos deduxit, vbi iste contemplantur: & excogitato consilio, postquam capillos nutriuit, & barbam, accepit soles Fratrum Minorum & cordam: & fecit sibi fieri de bixeto vestitum, & mantellum album de stagmine forti, quod circa collum & scapulas inuolutum portabat, credens per hoc Apostolorum habitum demonstrare, & vedita domuncula sua, & accepto pretio steterit super lapide, super quem antiquitus Potestates Parmenses concionari solebant, & habens denariorum sacculum, non disperfit, & dedit pauperibus, nec congregationi pauperum affabilem se fecit, sed vocatis ribaldis, qui ibi prope in platea ledebant, sparfit inter illos alta voce dicendo: Quicumque vult accipiat, & habeat sibi. Collegerunt itaque valde cito ribaldi denarios illos, & iuerunt, & luserunt ad taxillos, & isto audiente, qui dederat, blasphemauerunt Deum viuentem. haecenus Salimbene.

Additque praeterea, Segalellum, vt filio Dei inter homines agenti assimilaretur, circumcidit voluisse, & fascijs inuolutum in cunabulis iacuisse, et lac, mammamque cuiusdam sultae mulieris suxisse, multisque diebus solum cum nullum socium habuisset, Parme habitasse, donec Robertum quendam, qui fuerat famulus Fratrum Minorum, sibi comitem adiuuauerit, ac mirantibus Parmensibus ambos per ciuitatem discurrerent, inde vero subito vsque ad trigessimum numerum creuissent.

Quoniam vero Segalellus otiosus per omnia esse, nec vllam suscipere volebat impure congregationis curam, quidam Guido Putagius, etiam Parmensis, qui eidem iam sectae nomen dederat, primum locum sibi arrogauit, & ceteris dominatus fuit. hunc cum ferre non possent, quendam Mattheum eligentes sibi praefecerunt, & propterea ingens orta est inter eos contentio, cum multas iam replerent Italiae vrbes, easque malis moribus & damnata doctrina infecerent.

Contigit primum horum dissidium an. 1275. Fauentia, vbi tunc Segalellus degebat, ibique res valde perpetravit obscenas; erant enim omnes magistrum Segalellum imitantes, impudici, incontinentes, & libidinis omnis generis valde dediti, quae causa multiplicatae sectae opportuna fuit, sicut semper esse consuevit in omni secrete secta & haeresi amplificanda; vt in libris de causis vnde haereses oriuntur, copiose probauimus. Hinc dispersi sunt pseudoapostoli per vniuersam fere Europam, ceterum Segalellus Parme, quae fuerat eius patria, remansit.

Fuit ea tempestate Parmensis Episcopus Opizo de sancto Vitali Domini Innocentij Papae III. ex sorore nepos, vir auita nobilitate & familia Illustris progenie conspicuus, quem maiorum splendorem eadem de sancto Vitali familia Parme etiam nunc retinet, & propria virtute conseruat: is Opizo cum multa Segarelli & sequacium flagitia, & nefandas praesertim libidines intellexisset, Segalellum capi, & carcere

Segalellus vna p omnia agit otiosa.

Dissidit inter Segarelli sectatores.

Opizo de sancto Vitali Parmensis Episcopus illi familia genitus Segalellum comprehendit in ber.

carcere oclusum custodiri iussit. & quantum coniectura explorare licet, id factum est an. Domini circiter 1280. Segalellus interim amentiam finxit, ideoque carcere eductus in Episcopali palatio morionum & parasitorum more habitavit & nutritus, denique anno 1286. idem Opizo Episcopus exploratis & plenius intellectis Segalelli & pseudoapostolorum sceleribus & civitate Parmensi, & toto Episcopatu expulsi.

Segalellus Parma & toto eius Episcopatu exulat.

Segalellus captus, damnatus & comburitur.

Segalelli initia cur Emericus ad an. Dñi 1285. tuleric.

Segalellus & eius sectatores ad opera bona etiam inutiles.

Hæreticorum actiones etiam bonæ videntur, nō tamē suat.

Quid postmodum Segalellus egerit, aut quod se cōtulerit, non explicat liber Salimbeni, quoniam multa ei iniuria uerustatis folia desunt, ex his tamē quæ hoc loco Emericus recenset, non obscure colligitur, Segalellum non longe à Parma recessisse, aut vel ad eam, vel ad partes circumvicinas reuersum fuisse, cum idem Opizo Episcopus Parmensis, & Inquisitor Manfredus, xiiij. annis post expulsionē transactis, Segalellum ceperint, condemnauerint, & combusserint, nempe die 18. Iulij an. Domini 1300. quo tempore Dominus Bonifacius Papa VIII. Sedi Apostolica preerat. Atque ex his accipiunt declarationis lumen, quæ breuiter de Segalelli exortu memorat hic Emericus.

Neque his quæ hæcenus diximus de Segalelli iuitijs, quæ in annum fere Domini 1246. incidisse scripsimus, obstant quæ in principio huius questionis idem Emericus narrat, nempe Segalellum & Dulcinum temporibus Honorij III. hoc est ad an. Domini 1285. insurrexisse: quoniam ut alijs obseruauimus, sæpe auctores de vitis & sectis hæreticorum scribentes, eos auctores eo tempore, quo iam vel magnum incrementum susceperunt, vel innotescere & hæresim in publicum prodere ceperunt: omnes enim fere hæresiarcha latitant prius, hæreses suas astute componunt, inde ad eas docendas viam præmuniunt, postremo in publicum proferunt. Cum itaque ista Segalelli & pseudoapostolorum hæresis non statim susceperit innotescere, neque Ecclesie innotuerit, non mirum si Emericus ita scripserit de eorum exortu.

Mirum autem est quomodo esset stultus & vanus Segalellus, quam imperitijs & turpes eius sequaces & imitatores, qui ut Salimbenus (qui eos vidit & audivit) prudenter scripsit, falsissime se Apostolos esse dicebant, cum longe à vita & moribus discederent Apostolorum: cum nec ad prædicandum, nec ad ecclesiasticū officium decernendum, nec ad Missas celebrandas, nec ad confessiones audiendas, nec ad artes, & disciplinas liberales docendas, viles essent: sed continuo discurrerent per rivos & plateas iniussendo feminas, & decipiendo quas poterant, & cum eisdem carnaliter se commiscendo.

Equidem initia, progressus, vita, & mores non modo istorum, sed omnium hæreticorum quot quot fuerunt aut futuri sunt, efficacissima ad eos plene confutandos argumenta subministrant, vita enim, mores, conuersatio, doctrina & denique actiones eorum cum paulo diligentius inspicuntur, valde à Christiana pietate & Ecclesie catholice ritui discrepare inueniuntur. Si quæ vero bona in ipsis quandoque apparent, ficta sunt, & ea secundum speciem bonæ videntur, non secus ac chymicum aurum vel argentum, vel gemmæ, quæ tametsi rerum au-

rum, & argentum, aut gemmæ videantur, non tamen sunt. Et dulcinus Nouariensis. Dulcini huius hæresiarcha creberrima extat mentio in libro Inquisitionum, qui circa ea tempora & paulo post floruerunt.

Huius quoque acta, initia, incrementa & exitum in vetusto reperto archiuo, Vercellensis Inquisitor nuper nobis transmisit, quorum summam in proxima futura editione in lectoris gratiam edemus.

Illud autem quod de hoc hæretico affert valde singulare auctor quidam innotuit in tractatu de forma procedendi contra Inquisitos de heresi in Rub. De hæreticis credentibus, &c. num. 6. non est hic omittendum: ait enim hunc Dulcinum, antequam curia seculari traderetur, se excusasse dicendo, quod ea quæ predicauerat & docuerat contra fidem & bonos mores, dixerat, non quia ita crederet, sed propter vanam gloriam, & propter dominium quod ex tali doctrina habebat. ceterum hæc vana excusatio eum non inuit, quominus traderetur curiæ seculari: nec facile sunt huiusmodi hæreticorum excusationes admittendæ, ut dixi infra par. 3. tit. de forma examinationis testium.

Dicitur Gerardus per episcopum Parmensem. In codice Cardinalis de Gambara, Pergamentem. & Bononiensis corruptissime habet, Parmensem. sed Bononiensis veram lectionem habent, ut ex proxime relata historia constat. is autem Episcopus Parmensis, fuit Opizo de sancto Vitali, ut docuit Salimbenus, qui eodem tempore floruit.

Et post octo annos ipse Dulcinus tamquam hæresiarcha, &c. cum his quæ tradit hic Emericus conueniant quæ scribit Bernardinus Coius in historia Mediolanensi, par. 2. anno MCCCVII. cuius hæc sunt verba à nobis latine reddita: Hoc tempore frater Dulcinus hæreticus Mediolano fugiens, ad vicinos Nouarię montes se se recepit, ceterum ab Inquisitore hæreticę prauitatis inquisitus, vnâ cum Margareta eius concubina hæretica, & plerisque alijs captus fuit, & Vercellas deductus ibidem combustus exiit. hæc ille.

Etiam congregato exercitu magno Crucis signaculo insignito. Ut hic locus intelligatur, historia de his hæreticis breuiter est mihi enarranda. Dulcinus ergo, de quo est sermo, tam pudenda ac effrenatę libidinis exitiit, ut ad sex millia vtriusque sexus sub eharitatis specie & deperit, & cohabitare docuerit. Hi Alpes incolentes in omnem luxuriam prolabebantur: Adeo quidem ut hæc pestis per duorum aut trium annorum spacium multos corruerit: tanta quidem vi, ut summus Pontifex Clemens V. ad tantum malum sedandum Inquisitores ordinis Predicatorum eo destinare decreuerit, qui Dulcinum & suos complices à tam nefario scelere aut reuocarent, aut diligenti & accurata disquisitione facta ad eum referrent, nam ita se res haberet, sicut à multis fide dignis nuntijs audierat: qui cum reuersi essent, ac Pontifici summo retulissent quæ viderant, & audierant; cognitis nefandis sceleribus & impunitatibus, contra tantam impunitatem Crucia-

Vana Dulcini excusatio

Iniqua dispersio Valdenses in sacramento.

da ab eodem summo Pontifice indicta fuit, & magna ac liberales indulgentie promulgata, quas consequerentur, qui se tam pio bello contra tam nefarios homines accingerent. Collectus est itaque exercitus & illuc missus cum Apostolico legato, cumque ad loca, in quibus pseudoapostoli habitabant, peruenisset, & repentino bello esset aggressus, eos partim inedia & frigore, partim armis oppressit exercitus catholicus Crucesignatorum: captusque fuit Dulcinus & Margareta, indeque puniti sicut narrat hic Emericus, & nos quoque aperius paulo ante retulimus.

Singuli autem Crucesignari magno protegendę fidei desiderio excitati proprijs impensis ibant in bellum: nam inter cetera hoc vonebant: videri inquisitores tunc tametsi pauperes & mendicis inopide in hæreticos animaduertebant. Hinc spectat textus in cap. ex comm. unicanus. S. catholici, extra de heret.

Qui fuit principium et auctor huius sectę. Post hæc verba in codice Cardinalis de Gambara adduntur hæc: Qui, vi. Dulcinus dicit et asserit, fuit noua planta, etc. Barcinonensis ita: Qui fuit principus huius sectę auctor: sed Bononiensis & Sabellani lectionem secuti sumus, ut est impressus.

Vigesimus er ore est: quod pro nulla causa, etc. Codices hic sunt varij: Sabellanus & Bononiensis prope conueniunt cum Barcinonensi impresso, sed codex Cardinalis de Gambara hunc articulum ita habet: Quod pro nulla causa nec in aliquo casu debet iurare homo, nisi pro articulis fidei vel præceptis Dei, & omnia alia potest celare. Et quantumcunque iuret dicere veritatem coram prelatu seu Inquisitoribus, non tenetur respondere de aliquo alio, nec reuelare doctrinam suam, siue errores suos, nec tenetur defendere verbo seu voce, sed semper corde tenere. Si tamen cogatur iurare metu mortis, in eo casu debet iurare verbo seu voce solum, & in mente retinere. Et quod in nullo casu tenetur respondere veritatem, nisi de his, quę verbaliter continetur in articulis fidei, seu præceptis, & si de alijs requiratur, licet ei sine peccato mortali mentiri, & veritatem suę sectę negare ore, dummodo teneat eam in corde, ad hoc ut euadat potestatem Inquisitorum; sed debet respondere inficiando, vel negando, seu palliando, quomodo cunque possit pertrahere, &c.

Hinc error de Pauperibus de Lugduno seu Valdensibus acceperunt pseudoapostoli: nam pseudoapostoli genitri sunt Valdensium, hoc tamē, quod de iuramento horum hic dicitur, lumen accipiet ex summa fratris Luoneti, par. 5. c. 2. cuius fragmentum extat in vetusto illo codice membranaceo manuscripto bibliothecę Katicanę, ubi plene agitur de secta Valdensium. is ergo agens de dispensatione eorum in iuramento ita habet: Distinuerunt olim nō iurare omnino, sed quia per hoc facilius deprehendebantur & condemnabantur caute dispensauerunt modo iurare, pro se vel pro alio à morte liberando vel defendendo. Cum autem iurare compelluntur, aut palliatis verbis iurant, ne putentur iurasse, sed fictę agunt huiusmodi & diuersis modis: aut si coguntur ab aliquo iurare, refundunt peccatum in Christum, ut

ipli videantur immunes: aut si iurant per se, vel pro quatuordecim personis, tenentur vnum attrahere ad sectam suam pro satisfactione peccati. hæc ibi.

Tenoris sequentis. In codice Cardinalis de Gambara additur solita Pontificis præfatio in huiusmodum.

Honorius Episcopus seruis seruoque Dei, Venerabilibus Patribus, vniuersis patribus Archiepiscopis & Episcopis, ac dilectis filijs cathedralium ecclesiarum electis & vicarijs, earundem, ad quos litterę istę peruenierint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Huius extraneitatis meminit Turrecremata in summa de ecclesia lib. 4. par. 2. c. 37. quo loco refert etiam pseudoapostolorum errores.

QVAESTIO XIII.

De hæresibus Manichæorum in Italia exortorum.

SUMMARIUM.

- 1. Quo tempore noui Manichæi emerferint.
2. S. Petrus Martyr pro fide ab illis occisus.
3. Recensio Manichæorum errores.
4. Manichæorum signa de sacramentis.

Triadecima questio est: Hæreses, & errores Manichæorum, qui insurrexerunt in partibus Italiae, & ibi sunt per prelatos & Inquisitores condemnati, qui sunt.

Ad hanc respondemus, quod tempore Domini Innocentij Papæ III. in partibus Italiae, videlicet in archiepiscopatu Mediolanensi, & alijs partibus circumvicinis a insurrexit quidam dictus Manes, à quo & eius sequaces Manichæi dicti sunt, qui multas hæreses & errores publice diuulgarunt, & publice ac impudenter in Italia prædicarunt.

Pro quarum extirpatione frater Petrus de Verona ordinis Predicatorum, Inquisitor in partibus antedictis, ab ipsis Manichæis hæreticis est gladijs interfectus, ac martyrizatus: & post eodem anno sui martyrii sanctorum catalogo aggregatus, ac per sanctam Ecclesiam canonizatus; & hodie claret multis miraculis gloriosus.

Istorum autem Manichæorum hæreses & errores sunt istli.

Primus error est: quod duos Deos, aut duos dominos asserunt, & fatentur. Benignum Deum videlicet, & malignum creatorē omnium rerū visibilium, & corporaliū: asserentes non esse facta hæc à Deo patre celesti, quem dicunt Deum benignū, sed à diabolo malo, & Satana, quem ipsi vocant deum malignum, & dominum huius sæculi, & principem huius mundi; sicque ponunt duos, S. creato-

creatores, Deum videlicet, & diabolum; & duas creationes, vnam scilicet corporalium, & visibilium; aliam inuisibilium, & incorporealium.

Secundus error est: quod fingunt duas esse ecclesias, vnam benignam, quam dicunt esse sectam suam, eamque asserunt, ecclesiam Iesu Christi: aliam vero ecclesiam vocant malignam, quam dicunt esse Romanam Ecclesiam, eamque impudenter appellant matrem fornicationum, Babylonem magnam meretricem, & basilicam diaboli, et Sathanae synagogam.

† al. Ecclesia sancta

Tertius error est: quod omnes gradus, & ordines, & ordinationes ecclesiasticas, & statuta despiciunt, & deprauant, & omnes qui fidem eius tenent, appellant hereticos & errantes, nec alium posse saluari in fide Romanae Ecclesiae dogmatizant.

Quartus error est: quod omnia sacramenta Romanae Ecclesiae, domini nostri Iesu Christi, videlicet Eucharistiae seu altaris, & baptismi, qui scilicet in aqua materiali, nec non confirmationis, & ordinis, & extremae vnctionis, & poenitentiae, & matrimonij inter virum & mulierem: omnia & singula asserunt esse inania, & vana: & confingunt etiam quaedam alia loco ipsorum, quae quasi similia videantur.

Quintus error est: quod confingunt loco baptismi sancti in aqua baptismum alium spiritualem; quem vocant consolamentum Spiritus sancti: quando scilicet recipiunt aliquam personam in sanitate, vel in infirmitate ad sectam, vel ad ordinem suum per impositionem manuum, secundum ritum suum execrabilem.

Sextus error est: quod loco consecrati panis Eucharistiae corporis Christi confingunt quendam panem, quem appellant panem benedictum, seu panem sanctae orationis: quem in principio mensae suae, tenendo in manibus, secundum ritum suum, benedicunt, & frangunt, & distribunt assistentibus credentibus suis.

Septimus error est: quod loco sacramenti poenitentiae, dicunt esse veram poenitentiam, suscipere & tenere sectam & ordinem suum; & suscipientibus dictam sectam & ordinem, siue in sanitate, siue in infirmitate, dicunt omnia peccata esse dimissa, & tales esse absolutos ab omnibus peccatis suis, sine alia quacunque satisfactione, & absque etiam restitutione, si haberent aliquid de alieno, dummodo seruent sectam & ordinem illum: asserentes se super his habere potestatem eandem, & tantam quantum habuerunt Petrus & Paulus, & alij Apostoli Domini nostri Iesu Christi: dicentes confessionem peccatorum, quae fit sacerdotibus Romanae Ecclesiae, nihil valere penitus ad salutem: nec Papam, nec aliquem alium de Romana Ecclesia habere potestatem absoluendi aliquem a peccatis.

Octauus error est: quod loco sacramenti matrimonij carnalis inter virum & mulierem confingunt esse spirituale matrimonium inter animam & Deum, quando videlicet ipsi haeretici Perfecti, seu consolati recipiunt aliquem ad sectam, &

A ordinem suum.

Nonus error est: quod incarnationem Domini nostri Iesu Christi ex Maria semper Virgine negant; asserentes ipsum non habuisse verum corpus humanum, nec veram carnem hominis, sicut habent ceteri homines ex natura humana: nec vere fuisse passum & mortuum in cruce: nec vere resurrexisse a mortuis: nec vere ascendisse ad caelum in corpore & carne humana; sed omnia in similitudine facta fuisse.

Decimus error est: quod Beatam Virginem Mariam, negant fuisse veram matrem Domini nostri Iesu Christi: negant etiam fuisse mulierem, carnalem. Sed sectam suam & ordinem suum dicunt esse Mariam, Virginem, veram poenitentiam, castam, & Virginem, quae generat filios Dei, quando recipiuntur ad eandem sectam & ordinem.

Vndecimus error est: quod negant resurrectionem corporum humanorum futuram, loco eius confingentes quaedam spiritualia corpora, & quendam anteriorem hominem; in quibus & quolibet dicunt resurrectionem futuram esse intelligendam.

Duodecimus error est: quia dicunt, quod nunquam debet homo comedere carnes, nec tangere eas; nec casum, nec oua, nec aliquid, quod nascatur ex carne per viam generationis, seu coitus: sicut ipsi faciunt.

Tertiusdecimus error est: quod dicunt & credunt, quod in animalibus brutis, & etiam in auiibus, sunt spiritus illi, qui recedunt de corporibus hominum, quando non sunt recepti ad sectam & ordinem suum per impositionem manuum ipsorum, secundum ritum eorum; & quod transeunt de vno corpore in aliud corpus: quare non comedunt ipsi aliquod animal, nec aliquod volatile, nec occidunt.

Quartusdecimus error est: quia dicunt, quod nunquam debet homo tangere aliquam mulierem.

Prædicti Manichei faciunt congregationem, quam vocant, la continentia, pro eo quod habent illi de congregatione inter se multa pacta, atque seruat, quae sunt peruersa & iniqua, & Ecclesiae Dei & Reipublicae multum nocua.

Prædicta secta Manicheorum propter eorum præfatos errores, fuit per sanctam Romanam Ecclesiam condemnata, & condemnatur 24. q. 3. c. quidam autem heretici, vt in sexta questione prædicta habitum est.

COMMENT. XXXVIII.

¶ **Q**uæ hæc questione commemorat Eymericus de nouis Manicheis in Italia exortis, falsa videri alicui possent: quoniam tempore Innocentij Papæ III. videlicet circa annos Domini MCC. nulli heretici Manichei vocati Italiani infestauerunt, sed Cathari, Leonista, & si qui fuerunt alij huius sectae imitatores. Rursus quia quæ hic dicuntur ab Eymericus de Manicheis & erroribus eorum, Catharis illius ætatis penitus conueniunt; vnde fit vt lapsus hic auctor videatur. Sed non est plane ita, tum quia ipsi Catharis hæc

Supra fol. 243.

Quomodo accipiendæ de Manicheis tradit Eymericus.

A S ANCTI PETRI MARTYRIS HISTORIA.

P R O quarum extirpatione frater Petrus de Verona ordinis prædicatorum, &c.]

Breuitè hic mihi pauca quædam dicenda erunt in gratiam Inquisitorum de B. Petro Martyre Inquisitorum principe, & acri hereticorum hoste, vt vitam & mores eius intuiti discamus pro fidei catholice defensione humiliter & fortiter sanguinem profundere. Hic ergo vir sanctus cum protinus ab ineunte ætate singularis probitatis & sanctitatis præbuisse specimen, relicto mundi huius fallacis insidiis, aduertens non esse tutum cum scorpionibus, hoc est, cum hereticis habitare (nam ex parentibus hæresi deprauatis traxit originem) sacram ordinis Prædicatorum religionem professus est, in qua multa probitate & doctrina claruit spacio multorum annorum. denique cum anno MCCII. sedis Apostolicæ auctoritate esset Inquisitor in partibus Mediolano subiectis: cumque eodem anno Mediolanum pergeret, relicta ciuitate Como, ad extirpandam hæreticam prauitatem, quidam de ipsorum hereticorum credentibus prece illorum inductus & pretio, in itinere eum inuadens multis impressis vulneribus crudeliter iugulauit. Memoriae proditum est, pridie eius diei quam esset interfectus, sublati ad caelum oculis, fuis lacrymis gemebundum humiliter à Domino postulasse, vt non fineret eum ex hac luce migrare, nisi sumpto pro Christo passionis calice: cuius orationem exauditam fuisse apertissime sequentis diei effectus demonstrauit. quo interfecto perductum fuit sacrum illius corpus Mediolanum, sepultumque ad sanctum Eustorgium, vbi adeo claruit miraculis, vt hereticos non minus vicerit, ac strauerit occisus, quam antea fecerit viuens. Cum itaque multis miraculis clareret, Innocentius III. cunctis rite celebratis, ac obseruatis sacrosanctæ Ecclesiae Romanae ritibus Petrum Martyrem nondum exacto post martyrium anno primo, viij. Calendas Aprilis Perusij in catalogum Sanctorum retulit: extatque hodie huius a potheosis, seu canonizationis authent-

na claruit spacio multorum annorum. denique cum anno MCCII. sedis Apostolicæ auctoritate esset Inquisitor in partibus Mediolano subiectis: cumque eodem anno Mediolanum pergeret, relicta ciuitate Como, ad extirpandam hæreticam prauitatem, quidam de ipsorum hereticorum credentibus prece illorum inductus & pretio, in itinere eum inuadens multis impressis vulneribus crudeliter iugulauit. Memoriae proditum est, pridie eius diei quam esset interfectus, sublati ad caelum oculis, fuis lacrymis gemebundum humiliter à Domino postulasse, vt non fineret eum ex hac luce migrare, nisi sumpto pro Christo passionis calice: cuius orationem exauditam fuisse apertissime sequentis diei effectus demonstrauit. quo interfecto perductum fuit sacrum illius corpus Mediolanum, sepultumque ad sanctum Eustorgium, vbi adeo claruit miraculis, vt hereticos non minus vicerit, ac strauerit occisus, quam antea fecerit viuens. Cum itaque multis miraculis clareret, Innocentius III. cunctis rite celebratis, ac obseruatis sacrosanctæ Ecclesiae Romanae ritibus Petrum Martyrem nondum exacto post martyrium anno primo, viij. Calendas Aprilis Perusij in catalogum Sanctorum retulit: extatque hodie huius a potheosis, seu canonizationis authent-

conueniant, & ceteris eius furfuris hereticis, de Manicheis etiam accipienda sunt; quoniam Cathari antiquorum Manicheorum errores penitus sequebantur, quibus & alios novos adiungebant: vnde Eymericus ve ipsa inspecta, non Catharos, sed Manicheos appellauit, quia hi per omnia Manicheorum insaniam imbibierant. tum quia saculo etiam horum hereticorum vtraque appellatio & Manicheorum & Catharorum, præsertim apud viros doctos in vsu erat. Eymericus vero antiquam appellationem est secutus, cum sub ea illius ætatis heretici comprehenderentur: & plane erroneus, quos hic commemorat auctor, partim vetustiorum sunt Manicheorum, partim recentiorum: qui antiquorum sunt veluti noti mittentur à nobis; qui recentiorum apertius explicabuntur: nam difficiliter noscuntur quæ non sunt passim monumentis litterarum prodita.

De his autem nouis Manicheis seu verius Catharis, eorumque erroribus agit Guido Carmelita in summa de hæresibus tit. de hæresibus Catharorum, & Bernardinus Corius in historia Mediolanensi parte 2. anno MCCXXII. & MCCLI. & alibi ex quo intelliges vera esse quæ de horum in exortu partibus Mediolanensibus scribit hic Eymericus.

Iam hi Cathari (vt testatur frater Raynerius ordinis Prædicatorum in summa, quam de eis scripsit, quæ manuscripta apud nos extat) in tres partes siue sectas principales diuisi erant: nam quidam dicebantur Albanenses, alij Concorrenses, alij vero Baguolenses, de quibus dicemus opportunis locis.

Quis Manicheus, & quæ liter antea appellatur.

a ¶ Infurrexit quidam dictus Manes, &c.] In codice Bononiensi, Manens. nec male: nam Theodoritus in lib. hereticarum fabularum Manicheos de Manene dictos ait. Manes autem seu Manens priusquam errorem suum divulgaret, vt ait B. Augustinus in lib. de hæresibus. cap. 46. Vrbicus dicebatur, siue Cubricus, vt scribit sanctus Euphianus hæresi 66. Theodoritus Scythianum, Philastrius Turbonem appellat. Suidas eius vitam & facta egregie est persecutus. Beatus Augustinus in lib. de hæresibus to. 6. cap. 46. Manicheos dixit dictos fuisse à verbo greco, quod significat insaniam fundere. quod Manichei fugientes, Manicheos per duplex, n. quasi manna & diuinitatem fundentes se ipsos iactabant vt, verbi lenocinio rudiores ad se homines pertraherent. Hi in tres partes fuerunt olim distributi, alij auctoris nomen mordicus retinuerunt; alij Macarij, tertij Catharistæ siue purificatores dicti sunt ab Augustino loco citato; ex quibus etiam apparet non inepte Eymericum hic Catharos vocasse Manicheos, cum Cathari seu Catharistæ de ea familia essent: quando autem fuerint condemnati, dicam in fine huius questionis.

Horum autem novorum Manicheorum siue Catharorum auctorem fuisse quendam dictum Manentem, qui tempore Innocentij III. insurrexit, vt hic scribit Eymericus, mihi nondum constat.

ticum rescriptum in libro priuil. ordin. Prædicat. fol. 26. pag. 2. Innocentio autem quarto vita functo, Alexander quartus ad Pontificiam sedem euectus protinus sui Pontificatus initio, anno uidelicet Domini M C C L I I I. Petrum etiam Martirem egregio commendauit encomio, & canonizationem ab Innocentio celebratam confirmauit rescripto incipiente: Magna magnalia de Beato Petro Martyre. quod habetur in lib. priuil. ordin. Prædicato. fol. 33.

Huius sancti viri vitam scripsit Thomas Lentinus Patriarcha Hierosolymitanus, qui eodem tempore floruit. eam refert Laurentius Surius tomo 2. de probatis sanctorum historijs, die 29. Aprilis.

Illud memoria dignum est, quod scribit Bernardinus Corius in historia Mediolanensi parte 2. anno M C C X X I I. nempe fratrem Petrum Veronensem auctoritate Apostolica Inquisitorem, statuisse & ordinasse, vt inter cetera statuta reipublice Mediolanensis, multa quoque ponerentur & obseruarentur contra hæreticam prauitatem, quæ breuitatis causa nunc omitto: refert autem ea præcæto loco Bernardinus Corius, idem vero in eadem historia Mediolan parte 2 anno Domini M C C L I I. minutissime persequitur factionem credentium hæreticorum, qui ad occidendum Petrum Martyrem conuenerunt, ubi luculenter totum hunc tractatum ponit ob oculos, cum nominibus conuicatorum patientia Martyris, & miraculis, & ceteris, quæ in scriptis eius antecesserunt & subsequuta sunt.

Postremo sciendum est, Romæ die 29. Aprilis huius beati Petri Martyris festum duplex, & de eo capellam solemnem in Ecclesia sanctæ Mariæ supra Minervam, à Reuerendissimis dominis Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, & alijs sanctæ Inquisitionis officialibus singulis annis celebrari, ex in scripto pij Pape V. anno Domini M D L X I X. Sixtus vero P. Pont. Max anno incarnationis Domini cæ. 1586. idibus Aprilis, eiusdem diem natalem sub eodem duplici officio ab omni. ecclesiasticis celebrari & recitari iussit constitutione quadã incipient. Sanctorum Christi militum.

¶ Primus error est: quod duos deos, &c. De Cathari etiam siue recentiores Manichei eundem errorem mordicus defendebant, vt intelligas vere scripsisse Tertullianum in libro de præscriptio. hæreticorum, ca. 1. nullam fuisse tam turpem heresim, quam labentibus sæculis alijs non excitarint, secuti que fuerint.

Quod vero recentiores Manichei, seu Cathari de duobus deis seu principijs impie fabulantur, non est vno modo inter eos receptum: nam Belazmansa Veronensis, qui fuit princeps horum hæreticorum in Italia circa annos Domini M C C X X V. & Ioannes de Lugio Bergomensis, qui eisdem fere temporibus vixit, valde inter se dissidebant, vt latissime docuit frater Raynerius de ordine Prædicatorum, in summa, quam anno Domini M C C L. scripsit de Cathari & Leonistis, seu Pauperibus de Lugduno, quam

Belazmansa & I. anes de Lugio Catharorum duces in Italia.

vidimus in vetusto illo codice manuscripto bibliothecæ Vaticanæ, & manuscriptam nunc habemus, in qua singillatim omnia horum dogmata persequitur quæ nos hic breuitatis causa omittimus, alibi forsitan commodius tradituri.

¶ Tertius error est: quod omnes gradus, & ordines, & ordinationes Ecclesiæ sanctæ, & statuta decipiunt & deprauant. Ita Barcinonensis, Bononiensis, & Sabellanus. Vnde velle videntur, quod omnia sacramenta, cæremonia & leges Ecclesiæ fideles & catholicos decipiunt, deprauant, & corrumpunt: qui sensus satis aperte colligitur ex sequentibus erroribus, quibus Cathari, seu Manichæi reiectis Ecclesiæ sacramentis, alia ipsorum loco substituebant, vt mox dicemus ex summa fratris Raynerij de erroribus Catharorum. In Directorio tamen Cardinalis de Gambara legitur, despiciunt et deprauant. qui etiam sensus optime potest eorum sententiæ conuenire: nam Cathari & Ecclesiastica sacramenta & ritus despiciunt, hoc est, aspernantur. item etiam & deprauant, quoniam loco verorum falsæ sacramenta, & cæremonias substituant.

¶ Et confingunt tamquam simiæ, quædam alia loco ipsorum, quæ quasi similia videantur. Tres errores, quos nunc persequitur Eymericus, videlicet, 5. 6. & 7. ad sacramenta Catharorum spectant, quæ mihi breuiter sunt declaranda, vt hic & alia iuris loca de sacramentis, & consolatione Catharorum loquentia intelligantur, & præsertim cap. filij. de hæret. lib. 6. & cap. 19. Concilij Narbonensis.

Sciendum ergo est, hos recentiores Manichæos, seu Catharos (vt in prædicta summa docet frater Raynerius) reiectis veris Ecclesiæ sacramentis, quatuor sibi sacramenta inania, illicita, & sacrilega confinxisse, videlicet, manus impositionem, panis benedictionem, penitentiam, & ordinem.

Manus impositio vocatur ab eis consolamentum, & spiritualis baptismus, seu baptismus Spiritus sancti: sine qua secundum eos, nec mortale dimittitur, nec Spiritus sanctus alicui datur: sed per eam solummodo ab eis factam, vtrumque conferri mentiuntur.

Hæc autem manus impositio hoc ritu absoluitur apud eos. eorum præpositus (de quo mox dicemus) cum aliquis ex ipsis incidit in peccatum, aut ad sectam eorum conuertitur, per manus impositionem consolamentum daturus librum Euangeliorum, vel rotius noui testamenti tenet ante pectus suam: is vero qui consolamentum est recepturus, vbi coram Catharis confessus est in genere dicens se esse peccatorem, et humiliter accedere ad petendam veniam, tunc præpositus absolutione peracta ponit prædictum librum supra caput illius, & ceteri Cathari qui adsunt, manum dextram, & incipiunt suo ordine dicere Dominicam orationem. hoc ritu consolamentum & peccatorum remissionem dicunt se conferre, quam nan habent miseri Cathari: de qua extat insignis locus in Concilio Narbonensi, cap. 19. in hæc verba: Si consolationes eorum, vbi eum quem consolantur, in hæreticum recipientes per impositionem manuum se saluare præditionaliter

Quatuor te centioru Catharoru inania sacramenta.

Catharorum consolamentum.

naliter mentiuntur: aut seruitio eorumdem, vbi maiore ipsorum librum tenente apertum, per ipsum quasi sub generali confessione, remissionem intelligunt fieri peccatorum.

Panis benedictio Catharorum.

Alterum eorum sacrilegum sacramentum est panis benedictio. hæc est quedam fractio panis, quam ipsi quotidie faciunt tam in prandio quam in cena. fit autem hoc modo: cum ingressi sunt ad mensam Cathari, siue Cathari, omnes dicunt orationem Dominicam: interim qui prior est apud eos professione: vel ordine, tenet panem nuum, vel plures si necessitas foret ad præsentem multitudinem saturandam, & dicendo: Gratia Domini nostri Iesu Christi sit semper cum omnibus nobis, frangit panem seu panes, & distribuit omnibus discumbentibus non solum Catharis, sed etiam credentibus suis, adulteris, latronibus, & homicidis: atque in hoc differunt, & Pauperibus de Lugduno: nam illi solum semel in anno conficiunt, seu benediciunt, vt suo loco dicemus.

Falsa Catharorum penitentia.

Tertium sacramentum est penitentia, quam sine ulla peccatorum dolore faciunt in hunc modum: singulis mensibus semel tantum, si commode possunt, confessionem faciunt de peccatis venialibus, hoc ritu: vnus pro omnibus loquens alta voce, ceteris inclinatis in terra coram prælato tenente librum ante pectus suam dicit ita: Nos venimus coram Deo & vobis ad confitendum peccata nostra, quia multum peccauimus in verbo, & opere, & visio-ne, & cogitatione. & ceteris huiusmodi. Quod si quis eorum incidit in peccatum, quod iuxta opinio-nes eorum sit mortale, tunc illud confiteri oportet, & non alia, & recipere iterum manus impositionem à prælato suo, & ab oratio ad minus cum eo. Hæc autem omnia absolunt Cathari absque lacry- mis, contritione, & ulla satisfactione: vnde facile colligas, quàm sit inanis & vana eorum penitentia, cum diuina litteræ & lugenda peccata, & male ab- lata restitenda, & in particulari peccata consten- da apertissime testentur.

Catharorum ordo.

Denique vltimum eorum sacramentum est ordo. Catharorum seu recentiorum Manichæorum ordines quatuor sunt. ille qui est in primo & maximo ordine constitutus vocatur Episcopus: ille qui est in secundo, Filius maior: qui est in tertio, Filius minor: qui in quarto & vltimo, dicitur Diaconus: ceteri qui sunt sine ordinibus inter eos vocantur Christiani & Christianæ. Episcopi munus est prin- cipem semper tenere locum in omnibus, quæ ab ipsis fiunt, videlicet in impositione manus, in fractione panis, & in orando. idem seruat Filius maior absente Episcopo, & Filius minore. Ad Diaconum vero spectat audire confessionem venialium, & impingere pro illis absolutionem, quod officium illi vocant, Carrega- re seruitium. de quo breuiter meminit Concilium Narbonense, cap. 19.

Dixi breuiter in gratiam lectorum quæ necessa- ria sunt ad intelligenda ea, quæ hoc loco tanguntur ab Eymericus paulo obscurius, ne vnus in hoc aucto- re obscuritati locus relictus esse videatur; ea non sunt inania putanda, cum multa inde iuris loca de hæreticis loquentia lucem accipiant, in primis Con-

cilium Biterrense & Narbonense, in quibus horum sepe fit mentio.

¶ Octauus, quod loco sacramenti matrimo- nij carnalis inter virum & mulierem, confingunt esse spirituale matrimonium, &c.] Obserua hic quam caute loquatur Eymericus iuxta errores Ca- tharorum. neque enim dicit, quod loco sacramenti matrimonij carnalis constituant aliud sacramentum matrimonij spiritualis: nam Cathari quatuor tan- tum faciunt sacramenta, de quibus diximus: de ma- trimonio vero carnali sentiunt omnes Cathari, id. semper fuisse mortale peccatum, & quod non pu- niatur quis grauius in futuro propter adulterium, vel incestum, quàm propter legitimum coniugium: neque etiã ob hoc quisquam plectitur apud eos. ita docet Raynerius in summa de Catharis, & Leonistis, quæ hic Eymericum non latuerunt.

Errores Ma- nichæorum de matrimo- nio carnali.

¶ Negant etiam fuisse mulierem carnalem.] Hic existimo claudendam esse periodum: nam Ca- thari non dicebant Mariam fuisse sectam suam, vt constat ex summa Raynerij, sed Belazmansa Catha- rorum dux assererat Dei filium non assumpsisse hu- manam naturam in veritate, sed eius simile in bea- ta Virgine, quam dicebat fuisse Angelum. qua pe- riodo absoluta, sequitur mox, sed sectam suam, &c. quasi Maria virgo, quam constituunt fuisse Ange- lum, præfigurari sectam suam. & ad stipulatur co- dex Cardinalis de Gambara in quo, loco illius distio- nis, Sed, legitur, Secundum, ita: Secundum se- ctam suam, & ordinem suum dicunt esse Mariã Virginem, veram penitentiam, castam, & Virgine- nem, quæ genuerat filios Dei, &c.

Error Belaz- mansæ de bea- ta Virgine.

¶ Tertius decimus, &c. quod in animalibus brutis, & etiam in auiibus sunt spiritus illi, qui recedunt de corporibus hominum, &c.] Hoc ip- sum scripsit de vetustis Manichæis beatus Augustinus in libro de heresibus tom. 6. cap. 46. bis verbis, ex quibus hic locus lumen accipiet: Animas audi- torum suorum in electos reuolui arbitrantur, aut felice compendio in electos electorum fuo- rum, vt iam inde purgatæ in nulla corpora reuer- tantur. Ceteras autem animas, & in pecora redi- re arbitrantur, & in omnia, quæ radicibus fixa sunt, atque aluntur in terra. hæc ille.

Manichæoru error de trã- migratione animarum in varia corpo- ra.

¶ Quartus non comedunt ipsi aliquod animal, nec aliquod volatile, nec occidunt.] Hic error de Pythagoreorum schola prodijisse videtur, qui & à carnibus abstinendum omnino prædicabant, vt copiose docet Ouidius libro 15. Metamorph. Iuuenalis satyra 15. & Laertius de vitis Philosophorum. Cur autem Manichæi carnibus non vescerentur, cau- sam tradit B. Augustinus præcæto loco his verbis: Nec vescuntur tamen carnibus, tamquam de mortuis, vel occisis fugerit diuina substantia, tantumque, ac tale inde remanserit, quod iam dignum nõ sit in electorum ventre purgari. hæc Augustinus. ex quo multum potest hæc questio illu- strari.

Cur Mani- chæi carnib* nõ vesceren- tur.

Tam Eymericus hic paucissimos recensuit Ma- nichæorum, seu Catharorum recentiorum errores, cum multo plures ab illis assererentur, non tamen eodem consensu: quia vt in principio huius questio- nis dicebam, Belazmansa & Ioannes de Lugio, quæ

horum principes fuerunt in Italia ualde inter se diffidebant. Eymericus uero insigniores quasdam eorum hæreses numerauit.

Quando dñi Manichæi tam uereres quam recentiores,

K ¶ Prædicta secta Manichæorum fuit per sanctam Romanam Ecclesiam condemnata. Non dicit à quo fuerint Manichæi damnati, ceterum se de uetustis Manichæis laquamur, sepius damnati sunt, & repressi per uiros sanctos & summos Romanos Pontifices. in eos enim inuebitur Augustinus in libris contra Faustum Manichæum. Vincentius Lyrensis, Titus Bostra, & Diadorus Metropolis Cilicia Episcopi, Gregorius Laodicensis, & Eusebius, & in Decretis Siricij Papæ rescriptum extat quorundam Episcoporum, quo etiam insania Manichæorum comprimitur, & Anastasius Papa primus, qui sedit anno Domini CCC. Epistola quadam decretali prima, c. 3. multa contra Manichæos statuit, condegnans eos. Et leges quoque ciuiles seuerè in eos animaduertunt. I. Manichæos. C. de hæret. iam tempore Pij Secundi Ioannes Turrecremata Pontificis iussu tractatum collegit quinquaginta ueritatum contra quinquaginta errores Manichæorum. Damnatis autem uetustis Manichæis, ceteri quoque, qui eos sequebantur, damnati censentur.

Quòd si de recentioribus Catharis, seu Manichæis damnationem postules, eam fecit primum Alexander Papa III. in concilio Lateranensi cap. 27. anno Domini MCLXXX. quo tempore iam oriri cœperant Cathari: postea uero Gregorius Papa Nonus anno Domini MCCXXXVI. & habetur in capit. excommunicamus 2. extra de hæretic.

QVAESTIO XIII.

De hæresibus Waldensium.

SVMMARIVM.

- 1 Waldensium, seu Pauperum de Lugduno origo.
- 2 Waldenses varijs nominibus appellati: & quare.
- 3 Waldensium hæreses uiginti.



Vartadecima quæstio est: Hæreses & errores Waldensium, seu Pauperum de Lugduno, uel Inzabbatarum (quod idem est) qui insurrexerunt in partibus Franciæ, ibidem per prælatos & Inquisitores condemnata, & adhuc frequentius condemnantur, qui sunt?

1 Ad hanc respondemus, quòd tempore domini Gregorij Papæ IX. & circa annum Domini MCLXXX. insurrexit b in partibus Gallicanis, in Archiepiscopatu & ciuitate Lugdunensi quidam uocatus Valdeus seu Waldensis, qui relictis omnibus proposuit seruare Euangelicam paupertatem, sicut Apostoli seruauerunt: qui plures sibi adherentes habuit, & congregationem magnam uirorum & mulierum fecit. Hi hæreses & errores infra scriptos secrete & publice dogmatizauerunt: & eadem Archiepiscopum & Ecclesiam metuentes, inde fugerunt per par-

tes Franciæ, & Italiæ dispersi: quamplures complices habuerunt, multumque creuerunt, & usque hodie errores suos hinc inde seminauerunt.

2 Hi enim uocantur Waldenses à Waldense eorum magistro errorem & auctore. Uocantur et Pauperes de Lugduno à ciuitate Lugdunensi, unde traxerunt originem, & quia vitam elegerunt pauperem. Uocantur, ueterius Inzabbatati, quia in eorum secta magis perfecti in zabata eorum, seu fotulari, signum speciale distinctum, ad modum scuti, publice deferrebant.

Errores autem & hæreses istorum Waldensium isti sunt:

B 1 Primus error & hæresis est: quod ipsi non sunt subiecti Romano Pontifici, nec alijs prælati Romanæ Ecclesiæ assentes, quod eos Ecclesia persequitur, & condemnat indebite & iniuste.

2 Secundus error & hæresis est: quod non possunt excommunicari à Romano Pontifice, nec ab alijs prælati Ecclesiæ, nec ei tenentur obedire, & ubi mandat, quod dictam eorum sectam deserant, & abiurent.

3 Tertius error & hæresis est: quòd iurare in iudicio, siue extra iudicium, pro quacunque causa, & in quocunque casu, est illicitum, & mortale peccatum.

4 Quartus error & hæresis est: quòd deierare in iudicio coram iudicibus fidei, de dicenda ueritate, & reuelandis complicibus suis in hac secta, non est illicitum, nec peccatum; immo licitum, atque sanctum.

5 Quintus error & hæresis est: quod iudicare hominem ad supplicium, uel ad mortem in nullo casu est licitum, immo semper peccatum mortale.

6 Sextus error & hæresis est: quod decretales Ecclesiæ & constitutiones domini Papæ de ieiunijs, & festis colendis, non sunt obseruandæ, sed refutandæ, & totaliter condemnandæ.

7 Septimus error est: quòd ipsi Waldenses quantumcunque sint illiterati, nec ab Episcopis Romanæ Ecclesiæ ad sacrum aliquem ordinem promoti, tam uiri quam mulieres habent potestatem à Deo solo, sicut Apostoli habuerunt audiendi confessiones in foro penitentiali uirorum, & mulierum, & penitentias iniungendi, etiam saluatares.

8 Octauus error est: quòd indulgentiæ, quæ à Romano Pontifice, seu alijs Prælati Ecclesiæ conferuntur, nullius sunt valoris, efficaciæ, seu uirtutis.

9 Nonus error et hæresis est: quod in sacramento altaris panis non transubstantiatur in uerum Christi corpus, nec uinum in sanguinem, si sacerdos consecrans sit peccator.

10 Decimus error & hæresis est: quòd omnis homo est peccator, nisi sit de secta eorum; & consequenter quòd nullus celebrans, uere conficit corpus Christi, nisi sit de secta eorum; & credens erroribus eorundem.

11 Undecimus error & hæresis est: quod quilibet siue sit laicus, siue sit clericus, siue sit uir, siue sit mulier, dum tamen sit de secta eorum, potest uere consecrare et conficere corpus Christi.

12 Duodecimus error et hæresis est: quòd omnis

nis uir, & omnis mulier, de secta eorum est uere sacerdos.

13 Tertiusdecimus error est: quod anime decedentium, statim ut decedunt, euolant ad Paradisum, uel ad celum, & descendunt damnati ad infernum; nec aliquis intrat purgatorium.

14 Quartusdecimus error & hæresis est: quod purgatorium nihil est, & quod Missæ, elemosinæ, orationes, & suffragia, & alia, quæ fiunt in Romana Ecclesia pro defunctis, nihil eis pro sunt, nec prodesse possunt.

15 Quintusdecimus error & hæresis est: quod sancti, qui sunt in celo, orationes nostras non audiunt unquam, nec exaudiunt; nec pro nobis ad Deum orant, quia non est licitum eos orare, nec eorum suffragia implorare, nec pro eorum reuerentia festa celebrare; sed miracula eorum, quæ à gentibus recitantur, tãquam falsa, & fictitia reprobare, nec fidem illis dare oportet.

16 Sextusdecimus error & hæresis est: quod melius est satisfacere libidini, quocunque actu turpi, quam carnis stimulis fatigari: sed est (ut dicunt, & ipsi faciunt) in tenebris licitum, quemlibet cum qualibet indistincte carnaliter commiseri, quando docunque & quoriefcunque carnalibus delictis stimulentur.

17 Decimusseptimus error & hæresis est: quod symbolo fidei non est standum, nec credendum, nec pro oratione dicendum, cum sit per Romanam Ecclesiam (ut dicunt) ordinatum.

18 Decimus octauus error & hæresis est: quod nec salutatio angelica, scilicet, Aue Maria, nec orationes quæcunque aliæ sunt admittendæ, nec dicendæ, quantumcunque per Romanam Ecclesiam fuerint ordinatæ, nisi tantum, Pater noster: cum hæc oratio sola per Christum fuerit ordinata.

19 Decimus nonus error & hæresis est: quod ipsi sunt successores Apostolorum in Euangelica paupertate, & cognoscunt melius fidei ueritatem, quam prælati clerici, seu religiosi de Ecclesia Romana: & quod eis, & non illis est credendum.

20 Vigentesimus error & hæresis est: quod Papa, Episcopi, & Prælati, qui habent diuitias huius mundi, & sanctitatem Apostolorum non imitantur, non sunt Ecclesiæ Dei veri pastores, uel gubernatores: sed lupi rapaces, & deuoratores: nec talibus Christus dignatus est Ecclesiam committere sponfam suam: quia eis non est credendum, nec obediendum; sed ipsis solis Waldensibus, qui habent à solo Deo celebrandi, confessiones audiendi, & penitentias imponendi, plenariam potestatem, siue mulieres fuerint, siue mares.

21 Propter huiusmodi errores & hæreses istorum Waldensium, seu Pauperum de Lugduno, processu temporis dominus Gregorius Papa IX. ipsos Waldenses, seu Pauperes de Lugduno, alias uocatos Inzabbatatos, excommunicauit, anathematizauit, & condemnauit, ut patet extra de hæreticis in 5. lib. c. excommunicamus 2. ubi sic dicitur: Excommunicamus, & anathematizamus ueros hæreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, &c.

A D hanc respondemus, quòd tempore domini Gregorij Papæ Noni, circa annum Domini MCLXXX. Hoc loco codices sunt varij: Barcinonensis enim, & Directorium Cardinalis de Gambara, habent ita: tempore Gregorij Papæ Noni circa annum Domini MCCCLXXX. sed hoc falsum est: nam Gregorius Nonus, anno Domini MCCXXVII. floruit. & illud tempus Gregorio Decimo omnino conuenit: is enim sedit anno Domini MCCCLXXI. Directorium Cardinalis Sabelli ita habet: tempore Hadriani Quarti, circa annum Domini MCLVII. quod uidetur uerius: nam plerique scriptores tradunt, Waldenses, siue Pauperes de Lugduno exortos temporibus Alexandri III. circa annos uidelicet Domini MCLX. qui proxime successit Hadriano Quarto, quatuor solum annis interpositis. his ad stipulatur Raphael uolateranus, qui in commentarijs suis Vrbani lib. 20. cap. 2. tradit, Waldenses sub Hadriano Quarto, auctore Waldone excitatos. & Guido Carmelita in summa rit. de hæresibus Waldensium ait, sectam Waldensium incepisse circa annum Domini MCLXX. Itaque in Barcinonensi proculdubio est mendum, quòd, quamuis non sit immutatum, adnotatum est tamen.

Nec obstat à Gregorio Nono longo post tempore anathemate percussos in cap. excommunicamus. c. 2. de hæret. sub nomine Pauperum de Lugduno: quoniam horum secta multis annis durauit, eiusque reliquæ usque ad Gregorium Nonum & ueterius peruenerunt: ideo cum ceteris excommunicati sunt.

Iam in codice Bononiensi corruptissime legitur: tempore Domini Gregorij Papæ Noni, & circa annum Domini MCLXX. cum constet Gregorium Nonum, ut dixi, anno Domini MCCXXVII. floruisse. nec desunt qui dicant eos temporibus Innocentij III. exortos, ut sequens Commentarius docet.

b ¶ Insurrexit in partibus Gallicanis in ciuitate Lugdunensi quidam uocatus Valdeus: seu Waldensis. Ita Barcinonensis impressus. in Sabellano, Valdesius: in codice Cardinalis de Gambara, Valdenius: in Bononiensi, Valdencius. Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Waldensium in principio ait, Waldensium sectæ principium dedisse quendam cinem Lugdunensem nomine Waldensium seu Waldensem. Bernardus Lutemburgus in catalogo hæreticorum, in uerbo: pauperes de Lugduno. & Prætolus lib. 14. de sectis hæreticorum, c. 13. & lib. 19. c. 12. Waldonem uocat hunc cinem Lugdunensem, qui principium huic sectæ dedit.

De origine autem horum hæreticorum multis scripserunt, nemo tamen distinctius quam frater quidam luonetus, qui eorum temporibus floruisse uidetur: is enim in summa, parte 5. cap. 2. (quod fragmentum extat in peruetusto illo codice membranaceo manuscripto bibliotheca uaticana. fol. 72. col. 1.) de hoc ita scribit: Ortus illius sectæ, quæ

Quo tempore fuerint exorti Waldenses.

Waldensium prima initia & causæ.

dicitur Poure de Lyon, siue Pauperes de Lugduno, sicut à diuersis audiui, & à quibusdam ipsorum, qui uidebantur ad fidem reueri dum eorum interestem examinationibus, sic se fertur habuisse. Apud Lugdunum fuerunt quidam simplices laici, qui quodam spiritu inflammati, & supra ceteros de se praesumentes, iactabant se omnino uelle uiuere secundum Euangelicam doctrinam, & illam ad litteram perfecte seruare: postulantem autem à domino. Papa Innocentio III. hanc uiuendi formam, auctoritate sua sibi & suis sequacibus confirmari, adhuc recognoscentes primatū apud ipsum residere Apostolica potestatis: postea ceperunt ex se, ut plenius se Christi discipulos, & Apostolorum successores ostenderent, & etiā sibi officium praedicationis iactanter assumere, dicentes Christum praecipisse discipulis suis Euāgelium praedicare, & quia sensu proprio uerba Euāgelij interpretari praesumpserunt, uidentes nullos alios Euāgelium iuxta litteram seruare: quod se facere uelle iactauerunt, se solos Christi ueros imitatores esse dixerunt; cumque Ecclesia uideret eos officium praedicationis usurpare, quod eis commissum non fuerat, cum essent idiotae & laici, prohibuit & debuit: & nolentes obedire, excommunicauit. Illi autem contempserunt in hoc clauas Ecclesiae, dicentes, clericos hoc facere per inuidiam, quia uiderent eos meliores esse, & melius docere; & maiorem ex hoc populi fauorem habere, cum pro bono & perfecto opere nullus debeat, aut possit excommunicari, quale est docere fidem & doctrinam Christi; & quod nullus debeat huiusmodi tantum bonum prohibenti aliquid obediens, & illam excommunicationem reputabant sibi aeternam benedictionem, gloriantes se Apostolorum successores, quod sicut illi pro doctrina Euāgelij à scribis & Phariseis, extra synagogas eieci, maledictioni eorum & percusioni subiacebant, ita & ipsi à clericis similia paterentur, sic superba praesumptio palliata sanctitatis, & à sanctitate singularitatis, caritatem induxit heretica prauitatis: cum Euangelica perfectio magis doceat humiliter obedire Doctoribus & rectoribus Ecclesiae, quam per amorem linguarum, se scindere à catholica unitate. *hætenus ille.*

† homini

Ex his tota hæc quaestio ualde illustratur. item docemur paulo recentiores esse Waldenses, cum tuoneus hic, cui magna fides habenda est, cum non longe ab illis temporibus uixerit, dicat eos exortos temporibus Innocentij III. nempe circa annos Domini M.C.C. à quo tempore non ualde discedit Lutzeburgus, qui in catalogo hæreticorum, uerbo, pauperes de Lugduno, scribit eorum hæresim incœpisse anno Domini MCCXVIII, & plane non leui coniectura ducor ad credendum hanc opinionem ueram esse: quoniam in Epistolarum regesto impresso Innocentij III. lib. 2. fol. 409. Epistola extat, cuius initium est. Ea est, qua committit quibusdam Abbatibus, ut animaduertant in eos, qui officium praedicationis temere usurpabant. quam habes in bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctissimæ Inquisitionis, in principio.

A c ¶ Vocantur ulterius Inzabbatati, quia in eorum secta magis Perfecti in zabata eorum seu sotulari, &c. ¶ *Variarum appellationum causas tradit auctor: & inter eos qui dicantur Perfecti abunde docui supra in hac 2. parte super Concilio Tarraconenfi, uerbi. Perfecti uero hæretici.*

Inzabbatati dicti sunt à zabata, quod est pedis indumentum ex corio confectum, hoc Itali, scarpæ, Hispani, zapato, uocant.

Inzabbatati uide dicti.

d ¶ Signum speciale distinctum ad modum scuti publice deferrebant. ¶ *alibi legitur, signum singulare, mihi reponendum uidetur, signum circulare, propter illa uerba: ad modum scuti. sed omnes ferre codices hic, speciale, habent.*

e ¶ Errores autem & hæresis istorum Waldensium isti sunt. ¶ *Errores Waldensium recenset & cofutat Guido Carmelita in summa de hæresibus, titu. de hæresibus Waldensium. nonnullos etiam commemorat sanctus Antoninus in summa par. 4. tit. xj. c. 7. §. 2. & Bernardus Lutzeburgus in catalogo hæreticorum, uerbo: pauperes de Lugduno. & Prateolus lib. 14. c. 13. de sectis hæreticorum, & Aeneas Silvius de origine Bohemorum, c. 35. Eymericus hic xx. tantum eorum errores commemorat: sed frater uonetus in summa illa sepe citata, par. 5. c. 2. plusquam xxx. illorum hæreses affert. eorum habitus pulchre describit Eymericus par. 3. m. 12. tit. de signis, per que Waldenses cognoscuntur.*

f ¶ Propter huiusmodi errores & hæreses, &c. processu temporis dominus Gregorius Papa Nonus, &c. condemnauit in c. excommunicamus 2. de hæret. ¶ *Ex his uerbis credo inductum esse mendum in principio huius quaestionis, cum dicat hic Eymericus, Gregorium Nonum eos condemnasse: sed considerare oportuit illa uerba, processu temporis, que indicant apertissime auctorem non sensisse eos tempore Gregorij Noni exortos. Facta est autem hæc condemnatio per Gregorium Nonum anno Domini MCCXXXVI. per bullam incip. Excommunicamus. quam habes in bullario litterarum Aposto. pro officio sanctæ Inquisitionis: sed ante Gregorium, alij Romani Pont. eos anathemate percusserunt, ut constat ex prædictis.*

Quoniam uero, ut docet Eymericus initio huius quaestionis, Waldenses metu penarum proprijs relictis sedibus in varias prouincias se contulerunt, Et ad Hispaniā profecti sunt, & in regnis regis Aragoni conati sunt latere, & suas hæreses paulatim docere. Ceterum Alfonso Rex Aragonum pius & catholicus, maiores suos imitatus, qui nunquam in eis regnis hæreses uiuere passi sunt, sed debitam Romanæ Ecclesiae obedientiam & fidelitatem praestiterunt, edito canit, ut Waldenses & ceteri cuiuslibet sectæ hæretici de regnis suis exularent. Id edictum ex bibliotheca Illustrissimi Iulij Antonij Sanctorij Cardinalis sanctæ Senerinæ unius ex Inquisitoribus generalibus in tota Repub. Christiana, quod nobis singulari benignitate exhibuit, eo libentius apponendum curauimus, quia gratum futurum lectoribus ob notitiam antiquitatis existimo. & ut intelligatur Principum cura in exterminandis hæreticis, habet autem ita:

Waldensium in uarias mudi partes profectio.

Regum Aragoniæ contra pellendis hæreticis.

E D I

EDICTVM REGIS ILDEFONSI
contra hæreticos Valdenses, ut
exeant de regno suo.

Ex processu dissolutionis Ecclesiarum Olee. & Iaccen. & creationis balneis in ter iura producta pro ciuitate & Ecclesia Iaccen. fol. 759.

Ildefonsus Dei gratia rex Aragonum, Comes Barchinonæ, Marchio Prouinciæ, Vniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & ceteris Ecclesiarum Dei Prelatis, Comitibus, Vicecomitibus, Militibus, & Vniuersis populis in regno & in potestate sua constitutis, Salutem, & integram Christianæ religionis obseruantiam.

Quoniam Deus populo suo nos præesse uoluit, dignum est & iustum, ut de saluatione & defensione eiusdem populi continuam pro uiribus nostris geramus sollicitudinem. Quapropter præcedentium nostrorum imitatores, & iure canonibus obtemperantes, qui hæreticos à conspectu Dei, & catholicorum omnium abiectos, ubique damnandos, atque persequendos censuerunt, Valdenses uidelicet, siue Inzabbatatos, qui alio nomine se uocant Pauperes de Lugduno, & omnes alios hæreticos, quorum non est numerus, a sancta Ecclesia anathematizatos, ab omni regno nostro & potestate, tanquam inimicos crucis Christi, Christianæque religionis uiolatores, & nostris & regni publicos hostes, exire ac fugere præcipimus. Si quis igitur ab hac die, & deinceps prædictos Valdenses & Zapatos, alios uero hæreticos cuiuscunque fuerint professionis, in domibus suis recipere, uel horum funestam prædicationem aliquo loco audire, uel his cibum, uel aliud aliquod beneficium largiri præsumperit, indignatione omnipotentis Dei, & nostram se nouerit incurrisse, bonisque suis abique appellationis remedio confiscandis, le tanquam reum criminis læsæ maiestatis puniendum. Et hoc nostrum edictum, & perpetuam constitutionem per omnes ciuitates, castella, & villas regni nostri & dominationis, ac per omnes terras potestatis nostræ Dominicis diebus recitari ab Episcopis, ceterisque Ecclesiarum rectoribus, atque à Vicarijs, Baliuis, Iustitijs, Merinis, & Zenalmedinis, omnibusque populis obseruari & prædictam pœnam transgressoribus inferendam mandamus. Notandum etiam, quia si qua

A persona nobilis, aut ignobilis aliquos fæpeditorum nefandorum, quibus iam per triduum edictum nostrum innotescere confiterit, alicubi regionum nostrarum inuenit, non prius, aut cito tamen exeures, sed potius contumaciter commorantes, aut deambulantes omne malum, dedecus, & grauamen, quod his, præterfolium modo læsionem mortis, aut membrorum detractionem intulerit, gratum & acceptum erit in oculis nostris, & nullam in pœnam pertimescat quoquomodo incurere; sed potius gratiam nostram se nouerit promereri. Damus autem nefandis illis inducias (quamuis quodammodo propter debitum, & contra rationem fieri uideatur) usque in crastinū Sanctorum omnium, quouel egressi fuerint de terra nostra, uel egredi inceperint, deinde spoliandis, cædendis, ac fustigandis, & turpiter, & male tractandis.

C Signum Ildefonsi Regis Aragoniæ Comitis Barchinonæ, Marchionis Prouinciæ. Signum Petri regis Aragonum, & Comitis Barchinonæ in originali huius chartæ. & signum Domini Regimundi Archiepiscopi Tarraconenfis, & Domini G. Episcopi Tirassonenfis, & Domini R. Episcopi Iaccensis. & fuit facta charta illa apud Ilerdam à Gulielmo de Bassia regio Notario, Anno Domini M.CXCIII. Fuit collationata cum originali. Ita est Martinus de Scribas notarius.

QVAESTIO XV.

De hæresibus Begardorum, & Beguinorum.

S U M M A R I V M.

- 1 Petrus Ioanes hæresiarcha caput Begardorum.
- 2 Michael de Casena sectator Petri Ioannis.
- 3 Begardorum & Beguinorum errores.
- 4 Hæretici pro martyribus habiti à suis.
- 5 Beguinorum maledicta contra Rom. Pontificem.
- 6 Littera Ioannis Pape xxiij. in quibus damnatur eorum doctrina.



Vintadecima quaestio est: Hæreses & errores Begardorum, Beguinorum, Fraticellorum, uel Fratrum de penitentia de tertio ordine beati Francisci.

sci (quod idem est) qui insurrexerunt in prouincia Prouincie, & in prouincijs Narbonæ, Tholo-

1 Ad hanc respondemus, quod tempore domini Clementis V. insurrexerunt in prouincia Narbonæ homo quidam vocatus frater Petrus Ioannis de ordine fratrum Minorum, de villa, que dicitur Ci-riacum, diocesis Biterren. oriundus. Hic quamplures hæreses & errores in dicta prouincia verbis, ac scriptis pariter publicauit, & quamplures ad se traxit. Hic condidit, dum uiueret, Postillam super Apocalypsim, Postillam super Canonicas, Postillam super Matthæum, quendam tractatum de mendicitate, & quendam alium de dispensationibus in quibus libris, præsertim in Postilla super Apocalypsim, quamplures hæreses & errores inseruit: ut supra patuit in quaestione 9. ubi recitantur, Ex cuius fratris Petri Ioannis prauis verbis, & informationibus, factis suis, familiaribus dum uiueret: & etiam ex eius prædictis libellis & Postillis; & præsertim super Apocalypsim (quæ remanserunt post eius mortem, & remanent hodie apud Begardos, licet per Ecclesiam condemnata.

2 Et ex proprijs inuentionibus eius sequacium, utpote fratris Michaelis de Casena heretici, dicti ordinis Minorum Generalis Ministri, & nonnullorum aliorum multorum eiusdem ordinis, hæreses & errores, ac abominationes, & blasphemias contra sanctam Ecclesiam pullularunt, & quamplurimum creuerunt, & hodie crescunt, Et quamplures in Catalonia, & in Narbona, Biteris, Tholosa, Montepessulano, Capite stagni, Lunello, Marsilia, Calabria, Sicilia, Tuscia, Almania; ac modernis temporibus Auinione, existente ibi Romana curia tempore Clementis Papæ VI. & Innocentij VI. ac in Viterbio tempore Urbani Papæ V. fuerunt ut pertinaces heretici damnati, & ignibus concremati.

Hæreses autem & errores Begardorum, Beguinorum, Fraticellorum, vel Fratrum de penitentia de tertio ordine beati Francisci, isti sunt.

3 Primus error & hæresis est: quod Dominus Iesus Christus in quantum fuit homo, & eius Apostoli nihil habuerunt in proprio, nec etiam in communi: quia fuerunt perfecti pauperes in hoc mundo.

Secundus error & hæresis est: quod dicunt hanc esse perfectam Euangelicam paupertatem, videlicet nihil habere in proprio, nec in communi.

Tertius error & hæresis est: quod habere aliquid in communi diminuit de perfectione Euangelicæ paupertatis.

Quartus error & heresis est: quod Apostoli sine diminutione perfectionis eorum, et sine peccato, non potuerunt habere aliquid, nec in proprio nec in communi.

Quintus error et hæresis est: quod dicere et

credere, ac asserere contrarium prædictorum, est hæreticum.

Sextus error est: quod regula beati Francisci, est illa vita Iesu Christi, quæ Christus seruauit in hoc mundo, et quam Apostolis suis tradidit; et imposuit obseruandam.

Septimus error est: quod sanctus Franciscus, tradidit fratribus sui ordinis in regula sua supradictam Euangelicam paupertatem, ita quod profetores dictæ regulæ nihil possunt habere nec in proprio nec in communi.

Octauus error est: quia dicunt, quod beatus Franciscus post Christum, & eius matrem (& alij addunt, post Apostolos) fuit summus & præcipuus obseruator vite & regulæ Euangelicæ, ac renouator eius in isto statu sexto Ecclesiæ, in quo dicunt iam nos esse.

Nonus error & heresis est: quod regulam sancti Francisci dicunt esse Euangelium Christi, ac vnum & idem esse cum Euangelio Christi.

Decimus error est: quod quicumque impugnant, vel contradicunt in aliquo regulæ sancti Francisci (quam dicunt esse Euangelium) impugnant, & contradicunt Euangelio Christi, & per consequens errant, & sunt hæretici, si in hoc perseverant.

Vndecimus error est: quod sicut Papa, vel aliquis alius, non potest aliquid immutare in Euangelio, nec addere, nec subtrahere ex eodem: ita non potest aliquid immutare in prædicta regula, nec addere, nec subtrahere ex eadem, quantum ad vota, seu consilia Euangelica, ac præcepta contenta in ipsa.

Duodecimus error est: quia dicunt, quod Papa non potest dictam regulam Euangelicam sancti Francisci cassare, vel immutare; nec tollere ordinem sancti Francisci, quem Euangelicum ordinem esse dicunt, Idem dicunt de tertia eius regula.

Tertius decimus error est: quia dicunt, quod Papa non potest facere constitutionem vel decretalem, per quam dispenset ac concedat fratribus Minoribus, quod possint habere bladum, vel vinum ad seruandum in communi in granarijs vel cellarijs, pro tempore futuro ad suum usum, seu victum necessarium: & quod hoc esset facere contra Euangelicam regulam sancti Francisci, & Euangelium Christi.

Quartus decimus error & hæresis est: quonia dicunt, quod dominus Papa Ioan. xxij. faciendo quandam constitutionem, que incipit: Quorundam, in qua dicitur concedere, ac dispensare cum fratribus Minoribus, quod possint congregare vinum & bladum in granarijs, vel cellarijs pro tempore futuro ad arbitrium prælatorum ordinis ipsorum, fecit contra Euangelicam paupertatem, & per consequens (ut aiunt) contra Euangelium Christi: & ideo dicunt, quod factus est hæreticus: & quod ex hoc perdidit potestatem Papalem ligandi & soluendi, & alia faciendi, si in hoc perseverauerit; et quod prælati per eum facti ex quo dictam constitutionem fecit, non habent aliquam ecclesiasticam iurisdictionem, seu potestatem.

Quin-

Vide concilium Trident. Sess. 25. de Regularijs, cap. 3.

Hæc habetur in extrauag. Ioannis xxij. tit. de verborum signis.

Quintus decimus error & heresis est: quod omnes prælati & alij, qui eidem domino Papæ in dicta constitutione facienda consenserunt, ac consentiunt scienter, ex hoc facti sunt hæretici, si in hoc pertinaciter perseverent: & quod omnem potestatem seu iurisdictionem ecclesiasticam perdididerunt.

Sextus decimus error est: quia dicunt quod omnes fratres Minores, qui dictam constitutionem fieri procurarunt, ac qui eidem consentiunt, & eam recipiunt, vel ea utuntur, ex hoc hæretici sunt effecti.

Decimus septimus error est: quia dicunt, quod dominus Papa non potest facere secundum Deum, quod aliquis frater Minor etiam delicta ipsius Papæ, transeat ad aliam religionem, seu ordinem, ubi ipse frater Minor, sicut & alij fratres eiusdem ordinis habeant aliquas diuitias in communi. Quia ut dicunt, hoc esset descendere a maiori & altiori gradu, seu statu perfectionis virtutis, ad minorem & inferiorem: & hoc esset destituere & non constituere: & potestas Papæ est data solum in constitutionem, & non in destructionem.

Decimus octauus error est: quod si aliquis frater Minor factus fuerit Episcopus, vel Cardinalis, vel etiam Papa, tenetur seruare votum paupertatis à se prius factum, secundum regulam sancti Francisci.

Decimus nonus error & heresis est: quia dicunt quod perfectior status qui sit in Ecclesia Dei, est status ordinis fratrum Minorum, qui paupertatem Euangelicam vouerunt, & promiserunt; nec status prælatorum ad perfectionem eius pertingit: sed illi prælati, qui de ordine fratrum Minorum assumuntur, ubi paupertatem Euangelicam promiserunt, ad quam seruandam sunt perpetuo obligati, ad eandem perfectionem pertingunt, si votum seruauerint à se prius factum.

4 Vigessimus error est: quia dicunt quod illi quatuor fratres Minores, qui sub anno Domini MCCCXVII. apud Marsiliam per Inquisitorem hæreticæ prauitatis, qui etiam erat de ordine fratrum Minorum, fuerunt velut hæretici condemnati (ex hoc, ut ipsi dicunt, quod volebāt seruare, & tenere puritatem, & veritatem, & paupertatem regulæ dictæ sancti Francisci, & quia nonlebant assentire in laxationem regulæ, nec recipere dispensationem prædicti domini Papæ factam super illam, nec sibi nec alijs super hoc obedire) fuerunt condemnati iniuste, pro veritate Euangelicæ regulæ defendenda: & ideo dicunt ipsos non fuisse hæreticos, sed catholicos, & etiam martyres gloriosos, ipsorumque implorant orationes & suffragia apud Deum.

Vigessimus primus error est: quia dicunt multi ex eis se credere, eos esse non minores martyres, nec minoris meriti apud Deum, quam sanctos Laurentium & Vincentium martyres.

Vigessimus secundus error est: quod quidam ex ipsis dicunt, quod in ipsis quatuor fratribus Minoribus, fuit Christus iterum spiritaliter Crucifixus, tanquam in quatuor brachijs crucis

cum paupertas Christi, & vita eius fuerint in ipsis condemnata.

Vigessimus tertius error est: quia dicunt, quod si dominus noster Papa mandauit, ac consensit, quod prædicti quatuor fratres Minores fuerint per Inquisitorem velut hæretici condemnati, ex hoc ipse factus est hereticus; & maior etiam inter alios, cum deberet ipse, sicut caput Ecclesiæ, perfectionem Euangelicam defendere: & ideo (ut dicunt) Papalem perdidit potestatem, nec etiam credunt ipsum esse Papam: & quod non est ei obediendum in aliquo à fidelibus, & quod ex tunc vacauit Papatus.

Vigessimus quartus error & heresis est: quia dicunt, quod omnes illi Beguini vulgariter appellati, qui se ipsos fratres de penitentia, de tertio ordine sancti Francisci appellant, qui in istis tribus annis præcedentibus, videlicet ab anno Domini MCCCXVIII. vel circa, fuerunt per iudicium Prælatorum, & Inquisitorem hereticæ prauitatis velut heretici condemnati in prouincia Narbonæ, & in Capite stagni, & Biteris, & apud Lodonam, & in diocesi Agatan. & apud Lunellum, & Magolon. diocesi, qui credebant prædictos quatuor fratres Minores esse sanctos martyres, & credebant, & tenebant, & sentiebant, sicut ipsi de paupertate Euangelica, & de potestate Papæ, videlicet quod eam perdidit, & quod sit factus hereticus, & quod etiam Prælati & Inquisitores, qui dictos fratres persecuti fuerunt, ex hoc facti sunt heretici; & quod doctrina fratris Petri Ioannis, olim tota erat vera & catholica: & quod ecclesia carnalis, scilicet Romana Ecclesia, erat Babylon meretrix magna, destruenda, & deiicienda, sicut olim destructa fuit synagoga Iudeorum incipiente ecclesia primitiua; tales etenim Beguini, quamuis prædicta omnia crederent & defenderent, fuerunt (ut dicunt) iniuste condemnati, & pro veritate defendenda, & non fuerunt heretici; sed catholici, & dicunt eos esse coram Deo martyres gloriosos.

Vigessimus quintus error: quia dicunt, quod Ecclesia Dei adhuc recognoscat, quod dicti quatuor fratres Minores, & dicti Beguini, qui fuerunt velut heretici condemnati, sunt sancti martyres, & de eis fiet solempne festum in Ecclesia, sicut de alijs magnis martyribus.

Vigessimus sextus error: quia dicunt, quod Prælati & Inquisitores, qui ipsos iudicauerunt & condemnauerunt velut hereticos, & etiam omnes illi, qui consenserunt ac consentiunt scienter, in condemnationibus regulæ defendenda, & ideo dicunt ipsos non fuisse hæreticos, sed catholicos, & etiam martyres gloriosos, ipsorumque implorant orationes & suffragia apud Deum.

Vigessimus septimus error est: quia dicunt, quod omnes & singuli prædicti, quos dicunt esse factos hæreticos propter prædicta, non sunt de Ecclesia Dei, nec de numero fidelium: sed sunt extra Ecclesiam, si in hoc perseverant.

Vigessimus octauus error est: quia dicunt, quod omnes illi, qui tenent & credunt sicut ipsi Beguini, seu

† Vide S. Thom. 2. 2. q. 187. art. 8.

Hæretici pro Martyribus habiti à suis.

ni, seu fratres pauperes de tertio ordine, credunt & tenent de predictis omnibus; & sicut tenuerunt et crediderunt illi, qui fuerunt veluti heretici condemnati, et etiam alij fideles, qui non sunt de tertio ordine, siue sint clerici, aut religiosi, aut laici, qui credunt aut tenent de predictis sicut ipsi Beguini; omnes inquam tales (vt aiunt) sunt Ecclesia Dei, ac de Ecclesia Dei, & intra Ecclesiam Dei viuunt.

Vigesimus nonus error est: qd multi Beguini & Beguinae, ac etiam credentes ipsorum erroribus, recollerunt occulte ossa combusta, & cineres predictorum combustorum, qui fuerunt veluti heretici condemnati, ad conseruandum sibi pro reliquijs & tanquam reliquijs sanctorum osculabantur, & venerabantur, sicut aliorum sanctorum ob deuotionem & reuerentiam eorundem; sicut compertum extitit & inuentum per inquisitionem & confessionem, ac confessiones, ac depositiones quorundam Beguinorum receptas in iudicio, qui talia secum habebant, & alios habere & habuisse viderant, & sciebant; sicut quoque nos inquirentes de talibus reliquijs apud eos inuentis, palpauius, & vidimus, & fide probauimus oculata.

† al. quandoque

Trigesimus error est: quod aliqui ex Beguinis scripserunt, & notarunt nomina predictorum condemnatorum, & dies siue Calendas, in quibus passi fuerunt sicut martyres (vt ipsi asserunt) secundum quod Ecclesia Dei, de sanctis & iustis martyribus facere consuevit; & nomina eorum adnotauerunt in suis Calendarijs, & in suis inuocant litanijs.

† al. communitatis

Trigesimus primus error est: quod Papa non potest dispensare cum aliqua persona in voto virginittatis seu castitatis, etiam si votum id fuerit simplex, & non solemne, quantumcumque etiam ex tali dispensatione sequeretur aliquod magnum bonum ciuitatis: puta reformatio pacis alicuius prouincie siue regni: vel conuersio vnus getis ad fidem Christi: quia persona, cum qua dispensaretur, de maiori & altiori gradu perfectionis suae descenderet ad minorem.

Trigesimus secundus error est: quia dicunt qd si omnes mulieres essent mortuae, excepta vna, que vouisset castitatem vel virginittatem Deo; & etiam si genus humanum deficeret, nisi talis mulier contraheret, Papa non posset cum tali muliere dispensare: nec talis mulier teneretur obedire Papae precipienti vt contraheret; & si obediret, mortaliter peccaret: & si propter hoc excommunicaretur per Papam, talis excommunicatio esset iniusta, & ea non ligaret; & si sustineret propter hoc mortem, esset martyr.

Trigesimus tertius error est: quia dicunt, qd non tenentur iurare coram Prelatis & Inquisitoribus, quamuis delati sint de feicta & haeresi Beguinorum, ad respondendum eis, nisi solum de fide, ac articulis fidei.

Trigesimus quartus error & heresis est: quia dicunt, quod si excommunicarentur propter hoc, quia reculant iurare simpliciter & absolute de veritate dicenda in iudicio de requisitis,

nisi tantum de articulis fidei, & praecipis, ac sacramentis; & quia nolunt de alijs respondere; & quia reculant suos complices reuelare, quod talis excommunicatio est iniusta, & quod non ligat eos.

Trigesimus quintus error est: quia dicunt qd Papa non potest secundum Deum inhibere Beguinis, etiam per sententiam excommunicationis, qd non viuunt de mendicitate, quamuis possent laborare, & de arte sua victum sibi congruum procurare; nec tenentur sibi obedire: & si propter hoc condemnarentur ad mortem, dicunt quod essent martyres gloriosi.

Trigesimus sextus error est: quia dicunt, & asseruerant, quod tota doctrina & scriptura fratris Petri Ioannis olim de ordine fratrum Minorum, est vera & catholica, & eandem credunt & dicunt fuisse ei a Domino reuelatam, & dicunt fratrem Petrum Ioannis hoc ipsum, dum vivebat, suis familiaribus reuelasse.

Trigesimus septimus error est: qd fratrem Petrum Ioannem communiter vocant sanctum Petrum non canonizatum, quia dicunt ita eum esse martyrem.

Trigesimus octauus error est: quia dicunt, eum esse ita magnum doctorem, quod ab Apostolis & Euangelistis citra; non fuit aliquis maior eo: & aliqui addunt, quod fuit maior in sanctitate & doctrina.

Trigesimus nonus error & haeresis est: quia dicunt aliqui ex eis, eundem fratrem Petrum Ioannem veritatem tenuisse & dixisse, in eo quod dixit et tenuit, quod Christus, viuebat, quando fuit pendens in cruce, in latere lanceatus dicentes, quod anima Christi secundum rei veritatem, adhuc erat in corpore; sed quia Christus erat multum exinanitus, ideo aspicientibus mortuus videbatur: Ioannes autem Euangelista, ideo dicit cum tunc esse mortuum, quia mortuus apparebat: Mattheus autem Euangelista scripsit, quod Christus tunc viuus erat, quia secundum rei veritatem ita erat, sed Ecclesia abrasit hoc de Euangelio Matthei, ne Ioanni Euangelistae contrarius videretur.

Quadragesimus error est: quia dicunt, quod scriptura et doctrina predicti fratris Petri Ioannis sunt magis necessariae Ecclesiae Dei pro isto tempore finali, quam aliquae aliae scripturae quorumcunque Doctorem et Sanctorum, exceptis scripturis Apostolorum, et Euangelitarum: quia (vt dicunt) ipse magis declarat, et dat intelligere malitiam Antichristi, et discipulorum eius, videlicet pharisaeorum, quos dicunt esse praedatos, et religiosos moderni temporis.

Quadragesimus primus error est: quia dicunt, quod illi, qui non recipiunt doctrinam eius, sunt caeci: et illi, qui reprobant eius doctrinam, et condemnant, sunt haeretici.

Quadragesimus secundus error est: quia dicunt, quod si Papa condemnaret doctrinam vel scripturam fratris Petri Ioannis condemnando eam esset hereticus, quia condemnaret vitam et doctrinam Christi.

Quadra-

Quadragesimus tertius error est: quia dicunt (prout inueniunt in Postilla fratris Petri predicti super Apocalypsim) Ecclesiam carnalem, per quam intelligunt Romanam Ecclesiam, non solum pro ipsa Roma, sed quantum se extendit Romani Imperii latitudo, esse illam Babylonem meretricem magnam, de qua loquitur Ioannes in Apocalypsi. Et de ipsa exponunt & intelligunt, quae leguntur ibidem, videlicet, quod ipsa est ebria de sanguine illorum quatuor fratrum Minorum, qui fuerunt apud Marfiliam combusti vt haeretici condemnati; & de sanguine Beguinorum de tertio ordine, qui fuerunt in istis retro annis tanquam heretici condemnati & combusti in prouincia Narbonen. sicut superius plenius continetur, quos asserunt esse martyres Iesu Christi.

Apost. 17.

Quadragesimus quartus error est: quia dogmatizant, qd ecclesia carnalis, videlicet Romana Ecclesia, ante predicationem Antichristi est destruenda per bella, quae contra ipsam faciet Fredericus Rex Siciliae, qui tunc regnabat: cum complibus suis, qui vocantur decem Reges, qui intelliguntur per decem cornua bestiae, de quibus scribitur in Apocalypsi. Et quaedam alia de Rege Frederico contra Regem Francie, & Regem Robertum. Et circa hoc fabulabantur multa aliam erronea, quam insana.

Apost. 17.

† al. ponebat

Quadragesimus quintus error est: quia isti dogmatizant, quod in fine sexti status Ecclesie, (in quo statu dicunt nos esse) qui incepit a sancto Francisco citra; predicta Ecclesia carnalis, Babylon meretrix magna, est reicienda a Christo, sicut reiecta fuit synagoga Iudaeorum, quia crucifixus Christus: Quia carnalis Ecclesia crucifigit & persequitur vitam Christi, in illis fratribus, quos vocant pauperes & spirituales, ordinis sancti Francisci; exponendo tam de primo, quam de tertio ordine, & persecutione, quae facta est contra eos in prouincia Prouinciae, & in prouincia Narbon. de qua in superioribus est peractum.

† al. pertraatum.

Quadragesimus sextus error est: quia dogmatizant, quod sicut reiecta synagoga a Christo, fuerunt pauci viri electi per eum, per quos fuit fundata Christi Ecclesia primitiua, quantum ad primu statu Ecclesie, ita reiecta & destructa carnali Ecclesia Romana in sexto statu Ecclesiae: nunc etiam remanebunt pauci viri electi spirituales, pauperes Euangelici, quorum maior pars (vt aiunt) erit de vtroque ordine sancti Francisci, videlicet de primo & de tertio, per quos fundabitur Ecclesia spiritualis, quae erit humilis & benigna in septimo & vltimo statu, qui incipiet mortuo Antichristo.

Quadragesimus septimus error est: quia dogmatizant, quod omnes religiones seu ordines destruentur in persecutione Antichristi, excepto ordine sancti Francisci, quem distinguunt in tres partes, quarum vnam dicunt esse communitatem ordinis; & secundam dicunt esse illos, qui appellati sunt Fraticelli in Italia, & tertiam dicunt esse tam in fratribus, quos vocant spirituales, seruantibus puritatem & regulam sancti Francisci, quam in fratribus de tertio ordine eiusdem adherentibus.

† al. pauperatum.

Et primae duae partes (vt aiunt) destruentur, & terra remanebit vsque ad finem mundi duratura: quia (vt aiunt) beato Francisco sic fuit a Deo promissum.

Quadragesimus octauus error est: quia dogmatizant esse duplicem Antichristum, videlicet vnum spirituale seu mysticum, & alium realem maiorem Antichristum; & primum dicunt esse preparatorem vie secundae: & dicunt esse primum Antichristum illum Papam, sub quo fiet, & sub quo iam fit (vt aiunt) persecutio, & condemnatio eorundem.

Quadragesimus nonus error est: quod determinat tempus, infra quod maior veniet Antichristus, & incipiet predicare, & finiet cursum suum: quem Antichristum iam dicunt esse natum, & finiet (secundum quosdam ex eis) cursu suu, circa annum, quo computabatur incarnatio Domini anno MCCXXXV.

Quinquagesimus error est: quia dogmatizat, quod illi viri spirituales, quos vocant euangelicos, in quibus, & per quos fundabitur ecclesia, mortuo Antichristo, predicabunt xij. tribus Israel, & conuertentur de qualibet tribu, duodecim millia, qui simul congregati erunt cetum quadraginta quattuor millia: & haec erit militia signata per Angelum habentem signum Dei viui: & exponunt de Beato Francisco, qui habuit stigmata vultus Christi. Quae militia signata primo pugnat cum Antichristo, & per eum occidetur ante aduentum Heliae & Enoch.

Quinquagesimus primus error est: quia dicunt quod tempore persecutionis Antichristi, ita affligetur Christiani carnales, qd desperati dicent, qd si Christus esset Deus, non permetteret, qd Christiani tantum paterentur mala; & sic desperati apostata bunt a fide, & morientur. Sed Deus abscondet predictos viros spirituales electos, ne per Antichristu & ministros suos valeant inueniri; & tunc Ecclesia reducetur ad numerum personarum, in quo numero fuit fundata Ecclesia primitiua, ita qd vix remanebunt xii. in quibus etiam fundabitur, & in quibus infundetur Spiritus sanctus in aequali vel in maiori abundantia, quam fuerit infusus super Apostolos in Ecclesia primitiua.

Quinquagesimus secundus error est: quia dicunt, qd post mortem Antichristi, dicti viri spirituales conuertent totum mundum ad fidem Christi, & totus mundus erit bonus & benignus: ita qd nulla malitia vel peccatum erit in hominibus illius status, nisi forte peccata venialia in aliquibus: Et omnia erunt communia quo ad vsu, & non erit aliquis, qui offendat alium, vel sollicitet ad peccatum: quia maximus amor erit inter omnes, & erit tunc vnum ouile & vnus pastor: Et talis omniu status & conditio durabit (secundum aliquos ex ipsis) per centum annos: deinde deficiente amore, paulatim subingredietur malitia, & intantum excrescet paulatim, qd Christus propter excessu dictae malitiae, quasi cogetur venire ad generale iudicium omnium.

Quinquagesimus tertius error est: quia ignominiose & grauiter obloquuntur contra dominum.

num Papam Vicarium Iesu Christi, quem sicut infani mente, & schismatici vocant, & dicunt esse mysticum Antichristum, maioris Antichristi præcursores, & præparatores viæ eius.

Quinquagesimus quartus error est: quod vocant eum lupum rapacem, à fidelibus euitandum, & prophetam luscum, seu cæcum: & Caiapham Pontificem, qui Christum condemnauit: & Herodem, qui Christum illudendo derisit: quia vt dicunt, ipse condemnat vitam Christi, & deridet Christum in pauperibus suis.

Quinquagesimus quintus error est: quia dicitur ipsum Papam esse aprum de silua, & singularem ferum, exterminantem & destruentem maceriam seu clausuram Ecclesiæ Dei: ita vt in eam possint ingredi canes & porci, id est, homines, qui perfectionem vitæ Euangelicæ dilacerant atque conculant: & dicunt, qd plus facit de malo in Ecclesiâ, quàm omnes heretici præcedentes: quia tempore hæreticorum manebat Ecclesiâ in statu suo; nunc vero tempore eius, carnalis Ecclesiâ destruetur, quia ipse solus cum duobus Cardinalibus fugiet, & latitabit, & morietur præ tristitia & dolore.

Et quia prædicti errores fundantur originaliter in paupertate Euangelica, quam dicebant esse mendaciter, qd Christus & eius Apostoli non habuerunt aliquid in proprio, nec in communi: & qd in his quibus utebantur, non habebant aliquod ius, sed solummodo simplicem vsum facti; ideo dominus Ioannes XXII. declarauit contrarium esse verum & catholicum; & ista duo esse hæreticalia, & condidit de consilio fratrum extrauagantem, Cum inter nonnullos. tenoris sequentis.

De proprio & communi Extrauagantes Domini Ioannis xxij.

Hæc habetur inter extrauag. Ioan. xxij. c. 4. ver. bo. sig. c. 4.

Cum inter nonnullos viros scholasticos sæpe cõtingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter affirmare redemptorem nostrum & dominum Iesum Christum, eiusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua nec in communi etiã, hæreticum sit censendum. diuersis diuersa & aduersa etiã sentientibus circa illud: Nos huic concertationi finem imponere cupientes, asserionem huiusmodi pertinacem, cum scripturæ sacræ (quæ in plerisque locis ipsos nonnulla habuisse asserit) contradicat expresse, ipsamque scripturam sacram, per quam utique fidei orthodoxæ probantur articuli, quo ad præmissa fermentum aperte supponat continere mendacii, ac per consequens, quantum in ea est, eius in totum fidem euacuans, fidem catholicam reddat, eius probationem adimens, dubiam & incertam: deinceps erroneam fore censendam, & hæreticam; de

A fratrum nostrorum cõsilio, hoc perpetuo declaramus edicto.

Rursus in posterum pertinaciter affirmare, qd Redemptori nostro prædicto, eiusque Apostolis in his, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ius ipsi vtendi competierit; nec illa uendendi, seu donandi ius habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit expresse: cum talis assertio ipsorum usum & gesta euidenter includat, in præmissis non iusta; quod vtique de vso, gestis, seu factis redemptoris nostri Dei filii sentire nefas est, sacræ scripturæ contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum: asserionem ipsam pertinacem de fratrum nostrorum consilio deinceps erroneam fore censendam merito, ac hæreticam declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum infringere, vel auferre ei temerario contraire. Si quis autem hoc attentare voluerit, seu præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Auinion. ij. Idus Nouembris, Pontificatus nostri anno septimo.

Et quia prædictæ constitutioni, Cum inter nonnullos. dictus frater Michael de Casena Minister Generalis fratrum Minorum hæreticus, cõtradixit, patenter, publice, & impudenter cum suis complicitibus mendaciter asserendo, quod Romanus Pontifex constitutionem, Cum inter. prædictam, non potuit condidisse: Idem dominus Ioannes XXII. constitutionem edidit, quæ incipit: Ad conditorem canonum. in qua clarissime ostendit, quod constitutionem potuit facere antedictam.

Verum quia ille hæreticus Michael antedictus, cum quampluribus sociis suis, etiam dictæ constitutioni, Ad conditorem. etiam detrahebat: & ambas, Cum inter. &, Ad conditorem. pariter condemnabat: Idem dominus Ioannes tertiã constitutionem edidit, quæ incipit: Quia quorundam mentes. in qua constitutione vtramque, Cum inter. & Ad conditorem canonum. confirmauit, & errores duos prædictos de proprio & communi fortius extirpauit, & verbis etiam aliis vsus fuit, vnde dicitur sic.

Extrauagans Ioannis xxij. Quia quorundam.

Quia quorundam mentes: & infra. Nos itaque ne fabricatores mendaciorum huiusmodi, ac etiam assertores, de

Contra errores Michælis de Casena consilii. duæ.

Habetur in extrauag. eiusdem. De uerbo. sig. c. 3.

Hæc habetur in extrauag. de act. bo. sig. c. 3. fin.

Alia constitutio Ioan. XXII. super eodem.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Tarraconen. eiusque suffraganeis, & dilectis filiis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia Tarraconæ auctoritate Apostolica deputatis, salutem, &c.

Quia nonnunquam unius impunitas; & infra. Et quia indignum est, vt eius, à cuius se obedientia subtrahunt, quemque impugnare temere sagunt, priuilegijs perfruantur: ipsos omnibus & singulis, cõ exemptionis, quàm aliis quibuscũque priuilegijs, gratijs & libertatibus, & immunitatibus, tam ordinibus suis, quàm personis & locis ipsorum, sub quacunq; forma, vel expressione uerborum, ab Apostolica sede concessis, auctoritate Apostolica omnino priuamus. Et præter poenâs alias contra talia præsumentes inflictas, quibus ipsos subiacere uolumus, priuatos perpetuo, & ordinariorum locorum iurisdictioni ordinariæ, quo ad causas omnes, & omnia alia decernimus manere subiectos. Quo circa discretioni uestre per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districtius iungendo mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis & festiuis, de quibus uideritis expedire, tales excommunicatos, hæreticos, & schismaticos (vt prædicitur) eidem priuilegijs, gratijs, libertatibus, & immunitatibus priuatos, uos fratres Archiepiscopo & Suffraganei faciatis in Ecclesijs uestrarum ciuitatum, & diocesum publice nuntiari: ac uos, uestrique uices gerentes, uestra ordinaria: & uos filii Inquisitores auctoritate Apostolica aduersus eos, quos in præmissis, uel circa ea, summarie simpliciter, & de plano in eisdem ciuitatibus, & diocesibus reperieris deliquisse, tãquam contra hereticos & schismaticos, ad captionem, inquisitionem, correctionem, & punitionem, iuxta sanctiones canonicas, adeo diligenter procedere studeatis, quod extirpatis de finibus uestris hæresibus huiusmodi, catholica fides illibata remaneat in hac parte. Datum Auinione, &c.

COMMEN. XL.

Multis nominibus vocantur hi hæretici, nempe Begardi, Fraticelli, Fratres de paupe uita, & Bizochi, vt constat ex quadam extrauaganti Ioannis XXII. incipiente, Sancta Romana. quam asfert

tam pestifera, erronea, & damnata doctrina; confutatione, ac confusione utique omnino digna, gloriari ualeant; & alios trahere in errorem, cum ausu nefando, ac petulantia improba, ausi defendere publice fuerint damnatam per constitutione prædictam heresim, ac etiam probare, uidelicet, qd Christus & eius Apostoli in his, quæ habuisse leguntur, tantum habuerint absque iure aliquo simplicem vsum facti: ex quo (si verum esset) sequeretur vsum Christi fuisse non iustum: quod profecto blasphemiam continet, & catholicæ fidei inimicium: cum hoc de pertinaci animositate ac erronea non sit dubium processisse: omnes & singulos, qui uerbo ac scripto per se, uel per alium, seu alios talia publice præsumperunt, ipsos quoque, qui eos instruxerunt in talibus, & ut præmissa facerent, docuerunt, in damnatam incidisse heresim, ac ut hæreticos uitâdos fore, de fratrum nostrorum consilio declaramus. Si quis autem damnatas per constitutionem, Cum inter. prædictam, hæreses, uel ipsarum alteram deinceps scienter uerbo, uel scripto defendere, uel approbare præsumperit, de fratrum eorundem consilio decernimus, vt tanquam hæreticus ab omnibus euidenter habeatur. Adhuc, qd constitutionem nostram, Ad conditorem canonum. suprædictam, in sano ausu impugnare nisi sunt (sicut fertur) districtius de eorundem fratrum consilio inhibemus, ne quisquam contra diffinita, ordinata, seu facta per ipsam, uerbo, uel scripto scienter approbet aliquid, uel defendat. Si quis uero contra præsumperit, tanquam contumax & rebellis Romanæ Ecclesiæ ab omnibus habeatur. Nulli ergo, &c. Datum Auinion. quarto idus Nouemb. Pontificatus nostri anno nono.

Et quia prædictis duobus erroribus in dictis duabus constitutionibus condemnatis, super materia de proprio & communi, adhuc in prouincia Tarraconen. nonnulli Begardi, & fratres Minores, solo nomine religiosi, a conuersatione aliorum ordinum fratrum, uita & moribus dissidentes, præfatos condemnatos errores, in dicta prouincia Tarraconen. adhuc defendebant: Ideo dominus Ioannes prædictus, Archiepiscopo Tarraconen. eiusque suffraganeis, & Inquisitoribus illarum partium hæreticæ prauitatis, iterum dictos errores, ac fratres eorum defensores vt hæreticos condemnando, ac tales publicari mandando, gratijs & indulgentijs sui ordinis priuando, ac eos Prælati & Inquisitoribus subiiciendo, litteras destinauit tenoris sequentis.

Tal. ordinis

fert auctor Repertorij Inquisitorum, scilicet Beatae terciae regulae, per quam horum secta condemnatur. a ¶ Ad hanc respondemus, quod tempore domini Clementis V. insurrexit in provincia Narbonae homo quidam vocatus Petrus Iohannes.

Regardorum secta quaedam inceperit.

De Regardorum origine sine initio non est multum varia auctorum sententia: nam Guido Carmelita in summa de haeresibus, tit. de haeresibus Beguinorum in principio, scribit eorum sectam decessisse fuisse circa annum Domini M. C. C. C. X. V.

Eymericus hic, qui aliquot annis post Guidonem Carmelitam floruit, non multum ab eo differt, dum Begardos, seu Beguinos tempore Clementis Papae V. insurrexisse potissimum significat, nempe circa annos Domini M. C. C. C. X. quorum auctorem constituere videtur Fratrem Petrum Iohannem, de quo diximus supra quest. 9. huius 2. partis.

Bernardus Lutzemburgus in catalogo hereticorum lib. 2. verbo Bergardi, exortos eos scribit sub Iohanne Papa XII. circa annu Dni MCCCXXX.

Gabriel Prateolus, lib. 6. cap. 13. de vitis & sectis hereticorum agens de Fraticellis, & lib. 8. cap. 11. agens de Hermanno Italo ait hunc Hermannum auctorem fuisse haeresis Fraticellorum, seu Beguinorum, & eos ortos fuisse temporibus Benedicti Undecimi Pontificis maximi circa annum Domini MCCCIII.

Horum sententia vere indicari possunt: nam qui minora tempora constituunt, de primo eorum exortu loqui putandi sunt: qui vero media tempora narant, de eorum incremento: qui autem maiora, de eorum statu & damnatione agere intelligi possunt. Nam cum saepe contingat, hereticorum sectas non statim suscipere incrementum, sed sua habere exigua: initia, inde vero magis ac magis pullulare, incrementa que suscipere fit inde, ut scriptores & historici de eisdem hereticis loquentes interdum circa tempora varij quodammodo videantur, cum tamen non sint: nam quidam exortum primum, alij incrementum, alij denique condemnationem eorum respiciunt. dicunt hoc aut illo tempore extitisse: unde si que quaedamque varietas circa haec apud graues auctores inueniatur, praedicto modo conciliari potest, nisi aliud euidenti ratione, aut coniectura concludatur.

Ex his ergo constat Regardorum sectam circa tempora Clementis V. & Iohannis XII. Romanorum Pontificum exortam fuisse, aut sane detectam: quod idem Pontifices Apostolica auctoritate saepe represserunt ac condemnauerunt: nam sectam Regardorum, praesertim de Alemania, & eorum errores primum condemnauit Clemens V. in concilio Viennensi, & refertur in Clement. 1. de religio. domib. & in Clement. Ad nostrum, de heret. inde Iohannes XII. qui Clementi V. in pontificatu successit Begardos seu Fraticellos vbique existentes multis constitutionibus condemnauit, sed praecipue per quandam extrauagantem incipien. Sancta Romana. que habetur inter eius extrauagantes, tit. de religio. domi. Pontificatus sui anno secundo, nempe, anno Domini MCCCXV. ¶ Refert auctor Repertorij Inquisitorum, verbo: Beatae terciae regulae, & Eymericus quest. seq. in fine.

A ¶ Horum hereticorum errores praeter Eymericum hic, refert & confutat Guido Carmelita in summa tit. de haeresibus Beguinorum. & Aluarus Pelagius, lib. 2. cap. 5. 2. de planctu Ecclesiae confutat etiam errores Beguinorum seu Regardorum, de quibus agitur in Clement. Ad nostrum, de heretic. Recensent eos praeterea Bernardus Lutzemburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. verbo Bergardi. Turrescremata in summa de Eccles. lib. 2. parte 2. cap. 36. Beatus Antoninus in summa parte 4. tit. 11. cap. 7. §. 4. & 5. & Prateolus lib. 2. de vitis & sectis hereticorum, cap. 17. tamen hi locis potissimum agant de erroribus Regardorum condemnatis in dicta Clement. Ad nostrum, de heretic. adde Repertorium Inquisitorum verbo, Bergardi, & verbo, Beguinae.

b ¶ Frigelimus nonus error, & haeresis est: quia dicunt aliqui ex eis, eundem fratrem Petru Iohannem veritatem tenuisse & dixisse, in eo quod dixit & tenuit, quod Christus iacebat quando fuit pendens in cruce in latere lanceatus. ¶ Hic error, ut alibi diximus, damnatus est in concilio Viennensi, & habetur in Clement. 1. de summa trinit. & fide cathol. refert quoque Eymericus supra in hac 2. parte quest. 7. num. 7. veris secunda haeresis. & quest. 8. num. 2. veris prima haeresis.

c ¶ Matthaeus autem Euangelista scripsit, quod Christus tunc vivus erat, quia secundum rei veritatem ita erat, sed Ecclesia abasit hoc de Euangelio Matthaei, ne Iohanni Euangeliste contrarius videretur. ¶ Hec est insignis & impudensissima blasphemia: neque enim contrarium unquam scripsit Matthaeus, cum solus Iohannes de laceatione lateris Christi pendens in cruce egerit: neque catholica Ecclesia id abasit, aut correxit, ut vere etiam docet Guido Carmelita in summa de haeresibus, tit. de haeresibus Petri Iohannis, cap. 3. in fine. Sed vitatus mos est hereticorum, ut ad tuendos errores suos facile confingant quicquid libet, addendo, aut detrahendo sacris litteris, sicut late ostendimus, lib. 2. de causis unde haereses oriuntur. De qua re singularis extat locus apud Tertullianum in libro de praescriptio- nibus hereticorum in haec verba: Ita haeresis non recipit quaedam scripturas: Et si quis recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertit. Et si recipit, non recipit integras: Et si aliquatenus integras praestat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. ¶ haec Tertullianus. ¶ al. co. nec sit.

Iam eadem haec blasphemia diligenter est praecauenda, atque delenda e plerisque voluminibus iuris canonici recenter impressis, velut ex his que impressa sunt Antuerpiae anno Domini MDLXXII. in officina Philippi Nutij, in quibus super Clement. 1. de summa Trinit. & fide cathol. recentior quidam vel imperitus, vel non vere catholicus, dum totius Clementine conatur argumetum enarrare; sepe inculcat hanc blasphemiam, videlicet, sanctum Mattheum contrarium scripsisse de laceatione lateris Christi, his, que diuinitus narrauit sanctus Iohannes. ¶ Quadragesimus quartus error est, quia dogmatizant quod Ecclesia carnalis, &c. ¶ Ita habet eodex Barcinonensis impressus in tribus vero manu scriptis

scriptis paulo aliter legitur in hunc modum: Quia dogmatizabant olim, quod Ecclesia carnalis, videlicet Romana Ecclesia ante predicationem Antichristi destrueda erat per bella, quae contra ipsam faceret Fredericus Rex Siciliae, qui tunc regnabat cum complicibus suis, &c.

c ¶ Cum inter nonnullos. ¶ Ut apertius intelligantur que tradit Eymericus cum in hac, tum in sequentibus questionibus de condemnatione Fraticellorum, seu Fratrum de paupere vita, breuiter mihi enarranda sunt illa, quae tunc à Fraticellis gerebantur. Sciendum ergo est, Fraticellos tempore Iohannis XII. multum inualuisse in partibus Italicis, necnon in Insula Siciliae, Comitatu Provinciae Narbonen. & Tholosan. ciuitatibus & diocesisbus & prouincijs, alijsque diuersis locis, sicut constat ex quadam extrauaganti Domini Iohannis XII. incipien. Sancta Romana. que habetur inter eius extrauagantes, tit. de religio. domi. adeo ut congregationes & conuenticula facerent, superiores sibi constituerent (quos Ministros, seu Custodes, vel Guardianos, aut alij nominibus appellabant) plurimos ad suam sectam reciperent, domos & habitacula construerent, ac si essent de religionibus approbatis. His incommo- dis longe lateque patentibus occurrere volens dominus Papa Iohannes XII. Auinione tertio calendas Ianuarij, Pontificatus sui anno secundo, id est, anno salutis MCCCXVII. die 30. mensis Decembris, praedictam extrauagantem incipien. Sancta Romana. edidit, per quam Fraticellorum, seu Beguinorum sectam penitus condemnauit. inde vero paucis post diebus, id est, die 23. Ianuarij, Pontificatus sui anno secundo, qui incidit in initium anni salutis MCCCXIX. contra eosdem Fraticellos et Henricum de Ceua, quem sibi constituerant Ministrum Generalem, aliam constitutionem dedit, incipien. Gloriosam Ecclesiam. cuius fragmentum quoddam affert Eymericus questione sequenti in qua eorum commemorantur errores praecipui, & breuiter ac eleganter confutantur, ac mandatur in super ut Henricus de Ceua, & eius complices caperentur, ac legitime punirentur. Hec extrauagans refertur in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio Sanctae Inquisitionis.

Extrauagans Sancta Romana edita anno 1318.

Extrauagans Gloriosa Ecclesiam edita an. 1319.

Praecipui Fraticellorum errores.

Constitutio Cui inter nonnullos, quando fuerit edita.

A ¶ mum sibi in scelere nefario vendicabat locum Guilielmus OKam, qui contra hanc decretalem est debacchatus, dicens septem ex ea colligi errores, cum tamen totidem haeresibus se cum suis maculatum esse ostenderit) ideo dominus Iohannes aliam constitutionem edidit incipien. Ad conditorem. in qua plenissime declarat quicquid de dominio rerum, quae ad Fratres Minores perueniebant, & de simplici vsu facti dubitari poterat, ut tandem omnis errorum obnubilatio ab eorum animis tolleretur. Edita autem fuit extrauagans incipien. Ad conditorem. sexto idus Decembris, Pontificatus Domini Iohannis XII. anno septimo, id est, anno salutis MCCCXXII. facta vero est haec constitutio, Ad conditorem. omnino post constitutionem, Cum inter nonnullos. ut constat ex tempore, quo utraq; data fuit, licet in codicibus iuris canonici impressis, constitutio, Ad conditorem. ponatur ante constitutionem, Cum inter nonnullos. cum reuera constitutio, Cui inter nonnullos. praecedere debuisset: nam in eodem anno septimo prior est mensis Nouember, quo data fuit constitutio, Cum inter. quam mensis Decembris, quo data fuit constitutio, Ad conditorem. Et Eymericus hic cum de his constitutionibus agit, rectam temporis seriem sequitur, ut constat.

Attamen quia idem ille Michael de Cefena magna complicum caterua stipatus, de quibus paulo post dicemus, proxime relatas constitutiones acriter mordebat, atque totis viribus & verbis & scriptis impugnabat, propterea dominus Iohannes XII. item Auinione, quarto idus Nouembris, pontificatus sui anno nono, hoc est, anno salutis MCCCXXV. aliam constitutionem publicauit incipien. Quia quorundam. in qua confirmauit constitutionem, Cum inter nonnullos. & constitutionem, Ad conditorem. Item praedictos errores de proprio & coisortibus extirpauit, & obiectionibus aduersariorum plene respondit, & tandem contradicentes tanquam contumaces, & Ramanae Ecclesiae rebelles & esse, & ab omnibus haberi debere declarauit.

Tres autem haec constitutiones nempe, Cum inter nonnullos. Ad conditorem, & Quia quorundam. impressae referuntur inter extrauagantes Iohannis XII. de verb. sig.

Cumque hi errores de proprio & communi tanquam heretici ex diuini scripturis, & argumentis solidissimis in his tribus Decretalibus contentis merito essent per Romanum Pontificem condemnati, heretici illi & rebelles, qui eos tuebantur, ausi sunt et Auinione in consistorio suo, in faciem resistere, & appellare, & rursus Pisis in Italia, & adhuc in ciuitate mondensi in superiore Germania appellationes suas solenniter publicare, & dominum Iohannem XII. non Papam, sed apostatam & hereticum nuncupare. Michael enim de Cefena praedictus Generalis Minoritarum, etiam si in congregatione Parisiensi anno MCCCXXVII. depositus, ausus est tamen rebellem ceruicem erigere se pro generali & catholico praedicando, Papam autem pro apostata, & heretico, & sic ipso iure deposito, & ad hoc litteras impetratis sua modo ad capitulum Fratrum Minorum, nunc ad Ludouicum III. Ba- uarum assertum Imperatorem, & alios destinare, & omnia

Extrauagans Ad conditorem quando fuerit edita.

Michael de Cefena impudenter inuehitur in constitutiones Papales.

Constitutio Quia quorundam.

Michael de Cefena impudenter inuehitur in Pontificem.

Michaelis de
Cætena fau-
tores.

Et omnia contra Papam, imo contra Evangelicam veritatem hac in re moliri. Et habuit fautores, qui pro ipso, & cum ipso contra Romanam sedem similiter pugnarunt, multos sed inter eos præcipuus fuit Guilielmus OKam Anglicus, qui multa & dixit et scripsit contra Romanum Pontificem, potestatem eius & Romanæ sedis gloriam & auctoritatem, quantum potuit, minuendo. Adhæserant eidem Michaeli præter OKam, Bonagratia de Pergamo, conuersus, & Henricus de Chalem, qui multa tum amicitia, tum etiam errorum ac hæresum concordia cum Michaeli conuerti erant. Eisdem erroribus subscripserunt per id tempus nonnulli theologiastræ, qui apud imperitam plebem inanis gloriæ nomen aucupabantur, in quibus memoratur Marsilius de Menandrino Paduanus, non ille, qui late scripsit de medicina, sed alius quidam, qui adhefit Lodouico Bauaro, ut scribit Zabarella in cap. Venerabilem. §. Verum. extra de elect. & in clemen. Exiui. §. Proinde de verbo. signifi. (contra quem scribit luculenter Albertus Pighius lib. 5. Hierarchie ecclesiast. cap. 1. & multis seq.) item Ioannes de Tanduno homo philosophiæ gloria tumens, quem habuit familiarem, & in hoc errore consiliarium Lodouicus Bauaricæ Dux, & huius sectæ fautor, ut constat ex processu contra hunc Lodouicum facto per Clementem sextum Pontificem maximum.

Cum autem dominus Ioannes XXII. decretalem illam edidisset, quæ incipit: Quia quorundam detractores illi & rebelles rursus in ea ostendimus prætenfos errores notauerunt, quorum quinque videlicet 3. 5. 6. 13. & 14. ius tantum civile concernunt: in quibus totidem errores se habere palam profitebantur: incriminatus dominus Ioannes XVII. ut nullam intencatam relinquere uiam, qua uelut pius pater posset errantes ad lumen adducere ueritatis, aliam publicauit decretalem incipien. Quia uir reprobus Michael. quæ non est impressa, nec adhuc peruenit ad manus meas in qua plenissime eorum appellationibus respondit, ueritates catholicas, quas in alijs extrauagantibus definierat, firmiter stabiliendo, & errores contrarios confutando. Atque in hac rursus decretali truces illi Ecclesiæ rebelles triginta duos prætenfos errores mendaciter notauerunt, exceptis aliquibus, uidelicet 18. 19. 20. 23. 24. & 28.

Cum uero post multas blasphemias ubique uerbis & scriptis contra constitutiones domini Papæ et sedem Apostolicam prolatas, Michael de Cætena, qui iam fuerat omni dignitate priuatus Guilielmus OKam, & Bonagratia de Pergamo conuersus, in si essent non recedere à ciuitate Auinionen. ad quam fuerant perducti, ubi tunc curia Pontificia residebat, illi clam arrepta fuga ad presentiam Petri de Coruario in Antipapam assumpti, & Lodouici de Bauaria pro Imperatore se gerentis suos gressus dirigere festinarunt, atque in Alemaniæ partibus non sunt ueriti hæreses publice predicare. Quare dominus Ioannes XXI. Auinione quarto idus Ianuarij pontificatus sui anno quintodecimo, id est, anno salutis MCCCXXXI. contra eosdem fugitiuos quendam processum publicauit, cuius initium: Nuper in consistorio publico. quo citantur perempto

Constitutio
Quia uir re-
probus.

A rie illi ipsi rebelles, ut personaliter comparerent ad audiendam sententiam, prout excessus exigeret delinquentium, huiusmodi autem processus in fine huius operis habetur impressus inter litteras Apostolicas pro officio Inquisitionis.

Iam illud scire oportet, tempore Ioannis XXII. multos viros pios & doctos contra Fraticellorum errores & uerbis & scriptis grauer decertasse, & Pontificiam auctoritatem & potestatem defendisse, in quibus fuit Augustinus Triumphus de Ancona Augustinianus, uir sanctitate & doctrina insignis, in summa de potestate ecclesiastica, quæ domino Ioanni Papæ XXI. nuncupauit: Guilielmus de Cremona eiusdem ordinis, & alij, quorum opera de hac re partim impressa circumferuntur, partim uero manuscripta adhuc seruantur, uirorum doctorum diligentia, ut spero proxime edenda.

Hunc uero Augustinum de Ancona in priore editione horum commentariorum super hac ipsa quaestione, dixeram à Michael de Casena tractum fuisse cum alijs in errore Fraticellorum, Ceterum eam infamie notam, tum falso impositam fuisse tanto uiro comperi, cum loca eiusdem Augustini in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 78. & 79. diligentius & attentius perlegerem; quibus mature consideratis animaduerti, eum à Fraticellorum errore procul abuisse, & quæ tradit cum rectorum sententia conuenire, sicut admonui in summa eiusdem Augustini Romæ impressa an. Dom. MDLXXXII. in principio quaestionis 78. Mouit autem me tunc ut in eam sententiam descenderem, quoddam additamētum, quod præfixum erat prædictæ extrauaganti Ioannis XXI. incipienti, Cum inter nonnullos, in alijs quorū voluminibus iuris canonici in breuiori forma cum glossis recentior impressis, Ceterum, ut dixi, id falsum esse deprehendi, postquam diligentius rem considerauis: sed ad rem reuertor.

Fraticelli non modo Ioanni XXI. quamdiu uixit, impudentissime resistunt, sed etiam Benedicto duodecimo eius successori, quæ (quia erat sacre theologiae doctor) peiorem & damnabiliorem mendacissimè proclamabant, negantes esse Pontificem, sed hæresiarum palam esse asserentes per fucatas rationes plurimos decipiebant, ita ut in diuersis mundi partibus multum durauerit Fraticellorum secta, ut testatur Zabarella in clemen. Exiui. §. proinde de uerbor. signifi. & Sanctus Antoninus in summa, parte 4. tit. xi. cap. 7. §. 5. quibus locis nonnulla asserunt, quæ hanc historiam de Fraticellis poterunt illustrare: quam propterea paulo fufius duximus enarrandam, quoniam & pauca ab historicis, et absque ullo sepe ordine commemorantur, tum etiam quoniam quæ in his tribus quaestionibus, uidelicet 15. 16. & 17. traduntur ab Eymérico, uix sine harum rerum, quas adduximus, cognitione percipi possunt.

QVAESTIO XVI.

De erroribus Henrici de Sena.

S V M M A R I V M.

- 1 Henricus de Sena apostata caput Beghinorum.
- 2 Beghinorum

- 2 Beghinorum errores quinque dñati à Ioan. xxij.
- 3 Secta Beghinorum prorsus damnatur.
- 4 Beghinorum excusationes friuolæ.
- 5 Titulo tertij ordinis S. Fracisci se Begini paliare atque honestare nitentur.



Extadecima quaestio est: Hæreses, & errores Henrici de Sena, ordinis fratrum Minorum Generalis fidei Ministri, non ueri ordinis beati Francisci, sed fictitij: qui fratrum à communi statu ordinis dissidentium in partibus Tusciae, & in insula regni Siciliae caput fuit; qui sunt 3

1 Ad hanc respondemus, quod post condemnationem prædictarum duarum hæresum, & errorum de proprio, & communi, factam per dictum dominum Ioannem XXI. in constitutionibus, Cum inter nonnullos. & Quia quorundam mentes. quamplures fratres Minores in partibus Tusciae, & in insula regni Siciliae, dictis duabus constitutionibus non obtemperantes, sed eas potius condemnantes, à communi statu ordinis beati Francisci uita & moribus, ac etiam aliquantulum habitu dissidentes, ac totaliter deuiantes, sibi Henricum de Sena dicti ueri ordinis sancti Francisci, cum prædictis suis complicitibus fugitiuum, & apostatam, in Ministerium Generalem talis peruersæ suæ congregationis, & ordinis elegerunt, sibi que prefececerunt magis in idolum, quam prelatum. Qui pariter Ministros, Custodes, Guardianos, temeritate consimili eligere præsumperunt, plurimos ad eorum sectam recipere, sicque receptis licentiam predicandi, confessiones audiendi, concedere ausi sunt: ac sic in hæreses & errores plurimos inciderunt. Quorum quidem statum, cum suis erroribus quinque, de quibus actum est supra eadem parte secunda, quæst. 8. idem dominus Ioannes pariter condemnauit, ac eos capi mandauit per suam constitutionem, quæ incipit: Gloriosam. quæ est tenoris sequentis.

Extrauagans Ioan. xxij. qua dñantur errores Henrici de Sena, & sequacium suorum.

GLoriosam Ecclesiam: & infra. Et ne aliquid prædictarum blasphemiarum tolerabile uideatur, aut dubium: de plurimis eorum erroribus, aliquos non lateret, & perinde nocere ualeant, presentibus duximus adnotandos.

2 Primus itaque error, qui de istorum officina tenebrosa prorupit, duas fingit Ecclesias, unam carnalem diuitijs pressam, effluetem diuitijs; sceleribus maculatam, cui Romanus presulem, aliosque inferiores prelatos dominari asserunt: Aliam spiritualem, fragilitate mundam, uirtute decoram, paupertate succinctam: in qua ipsi soli, eorumque complices continentur: Cui etiam

A ipsi spiritualis uitæ merito (si qua fides est adhibenda mendacis) principantur.

B Secundus error, quo prædictorum insipientium conscientia maculatur, Venerabiles Ecclesiæ sacerdotes, aliosque ministros, sic iurisdictionis & ordinis clamitat auctoritate desertos, ut nec sententias ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere ualeant, uel docere: Illos fingentes omni ecclesiastica potestate priuatos, quos à sua perfidia uiderint alienos: quia apud ipsos solos (ut ipsi somniant) sicut spiritualis uitæ sanctitas, sic auctoritas perseuerat. In qua re Donatistarum sequuntur errore: qui olim facto schismate, ab unitate Ecclesiæ recedentes, ita in sua secta Dei gratiam dixerunt esse coactam, ut nullus eam recipere esset idoneus, qui non foret ipsorum sceleris maculatus.

C Tertius istorum error in Valdensium errore coniuratur, quoniam & hi & illi in nullum euentum asserunt fore iurandum: dogmatizantes mortalis criminis contagione pollui, & pena teneri, quos contigerit iuramenti religione constringi.

D Quorum blasphemias pietas Christiana condemnans, non leuitate mota, sed uilitate aut necessitate coacta, ueritate præteritorum, atque presentium, & certitudinem futurorum, iurifurandi religione confirmat: certissime tenens, quod nullatenus de suo genere potest esse peccatum, quod Christus exercuit, qui peccatum non fecit, sed peccatum omne sua passione damnauit: Iurauit etenim Dominus, iurauit & apostolus Paulus: suæ operationis exemplo monstrates, ad hoc tantum iuramentum esse prohibitum, ne iurandi facilitas frequentiam, ueritatem consuetudinem, consuetudo periurium introducat: Bonum est ergo iuramentum, per quod ueritas rerum diuino testimonio confirmatur: Sed malum est illi, qui eo male utitur: & à malo infirmitatis humanæ est, ut aliquis uerum perferens, iurare cogatur.

E Quarto huiusmodi impiorum blasphemia, de prædictorum Valdensium ueneno fonte prorumpens, sacerdotes rite etiã & legitime secundum formam Ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere, uel conferre ecclesiastica sacramenta constringit.

Quintus error sic istorum hominum mentes

res obcecat, ut Euangelium Christi in se solus, hoc in tempore asserant esse completum: quod haecenus (ut ipsi somniat) oblectum fuerat, immo prius extinctum.

Multa sunt alia, quae isti praesumptuosi homines contra coniugii venerabile sacramentum garrere dicuntur: Multa quae de cursu temporum, & sine seculi somniant: Multa quae de Antichristi aduentu (quem iam instare asserunt) flebili vanitate diuulgant. Quae omnia quia partim haeretica, partim insana, partim fabulosa agnoscimus, damnanda potius cum suis auctoribus, quam stylo prosequenda, aut refellenda censemus.

Et quia post praedicta adhuc insurrexit peruersa quaedam eorum Begardorum, & Beguinorum congregatio, incidentium in errores & haereses leuiter supra dictas: ideo idem dominus noster Papa Ioan. xxij. damnauit istam congregationem, & statum eorum per consimilem constitutionem, quae incipit: Sancta Romana. tenoris sequentis.

3 Extrauagans Ioannis xxii. qua Begardi, & Beguini damnantur.

† Habetur in ter extrauag. Io. xxij. ut. d. relig. domi. hae. aff. im. pressa est iuxta ueritatem ipsiusm. cōstitutiōis originalis, quā habuim⁹ sub pendēti plūbo.

Sancta Romana f. atque uniuersalis Ecclesia, cui auctore Domino licet immeriti praesidemus, sicut religiosa & pia uota benigno fauore prosequitur, sic superstitiosos conatus insolentium hominum detestatur: uidelicet ne sub ouina pelle grem Dominicum truculentia lupi rapacis inuadat, sub pietatis imagine virus haeretice prauitatis obrepit, & sub praetextu conuersationis angelicae incautis mentibus spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia sacris est canonibus interdictum, ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat, vel habitum nouae religionis assumat. Sed quicumque ad religionem uenire uoluerit, ingrediatur unam de religionibus approbatis. Nonnulli tamen profanae multitudinis uiri, qui uulgariter Fraticelli, seu Fratres de paupere uita, ac Bizochi, siue Beghini, uel aliis nominibus nuncupantur in partibus Italiae, necnon in insula Sicilia, Comitatu prouinciae Narbonae, & Tholosanae ciuitatibus, & dioecesebus & Prouinciis, aliisque diuersis cismarinis, & ultramarinis partibus contra dictos canones habitum nouae religionis assumere; congregationes & conuenticulas facere, & superiores sibi ipsi eligere, quos Ministros, seu Custodes, vel Guardianos, aut nomini bus aliis appellat: plurimos ad eorum se-

ctam recipere, loca etiam de nouo construere, seu constructa recipere, in quibus habitant in communi, publice mendicare, quasi eorum secta foret una de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, temeritate damnabili praesumpserunt, & praesumunt etiam incessanter.

4 Et ut ipsorum error, ueritas, & impietas, religio reputetur: Plurimi eorum regulam ordinis fratrum Minorum, quam sanctus Franciscus instituit, se profiteri, & ad litteram obseruare constringunt: quamquam sub obediētia Generalis, uel Prouincialium Ministrorum ipsius ordinis non morentur. Praetendentes se à sanctae memoriae Caelestino Papa V. praedecessore nostro huiusmodi status seu uitae priuilegium habuisse, quod tamen etiam si ostenderent, non ualeret: cum bonae memoriae Bonifacius Papa VIII. praedecessor noster, ex certis causis rationabilibus omnia priuilegia ab ipso Caelestino praedecessore concessa, quae per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, uiribus penitus uacuarit, dictumque uitae priuilegium non inueniatur per eundem Bonifacium approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, & uiuendi ritum à quibusdam Episcopis, seu eorum superioribus, uel aliis Ecclesiarum Praelatis se recepisse praetendunt, quos nec eis recipere, nec praedictis Episcopis, uel eorum superioribus, seu aliis Ecclesiarum Praelatis concedere licuit contra formam Concilii generalis.

5 Nonnulli et ex ipsis asserentes se esse de Tertio ordine beati Francisci, penitentium uocato, praedictum statum & ritum eorum sub uelamine talis nominis fatagunt paliare: cum tamen in regula ipsius Tertii ordinis, talis uiuendi ritus nullatenus sit concessus. Et quia in errorum barathrum facilliter ruunt, qui conceptus proprios Patrum diffinitionibus anteponunt, ipsorum quam plurimi sicut fide digna relatione percipimus, à ueritate catholicae fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores alios student multipliciter seminare. Cum itaque talium damnanda temeritas in eiusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum, praefati Minorum, & aliorum ordinum opprobrium, & etiam suarum & aliarum multarum animarum perniciem redundare noscatur: Nos sectam, ritum, & statum huiusmodi: Non obstantibus praemis. eorum excusationibus,

nibus, quas friuolas reputamus, & quicquid per eos communiter, uel diuifim, sub religionis, conuentus, collegii, seu congregationis nomine, uel colore attentatum extitit, uel existit, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica, nullius fuisse & esse decernimus firmitatis: & quatenus de facto processerunt, de consilio & auctoritate praemis. reuocamus omnino, ac perpetuae prohibitioni subiicimus, & ab Ecclesia Dei penitus abolemus. Eisdem personis, & aliis quibuscumque sub poena excommunicationis (quam eas si secus fecerint, incurrere uolumus ipso facto) iniungentes expresse: ne statum, siue sectam, & ritum huiusmodi ab ipsis assumptum, sectentur ulterius, uel ipsum de nouo assumere quoquomodo praesumant. Episcopos quoque & eorum superiores, & etiam alios Praelatos quoscumque, qui praedictis personis, uel aliis ritum uiuendi, & habitum praedictos, praeter specialem Apostolicam sedis auctoritatem deinceps concesserint, praedictae excommunicationis poenae ipso iure decernimus subiicere. Dignum est enim ut adulterinas plantationes, quas non pater caelestis, sed humana temeritatis audacia plantat, Apostolici culminis censura diuellat, nec patiatur in agro Dominico peruersae congregationis uepres excrefcere, cui proprium est diuina opitulante gratia, uirtutes ferere, ac uitia radicitus extirpare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae reuocationis, subiectionis, abolitionis, uoluntatis, iniunctionis & constitutionum infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Auinion. iij. Kalen. Ianuarij, Pontificatus nostri anno Secundo.

COMMEN. XLI.

Haeereses & errores Henrici de Sena. Hic Henricus sicut constat ex extrauaganti domini Ioannis xxij. incipien. Gloriosam Ecclesiam, quae in fine huius operis est impressa inter litteras Apostolicas pro officio sanctae Inquisitionis, uocabatur Henricus de Ceua. Emergit autem Henricus in ipso statim initio Pontificatus Ioannis xxij. ad annos Domini MCCCXVI. ut clarius ex his, quae paulo post dicemus, apparebit.

¶ Qui fratrum à communi statu ordinis, & c.] Hic locus in omnibus codicibus erat penitus deprauatus, ita ut nullus omnino sensus posset sanus col-

Aligi: nos tamen ex responsione Eimerici ita emendauimus ut est impressus. **c** ¶ Ad hanc respondemus, quod post conder nationem praedictarum duarum haeresum, & c factam in constitutionibus, Cum inter nonnul los. & c. Quia quorundam mentes, quamplure fratres, & c.] Non uideo quomodo possum tueri Eymericum dicentem hoc loco multos Fratres Miores hoc est, Fraticellos sibi constituisse Ministrum Generalem Henricum de Ceua, postquam dominus Io nes xxij. edidit constitutiones incipien. Cum inter nonnullos. & c. Quia quorundam. & propterea insuper editam fuisse constitutionem incipie tem, Gloriosam Ecclesiam, per quam Fraticellorum errores pariter condemnauit, ac eos capi mandauit: non inquam uideo, quomodo eum tueri possum, cum constet apertissime, ex tempore, quo publicata, seu datae sunt praedictae extrauagantes, illam quae incipit: Gloriosam Ecclesiam. editam fuisse Pontificatus domini Ioannis xxij. anno Secundo, decimo Kalendas Februarij, quod tempus ut in commentario proxime praecedentis quaestio nis late diximus, incidit in initium anni Salut. MCCCXIX. constitutionem uero incipientem Cum inter nonnullos. publicatam fuisse anno se ptimo Pontificatus Ioannis xxij. hoc est, anno Domini MCCCXXII. & illam, quae incipit, Quia quorundam. editam fuisse Pontificatus eiu dem Ioannis anno Nono, id est, Anno Salut. MCCCXXV.

Rursus in alio quoque uidetur Eimericus in hac quaestione, memoria lapsus: nam postquam retulit fragmentum ex constitutione incipiente, Gloriosam Ecclesiam. ait constitutionem, cuius initium est, Sancta Romana. latam fuisse post praedictam, & condemnata in constitutione, Gloriosam Ecclesiam. quod tamen non est uerum: cum constitutio, Sancta Romana. edita fuerit aliquot diebus priusquam ederetur constitutio, Gloriosam Ecclesiam. ne pe tertio Kalen. Ianuarij Pontificatus Ioannis xxij. anno Secundo, id est, die xxx. mensis Decembris, anno Salutis MCCCXXIII.

Res ergo haec de exortu, & condemnatione Fraticellorum, & Henrici de Ceua, & Michaelis de C. sena per diuersas constitutiones domini Ioannis xxi facta, ita se habuit seruata serie & ordine temporis ex ipsismet constitutionibus collecto, quemadmodum copiose docuimus supra super quaestione proxima praecedenti: quae omnino uideenda sunt, ut haec apertim intelligantur. Hic uero lapsus facile condonandus est tanto uiro, cum in chronologijs & serie temporis facile erretur.

Iam quae in hac quaestione commemorat auctor merito facillius percipientur, si legantur integrae constitutiones, incipientes, Gloriosam Ecclesiam. & Sancta Romana.

d ¶ Gloriosam Ecclesiam: & infra.] Eimericus hic ex constitutione hac solum deprompsit, retulit Fraticellorum errores, omisit eorum constitutionibus ex diuina scriptura petitis. est autem haec constitutio ualde elegans, & doctissima, sicut ipsa indicat, quae ut dixi integra refertur in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio

sanctae Inquisitionis.

Donatistarum error qualis, qui olim, &c.] Donatiani vel Donatista dicitur ab Augustino in libro de haeresibus, cap. 69. quos Philastrius in catalogo haesum Montanistas quoque appellari scribit, & Parmenianos a Parmenione quodam, qui eorum successit erroribus atque falsitati.

Hunc vero errorem, quo Hæricus & eius sequaces seu Fraticelli falso assererent Ecclesiam Dei apud ipsos solos remansisse, Donatistarum fuisse indicat apertissime B. Augustinus in libro de haeresibus, cap. 69, in hæc verba: Donatiani vel Donatista sunt, qui primum propter Donatum contra suam voluntatem Cæcilianum Ecclesiam Carthaginensis Episcopum factum schisma fecerunt, obicientes ei crimina non probata, & maxime quod ad traditoribus diuinarum scripturarum verbis ordinatus. Sed post causam cum eo dictam atque finitam, falsitatis rei deprehensi, pertinaci disensione firmata, in haesim schisma verterunt: tanquam Ecclesia Christi propter crimina Cæciliani, seu vera, seu quod magis apparuit Iudicibus, falsa, de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promissa est, atque in Africa Donati parte remanserit, in aliis terrarum partibus quali contagione communiois extincta. hæcenus Beatus Augustinus: ut vel hinc discamus, raras, aut nullas olim fuisse hæreses, quas renascentes heretici labentibus seculis non excitant. Emerferunt autem olim Donatista circa tempora Liberij Papæ, anno fere Domini C C C L V I I. Horum errores & schismata Optatus Afer Episcopus Mileitanus sex libris aduersus Parmenianum grauiter confutauit. eum videto.

Donatista quando exort.

f Tertius istorum error in Valdensium errore continetur: quoniam & hi & illi in nullum euentum asserunt fore iurandum.] Dicitur Bonaventura lib. 3. sentent. distinct. 29. nunquam licere iurare, Manicheorum dixit fuisse errorem: sed Guido Carmelita in summa de haeresibus, tit. de haeresibus Valdensium, cap. 2. Valdensibus tantum tribuit: quod videtur verius. hæresis autem est asserere nunquam licere iurare; cum Deuteronomio 6. dicatur: Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. sed de hac re copiose beatus Thomas 2. 2. quest. 89. art. 2. & Scotus lib. 8. de iustitia & iure. q. 1. art. 2. Repertorium Inquisitionum verbo, iuramentum. & Tabienfis in sum. verbo, iurare. & Martinus Navarrus in Enchyridio, seu Manuali confessionarium, cap. 12. num. 4.

Error Valdesium a ministro peccatore nulli posse confici sacramentum.

g Quarta huiusmodi impiorum blasphemia de prædictorum Valdæum venenato fonte prompens, Sacerdotes rite etiam & legitime ordinatos quibuslibet criminibus pressos, non posse conficere.] Hoc sensisse Valdæses aperte docet Eymericus supra q. 14. versi. decimus error. addit amplius frater Raynerius ord. Prædicat. in summa de Catharis, eos sentire, nullum aliud sacramentum posse confici a ministro existenti in peccato mortali, unde ob hanc insignem dubitationem in magno periculo omnes, inquit, olim hi heretici versabantur. sed non fuerunt primi Valdenses huius erroris inuentores: nam & Donatista olim idem asseruerunt, quem

A errorem grauiter refellit beatus Augustinus in libro de baptismo contra Donatistas, & lib. 2. contra Parmenianum & lib. 2. contra Pelilianum, cap. 30. Sacramentum enim gratiae dat Deus per malos, ipsam tamen gratiam per se ipsam.

Neque de hæc veritate licet dubitare. c. quod quidam. 1. q. 1. tandem hoc definiuit Concilium Tridentinum, sessio. 7. de sacramentis in genere, cano. 12. & sess. 7. de baptismo, cano. 4. Consciunt itaque plene sacerdotes peccatores, quicumque illi fuerint, vera Ecclesie sacramenta, dummodo omnia, quæ ad essentiam sacramentorum spectant, serauerint. Concilium Tridentinum d. cano. 12. sess. 7. de sacramentis in genere.

h Sancta Romana, &c.] Legitur inter extraneas Ioan. xxij. tit. de religio. domi. c. sancta Romana. & in Repertorio Inquisitionum verbo, beatæ tertie Regulæ. fuit autem edita hæc Decretalis eo anno quo diximus paulo antea.

i Congregationes, & conuenticulas facere.] In causis religiosis a priuatis hominibus celebrari conuenticula prohibitum est. l. conuenticulam. C. de Episcopis & cleri. l. 1. ff. de collegiis illicit. facit text. in cap. conuentionum. 1. 1. q. 1. & in cap. ex conuenticulam. clem. 1. de hæres. §. adiuuimus. Neque carere hæresis suspitione tales de religione priuatae congregationes, nec permitti ab Episcopis, vel Inquisitionibus debeat, maxime si de nocte fiant, quod tempus magnis sceleribus est opportunus.

Academia tamen seu litterariae exercitationes, quæ solent in illustribus Italia Urbibus, in priuatis nobilibus & Doctorum domibus de multiplici scientiarum genere celebrari: in quibus sepe etiam de rebus theologicis differitur, cum in bonum finem celebrantur, exerceanturque ibi litterarum ingenia, & multa alia commoda oriuntur. permitti possunt. argumento d. l. 1. §. Sed religionis. ff. de colleg. illicitis. §. si quis de parentibus. authent. ut cum de appellat. cognos. l. magistris. C. de profess. & medi. lib. 10. & argumento eorum, quæ notant Innocentius, & Hostiensis cap. 1. de schismaticis. & in c. dilecta. de excessibus prælato.

In his Academicis curandis est, ut litterariae exercitationes a Catholicis, & prudentibus, & litteratis habeantur: aliter enim periculum est, ne cum theologia permisceantur errores. Rursus in his etiam priuatis Academicarum disputationibus, & lectionibus ea sunt omnino seruanda, quæ diximus supra par. 1. super quest. 10.

k Nec prædictis Episcopis, vel eorum superioribus, seu aliis Ecclesiarum prælatis concedere licuit, contra formam concilij generalis.] Innocentius III. in concilio generali Lateranen. Romæ habito anno Domini MCCXX. cap. 13. ita cauit: Ne nimia religionum diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat, summiter prohibemus, ne quis de cetero nouam religionem inueniat. Sed quicumque voluerit ad religionem conuerti, vna de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religionem accipere de religionibus approbatis. hæc ibi. quod refertur in c. ult. de religio. domi.

Hic vero locus, quem interpretamur, aperte indicat

Prinatus congregationes de rebus religiosis quatenus permittantur.

Nouas religiones approbare Papæ munus esse non Episcoporum.

dicat non esse munus Episcoporum, aut aliorum prælatorum Romano Pontifice inferiorum nouas inducere religiones, aut nouis inductis auctoritatem dare, easque confirmare. hoc enim ad solum Papam spectat, cum ad communes, seu vniuersales Ecclesie catholice mores pertineat. plurimum enim refert, quorum forma, quibusque institutis Deus Optimus Maximus colatur.

QVAESTIO XVII.

De obiectis Fraticellorum contra Constitutiones Ioan. xxii. cum responsionibus ad illa.

SUMMARIVM.

- 1 Constitutiones Ioan. xxij. a Beguinis seu Fraticellis reiectæ.
- 2 Sexdecim Fraticellorum obiecta pro defensione suorum errorum.
- 3 Baptizati ab hereticis quando rebaptizandi sunt, & quando non.
- 4 Romanorum Pontificum statuta quandoque iustis de causis variantur.
- 5 Nicolaus Papa iij. ab hæresis crimine defensus.
- 6 Romana Ecclesia ab errore in fide immunis.
- 7 Veniens contra determinationem Papæ quando sit hereticus.
- 8 Ioannes xxij. a nota inconstantiæ excusatur.
- 9 Romanis Pontificibus definita non sunt omnia irremocabilia.
- 10 Error venialis sanctitati non repugnat.



Ecima septima quaestio est: Hæreses & errores, qui per nonnullos aduersarios ueritatis opposites se dictis determinationibus factis per dictum dominum Ioannem Papam X X I I. de proprio & communi) asseruntur mendaciter atque false, qui sunt.

1 Ad hanc respondemus, quod post prædictas determinationes factas de proprio & communi in constitutionibus, cum inter. & Quia quorundam, quamplures pseudofrateres Minores a communi vita, & moribus ordinis fratrum Minorum sancti Francisci deuantes dixerunt, ac falso asseruerunt, infra scriptas hæreses & errores sequi ex dictis constitutionibus: quas dominus Benedictus xij. dum esset Cardinalis, recollectit, atque soluit per modum qui sequitur luculenter.

2 Primo quidem asserunt pro sui erroris fundamento: quod Apostoli, & religiosi vitam Apostolorum sequentes, non habuerunt, nec habent in rebus usu consumptibilibus, nec in non consumptibilibus usu, aliquod ius dominij, vel proprietatis, aut ius vtendi in speciali, vel in communi: sed tantum simplicem usum facti, dominio & proprietate talium rerum penes alium remanente.

Ad istud respondet dominus Benedictus, & dicit, quod prædictum fundamentum hereticum esse, declaratum est: prout in decretali, cum

A inter nonnullos. continetur: quia (vt diligenter consideranti apparet) contrariatur diuinæ scripturæ, sanctorum Patrum doctrinæ, & consuetudini totius Ecclesie.

3 Secundo dicunt: quod prædictam paupertatem fuisse Christi & Apostolorum, determinauit dominus Nicolaus Papa I I I. in §. Porro abdicatio proprietatis omnium rerum, & c. in constitutione, Exiit.

Respondet, quod licet illud in constitutione dicta contineatur, tamen ex scriptura diuina verum esse ibi non ostenditur, sed solummodo narratur. Et tamen iam nos ostendimus, quod contrarium haberi potest ex scriptura Apostolica & Evangelica: ex qua scriptura motus dominus noster Papa Ioannes declarauit dictam assertionem (si pertinax esset) hereticam esse, sicut contrariam diuinæ scripturæ. Nec hoc asserit simpliciter & determinate dominus Nicolaus, qui dictam constitutionem fecit: sed solummodo hoc dicit incidenter, & narratiue. Posito etiam quod determinatiue diceret, non obstat, cum contrarium inueniatur in scriptura diuina, si diligenter attendatur: & nunc est per Ecclesiam determinatum: & patet etiam ex supra inductis in tractatu prædicto.

Tertio dicunt: quod in his, quæ pertinent ad fidem, vel mores, determinatum semel per summum Pontificem, non potest per alium reuocari: talis autem est assertio domini Nicolai de Christi & Apostolorum paupertate.

Respondet, quod falsum est: nam Petrus, qui non ambulabat recte ad veritatem Euangelij, reprehendit & corripit Paulus: vt patet ad Galat. 2. Et tamen non erat illi par, sed inferior. Item Stephanus Papa determinauit, quod nullus baptizatus per quoscunque hereticos, ueniens ad Ecclesiam catholicam rebaptizaretur: Sanctus autem Cyprianus cum multis Episcopis in Africa celebrans concilium, determinauit oppositum, videlicet, quod baptizati a quibuscunque hereticis, si ad Ecclesiam catholicam veniant, sunt baptizandi: reprobandi in hoc Stephanum Papam, ut patet in Cypriani epistolis ad Iubaianum, ad Stephanum, & Pompeium. Concilium autem Nicenum vtranque opinionem sancti Cypriani, & Stephani Papæ corripit, determinando quod baptizati ab hereticis non seruantibus formam Ecclesie, venientes ad Ecclesiam baptizentur: ab aliis vero hereticis baptizati, non rebaptizentur: vt non sit contra articulum fidei: Et vnum baptismum.

4 Item per multos Romanos Pontifices determinatum fuit, quod matrimonium factum infra septimum gradum consanguinitatis, debet separari: & quod coitus cum muliere, quæ erat infra gradum dictum, erat incestuosus: vt patet 35. quest. 3. cap. Nullum. Hoc autem reuocatum est per alios, vt patet extra de consan. & affi. cap. Non debet. vnde nunc licet in sexto & septimo gradu consanguinitatis matrimonium fieri: vnde si quis mulierem in dictis gradibus carnaliter cognoscat, non committit incestum.

Item extra de eo qui cognouit consanguineā vxoris sue. c. Discretionem tuam. dicitur, qd cum quidam legitime matrimonium contraxisset cū quadam, quam antequam carnaliter cognouisset, consanguineo suo tradidit renitentem, cum qua ille matrimonium contraxit, & carnaliter eam cognouit, cum ipsa vellet postea reuerti ad priorem maritum, & super hoc dubitaretur, an fieri deberet: Papa respondet, quod licet quidam prædecessor eius aliter determinauerit, ipse tamen dicit: si mulier omnino hoc vult, licite potest & debet prior uiro restitui. Et tamen manente determinatione prædecessoris dicti Papæ, Ecclesia reputasset incestum, si talis mulier carnaliter coniungeretur cum priori marito.

Item, extra de sponsa duorum, c. Licet. dicitur, quod quidam prædecessores domini Alexandri tertij iudicauerunt, quod si inter virum & vxorem legitime matrimonium per verba de presentia expresse esset contractum, siue iuramento interposito, siue non: si postea mulier nuberet alteri, a quo carnaliter cognita esset, non debebat separari ab isto secundo: & tamē Alexander Papa ibi dicit contrarium, scilicet quod debet separari a secundo, & restitui primo: Et sic patet, quod primi Romani Pontifices male senserunt de separatione, & indissolubilitate matrimonij. Ex quibus constat, quod illud, quod circa fidem & mores male determinatum est per vnum Papam, vel concilium, potest per alium, perspecta melius veritate, corrigi & emendari. Ideo non est mirum, si dominus Ioannes diligenti deliberatione cum multis peritis in Theologia, & in vtroque iure, habita, reuocauit quæ male dixerat dominus Nicolaus de Christi & Apostolorum paupertate.

Quarto dicunt: quod si contenta in prædicta decretali, Exiit. sint falsa & hæreticalia, sequitur quod Papa Nicolaus errauit in fide catholica, & hæreticus fuit.

Respondet h, quod non: quia dum voluntas non sit in crimine, si ex defectu humanæ intelligentiæ error contingat, non est simpliciter culpabilis error, taliter quod debeat pro errore damnabili reputari, vt patet in Petro, quem Paulus reprehendit: & in Cypriano martyre, quem sic excusat Augustinus libro de baptismo contra Donatistas.

Tom. 2. epi. 20. in fin.

Item quia dicit Augustinus in epistola ad Hefychium: Error vitandus est, quantum ab homine uitari potest, sed mihi quicquam non videtur errare, cum aliquid nescire se scit; sed cum putat se scire quod nescit. Nicolaus autem faciens decretalem, Exiit. non videbatur, quod putaret se contra veritatem fidei ac morum determinare certitudinaliter, quod scientia requirit, quia dixit, quod si aliquo dubium in sua declaratione insurgeret, non per quoscunque, sed per Romanum Pontificem declarari haberet: multum autem dubitabile erat id, quod dixerat de paupertate Christi & Apostolorum: & an vsus in omnibus rebus possit separari a dominio, & proprietate: Ideo potuit, & debuit dominus Ioan. illud dubium declarare, cum

contrarium ex scriptura diuina & legali possit deduci. Et sic dominus Nicolaus non errauit in fide simpliciter: quia non putauit, vel putabat se scire quod nesciebat, sed putabat se nescire quod non sciebat: Alioquin frustra & sine causa, si crederet se scire prædicta, aliquem correctorem, vel emendatorem vellet habere: cum illud quod veraciter scitur sic esse, sit impossibile aliter se habere. Et ita ipse non errauit perniciose, nec Ecclesia sequens eum: quia sub declaratione & correctione auctoritatis Apostolicæ sedis, illa quæ dixit, asseruit; propter quod eius error venialis, & humanus fuit: nec error simpliciter debet dici, vt patet per dictum Augustini supra inductum. Et similiter disputans excusat beatum Petrum.

Quinto asserunt: quod dicta decretalis. Exiit. fuit per vniuersalem & sanctam Ecclesiam approbata, & in Concilio generali Vienen. confirmata.

Respondet, quod nunquam fuit approbata per vniuersalem Ecclesiam aliter, nisi vt communes constitutiones Papales. Nec fuit approbata, nec improbata in prædicto concilio, nec dominus Clemens quintus in decretali, Exiit. de Paradiso. dixit, quod dictam decretalem, Exiit. concilium generale approbauerit, vel confirmauerit.

Sexto dicunt: quod sequitur totam Romanam Ecclesiam multis annis in fide errasse: quod est contra articulum fidei: Credo in vnam sanctam catholicam, & Apostolicam Ecclesiam.

Respondet i, quod non est imputandus error Ecclesiæ catholicæ, si aliquid diffiniat Papa, vel Ecclesia, seu Concilium generale; non pertinens ad fidem & mores, quod pro tunc quando diffiniatur, non facta plena discussione, fuit diffinitum: quod tamen postea per diligentem inquisitionem factam, apparet contrarium esse veritati. Frequenter enim contingit, quod multa prius determinata per concilia, vel per Papam, sunt postea reuocata, sicut patet per supradicta: & maxime in talibus, vbi sacra scriptura non loquitur omnino clare & expresse: vnde in talibus licet absque nota hæreticæ prauitatis opinari contraria, ante Ecclesiæ determinationem sub articulis fidei positam. Vnde sicut in domino Nicolao non fuit error perniciosus, sed venialis ex causis supra dictis: ita nec in sequentibus eum ante determinationem domini Ioannis. Quod autem fuerit peccatum veniale in Ecclesia circa presentem materiam, vel aliam, non est inconueniens.

Nam cum dicit Apostolus ad Ephes. 5. quod Christus exhibuit sibi Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, debet intelligi de Ecclesia triumphante, non de militate, vt dicit Augustinus libro retractationum.

Septimo dicunt in decretali, Exiit. contineri: quod in rebus temporalibus est considerare proprietatem, possessionem, vsu: vñctum, ius vtendi, & simplicem vñctum facti. & ultimo: tanquam necessario eget vita mortalium, licet aliis carere possit; quia nulla potest esse professio, quæ a se vsu necessaria sustentationis excludat: qui inquam vsus non iuris, sed facti tantummodo. non

men

men habens, quod facti tantum est, in vtendo præbet vtentibus, nihil autem iuris.

Respondet immo quod non valet, quia quo ad illa, dicta decretalis est correctæ & emendatæ rationabiliter per illum qui potest; & ita cum ex statuto correcto & emendato, quo ad illa, quæ sunt correctæ & emendatæ arguant, eorum dicta non concludunt.

Octauo dicunt: quod multi Romani Pontifices in rebus temporalibus vsu consumptibilibus, & non consumptibilibus vsu, quæ fratribus Minoribus offeruntur, dantur, vel conceduntur; dominium Romanæ Ecclesiæ seruaauerunt, vsu tantummodo simplicis facti ipsi fratribus derelicto.

Respondet, quod hæc fecerunt alij summi Pontifices de rebus, quæ non consumuntur vsu: dominus autem Nicolaus fecit hoc de omnibus rebus, supponens tamen dictum suum correctioni Romani Pontificis: Et sic dominus Ioannes tam ex auctoritate iuris, quam ex auctoritate eidem referuata per dictum suum prædecessorem, contrarium multis rationibus ostendit, & determinauit.

Nono dicunt: quod Romanus Pontifex diffiniuit carentiam talis dominij esse sanctam & meritoriam: & quod Christus & Apostoli viam perfectionis ostenderunt, abdicacionem huiusmodi dominij docuerunt: & quod carentia talis dominij non est infructuosa domino, cum sit meritoria ad æterna, & professioni pauperum opportuna.

Respondet m, quod illud quod hic dicunt correctum est rationabiliter per illum, qui hoc corrigere poterat & debebat, ostendendo esse impossibile in talibus rebus vsu facti separari a dominio: & quod si separaretur dominium esset verbale, simulatum, & ænigmaticum.

Decimo dicunt: quod veniens contra determinationem Papæ, & Romane Ecclesiæ, est hereticus censendus, propter quod non licuit alicui diffinire contrarium determinationi domini Nicolai.

Respondet n, quod illud non est verum, nisi determinatio Ecclesiæ contineatur in scriptura diuina, vel ex ipsa euidenter & necessario concludatur: vel nisi Ecclesia expresse determinet, quod tale quid sit tenendum sicut pertinens ad fidei articulum, determinans quod dicentes & tenentes contrarium, sicut heretici sunt habendi. Quod autem dixit dominus Nicolaus de Christi paupertate, & separatione dominij, &c. non continetur in scriptura diuina, nec potest concludi ex ea, nec fuit positum sub articulis fidei.

Vndecimo dicunt: quod dominus Ioan. scriptum condemnat reprobando, reuocando, & contrarium faciendo eorum, quæ de Christi & Apostolorum paupertate decretalis, Exiit. continet: quia ipse antea pronunciauerat decretalem, Exiit. &, Exiit. salubriter editas, lucidas, multaque maturitate digestas: prout in constitutione per eum edita, quæ incipit, Quorundam. deprehenditur euidenter.

Respondet, quod non valet, quia dominus

Ioan. in constitutione, Quorundam. questionem de Christi & Apostolorum paupertate, & inseparabilitate dominij ab vsu, non accipit determinandam: sed solum duos articulos, scilicet de vestibus fratrum, & de congregando blado, vino, & alijs necessarijs in granarijs, & cellarijs: & in istis duobus articulis dicit, quod vult declarationes dubias addere declarationibus dominorum Nicolai Tertij, & Clementis V. sic verba generalia, quæ in prologo dictæ constitutionis, Quorundam. præmittuntur, ad certos articulos in narratione restringuntur, vt patet intuenti eam. Et posito & ita quod ista verba, quæ isti ponunt, tunc dixerit quantum ad omnia contenta in dicta constitutione, Exiit. quando nondum quæstio de Christi paupertate erat ventilata; non est inconueniens, si postea diligentius veritate quæstia, & reperito fore verum contrarium eorum, quæ dixerat dominus Nicolaus, dominus Ioannes dictum suum correxerit, asserendo, & determinando contenta de paupertate Euangelica in decretali, Exiit. non esse solida nec vera. Sic enim & sancti, quod prius dixerant, frequenter posterius correxerunt, quando veritas magis incipit per disputationes vel collationes scripturarum eis apparere; nec erubuerunt sua dicta corrigere, vt patet per Augustinum in suo libro Retractationum, & in secunda epistola ad Marcellinum.

Duodecimo dicunt: quod si Papa Ioannes potuit reuocare prædicta determinata per dominum Nicolaum, eadem ratione summus Pontifex potest omnes diffinitiones suorum prædecessorum reuocare, & contrarium constituere: ex quo totius fidei, & auctoritatis Ecclesiæ destructio sequeretur.

Respondet, quod non valet, quia non sequitur, si aliqua diffinitio inconsulte in materia absolute non pertinente ad fidem & ad mores possunt & debent reuocari, ergo omnia: cum arguatur à particulari ad vniuersalem, quod fieri non debet: Quia vniuersalis conclusio non sequitur, nisi ad præmissas vniuersales. Item ea quæ euidenter & manifeste continentur in sacra scriptura, vel ex ea de necessitate concluduntur, sunt omnia inconcussa stabilitate firmata: nec reuocari possunt, nec eorum contraria statui per quemcumque: vt dicit Augustinus in 2. lib. de baptismo; & Gelasius Papa in epistola ad Episcopos Dardanig: De numero autem talium, non sunt ea, quæ dixit de paupertate Nicolaus Papa: nec vnquam pertinuerunt simpliciter ad fidem, vel ad mores, cum contrarium esset verum & catholicum, vt in suis, determinationibus dominus Ioannes Papa euidenter ostendit.

Tertiodecimo dicunt: quod secundum hoc in decretali, Exiit. erratum fuit in doctrina, & vita Christi, & Apostolorum.

Respondet, quod verum est, non tamen errore pernicioso; cum adhuc ad plenum veritas discussa non fuisset, sicut nunc est; sed errore veniali: Sicut Augustinus declarat de Cypriano, & de Petro per Paulum correcto.

Non enim fuit voluntas in crimine, sed defectus humanæ intelligentiæ: Potissime quia dominus

† Suspicio hunc esse Nicolaum III. vt plene dixi in commentario huius quæstionis.

minus Nicolaus dicta sua supposuit correctioni sedis Apostolicae.

Quartodecimo dicunt: quod sequeretur, quod in approbatione status regule fratrum Minorum Ecclesia errauerit.

† al. eor

Respondet, quod non sequitur, tum quia ante constitutionem, Exijt. status Minorum fuit approbatus; tum quia regula eorum non dicit, quod nihil habeant in proprio, nec in communi: nec dicit quod non habeant aliquod ius vtendi; nec dicit, quod solum sint contenti simplici vsu facti, ad quae eos restringit constitutio, Exijt. Quae ostensa est quantum ad hoc, impossibilis & irrationabilis, per Dominum Ioannem in suis constitutionibus. Sed dicit regula praedicta: quod viuant sine proprio, & quod nihil sibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem. Quae verba possunt verificari, si habeant in communi: nam solummodo prohibet quod fratres habeant proprium, sicut regulae Basilij, Augustini & Benedicti.

Quintodecimo dicunt sequi, quod in Concilio, de claustra decretalem approbante, erratum fuit.

Respondet, quod in nullo Concilio generali decretalis, Exijt. fuit confirmata vel approbata: nec hoc poterit ostendi; & maxime cum constitutio, Exijt. de Paradiso, non fuerit facta in Concilio generali Viennensi, sed post Concilium in Auinion. vt habet fide digna multorum relatio.

Sextodecimo dicunt, quod secundum hoc errauit Ecclesia, aliquos Sanctos de ordine fratrum Minorum, qui in hac vita & doctrina diem clauerunt extremum, canonizando pro Sanctis.

Respondet, quod nec illi, nec alij errabant simpliciter, errore damnabilis secundum quid, errore veniali, constitutione, Exijt. nondum correctam per eum, qui poterat: ideo canonizari, alijs suffragantibus meritis, potuerunt: Sicut dicit beatus Augustinus de sancto Cypriano lib. de baptismo contra Donatistas, c. 17. & 18. quod ille vir sanctus aliter de baptismo sentiens, quam res se habebat, quod postea diligentissima deliberatione retractatum est, in catholica veritate permanit, & charitatis vberitate compensatum est, & passionis falce purgatum. Et consimiliter dici potest de Sanctis ordinis fratrum Minorum canonizatis, si doctrinam decretalis, Exijt. tenuerunt, antequam per Ecclesiam correctam & emendatam fuisset.

COMMENT. XLII.

Argumenti quæstionis 17. de obiectionibus Fratrum Minorum.

VT hac quæstio intelligatur, obseruandum est, sicut etiam diximus paulo antea super q. 15. g. postquam Ioannes Papa XXII. edidit decretalem incipientem, Quia quorundam. aduersus Fratres, eorumque duces, illi contra acriter in Pontificem Romanum insurgentes, decem & octo errores in ea contineri dixerunt, quorum quinque, nempe. 3. 5. 6. 13. & 14. ius civile tantum respiciebant. cumque idem dominus Papa Ioannes eorum impijs appellationibus & calumnijs respondisset in Decretali incipiente, Quia vir reprobis Michael. que non est impressa, iterum eisdem impij in ea tringinta duos errores sal-

Asseuerunt contineri. nec modo Ioanni XXII. quamdiu vixit resisterunt, sed etiam Benedicto XII. eius successor impudenter maledixerunt, subraclio iuste obedientie debito. quem Benedictum (quia professione Theologus erat) peiorem & damnabiliorem Ioanne XXII. esse clamabant, asserentes eum hereticum, negantesque Pontificem: quod cum & scriptis editis, & publicis disputationibus impie profiterentur, multos in suum errorem quotidie pertraherent, & propterea eorum secta plurimum inualuit, qui cum multis summi Pontificis Ioannis extrauagantibus essent damnati, vt ex superioribus constat, nec vellent respicere: multi ab Episcopis et Inquisitoribus propterea comprehensi, non deserventes conceptum errorem, comburi se passi sunt, vt testatur Cardinalis in clem. Exijt. s. proinde. de verbo, signifi. & B. Antoninus in sum. par. 4. tit. 11. cap. 7. s. 5.

In hac rerum perturbatione ceteris impudentius debacchatus est in Romanum Pontificem Guilielmus Okam, qui quodam libro de potestate Pontificis, q. 8. non erubuit dicere circiter nonaginta errores ad minus Ioannem XXII. protulisse.

Guilielmi Okam impudentia.

Ex omnibus his Fratricellorum erroribus & obiectionibus, qui diu olim Ecclesiam perturbauerunt, Emericus in hac q. sexdecim tantummodo recitasset, adhibitis solutionibus Benedicti XII. qui antequam crearetur Pontifex, eisdem satisfecit. atque hoc est huius quæstionis argumentum.

Animaduertendum est tamen in his Benedicti solutionibus multa contineri dubia partim, incerta partim; partim denique falsa, que nec debeant, nec possint præteriri sine animaduersione. & propterea nos paulo diligentius rem persequentes diuino præsidio muniti, quod nobis adesse præcipuum humiliter deprecamur, veritatem ipsam quoad fieri poterit, ostendere conabimur.

Quas dominus Benedictus duodecim dicit esse Cardinalis, recollegit, atque soluit, & c.] Eadem ferme difficultates & obiectiones diluuntur postea insignes theologi Antoninus par. 4. tit. 12. cap. 4. Ioannes Turremata in summa de Ecclesia, lib. 2. c. 11. Melchior Canus, lib. 6. c. 8. de locis Theologicis. & alij, quos mox suis locis referemus; ex quibus sanctorum Patrum dictis & Ecclesie recepta doctrina nitentes, veriora colligemus & certiora, vt omnes difficultatum nebula clara vere doctrina luce dissoluantur.

Qui respondit erroribus Fratricellorum.

Ad istud respondet dominus Benedictus, & c.] Summa solutionis est, in extrauaganti, Cum inter nonnullos. Ioannem XXII. definiisse Christum, & Apostolos habuisse aliqua in communi. quod verissimum est, vt patet in principio eius extrauagantis ibi: Nos huic concertationi. quam habes apud Emericum supra par. 2. q. 15. nam asserere Christum & Apostolos nihil habuisse nec in speciali neque in communi, diuine scripturae contradicit expresse, aut ibidem dominus Papa Ioannes: & vt obiter aliquid in medium proferam ad ostendendum hoc esse verum, primum Matth. 2. scribitur, Magos obtulisse Christo aurum, thus, & myrrham, rei autem oblatæ dominum acquirunt, cap. statumimus. 1. 6. q. 1. cap. omnis Christianus. de consecra.

era. dist. 1. l. vlt. C. de sacro. eocl. Et Matth. c. 17. scribitur, Christum præcepisse Petro, vt didrachma vel staterem daret illis, qui nomine Caesaris exigebant tributum. habuit ergo eius rei dominium, quod in illos transiit, cum dare sit accipientis facere. l. vbi autem. ff. de verb. oblig. l. si ita. s. 1. ff. de contrahen. empt. Et Ioan. cap. 12. & 13. Iudam loculos habuisse dicitur, quibus ea que mittebantur, portabat. cap. exemplum. 12. q. 1. denique multa sunt in sacris litteris, que comprobant hanc veritatem, vt copiose docet glossa in dicta extrauaganti, Cum inter nonnullos. in principio, verbo, asserit.

Secundo dicunt, quod prædictam paupertatem fuisse Christi & Apostolorum determinauit dominus Nicolaus Papa III. in constitutio. Exijt. s. porio.] Habetur hæc constitutio in cap. Exijt. de verb. signifi. lib. 6. Tam in multis codicibus hæc constitutio tribuitur Nicolao III. quibus conuenire videtur Platina in vita huius Pontificis, dicens eum adeo ordinis Minorum ob contemptum rerum humanarum fuisse amatorem, vt ipse etiam Decretali epistola quædam ipsius ordinis ambigua declarauit. Sed ego verius arbitror constitutionem, Exijt. Nicolai III. esse, tum quia in aliquot manuscriptorum exemplaribus, lib. 6. Decretalium in principio dicitur constitutionis Nicolai III. est prænotatus. Tum etiam quia is fuit de ordine Minorum, vnde verissimum est regulæ sui ordinis dubia declarasse. Tum postremo quoniam in extrauaganti domini Ioannis XXII. incipiente: Gloriosam Ecclesiam. que in fine huius operis habetur impressa inter litteras Apostolicas pro officio sancti Inquisitionis, videtur constitutio, Exijt. tribui Nicolao III. per quam declarauit plurimas dubitationes, que circa regulam beati Francisci contingere poterant. In ea constitutione inter cetera hæc continentur: Dicimus, quod abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum, non tam in speciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria est & sancta: quam & Christus vitam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmavit: quamque primi fundatores militantis Ecclesie, prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte viuere, per doctrinam & vite exempla in eos deriuauerunt. hæc tenus ibi. His potissimum verbis vtebantur Fraticelli ad probandum Ioannem XXII. errasse in dicta extrauaganti: Cum inter nonnullos. cum hoc loco Nicolaus aperte sentire videatur, Christum & Apostolos nihil habuisse. quam ob rem si hæc duo dicta conciliauerimus, nullus fere manebit amplius in hac difficultate obscuritatis & dubitationis scrupulus: quia omnes obiectiones, quas hic asserit Emericus, hoc in primis agunt, vt doceant Ioannem XXII. errasse, cum definiit contra Nicolaum.

Quantum ergo ad secundam hanc obiectionem atinet. Benedictus hoc loco duas asserit solutiones. Prima est, nihil definiisse Nicolaum, sed incidenter locutum fuisse de Christi & Apostolorum paupertate. Altera est, quod tamen ex proposito fuisset locutus, nihilominus hoc non obstaret: quia contrarium deducitur ex sacris litteris. Non tamen admittit Benedictus, Papam contra scripturam sacræ

sanctiuisse, sed posito, inquit, supple. & non concesso, quod determinatiue diceret, hoc non obstaret, id est, non propterea esset recedendum a veritate in diuinis scripturis expressa. Nā licet nos, inquit diuus Paulus ad Gal. cap. 1. aut Angelus de celo euangelizet vobis, preterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. quem locum beatus Thomas exponens, dicit: Euangelica doctrina auctoritas habet, vt quicumque contra illam dicunt, excludendi, & repellendi sint. hæc ille.

Dictum est autem, posito & non concesso, quia tanta fuit vis orationis Christi, qui rogauit pro Petro, vt eius fides non deficeret, & iussit vt suos ipse fratres confirmaret, vt nullus unquam Romanus Pontifex inueniatur errasse in iudicio fidei, videlicet in declarando quid sit credendum vel non credendum: neque in hoc errare potest propter assistentiam Spiritus sancti, vt enim subtiliter & vere deducit Caietanus in opusculo de auctoritate Pape, cap. 11. cū ad Papam pertineat quæstiones fidei determinare, & statuere quid ex fide tenendum sit vniciue fidelium, quiduc tamquam hereticum respudum, si in his definiendis ipse errare posset, inde plane cosequeretur, quod tota pariter Ecclesia a recta fide posset aberrare: quecunque enim Sedes Apostolica Romana fidelibus credenda proponit, ea ab omnibus recipi necesse est: & qui aliter docet & sentit de fide & sacramentis, quam Romana Ecclesia, hereticus censetur, cap. ad abolendam. de heret.

Sed iam duo hæc responsa conciliamus, Ac omnis multis placet nobis conciliatio Ioannis de Turremata in sum. de Ecclesia, lib. 2. cap. 112. in solutione ad decimum argumentum, quem sequitur Melchior Canus, lib. 6. cap. 8. de locis theologicis ad 6. argumentum, & summa vere solutionis est, Nicolaum III. & Ioannem XXII. inter se non pugnare, immo declarationem seu definitionem vtriusque summe inter se conuenire, quoniam Christus vt ex contextibus Euangeliorum, & sanctorum Patrum expositionibus colligitur, duas paupertates ordinauit congruentes diuersis statibus perfectiorum. Primam competentem illis, qui predicaturi mittendi erant in Iudæam ad annuntiandum regis aduentum, & hæc paupertas nihil proprium habere permittebat nec in communi nec in speciali, & de hac accipitur illud Matth. 10. Nolite possidere aurum, nec argentum, & c. Quo loco ait diuus Hieronymus, ideo hæc Dominus præcepisse, ne causa lucri potius quam salus predicare viderentur.

Alteram fuit paupertas competentis illis, qui fixi erant mansuri in congregatione, cuius proprium est nihil habere in particulari, bene tamen in communi; de hac Athuum, cap. 4. scribitur: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum que possidebat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia. hæc ibi. Vtramque hanc paupertatem Christus habuit, quodam enim tempore primam tenuit, nihil penitus habens nec in particulari nec in communi, sed illis vtebatur, que sibi pie a pijs offerebantur, qui ipsum sequebantur; de quo Lucæ, cap. 8. exemplum extat. Secundam paupertatem approbavit verbo & exemplo, Lucæ cap. 22. cum dixit: Quando mihi vos line sacculo

Definitio Nicolai III. & Ioan. XXII. de Christi & Apostolorum paupertate conciliatur.

& pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? & paulo post: Sed nunc qui habet sacculu, tollat similiter & peram, &c. iam hęc secunda pauertas, quę aliquid in communi possidere permittit, non repugnat perfectioni Evangelicę, vt grauius etiam docuit & copiose Beatus Thomas 2. 2. quest. 188. art. 7. Primam ergo paupertatem intuitus Nicolaus Christum omnia abdicasse & in communi & in particulari asseruit: sed & preterea concedit Christum aliqua in communi habuisse aliquando: siquidem in dicta constit. Exijt. subiungit. Nec his quifquam putet obfistere, quod interdum Christus dicitur loculos habuisse, &c. Secunda respiciens Papa Ioannes scripturę sacrę repugnare decreuit, & hereticum esse dixit, asserere, Christum & Apostolos nihil in communi aut in particulari possedisse, hęc summa est vera solutio. Alia paulo difficiliorem & fusioem commemorat Beatus Antoninus 4. par. tit. 12. c. 4. §. 23. quam libenter omitto. & ex hac solutione diluuntur fere omnes obiectiones Fratellorum, quas in hac questione Eymericus commemorat. quas libenter omittetemus, nisi falsa quandoq; Benedicti solutiones aliud suaderent.

D Responderet, quod falsum est: nam Petrum qui non ambulabat, &c.] In solutione huius tertie obiectionis aperte negat Benedictus determinatum semel per summum Pontificem, etiam si ad fidem vel mores pertineat, non posse per alium reuocari, quod nititur ostendere multis exemplis vsque ad quartam oppositionem: in quo vehementer est lapsus, si id sensit quod eius verba pręferunt, videlicet, quod semel ab vno Romano Pontifice determinatum tamquam ad fidem spectans, id possit ab alio reuocari: quoniam vt optime tradit Caietanus in Apologia de auctoritate Papę & concilij, par. 2. c. 13. determinatio Papę in iudicio fidei formaliter, scilicet, desinendo quid credendum sit vel non credendum, ligat omnes personas Ecclesie, atq; ita personę propriam & successorum ad recipiendę determinatione semel de fide factam: nec video quomodo possit vir tantus excusari: quare ne quis auctoritate eius ductus labatur, expendenda erunt mihi singula paulo diligentius: & quantum ad hunc locu attinet, grauissima fuit olim concertatio inter Beati Hieronymum, & Diuum Augustinum, nunquid vere an simulate Paulus Petrum reprehenderit, quod a Theologis Scholasticis multis solet disceptari, lib. 4. sentent. dist. 3. vbi Sorus q. vnica. art. 2. vers. secundę conclusio amplius idem tractat hoc copiosus, lib. 2. de inst. & iure, q. 5. art. 4. vers. de tertio vero membro. & Adrianus in 4. dist. 1. & breuiter sanctus Thomas 2. 2. q. 33. art. 4. ad 2. argumentu. & plane quidquid sit de eius historia ac facti intelligentia, hoc est certissimum, nihil statuisse ibi Petrum, quod ad communem fidem & mores Ecclesie pertineret, neq; mutasse in catholica religione: ac proinde hoc primum exemplum non potest commode applicari ad id institutu, quod Benedictus contemplantur. Retineamus ergo supradictę solutionem, quam ex Turre cremata commemorauimus, & dicamus, Nicolaum nihil illic de fide definire, neque aduersari bis, quę a Ioanne fuerant definita.

A Item Stephanus Papa determinauit, &c.] Admonet hic locus, vt paulo exactius referam historiam, cuius in eo sit mentio, vt validius etiam ressellatur hęc falsa Benedicti solutio, putantis Stephanum Papam correctum a Cypriano, & vtrunq; a concilio Nicęno emendatum.

Sciendum est ergo, Cyprianum Carthaginensem episcopum tempore Stephani Papę circa annum Domini CCLVI. Carthagine concilium provinciale coegisse, in quo decreuit baptizatos ab hereticis iterum baptizandos, cui subscriperunt plusquam octoginta episcopi ex prouincia Africana, Numidia, & Mauritania. Huic decreto grauius resistit Stephanus Papa, cui obtemperant veritate manifestius coeguita Cyprianus cum reliquis catholicis. Sed quoniam res est grauissima, ne mihi sine pignore credatur, duo potissimum antiquorum Patrum testimonia proferam: vnum erit Vincentij Lyrinensis alterum Beati Hieronymi, ergo Vincentius Lyrinensis, in aureo illo libello aduersus profanas heresum nouationes scripto, de hac re ita ait: Quondam igitur venerabilis memorię Agrippinus Carthaginensis Episcopus, primus omnium mortalium contra diuinum canonem, contra vniuersalis Ecclesie regulam, contra sensum omnium confacerdotum, contra morem ac instituta maiorum rebaptizandum esse censebat. Quę presumptio tantum mali iniecit, vt non solum hereticis omnibus formam sacrilegij, sed etiam quibusdam catholicis occasionem preberit erroris. Cum ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquaerfium sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur: tunc beate memorię Papa Stephanus, Apostolicę sedis Antistes, cum ceteris quidem collegis suis, sed tamen prę ceteris restitit: dignum, vt opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. Denique in epistola, quę tunc ad Africam missa est, idem his verbis tenxit: Nihil nouandum, nisi quod traditum est. Intelligebat etenim vir sanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi vt omnia, qua fide a Patribus suscepta forent, eadem fide filijs consignarentur: nosque religionem, non qua vellemus ducere, sed potius qua illa duceret, sequi oportere: idque esse proprium Christianę modeltie & grauitatis, non sua posteris tradere, sed a Maioribus accepta seruare. Quis ergo tunc vniuersi negotij exitus? quis vtique nisi usitatus & solitus? retenta est scilicet Antiquitas & explosa Nouitas. & paucis interiectis: Postremo ipsius Africani concilij, sine decreti, quę vires? donante Deo, nulle: sed vniuersa tamquam somnia, tamquam fabule, tamquam superflua abolita, antiquata, calcata sunt. hactenus ille. Quibus adiungit multa alia in eadem sententiam, et precipue de retractatione Cypriani, quę breuitatis gratia missa facio.

Iam Beatus Hieronymus extremo fere Dialogo aduersus Luciferianos ita habet: Conatus est & Beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena: & idcirco hereticorum baptismata reprobanda ad Stephanum tunc Romę urbis

Concilio Carthaginensi provinciali determinanti baptizatos ab hereticis rebaptizandos grauius resistit Stephanus Papa.

B. Hieronymus.

urbis Episcopum, qui a Beato Petro vicissim sextus fuit, super hac re Africanam synodum direxit, sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi episcopi, qui rebaptizandos hereticos cum eo stauerunt, ad antiquam consuetudinem reuoluiti, nouum emiserunt decretum. Quid factum? ita & nobis Maiores nostri, & illi sui tradidere Maiores. hactenus D. Hieronymus. Ex quibus clare constat, non Stephanum Papam a Cypriano vt hic asserit Benedictus, sed Cyprianum ab Stephano fuisse reprobatum, atque correctum. quod ipsum docuit etiam Eusebius, lib. 7. historia ecclesiasticę, cap. 3. & 4.

Ex his ergo constat errasse concilium Carthaginense provinciale sub Cypriano celebratum, cum decreuit eos, qui apud hereticos baptizati sunt, cum conuersi ad Ecclesiam venerint, baptizandos esse omnino: neque id concilium recepit tunc, neque vquam aliis approbauit sancta catholica & Apostolica Romana Ecclesia aliarum omnium magistris.

F Concilium autem Nicęnum vtramque opinionem sancti Cypriani & Stephani Papę correxit. Hic est alius insignis etiam lapsus, qui animaduersione proforsus indiget. In concilio Nicęno primo c. 19. cautum est his verbis: Si qui confugerint ad Ecclesiam catholicam a Paulianistis & Cathaphrygis, statutum est rebaptizari eos debere. hęc ibi. Propterea vero ita sanciuit, quoniam Pauliani heretici a Paulo Samosateno exorti, non baptizabant in forma Ecclesie consueta: et ideo oportebat eos, qui reueriebantur ad fidem, baptizare. non ergo correxit concilium Stephani Papę decretum, sed per omnia cum ipso consensit.

Quod vero Paulianistę seu Cathaphryge non baptizarent in forma Ecclesie consueta, luculenter docet beatus Gregorius, lib. 9. Epistolarum, epistola 61. incipiente: Quia charitati, in hęc verba: Hi vero heretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonoliani & Cathaphryge; quia & illi Christum Dominum non credunt, & isti sanctum Spiritum peruerso sensu esse quendam prauum Montanum credunt, quorum similes multi sunt, & alij, cum ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptisma non fuit, quod in errore positi in sancta Trinitatis nomine minime perceperunt. nec potest hoc ipsum baptisma dici iteratum, quod sicut dictum est, in Trinitatis nomine non erat datum. hactenus Beatus Gregorius. & refertur in cap. Hi vero. de consecrat. dist. 4. & apud Luonem par. 1. cap. 153.

G Item per multos Romanos Pontifices determinatum fuit, quod matrimonium, &c.] Hic ponit Benedictus tria exempla, quibus conatur ostendere posse a posterioribus reuocari, quę a pręcedentibus Romanis Pontificibus statuta fuissent, quod in his, quę ad mores pertinent, ac regimen populi Christiani verissime dicitur, nullamque habet difficultatem: nec enim debet reprehensibile indicari, vt dicitur in cap. non debet. de consanguinit. & affinit. si secundum varietatem temporum statuta varientur humana. Et in sacra Tridentina synodo, sessione 21. cap. 2. declaratur, hanc potesta-

tem in Ecclesia perpetuo fuisse, vt in sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quę suscipientium vtilitati, seu sacramentorum venerationi pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. & ita aliquando gradus affinitatis & consanguinitatis impediens & dirimentes contractum matrimonij longius protendebantur: & nouissime sancta Tridentina synodus, sessio. 23. multa circa matrimonium & eius impedimenta constituit, diuersa ab his, quę in sacris canonibus erant prius sanciti a.

In priuatis etiam negotijs & causis particulariū personarum, & in his quę sunt facti, uelud Romanos Pontifices circa fidei iacturam posse diuersa statuere fatemur, sed interdum etiam falli, & posterioribus acutius perspexisse, & rectius determinasse quàm priores: in his enim locum habet illud Diui Augustini lib. 2. de baptismo contra Donatistas, cap. 3. vbi cum docuisset sacrę scripturę indubitabilis esse certitudinis, de concilijs tum provincialibus tum generalibus subdit, dicens: Et ipsa concilia, quę per singulas regiones vel prouincias sunt, plenariorum conciliorum auctoritati, quę sunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, ipsaque plenaria sepe priora posterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine vlllo typo sacrilegę superbie, sine vlla inflata ceruice arrogantię, sine vlla contentione liquidę inuidię, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana. hęc ille: Eodem spectat insignis illa sententia Nicolai Papę I. in epistola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est: Proposueramus non procul a fine in hęc verba: Ergo de iudicio Romani presulis non retractando, quia nec mos exigit, quod diximus comprobato. Non negamus eiusdem sedis sententiam posse in melius commutari: cum aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro confidatione atatum, vel temporum, seu grauium necessitatum: dispensatorie quiddam ordinare decreuit. hęc ibi.

Ceterum in definitione fidei & credendorum, ex directione & assistentia Spiritus sancti, firmum & incorruptum est Apostolicę Sedis iudicium: neque a posterioribus Romanis Pontificibus mutata vquam fuerunt vel mutari possunt quę semel de fide iudicialiter sancita fuerunt tanquam credenda ab omnibus Christi fidelibus. Quę vero a Benedicto hoc loco recensentur exempla ex allegatis canonibus contra hęc nihil faciunt, & ad ea cumulate respondent Caietanus in Apologia de auctoritate Papę & concilij, par. 2. cap. 13. Melchior Canus lib. 6. c. 8. de locis theologicis, & alij, quos breuitatis causa omitimus, & ad eos lectorem remittimus.

H Responderet quod non, quia dum voluntas non fit in crimine, &c.] Tamen si negare potuisset Benedictus haberi aliquid hereticum in decretali, Exijt. Nicolai III. (iam enim ostensum est ex verbis illius, Nicolaum concedere quod Christus loculos habuerit) vel quod in ea nullus error contineatur vt de fide propositus: attamen merito negat, quod ex illo assumpto deducitur, nempe quod inde conse-

In definitionibus credendorum, certum est Apostolicę sedis iudicium.

consequeretur Nicolaum fuisse hareticum, cum ex defectu humane intelligentie labi potuerit, quomodo autem error & ignorantia excuset ab heresi, copiose diximus super q. 7. par. 1.

¶ Respondet, quod non est imputandus error, &c. frequenter enim contingit, quod multa prius determinata per Concilia, vel per Papam sunt postea reuocata.] Hæc sententia vera est, dummodo recte intelligatur: quod ut fiat, obseruanda est diligenter distinctio sana & catholica quæ affert de hac re edisserens Beatus Thomas quodlibeto 9. art. 16. quem sequitur S. Antoninus par. 3. tit. 12. cap. 8. §. 2. videlicet, ex illis quæ à Pontifice Romano definiuntur, quedam spectare ad priuatas personas & particularia negotia: alia vero ad fidem & vniuersales Ecclesie mores in necessarijs ad salutem: & in his postremis nullo modo Papa, aut concilium auctoritate Papæ confirmatum errare potest: quoniam Spiritus veritatis in his definiendis semper assistens promissus est, ut omnes catholici vno ore testentur, traditque præ ceteris Melchior Canus lib. 3. cap. 5. de locis theologicis, vers. alter vero scrupulosus. & Blasius Nauarrus lib. 2. cap. 9. de sacro Ecclesie principatu: neque de his intelligit Benedictus in hac sua responsione, cum dicit: Frequenter enim contingit, &c. Quod satis indicant illa eius verba initio solutionis posita: Si aliquid distinctiatur Papa, vel Ecclesia, seu concilium generale, non pertinens ad fidem & mores. In his enim, quæ ad fidem & vniuersales mores spectant, iudicialiter definiendis, Papam, vel Ecclesiam errare posse falsum est. & de stabilitate & firmitate horum iudiciorum notatu dignissimum extat Gelasij dictum ad Episcopos Dardanie, quod paulo inferius adduximus hac ipsa questione in responsione ad 12. oppositionem. ad enim ostendit quàm firma sint de his Ecclesie iudicia: quod etiam probat eleganter Turrecremata in sum. de Ecclesia, lib. 3. cap. 58.

In illis vero, quæ priuatas personas & facta respiciunt, decipi Papa quandoque potest, præsertim cum in his humano testimonio utatur, quod sæpe fallax est & incertum. ita & vere docuit etiã Blasius Nauarrus præceptor noster eruditus, lib. 2. cap. 10. de sacro Ecclesie principatu, & tradidit Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 12. circa finem, vers. tum etiam. id quod expresse mihi sensisse videtur Innocentius Papa in cap. à nobis. el. 2. de sent. excom. ibi: Iudiciu Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur semper innititur: iudicium autem Ecclesie nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli: hæc ibi.

Rursus illud addo, summos Pontifices nõ semper respondere definiendo, sed cõsultos interdum veluti priuatos & particulares Doctores sentire.

Postremo adiungo, non proinus esse fidei dogma censendum quicquid in voluminibus iuris canonici continetur, vt optime docet Melchior Canus, lib. 5. cap. penult. de locis theologicis. & lib. 6. cap. 8. vnde sæpe in his contingit statuta per vnum, per alios aut immutata aut reuocata absque vilo fidei præiudicio reperiri: quoniam hæc directe ad fidem non spectant, neque ad vniuersales Ecclesie mores.

Brenius respondere potuisset Benedictus, auda-

Eorum que à Papa determinantur duo sunt genera, & que ca sunt.

Aster asserendo, ineptissime & vanissime inservit quod Romana Ecclesia in fide errauerit tempore Nicolai Papa, cum in constitutione, Exiit. nihil de fide statuatur.

¶ Septimo dicunt, &c. qui inquam vsus non iuris, &c.] Hic locus in omnibus codicibus erat deprauatus. eum nos re ipsa considerata, ex natura dubitationis, quæ tractatur, correximus vt est impressus. tum etiam ex contextu in dicto cap. Exiit. vers. nec per hoc. de verbo, signif. lib. 6.

¶ Octauo dicunt, &c. Respondet quod hæc fecerunt alij summi Pontifices de rebus, quæ non consumuntur vsu, &c.] Melius poterat respondere dicendo, quod Ioannes XXII. in extrauag. Ad cõditorem canonum. de verb. signif. §. quod autem. aper-

tissime declarat, non fuisse intentionem Nicolai in rebus vsu consumptibilibus reservare dominium Romanæ Ecclesie: ipsi autem fratribus concedere simplicem vsu facti, seu iuratum ab omni iure vtendi, quia is fuisse illicitus, ac verba quidem Ioanis huic Benedicti solutioni repugnare videtur præcitato loco, & nostram confirmare. habent enim ita: Quod autem dominium Romanæ Ecclesie referuntur simpliciter censi debent, ex hoc patet, quod ex illo nullum eidem Ecclesie temporale obuenit hætenus commodum, nec speratur, quod obuenire debeat in futurum: cum nec intentio reservatis, nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcunque alium quam ad Fratres, dictarum rerum perueniret compendii: quod proculdubio modus vtendi Fratrum ipsorum, & Romanæ Ecclesie subsecuta patientia euidenter declarauit. Et quæ talis intentio fuerit ordinantis: & ex hoc patet, quod illarum rerum sibi & Ecclesie Romanæ dominium dumtaxat retinuit, quarum vsu facti, liceret habere ordini, vel fratribus antedictis, &c. Ex quibus sane videtur hoc loco male dicere Benedictus, quod Nicolaus id fecerit de omnibus rebus.

¶ Nono dicunt, &c. Respondet, quod illud quod hic dicunt, &c.] Ego declaratum potius dixerim per Ioan. XXI. in dicta Extrauag. Ad conditorem canonum. §. quod autem dominium. vers. talis autem dominij carentia. vbi optima glossa in ver. non efficit.

¶ Decimo dicunt, &c. Respondet, quod illud non est verum, nisi determinatio Ecclesie contineatur in scriptura diuina, &c.] Brenius & verius responderi poterat, nihil quod ut de fide fuerit à Nicolao definitum, immutatum vel emendatum fuisse à domino Ioanne: sed in multis expostam ac declaratam fuisse mentem Nicolai per Ioanem Papam XXII. vt series & verba rescriptorum aperissime testantur.

Atque hoc etiam ipsum dicere possumus ad soluendam obiectionem 11. & 12. vt & verborum ac incertitudinem, & falsitatis etiam ambages rectius subterfugiamus.

¶ Et Gelasius Papa in epistola ad Episcopos Dardanie.] Est autem singularis huius epistola doctrina, qua ostenditur, Acacium à Sede Apostolica competenter fuisse damnatum. incipit ea epistola: Valde mirati sumus. Scripsit eam Gelasius circa

QVAESTIO XVIII.

De erroribus Græcorum.

SUMMARYM.

- 1 Hereses duæ recentiorum Græcorum.
- 2 Dicta Sanctorum reuerenter sunt exponenda.
- 3 Dicta S. Athanasij male sonantia exposta à S. Thoma.
- 4 Articuli in S. Cyrillo obscuriores, &c.
- 5 Gregorij Nazanzenij & Basiliij loca aliquot pie accipienda.



Decima octaua questio est: Hereses & errores Græcorum, quæ vsque hodie perseverant: qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod sunt isti.

1 Primus, quod Spiritus sanctus non procedit à Patre, & Filio, sed à solo Patre.

Secundus, quod corpus Christi non potest confici in azymo, sed tantummodo in fermentato. Et in istis duobus erroribus non assenserunt sancti doctores Græcorum Athanasius, Cyrillus, Gregorius Nazanzenus, Basilius, Chrysostomus; nec Græcorum sancti Patres alij.

2 Est tamen verum, quod nonnulli sancti Doctores Græcorum posuerunt quamplures articulos non admittendos, loquentes incaute, & erronee: Qui articuli licet vt istant, sint falsi, & quamplures erronei; tamen possunt exponi, vt facit sanctus Thomas, respondendo ad dictos articulos de mandato domini Urbani IIII. in libro 1. qui intitulatur: Contra errores Græcorum: vbi dicit, quod propter dictorum Doctorum dignitatem, non sunt cõdemnandi, sed reuerenter exponendi. Et licet sint plures, tamen principales, & peius sonantes sunt hi, qui sequuntur.

¶ al. & erroribus nondum exortis

¶ Est opus. 1. tomo. 17.

3 Primus: quod in diuinis, essentia est genita in filio.

Secundus: quod in diuinis essentia est spirata in Spiritu sancto.

Tertius: quod Spiritus sanctus non misit Filium.

Quartus: quod Filius Dei assumpsit humanam naturam in sua essentia.

Quintus: quod homo fuit assumptus à Filio Dei.

Sextus: quod creatura creatori non cooperatur.

Prædictos articulos ponit Athanasius, in tertio sermone gestorum Nicæni concilij.

Septimus: quod Spiritus sanctus est imago Filij.

Octauus est: quod Filius est in Patre, tanquam in propria sua imagine.

Nonus: quod diuina essentia increata, est concepta & nata de Maria.

Decimus: quod diuina essentia, seu diuinitas, facta est homo.

Vndecimus: quod Deus fecit hominem Deum.

Duodecimus: quod à Christo fuit amota imago primi parentis.

Tertius

Certissima sedis Apostolicæ iudicia.

circa annum Domini CCCXCIII. is loca cuius A hic meminit Benedictus, ita habet: Quapropter stultitiam respuentes inanum querelarum, perquirere vos oportet ab ipsis beatis Apostolis, & considerare prudenter: quoniam Patres nostri, catholici videlicet doctique Pontifices, in vnaquaque heresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro fide, pro veritate, pro communiōe catholica atque Apostolica secundum scripturarum tramitem, prædicationemque maiorum facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsum voluerint deinceps firmumque constare: nec in eadē hac causa denuo, quæ præfixa fuerant, retrahari qualibet recenti præsumptione permiserint: sapientissime peruidentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret Ecclesie constitutum, ac semper iisdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur.

¶ Tertio decimo, &c.] In solutione huius obiectionis facile concedit Benedictus errasse Nicolaum, quod minime erat concedendum. ideo retineamus superiorem Turrecremata solutionem: & quæ sapius dicta sunt à nobis. Eadem ratione satisfacies decimæ quartæ obiectioni, & decimæ quintæ: nusquam enim erratum est exponendo mentem Domini Nicolai, prout intelligendam esse Dominus Ioannes docuit.

¶ Sexto decimo dicunt, quod secundum hoc errauit Ecclesia, aliquos canonizando pro Sanctis.] Ideo fieri potest, vt non errauerint, qui definitionem Nicolai sequebantur, quoniam forsan optime eam intelligebant iuxta adductam à nobis pau-

peratis distinctionem.

Ad hæc, si in re difficili allucinati fuissent, non propterea heretici erant, nec potuit Ecclesia errare referendo eos in numerum Sanctorum. hoc enim impium est asserere: scire enim quos debeamus religione colere, multum refert ad communes & Ecclesie mores, vt optime docet Melchior Canus lib. 5. c. 5. de locis theologicis, vers. in moribus non toti Ecclesia communibus. & Blasius Nauarrus, lib. 2. c. 10. de sacro Ecclesie principatu, circa finem. Antoninus 3. par. tit. 12. c. 8. §. 2. Caietanus in opusculo de indulgentijs ad Iulium, c. 8. Beatus Thomas quodlibeto 9. arti. vlti. Tabienfis in sum. verbo, canonizatio. nu. 4. & Syluester nu. 2. Couarruias, lib. 1. variar. resolut. c. 10. nu. 13. & Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastic. q. 14. art. 4.

Qui autem diceret, posse Papam errare in canonizatione Sanctorum, saltem velut temerarius puniri posset per iudices ecclesiasticos, ita Melchior Canus præcitato loco.

Canonizatio vero Sanctorum per traditionem habetur in Ecclesia Dei, vt collegi ex synodo Nicæna secunda, a. 3. s. his itaque sex synodis aduersus impium Molinæum in additione ad Decium super Rub. de constit. in secunda lectura, verbo, sanctorum. & tradit Melchior Canus lib.

3. c. 3. de locis theologicis.

In canonizatione SS. Canon non potest Ecclesia errare.

Tertius decimus: q̄ qui semel blasphemavit, impossibile est non blasphemare.

Quartus decimus: quod fides non est nobis ministrata per Angelos.

Hos articulos ponit Athanasius in epistola, ad Serapionem.

Quintus decimus: q̄ Iesus Christus dicitur filius paternę essentia.

Sextus decimus: q̄ que s̄nt naturaliter propria Dei patris, sunt propria Dei filij.

Decimus septimus: quod nomine Christi intelligitur Spiritus sanctus.

Decimus octauus: quod docente Paulo, Seraphim addiscunt.

Decimus nonus: q̄ quando Moyfes dixit de hominis formatione, quod Deus inspirauit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viuentem, quod istud spiramen seu spiraculũ, non fuit anima rationalis; quia tunc fuisset anima de Dei essentia: sed intelligitur, quod fuit Spiritus sanctus homini inspiratus.

Hos articulos posuit Cyrillus in li. thesaurorũ. Vigesima: quod Spiritus sanctus est in medio Patris & Filij.

Hunc articulum ponit Gregorius Nazāzenus, in sermone de Epiphania.

Vigesima prima: quod Spiritus sanctus est verbum Filij.

Hunc articulum ponit Basilius in sermone de Spiritu sancto.

Vigesima secunda: q̄ Spiritus sanctus per Filium operatur.

Vigesima tertia: q̄ in Angelis, quo ad naturã non dicimus secundum, nec tertium.

Hos articulos ponit Basilius cõtra Eunomiã.

COMMENT. XLIII.

Græcorum arrogãtia & in ecclesiam latinam inuidia.

Græci tamen in initio nascentis Ecclesie catholicam fuerint amplexi fidem, & viros quum plures sanctitate & doctrina clarissimos habuerint: tamen labentibus seculis ita eorum arrogãtia creuit, vt Ecclesie Latine inuidentes, summo Romano Pontifici obedire recusarint, & schismate facto ab Ecclesia Latina descuerint, multasque in eam iniurias intulerint, quas recenset Leo Papa nonus epistola quadam contra inauditas presumptiones Michaelis & Acridani episcoporum, cap. 29. & eiusdem epistolę, cap. 8. dicit, Græcos diuersis temporibus, diuerso errore, ad corrumpendam catholicam matris Ecclesie virginitatem nonaginta & eo amplius hereses peperisse.

Ecclesie Romanę in Græcos singularis benignitas.

Hos sepe Ecclesia Romana conata est in viam veritatis reuocare, vt abunde legitur in concilio Florentino sub Eugenio IIII. sessio. 3. Et isdem reducẽdis ad Ecclesie vnitatem incubuerunt diuersi Romani Pontifices Innocentius III. Gregorius X. & Eugenius IIII. Hi tempore Eugenij IIII. circa annos Domini MCCCCXXII. in concilio Florentino Ecclesie Latine vniuntur, vt sessione vltima eius concilij scriptum est: id que post EymERICI & Beati Thomę tempora, ceterum ea vno die non durauit. Quanta vero animi acerbitate essent Græci con-

tra Latinos tamen si ex multis perspicere liceat, maxime tamen constat ex concilio Lateranen. sub Innocentio III. cap. 4. nam si quandoque sacerdotes Latini super eorum altaria celebrassent, non prius ipsi sacrificare volebant in ipsis, quam ea tanquam per hoc inquinata lauissent. Quin & baptizatos a Latinis ipsi ausu temerario rebaptizare presumebant. quod refertur in cap. licet Græcos. extra de baptis. & eius effectũ.

Iam quantum attinet ad errores Græcorum, quos hic commemorat Eymericus, eos copiose refert & in sensu catholico explicat Beatus Thomas opusculo quodam contra errores Græcorum inscripto, quod est primum tomũ 17. inter opera sancti Thomę, cuius hic quoque mentionem facit auctor. ac multi quidem ex his declarati, sicut docet sanctus Thomas, errores non sunt.

Ceterum idem Græci, presertim nostris seculis proximiores, multos alios grauissimos errores perpererunt, quos bene interpretari non licet: cum & purgatorium negent, & secundas nuptias damnent, & simplicem fornicationem dicant non esse peccatum, & alios multos impie profiteantur, quos refert & cõstat Guido Carmelita in summa de heresibus, tit. de heresibus Græcorum. commemorant etiam Græcorum errores Beatus Antoninus 3. par. histor. tit. 22. c. 11. s. 1. Arnaldus Albertinus in Rubrica de heret. lib. 6. q. 12. circa finem. Bernardus Lutzemburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. verbo: Græci. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, q. 25. art. 5. & 6. & Prateolus lib. 7. de vitis & sectis hereticorum, c. 15.

¶ Quartus quod filius Dei assumpsit humanam naturam in sua essentia. ¶ Hic articulus duplicem sensum habere potest. Unus est, quod Filius Dei assumpsit naturam humanam in sua essentia, id est, perfectam ex corpore & anima constantem; & hoc est verum, catholicum, ac secundum fidem tenendũ, iuxta illud Athanasij in regula sue confessionis: Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens. traduntque copiose Theologi scholastici, lib. 3. sentent. dist. 2.

Alter sensus esse potest, quem hic crederem damnari. scilicet, Filius Dei assumpsit humanam naturã in sua essentia, quasi vno natura humana & diuina facta sit in essentia ad tertiam quandam naturam constituendam, quod est falsum, vt scribunt Theologi, lib. 3. sentent. dist. 5. natura enim humana per se Filij Dei vnita fuit primo & per se, non natura & essentia diuina, inde natura diuina humana nature in Filio vnita fuit, vt vere & subtiliter explicat Magister praclaro loco. s. nos autem.

QVAESTIO XIX.

De erroribus Tartarorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Tartari multifariam distincti.
2 Ex eis quidam patrię adeundę desiderio se ipsos necant.
3 Alij litteras etiam, quas defunctis perferant, ab amicis accipiunt.

Decima

Filium Dei assumpsisse humanam naturam bifarij potest intelligi.



Decima nona questio est: Hereses & errores Tartarorum; qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod Tartari cum sint plurimi, in suis erroribus sunt distincti.

1 Quidam namque sunt, qui ex toto sequuntur errores Sarracenorum, & sunt vere Sarraceni: quidam autem qui non. Et isti etiam non sunt in erroribus vniformes: nam eorum quidam adorant lunam in speciali: quidam autem eorum adorant in generali illud animal, quod eis prius mane occurrit, siue sit canis, siue affinis, siue homo, seu aliud qualecũque: Et cum qualibet die de mane idem animal non occurrat, nec omnibus etiam eadem die idem animal occurrat, sed vnũ animal vnũ homini, & aliud alteri: ideo difformiter sibi Deum constituunt & adorant.

¶ al. propria

2 Quidam eorum, cum sunt extra terram suam captiui, & desiderant redire ad terram suam, suspendunt se, seu precipitant se, vel aliter interimunt se credentes se redire ad partes suas, & ad patriam naturalem per modum predictum.

3 Quidam vero, qui magis reputantur perfecti, congregati parentibus & amicis, seu magis coniunctis, & receptis diuersis litteris a diuersis, quae diriguntur amicis & coniunctis eorum defunctis publice cum illis litteris letanter & gaudiose faciunt se comburi, credentes per talem combustionem, & genus mortis ire ad paradysum, & ad confortium beatorum.

Isti Tartari vt plurimum sunt homines bestiales: nec vetus testamentum, nec nouum admittentes, nec alijs scientijs intendentes, sed brutaliter coniuuantes.

COMMENT. XLIII.

Tartarorum errores, & sequentium in proximis questionibus, qui fidem Christianam non sunt professi, eo consilio enumerat Eymericus, quo diximus supra super q. 4. huius partis.

Qui Tartari & quales eorum mores.

¶ Ad hanc respondemus, quod Tartari cum sint plurimi, & c. ¶ Nouitia videtur Tartarorum vox, & paucis ab hinc seculis nata; nemo enim veterum hac vsus legitur appellatione. Sũt autem Tartari populi partis Sarmatiae Europae. Stephanus populos Scythiae iuxta Danubium, in Maoticã paludẽ vergentes asserit. Hos Græci Sautomas, Romani Sarmatas, appellabant.

Horum varia sunt appellationes ex diuersis ritibus sumptae: nam quidam Geloni, alij Cetæ, alij Antropophagi, alij alijs nominibus vocantur: quod indicat hic erudite Eymericus iuxta historia veritatem. de quibus videto Plinium lib. 4. c. 12. Strabonem lib. 11. & Pomponium Melam libro 2. de situ orbis, c. 1. & cum duę sint Sarmatiae teste Ptolemeo lib. 3. vna in Europa, altera in Asia, in Europa Olbia est, quam nunc Russiam multi & Tartariam esse credunt.

Apud hos ergo Tartaros reliquiae multae Scythicorum morum adhuc inueniuntur, quorum multos hic enumerat Eymericus, quibus (vt hic locus fiat illustrior) non pigebit in gratiam lectorum

alios adiungere ritus, quos partim ex antiquioribus, partim ex recentioribus scriptoribus breuissime collegimus.

Vagantur ergo Tartari nullas certas habentes sedes: victum habent immundissimum: nam non operiunt mensas mantilibus, nec manutergijs vtuntur, cum manus non lauent, nec corpora, nec vestimenta. Quidam eorum panem non edunt, neque olera, neque legumina, sed animalium omnium carnibus vescuntur, canum etiam & cattorum & murium grandisculorum. Captorum inimicorum corpora ad crudelitatem suam ostendendam, et vindicandi desiderium ad ignem quandoque assant. Tam viri quã feminae vno sepe vestitu induuntur. Scelus magnum habetur apud eos, si cibi aliquid aut potus perire permittatur. in hostem quem vicerunt, sunt crudelissimi, cuius e caduere fluentem sanguinem sepe sugunt & ingurgitant. Potentiores serum vnum in vna eligunt, atque canterio suo iniustum secum tumulari faciunt; vt eo in alio mundo velut famulo vtantur, qualis Deus sit optimus ignorant, atque ita sepe quisque suo arbitratu Deum constituit.

Alios innumerabiles habent ritus fœdissimos & valde obscenos, quos hic veluti parerga libenter resecamus: nam & in bello, & in pace, & in coniugijs & ceteris actionibus ineundis, mira profus & nefanda quaedam obseruant, quae longum esset recensere, nec sunt huius instituti.

De moribus vero ac ritibus Tartarorum copiosissime scribit Sanctus Antoninus in 3. parte historiae tit. 19. cap. 8. s. 1. & multis sequentibus, & s. 21. eiusdem capituli 8. ait regem Tartarorũ circa annos Dom. MCCXLV. cum multis proceribus regni sui, ac magna populi parte conuersum fuisse ad fidem Domini nostri Iesu Christi.

Certe hoc nobis exploratum est, Innocentium Papam IIII. anno Domini MCCLIII. multa privilegia concessisse Fratribus ordinis Praedicatorum, qui ad praedicandum Euangelium missi fuerant ad terras Sarracenorum, Tartarorum, & aliorum infidelium, ut constat ex eius rescripti incipiente: Cũ hora iam vndecima. quod habetur in libro privilegiorum ordinis Praedicatorum, folio 30. eadem autem privilegia cõcessit Alexander IIII. anno Domini MCCLV. Fratribus ordinis Minorum in eisdem terris praedicantibus, sicut apparet ex rescripto Alexandri IIII. eiusdem initij & tenoris, quod est impressum in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis.

QVAESTIO. XX.

De Turcorum erroribus.



Vigesima quaestio est: Hereses & errores Turcorum, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod Turci communiter sunt Sarraceni, & eorum erroribus inuoluuntur; aliam ¶ in speciali ¶ al. aliter nullam sectam habent, nec errorem specialem; sed varij varijs erroribus in suis mentibus captiuantur.

V COM-

Qui Turci & quales mores eorum.

M Irandum non est, eo quod Emericus hic Turcos vocaverit, non Turcas nam Eustathius Turcos etiam appellat his verbis: Post Scythas, qui mari Cronio vicini Caspium accolunt, Vni sunt, quos Simocatus historiari conditor à Persis vocari Turcos existimat, ad orientem verum spectantes. hac ille. Tradit Calius lib. 12. c. 6. le-ctio antiquarum.

Turcarum autem siue Turcorum non est nomen nouum, vt quidam opinatur, cum Pomponius Mela longe supra mille annos Turcarum meminert lib. 1. de situ orbis, c. 21. non procul à sine ibi: Turceq; vastas siluas occupant, alunturq; venando.

Num autem Turca, quos Christiani hodie crudeles patimur hostes, descenderint ab illis Turcis, quorum Mela præcitato loco meminit, quantumuis inter nomina conueniat, dubitant nonnulli, & originem recensent, quæ nos libenter breuitatis gratia missa facimus.

Si quis autem hæc intelligere cupit, eos legat, qui de Turcorum rebus scripserunt, & breuiter sancti Antonini parte 2. histor. tit. 16. cap. 4. §. 5. hoc est exploratum parum hodie, aut nihil differre Turcos & Sarracenos.

Hi olim more patrio, vt Arabes intonsi & implexi incedebant, vt ait Calius lib. 5. c. 8. Vnde huic genti mos fuerit gestandi fascias. tradit idem Calius lib. 24. c. 6. sed de his plura Benedictus Rhabertus in itinerario ad Constantinopolim, & Egnatius de Romanis principibus, & Paulus Iouius.

Et de superstitione Turcarum, eorumque sacerdotum videto tractatum de moribus & consuetudinibus Turcarum nuper editum per quendam Bartholomæum Peregrinum, & copiose etiam in c. cædit. in clemente de Iudæis, & Sarracenis. vbi glossa in verbo, Zabazala. quæ hanc questionem & sequentem illustrat.

Denique quanta sit horum barbarorum in Christianos scuitia, docet eleganter Simon Regnius oratione quadam habita in concilio Lateranensi sub in-lio Secundo Pont. Max.

QVAESTIO XXI.

De erroribus Sarracenorum.

SUMMARIUM.

- 1 Sarraceni vnde sic appellati sint.
2 Sarracenorum errores.
3 Mahometes à suis propheta habitus.

Igesimaprimum quæstio est: Hæreses & errores Sarracenorum; qui sunt? Ad hanc respondemus, quod Sarraceni à Sarra, & Agareni ab Agar, secundum veritatem prius dicti sunt; qui idem sunt in re, sed distincti in nomine, à Mahometo errores suos nefandissimos pertraxerunt. Isti nec vetus totum testamentum, nec nouum recipiunt: Baptismum renuunt: circumci-

tionem admittunt: Beatam Mariam Matrem Christi Virginem concepisse, & absque viri semine, ac sanctam & perfectam esse dominam asserunt: Christum eius filium non Deum, sed purum hominem, licet iustum & sanctum esse dicunt: ipsum mortuum fuisse, & consequenter resurrexisset, non credunt: Sacramenta ecclesiastica, nisi matrimonium, non admittunt: Articulos fidei, nisi mundi creationem, respuunt.

Mahometum perfidum, fuisse sanctum Dei prophetam prædicant, & attollunt. Per lotionem manuum, pedum, & partium exteriorum corporis, etiam pedendorum, credunt mundari à peccatorum maculis, atque mentis inquinamentis. Et nonnulli eorum minus ratione vigentes, credunt paradysum in alia vita consistere in esu mellis, & potu lactis fluij currentis, atque frequenti concubitu virginum puellarum.

COMMENT. XLVI.

Ad hanc respondemus, quod Sarraceni à Sarra, & Agareni ab Agar. Et Agareni proculdubio sunt dicendi ab Agar ancilla Abrahamæ. Ipsi tamen hanc appellationem velut humilem & indecoram respuunt, & Sarracenos se vocant ab Sara eiusdem Abrahamæ vxore. horum progenitores per Apostolorum prædicationem fidem catholicam olim susceperunt, à qua tamen impie descinerunt, vt statim subiungam. hodie fere vna voce Turce appellatur, & nobiscum immania & iniusta bella gerunt.

De his multa tractat ius canonicum tit. de Iudæis & Sarracenis, & leges septipartite Hispanie par. 7. tit. 25. l. 1. 2. & multis seq. Agit etiam Iosephus lib. 1. antiquitat. cap. 20. & diuus Hieronymus ad Dardanum. idem super Esaiam, cap. 21. super illud: Auferetur omnis gloria Cedar. Socrates lib. 4. histo. eccl. cap. 29. Sozomenus lib. 6. c. 38. Theodoritus lib. 4. cap. 27. Beatus Thomas lib. 1. contra gentiles, cap. 6. Antoninus par. 4. tit. 11. cap. 6. §. 1. & alij ex antiquioribus. Ex recentioribus vero Conuarruias lib. 4. cap. 9. varia. resolut. Bernardus Lutemburgus in catalogo hæreticorum lib. 2. verbo. Mahometus, Albertinus super rubrica de hæret. lib. 6. quæst. 2. num. 52. & multis seq. & quæst. 3. & 4. Prateolus lib. 1. cap. 17. de sectis hæreticorum, auctor Repertorij inquisitorum in verbo, Sarracenus. Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 1. num. 10. cum sequent. Simancas de instit. catho. tit. 39. de Mahometanis. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 13. num. 31. & amplius Emericus hac eadem par. quæst. 45.

Tametsi vero Emericus duas quæstiones distinctas posuerit de Turcis & Sarracenis, tamen ydem nunc quoad errores esse videntur & Sarracenorum seu Mahometanorum nomine accipimus Mauros, Turcas, & reliquos barbaros qui impium illum impostorem Mahometem colunt.

A Mahometo errores suos nefandissimos pertraxerunt. Fuit Mahometes Arabs genere, vt tradunt fere omnes præcitati: quod etiam testatur Faccius vetustus ille poeta Florentinus lib. 5. cap. 10. dum ait:

Di

Mahometis origo & genus.

Di vil prosapia povero & soletto,

Nacque costui nel Arabico seno, Abdimonopoli fu il suo padre beuto.

De quo etiam amplius Antonius Beuter Valentinus lib. 1. Chroniconum Hispanie, c. 29.

Hic Mahometes inter populares suos Arabes sub Heraclio Imperatore, circa annos Dni DCXII. militauit, de cuius exortu & fraudibus Ioannes Zonaras tomo. 3. annalium in Heraclio ita scribit: In eodem triumphali ex Persia reditu Mahometus Sarracenorum princeps Imperatorem conuenit. Ei principatus non ex nobilitate generis contigerat: Nam cum pauper esset, locupletati cuidam viduæ mercede seruiuerat, quam prestigijs quibusdam in amorem sui pellectam, vxorem duxerat. Sed quia comitali morbo laborabat, & ex interuallibus impetu illius mali prostratus, mente alienabatur: dominæ suæ vxorique & merori & pudori fuit. Ceterum homo improbus Monachum se nequiores nactus, ob peruersam religionem Byzantio exactum: illius instinctu, vxori ait Archangelum Gabrielem de celo ad se descendentem, diuina quadam arcanaque sibi reuelare: cuius conspectum, quia ferre non possit, se oborta ex metu vertigine humi procumbere. Ea verba testi monio dolosi Monachi confirmabantur, qui mulieri dicebat, omnino Gabrielem ad omnes Prophetas mitti solere. Ex eo mulier abolito dedecore, ac potius Prophetæ coniugio glorians, fabulam istam inter ceteras mulieres spargit. Sic impurus ille apud suos populares, Prophetæ nomen consecutus, & vxoris mortuæ hereditate locupletatus, Ismaelitice gentis princeps, doctor & legislator est habitus, cum alios verbis seduxisset, alios Imperium detrectantes stricto gladio sibi cedere coegisset. Iam enim manum non contemnendam fecerat. Isigitur ex Aethiopia progressus Imperatorem conuenit, & regionem ad habitandum petitam accepit. Cumque omnes populares suos ad hunc modum deceptos subegisset, Syriam direptionibus vexauit; & multas Romanorum prouincias euastauit. Ex eo tempore gens Ismaelitarum Romanorum terram incurfare, & prædari nunquam destitit. hætenus Zonaras. cui consentit Sanctus Antoninus par. 4. tit. xj. cap. 6. §. 1. & communiter omnes boni historici.

Vnde nullo pacto verum est quod scribit, glossa in clemente. Cedit. de Iud. & Sara. in verbo: Mahometum. dicens ipsum nutritum fuisse à quodam clerico nobili Romano, qui cum tempore Bonifacij Papæ Quarti quedam petita impetrare non potuisset, apostatauit à fide, & Mahometum conueniens, eum nutrit. Rursus id etiam est fabulosum, quod quidam tradunt, videlicet Mahometum fuisse quen- dam Clericum Christianum de Bononia ciuitate Italię oriundum, qui postea à fide catholica apostatauerit.

Tametsi autem perfidus hic Mahometus hæreticus non fuerit, cum Christianam religionem nunquam susceperit, nec fuerit baptizatus, merito tamen ab aliquibus velut à Lutemburgo & Prateolo inter hæreticos numeratur. nam omne hæresum venenum quod diabolus in multos sparsim hæreti-

cos olim disseminauit, in hunc impurum & bestialem Mahometum simul comprehensum videtur euomuisse: cum omnium fere hæreticarum errores in suo Alcorano proponat suę sectę hominibus credendos, vt eleganter docet Frater Ricoldus ordinis Prædicatorum in libro, quem inscripsit. Confutatio legis Mahometicę.

Hic ergo Mahometes nouam sectam excogitat, in ea componenda, vt quidam tradunt, decem socios habuit, septem Arabes, Christianos tres, qui à fide recesserant, quorum princeps Sergius Monachus Arianus fuisse memoratur, qui librum legum nomine superbissimo Alcoranum appellatum, idest,lectionem inchoauit, & Ioannes Nestorianus, quibus superuenit Iudæus Thalmudista. Ac talia quidem fuerunt huius initia.

Mahometis errores multi confutarunt, Beatus Thomas opusculo quodam 3. incipien. Beatus Petrus Apostolus tom. 17. Ricoldus ordinis Prædicatorum. Bernardus Perez Valentinus libro quodam, cui titulum fecit Antialcoran. Pius Papa secundus epistola quadam ad Mahometem Turcarum principem. Bartholomæus Ungarus. Ioannes Turrecremata tractatu quodam inscripto. Contra principales errores perfidi Mahometi & Turcorum, qui manuscriptus seruat in bibliotheca Vaticana. Armacanus lib. 18. de erroribus Armenorum, Nicolans Cussa, & Ludouicus Pines Valentinus lib. 4. de veritate fidei Christianæ, & alij, qui & dogmata Sarracenorum referunt, & confutant. ea ideo recenset Emericus, quoniam multarum hæresum & malorum causa fuerunt. de quo late Prateolus lib. 1. c. 3. de sectis hæreticorum, & dixi copiose in libris de penis hæreticorum.

Illi nec vetus totum testamentum, &c. In Barcinonensi impresso, & Sabellano, deest illa distinctio, totum, quam supplēuimus ex Bononiensi, & codice Cardinalis de Gambara. videbatur autem necessaria: quoniam Sarraceni multa recipiunt ex veteri testamento, vt mundi creationem, prophetas, & id genus pleraque alia.

Sed de hac re vide distinctionem legis Hispanę septipartite, tit. 25. l. 1. par. 7. quam nunc gratia breuitatis non expendo.

QVAESTIO XXII.

De Iudæorum erroribus.

SUMMARIUM.

- 1 Iudæi vnde dicti, & quos libros recipiant.
2 Quæ sit eorum de Christo sententia.
3 Iustitiam ex lege veteri se consequi credunt.

Igesimasecunda quæstio est: Errores & hæreses Iudæorum; quæ sunt? Ad hanc respondemus, quod Iudæi à Iuda filio Iacob sic dicti, quinque libros Moysi, & libros Regum, & Prophetarum de antiquo testamento recipiunt: Testamentum nouum respuunt: Baptismum non, sed circumcisionem admittunt: Sacramenta Ecclesiæ, nisi matrimonium, contemnunt: Articulos fidei, nisi creationis mundi, non credunt.

V 2 2 Domi-

Qui confutarunt Mahometis errores.

2 Dominum, nostrum Iesum Christum esse, & fuisse purum hominem, ac prophetam deceptorem, & detestabilem blasphemantes, mendaciter, fallaciter, ac damnabiliter proferunt. Christum seu Messiam in lege promissum, qui iam venit, non agnoscetes, venturum pronuntiant, desiderant, & affectant.

3 Per solam legem veterem se iustificari existimant, & saluari: cum tamen secundum veritatem irrefragabilem fidei orthodoxe, non sit aliud nomen sub caelo datum hominibus, nisi nomen Domini nostri Iesu Christi, in quo oporteat nos salvos fieri, teste Apostolo Petro.

COMMENT. XLVII.

Oportunitus recenset Eymericus aliquot Iudeorum errores, quam aliorum, de quibus egit hactenus: quoniam eorum infidelitas proximis accedit ad haeresim: cum Christiana fidei in figura suscepta omnino veniantur, ut ait Beatus Thomas 2. 2. q. 10. art. 6.

Num. 1.

a ¶ Ad hanc respondemus, quod Iudaei Iudaei, &c.] Est autem Iudas Hebraice, Latine confessio; sed Iudaei nominis proprietatem per scelus, cum filium Dei non agnoscant, amiserunt, ut eleganter scribit Beatus Clemens lib. 2. c. 64. constitutionum Apostolicarum.

Num. 2.

b ¶ Dominum Nostrum Iesum Christum, prophetam deceptorem & detestabilem blasphemantes.] Quantum sit Iudeorum odium in Christum, & impietas in Christianos, docent passim veterum monumenta, ac in primis Nicephorus lib. 4. c. 6. historiae ecclesiasticae. & lib. 14. c. 16. & Beatus Clemens lib. 2. c. 64. constituit. Apostolicarum. & Zonaras tomo. 3. annalium in Imperio Heraclij.

Ab his multas haereses proflexisse testatur Origenes homilia quadam in Matthaeum, & Nicephorus lib. 14. cap. 14. historiae ecclesiasticae narrat eos Alexandria pulfos à Cyrillo, ut liberaret haeresibus civitatem, & ab Hispanijs patrum memoria, ob eandem causam à Ferdinando Quinto Rege Catholico eiectos scimus. De his in iure canonico titulus extat de Iudaeis. ubi multas etiam eorum impietates in Christianos licet contemplari: plurima quoque de Iudaeis & contra Iudaeos statuuntur lib. 12. legum Visigothorum (quas sanctus Isidorus recognovit) tit. 2. & 3. Item in legibus Hispaniae septipartitis, par. 7. tit. 24. per totum.

Qui confutavit Iudeorum errores.

Iudeorum errores multi recensent & confutant, ex antiquis frequenter Hieronymus, Augustinus, et reliqui Patres, cum se offert occasio in exponendis sacris litteris, quas ipsorum Rabini, ne de Christo, qui iam venit loqui videantur, contorquent & depravant. & Isidorus Episcopus Hispanensis. Cyprianus duobus libris contra Iudaeos. Tertullianus item in libro adversus Iudaeos. Athanasius in libro de Incarnatione verbi. Chrysostomus in orationibus adversus Iudaeos. Iustinus martyr Dialogo cum Tripbone adversus Iudaeos. Paulus Burgenis in Scrutinio scripturarum. Porchetus in libro inscripto, victoria contra Iudaeos. Rabbi Samuel de adventu Messiae. Iulianus Pomerius adversus Iudaeos. Petrus Bles. Archidia-

conus Bathoniensis contra Iudaeos. Guido Carmelita in summa de haeresibus tit. de haeresibus Iudeorum. Arnaldus Albertinus super Rubrica de haeret. lib. 6. q. 12. multos refert & refutat Iudeorum errores. item Iacobus de Valentia in questionibus contra Iudaeos, & Nicolaus de Lyra in quodlibetis, questionibus item edidit adversus Iudaeos. Petrus Brutus Episcopus Catharensis opere inscripto, victoria contra Iudaeos. & copiose Petrus Galatinus in opere erudito contra Iudaeos. Ludovicus Vives lib. 3. de veritate fidei Christianae. Sixtus lib. 2. tom. 1. littera T. bibliothecae sanctae, plurimos etiam refert Iudeorum errores ex libris Talmud excerptos. Andreas

B Tiraquellus de iure primogenitorum, q. 66. & copiose Finus Hadrianus in flagello contra Iudaeos. Denique multas Iudeorum & Rabinorum fraudes ac imposturas novissime detexit Leo Castrus in disputatione de translatione sacrae scripturae praefixa ad Esaiam commentarios, praesertim c. 17. 19. 20. 22. & aliquot sequentibus. item Prateolus lib. 9. c. 31. de sectis haereticorum.

Insignem vero Iudeorum perfidiam saepe respicientes Romani Pontifices, multis modis conati sunt eos ad viam veritatis reducere, proposita illis Evangelij veritate, ac sublatis libris, quorum lectione perfidiores fierent & deteriores, ut constat ex rescripto Innocentij III. incipiente, Impia Iudeorum. & alio Nicolai incipiente: Vincam Soreth. Quae curavimus imprimenda in Bullario litterarum Apostolicarum.

Et eadem sollicitudine Gregorius XIII. singulis hebdomadis Romae die sabbati fidei Christianae veritatem Iudaeis hic commorantibus proponendam curavit, ne vllum salutis remedium, & beneficij salutaris genus eis deesse videatur.

Iudaei autem delinquentes multis modis potestati Inquisitorum subijciuntur: quod quando contingat, dicam cum Eymérico infra hac 2. par. q. 46. de quo etiam extat domini Gregorij Papae XIII. extraneagens, cuius initium est: Antiqua Iudeorum, impressa in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctae Inquisitionis.

Postremo cum de erroribus Iudeorum agitur, observandum hic est quod admonui supra in hac 2. parte super quest. 5. de erroribus ab ipso Christo damnatis, videlicet inter Iudaeos varias olim viguisse sectas, ac peculiare quosdam errores nunquamque tenuisse, sicut docet sanctus Epiphanius lib. 1. tomo. 1. contra haereses, haeresi. 14. 15. & aliquot sequentibus, & Beatus Clemens Papa. I. lib. 6. constitutionum Apostolicarum, cap. 6. & Eusebius lib. 4. cap. 21. historiae ecclesiasticae. & Isidorus lib. 8. Etymolog. cap. 4. & Beatus Antoninus in summa, parte 4. tit. 17. cap. 6. §. 1.

QVAEST. XXIII.

De libris haereticis, seu apocryphis, de quibus in Decretis.



Igestimatertia quaestio est: Libri haeretici, erronei, seu apocryphi, de quibus agitur in Decretis per Ecclesiam condemnati qui sunt?

Ad

Summorum Pontificum benignitas erga Iudaeos.

Inter Iudaeos olim varie sectae viguerunt.

Ad hanc respondemus, quod tales libri enumerantur in Decretis, ubi sic dicitur.

In primis b. Ariminensem synodum, à Constantio Caesare, Constantini filio, congregatam, mediante Tauro praefecto, ex tunc & nunc, & vsque in aeternum confitemur esse damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri octo, apocryphum. Actus nomine Andreae Apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi Apostoli, apocryphi. Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi. Actus nomine Thome Apostoli, apocryphi. Euangelium nomine Thaddaei, apocryphum. Euangelium nomine Thome Apostoli, quo vtuntur Manichei, apocryphum. Euangelium nomine Barnabae, apocryphum. Euangelium nomine Bartholomei Apostoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreae Apostoli, apocryphum. Euangelia, quae falsavit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quae falsavit Hyrcius, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de Nativitate Saluatoris, & de S. Maria, & d. obsterice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes quos fecit Lenticius, discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur Fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur Theaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur De filiabus Adeg vel Geneleos, apocryphus. Centimetrum de Christo, Virgilianis compaginatum versibus, apocryphum.

Liber, qui appellatur Actus Theclae & Pauli Apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber Prouerbiorum, qui ab haereticis conscriptus, & sancti Xylti nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quae appellatur Pauli Apostoli, apocrypha. Reuelatio, quae appellatur Thomae Apostoli, apocrypha. Reuelatio, quae appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur Transitus sanctae Mariae, apocryphus. Liber, qui appellatur Penitentia Adae, apocryphus. Liber Ogie nomine gigantis, qui ab haereticis cum dracone post diluuium pugnae perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur Testamentum Iacob, apocryphus. Liber, qui appellatur Penitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur Penitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur Penitentia Iamnis & Mambrae, apocryphus. Liber, qui appellatur Sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Lufanæ, apocryphus. Liber canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab haereticis conscriptus est, & beati Ambrosij nomine praesignatus, apocryphus.

† al. Ectici. al. Helychius

† al. Lenticius. al. Lenticius

† vel, abest ab orig.

† al. Sixti

† est Assumpcio

† al. Tob. ori. † qui appellatur Laus Apostolorum.

† apocrypha. Opuscula Laurentij, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha. Opuscula Comodiani, apocrypha. Opuscula Tertulliani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillae & Maximillae, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichaei, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Castiani, praef. byteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiensis, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegientis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarum regem, apocrypha. Palsio Geor-

gij apocrypha. Palsio Cyrici & Iulitte apocrypha. Scriptura, quae appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Pilaeteria omnia, quae non Angelorum, ut illi confingunt, sed demonom magis arte conscripta sunt, apocrypha. Haec & omnia his similia, quae Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samofatenus, Photinus, & Bonofus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obsecratis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, siue Manichaeus, Fauustus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Caelestius, Donatus, Eustathius, Iovinianus, Pelagius, Iulianus, & Latienfis, Celestinus, Maximinus, Priscianus, ab Hispania, Lapedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus & alius Petrus, è quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, acacius Constantinopolitanus cum confortibus suis, necnon & omnes haereses, quas ipsi eorumque discipuli siue schismatici, docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana & Apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus subathematis indissolubili vinculo in aeternum confitemur esse damnata.

† Cap. Sancta. 15. dist. 4. In primis. iuxta emendationem factam Decretis Romae editi anno 1582. † decc. orig.

† Africanus Orig.

† al. Calistus † Iulianus Celanensis, Celestinus, & c. orig.

† Orig. Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus Lampetius, & c. orig.

† Orig. Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus Lampetius, & c. orig.

† Orig. Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus Lampetius, & c. orig.

† Orig. Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus Lampetius, & c. orig.

† Orig. Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus Lampetius, & c. orig.

† Orig. Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus Lampetius, & c. orig.

† Orig. Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus Lampetius, & c. orig.

COMMENT. XLVIII.

Quia non modo ex erroribus diuersarum gentium & sectarum haereses oriuntur, quas praecaue, ac extirpare oportet, verum etiam ex libris haereticis, & falsa dogmata continentibus; ideo Eymericus post diuersarum gentium errores, de libris haereticis & apocryphis instituit disputationem in multis sequentibus questionibus, ac primum ordinat ab illis, qui damnantur in Decretis.

a ¶ Libri haeretici, erronei, seu apocryphi.] Qui libri ad fidem stabilendam, seu (ut Eymericus loquitur) plantandam, spectant, retulit supra par. 1. c. 5. Sacta Romana. de quibus dixi supra eadem prima parte: nunc eos refert, qui fidem violare possunt, vel incertorum sunt auctorum, vel leuem habent in Ecclesia auctoritatem, idque ex decreto Gelasij primi, edito Romae an. Domini CCCXCIII. quod refert etiam Gratianus in c. Sancta. 15. dist. 5. ceterum quae ab haereticis, & alij decretorum compilatores, ut Burchardus lib. 3. decretorum, c. 221. & Iuo Carnotensis par. 4. c. 65.

Quo autem apertius haec quaestio tota intelligatur, observandum est, tria esse genera librorum ad religionem spectantium, seu de rebus religionis tractantium, Canonicos, qui ab Ecclesia recipiuntur ad aedificationem fidelium, ex quibus sumitur efficax argumentum ad probandum ea, quae fidei sunt, scripti Deo immediate inspirante, & manuum calamumque diuinorum scriptorum in singulis etiam minimis adtemperante, de quibus Beatus Augustinus lib. 11. cap. 3. de Civitate Dei ait ita: Hic prius per Prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos quantum satis esse iudicauit, locutus, etiam scripturam condidit, quae Canonica nominatur eminentissime auctori-

† al. Tob. ori. † qui appellatur Laus Apostolorum.

† apocrypha. Opuscula Laurentij, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha. Opuscula Comodiani, apocrypha. Opuscula Tertulliani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillae & Maximillae, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichaei, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Castiani, praef. byteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiensis, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegientis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarum regem, apocrypha. Palsio Geor-

† al. Tob. ori. † qui appellatur Laus Apostolorum.

† apocrypha. Opuscula Laurentij, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha. Opuscula Comodiani, apocrypha. Opuscula Tertulliani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillae & Maximillae, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichaei, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Castiani, praef. byteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiensis, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegientis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarum regem, apocrypha. Palsio Geor-

† al. Tob. ori. † qui appellatur Laus Apostolorum.

† apocrypha. Opuscula Laurentij, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha. Opuscula Comodiani, apocrypha. Opuscula Tertulliani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillae & Maximillae, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichaei, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Castiani, praef. byteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiensis, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegientis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarum regem, apocrypha. Palsio Geor-

† al. Tob. ori. † qui appellatur Laus Apostolorum.

† apocrypha. Opuscula Laurentij, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha. Opuscula Comodiani, apocrypha. Opuscula Tertulliani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillae & Maximillae, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichaei, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Castiani, praef. byteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiensis, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegientis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarum regem, apocrypha. Palsio Geor-

Quot sint genera librorum de religione tractantium.

storitatis, cui fidē habem⁹ de his rebus, quas igno-
rare nō expedit, nec per nos ipsos nosse idonei fu-
mus. *hec ille. Idē August. lib. 13. confessio. c. 15. &
epistola 7. ad Marcellinum. & epistola 19. ad Hiero-
nyum, & lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 37.
& lib. 2. de baptismo contra Donatistas, cap. 3. Ioan-
nes Aekius in Enchyridio cap. 1. Driedon lib. 1. cap.
1. & lib. 4. cap. 4. de dogmatibus ecclesiasti. Alfon-
sus Castrus lib. 1. aduersus hereses. cap. 2. Melchior
Canus lib. 1. de locis theologicis, cap. 1. 6. 7. & 8. Co-
uarruias lib. 4. cap. 14. varia. resolutio.*

Quot sint autem libri canonici, quorum nonnullos
impudenter heretici impugnant, ponit concilium
Tridentinum, sessione 4. in decreto, de canonicis
scripturis.

Qui libri a-
giographi.

Alij sunt, quos Theologi Agiographos in Eccle-
sia vocant: quos eadem Ecclesia approbavit, vt pu-
blice quidem ad edificacionem fidelium moresque cō-
ponendos legerentur, non tamen habent firmam fidē,
& indubitatam auctoritatem: & hos enumerat Ge-
lasius in 2. parte sui Decreti, ibi, iam nunc, & Bur-
chardus lib. 3. decretorum cap. 220. Iuo Carnoten-
sis par. 4. c. 54. Gratianus in d. c. Sancta Romana. s.
iam nunc. 15. distinct. & de his videtur loqui Diuus
Augustinus lib. 18. cap. 38. de Ciuitate Dei. agit que
plene Couarruias lib. 4. cap. 16. varia. resolut. &
alij, & in hoc genere librorum reponuntur sancto-
rum Patrum scripta, vt Augustini, Hieronymi,
Ambrosij, Chrysostomi, & ceterorum tam Gre-
corum quam Latinorum, quorum insignis probi-
tas & eruditio cum sanctitate coniuncta valde emi-
cat in Ecclesia Dei: & quanta sit eorum auctori-
tas, ostendit copiose Melchior Canus lib. 7. de lo-
cis theologicis.

Qui libri &
quot modis
dicatur apo-
cryphi.

Super sunt iam tandem terij generis libri, de qui-
bus hic Eymericus, quos Doctores vocant apocry-
phos, de quibus Driedon lib. 1. de dogmatibus eccle-
siasticis cap. 4. & lib. 4. c. 1. & Couarruias lib. 4.
c. 17. varia. resolut. & Decretorum archieps locis
seruē precitatis.

Tametsi vero multis modis liber apocryphus di-
ci possit, vt ait Turrecremata in cap. Sancta Roma-
na. 15. distinct. quest. 6. num. 18. & 19. Primum
quoniam eius incoquitus sit auctor, quamuis nihil
contrarium fidei contineat; rursus vel quia extra ca-
nonem seratur: nam hunc vocat Hieronymus apo-
cryphum in prologo in libros Regum: tamen quan-
tum ad hanc questionem atinet, bisariam Eymeri-
cus hic ex Gelasio appellat libros apocryphos. Uno
modo eos, qui ab hereticis sunt conscripti aduersus
fidem catholicam, quos omnino damnat, vetans pe-
nitentia ne legantur: & hos verius dixeris hereticos,
vt optime admonet Couarruias precitato loco:
Alio modo dicit apocryphos eos, qui modicam leni-
ssimamque habent auctoritatem, quos sancti Pa-
tres non approbarunt nominatim, quamuis nec ex-
presse reiecerint, nec Ecclesia permittit, vt publice
in templis legerentur: habent enim multa falsa ve-
ris admixta, vt optime explicat Melchior Canus
lib. 11. cap. 6. de locis theologicis, vers. prima lex.
circa finem.

Ex his tamen multis constat fuisse lectos ab anti-
quis Patribus, vt colligitur ex Beato Hieronymo in

A *epistola 7. ad Letam, dum ait: Caueat omnia apo-
crypha, & si quando ea non ad dogmatum veri-
tatem, sed ad signorum reuerentiam legere volue-
rit, sciat non eorum esse, quorum titulis preno-
tantur, multaque his admixta vitiosa: & grandis
esse prudentie aurum in luto querere. hec ille. Et
has duas postremas significaciones intuitus Eyme-
ricus prudenter proponit questionem de libris he-
reticis, erroneis, seu apocryphis.*

b ¶ In primis Ariminensem synodum.] Erat to-
ta hec questio in omnia Directorijs prorsus depra-
nata, atq; etiam in vulgatis Gratiani codicibus vn-
de sumpta fuerat. cā imprimi curauimus iuxta De-
cretum Gelasij, quod nunc legitur in 2. tom. concilii
Coloniensis editionis, fol. 319. & Decretum
Gratiani nuper Romę editum, anno M D LXXXII.

Si quis autem singula, que in hoc decreto de libris
apocryphis continentur, nosse desiderat, legat Co-
uarruiam lib. 4. c. 17. varia. resolut. vbi totam hęc
questionem illustrat, qua persequi non est nostrę bre-
uitatis, aut instituti.

Illud hic tandem monebo, huic Decreto Gelasij Index libro-
rum prohibitorum, respondere nunc etiam in
republica Christiana Indices, quibus damnata doctri-
ne libri adnotantur, quos Romani Pontificis auctori-
tate viri docti Romę conscribunt, nullum fere libro-
rum genus omittentes, quorum dogmata non ex-
pendant.

Iam de materia librorum prohibitorum copiose
diximus supra in hac 2. parte in principio super cap.
Fraternitatis, de heret.

Q V A E S T I O X X I I I.

De libris damnatis in Decretalibus.



Igesima quarta questio est: Libri he-
reticales, & erronei, de quibus agi-
tur in Decretalibus per Ecclesiā cō-
demnati; qui sunt?

D Ad hanc ⁊ respondemus, quod alibi in Decreta-
libus, libri tales non apparent per Ecclesiam con-
demnati, nisi in maiori volumine: extra de sum-
trinit. & fide cath. c. Damnamus. vbi sic dicitur:
Damnamus igitur, & reprobamus libellū
seu tractatum, quem Abbas Ioachim edi-
dit contra magistrum Petrum Lombardū
de vnitatem seu essentia trinitatis.

Rela. supra
fol. 44

COMMENT. XLIX.

a Ad hanc respondemus, quod alibi in De-
cretalibus, &c.] Materiam huius questio-
nis sub alijs verbis tractauit Eymericus supra in hac
2. parte, quest. 7. agens de erroribus damnatis in De-
cretalibus; de quo argumento vide Sanctum Anto-
ninum in summa. par. 4. tit. 11. cap. 7. §. 2. & Turre-
crematam in summa de Eccle. lib. 4. par. 2. cap. 35.

Iam in Decretalibus præter hunc libellū suę tra-
ctatum Abbatis Ioachim, damnata quoque sunt ca-
pitula Calestij atque Pelagij hereticorū in cap. Fra-
ternitatis. de heret. de quo abunde diximus supra in
hac 2. parte, super dicto cap. Fraternitatis.

Q V A E-

Q V A E S T I O X X V.

De libris damnatis in Extraua-
gantibus.



Igesima quinta questio est: Libri hæ-
reticales seu erronei, de quibus agitur
in Extrauagantibus per Ecclesiam
condemnati; qui sunt?

Ad hanc ⁊ respondemus, q̄ in extrauaganti-
bus nullus liber apparet, ut talis condemnatus, ni-
si in extrauaganti domini Ioannis Papę X X I I.
que incipit, Quia vir reprobus. in qua libelli qui-
dam, quos contra constitutiones prædictas, Cum
inter. &, Quia quorundam. de proprio & commu-
ni condiderat, & ad studia generalia miserat, ac
in vallis Ecclesiarum, & alijs locis affigi fecerat
frater Michael de Casena hæreticus prædictus,
dudum Generalis Minister ordinis fratrum Mi-
norum, tanquam hereticales cum suo auctore he-
retico condemnantur.

COMMENT. L.

a Ad hanc respondemus, q̄ in Extrauaganti-
bus nullus liber apparet, &c.] De hac quoq;
tractatione copiose egit auctor supra sub alijs termi-
nis. q. 8. & sanctus Antoninus in sum. p. 4. tit. xi. c.
7. §. 3. & Turrecremata in summa de Ecclesia, lib.
4. parte 2. c. 37.

Hęc aut extrauagans incipiens, Quia uir repro-
bus. cuius hic meminit Eymericus, nondum est im-
pressa, nec peruenit adhuc ad manus nostras.

Quantum vero attinet ad hunc Michaelē de Ca-
sena hereticum, plenissime de eo egimus cum Eyme-
rico supra in hac 2. parte, q. 1. 5. vnde questio hæc lu-
men declarationis accipiet.

Q V A E S T I O X X V I.

De libris damnatis à diuersis Roma-
nis pontificibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Libri Petri Ioannis damnati à Ioan. XXII.
- 2 Alexander III. damnauit lib. inscrip. Euange-
lium æternum.
- 3 Opuscula xx. Raymundi Lull. prohibita.
- 4 Litteræ Gregorij XI. de prohibitione dictorum
librorum.



Igesima sexta questio est: Libri hæ-
reticales seu erronei, per diuersos
summos Pontifices, de fratrum suo-
rum consilio, post mortem illo-
rum, qui libros huiusmodi edide-
runt, damnati; qui sunt?

1 Ad hanc ⁊ respondemus, quod dominus
Ioannes Papa X X I I. Auinione residens, in-
formatus b de peruersa doctrina fratris Petri
Ioannis de ordine fratrum Minorum, cum ma-
gno consilio multorum in Theologia Magistrorū,
& doctorum, condēnauit dicti fratris Petri

A Ioannis, de quo actum est supra, hos libros vt ve-
re hæreticales, scilicet, postillam super Apocaly-
psim; postillam super Mattheum; postillam super
Canonicas, propter errores contentos in eis, & he-
reses, quæ recitantur supra q. 9.

2 Ante prædictorum librorum condemnationē
factam per prædictum dominum Ioanem X X I I.
dominus Alexander III. condēnauit librum
appellatum, Euangelium æternum, propter herese-
s & errores, quæ recitantur supra q. 9.

3 Post quem dominus Gregorius XI. condē-
nauit xx. volumina cuiusdam Raymundi Lulli,
propter plures hereses & errores, que recitantur
supra q. 9. Libri autem condemnati & combusti
per dominum Papam prædictum isti erant: Liber
de philosophia amoris. liber de centum Dei no-
minibus. liber contemplationum. liber de vij. ar-
boribus. liber de Ecclesiasticis prouerbijis, liber
de confessione, contritione, satisfactione, & ora-
tione. liber de orationibus. liber amati & amici. li-
ber de benedicta tu. liber de beata Maria. liber de
articulis fidei. liber de doctrina puerili. liber de
planctu Raymundi. liber de intentionibus. liber
de arte amatiua. liber de tentatione. liber de ora-
tione; & est alius à prædicto. liber de anima, liber
sententiarum. liber apostolicum.

Prædicta autem viginti volumina sunt conde-
mnata per Bullam domini Papę Gregorij XI. te-
noris sequentis.

4 Bulla Gregorij Papę XI. qua con-
demnantur viginti volumina
Raymundi Lull, & cete-
ra eiusdē opera in-
terdicuntur.

D Gregorius Episcopus seruus seruo-
rum Dei, venerabilibus fratribus
Archiepiscopo Tarracon. eiusque suf-
fraganeis: Salutem & Apostolicam bene-
dictionem.

CONSERVATIONI ⁊ puritatis catholice
fidei, quam multi nequā filij scelerati suis
falsis assertionibus maculare nitentes, in-
ter triticum purū agri Dominici pestiferū
semen zizanix seminant, cum ad nostrum
præcipue spectet officium, vt euellamus
praua, & destruamus peruersa, prouidere
salubriter, & animarum illaurationibus
obuiare confestim plenis desiderijs affe-
ctantes, opportuna in his, quæ possumus,
remedia, studio pastoralis sollicitudinis
adhibemus. Dudum siquidem dilectus fi-
lius Nicolaus Eymericus ordinis fratrum
Prædicatorum professor, in sacra theolo-
gia magister, in regnis Aragonię, Valentię
& Maioricarum Inquisitor hæreticę pra-
uitatis,



uitatis, nobis exposuit, se in regnis eisdem inuenisse viginti volumina diuersorum librorum, in vulgari scriptorum, à quodam Raymundo Lull ciue Maioricarum edito, in quibus (vt ipsi Inquisitori videbatur) multi continebantur errores, & hereses manifeste: & quòd nonnulli de prædictis, & alijs regnis, libris utebatur eisdem, & eorum doctrinæ dabant fidem non modicam in grande suarum periculum animarum: supplicauitque nobis Inquisitor ipse, vt (ne simplices deciperentur ex libris ipsis) dignemur in hac parte de opportuno remedio prouidere: Nos autem cupientes animarum iam forsitan imbutarum, & quæ imbui possent ex peruerso dogmate dictorum librorum, periculis celeriter obuiare, dictos libros per venerabilem fratrem nostrum Petrum episcopum Hostiensem, & per quamplures etiam vltra vigenum numerum in eadem theologia magistros, examinari fecimus diligenter per quorum relationem tãdem habuimus, quòd ipsi dictos libros omnes cum multa diligentia legerant, & examinauerant, & quod vltra ducentos articulos erroneos & hæreticales inuenerant in eisdem: super quibus inter eisdem Episcopum & magistros, sepius & demum coram nobis habita disputatione solemniter, ipsos articulos (quos ad vitandum prolisitatatis reudium, & horribilitatem eorum, haberi volumus presentibus pro expressis) erroneos & manifeste hæreticales, de ipsorum Episcopi & magistrorum concordia consilio, censuimus reputandos. Cum autem, sicut Inquisitoris præfati continebat assertio, in prædictis regnis alij libri, qui asseruntur editi à iam dicto Raymundo, reperiri dicantur, in quibus huiusmodi iam reperti, & alij errores & hereses creduntur probabiliter contineri: Nos volentes de huiusmodi alijs libris & eorum doctrina informari plenarie, & super eis prouidere salubriter, ne fideles in errores huiusmodi damnabiliter prolabantur; fraternitati vestræ de fratrum nostrorum consilio, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus diebus Dominicis & festiuis, in singulis Ecclesijs vestris cathedralibus, ac curatis, necnon religiosorum quorūcunque ordinum, exemptorum & non exemptorum, etiam Cisterciensis, Carthusiensis, Cluniacensis, Præmonstratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti & Augu-

† in codice Sabellano legitur: quodringentos.

A stini, ac fratrum Prædicatorum, Minorū, & Eremitarum eiusdem sancti Augustini, & Carmelitarum, & aliorum ordinum vestrarum ciuitatum & diocesum, intra missarum solemnias existentibus populis ad diuina, & in prædicationibus per vos vel alios, quamcito commode poteritis, faciatis proponi, quòd omnes & singula personæ vtriusque sexus, cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis, existant, eandem vestrarum ciuitatum & diocesum, seu commorantes in eis, habentes libros quoscunque à præfato Raymundo editos (vt præfertur) ipsos infra vnus mensis spatium, vobis assignare: & illi qui sciunt alias personas libros eisdem habentes, eas vobis reuelare ac nominare procurēt: vosque libros recipi faciatis eosdē, quos cum habueritis, quamcito commode poteritis, curetis nobis fideliter destinare, vt ipsos simili examini subicere valeamus. Ceterum quia doctrina, seu potius dogmatizatio prædictorum librorum examinatorum reperitur erronea, hæreticalis, & periculosa nimium animabus; & vehemens suspicio est habenda, quòd in alijs libris editis à dicto Raymundo similes uel alij (vt præfertur) contineantur errores, vobis mandamus, quòd omnibus & singulis eisdem personis vestrarum ciuitatum & diocesum, doctrinam seu potius dogmatizationem, & vsum huiusmodi librorum interdiceretis, donec super his per sedem Apostolicam aliud fuerit ordinatum. Contradiutores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cōpescendo: Non obstantibus, si aliquibus communiter, uel diuissim a sede Apostolica sit indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari: aut extra vel vltra certa loca, ad iudicium uocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet exemptionibus, & alijs priuilegijs & litteris Apostolicis, quibuscunque locis, personis, vel ordinibus, sub quacunque forma, vel expressione verborum ab eadem sede concessis, de quibus eorūque totis tenoribus, etiam de verbo ad verbum in nostris litteris mentio sit habenda: & per quæ præsentis mandati nostri effectus valeat quomodolibet impediri. Insuper volumus, quòd per te frater Archiepiscopo tenor præsentium sub tuo, vel officialis

† al. &

cialis tui sigillo, ad tuos fratres suffraganeos transmittatur, cui per vos adhiberi volumus, velut ipsis originalibus plenam fidem. Datum Auinione viij. Kalend. Februarij, Pontificatus nostri anno VI.

COMMENT. LI.

Vigesima sexta quæstio est: libri, &c. Ad hanc respondemus, &c.]

Hæc quæstio in Barcinonensi impresso mutila videtur & imperfecta, si cum ceteris exemplaribus conferatur, ubi paulo fustius cōcipitur, vt mox subiungam: non tamen est visum ab impresso recedere. Ceterum quia aliorum codicū magna est auctoritas, eorum lectionem hic apponere placuit: Bononiensis ergo, Sabellanus, & codex Cardinalis de Gambara manuscripti ita habent.

Ad hanc respondemus, quòd Papa Innocentius III. condemnauit libellum seu tractatum, quem ediderat Ioachim contra magistrum Petrum Lombardum, tamquam hæreticalem; & hoc post mortem eiusdem Ioachim Abbatis, vt patet extra de sum. trinit. & fide catho. cap. Damnamus. Postque tempore Ioannis Papæ XXII. frater Petrus Ioannis de ordine fratrum Minorum oriundus de Villa, quæ dicitur Ceriacum, diocesis Biterren. in Theologia lector famosus, mortuus est, & sepultus in ecclesia fratrum Minorum ciuitatis Narbonen. quo mortuo quidam eum sanctum, quidam eum hæreticum fratres eiusdem ordinis palam, & publice prædicabant. propter quod simplices decepti, quamplures de Catalonia, Carcaffona, Tolosa, & Prouincia ad eius tumulum confluebant: prudentes vero huiusmodi subsannabant, cumque & per istos & per illos hæc fuissent exposita prædicto domino Ioanni XXII. Papæ: isti petentes quòd vti hæreticus cōdemnaretur; illi vero quod prout sanctus, sanctorū catalogo ascriberetur; ipse dominus Papa se plenius informauit, & tandem reperit, quòd dictus frater Petrus Ioannis dum viueret, ediderat postillam super Apocalypsim hæresibus & blasphemijs conspersam intolerabilibus; & præuia diligenti examinatione Magistrorum in Theologia, & Doctorum in iure, eandem tandem vt hæreticalem de consilio fratrum suorum publice condemnauit: Ac etiam postillas super Matthæum, & super Canonicas per eundem editas in forma. Cuius postilla super Apocalypsim hereses, blasphemias, & errores habentur supra hac parte 2. q. 9. Quibus condemnatis idem dominus Papa Ioannes fecit exhumari ossa dicti fratris Petri Ioannis, & omnia tam cereas imagines, quam pannos per manus simplicium ad eius tumulū deducta, Narbonæ fecit publice concremari. Aliqui tamē voluit dicere, quod licet ossa fuerint exhumata, non tamen cum prædictis cōcremata, sed Auinionem deducta, & de nocte in Rhodanum proiecta, pro eo quia repertum extitit, quòd libros suos prædictos supposituerat correctioni sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Hoc sum. moper. no. tandum.

A Tempore quoque domini Gregorij Papæ XI. prædictus frater Nicolaus Eymerici præsentauit eidem domino Papæ viginti libros à quodam Raymundo Lull dudum defuncto, ciue Maioricarum editos, qui dominus Papa præuia diligenti examinatione Magistrorum in Theologia viginti & vltra, eos de fratrum suorum consilio propter quod plures ibi repertas hereses & errores publice condemnauit, vt hæc omnia & errores ipsi plene patent supra parte 2. q. 9.

Libri autem hæreticales prædicti sunt isti:

Liber qui intitulatur: De doctrina puerili, & incipit: *Deus vol quens cuytem.*

Liber qui intitulatur: De articulis fidei, & incipit:

Liber qui intitulatur: De arte generali, seu de septem arboribus, & incipit:

Liber qui intitulatur: De centum Dei nominibus, & incipit:

Liber qui intitulatur: De ecclesiasticis prouerbis, & incipit:

Liber qui intitulatur: De sancta Maria, & incipit:

Liber qui intitulatur: De benedicta tu, & incipit:

Liber qui intitulatur: De planctu sanctæ Mariæ, & incipit:

Liber qui intitulatur: De arte amatiua, & incipit:

Liber qui intitulatur: De amato & amico, & incipit:

Liber qui intitulatur: De Euast & Blanquerna, & incipit:

Liber qui intitulatur, liber Intentionum, & incipit:

Liber qui intitulatur, liber Orationū, & est alius à prædicto, & incipit:

Liber qui intitulatur: De Philosophia amoris, & incipit:

Liber qui intitulatur: De anima, & incipit:

Liber qui intitulatur: Liber de oratione, & incipit:

Liber qui intitulatur, Liber contemplationum, alius à prædicto, & incipit:

Liber qui intitulatur: De contritione, confessione, satisfactione, tentatione, & oratione, & incipit:

Liber qui intitulatur: quæstiones super quatuor libros sententiarum, & incipit:

Liber qui intitulatur: Planctus Raymundi Lull, & incipit:

Ita in tribus manuscriptis, vt dixi, quæ breuius continentur in Barcinonensi, à quo non est visum recedere: tamen varietas obseruanda fuit.

b ¶ Informatus de peruersa doctrina fratris Petri Ioannis. ¶ Quis fuerit hic Petrus Ioannis, & quo tempore vixerit, abunde diximus supra super quæstione 9. huius 2. partis: ea sunt ergo ad memoriam reuocanda, vt hic locus apertius intelligatur.

c ¶ Dominus Alexander III. condemnauit librum appellatum, Euangelium æternum. ¶ Idem docuit Eymericus supra in hac 2. parte, quæst. 9. nu. 4. s. Aduertendum tamen. vbi etiam dixi, quæ hunc locum illustrabunt.

Rursus obseruandum est, vt scribit sanctus Antoninus

toninus in summa; par. 4. tit. 11. cap. 7. s. 5. & Tur-
recremata in summa de Ecclesia, lib. 4. parte 2. cap.
37. Alexandrum III. per quandam extrauagan-
tem incipien. Quidam scriptura sacre. damnaſſe
quendam libellum Gualielmi de ſancto amore, inſcri-
ptum, De periculis nouiſſimorum temporum.
quem ille ediderat contra ſtatum religioſorum Men-
dicantium. item alios quosdam libellos detractio-
ne & erroribus plenos, editos a magiſtris quibuſdam
Parieſiſibus contra eoſdem ordines Mendicantes:
quos damnauit idem dominus Alexander III. per
extrauagan. incipien. Ex alto fuiſſe conſpicimus.
& per aliam extrauag. incipien. Cum olim. ac Bea-
tus etiam Thomas, vt precatit loco refert ſanctus
Antoninus eos errores, editis contra ipſos libros, ef-
ficaciter conſutauit.

d ¶ Conſeruatiſſimi puritatis, &c.] Solus Barci-
nonenſis impreſſus habet hanc Gregorij bullam hoc
loco inſertam, in Bononienſi autem & Sabellano re-
peritur in ſine ſecondæ partis. eſt autem hæc bulla
anni ſexti, vt apparet ex Data.

Sed obſeruandum hic eſt, ante condemnationem
librorum Raymundi Lull factam per hanc extraua-
gantem pöſtitutus domini Gregorij anno ſexto, alia
preceſſiſſe velut preparatoria ad condemnationem
faciendã, vt apparet ex Regeſto domini Gregorij XI.
quod in Vaticana bibliotheca Romę ſeruatur. Nam
in 2. volumine Regeſti anni II. fol. 131. litterę
Gregorij Papę XI. extant ad Archiepiſcopum Tarraco-
nenſem. incipien. Nuper dilecto filio. quibus præci-
piunt prædicto Archiepiſcopo, vt ſibi faciat exhiberi
libros Raymundi Lull, in quibus quamplurimi
errores dicebantur contineri, vt eos comburat &
comburi faciat, ſi præuia cogitatione ita eſſe reperi-
at. Dat. autem ſecurum huiusmodi litterę apud pontem
Sorgie Auinionenſis diœceſ. nonis Iunij, Pontificatus
Gregorij XI. anno II.

Item in 2. volumine Regeſti anni III. fol. 201.
reſeruantur alię litterę eiſdem domini Gregorij in-
cipien. Ad audientiam. quibus præcipitur offici-
alibus Epicoſopi Barmonenſis. vt diligenter tranſmit-
tant ad dominum Papam, libri quendam Raymun-
di Lull in pergamenis, & in vulgari Catalonico ſcri-
ptum, in quo ſimiliter plurimi errores ſcripti perbi-
bebantur. Dat. vero fuerunt hæ litterę apud Villa-
nouam Auinionenſis diœceſ. tertio calend. Octobris,
Pontificatus domini Gregorij XI. anno III.

QVAESTIO XXVII.

De libris damnatis de mandato ſpeciali domini Papę.



Igeſima ſeptima quæſtio eſt: Libri
hæreticales, & erronei de mandato
ſpeciali domini Papę, extra curiam;
auctoritate Apoſtolica condemnati,
qui ſunt?

Ad hanc reſpondemus, quod tempore domi-
ni Gregorij Papę XI. dominus Petrus Archiepi-
ſcopus Tarraconenſis & frater Nicolaus EymERICI
de ordine Prædicatorum, Inquiſitor Aragoniæ,
vt vere hæreticales & erroneas, quendam libel-
lum de demonum inuocatione, qui incipit: Mi-
ſericor-

A ſericordia & ueritas, & quendam alium, qui in-
cipit: Vtrum quilibet inſidelis tā diuinis, quam Apo-
ſtolice canonibus teneatur obedire: & quendam
alia opuscula, ut omnia hæreticalia & erronea, edi-
ta, per quandam Raymūdum Neophytum, ſen-
tentialiter condemnarunt, propter hæreſes & er-
rores in eis contentos, qui recitantur ſupra ¶ q. 10.

† In hac ca-
dem parte.

COMMENT. LIII.

A De mandato ſpeciali domini Papę con-
demnati, &c.] Hic videtur indicari non potuiſſe
Epicoſopum & Inquiſitorem condemnare hos libros
niſi mandatum habuiſſent ſpeciali a ſede Apoſto-
lica, quod videtur dubium; cum eorum in hac re ut in
ceteris ad fidem ſpectantibus non mediocris ſit iuriſ-
dictio, ergo vt res hæc, qua cognita eſt digniſſima, &
valde etiam neceſſaria radicitus intelligatur, breui-
ter mihi hoc loco eſt dicendum, quanta ſit iudicium ec-
cleſiaſticorum in hac re iuriſdictio.

Quanta ſit
Epicoſopi
& Inquiſito-
rum iuriſdi-
ctio in probl-
endis libris.

Ac primum quidem Epicoſopi & Inquiſitores dā
nare poſſunt & prohibere in ſuis diœceſibus libros
omnes, qui continent dogmata expreſſe condemnata
per Eccleſiam, tametsi ab auctoribus nominatim nõ
condemnatis compoſiti ſint. & ratio in promptu eſt:
quoniam quę ſemel damnata ſunt, abſque noua con-
demnatione prohiberi poſſunt, ne nouis ſemper diſpu-
tationibus, quę ſalubriter ſunt ſemel ſancita, perturbentur,
& in dubium reuocentur, ut dixit Gelafius
in epiſtola ad Epicoſopos Dardaniæ, quem retuli ſu-
pra par. 1. ſuper l. nemo clericus. C. de ſumma trinit.
verſ. nam & iniuriam facit.

Rurſus Epicoſopi & Inquiſitores prohibere etiam
poſſunt in ſuis diœceſibus libros de hæreſi ſuſpectos
ob quamcumque hæreſis ſuſpicionem, tametsi ſint a
catholicis auctoribus editi: cum enim poſſint proce-
dere aduerſus quosuis homines ſaltem ad inquirendum,
etiam ob leues probabiles tamen hæreſis ſuſpicio-
nes, ut volunt auctor Repertorij verbo, ſuſpectus.
S. item nota. & Mattheus Afflicus in conſtit. incõ-
ſultem, & Carverius tract. de heret. num. 116. &
ali; quos retuli infra in hac 2. parte ſuper quęſt. 55.
proſectio multo magis poterunt agere in libros ſuſpe-
ctos, eoſque prohibere, qui continent propoſitiones ſu-
ſpectas: quia libri fortiores neruos habent ad nocen-
dum quam homines; cum qui eos legunt firmitus eis
inſiſtant, quam qui homines loquentes audiunt. Item
quia viua hæreticorum voces vix vnã ciuitatem
replere poſſunt, libri autem cum facile hinc & inde
tranſuehantur, non modo vnã ciuitatem, ſed & re-
gna & prouincias inſiciunt. ſunt enim velut perpe-
tui quidam fontes hæreſum virus copioſe emitten-
tes.

D Ad hæc, Inquiſitores & Epicoſopi abſque manda-
to ſpeciali ſummi Pontificis ex propria iuriſdictione
poſſunt prohibere libros non modo ſuſpectas conti-
nentes propoſitiones, vt proxime dixi; verum etiam
ſcandalofas, periculoſas, erroneas, hæreſim ſapient-
es, a fide catholica quauis ratione diſcrepantes, &
Chriſtianę pietati, ac bonis moribus non conformes:
quod cauit Paulus Papa tertius reſcripto quodam
incipiente, In Apoſtolici culminis. quod in ſine
huius operis in bullario litterarum Apoſtolicarum
cura-

curauimus imprimendum. Si enim Inquiſitores in-
quirere poſſunt & compeſcere, ac coercere eos, qui
prædictas propoſitiones auſi fuerint prædicare, ſane
multo magis prohibere poterunt libros iſta continen-
tes, qui non ſemel aut iterum, ſed ſemper de die de
noctęque prædicant, & auribus lectorum iteratis
vicibus talia dogmata inculcant.

Inter hos libros facile referri poſſunt multi ex il-
lis, qui de Astrologia iudiciaria tractant, item de
Chiromantia, & alijs diuina di modis, in quibus mul-
ta paſſim ſunt temeraria, incerta, a religione & Chri-
ſtiana pietate aliena, nimium aſtris tributentia, & li-
bero hominis arbitrio plurimum detrahentia: hi enim
aut proſus prohiberi: aut non niſi quã emenda-
riſſimi permitti deberent in commercio hominũ ve-
nire; quo nomine iam B. Clemens lib. 2. cap. 66. con-
ſtitutionum Apoſtolicarum, cauendos penitus a vi-
ris Chriſtianiſſimis iubebat ſuperſtitioſos Gręcos.
Huc etiam referri poſſunt multi ex poetis tam anti-
quis quam recentioribus, qui multa docent obſcœ-
na, & bonis moribus penitus aduerſa, quos propte-
rea iam olim Maximus Plato in ſua repub. viuere nõ
patiebatur: ſunt enim tales inuentus corruptores,
& cum paraſitis & lenonibus merito coercendi, quo-
rum ars eõ tandem euafit, vt nihil ferme ſcribant ni-
ſi quod ad laſciuiam & turpem amorem pertineat.
Hos ergo ſi iam editi ſint, prohibere poterunt Epi-
ſcopi & Inquiſitores in ſuis diœceſibus: quod ſi non
ſint editi, eos impriri non permittant: quoniam tali-
um librorum lectio multorum peccatorum cauſa
eſſe ſolet.

Iam quod dixi de libris ſuſpectis, aut erroneas
propoſitiones continentibus, idem dictum vellem de
libris hæreſibus ancipites, dubias, ſeu ambiguas pro-
poſitiones, quę duplicem ſenſum habere poſſunt: hæ-
reticum vnũ, alterum catholicum, de quibus Al-
bertinus tract. de agnoſcen. aſſertio. q. 34. num. 50.
hi enim tandiu prohiberi poterunt ab Inquiſitoribus,
quandiu non fuerint illę ancipites propoſitiones de-
clarate in ſenſu catholico; in quo etiam diligenter eſt
animaduertendum in libris imprimendis, ne tales
propoſitiones contineant.

Sed neque illos libros vel tractatus, aut imprimi,
aut publicari, & vendi in ſuis diœceſibus permittẽr,
in quibus propoſitiones, diſputationes, aut contro-
uerſiæ continentur, & diſſiniuntur contra communẽ
theologorum ſententiam, aut receptum & uſitatum
ſentiendi morẽ, in his præſertim rebus, quę ad theo-
logiam, fidem, mores, ſacramenta, poteſtatem præ-
latorum & miniſtrorum Eccleſiæ ſpectant: tametsi
enim quędam ſint dogmata & propoſitiones, quę
ſummo iure & ſubtilitate defendi poſſunt, tuius ra-
men eſt ab his abſtinere: nam inuare aut prodeſſe nõ
poſſunt, obefſe vero interdum plurimum ſolent. Ac
nec permittendum quidem eſſet, vt ſimilia libere in
ſcholis legerentur, & inuenibus proponerentur, quo-
rum ingenia ſepe amplecti magis ſolent, quę magis a
communi via recedunt.

Idem proſus iudicium eſt de libris & tractati-
bus quorundam inutilibus & inſuſceptis, aut qui
de rebus leuibus, vel ridiculis tractant: hos enim
me iudice, non deberent Epicoſopi permitttere, vt in
ſuis diœceſibus imprimerentur, aut diſtraherentur.

Libri Astro-
logiæ iudi-
ciariæ, & poe-
tici nõ facile
permittendi ſunt.

A in his tamen omnibus prudentia & iudicio opus eſt.
Denique ex quibuſcuque cauſis Inquiſitores pro-
cedere poſſunt contra homines, quia nocere ſua do-
ctrina poſſunt, ex eiſdem poterunt etiam in libros in-
quirere ex data ſibi poteſtate & iuriſdictione ani-
maduertendi in hæreticos.

Quod ſi in libris tales reperiantur propoſitiones,
de quibus nondum conſtet an ſidei repugnent, nec ne;
tunc etiam ſi auctores publicare ſuos libros uellent,
prohiberi poterunt per Inquiſitores, & libri ſuſpen-
di donec ſuperiores indices decernat re cognita, quid
facto opus ſit. argumento, c. Inquiſitores. de heret.
lib. 6. Quibus a nobis aſſertis plurimum ſuffragatur
id quod in Indice, librorum prohibitorum, in ſine Re-
gu. x. his uerbis exprimitur: Liberum tamen ſit
Epicoſopis, aut Inquiſitoribus generalibus ſecun-
dum facultatem quam habent, eos etiam libros,
qui his regulis permitti uidentur prohibere, ſi hoc
in ſuis regnis, aut prouinciis, vel diœceſibus expe-
dire iudicauerint. hætenus ibi.

b ¶ Edita per quandam Raymūdum Neophy-
tum. ¶ Hic Raymundus, ſicut conſtat ex Regeſto do-
mini Gregorij XI. loco quem mox adducemus, dice-
batur Raymundus de Tarraga, qui cum prius eſſet
Hebręus conuerſus ad fidem Chriſti factus eſt mo-
nachus ordinis Prædicatorum: ceterum vt res ipſa
demonſtrauit, non mutauit mores, eſt religioſe mu-
tauerit. Uixit autem hic Raymundus circa tempo-
ra Gregorij XI. ad annos Domini MCCCLXXII.
extãtque in vnicõ volumine Regeſti anni primi Gre-
gorij XI. fol. 225. littera Papę Gregorij ad Archie-
piſcopum Tarraconenſem & Nicolaum EymERICI
Inquiſitorem in regno Aragonum, quibus præcipi-
tur, vt inquirent & procedant contra Raymundum
de Tarraga ordinis fratrum Prædicatorum tenentem
quosdam hæreticales errores, & eum puniant. Rur-
ſus in ſecundo volumine Regeſti anni ſecundi fol. 191.
reſcriptum quoque habetur eiſdem Domini Grego-
rij XI. incipien. Dudum ad audientiam. per quod
committitur Archiepiſcopo Tarraconenſi. & Nico-
lao EymERICI Inquiſitori, vt omnes libros huius Ray-
mundi ſibi faciant exhiberi, atque comburi. iam hæc
Raymundi opuscula, quot & quales errores conti-
nerent, docet idem EymERICI ſupra in hac 2. par-
te quęſt. 10. num. 3.

Illud uero obſeruandum eſt diligenter, quod au-
ctor docet in hac quæſtione, uidelicet, libellũ de Dæ-
monum inuocatione editum fuiſſe per hunc Raymun-
dum Neophytum, in quo plane decepti mihi uiden-
tur Bernardus Lutzeburgus in catalogo hæretico-
rum, lib. 3. uerbo, Raymundus Lull. & Prateo-
lus, lib. 16. cap. 2. de uitijs & ſectis hæreticorum, aſ-
ſerentes libellum de Dæmonum inuocatione editum
fuiſſe a Raymundo Lull. & ſane ſuſpicio hos aucto-
res fuiſſe allucinatos ex nominis ſimilitudine.
Poſtremo, Raymundus hic de Tarraga diſtus eſt
Neophytus quaſi noua planta ſeu germen. Dicun-
turque illi Neophyti, qui non naſcuntur ex origina-
rijs Chriſtianiſſis, ſed ad fidem catholicam conuertun-
tur, de quibus Beatus Gregorius, lib. 4. Regeſti epi-
ſtola 51. ſibe cap. 5. & lib. 7. epiſt. 110. & Gratia-
nus in cap. ſicut Neophytus. 48. diſt.

QVAEST. XXVIII.

De libris damnatis ab Inquisitoribus Aragonia.

S V M M A R I V M.

- 1 Arnaldus de Villanoua libros in Theologia scripsit.
2 Libri eiusdem multi damnati, & qui.
3 Gondifalvi Virginalis liber condemnatus.
4 Liber de inuocationibus demonum publice combustus.
5 Bartholomei Ianoues De aduentu Antichristi libri damnati.



Igesimo octaua questio est: Libri hereticales & erronei, per Inquisitores Catalonie, & Aragonie, cum praelatis illarum partium condemnati, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod tempore domini Clementis Papae quinti, fuit in partibus Catalonie quidam magnus medicus, uocatus magister Arnaldus de Villanoua, qui de Theologia edidit multos libros, quos tanquam falsos & erroneos auctoritate Apostolica, licet non de expresso mandato domini nostri Papae frater Ioanes de Longerio ordinis Praedicatorum Inquisitor in partibus antedictis, & Gaufridus de Crudillis Vicarius Ecclesiae Tarraconensis, sede vacante, sententia liter condempnarunt.

Libri autem condemnati per eos, isti sunt.
1 Libellus, qui intitulatur: De humilitate & patientia Iesu Christi, & incipit: Si amor natural.

Libellus, qui intitulatur: De fine mundi, & incipit: Entes per vestras letres.

Libellus, qui intitulatur: Informatio Beguinorum, seu lectio Narbon. & incipit: Tots aquells.

Libellus, qui intitulatur: Ad priorissam, uel de charitate, & incipit: Beneyctia, e loat Iesu Christi.

Libellus, qui intitulatur: Apologia, & incipit: Ad ea quae per vestras.

Libellus seu littera, quae incipit: Domino suo charissimo.

Libellus, qui intitulatur: Denunciatio facta coram domino Episcopo Gerunden. & incipit: Coram vobis.

Libellus, qui intitulatur: De elemosyna & sacrificio, & incipit: Al catholich Inquisidor.

Liber qui incipit: Perco com molts desigensfaber.

Libellus, qui incipit: Alia informatio Beguinorum. & incipit: Als cultiuadors.

Libellus, qui incipit: Dauant uos fenyer en Iachme per la gratia de Deu Rey D' Arago.

Libellus, qui incipit: Quant fuy Auinio.

Libellus, qui intitulatur: Responso contra Bernardum Ricardi.

Isti libelli fuerunt condemnati propter multos

Forte Cruy lics.

al. uel charitatem.

al. benedictum

errores in eis repertos, qui recitantur supra q. 11. Post tempore domini Innocentij Papae VI. fuit in partibus Catalonie, uidelicet Barchinone quidam uocatus Nicolaus de Calabria, discipulus in erroribus cuiusdam Gondifalvi: dicecensis Conchenfis in Hispania. Hi duo, f. Gondifalvus dictando, & Nicolaus scribendo; demone, dicto Gondifaluo, uisibiliter apparente, & docente, condiderunt quendam librum errorum & heresum, quem Virginalis vocauerunt: hunc librum dictus frater Nicolaus Eimerici Inquisitor praedictus, & Vicarius Episcopi Barchinonenfis, Arnaldus de Bufchetis (dicto Nicolao primitus ut relapso tradito brachio saeculari, & combusto) sententialiter condempnarunt propter haereses & errores in eo contentos, quae recitantur supra q. 11.

Item tempore eiusdem Innocentij Papae VI. idem frater Nicolaus Eimerici Inquisitor, & Arnaldus de Bufchetis condempnarunt publice Barchin. & comburi fecerunt quendam magnum & grossum librum demonum inuocationum in septem partes distinctum, qui intitulatur: liber Salomonis; in quo erant scripta sacrificia, orationes, oblationes, & nefaria quamplurima fieri demonibus consultata.

Item tempore domini Urbani Papae V. Episcopus Barchinon. frater Berengarius de & frater Nicolaus Eimerici, praedictos duos libellos de aduentu Antichristi, quos ediderat quidam Bartholomeus Ianoues de insula Minoricarum, in Sede Barchinon. ut hereticales & erroneos sententialiter condempnarunt, & publice comburi fecerunt propter haereses & errores in eis contentos, quae recitantur supra quaestione 11.

COMMENT. LIII.

Quod tempore domini Clementis Papae V. fuit in partibus Cataloniae quidam magnus medicus, &c. Arnaldus de Villanoua. De hoc Arnaldo de Villanoua eadem quae hic recensentur, dixerat Eimericus paulo ante quaest. 11. huius partis, ubi dixi, illic autem errores huius Arnaldi retulit Eimericus hic uero libros eius & opuscula recenset, in quibus illi errores continebantur. vide Bernardum Lutemburgum in catalogo hereticorum, lib. 2. uerbo, Arnaldus de Villanoua. & Prateolum, lib. 1. de uitis & sectis hereticorum, cap. 69. Post tempore domini Innocentij Papae VI. fuit, &c. quidam uocatus Nicolaus de Calabria. De hoc item Nicolao de Calabria & Gondifaluo eadem haec scribit Eimericus supra in hac 2. parte, q. 11. n. 9. & Lutemburgus in catalogo hereticorum, lib. 2. uerbo: Nicolaus de Calabria.

Iam librum hunc haeresibus plenum, quem asserit hic Eimericus a Nicolao de Calabria & Gondifaluo fuisse compositum, uerisimilius est Virginalis, quam Virgilianum fuisse ab eis nominatum: quia mos est uisitatus hereticorum libris a se editis, uel deprauatis optimos & honorificos titulos facere, ut facilius decipiant incautos, sicut copiose ostendimus lib.

Sabellanus & sono, Co-dices, Virgilianum habent.

Forte, de Aril.

Idest, in ecclesia cathedrali.

lib. 2. de causis, unde haereses oriuntur. Et comburi fecerunt quendam magnum & grossum librum demonum inuocationum. Ex titit superioribus sculis in Hispania inter infideles tranato Herculeo freto Hispaniam occuparunt, & Iudaeos, qui ibidem degebant, frequens superstitione de consulendis demonibus: est enim haec gens magno pere huic illicito studio dedita, qui eam artem de inuocandis demonibus in scripta redigebant, & quasi hereditariam suis posteris relinquebant. multi autem ex his, qui sacro baptismate erant abluti, etiam eandem superstitionem sequebantur, & ea scripta retinebant contra expressas canonum iussiones. ea uix aboleri potuerunt, donec ab Hispania Hebraei pulsi sunt, & baptizati Sarraceni, & officium Inquisitionis diligenter exerceri cepit. fiebat autem per huiusmodi nefarias inuocationes prorsus miranda, & pene incredibilia, ut saepe a meis maioribus audiuisse me memini.

Qui uero haec exercent, proculdubio subduntur Inquisitorum iurisdictioni: quia cum haec inuocationes raro fiant sine sacrificio demoni exhibito, haesim sapiunt manifeste, iuxta textum cum glossa in uerbo, sapient. in cap. accusatus. s. sane. de hereticis. lib. 6. docetque eleganter Eimericus quaestione proxime sequenti, ite amplius q. 43. huius 2. partis. Quos ediderat quidam Bartholomeus Ianoues. De hoc item Bartholomeo Ianoueso uita cum Eimerico egimus supra in hac 2. parte. q. 11. adde Prateolum, lib. 2. cap. 11. de uitis & sectis hereticorum. & Bernardum Lutemburgum in catalogo hereticorum, lib. 2. uerbo, Bartholomeus Ianouesius.

Arabum & Iudaorum superstitione.

QVAESTIO. XXIX.

De libris in Italia & Gallia damnatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Dulcini epistolae duae condemnatae cum ipso auctore.
2 Libri diuinationum, Necromantie, Chiromantie, &c. reprobat.



Igesimanona questio est: Libri hereticales & erronei, per Inquisitores in Italia & Francia, & aliis mundi partibus condemnati, qui sunt? Ad hanc respondemus, quod temporibus dominorum Honorij Papae IIII. & Nicolai IIII. Episcopus Parmensis, & frater Manfredus ordinis praedicatorum Inquisitor in illis partibus Italiae, duas epistolas cuiusdam Dulcini Nouariensis ut hereticales (ipso Dulcino ut heretico concremato) sententialiter condempnarunt, propter haereses & errores in illis contentos, quae recitantur supra q. 12. Item in partibus Gallicanis, uidelicet Parisiis, Episcopi Parisien. & Senonen, ac Inquisitor

de ordine praedicatorum, de magno consilio magistrorum in Theologia, & in decretis doctorum ut erroneos & sacrilegos, & blasphemos sententialiter condempnarunt omnes libros diuinationum & sortium, scilicet Libros necromantie. Libros Geomantie, Libros Pyromantie. Libros Hydromantie, Libros Chiromantie. Libros decem annulorum ueneris. Libros tot Graeci, & Germanici & Babylonensis. Libros quatuor speculorum, eorumdem. Libros imaginum Tobie Bantricat & Libros imaginum Prolemæi. Libros Hermetis magi ad Aristotelem, quem librum, dicunt & Aros, idest, Gabrielem docuisse a Deo, in quo sunt horribiles inuocationes, & fumigationes detestabiles. In omnibus enim istis libris, sunt pacta & foedera cum demonibus, & inuocationes, & sacrificia, tacite uel expresse, quae exhibere demonibus sapit haesim manifeste, ut dicitur infra q. 43.

COMMENT. LIIII.

Vas epistolas cuiusdam Dulcini Nouariensis. De Dulcino copiose diximus cum Emerico supra q. 12. huius 2. partis. Sententialiter condempnarunt omnes libros diuinationum & sortium. Facta uidetur haec condemnatio, ut constat ex serie huius quaestiones circa annos Domini MCCXC. Rursus anno Domini MCCCXCVIII. Parisiis Theologorum schola intuta in uniuersa fere Gallia superstitiones, demonum inuocationes, & sortilegia non sine magna fidelium pernicie abundare, decretum edidit, quo damnantur XXXVIII. articuli partim hereticales, partim erronei, partim uero blasphemii, quos hic breuiteris gratia omitto: leguntur tamen in calce sententiarum Petri Lombardi, & eos refero infero q. 43. huius 2. partis.

Diuinationes autem omni iure prohibitas esse copiose docuimus in libris de penis hereticorum. leges diuinae eas magnopere detestantur, Leuit. ca. 19. & 20. & Deuteronom. cap. 18. Item iura canonica detestantur & puniunt acerbè. Concilium Ancyranum, cap. 23. concilium Laodicenum can. 36. sancti Patres uno ore damnant, quorum de hac re dicta recitat Gratianus 26. q. 5. per totum. & Iuo Carnotensis, par. 11. & Burchardus, lib. 10. decretorum. & summi Pontifices multis locis, in primis uero in Decretalibus tit. de sortilegijs. ac de his uitandis insigne extat locus apud beatum Clementem, lib. 2. ca. 66. constit. Apostolicarum, in haec uerba; Fugite quoque incantationes, ariolationes, uaticinia, lustrationes, aruspicina, auguria, necromantiam, inuocationis, quoniam scriptum est: Non erit augurium in Iacob, neque uaticinium in Israel. & rursum, Augurium peccatum est. & alibi. Non augurabimini, & ariolationes, diuinationes & Pythones non sequemini: lustratores non acquiritis. id monet Ieremias dicens: Secundum uias gentium ne ambulaueritis, & a signis caeli ne timueritis, haesitatus Clemens.

Iam diuinationum libros olim comburendos decreuerunt pii Imperatores, ut constat ex l. Mathematicos,

al. sortiliorum.

al. Gerium.

al. benedicat.

al. dixit

Diuinationes omni iure prohibita.

Num. 23.

Deut. 18.

Ierem. 10.

Diuinationis libri comburendi,

maticos, C. de episco. audientia. ijdem prorsus libri A pulsi sunt in indice libroru prohibitorum Pij III. in hec uerba: Libri omnes, & scripta Geomantia, Hydromantia, Aeromantia, Pyromantia, Onomantia, Chiromantia, Necromantia, siue in quibus continentur sortilegia, ueneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reiciuntur. hec ibi.

c ¶ Scilicet libros Necromantia, libros Geomantia, &c. Varro scripsit diuinationum quatuor esse genera, per terram uide Geomantia, per aquam uide Hydromantia, per aerem uide Aeromantia, per ignem uide Pyromantia, cap. igitur. 2. 6. q. 3. sed multas alias excogitauerunt Magi demonum arte, ab omnibus fere rebus petitis. in primis uero à corpore humano, & singulis eius partibus; ex quibus que per mortuorum cadauera quasi excitata & ad uitam reuocata contingit, Necromantia dicitur. ca. nec mirum. 2. 6. q. 5. quæ per lineas manuum chiro-mantia, ceteras longum esset recensere, que licet huius essent loci, non tamen sunt instituta nostre breuitatis. eas copiose sumus persecuti in libris de penis hereticorum, ubi tam uetera quam noua diuinandi genera recensimus, ostendentes quantum singula distent à uero, & qualem hæresis suspicionem contrahant, qui illis uiuantur.

d ¶ Que exhibere demonibus sapit hæresim manifeste. Et propterea earum tunc punitio & cognitio ad Inquisitores spectabit. cap. accusatus. §. sane. de hæret. lib. 6. Quo modo autem cognoscendum sit, quando diuinationes & sortilegia sapiant manifestam hæresim, & qualis sortilegorum pœna, dixi infra super q. 4. 2. huius partis. uide interim Zanchini tract. de hæret. c. 22.

Q V A E S T I O XXX.

De ui nominis, Hæreticus.

Rigesima quaestio est: Hæreticus ex ui nominis, quis dicendus est? Ad hanc respondemus, quod sicut ab eremo dicitur eremita, sic ab hæresi dicitur hæreticus, seu heretica. Hæresis autem, ut dictum est supra q. 1. tripliciter etymologizatur. Et primo ab eligo eligis, secundum Isidorum & Papam: & inde dicitur hæreticus quasi electiuus. Secundo ab adhegro, adhegros, secundum Hugu. & inde dicitur hæreticus quasi adhæsiuus. Tertio ab ereticor, ris, secundum Isidorum, quod idem est, qd diuido, dis: & inde dicitur hæreticus quasi diuisiuus. Ex his patet, qd hæreticus ex ui nominis, dicitur quasi electiuus, quasi adhæsiuus, & quasi diuisiuus: Nam doctrinâ falsam & peruersam primo eligit: post illi electe pertinaciter adheret: per que ab aliis sane sapientibus diuiditur & elongatur.

COMMENT. LV.

a AD hanc respondemus, quod sicut ab eremo dicitur eremita. De Etymologia huius nominis, hæreticus, eandem fere omnino habuit dispositionem Eymericus supra in hac 2. p. q. 1. quo lo-

conos quid sentidum uideretur plene diximus. His iusmodi autem Etymologia quamuis hæresis, & hominis hæretici naturam explicent, uere tamen non sunt. Sed uidenda omnino que in prædicta quaest. 1. scripsimus.

Q V A E S T. XXXI.

Quot modis in iure quis dicatur hæreticus.

S U M M A R I V M.

- 1 Hæreticus in iure dicitur omnis excommunicatus.
- 2 Item quilibet Simoniacus.
- 3 Ad hæc quisquis contra Romanam Ecclesiam agit.
- 4 Et qui errat in expositione sacre scriptura.
- 5 Noue secte auctor uel sectator.
- 6 Male sentiens de sacramentis Ecclesie.
- 7 Errans circa articulos fidei.
- 8 Postremum, qui dubius est in fide.

Rigesima prima quaestio est: Hæreticus in iure quis & quot modis, & extenlo nomine dicendus est?

Ad hanc a respondemus, qd hæreticus extenlo nomine, octo modis dicitur.

- 1 Nam primo dicitur hæreticus, quilibet excommunicatus. 4. q. 1. Quod autem.
 - 2 Secundo dicitur hæreticus, quilibet simoniacus. 1. q. 1. Quisquis.
 - 3 Tertio dicitur hæreticus, qui aduersus Romanam Ecclesiam agit, & eius dignitatem à Domino traditam auferre conatur, dist. 22. Omnes.
 - 4 Quarto dicitur hæreticus, quicumque errat in expositione sacre scriptura. 2. 4. q. 1. Hæreticus.
 - 5 Quinto dicitur hæreticus, quicumque confugit nouam sectam, uel confictam sequitur. 2. 4. q. 1. Hæreticus.
 - 6 Sexto dicitur hæreticus, quicumque male sentit de Ecclesie sacramentis, de hæret. Ad abolendam.
 - 7 Septimo dicitur hæreticus, quicumque aliter sentit de articulis fidei, quam Romana Ecclesia. 2. 4. q. 1. Hæc est fides.
 - 8 Octauo dicitur hæreticus, quicumque est in fide dubius. de hæret. cap. Dubius.
- His concordat Hostie. Ioan. And. in nouella, & Bernardus supra cap. Firmissime, extra de hæret. & alii notatores f.

COMMENT. LVI.

AD hanc respondemus, quod hæreticus extenlo nomine, octo modis dicitur. Expli-cata uero & natura nominis, hæreticus, quot modis hæreticus quis dicatur, ostendit Eymericus: octo autem modos refert quibus aliquis hæreticus dici possit, extenlo tamen nomine, id est, in lata significatione: at Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. par. 2. cap. 12. duodecim modos enumerat. totidè recenset

† Id est, glos-fatores.

Quot modis quis dicatur hæreticus.

recenset Tabiensis in summa uerbo, hæreticus, nu. 1. & Conradus Brunus, lib. 1. de hæret. cap. 2. multos item refert Paulus Grillandus tract. de hæret. q. 2. & Gondissaluis tract. de hæret. q. 1. & Zanchinus de hæret. cap. 2. ubi numerat decem modos. Plurimos affert Carverius tract. de hæret. num. 6. & multis sequentibus. inter hos tamen modos multi sunt improprij. & quamuis horum labor non prorsus uideatur uanus & inutilis, non tamen est ualde necessarius, cum omnis hæreticus ad octo illa capita reduci possit, quæ posuimus supra in hac 2. parte super quaest. 2. Canonice uero communiter enumerant hos modos, quibus quis potest dici hæreticus, in cap. firmissime. extra de hæret. ubi glos. in uerbo, hæreticum. plurimos item affert Repertorium Inquisitorum uerbo, hæreticus.

Q V A E S T I O XXXII.

Quis proprie & uere dicatur hæreticus.

S U M M A R I V M.

- 1 Hæreticum proprie duo constituunt, & quæ.
- 2 Duo requiruntur, ut quis sit catholicus.
- 3 Quæ sint illa, in quibus errare cum pertinacia facit hæreticum.
- 4 Indirecte ad fidem pertinent contenta in sacra scriptura.
- 5 Et quæ ab Ecclesia desinita sūt, ut fide credenda.
- 6 Tria in genere credenda ab omni Christiano.
- 7 Pertinacia in uoluntate perficit rationem hæretici.
- 8 Pertinacia errantis in fide duobus modis cognoscitur.
- 9 Hæreticus quis proprie dicendus.

Rigesima secunda quaestio est. Hæreticus proprie, strictè, & in rei ueritate, ac secundum theologiam, atque iura; quis dicendus est, & censendus?

† al. faciunt hominè esse hæreticum.

Ad hanc respondemus, quod duo sunt quæ faciunt aliquem hæreticum proprie & complete. Primū se tenet ex parte intellectus, & istud est inicitium, & dispositiuum: hoc est, ut eorum, quæ sunt fidei, sit error in mente, siue in intellectu. Secundum se tenet ex parte uoluntatis seu affectus: & istud est perfectiuum & completiuum: & hoc est, ut de illo errore credendo sit pertinacia in uoluntate: ubi enim hæc duo concurrunt, hæreticum perfecte faciunt.

Sicut enim ad esse catholicum duo requiruntur, scilicet eorū quæ fidei sunt credentia in mente, & in credendo firma adhæsiō in uoluntate: & si unum horum deest, catholicus nō est: Ita per oppositū, ad hoc quod aliquis sit hæreticus, duo oportet inesse, scilicet, quod eorum, quæ sunt fidei habeat errorem in mente, & quod de tali errore credendo, habeat pertinaciam in uoluntate: & si unum eorum deesset, hæreticus proprie &

perfecte quis non foret. His concordat sanctus Thom. in 4. sententiarum 1. & alij, theologi & iurista.

† dist. 13. q. 2. artic. 1.

3 Quæ autem (loquendo de primo) sint illa, quæ fidei sunt, & à quolibet catholico explicite uel implicite credenda sunt, & quorum error in mente cum pertinacia in uoluntate faciunt hæreticum, (ut prædicitur) declarant doctores theologi, & præsertim sanctus Tho. 1. parte summa, quæst. 32. art. 4. & 2. 2. q. 11. art. 2. dicentes, quod sunt duo in genere, sed tria in specie. Nam ad fidem quædam pertinent directè, quædam indirectè: directè quidem, ut articuli fidei, qui sunt Christianæ religionis fundamenta, & in sacra theologia prima principia; & hæc à quolibet catholico, tanquam uera & catholica sunt supponenda, ac etiam explicite uel implicite credenda, attentis catholicorum statu, officio, & conditione, ut dictum est supra in parte 1. q. 4. & 12.

4 Indirectè uero ad fidem pertinent tanquam credenda omnia illa, ad quorum abnegationem, & corruptionem, sequitur abnegatio & corruptio fidei articulorum, & sunt duo: Primum est, omnia ea, quæ sunt in sacra scriptura, quorum libri canonici appellantur, hoc est, quæ in Biblia continentur, quæ à Spiritu sancto credimus firmiter reuelata. De quibus libris dicit Augustinus in epistola ad Hieronymum, & recitatur 9. dist. † Ego solis eis scriptorum libris; qui cano-

† cap. Ego solis.

nicī appellantur, didici hunc honorem deferre, ut nullum auctore eorum errasse aliquid firmiter credam: alios autem ita lego, ut quælibet sanctitate polleant, nō ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt. Ad abnegationem, seu corruptionem, aut in toto uel in parte istorum sacrorum librorum sequitur corruptio articulorum, cum in dictis libris articuli contineantur. Nam si quis non crederet omnibus contentis in dictis libris, consequenter indirectè posset idem sentire de articulis. Nam si Spiritus sanctus non reuelauit, aut si reuelauit non uerum dixit in una parte, consequenter nec in alia.

5 Secundum quod ad fidem pertinet indirectè est, omnia quæ sunt per Dei Ecclesiam determinata ut fide tenenda, siue in quatuor concilijs, siue in constitutionibus post factis ut fide tenendis: quæ quidem declarantur ad fidem pertinere, quia in dictis libris canonicis uidentur contineri.

6 Ex quibus patet, quod tria sunt à fidei mente credenda, scilicet articuli fidei: sacra scriptura, hoc est libri canonici in Biblia contenti: & ea quæ sunt per Ecclesiam determinata ut fide tamen tenenda, ut dicit Augustinus in secundo libro de baptismo: Et per consequens prædictorum oppositum pertinaciter affirmans, hæreticus est habendus: Et in probationem huius, hæreses recollecte, & hæretici nominati sunt. 2. 4. q. 3. cap. Quidam hæretici. Nam quidam eorum suis hæresibus contradicunt fidei articulis: quidam sacris scripturis, uidelicet libris prædictis canonicis: quidam

quidam sacris canonibus, & declarationibus per Ecclesiam factis ut fide tenendis: quare concluditur quo ad primum, q̄ habere alicuius istorum trium errorem in mente, facit hæreticum initiatiue & dispositiue.

7 Loquendo uero & de secundo, quæ scilicet est illa pertinacia in uoluntate, quæ habentem errorem illorum, quæ sunt fidei, in mente, facit hæreticum perfectiue & cōpletiue, declaratur ex uerbis beati Thomæ: ubi prius, q̄ aliquis dicitur habere pertinaciam in uoluntate duobus modis, siue in duobus casibus.

8 Primus est, quādo à iudice fidei quis uocatus, utpote à domino nostro Papa, uel eius inquisitore ab eo delegato, seu ab ipso Episcopo ordinario, informatur ab eodem iudice, & clare ad oculum sibi ostenditur, q̄ illud, quod tenet, est contra articulum fidei, uel prædictam scripturam, uel determinationem Ecclesiæ ut de fide factam: & nihilominus perseuerat in suo errore, tunc pandit clare se habere pertinaciam in uoluntate. Secundus casus est, & magis pertinaciæ ostēsiuus, quādo quis post deprehensionem sui erroris, ad mandatum iudicis fidei antedicti non uult ab eo errore resiliire, illum abiurando, & satisfactionem congruam exhibendo. Iste casus patet clare extra de hæret. cap. Ad abolendam. §. præsentia. Quare cōcluditur quoad secundum, quod habere pertinaciam in uoluntate illorum quæ sunt fidei, quorum habet errorem in mente, facit hæreticum cōpletiue.

9 Ex quibus liquet clare, quod proprie hæreticus est ille, qui habet eorum quæ sunt fidei, errorem in mēte, & pertinaciam in uoluntate: quod clare ostenditur, quando post deprehensionem erroris ea renuit abiurare.

COMMENT. LVII.

Postquam superiori questione docuit quot modis possit quis uocari hæreticus, inter quos, ut monui, nonnulli sunt improprij, nunc exactissima diligentia demonstrat, quis uere & proprie hæreticus dicatur, repetens fontes & initia unde hæresis error oriatur.

Quot requiratur, ut quis dicatur hæreticus.

a ¶ Ad hanc respondemus, quod duo sunt quæ faciunt aliquem hæreticum. Sed huic dicto uidetur aduersari communis Theologorum & Canonistarum sententia, qui ad minus tria postulāt, ut quis uere & proprie hæreticus dicatur: primum ut fidē catholicam sit professus, id est, ut sit baptizatus: alterum, error in intellectu eorum quæ fidei sunt: tertium, pertinacia in uoluntate. Alfonso Castrius lib. 1. cap. 7. de iusta hæret. punitio. Tabienfis in sum. uerbo, hæreticus. nu. 1. uerfi. unde ad hoc quod proprie, & copiosius ibidem. §. 3. num. 26. uerfi. uigesimo quinto notandum, quod hæresis, Simancas de cathol. instit. tit. 3. 1. num. 4. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 2. nu. 2. ubi quinque dicit exigī, quæ ad hæretica reduci possunt. Conarruuias lib. 3. ca. 1. num. 2. uaria. resolut. uerfi. hinc sane deducitur. Conradus Brunus lib. 1. c. 2. de hæret. Antoninus in sum. par. 2. tit. 12. cap. 5. §. 1. Ioannes Roias tract. de hæ-

A ret. par. 1. num. 40. cum sequent. Melchior Canus lib. 12. c. 8. de locis Theologicis, & alij quos libens omitto, quæ non inepre inferri possunt ex beato Thoma 2. 2. q. 11. art. 2. ex cuius sententia optime colligitur hoc loco Eymericus, initium hæresis proficisci ex errore intellectu, seu mentis: complementum uero esse à pertinacia, qua quis obdurato animo repugnat ueritati catholica obediare.

Ceterum quamuis primum illud requisitum ad cōstituedum hominem hæreticum omiserit Eymericus, non est reprehendus: quia id supposuit uelut manifestum: exploratissimum enim est apud eruditos, neminem posse esse uere & proprie hæreticum, nisi sit prius per baptismum Christianam religionem professus.

b ¶ Nam ad fidem quædam pertinent directe, quædam indirecte. Idem tradidit Eymericus par. 1. q. 7. & q. 12. hic uero occasione nouæ disputationis repetiuit. Hæc paucis mutatis, sententia tamen prorsus eadem seruata, transtulit hinc in suam summam Tabienfis uerbo, hæreticus. §. 2. 5. nu. 26.

c ¶ Hoc est quæ in Biblia continetur. Biblia plurimi numero per excellentiam dicuntur libri sacri seu canonici, quorum auctor est Deus, de quibus dixi supra hac parte super q. 23.

d ¶ De quibus libris dicit Augustinus in epistola ad Hieronymum. Habetur hæc epistola in 2. tomo operum diuini Augustini, estque epistola nu. 19. et quoniam sepe meminit Eymericus huius loci, quæ truncatum sepe citat ex Gratiano cap. ego solus. dist. 9. placuit ex ipsius Augustini fonte integrum referre. habet autem ita: Ego enim fateor charitati tuæ, solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellentur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam: Ac si aliquid in eis offendero litteris, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud quam uel mendosum esse cōdicem, uel interpretem non assecutum esse quod dictum est, uel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque prepolleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi uel per illos auctores Canonicos, uel probabili ratione, quod à uero non abhorreat, persuadere potuerūt. hæc ille.

e ¶ Quia in dictis libris canonicis uidentur cōtineri. Ita emendari contra omnes. nam in Bononiensi & Sabellano, Canonibus legebatur, in codice Cardinalis de Gambaria Canonibus, sed perperam, ex quibus nulla constabat sententia, sensus autem huius loci est: Quæ sunt per Ecclesiam definita ut de fide tenenda, ad fidem pertinent, quia in dictis libris canonicis uidentur contineri. nam licet expresse non contineantur in ipsis libris sacris, tamen Ecclesia definiendo aliquid, auctoritate librorum sacrorum nitebatur, quorum auctoritas, ut dixi super q. 23. huius partis, necessarium prebet argumentum ad definiendum ea, quæ fidei sunt.

f ¶ Et per consequens prædictorum oppositum pertinaciter affirmans hæreticus est habendus. Idem dixi supra q. 2. Nihilominus tamen multis alijs modis aliquis dici potest uere & proprie hæreticus

Q V A E S T I O XXXIII.

De hæreticis tum manifestis tum secretis.

S U M M A R I U M.

- 1 Manifesti hæretici quinam dicantur.
2 Et qui secreti.



Rigefimatertia quæstio est. Hæretici manifesti & secreti, qui & quocumque modis dicendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, q̄ istam quæstionem proposuerunt canonici seu capitulum Sedis Ecclesiæ Tholosanæ domino Innocen. Papa III. quibus respondet per hæc uerba, ut patet extra de uerborum significatione, libro 5. cap. super quibusdam. ubi sic dicitur: Super quibusdā mādatorū articulis: Et infra. Tua deuotio postulauit à nobis, qui sint dicendi hæretici manifesti. Super quo tibi duximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem catholicam publice prædicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem, uel qui coram prælatiis suis conuicti sunt, uel confessi, uel ab eis sententialiter cōdemnati super hæretica prauitate.

† Dicitur, eorum, dicitur in antiquis codicibus. Grego manis.

2 Hæretici uero secreti per oppositum dicendi sunt, qui eorum, quæ sunt fidei, habent errorem in mēte, & proponunt habere pertinaciā in uoluntate: sed tamen uerbo, uel facto exterius, nō ostēdunt.

COMMENT. LVIII.

Hæretici manifesti. De hæreticis manifestis agunt Hostiensis, Zabarella, Panormitanus, Antonius de Butrio, & cōter canonice in c. super quibusdam. extra de uerbo. signif. Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorum lib. 1. c. 12. Repertorium Inquisitorum uerbo: hæreticus. §. quis dicatur hæreticus manifestus. & copiose Arnaldus Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 29. Locutus in opere iudiciali uerbo, hæreticus. nu. 24. & alij.

De hæreticis manifestis qui dissident.

Nec indiget longa disputatione tractatio hæc de manifestis hæreticis, qui scilicet manifesti dicantur, cum Romanus Pontifex id aperte definerit in dicto cap. super quibusdam. de uerbor. signif. quod adducit hic Eymericus: Et summa est, quinque uel sex modis dici posse aliquem hæreticum manifestum.

Primo, is intelligitur manifestus hæreticus, qui cōtra fidem catholicam publice prædicat, quod potest contingere multis modis, ut docet Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 29. nu. 8. & seq.

Hæretici manifesti qui & quocumque modis dicantur.

Secundo, hæreticus manifestus accipitur ille, qui profiteatur errorem hæreticorum fidei contrarium: talis enim professio à uoluntate firma solet procedere, quare non est mirum, si inter manifestos hæreticos cōputentur, & pertinaces etiam cōsentantur, qui hæreticales profitentur errores.

Tertio, uocatur hæreticus manifestus, qui uel suum proprium, uel aliorum hæreticorum defendit, siue uictur errorem. imo uero qui aliorum defendit

icus, ut dixi supra super quæst. 2. huius 2. partis. nisi dicamus illos omnes ad hos tres posse reduci.

Nemo hæreticus sine pertinacia.

¶ Loquendo uero de secundo, quæ scilicet est illa pertinacia in uoluntate. ¶ Pertinaciam requirit in uoluntate, ut quis uere & proprie hæreticus dicatur. communis est Theologorum & Iurisperitorum sententia, ut probant fere omnes, quos citauimus huius commentarij, & colligitur non obscure ex uerbis beati Thomæ in sum. par. 1. q. 32. art. 4. ibi: Et circa hæc opinari falsum, hoc ipso inducit hæresim: maxime si pertinacia adiungatur. Idem scribit ibidem Bartholomæus Torres Episcopus Carinensis. & iterum diuus Thomas 2. 2. quæst. 11. art. 2. ad 3. argumentum. Simancas de cathol. instit. tit. 48. num. 1. Alfonso Castrius lib. 1. cap. 9. de iusta hæreti. punitio. Locutus in opere iudiciali, uerbo, hæreticus. num. 18. & copiose Albertinus tract. de agnos. assertio. quæst. 29. & alij, quos in refacili omitto libenter.

Quid sit pertinacia, & quis pertinax.

Est autem pertinacia finitima perseuerantia: quia utraque in rebus cæpijs, persistit: sed, perseuerantia occupatur in bono, pertinacia uero in malo. ita Alfonso & Simancas præcitatis locis.

Pertinax uero est, quid temere perpendit, quod debet dimittere, ut indicat Melchior Canus lib. 12. cap. 9. de locis theologicis, uerfi. at quid pertinacia sit. uel pertinax est qui persistit in errore, quem sub reatu mortalis culpæ deserere tenetur. Ita Alfonso lib. 1. cap. 9. in principio, de iusta hæreticorum punitio. quæ uero ad hunc locum attinet de pertinacia & peruinacia in causa hæresis copiose, subtiliter, & eleganter more suo explicat Melchior Canus loco proximo citato.

Quot modis quis detegatur pertinax.

¶ Quod aliquis dicitur habere pertinaciam in uoluntate duobus modis. Hi duo modi hoc loco ab Eymericis relati generales sunt, sub quibus forte multi alij possunt contineri, quibus pertinacia male credentium non obscure detegitur: neque his solum modis quis dicitur pertinax: nam Gerson par. 1. operum suorum tractatu quodam de pertinacia alios numerat. & glossa in errauanti Ioan. xxij. incipiente, Cum inter nonnullos, de uerb. signif. uerbo, pertinaciter, il primo, septem recenset. & Turrecrenata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 16. recenset uiginti pertinacia modos, quos repetit Alfonso Ghernerus in thesauro religionis Christianæ, tit. de hæret. num. 20. cum seq. adde Albertinum tract. de agnos. assertio. quæst. 3. num. 13. & seq. & copiosius eodem tract. q. 30. ubi sese recenset 19. modos conuincendi aliquem de pertinacia. & multos etiam refert Simancas de cathol. instit. tit. 48. num. 7. & sequentibus.

Cum uero hic Eymericus dicit duobus modis quæpiam habere pertinaciam in uoluntate, perinde est ac si diceret, duobus modis detegi lateantem uoluntatis pertinaciam, de quibus uide quæ dixi supra par. 1. super quæst. 12. uerfi. si autem negat coram iudice fidei. ubi ostendi ueram esse hanc EymERICI doctrinam, & monitioni Inquisitorum in causis fidei necessario parendum, cum sufficienter ostendunt aliquid catholicæ fidei repugnare, & hæreticum dogma esse.

dit errorem catholicę fidei inimicum damnabilior est eo, qui errat, nec hæreticus solum, sed etiam hæretic...

Quarto, is quoque inter manifestos hæreticos numerandus est, qui coram prælatis seu iudicibus fidei, Episcopis videlicet, aut Inquisitoribus iudicialiter conuictus est de hæretica prauitate...

Quinto, manifestus hæreticus etiam dicitur, qui coram fidei iudicibus heresim iudicialiter cõfiteatur, ex qua confessione fit manifestum & notorium, talē consistentem habuisse errorem in mente cum adhesionē voluntatis manifestum enim etiam est quod constat in iudicio per confessionem, ut in dicto c. cũ olim, de verb. signif.

Sexto & postremo dicitur aliquis manifestus seu notorius hæreticus, qui per eosdem iudices ecclesiasticos condemnatus est de heretica prauitate; sententia. n. iudicis notorium facit, cap. vlt. de temp. ordi. l. emptorem. ff. de actio. em. & vend. & notat gloss. in dicto cap. cũ olim, de verb. signif.

Atque ex his innotescit qui sint heretici manifesti, cuius rei notitia multas utilitates parere potest, in quibus illa vna est non spernenda, ut cum caueatur vel sancitur per leges vel statuta, ut manifesti heretici expugnentur, intelligatur quid nomine manifestorum hereticorum sit accipiendum.

Hæretici vero secreti per oppositum, &c.] De hæreticis secretis alibi dicitur copiosius, quorū tractatio non potest breuiter absolui, ut perfecte intelligatur.

Q V A E S T. XXXIII.

De hereticis affirmatiuis, & negatiuis.

S U M M A R I U M.

- 1 Heretici affirmatiui qui censentur:
2 Et qui negatiui.
3 Heretici negatiui, ut impenitentes condemnandi sunt.



Rigefimaquarta questio est: Hæretici negatiui, & affirmatiui, qui dicendi sunt?

Ad hanc respondemus, quod hæretici affirmatiui dicti sunt, qui habent eorum quæ sunt fidei, errorem in mente: & verbo uel factō ostendunt, se modis prædictis habere pertinaciam in voluntate.

Negatiui vero hæretici dicti sunt, qui coram iudice fidei per testes legitimos de aliqua heresi, uel errore, quos nolunt, uel non possunt repelere, rite siue iuste conuicti sunt: sed non cõfessi,

immo in negatiua constanter perseverant: uerbo fidem catholicam profitentur, & detestantur etiam verbo hereticam prauitatem.

Hi enim quamdiu in huiusmodi negatione persistunt, licet aliàs conuersationem bonam præterdant, hæretici absque dubio sunt censendi: Euidenter nanque impenitentes est, qui peccatū, de quo conuincitur, diffidetur. Et hæc est sententia Hostien. in summa, titulo de hæret. s. qua liter deprehendatur quis in heresim. ubi dicit sic: Aduerte tamen sane intelligendo, quia uocatus, aut confitetur errorem suum, aut negat, si confitetur. & infra. Si autem negauerit, & conuictus fuerit, condemnari debet per ecclesiasticum iudicē, ad quem illud pertinet, ut dicitur eod. tit. Ad abolēdam. respon. 1. & s. 1. & notat infra eo. tit. s. qualiter deuitetur, & hoc præsentibus potestatis secularibus, uel eorum baliuis, ut animaduersione debita puniatur, ut eo. tit. Excommunicamus itaque. responso. 1. in hæc Hostien. de hoc plus infra parte tertia.

Si de secundis factis sit sermo, uera mihi uidetur sententia eorum qui dicunt, contra eos qui talia committunt sponte, posse procedi uelut contra hereticos, quamuis de intentione eorum formaliter non constaret: quoniam interpretatione, siue iuris presumptione intentio infidelitatis in illis actibus concurrat. ita Albertinus & uere præcitatū locis: nam cum factum superte natura est damnatum & malum, præsumitur mala intentione factum. l. si non conuicti. C. de iniurijs. ca. 1. de presumptio. optime Panormitanus in c. cum te. nu. 29. de re iud. & in c. ad hęc. 1. num. 3. de appellatio. facit textus in l. nam ludus. & l. item Melaf. ad l. Aquilium. at que de his factis credere etiam posse hunc Emerici locum intelligi, dum dicit, hereticos affirmatiuos ex factis posse deprehēdi. nam hæc quoque facta pro manifesta probatione habentur, cum ex eis oriuntur iuris præsumptiones: legum autem præsumptiones ueræ & propriae probationes dicuntur. l. si in fine. ff. de probat. l. ason. in l. 1. nu. 9. C. de testamen. milit. & in l. licet Imperator. nu. 8. ff. de legat. 1. Et Archidiaconus in cap. quicum que. de heret. lib. 6. vers. credentes. optime ait ea iudicia sue facta, quæ ad bonum reos queri nō possunt, nec ad aliud nisi ad illud quod expressè indicant, probationibus habenda esse: & ideo perspicue uocantur insidia, l. dolum. C. de dolo.

COMMENT. LIX.

Ad hanc respondemus, quod heretici affirmatiui dicti sunt, &c.] Idem per omnia auctor Repertorij Inquisito. verbo, hæreticus. s. hereticus affirmatiuus. & Campegius apud Zanchinum trac. de heret. c. 12. & Umberius Locatus in opere iudiciali uerbo, hereticus. n. 24. vers. horum etiam hereticorum. & alij. Est autē optima descriptio heretici affirmatiui, & in his iudicandis Inquisitores, aut nullam, aut per exiguam habent difficultatem, cum eorum delicta statim se sensibus insinuent.

Et uerbo, uel factō ostendunt se modis prædictis habere pertinaciam in uoluntate. Multum sunt notanda hæc uerba: et uerbo, uel factō, quibus non obscure uidetur indicare Emericus affirmatiuos hereticos dici posse, non modo ex uerbis, uerum etiam ex factis, quasi facta interiorum animi credulitatem & intentionem præ se ferant. l. 1. s. diuus Adrianus. ff. ad l. Corneliā. de sicar.

Grauiissima autē est & ualde anceps hæc questio: An is sit puniendus ut hereticus, qui facta heretica committit, quam tractat Albertinus tract. de agnos. assert. q. 32. n. 17. & q. 34. n. 53. & q. 36. n. 18. & latissime Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. n. 276. & multis sequentibus.

Ac primum quidem plurimum refert intelligere, an quis sponte, uel coacte facta heretica commiserit. Si per coactionē & metum fecit, quid sit sentiendum copiose docui supra par. 1. super q. 9. quod non est hic iterum inutiliter repetendum.

Si uero sponte quis facta heretica committat, ut intelligatur, quando in eum uelut in hereticum sit procedendum, facta distinguenda sunt. Quaedam enim sunt facta ex quibus uolenti oriuntur suspensiones, ut cum quis de heresi infamatus, aut suspectus tempore mortis petit consolationem ab hereticis iuxta consuetudinem eorum, & similia de quibus diximus infra par. 3. tit. de signis quibus diuersarum

farum se illarum heretici cognosci possint, atque hæc si quis committat presumptione iuris & de iure contra quam non admittitur regulariter probatio, confetur hereticus, & habere presumitur pertinaciam in uoluntate, de quibus potest uere hic locus accipi.

His factis proxima sunt illa, in quibus error exprimitur manifeste. Si de secundis factis sit sermo, uera mihi uidetur sententia eorum qui dicunt, contra eos qui talia committunt sponte, posse procedi uelut contra hereticos, quamuis de intentione eorum formaliter non constaret: quoniam interpretatione, siue iuris presumptione intentio infidelitatis in illis actibus concurrat. ita Albertinus & uere præcitatū locis: nam cum factum superte natura est damnatum & malum, præsumitur mala intentione factum. l. si non conuicti. C. de iniurijs. ca. 1. de presumptio. optime Panormitanus in c. cum te. nu. 29. de re iud. & in c. ad hęc. 1. num. 3. de appellatio. facit textus in l. nam ludus. & l. item Melaf. ad l. Aquilium. at que de his factis credere etiam posse hunc Emerici locum intelligi, dum dicit, hereticos affirmatiuos ex factis posse deprehēdi. nam hæc quoque facta pro manifesta probatione habentur, cum ex eis oriuntur iuris præsumptiones: legum autem præsumptiones ueræ & propriae probationes dicuntur. l. si in fine. ff. de probat. l. ason. in l. 1. nu. 9. C. de testamen. milit. & in l. licet Imperator. nu. 8. ff. de legat. 1. Et Archidiaconus in cap. quicum que. de heret. lib. 6. vers. credentes. optime ait ea iudicia sue facta, quæ ad bonum reos queri nō possunt, nec ad aliud nisi ad illud quod expressè indicant, probationibus habenda esse: & ideo perspicue uocantur insidia, l. dolum. C. de dolo.

Ac de his proculdubio factis est etiam accipiēda sententia eorum qui autumant, eum uelut negatiuum tradendum esse curia seculari, qui factum hereticale confitetur, prauam autem intentionem negat: de quo articulo nihil nunc statuo: est enim per difficultis, nec nostrę breuitatis, de quo latissime Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. nu. 276. & multis seq.

Iam hoc est diligentissime obseruandum, quod quæuis ex his factis iudicium iuris præsumatur heresis, uel apostasia, nihilominus tamen cum ea presumptio solum sit presumptio iuris, aduersus eam probatio in contrarium admitti poterit, iuxta doctrinam Bartoli, Iasonis, & aliorum in l. licet. ff. de leg. 1. & dixi plene infra in hac 2. parte, super quest. 55. nam qui demones adorant, aut ob amorem, aut ob cupiditatem habendi thesauros, se fecisse dicere poterit: & qui ceteros ritus infidelitatis parauit, ob cōmoda tēporalia id fecisse dicere poterit absque ullo mēris errore: quamuis, ut uerum fatear, difficulter hæc possunt persuaderi, nec iudices debent huiusmodi excusationes admittere nisi cum exquisitissima considera-

tionem: quis enim facile credat a uolente & non coacta hæc absque errore mentis fuisse perpetrata? Sed uideamus quomodo recipi debeant, qui facta hæc heretica & apostatica committunt, & ommissa nunc longa, ac nimis exquisita disceptatione, in his recipiendis, ac reconciliandis usu sacri & supremi tribunalis hæc praxis recepta summo iudicio esse uideatur: si committentes talia facta sponte comparēt, & dicant se non credidisse ita faciendum esse, sed fidem in corde retinuisse, tunc abiurant ut uehemēter suspecti, & alię penitentia saluare ipsi imponuntur. Quod si dicant & fecisse & ita faciendum credidisse, abiurant tunc ut formaliter heretici uel apostate, & grauius puniuntur, maxime si sponte, aut nullo indulto metu, aut leui metu incusso heretica uel apostatica facta commiserunt.

Quod si non compareant sponte, & confitentur facta heretica uel apostatica, prauam autem intentionem negant: tunc super intentione torquentur, ut intelligatur, an uerua ita crediderint necne: & si post torturam legitime adhibitam in negatiua persistunt, dicentes se non habuisse prauam intentionem, tunc similiter abiurant ut uehemēter suspecti. & uerisimile sit eos non habuisse prauam intentionem, qui per grauem metum talia commiserunt. Si uero intentionem prauam, seu mentis errorem confitentur: tunc tamquam formales heretici uel apostate abiurare compelluntur, si reuertī uelint ad Ecclesia Catholica unitatem: & graues item penitentię illis imponuntur.

Ceterum ut grauius uel mitius puniantur, consideranda est qualitas metus illati, & personę delinquentis, an inuenis uel uir: an doctus uel imperitus, an laicus uel clericus seu religiosus, & similes circumstantię, quę delicta solent minuire, uel aggravare.

Sane illi, qui cum non sponte uenerint, confessi fuerint prauam intentionem, & mentis errorem, si reuertī uoluerint, postquam heresim uel apostasiam abiurauerint, de iure ad perpetuum carcerem sunt damnandi. cap. excommunicamus. ol. 2. s. Si qui autem, extra de heret.

Iam si de illis factis sit sermo, in quibus nihil apparet de ritu infidelitatis, quāuis ex illis suspicio heresis oriatur, at tamen nec heresis, nec hæreseos credentia inde nascitur, & ob id in eos, qui talia facta committunt, non poterit procedi tanquam contra hereticos, aut hereticorum credentes, sed solum tanquam contra suspectos; cum ea facta interdum parentur ex affectione carnali, interdum precibus amicorum, interdum uero pecunia interueniente, ut optime docuit Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores. q. 9. quem per omnia sequitur Emericus. par. 2. q. 50. nu. 4. ubi scripsimus cumulate.

Et ex hac accurata factorum distinctione, quæ a paucis fortassis tam dilucide tradita est, potest facile intelligi qualis heresis suspicio a delinquentibus, & committentibus hæc, uel illa facta contrahatur, præsertim cum sponte ea committunt, ut dixi.

Negatiui uero heretici, &c.] De negatiuis hereticis agunt illi, quos initio huius commentarij citauit. item Repertorium Inquisitorum uerbo, negatiua. et Simancas de catho. iustit. tit. 48. n. 2. s. in-

Quid confiteatur intelligere qui heretici manifesti.

Facta secūdi generis, in quibus error exprimitur manifeste.

Facta tertii generis, in quibus non inuenitur ritus infidelitatis.

An qui facta heretica committit, sit puniendus ut hereticus.

Facta ex quibus oriuntur suspensiones.

Committentes facta heretica seu apostatica, qualiter reconciliantur. Vide Ioan. Rojā tract. d. hære. p. 1. n. 108. & seq.

super omnes illi, quos longa serie retuli apud Eymericum 3. par. super 12. modo processum fidei terminandi. num. 207.

Negatiui heretici difficultatet cognoscuntur.

In his autem cognoscendis & iudicandis grauis est difficultas. nam cum hi negent, contra vero testes dicta vel facta eorum contra eos afferunt; non facile potest iudicium exerceri: qua tamen ratione horum cause tractari debeant ne quid iniustum, aut incautum committatur, prudentissime & plenissime more suo docet Eymericus 3. par. in 12. modo processum fidei terminandi, nu. 207. & sequentibus, ubi dicemus copiose.

Hi enim quandiu in huiusmodi negatione persistunt, & c. idem repetiuit Eymericus 3. par. in 12. modo processum fidei terminandi, ubi nos plenissime ostendimus hanc sententiam esse veram esse & communi voto receptam. quam praeter cetera probat euidenter concilium Biterrense cap. 9. & concilium Narbonense c. 26. neque huiusmodi negatiui excusantur per protestationem quo minus tradi debeant curia seculari, vt precipito loco ostendimus.

Sed in hac quaestione illa est praecipua difficultas dirimenda, quam a paucis & nobilibus in hac causa tractatam video: An illi negatiui dici possint, qui de dictis vel factis hereticalibus, vetustis tamen & diu commissis conuincuntur, aut potius in his obliuio sit praesumenda: nam si obliuio praesumatur, non censetur negatiui, cum proprie ea dicamur negare que recordamur, & propterea non tradentur curiae seculari. Quae hanc frequens est & valde vitilis, & maximi in primis momenti, cum de vita hominis agatur, totaque pender ab illa altera difficultate, quae toto tempore praesumatur induci obliuio.

In his ergo breuiter more nostro certiora tradentes, primum statuendum est, in arduis & horrendis factis non esse praesumendam obliuionem: nam vt Plinius affirmat, in rebus arduis non leditur, aut alteratur memoria. Aymo consil. 134. nu. 21. Mafucrus apud Iasonem in l. seruus. C. de seruis fugit. quod expresse cautum inuenio instruct. quadam Hispanen. anno MCCCLXXXIII. c. 13. ibi: En actos graues y señalados, en los quales no se presume obliuio. id est, in factis grauib; & insignibus, in quibus non praesumitur obliuio. quamobrem si quis Lutherianorum more templa sacra diruisset, aut deluisset imagines Sanctorum, aut hereticas propositiones ex proposito predicasset, aut scripisset, tamen si longum tempus post hec facinora transiisset, non excusaretur dicens se oblitum esse, quominus velut negatiuus hereticus esset tractandus: nam in factis huiusmodi proprijs non est facile credenda obliuio, quamuis alias etiam spatio aliquot annorum in facto proprio inducta praesumatur. l. si arbiter. ff. de probat. l. 3. s. dua autem. ff. de Carbo. edicto. l. peregre. ff. de acq. possess. Grammaticus decif. 60. incipien. in causa excellentis. nu. 7. & seq. atque hoc ipsum puro statuendum in factis, aut dictis solitis & consuetis, licet ardua non sint: nam nec in his praesumenda est obliuio. Idem sentias de factis semper comitantibus delinquentem, vt si quis libenter passus sit se circumcidi, & de hoc conuincatur, non poterit opponere obliuionis exceptionem.

In ceteris vero causis, quae insignes & arduae non

sunt, quantum tempus exigatur ad hoc vt obliuio inducta praesumatur, non satis conuenit inter Doctores: nam multi in l. si de eo. ff. de acq. possess. & in l. furtum. ff. de vsucap. & in l. licet. vbi Bald. & Ang. C. de acq. possess. & Bar. in l. ex consensu. S. eum qui. de appell. per decennium induci obliuionem autumat. Innoc. in c. 2. de restit. in integrum. & Bal. in l. seruus fugitiuum. C. de seruis fugitiuis. non re quiri decennium ad inducendam obliuionem putant, nullum tamen tempus taxant. Sed Accur. in d. l. furtum. verbo, vel longo. & Inno. in c. querelam. de electio. & Saly. in d. l. seruus fugitiuum. C. de seruis fugit. & Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua. & Cynus in l. 1. C. vbi causa stat. & alij afferunt hoc arbitrio iudicantium esse relinquendum: & hanc opinionem vocat magis communem Iason in d. l. seruus fugitiuum. C. de seruis fugit. nu. 46. quem sequitur Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. nu. 90. & seq. quia quando tempus non est a iure praesumitum, id iudicantis arbitrio relinquatur, inspectis personarum & causarum circumstantijs. l. 1. ff. de iure delibere. Tiraqueillus in l. si vnquam. verbo, omnia vel partem aliquam, nu. 51. & sequen. C. de reuocan. donatio.

Ego ab hac communi sententia non recedo, nihilominus tamen hoc monendum diligentissime & perspicendum exillimo, quoniam res grauis est, & de vita hominis agitur, vt inquisitores cuncta rimentur, pendantque negotij seu delicti qualitatem: in primis vero delinquentis ingenium & naturam. sunt enim multi suapte natura obliuiosi & stupidi, sunt alij memorosi & factorum, ac doctorum tenaces, vnde in illis minori tempore praesumatur obliuio; nec propterea iudicabuntur negatiui, in his vero difficultus memoria lapsus creditur, ideoque si negent hereses de quibus conuincuntur, non facile se tuebuntur, obliuionem allegando.

Ex his possumus colligere quid sit respondendum ad perdifficilem illam quaestionem: An sit negatiuus censendus, ac velut diminutus constiens & pertinax damnandus, qui vel omnes hereses, de quibus conuincitur, vel omne delicti tempus, vel omnes complices non reuelat: nam si hec recentia sint, in quibus non facile praesumatur obliuio, tanquam diminutus constiens & impenitens damnari poterit: secus autem erit agendum, quotiens quaedam in his erunt paulo antiquiora & vetustiora, quae facile a memoria reuocasse credantur: vel si aliqua alij cause subsint, vt grauis infirmitas, lesio capitis, negotia plurima, vel alia, ex quibus praesumi possit obliuio, ut luculenter & vere ostendit Thomas Grammaticus in praedicta decif. 60. num. 7. verisimile enim est, eum qui quaedam hereses fatetur, & eas grauiorcs, & quosdam complices reuelat, praesertim si coniunctos & amicissimos, cetera etiam fuisse dicturum si recordaretur, ita sentire videtur Simancas de catho. instit. tit. 48. num. 28. & Ioannes Rojas tractat. de heret. par. 1. assertio. 22. quorum sententia & aequissima, & omnino tenenda mihi uidetur.

Contra vero his uelut diminutus constiens & negatiuus tradendus esset curiae seculari, qui non fatetur omnes errores hereticos, de quibus esset conuictus per testes omni exceptione maiores, si illi adeo recentes, aut graues essent, quorum uerisimiliter

In factis uel dictis non arduis, quanto tempore praesumatur id est obliuio.

Tho. Grammaticus cōf. 47. incip. In cō honorabilitate n. 20. ait l. c. ste cadere obliuioē spatio duorum annorū & c. minorū.

An sit negatiuus uel diminutus constiens, qui vel omnes hereses, vel omne delicti tempus, vel omnes complices non reuelat.

similiter non posset credi oblitus: nam falsa penitentia est, cum de omnibus peccatis non agitur, nec licet dimidium sperare veniam. c. quem penitet. de penit. dist. 1. c. omnis. extra de peniten. & remissio. Simancas in Enchyridio. tit. 61. num. 4. Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. assertio. 21. cetera huc spectantia facile nunc omitto, alibi fortassis commodius traditurus.

QVAESTIO XXXV.

De causis, ex quibus in genere aliqui dicantur haeretici.

SUMMARIUM.

- 1. Trias in genere credenda sunt, & quae.
2. Haereses in triplici sunt genere.
3. Haeretici uel sentiunt contraria articulis fidei.
4. Vel contra sacram scripturam.
5. Vel contra definitionem Ecclesiae de fide.

Rigesima quinta quaestio est: Haeretici a, ex quibus & quot casus in genere sic dicendi sunt?

Ad hanc respondemus, quod dictum est supra in prima parte. q. 12. & in hac secunda. q. 32. Credenda sunt in genere tria, scilicet articuli fidei, libri canonici, & constitutiones, seu canones ab Ecclesia decreti vt fide tenendi.

Et per oppositum hereses sunt in triplici genere, scilicet uel obuiant fidei articulis: uel libris canonicis: uel constitutionibus per Ecclesiam factis ut de fide tenendis.

Et consequenter haeretici sunt, quicumque sint ex causis tribus in genere, scilicet uel quia defendunt errorem, qui est directe contra articulos fidei: vt de fidentes Spiritum sanctum non procedere ab utroque, uidelicet Patre & Filio: quod est contra illud, quod dicitur in symbolo Patrum, ubi dicitur: Qui ex Patre Filioque procedit.

Vel quia defendunt errorem, qui est directe contra scripturam sacram, seu libros canonicos: vt defendentes mundum non incepisse, sed aeterno fuisse: quod est contra illud quod dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus caelum & terram.

Vel quia defendunt errorem, qui est directe contra constitutiones per Ecclesiam factas vt de fide: vt defendentes vsuram non esse peccatum: quod est contra c. Ex graui. in Clemen. de vsuris, seu quod Christus cum Apostolis nihil habuit in proprio uel communi, quod est contra extrauagantem Domini Ioan. xxij. Cum inter. Quae capitula sunt de creta vt fide tenenda, vt patet ibidem.

COMMENT. LX.

Haeretici ex quibus & quot causis, & c. Materiam huius quaestionis copiose tractauimus supra in hac 2. parte, super q. 2. ubi tradidimus plures generales regulas, ad dignoscendum ex quot

capitibus seu causis possit aliqua propositio dici haeretica, siue homo haereticus; de quo item argumento agunt luculenter Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 9. & multis seq. Melchior Canus lib. 12. cap. 7. de locis Theologicis, & Arnaldus Albertinus tract. de agnoscent. asser. q. 5. et alij. quare ne actum agere uideamur, satis sit hac admo- nuisse lectorem.

QVAESTIO XXXVI.

De haeretico damnato in toto iure canonico.

SUMMARIUM.

- 1. Haeretici damnati, de quibus in Decretis.
2. Haeretici, de quibus in Decretalibus fit mentio.
3. Haeretico damnato in extranag. Quia uir.

Rigesima sexta quaestio est: Haeretici a per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in iure canonico; qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod quidam haeretici apparent condemnati ex Decretis: quidam ex Decretalibus: quidam ex Extrauagantibus.

De haeretico condemnato in Decretis.

Ex decretis, dist. 15. & 24. q. 3. c. Quidam autem haeretici habentur isti. Simon magus, a quo Simoniani. Basilides, a quo Basilidiani. Nicolaus Diaconus, a quo Nicolaitae. Gnostici. Carpocrates, a quo Carpocratiani. Cerinthus, a quo Cerinthiani. Nazareus. Ophites. Valentinus, a quo Valentiniani. Appelles, a quo Apellitae. Archontiaci. Adamiani. Cainiani. Sethiani. Melchisedechiani. Angelici. Apostolici. Cerdon quidam, a quo Cerdoniani. Marcion Stoicus, a quo Marcionites. Artotyritae. Aquarii. Seuerus, a quo Seueriani. Tatianus, a quo Tatiani. Alogij. Cataphrygi. Cathari. Paulus Samosatenus, a quo Pauliani. Hermogenes, a quo Hermogeniani. Manes, a quo Manichaei. Antropomorphitae. Hieracha, a quo Hierachitae. Nouatianus Romae urbis presbyter, a quo Nouatiani. Montani. Hebion, a quo Hebionitae. Photinus Syrmii Episcopus, a quo Photiniani. Aerijs, a quo Aeriani. Aetius, a quo Aetiani: Iique Eunomiani ab Eunomio dialectico Aetii discipulo. Origenes, a quo Origeniani. Noetus, a quo Noetiani. Sabellius, a quo Sabelliani. Arius Alexandrinus presbyter, a quo Ariani. Macedonius Episcopus, a quo Macedoniani. Apollinaris, a quo Apollinaritae. Antidicomarite. Metangimoniae. Patritius, a quo Patritiani. Colluthus, a quo Colluthiani. Florinus, a quo Floriani, seu Floriniani. Donatus, a quo Donatistae. Bonosus Episcopus, a quo Bonosiani, seu Bonosiaci. Circuncelliones. Priscilianus

lianus, à quo Priscillianista. Lucifer Sardiniae Episcopus, à quo Luciferiani. Iovinianus Monachus, à quo Iovinianista. Heluidius, à quo Heluidiani. Paternus, à quo Paterniani. Arabici, quia de Arabia. Tertullianus Africanus presbyter, à quo Tertullianista. Telsarescaedecata. Nyctages. Pelagius Monachus, à quo Pelagiani. Nestorius Constantinopolitanus Episcopus, à quo Nestoriani. Sabbatius. Celsestius. Eustathius. Iulianus Celanensis. Celsestinus. Maximinus. Maximus. Vnicus. Lampetius. Eutyches. Petrus, alius Petrus. Acacius. Eutyches Constantinopolitanus abbas, à quo Eutychiani. Acephali. Theodosius Alexandria Episcopus, à quo Theodosiani. Gaius Alexandria Episcopus, à quo Gaiantē. Agnoite. Tritheite.

Hæretici in Decretalibus condemnati.

1 Ex Decretalibus uero extra de heret. c. Excommunicamus. 2. habentur isti: Cathari: Patarni: Pauperes de Lugduno: Passagini: Iosepini: Arnaldista: Speriostē.

De hæreticis per Extrauagantes condemnatis.

3 Ex Extrauagantibus autem nullus habetur ex nomine, nisi in extrauagante domini Ioannis xxii. Quia vir reprobus. ubi damnatur, ac frequenter hæreticus ibi nominatur frater Michael de Cefena prædictus, ordinis fratrum Minorum quondam Generalis Minister: sed postmodum propter heresim depositus, & condemnatus.

COMMENT. LXI.

Hæretici per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in iure canonico. De argumento siue materia huius questionis copiose disseruit Emericus supra in hac eadem parte. q. 6. 7. & 8. quibus locis diximus quæ hanc questionem illustrabunt. Et rursus de Michael de Cefena, cuius meminit auctor in sine huius questionis num. 3. egimus copiose in hac 2. parte, super q. 15.

Iam hæc questio in omnibus Directorij codicibus erat deprauata, quam tamen suæ integritati restitimus iuxta emendationem iuris canonici nuper Romæ impressi.

Cum uero auctor hic agit de hæreticis damnatis in toto iure canonico, intellige de damnatis nominatim & expresse sub proprijs nominibus, ut patet: nõ aut de dānatis in genere, de quibus agitur in multis locis iuris canonici: sed præcipue in cap. excōicamus 1. & 2. & in cap. Ad abolendam, extra de heret.

QVAEST. XXXVII.

De hæreticis in iure ciuili nominatis.



Rigesima septima questio est: Hæretici condemnati per Ecclesiam, de quibus agitur in iure ciuili: qui sunt? Ad hanc respondemus, quod C. de

here. l. Ariani enumerantur quamplures hæretici de illis, qui etiam enumerantur 24. q. 3. cap. Quidam autem heretici. de quibus est actum supra q. proxima. Enumerantur etiam ibi alij, de quibus non agitur in Decretis, nec Decretalibus, nec Extrauagantibus, & sunt isti: Pneumatomachi: Papiantista: Papuzita: Borborita: Messaliani: Euehyte, siue Euthouastate: Audiani: Hydroparastata: Tascodrogite: Batrachite: Marcelliani: Encratista: Apotacite: Saccophori.

COMMENT. LXII.

Hæc questio in omnibus exemplaribus erat omnino mendosa & deprauata, recitabanturque in ea quadam nominum portenta nihil penitus significātia, quam inspecto Emerici instituto restitimus ex l. Ariani. C. de heret. cum enim Emericus uideret quosdam in dicta l. Ariani, numerari hæreticos, qui in iure canonico non recensentur, ut omnium notitia haberetur, eos hic instituit tantum recensere ex iure ciuili, quorum mentio non uidebatur facta in iure canonico: ita nos eos tantum selegimus, qui Pontificio iure nõ continentur: atque ita instituto auctoris respondentes, questionem suæ restitimus integritati.

Monendi tamen sumus hæreticos, qui hac questio ne numerantur in iure canonico recenseri nominibus diuersis, tametsi re ipsa conueniant; ut sequentia demonstrent.

a Enumerantur etiam ibi alij de quibus non agitur in Decretis, & c. Non agitur sub eisdem nominibus & appellationibus, hereses tamen ibi numeratæ & his cõpetit; nõ ydæ heretici, aut ob diuersas hereses, aut ob alias eās diuersas appellationes sūt sortiti.

b Et sunt isti Pneumatomachi. Ita uocat Epiphanius heresi 74. ubi contra hos grauitate more suo disserit, et ita rectissime græco uocabulo appellatur, non Pneumatomachori, aut Pneumatomachochi, ut apud Lutsemburgum in catalogo hereticorum: ita uero dicti sunt quod Spiritui sancto aduersentur, seu pugnent quodammodo contra Spiritum sanctum, dum ipsum negant esse Deum. hi non differunt à Macedonianis, quos damnat synodus Constantinopolitana, ut dixi supra par. 1. super cap. sancta Romana. unde Ioannes Damascenus, Pneumatomachi, inquit, id est, cum Spiritu bellantes, aut Spiritus hostes, à Macedonio Spiritus hoste nominati sunt. Spiritum autem sanctum ab eis contumelijs affici, quem Deum esse negant Epiphanius præcitato loco docet his uerbis: In Spiritum sanctum oēs hi blasphemii sunt: non connumerantes ipsum Patri et Filio in deitate, hæc Epiphanius.

c Papiantista. Sunt qui putent dictos esse Papiantistas à Papiæ Hieropolitano Episcopo Ioannis Euāgelista auditore, & Polycarpi condiscipulo, de quo multa Eusebius lib. 3. c. vlt. histo. eccles. hunc Alfonso Castrus lib. 1. aduersus hereses erroris suo renuntiasse indicat, à quo non multū dissentit Ioannes Picens in Apologia sua, q. 7.

d Hæretici, qui huc sunt secuti Chiliastra dicti sūt, eo quod post mille annos Christum in terra in carne

Pneumatomachi,

Papiantista.

Pepuzite.

borborite.

Messaliani.

Audiani.

cum electis regnaturum iudice arbitrantur, ut referunt beatus Hieronymus & Tribemius.

Lutsemburgus in catalogo hereticorum, uerbo, Papiantista. ait hos esse de secta Manichæorum ponentium duo contraria principia.

d Pepuzita. Eisdem uocat Pepuzianos Augustinus heresi 28. & Epiphanius heresi 49. hos Nicephorus lib. 11. c. 32. cum Montanistis, & Phrygius coniungit. Epiphanius cum alijs. nam heresi 49. ita scribit: Quintiliani, qui & Pepuziani appellantur, Artotyriteque, ac Priscilliani, idem sunt cum Phrygius, & ex ipsis originem duxerunt. hæc ille. Pepuzitis Pepuzia ciuitas, seu uilla nomen dedit, in qua Montanus, & Prisca & Maximilla, à quibus hi duxerunt originē, uixerunt. apud hos femina dignitate sacerdotali honorabantur.

Horum alias nefandas & sordidas opiniones refert Epiphanius præcitato loco, & Petrus Godofredus in l. Ariani. C. de heret. cum his consentiebant illi heretici, qui pro uino, lac in calicibus consecrabant, quos Iulius Primus in epistola ad Episcopos Aegypti missa, grauitate confutauit.

e Borborita. Hos Borborianos appellat Epiphanius heresi 26. quorum & alia ibi refert portenta nomina: nam ydæ Gnostici dicuntur, & Coddiani, & Stratitici, & Phibionite, & Zacchei, & Barbelite, hos Borboritas parit esse Manichæi furoris testatur Imperator in l. quonia. C. de heret. ibi: Exceptis scilicet his, quos uel Manichæus furor, cuius partem & Borboritas esse manifestū est. de his plura Epiphanius præcitato loco, & alij quos omitto consulto.

f Messaliani. Messaliani, siue Massaliani, Euehyte, siue Enthouastate, ydem sunt, ut colligitur ex concilio primo Constantinopolitano, cuius canones habes in primo conciliorum tomo, pag. 620. ubi damnati sunt, de quibus ita ibi: Venientes ad nos pientissimi & religiosissimi Episcopi Valerianus & Amphilocheus proposuerunt in communi cõsiderandum de Messalianitis, hoc est, Euehytis, uel Enthouastis, qui in Pamphilia uersantur, uel quocūque nomine contaminatissima heresis uocatur. hæc ibi. Beatus Augustinus in catalogo hereseon, heresi 57. Messalianos uocat Psallianos siue Euehytas. Euehyte autē seu Enthouastate dicti sunt ab orando & sacrificando, ut præcitati scribunt: borborum enim præcipua heresis fuit semper absque ulla intermissione orandū esse, & ad omnia sufficere orationem. de his multa etiam Nicephorus lib. 11. cap. 14. & Casiodorus in tripar. hist. lib. 7. cap. 11. & Theodoritus lib. 4. cap. 10. historia ecclesiast. De his nefanda etiam multa commemorat Michael PSELLUS in libro de demonibus, quem refert Petrus Godofredus in l. Ariani. C. de heret. ea nos breuiter gratia omittimus.

g Audiani. Hos Epiphanius heresi 70. Audianos, siue Odianos uocat, & beatus Augustinus in catalogo ipso, nu. 50. Vadianos, siue Antropomorphitas. hi ab Audio quodā, qui fuit temporibus Arii, duxerunt originem. Is Audius, siue Audeus fatue intelligens illud quod scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: humanam formam putauit habere diuinitatem, &

corporis partibus esse distinctam, non respiciens diuina scripturæ sensum. & qui ita putabant inter illos, proprie Antropomorphite uocati sunt: eorumdem alius error erat, dānare facile Episcopos quod essent diuites, & alijs de causis. De his multa quæ Nicephorus lib. 11. histo. ecclesiast. cap. 14. & lib. 13. cap. 10. & Theodoritus lib. 4. cap. 9.

h Hydroparastate. Alias Hydroparastata, hos ex ipso nomine conijcere licet eos fuisse, quos Aquarios appellat Isidorus, & Gratianus 24. q. 3. cap. quidam autem. quia solam aquā offerrent in calice sacramenti, apud Epiphanius heresi 46. illi qui à Tatiano orti uinum reprobabant, Tatiani dicti sunt, sed Theodoritus lib. 1. hereticarum fabularū, Hydroparastatas uocat. qui Encratitis adnumerantur. de Aquarijs Augustinus in lib. de heret. c. 64.

i Tascodrogite. Constitutione secunda nouellarum legum Theodosij Augusti. hi Ascodrogite, seu Ascodrogi appellantur. Epiphanius heresi 48. Tascodrugitas uocat, & cum Phrygastis ac Montanistis coniungere uidetur. hi cum ceteris eiusdem sectæ uetus & nouum testamentum recipiunt, sed post prophetas, alios prophetas introducunt, nempe Montanum hereticum, & Priscillam, & Maximillam impuras feminas.

k Batrachite. Alias Brachite, ut habet Alfonso Castrus, lib. 2. aduersus hereses; ad Manichæos pertinet nimum notos, ut ait Lutsemburgus in catalogo hereticorum uerbo, Brachite. In his non facile percipias originem, aut appellationis variationem: sunt enim uixi existimo uulgares, & barbaræ uoces eo sæculo notæ.

l Marcelliani. Marcelliani, ut scribit Epiphanius heresi 72. à Marcello quodam ex Ancyra Galatia urbe originē trahente appellati sunt; hic Marcellus in principio cum Sabellio sentire diffamatus est: sed sæpe conatus est se tutari, at à multis accusatus est, quod in eisdem perseveraret. fortassis dultus penitentia se aliquando proporexit: nam pro ipso orthodoxi quidam defensiones ediderunt. ceterum Imperator in dicta l. Ariani. quam nunc interpretamur inter hereticos ponit Marcellianos. non desunt qui putent Marcellianos dictos à Marcellino quadam socia sectæ Carpocratis, quæ colebat imagines quidem Iesu & Pauli, atq; Homeri poetæ simul & Pythagoræ adorando, incensumque ponendo; ut beatus Augustinus scripsit. rursus de Marcello uide Nicephorus, lib. 8. c. 53. histo. eccles.

m Encratite. Hos beatus Epiphanius heresi 46. & 47. & diuus Augustinus, tom. 6. lib. de heresibus, cap. 25. Encratitas uocant. alij Engratistas. siue Engraitas appellant. ydem dicuntur Tatiani à Tatiano quodam, à quo sunt instituti. hi nuptias damnant, atque omnino pares eas faciunt scortationibus, ceterisq; turpibus fornicationibus; omnem animatorum esum euitant. Epiphanius Tatianos, & Encratitas ita discernit, ut Encratitas Tatiani schismaticos dicat. Damascenus uero Encratitas quasdam Tatiani reliquias esse dicit.

n Apotacite. In multis codicibus loco huius uocis Apotacita, legitur Carpocratita, sed nos consulto Carpocratitarum uocem omisimus, ut instituto Emerici deseruiremus, qui eos hic hereticos

Hydroparastata.

Tascodrogi.

batrachite.

Marcelliani.

Encratite.

Apotacite.

Instituit numerare, quos in iure canonico non inueni-
rat enumeratos. constat autem Carpocratitas. siue
Carpocratianos nominatos esse in iure canonico, cap.
quidam autem. 24. q. 3. & retulit Eymericus supra
par. 2. q. 6. Apotacitas beatus Augustinus hæresi
40. Apostolicos, & Apotacitas appellat; Epipha-
nius uero hæresi 61. Apostolicos, seu Apotacti-
cos. eosdem Damascenus uocat Apotacticos, idest,
secretos uel secleros; hi enim, Apotacticos tantum,
hoc est, secretos ab alijs recipiebant, utentes coniugi-
bus desolabantur, & eos reprehendebant, qui res
proprijs possiderent. ijdem ad Encratitas acce-
dunt; quamuis alia etiam præter eos sentirent, &
docerent.

Saccophori.

Saccophori. Hoc solum loco memini me le-
gisse Saccophoros, nulli enim ueterum, quos ego ui-
derim, aliquorum hereticorum meminere, sub hac vo-
ce. quidam textus habent, Saccophoros, Bernardus
Lutsemburgus & ipse hunc locum citans in catalo-
go hereticorum Saccopharos ac ut in alijs eius li-
bris est videre, Saccophatos, appellat, ac de perfi-
dia Manichæorum esse dicit. itaque cum sint tot le-
siones, nihil certi statui potest, & forte quæ est ab-
surdior, uerior est, cum huiusmodi appellationes sæ-
pe vulgares sint et barbaræ. Petrus Godofredus in l.
Ariani. C. de hæret. postquam hæc retulerat, addit
fortassis legendum Siphori, qui leguntur in definitio-
nibus ecclesiasticorum dogmatum, cap. 52. & dicun-
tur tingi non in nomine Patris, Filij, & Spiritus san-
cti, & ijdem esse Bonosiani noti. Hæc hætenus ideo
paulo diligentius referre placuit, ut hi heretici, qui
ignobiliores sunt, & minus cogniti saltem ex nomi-
ne immotescerent.

Q V A E S T I O XXXVIII.

De hæreticis in Romana curia, & ex-
tra damnatis à Delegatis Papæ.



Rigesima octaua questio est: Hæreti-
ci a condemnati per delegatos domi-
ni nostri Papæ, siue in curia Roma-
na, siue extra, magis famosi; qui sunt?

Ad hanc respondemus, quod tempore domini
Clementis VI. per dominum Cardinalem Albij,
delegatum in negotiis fidei, fuerunt condemnati
tanquam heretici pertinaces in Auinione, ubi tunc
Romana curia residebat, ac etiã concremati, duo
fratres Minores: quorum vnus vocabatur frater
Petrus Castillonis, & alter frater Nicho.

Post tempore domini Papæ Inno. VI. fuerunt
condemnati per eundem dominum Cardinalem
Albium, alij duo fratres minores ibidem Auinio-
ne tanquam heretici pertinaces, & etiam concre-
mati, traditi curiæ seculari; quorum vnus vocabatur
frater Mauritius, & alter frater Ioannes de
Narbona.

Post tempore Urbani Papæ V. fuerunt etiã no-
nem fratres de ordine B. Francisci, (quorũ quidã
fuerunt fratres Minores, quidam Fratelli de ter-
tio ordine in Viterbio, ubi tunc Romana curia re-
sedeat) tanquam pertinaces heretici condemna-

ti, & arsi, traditi brachio seculari: quorum nomi-
na in processibus continentur.

Extra autem Romanam curiam, fuerunt quã-
plures alij nostris temporibus condemnati tanquã
heretici pertinaces. Nam tempore domini Papæ
Bonifacij VIII. fuit per Episcopum Parmensem,
& per fratrem Manfredum Inquisitorem, de ordi-
ne Prædicatorum Geraldus Segarelus tanquam
famosus hereticus condemnatus, & crematus in
ciuitate Parmensi in Italia.

Et post tempore domini Clementis Papæ V.
Dulcinus Nouariensis famosus hereticus in eisdẽ
partibus ut pertinax hereticus cõdênatus pariter
& combustus cum Margarita consorte sua.

Post tempore prædicti domini Ioan. XXII. in
Marsilia per Episcopum, & Inquisitorem de ordi-
ne fratrum Minorum, fuerunt condemnati & cre-
mati tanquam heretici pertinaces quatuor fratres
Minores, quorum nomina memorię non habentur;
sed inde factis processibus continentur.

Post quorum combustionem quamplures Be-
guini fuerunt ut heretici condemnati in Lunello,
in Narbona, in Capite Stagni, Biterris, & diuer-
sis alijs partibus Prouincię Narbonæ: quia affer-
bãt prædictos quatuor fratres Minores cõbustos,
martyres Christi, credentes erroribus eorundẽ.

Tempore domini Clem. VI. in ciuitate Biter-
ris de mādato eiusdẽ fuit exhumatus frater Petr⁹
Ioãnes de ordine fratrum Minorũ, & post mortẽ hæ-
reticus cõdênatus, & ossa eius tracta & cõbusta.

In Catalonia etiam fuerunt concremati ut hæ-
retici Beguardi aliqui, scilicet Durandus de Bal-
dacho Gerunden, & Petrus Olerii Maioricen. Bo-
nanatus Barchin. Guilelmus Gilberti. Valétinus,
& frater Arnaldus Montanerij de ordine fratrum
Minorum, de villa Podii Ceritani: hic nõ fuit
combustus, sed in absentia pertinax hereticus cõ-
demnatus, de quibus omnibus dictum est supra.

Multi alij sunt heretici in diuersis mundi parti-
bus, & præsertim in Carcaffona, & Tholosa, & Se-
de Vrgelli, ac comitatibus Castri boni, finibus con-
demnati: quorum nomina memorię non habentur,
licet in processibus reperiantur, quæ disscute-
re esset longum.

COMMENT. LXIII.

Hæretici condemnati per delegatos; &c.]
Historiam eorum, qui in hac questione cõme-
morantur, copiose explicauimus cũ Eymérico supra
in hac 2. par. q. 9. 10. 11. & seq. ex quibus patefiet,
quo quisque tempore ex his hæreticis uixerit, quid
senferit, qualemc exitum habuerit: ac propterea ne
eadem inuilliter hic repetatur, loca indicasse erit
satis, unde eorum notitia haberi possit.

Q V A E S T I O XXXIX.

Qui dicendi sint Hæresiarchæ.



Rigesima nona questio est: Hæreti-
corum hæresiarchæ: qui dicendi
sunt?

Ad hanc respondemus, quod sic ut
patriarcha

Hic locus
hodie in Ca-
talia vul-
go dicitur:
Paix certain

patriarcha dicitur princeps patrum, sic & hære-
siarcha princeps hereticorum, ab archos, quod est
princeps, & hæresi, quasi princeps i heresi, seu hæ-
resum vel hereticorum: & inde dicitur hæresiar-
cha quasi princeps heresis, seu hereticorum, sicut
& patriarcha princeps patrum. Illi autem (ut di-
ctum est supra q. 32.) dicuntur heretici & pro-
prie, qui habent errorem eorum quæ sunt fidei in
mente, & pertinaciam in voluntate: Igitur illi pro-
prie dicuntur hæresiarchæ, qui non solum habent
eorum quæ sunt fidei, errorem in mente, & per-
tinaciam in voluntate: verum etiam huiusmodi
errorem adiuenerunt, seu confinxerunt: vel
adiuentum & confictum alios docuerunt, &
magistri erroris effecti sunt: iuxta illud quod ha-
betur 24. q. 3. cap. Qui aliorum. ubi sic dicitur:
Qui aliorum defendit errorem, multo
amplius damnabilior est illis, qui errant:
quia non solum errat, sed etiam alijs of-
fendicula erroris præparat & confirmat:
vnde quia magister erroris est, non tan-
tum hereticus, sed etiam hæresiarcha di-
cendus est.

COMMENT. LXIII.

Qui dicitur
hæresiarchæ.

Eymericus ideo de Hæresiarchiis questionem pe-
culiarem instituit, quoniam tametsi heretici
sint, grauius tamen errant, quod oportuit nonisse In-
quisitores: Ex vi autem nominis colligit Hæresiar-
chas proprie vocari eos, qui aut hereses inuenerunt,
aut inuentas alios docuerunt.

Quæ autem hic commemorat Eymericus, refert
etiam hinc proculdubio mutatus auctor Repertorij
inquisitorum, verbo, Hæresiarcha. s. item dicendum.
& Locatur in opere iudiciali verbo, hereticus. nu.
23. & verbo, scriptura. nu. 7.

De Hæresiarchiis seu errorum magistris agit etiã
Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 29. nu. 23. &
q. 30. nu. 60. & Simancas de catho. instit. tit. 47. nu.
54. & sequent. idẽ in enchyridio tit. 59. de dogmati-
stis. copiose Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. as-
sertio. 43. & alij, quos proxime referam.

Hæresiarchas multis nominibus appellant nostri,
nempe magistros errorum, dogmatistas, seu dogma-
tizatores, & concilium Biterrense, c. 16. vocat hæ-
reticos Perfectos, ut mox dicam.

Vel adiuuentum & confictum alios docue-
runt, & magistri erroris effecti sunt.] Et propte-
rea grauius peccant Hæresiarchæ, quàm alij hereti-
ci, ideoque etiam acrius puniri debent.

Sed illud hic in primis opportune queritur: utrũ
illi soli Hæresiarchæ dicendi sint, qui errores adiuue-
nerunt, seu confinxerunt, an illi etiam qui inuentos
iam & confictos ab alijs, alios docuerunt, & publice
vel occulte prædicauerunt? Et profecto illos quoque
& esse, & dicendos esse Hæresiarchas puto, qui er-
rores ab alijs inuentos et excogitatos docent & præ-
dicant siue publice siue secreto. et hæc uidetur esse ex-
pressa EymERICI sententia hoc loco ibi: vel adiuuen-
tum & confictum alios docuerunt, & magistri er-
roris effecti sunt, & hoc etiã non obscure colligitur

ex c. Qui aliorum 24. q. 3. quo utitur hic Eymericus,
& ex his quæ docet Albertinus tract. de agnoscen-
assert. q. 30. nu. 60. iam si solum illi dicendissent Hæ-
resiarchæ, qui errores seu hereses inueniunt & con-
fingunt, equidem paucissimi, aut nulli nostris seculis
essent Hæresiarchæ: cum paucas aut nullas de nouo
hereses inueniant, et confingant, sed ueterum hereti-
corum dogmata excitent & sequantur ac doceant,
paucis uel additis, uel detraçtis.

Utilis autem est huius questionis solutio & noti-
tia ad intelligendas leges & statuta de Hæresiarchiis
loquentia, ut sciatur quid nomine Hæresiarcharum
intelligi debeat.

An autem ijdem Hæresiarchæ sine misericordia
tradi debeant curiæ seculari, etiam si conuerti uelint,
questio est satis controuersa, quæ supra par. 1. et par.
2. promisi me hoc loco explicaturum.

Ac primum quidem Iacobus Simancas de catho.
instit. tit. 47. nu. 54. & multis sequentibus. idẽ in
enchyridio tit. 59. rationibus non vulgaribus conten-
dit, hæresiarchas, seu dogmatistas curiæ seculari tra-
dendos esse: quod ipsum audacter affirmat faciendum
Ioan. Rojas tract. de heret. par. 2. assertio. 43. & do-
cuit iam ante ipsos Repertorium inquisitorum uer-
bo, docere. tum quia leges pontificiæ, quæ hereticos
penitentes recipiunt, non sunt ad eos trahendæ, qui
multis mortibus digni sunt: tum quia ita melius consu-
letur saluti reipub. postremo quoniam, quando lex de
aliquo crimine simpliciter loquitur, seruanda nõ est,
cum alia concurrunt delicta & circumstantiæ aggra-
uantes. l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. l. si adul-
terium cum incestu. l. vim passam. ff. ad l. Iuliam de
adul. perinde est censendũ de dogmatista, in quo plu-
ra concurrunt delicta, quàm in heretico simpliciter,
cum dogmatista errores conceptos doceat alios.

Hæc sententia, spectata horum temporum condi-
tione miserrima, quibus nihil non impium audent, hæ-
retici, cum ad inimum scelerum peruenerint, absque
ullo errore meo iudicio obseruari posset, & fortassis
me iudice, nullus Hæresiarcha etiam si conuersionem
non fictam ostenderet, euitaret ultimum supplicium:
at quia Ecclesia benigna est & clemens nullo adhuc
Pontificio iure cauit, ut dogmatistæ curiæ seculari
indistincte tradantur, immo concilium Biterrense, c.

16. si conuerti uoluerint, benigne recipiendos docet
his uerbis: Perfectos hereticos seu uelitos coram
discretis aliquibus & fidelibus examinatis secre-
to, ipsos ad conuersionem prout poteritis indu-
centes, et conuerti uolentibus uos exhibeatis fa-
uorabiles et benignos, cum per tales multum fue-
rit illuminatum negotium et promotum: ac ip-
sorum penitentias pro qualitate conuersionis et
meriti mitigetis, uel quantum uobis uisum fue-
rit, deferatis. hæc ibi. Idem sancitum est in concilio
Tarraconensi relat. pag. 221. in hæc uerba: Perfecti
vero heretici si cõuerti uoluerint, et dogmatizan-
tes, abfolutione præhabita, et abiuratione facta,
perpetuo carceri intrudantur. hætenus ibi. Perfectos
autem hereticos eosdem esse cum dogmatistis
abunde explicui supra in hac parte super eodem con-
cilio Tarraconen.

Notanda est autem causa, quam tradit concilium
Biterrense, cur dogmatista recipi debeant. Per ta-
les

Concilij bi-
terrensis sen-
tentia de dog-
matistis.

An hæresiar-
chæ etiam si
conuerti debe-
ant curiæ secu-
lari.

les enim, inquit, multum est negotium illumina- tum & promotum. Idque ob varias causas. Primum, quia ijdem illi dogmatista si vere conuertantur, & deceptis predicent, multos eorum facile conuertent. Ad hec, cum melius intelligant errores & fraudes deceptorum, quas ipsi docuerunt, comodius vel scribendo, vel eloquendo eas refutant. Postremo, quoniam dogmatista vere conuersi & publice penitentes sunt veluti limpidum penitentis & humilitatis speculum, in quod peccatores intuentes & conuertantur, & in officio continentur.

Hoc vero tum precipue obseruandum esset cum Heresiarcha magne auctoritatis, doctus, aut dignitatis foret, qui facile speraretur sua auctoritate multos conuersurus.

Præterea, si paulo diligentius inspicimus seriem textus in cap. ad abolendam. de heret. exaquare videtur Pontifex, eos qui docent, & credunt hereses, ibi: Aliter sentire, aut docere non metuant. & postea subditur clausula generalis: Nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis illius publice confitentur abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. Cui plane textui non potest commoda assignari responsio.

Et hanc sententiã de recipiendis Heresiarchis seu dogmatistis apertissime profertur Emericus infra par. 3. nu. 136. & n. 137. & n. 188. ubi est qui predicauit hereses admittit ad abiurationem. Et Berengarium, quem constat fuisse Heresiarcham ante aliquot sæcula conuerti uolentem, receptum fuisse ad gremium Ecclesie scimus. cap. Ego Berengarius. de consec. dist. 2. de quo dixi plura supra in hac 2. par. super q. 6.

Item hæc sententiã de recipiendis Heresiarchis conuerti uolentibus, tunc maxime locum habere posset, cum Heresiarcha sponte, non inquisiti, nec nominati citati aut uocati accederent ad confitendum peccatum suum, & misericordiam implorandam: tunc enim facilius eis parcendum crederem: cum minus semper agi debeat cum sponte uenientibus & confessis, quam cum accusatis & conuictis. glossa in cap. de hoc. de simonia.

Non obstant rationes in contrarium adductæ, quibus uno uerbo possumus satisfacere dicentes, in rebus magnis qualis est hæc, in qua hominis uita uertitur, nihil esse facile statuendum, quod non sit iure cautum: nullo autem iure pontificio sancitum est, dogmatistas relinquendos esse curiæ seculari, immo quæ nos paulo antea commemorauimus contrarium docent.

Iam leges civiles, quibus huiusmodi homines ultimo supplicio affici iubentur. l. quicunque. C. de heret. l. eum qui seruum. C. de apostatis. l. fin. C. de Iudæis. l. 2. C. ne sacrum baptis. iteretur. nunc in hoc crimine quod mere ecclesiasticum est, locum non habent: nam tunc demum illis utendum est, cum de foro ecclesiastico fuerint pulsati si scelerati.

Tametsi autem hæc ita se habeant in recipiendis Heresiarchis prudētissimi esse debent Inquisitores: solent enim maiori ex parte ficti & fraudulentæ esse horum conuersiones, quos postquam semel excæcauit Satan, & inanis gloriæ, quam potissimum huiusmodi hominum genus affectat, stimulis agitantur &

Prudentia adhibenda in recipiendis Heresiarchis.

A. ideo plerumque respicere puro corde simulant, ut in concepto errore perseverent, & amplius decipiant. Cum uero ad gremium Ecclesie recepti fuerint, grauissima penitentia sunt illis iniungenda, nec mitiganda, nisi post longum tempus, & post manifestissima uera penitentia, conuersionis, & humilitatis signa, ut eleganter indicat præcæcitatum concilium Biturvense.

Illos autem Heresiarchas ego nullo pacto recipiendos putarem, qui post longum tempus, frequentesque admonitiones & cohortationes uix conuerti posse uidentur, & maxime instanti tempore, quo tradendi sunt curiæ seculari: hos enim metus mortis potius quam studium ueritatis ad peccatam misericordiam uidetur inducere.

Neque illis omnino indulgendum censerem, qui præceptis, comminationibus, pœnis, præmissis, promissionibus iuratis, aut alijs similibus modis, conantur aliquem seu aliquos arcere seu cogere ad heresim contrahendam, uel contra heresim pertinaciter defendendam. Hi enim grauissime peccant ut docet Albertinus de agnoscen. assert. quæst. 30. nu. 60. & propterea merito crederem hos omnino fore tradendos curiæ seculari, & ultimo supplicio plerumque delictum committentibus. qui. C. de apostatis. facit l. 2. C. ne sanctum baptis. iteretur.

Postremo id mihi maxime probatur, quod docuit Simancas de carbo. instit. tit. 47. nu. 68. & seq. illis dogmatistis, qui regibus, principibus, reginæ, aut filijs filiabusue regum hereses aut persuasurunt, aut persuadere conati sunt, nullo modo parcendum esse: quia cum crimine heresis maiestatis læsæ delictum commiserunt: & qui principes deprauare aut corrumpere tentat, in totam rempub. machinatur, cum tales futuri sunt subditi, quales fuerint magistratus.

Neque huic sententiæ obstat concilium Biturvense proxime citatum, quoniam receptissima est iurisperitorum & notissima regula, licere interdum propter immanitatem facinororum leges transgredi, & a consuetudinibus iuris regulis discedere. Innocentius in c. 1. de constit. quem ibidem sequitur Hostiensis. Archidiaconus in cap. qui bona. 17. q. 1. & ceteri longo ordine relati per Tiraquellum tract. de penis temperan. aut remittent. causa 49. num. 16. & 26.

Q V A E S T I O XL.

De hereticis impænitentibus, penitentibus, & relapsis.

S U M M A R I V M.

- 1 Heretici pertinaces seu impænitentes qui sint.
- 2 Heretici penitentes.
- 3 Heretici relapsi proprie qui dicantur.
- 4 Lapsus in heresim post abiurationem de reuoluntate censetur relapsus.
- 5 Et qui lapsus est in heresim aliam ab abiurata, si generaliter omnem heresim abiurauit.
- 6 Et quicum abiurasset ut hereticus, postea hereticis fauet.

Quadra-

Quibus Heresiarchis non parcendum.

Heretici penitentes qui sint.

Qui sint heretici relapsi.

Relapsi quot modis dicantur.



Vadragesima questio est: Qui dicuntur heretici impænitentes, & qui heretici penitentes, & qui heretici relapsi, seu relabentes?

Ad hanc respondemus, quod illi dicuntur heretici pertinaces & impænitentes, qui habent eorum quæ sunt fidei, errorem in mente, & pertinaciam in uoluntate; sic, quod quamuis eis per iudices fidei ostendatur, quod errant in fide, & mandetur eis per eosdem quod resiliant ab errore, et illum abiurent, & satisfactionem exhibeat competentem, nolunt obtemperare: immo perseverant pertinaciter & contumaciter in errore: Et tales sunt ut heretici pertinaces, & impænitentes brachio seculari tradendi, animaduersione debita puniendi. Hæc patent extra de heret. cap. Ad abolendam. §. presenti.

Heretici uero penitentes dicuntur illi, qui etsi aliquando habuerunt eorum quæ sunt fidei, errorem in mente, & ad tempus, factis, uerbo, uel proposito pertinaciam in uoluntate: tamen postmodum ad se reducti, & sui miserti, ac saniori consilio edocti, ab errore cordis resilierunt, & opere illum abiurarunt, & ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris satisfactionem congruam exhibuerunt: Hæc patent eod. tit. de heret. c. Ad abolendam. §. presenti. allegato.

Heretici autem relapsi, seu relabentes illi dicuntur proprie, qui postquam ut heretici penitentes heresim abiurarunt, & lapsi in heresim extiterunt: sed per abiurationem surrexerunt: iterum ad heresim reuertuntur, & in heresim relabuntur. Isti enim postquam plene & clare confiterentur de eorum lapsu: sine audiventia quacumque (posito etiã quod peniteant, & fidei catholicæ professentur, ac eis humiliter petentibus, sacramenta Penitentia & Eucharistia concedantur, iuxta c. Super eo. extra de heret. lib. 6.) tradendi sunt tamẽ ut relapsi, brachio seculari, animaduersione debita puniendi: iuxta c. Accusatus. de heret. lib. 6.

Relabi autem dicuntur, et consequenter relapsi in tribus casibus. Primus est, quando crimine heresis plene non probato, quis ut vehementer suspectus heresim in iudicio abiurauit: si postea in heresim incidat, quadam iuris fictione iudicatur relapsus: iuxta cap. Accusatus. in principio, de heret. lib. 6. Secus si abiurauit ut leuiter suspectus, quia tunc si incidat, post pœna relapsorum non punitur.

Secundus casus est, quando quis in unã specie heresis commisit, et generaliter et simpliciter heresim abiurauit, si post in quancumque specie heresis incidat, relapsus ueraciter iudicatur: iuxta c. allegat. Accusatus. §. c. uero. Secus si tantum unã heresis specie abiurauit: tunc enim si in aliã non abiurata incidat, secundum Io. And. relapsus non existit: licet Archid. & Io. Monachus teneant ibi contrarium; quorum opinio est nimium rigorosa, ut videbit infra in parte tertia, ubi agit de officij inquisitionis practica.

Tertius casus est, quando quis in aliquã heresim lapsus fuit, quã etiã abiurauit: si post abiurationem hereticos recipiat: deducat: defendat: uisitet, si uel associet: ac dona uel munera eis donet, uel mittat: seu fauorem eis impedit, qui excusari non possit, debet relapsus merito iudicari, iuxta capitulum

allegat. Accusatus. §. ille quoque. De his plenius dicetur infra, cum agatur de practica.

COMMENT. LXV.

Ad hanc respondemus, quod illi dicuntur heretici pertinaces et impænitentes. Emericus hac questione solus ostendit qui dicatur impænitentes, penitentes, & relapsi: nã qua ratione sit cum his agendum, plene ostendit 3. par. in 9. 10. & 11. modo processum fidei terminandi, ut ipsemet indicat in hac questione.

At de impænitentibus seu pertinacibus hereticis insignis extat locus in concilio Biturvensi. c. 17. et in eod. concilio, c. 6. 7. 8. et 9. Agunt copiose Repert. Inquisit. uerbo, pertinax. glossa in extrauagã. Ioã. XXII. incipien. cum inter. tit. de uerb. signific. uerbo, pertinaciter. Canon lib. 12. c. 9. de locis theolog. Alfonso lib. 1. c. 9. de iusta heret. punitio. Auctor inominatus in tract. de forma procedendi contra Inquisitos de heresi in rubrica, De hereticis impænitentibus. Iulius Clarus s. heresis. uers. et nota. cum alijs sequen. Carrius tract. de heret. nu. 4. Albertinus tract. de agnosc. assertio. q. 3. Locutus in opere iudiciali uerbo, pœna. nu. 8. Simacas de catho. inst. tit. 48. idẽ in encyridio tit. 30. Ioãnes Rojas tract. de heret. par. 2. assert. 45. Zachimus de heret. c. 16. et ibi Cæpegus. Tirrecre. in summa de Eccles. lib. 4. par. 2. c. 16. Bernardus Comensis in lucerna uerbo, pertinax. et alij multis locis.

In his pertinacibus hæc regula est obseruanda: diu sunt detinendi, & sepius monendi ut conuertantur: quod si noluerint penitere, tradendi sunt absque misericordia curiæ seculari.

Sed quo mortis genere sint afficiendi per ministros seculares querit nonnulli. et Alfonso Casirus, lib. 2. c. 12. de iusta heret. punitio. par. uerbo, referre ait, an gladio, igni, uel alio supplicio uita finiatur: sed Hostiensis in c. ad abolendam. de heret. hereticos comburendos omnino contemnit; cui consensit Petrus Godofredus in l. 4. C. de heret. et Conarruias, lib. 2. uaria. resolutio. c. 10. nu. 10. et Iulius Clarus. s. heresis. uerbo, scias tamẽ. et uniuersalis reipub. Christianæ consuetudo, quod Federici lege cautum est, quã incipit: Inconfutibile. §. 4. ubi ita scriptum est: Presentis nostre legis edicto damnatos morte pati Patrenos, aliosq. hereticos quocumque nomine cõfessur, decernimus, quã affeçant: Ut uiui in cõspectu hominũ cõburantur, flammã cõmissi iudicio. hæc ibi. Ac uiuos etiam comburendos tradit Simacas de catho. inst. tit. 48. nu. 6. et Ioan. Rojas tract. de heret. par. 2. assertio. 45.

Sed cum uiui cremantur, hoc est omnino precipiendum, ut lingua eorum alligetur, et ipis os obstruatur, ne si libere loqui possint, audientes impijs blasphemijs offendant.

Quot autem modis impænitentia, aut pertinacia detegatur, multi docent, quos retuli supra hac parte super q. 32. atq. hæc de impænitentibus quantum ad huc locum spectat: nam cetera, par. 3. dicenda sunt.

Heretici uero penitentes dicuntur illi, &c. Ex cognitione impænitentium penitentes facile intelliguntur: hi etiã dicuntur conuersi, redcentes, recõciliati, respiscetes, et similibus appellationibus. de his Repert. Inquisit. uerbo, redies. copiose Grillandus tract. de heret. q. 5. & auctor inominatus tract. de forma procedendi contra Inquisitos de heresi in rubrica. De hereticis.

De hereticis impænitentibus qui scripserint.

Quo mortis genere afficiendi heretici traditione seculari.

Uiui comburendi heretici.

Penitentes heretici qui dicantur.

hereticis redeuntibus et conuersis. et Simacas de ca...
tho. in lit. tit. 47. idē in enchiridio tit. 58. plene Guido Fulcodius in cōsultationibus ad Inquisitores q. 15. c. 19. 20. 21. & 22. Iulius Clarus s. heresis. vers. scias zamē. Alfonso Castros lib. 1. c. 21. & 22. de iusta hē...

Duplex redeuntium genus.

Redeunt ab hēresi qualiter olim recipiētur & punirentur, luculenter explicat concilium Agathense circa tempora Celestini Pape I. celebratum, c. 60. quod gratia breuitatis omitto, id tamen suo loco & tempore multum iuuare potest.

Horum redeuntium duplex potissimum est genus, quidam enim sponte veniunt, aut intra tēpus gratiē...

Qui primo modo reuertuntur, mitissime sunt tractandi, & si peccatū fuerit occultū, occulta est etiā penitentia iniungenda: abiuurare tamen debēt errores, et ad alia se obligare, quæ tradit eleganter conciliū Biterrense, c. 5. his verbis: Talibus infra tēpus gratiē spōte ac plene confitentibus, & ad ecclesiasticā se redire dicētibz vnitatem, beneficiū iuxta formam Ecclesię absolutionis impendatis, faciētes videlicet ipsos abiuurare omnē hēresim extollētē se aduersus sanctā & Romanā Ecclesiā, & fidē orthodoxā quibuscunq. nominibus censeatur: & iurare quōd fidē catholicā, quā eadē sacrosancta Romana tenet Ecclesia & prædicat seruabunt pariter & defendent: & hereticos cuiuscunq. sectę Vestitos pariter & condēnatos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum persequentur pro viribus, inuestigando, accusando, & capiēdo, vel salte eos Inquisitoribus, seu alijs fidelibz, qui eos oportunitus capere velint & valeāt bona fide manifestando. Et q̄ super his quæ inuenti sunt vel fuerint in eodem crimine deliquisse, stabunt mandatis Inquisitorum & Ecclesię, ac penitentiam, quę sibi fuerit quandocunq. per ipsos iniuncta, recipient & implebunt, pro ea recipienda & implenda bona sua omnia Inquisitioni & Ecclesię solemniter obligantes. hæc tenet ibi.

Qui non sponte reuertuntur...

Ceteris vero qui non sponte reuertuntur, acriores sunt imponenda penitentia: nā mitius agitur cū sponte confessi, quā cū conuicti, et quodammodo coactis. his quales penitentia iniūgi debeat, prescribi nō potest: hoc enim arbitrio Inquisitorum relinquitur, in quo quē modū seruare oporteat, tradit conciliū Narbonense c. 5. his verbis: Hoc quidem ita perstringimus, non vt vos penitentias prætaxatas, oēs vbiq. vel omnes omnibus imponatis, sed vt eas secundū discretionē vobis traditā à Domino, pro culpā, & personarum, locorū & tēporū, & aliarū circūstātiarū qualitate ita caute ac prouide dispensetis, vt siue plectendo, siue ignoscēdo vita culpabilū corrigatur: vel saltē valeat apparere, quis in tenebris ambulet, quis in luce: quis vere sit penitēs, quis si cōuersus; nec inde veris catholicis scandalum generetur, nec prætextu scandali, seu alio quantū in vobis fuerit, defendi possit hæresis seu nutriti. hæc ibi. Idē tradit Guido Fulcodius in cōsultationibus ad Inquisitores. q. 15. c. 21. & 22. in specie vero quid cuique reuertenti sit iniungendum docēt præcitatū, dicemusque nos cum Eymérico 3. par. in prioribus modis processum fidei terminandū.

A generetur, nec prætextu scandali, seu alio quantū in vobis fuerit, defendi possit hæresis seu nutriti. hæc ibi. Idē tradit Guido Fulcodius in cōsultationibus ad Inquisitores. q. 15. c. 21. & 22. in specie vero quid cuique reuertenti sit iniungendum docēt præcitatū, dicemusque nos cum Eymérico 3. par. in prioribus modis processum fidei terminandū.

Illud hoc loco pro corollario adiungā, cauevi in concilio Narbonensi, c. 18. ne qui ab hēresi reuertuntur, cū grauitate fuerint culpabiles, ad religionē admittantur: ait enim ita: Ne autē per tales religionis simplicitas corrūpatur, nullum de præfatis culpabilibus religionē quancunq. ingredi, nisi ex Domini Pape vel eius legati indulgētia permittatis. Et si qui sine ipsorū & vestri licentia post inchoatā inquisitionem, vel si etiā ante, nō tamē confessi & canonicē absoluti, ingressi fuerint, reuocetis. hæc ibi.

Postremo id reconciliati animaduertāt oportet, vt postquam ab Inquisitoribus iudicialiter sint absoluti, eadē crimina proprio parrocho cōfiteantur. Adrianus lib. 4. sent. de confessione, q. 4. Ioannes Rojas & alij per eū citati tract. de heret. parte 2. assertio. 36. quod est in Hispanijs cautū instructione quadā Madriliana anni MDLXI. c. 7. i. ibi: y abuelto iudicialmente, el confessor le absoluea sacramentalmente: hoc est, postquam penitens fuerit iudicialiter absolutus, eum sacerdos absoluet sacramentaliter.

C Heretici autē relapsi, & c.] De relapsis plenius differit Eymericus in fine huius partis. q. vt. vbi dicitur: cam. ideo autem obiter auctor hoc loco de relapsis disseruit, quoniam relapsi interdum sunt pertinaces, interdum vero penitentes, de quibus proprie in hac questione instituerat disputare.

Licet Archidiaconus & Ioannes Monachus tencant ibi contrariū. Questio huius loci talis est: An qui vnā solū hēresim abiuurauit, si postea incidat in aliam diuersam, relapsus censeatur. glos. loā. And. in c. accusatus. de heret. lib. 6. verbo. simpliciter non esse relapsum contendit. Archid. vero, quē sequitur Geminiannus, Fræcus & alij in dicto c. accusatus. s. cū vero. de heret. lib. 6. relapsum esse scribunt. eos sequitur Zanchinus tract. de heret. c. 16. num. 2. & Condissaluis tract. de heret. q. 20. num. 6. & alij. Sane perspecta verborū proprietate verior est loā. And. opinio: at considerata æquitate & natura hēresim, quæ inuicem sunt conexæ. c. excommunicamus 1. et 2. de heret. opinio Archidiaconi praualeat.

Sed hæc questio non est longius discipanda; nam hodie locum non habet, cum qui nunc reuertuntur, licet in vna hēresi deliquerint, omnē hēresim abiuurēt, quod vere tradit præcitatū, et dixi alibi plenius. vide etiam Simancam de catho. in lit. tit. 1. num. 1. 2.

QVAESTIO XLI.

De blasphemis.

S U M M A R I U M.

- 1 Blasphemorū duplex gen⁹, & qui mere blasphemii.
2 Blasphemii hereticales Inquisitorum iudicio subiiciuntur.
3 Blasphemii hereticales quando sint curia seculari tradendi.
4 Et quādo cogēdi ad abiuurandū hēreses prolatas.
5 Quando

Qui ab hēresi reuertuntur nō facile admittendi ad religionem.

Reconciliati sua peccata sacerdoti cōfiteantur.

Qui vnā solū hēresim abiuurat, incidens in aliā, an sit relapsus.

- 5 Quando habendū vehementer suspectū de hēresi.
6 Quando leniter tantum.
7 Excusationes quorundam reijciuntur.
8 Metus mortis nō excusat ab hēresi, vel apostasia.
9 Ebrietas quos & quā excuset à crimine patrato.



Vadragelima prima questio est: Blasphemi, an heretici seu suspecti de heresi sint habēdi, sic vt Inquisitoris hereticorū iudicio sint subiecti? Ad hanc respondemus, q̄ sunt duo hic videnda, secundum q̄ duo in quaestione sunt quaerita. Primū est: an blasphemii Inquisitoris hereticorum iudicio sint subiecti. Secundū: posito quōd sic, an sicut heretici, vel vt suspecti de heresi sint puniendi.

1 Quantum ad primū considerandū est, quōd blasphemii sunt in duplici genere, quidam qui articulis fidei nō obuiant quoquo modo, vt pote malū Deo, vel beatę Virginī imprecātes, eisdē maledicētes, vel gratias Deo non exhibētes, sed ingratiudine agitati, oppositū gratiarū: & isti dicitur mere blasphemii. Et de istis loquitur lib. 5. tit. de maledicis & blasphemis, distinctus contra tit. de heret. Nec de istis se habet introumittere Inquisitor; sed debet eos relinquere suis iudicibus puniēdos.

2 Quidam sunt alij, qui cōtra fidei articulos verba sua proferunt, et eos agitant de directo, vt pote qui Dei omnipotentiam infringūt, dicentes Deū tempus clarum, vel huiusmodi factibilia non posse facere; quod est cōtra primum fidei articulū: qui est, Credere in vnū Deū patrē omnipotētem: Vel qui beatę Marię virginis matris Dei pudicitia tollunt, dicentes, eam meretricem, vel verba equipollentia in effectū: quod est cōtra articulū fidei: qui est credere Filium Dei cōceptum de Spiritu sancto, natū fore ex Maria virgine: & tales sic directe articulos fidei agitatē, dicuntur blasphemii, non mere, sed hereticales blasphemii; & isti ad tit. de heret. reducuntur. Et isti hereticorum, vel suspectorum de heresi legibus iudicantur, & tales blasphemii Inquisitorum iudicio sunt subiecti.

3 Quantum ad secundum considerandū est, q̄ tales blasphemii verba hereticalia euomētes, postquam fuerunt in huiusmodi per iudices fidei deprehensi, si in talibus verbis hereticalibus volūnt stare, & pertinaciter defensare, heretici sunt habēdi, & tradēdi vt tales curię seculari: iuxta cap. Ad abolendā. s. præfenti. de heret. lib. 5. Si autem nō volūt stare nec pertinaciter defensare, sed ad arbitrium iudicis fidei, volūnt cū effectu istas hēreses reuocare, & satisfactionem congruam exhibere, non sunt heretici iudicādi: iuxta cap. allatum, Ad abolendam. sed ad misericordiam admittendi.

An autē tales debeant arctari ad abiuurandū hēreses antedictas: & si sic, an tanquā penitentes heretici, vel tanquā suspecti de heresi: & si tanquā suspecti, an tanquā vehementer, vel leuiter suspecti. Considerandū est, q̄ si processus mentis diligerent a cētatis inueniātur habuisse in mēte eorum, quæ sunt fidei, errorem: ita vt aliquādo crediderint hæreses mente, quas protulerunt ore, tenentur errores, vt deprehensi in hēresim, abiuurari.

Blasphemii hereticales, antequam abiuurati.

re: iuxta alleg. cap. Ad abolendā, sic quōd si relabatur, pœna relapsi debita puniatur: iuxta cap. Accusatus. de heret. lib. 6.

5 Si autem non inueniatur in hēresim taliter deprehensi, sed inueniantur pluries & frequenter in ludo, & extra ludū, & ad leuem turbationis motū in tales hæreses prorupisse; & non cōstet clare de mala credentia in mente, debent arctari ad abiuurandū vt vehementer suspecti, propter frequentiam habituatam, quæ suspectos vehementer de heresi illos reddit: iuxta cap. Accusatus. in principio. 6 Si autem non frequenter, sed raro: nec longo tempore, sed pauco; & non extra ludū, sed in ludo tantū, tunc eo casu videtur abiuurare debere vt leuiter suspecti: iuxta idem cap. Accusatus.

7 Nec prodest quicquā, q̄ ad excusandū excusationes in peccatis ponitur à nonnullis, q̄ verba huiusmodi hereticalia euomētes, mouēt ad proferendum sola turbatione, & furia, & nō assertione firma & credentia: & ideo q̄ aliter proferūt, & aliter credunt; proferūt peruerse, sed credunt catholice: nam furia & turbatio huiusmodi totaliter non excusat: Patet primo, quia maior in mēte sequitur cōmotio & turbatio ex metu mortis, & trucidatione corporis proprii, quā ex perditione vnus oboli, seu denarij argētei vel aurei: adorantes autē Mahometū, idolum, seu demōnē metu mortis, & trucidatione corporis proprii, vel famis, nō excusatur i foro interiori à peccato. Vnde August. de bono cōiugali, & recitat 3. q. 4. c. Si cut fatius est mori fame quā vesci idolothyis. & apostasia à fide, & p consequēs ab hēresi, secundū Ray. tit. de apost. q. 7. s. circa istos. Metus. n. mortis pro fidei defensione & cōfessione, quāntū ad verū catholicū, non est metus cadēs in cōstantē virū, quinimmo nec metus mortis pro peccato mortali ēt minimo ppetrādo, vt tenēt Theologi doctores, & maxime S. Tho. qui hoc tenet, non solū de peccato mortali, immo ēt veniali, in 1. quodlib. art. 9. vbi de hoc quaestione facit in terminis specialē: & etiā August. 1. & recitatur. 2. 2. q. 2. cap. Ne quis. Si ergo turbatio & cōmotio ex metu mortis, & trucidatione corporis proprii nō excusat idolū, seu demōnē adorantem ab hēresi, quia est contra primum articulū fidei; quo modo excusabit turbatio & cōmotio ex perditione vnus denarij vel cōsimilis rei ab hēresi, contra articulum fidei, hæreses euomētē? Nequaquā. Nunquid est maior cōmotio ex vicina morte, quā ex aduersa sorte; & maior perditio personæ, quā pecunię? & maior mentis turbatio de hiatu vltimo, quā in ludo? Si ergo non excusatur quis ab hēresi in casu illo, excusabitur ne in isto? Non.

8 Nec excusatur i foro exteriori ab idololatria, & apostasia à fide, & p consequēs ab hēresi, secundū Ray. tit. de apost. q. 7. s. circa istos. Metus. n. mortis pro fidei defensione & cōfessione, quāntū ad verū catholicū, non est metus cadēs in cōstantē virū, quinimmo nec metus mortis pro peccato mortali ēt minimo ppetrādo, vt tenēt Theologi doctores, & maxime S. Tho. qui hoc tenet, non solū de peccato mortali, immo ēt veniali, in 1. quodlib. art. 9. vbi de hoc quaestione facit in terminis specialē: & etiā August. 1. & recitatur. 2. 2. q. 2. cap. Ne quis. Si ergo turbatio & cōmotio ex metu mortis, & trucidatione corporis proprii nō excusat idolū, seu demōnē adorantem ab hēresi, quia est contra primum articulū fidei; quo modo excusabit turbatio & cōmotio ex perditione vnus denarij vel cōsimilis rei ab hēresi, contra articulum fidei, hæreses euomētē? Nequaquā. Nunquid est maior cōmotio ex vicina morte, quā ex aduersa sorte; & maior perditio personæ, quā pecunię? & maior mentis turbatio de hiatu vltimo, quā in ludo? Si ergo non excusatur quis ab hēresi in casu illo, excusabitur ne in isto? Non.

9 Rursus secundū August. super Gen. ad litteras: Noe post diluuium inebriatus, excusatur à peccato, & a tūto, & a toto: quia vinum nō nouerat, nec eius virtutē sciebat, & ideo cauere non expediebat: Sed Lot inebriatus a prima filia, & cū eadem fornicatus, excusatur a tanto, sed nō a toto: quia vinum nouerat, & eius fortitudinē sciebat: & cauere expediebat: & ideo ab ebrietate minime excusatur. Sed quia cōsequentiā ebrietatis ad luxu-

De blasphemio hereticali vicibus geminatis.

Augustin. de bono cōiugali c. 16.

al. virum.

Pal. 5. ver. Perdēs oēs qui locūtur, &c.

S. Th. 2. 2. q. 150. ar. 4. Albertin. de agnos. assert. q. 30. nu. 13.

al. debebat.

luxuriam expertus nō fuerat, nec sciebat; ideo ab incestu aliquoties excusatur, sed non à toto. Sed quando secundo à secunda filia inebriatus est, & concubuit cum eadem, non excusatur à toto, nec à tãto: quia vinum & eius virtutem, et inclinatio- nem ebrietatis ad luxuriam expertus in se fuerat; et ideo cauere multum sibi debebat; et ideo de se- cundo incestu non excusatur, sed egit & vt ebrio- sus, & vt incestuosus. Si ergo iste non excusatur a secunda, nec a prima ebrietate: quia virtutem vini nouerat; & non cauit; nec excusatur a secundo in- cestu, quia consequentiam ebrietatis ad luxuriam expertus extiterat, & nō fugit: excusabit iste qui ludit, & consequenter turbationem ex ludo in fe- & in alijs expertus extitit, & ex turbatione verba hæreticalia euomere se, vel alios frequenter intui- tus fuit: & ideo cauere ludum, et omnem occasio- nem debuit, nec fecit, sed vtique perquisiuit: nū- quid iste excusabitur? Reuera non.

Rursus, aliquis frequenter et sciēter se inebriat, et inebriatus frequenter personam regis inuadit, et hæreses feminat: nunquid iste, præsertim si fre- quenter se inebriat, et ita agit vt supra suspectus de crimine lesæ maiestatis, et hereticæ prauitatis erit, quod scientes hoc egerit, an excusabitur? Nō: sed magis suspectus habebitur quod hoc feriose egerit, et nunquid nō maior est turbatio metis ex calore vini, quàm ex feruore ludi? ergo si ibi non euadit Inquisitoris iudicium, nec hic.

Et ita patet, quod licet blasphemi meri cadant sub titulo de maledicis, et non de hæreticis, et hi Inquisitoris hereticorum iudicio non subdantur: tamen blasphemi hæreticales fidei articulos agitantes, trahuntur et cadunt sub tit. de heret. et per cō- sequens eorum inquisitio, iudicium, et punitio ad Inquisitores noscitur pertinere.

COMMENT. LXVI.

Hæc questione Emericus diligentissime tra- ctat materiam de blasphemis, cū ad Inquisito- rum iudicium quandoque pertinere possint.

De blasphemis & coru- ptois q. leri pferunt.

De blasphemie vitio, quod hodie in Christiana re- pub. non sine magna eius pernicie est frequentissimū, ac de penis blasphemorum, & ad quem iudicem spe- ctet eos punire, late tradunt Doctores in c. 2. de male- dicitis. & in c. si canonici. s. ceterum. de offi. ord. lib. 6. vt et q. Thomas 2. 2. q. 13. Motalus in l. 1. tit. 28. par- tit. 7. Conarruias in c. quēnis pactū. in 1. par. rele- ctionis. s. 7. Multa Menochius lib. 2. de arbitrijs in- dicit, c. turia 4. casu 175. Repert. Inquisit. verbo, bla- sphemus. Alfonsus lib. 1. c. 12. de iusta heret. punitio. Simancas de catho. instit. tit. 8. idem in encyridio tit. 9. Tabienensis in sum. verbo, blasphemia. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 27. per totū. idem q. 6. nu. 14. et q. 22. nu. 63. vbi docet quando spectet ad Inqui- sitores blasphemos punire. Squillacetis tract. de fide catho. c. 16. Conradus Brunus, lib. 5. de heret. c. 20. Iulius Clarus. s. blasphemia. Carrerius tract. de hæ- ret. nu. 26. Pūzinibius tract. de Lamijs. nu. 86. Ioānes Rojas tract. de heret. par. 2. assertio. 1. 2. Gramati- cus decis. 301. incipien. Marcus Spatarius. Boerius decisio. 301. incipien. Praesuppono quot modis. Sotus lib. 8. de iust. & iure q. 2. art. 3. Diaz in pract.

A crim. c. 103. Antonius Gomez tomo 3. variar. resolu- tut. c. 1. nu. 1. & seq. et c. 2. nu. 2. Antoninus in sum- ma, parte 2. tit. 8. c. 7. & alij pleriq; pluribus alijs locis, sed hi copiosius & diligentius rem edisserunt. a. Quantum ad primū considerandū est, quod blasphemii sunt in duplici genere, etc. Summa hu- ius disputationis hæc est: Ex his qui blasphemāt qui- dā nō proferūt blasphemias hæreticales, & hi nō spe- ctant ad tractatum de hereticis, neq. iudicio Inquisi- torū supponuntur: alij vero blasphemias hæreticales euomunt, & propterea Inquisitorū iudicio subduntur.

Hæc distinctio vera est, et cōmunitur à nostris nō recepta, quam sequuntur Alfonso Casus lib. 1. c. 12. de iusta heret. punit. ibi: Blasphemia autem, que habet quandā cum heresi vicinitatem, vel connec- tionē, hæc merito ad Inquisitores ptinet, vt de illa inquirant, iudicent, et puniant. hæc ille. Idem tra- dit Albertinus, Simancas, Conradus Brunus, Couar- ruias, Ioānes Rojas, et nonnulli alij præcitatis locis, assertes, quod quædammodū sortilegia hæreticalia, seu sapientia heresim manifeste, spectat ad Inquisitores, ita etiā et blasphemias hæreticales. idē cautū esse uide- tur i Hispania Hispalēsi quadā instrutione an. MD. c. 4. & alia Madriliāna an. MDLXI. c. 65. ibi: o, por blasphemias qualificadas. & c. 73. ibi: como sō blasphemias hereticas nō muy qualificadas.

Quoniam vero tota difficultas hic posita est in co- gnoscēdis blasphemijs hereticis, ut inde intelligen- tur quando possint hereticæ prauitatis Inquisitores contra tales procedere, id breuiter explicare conue- nit. Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. assertio. 12. ait, hæreticales blasphemias esse, que habent signi- ficationē infidelitatis, et fidei abnegationem, & dire- ctē opponuntur fidei confessioni: quare receptum est has blasphemias esse hæreticales abnegō Deum: non credo in Deum: Discredo de Deo: renego fidem: vel Crucem Domini Iesu Christi: vel christina quod fron- te recepi: vel puritatem Virginis Marię.

Emericus hic nu. 2. nō obscure significat eas dici blasphemias hæreticales, que cōtra fidei articulos di- rectē proferuntur; que sententiā mihi magnopere pro- batur. Quicumque ergo ore impuro atque blasphemio articulos fidei oppugnat, is hæreticalis blasphemus censendus est, & ad iudicium Inquisitorum spectat.

Blasphemia vero ex qualitate verborum ac perso- narum, item ex circumstantijs temporum et locorum censenda sunt magis vel minus nefaria ac horrenda.

Illæ vero inter maximas blasphemias cōputandæ sunt, que contra sacratissimā Mariam Virginem ma- trem Dei prolatae fuerint: has enim diuina etiā vltio grauius coercet, vt præter alia memorabile illud do- cet exemplum, quod refert Nicephorus lib. 18. c. 33. E historię ecclesiasticæ.

Aliæ autē blasphemie non censentur hereticas, quales sunt illę, que Deo vel Sanctis imprecantur, et per quas quodammodo illis cōiuria inferuntur: harū in- finitus est numerus, quarū multas referūt expēdit- que illi, quos initio adduximus, et has quoque graui- ter esse p suos indices coercēdas paulopost dicemus.

Illud quæsitum est: cur blasphemij aliquę ad iudi- cium Inquisitorum pertineant, cum regulariter bla- sphemantes aliud animo sentiāt, quàm dicāt. Sed huic difficultati respondetur, quod tamen si quis blasphe- mat,

blasphemias hæreticales ad Inquisito- res spectant.

Que dican- tur heretica les blasphe- mia.

blasphemiam grauius quomodo cōsideranda.

Cur blasphemie aliquę spectent ad sanctum offi- cium.

mat, non sentiat verum esse quod dicit, attamen dicitur & blasphemando induit personā sententiis ita rem habere, vt dicit: & cum per actū exteriorem infide- litatis iudicium ostendat, propterea quadam blasphemie iudicium fidei iurisdictioni subijciatur, vt intel- ligant an blasphemii quandoque ita sentiant ut dicit.

Qualiter autē procedendum sit cōtra blasphemos diligenter et accurate prescribit in hac questione E- mericus: omisit tñ nominatū recedere penas blasphe- mis imponi solitas, quas nos hic breuiter adiugem.

Varię bla- sphemorum penas.

Blasphemii olim veteri lege pena mortis puniebā- tur, nam Leuitici c. 24. ita scriptum est: Qui bla- sphemauerit nomen Domini, morte morietur: La- pidibus opprimet eum omnis multitudo populi: siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit.

Iure iū civili blasphemii pena mortis puniuntur, au- thent. vt non luxuriam. cōtra naturā s. præterea. que pena tūc locū habet, cū quis ex consuetudine et incor- rigibilitate Deū blasphemat, vt Cyn. Bald. et Sali- cetus adnotarūt i l. 2. C. de rebus credit. et Alexader consil. 233. incip. Ponderatis his. lib. 6. pro quo facit decisio Delphinalis 508. incipien. Queritur de pena.

In Hispania iure regio Partitariū varie puniūt bla- sphem, sicut cōstat ex partita 7. tit. 28. quo loco Rex Alfonsus diligētissime penas aduersus blasphemos di- stinxit, atq; cōstituit. Ac in singulis quoq; ciuitatib; bene cōstitutis, per statuta municipalia conscriptę pe- na sunt contra blasphemos: nec vlla fuit vnquā gens tam immanis & barbara, que nō putauerit grauius plectēdos eos, qui contra sua nomina blasphemarēt.

Iure Pōtificio blasphemia, penitentia publica coer- cetur, et si fuerit blasphemus laicus, iudici seculari in- iungitur vt eū puniat pena pecuniaria, c. 2. de Ma- ledicis. At quia pena dicit c. 2. de Maledicis, laicos tantū, non clericos comprehendebat, secundū Ioannē And. et Panormitanū ibidē, propterea in cōcilio La- teranen. sub Iulio II. cæpro, & sub Leone X. cōtinua- to, sessio. 9. in bulla incip. Superne dispositionis. s. Ad abolēdā varias penas statuit Ecclesia cōtra bla- sphemos tā clericos, quàm laicos. & Iulius iū Papa II. feruorū edidit rescriptū cōtra blasphemos anno Domini MDLIII. cuius initium est: In multis deprauatis. Et postremo Pius V. Pont. Max. in bulla in- cipient. Cū primum Apostolatus officium, plene etiā cauit de penis tam laicorū quàm clericorū blasphe- mantium, que omnia breuitatis gratia omittit.

blasphemias hæreticales quibus pe- nis afficiantur.

Ceterū in his prouincijs vbi per Inquisitores bla- sphemii hæreticales puniuntur, his penis plecti solēt, vt Simancas & Ioannes Rojas testantur præcitatis locis: nā si blasphemus sit atrox, et blasphemus sit ple- beius, infamē mitra conspicuus alligata lingua, et sine pallio publicū ducitur spectaculū, flagellus ceditur, et in exiliū mittitur: Quod si nobilis sit, et honestior, sine mitra produciatur: in monasteriū ad certum tem- pus truditur: pecuniarium multam soluit: & ob sus- picionem abiurare quandoque compellitur.

In lenioribus blasphemijs miti' agitur Inquisito- rū arbitrio, sed hæc pena imponi solēt: nam Inquisito- res blasphemū damnant, vt aliquo die festo ad sacra peraguntur, stet capite nudo, sine pallio, sine calceis nu- dis pedibus, chorda succinctus, & cereū ardētē ma- no gerat: tandem absolutis sacris legitur sententia, qua illi saepe indicuntur ieiunia, et pecuniaria pena.

A b Adorantes autem Mahometum, etc. nō ex- cufantur in foro interiori a peccato. Et ratio hu- ius sententię esse potest illa, quam mox subdit auctor: quoniam metus mortis pro fidei defensione & confes- sione non est metus cadens in virum constantem.

An autem qui metu vel alia causa cōmittit exte- rius aliquid hereticale, vel apostaticū, sed tamē fidē interius retinet, sit excommunicatus, aut alias cen- suras incurrat, quæ sitū est à multis. Et Caietanus. 2. 2. q. 94. art. 1. incurrare asserit. contra sententiā Ar- cidi. in c. 1. de sum. trinit. & fide catho. lib. 6. in fine. verbo, negare. Syluester in summa verbo, hæresis. 1. q. 6. nu. 9. Tabienensis verbo, Apostasia. s. 3. nu. 6. & verbo, hereticus. s. 2. nu. 2. Rosella verbo, hereticus. s. Si vero hoc facit. & s. seq.

Et quāuis in foro conscientię excommunicatus nō sit: secus autē iudicatur in foro exteriori, et proinde qui talia facta committunt, et Ecclesię reconciliantur per iudices ecclesiasticos, & à censuris absoluantur.

C Nec excusatur in foro exteriori ab idolola- tria, &c. Idem repetiuit Emericus paulopost q. 49. nu. 5. cuius sententiam oppugnare videntur que scripsimus supra parte 1. super q. 9. s. Sed iam alte- rum. vbi eos non esse hæreticos diximus, qui metu mortis aliquid hereticale dixerunt vel fecerunt.

Sed hæc Emerici sententia vera videtur de iuris (vt aiunt) rigore nonnullis concurrētibus, videlicet, vt qui fidē metu mortis abnegat, probe causam fidē intelligat: peritus sit: ut Theologus, Monachus, Episco- pus, & similes persona conspicue, quibus eam prædi- care quasi ex officio incumbat. Rursus vt eā abeuegent, vbi facile periculū euadere poterāt: aut ubi maxime eā pferit tenebatur: diutiusq; tali apostasia paurat, nec statim nacta opportunitate reuertuntur, et Eccle- sia reconciliari deposcūt. siue quādo nō ipsi se ipsos p- diderūt, sed aliorū testimonio legitime cōiūctur, nec metu pbāt, nec alia, que ad sui excusationē adducūt.

Et iuxta hæc intelligēda & moderanda censeo ea, que tradit Albertinus de agnos. assertio. q. 8. nu. 12. & q. 30. nu. 3. & xj. et Simancas de catho. instit. tit. 3. de idololatria. nu. 7. docentes ex facto hereti- co, qualis est adoratio idolorum, vel Mahometis, sta- tim habendum esse, id facientem, hereticum.

QVAESTIO XLII.

De Sortilegis & Diuinatoribus.

SUMMARYM.

- 1 Diuinatorum ac Sortilegorum duplex genus.
- 2 Sortilegi & diuinatores meri, qui sint.
- 3 Sortilegi hereticales Inquisitorū iudicio subiecti.
- 4 De pñsi fecisse hereticalia, ut heretici sūt habēdi.
- 5 Sortilegia, vel diuinationes. manifeste sapientia heresim.
- 6 Suspecti cōmunitur iuxta qualitatem suspicionis ab- iurare debent.
- 7 In dubio, an sortilegia sapiāt heresim, qd faciēdū.



Vadragematecūda questio est: Sor- tilegi et diuinatores an heretici, vel suspecti de heresi sint habēdi: ita qd Inquisitoris hereticorum iudicio sint subiecti?

Ad hanc respondemus, quod duo sunt hic vi- denda

denda secundū quod in questione duo sunt que- sita. Primum est, an diuinares & sortilegi Inqui- sitoris hereticorum iudicio sint subiecti. Secun- dum, posito quod sic, an sicut heretici, vel ut su- specti de heresi sint habendi.

Quantum ad primum considerandum, quod sicut in proxima questione distinctum est de diuina- toribus & sortilegis, scilicet quod diuinares & sortilegi sunt in duplici genere.

Meri sortile- gi & diuina- tores qd sunt.

2 Quidam sunt sortilegi & diuinares tueri, si- cut sunt qui agūt mere ex arte chiromantiæ, qui ex manus lineamentis diuinant, & indicant de ef- fectibus naturalibus & conditionibus hominis: vel qui ex æqualitate vel inæqualitate festucarum aliquid præfens, sed absconsum ab eis iudicant & diuinando, & cōsimiles: & isti cadūt in tit. de forti- & diui. & de istis nō se habet intrōmittere Inqui- sitor per frequenter allegatum c. Accusatus. Et de his loquitur c. Ex tuarū. extra de sortileg. vbi di- citur, qd Vricus presbyter cū quodā infami, hoc est, diuinatore (dicit glossa) ad secretū locū perre- xit, non ea intentione vt demōnē inuocaret: quasi dicat, quia hoc fuisset hereticum: sed vt cum in- spectione astrolabij furtum quoddam inueniret: quali dicat, qd est mere diuinatio, vel sortilegiū.

† seu † indicant.

3 Quidam autem alij sunt sortilegi & diuina- res non meri, sed ad hereses contracti, vt sunt de- monibus honorem latræ vel dulzæ impendentes, puerum rebaptizantes, vel familia faciētes: & hoc pro diuinando futura, seu cordis intima penetrā- do: quæ quidē sapiunt heresim manifeste. Et ta- les sortilegi & diuinares Inquisitoris iudicium non euadunt, sed hereticorum legibus puniuntur, per allegatum c. Accusatus.

Sortilegi & diuinares quādo hære- tici.

4 Quantum ad secundum considerandum est, qd huiusmodi sortilegi & diuinares, qui in suis sortilegijs & diuinationibus faciunt & admiscunt aliqua, quæ sapiunt heresim manifeste: si isti tales deprehendantur vel cōfessione propria: vel testiū productione legitima: vel facti euidētia (quibus modis iuxta gloss. in c. Ad abolendam. §. presenti, & verbo, deprehensus. quis proprie dicit deprehen- sus) fecisse sortilegia, vel diuinationes, in quib. admiscuerunt aliqua, quæ sapiūt heresim manifeste.

Que sortile- gia uel diui- nationes sa- piāt heresim manifestam.

5 Vt pote imagines baptizasse: vel puerū rebapti- zasse: vel tactū oleo sacro inxillisse: vel caput de- functi subfumigasse, & his similia: tales vt hereti- ci sunt habendi, sic qd si voluerint penitere, & ab- iurare huiusmodi, quæ sapiūt heresim manifeste, & satisfactionem congruam exhibere, sunt per iudices fidei ad misericordiam admittendi: aliās si noluerint vt heretici impēnitentes tradēdi sunt curiæ seculari, animaduersione debita puniendi: iuxta alleg. c. Ad abolendam. §. presenti. non quia sortilegi uel diuinares meri sint, sed quia hereti- calia in talibus sortilegijs & diuinationibus admiscētes, dicuntur sortilegi hereticales.

6 Si autē clare non deprehendantur incidisse in huiusmodi sortilegia seu diuinationes sapientes heresim manifeste, vt pote, quia nec fatentur, nec conuincuntur, sed sunt indicia: tūc de indicij est videndum: Quia si sunt talia, quæ inducant suspi-

cionē vehementem, debent abiturare huiusmodi, cum sapiant heresim manifeste, tanq̄ suspecti de heresi vehementer. Si autem sunt leuia, & faciunt leuem præsumptionē, debent abiturare tanq̄ suspe- cti leuiter: iuxta c. Accusatus. I. prin. de her. lib. 6.

Si autem nec apparent clare indicia, sed tantū probatur clare infamia, tunc talibus est purgatio canonica indicenda, iuxta c. Inter sollicitudines: extra de purg. cano.

7 In casu, quo non appareat, qd illa, quæ admiscuerunt in sortilegijs, vel diuinationibus, sapiant heresim manifeste: sed sit dubiū an talia admixta heresim sapiant: vt pote si ad orientem se conuer- tant: aliqua verba inusitata, & non intelligibili- lia proferant, vel similia: tunc de his non se habet intrōmittere Inquisitor: sed debet tales dimittere suis iudicibus puniēdos, iuxta notata per Archid. & Ioan. And. & Ioan. Monachum super alleg. c. Accusatus. §. sane. & verbo, manifeste.

COMMENT. LXVII. N Vlla est fere hodie frequentior disputatio, quānt que de Sortilegijs & Diuinationibus suscipi- tur ob vanas & inanum hominum superstitiones, et opinationes, qui vt desiderijs suis impie satisfaciāt, non verentur grauissima hæc delicta, & que lex Dei acriter detestatur & punit, perpetrare. Est autem late patens tractatio, quæ breui oratione cōcludi nequit: fontes tamen vnde copiose petatur, indicabo, inde auctorem lumine interpretationis, vbi opus fuerit, illustrabo.

Ergo præter ea, que ab Eymérico hac questione et sequēti de sortilegijs traditū, late de eadē re disse- rit Grillandus integro tractatu de sortilegijs, Zachari- nus tract. de her. c. 22. & ibi copiose Capēgius. Specu- lator & ibi Ioan. And. tit. de Sortilegijs. Repert. Inquisit. verbo: Sortilegia. et verbo: Diuinares. Tabien. in sūma verbo: Sors. Siluest. verbo: Diuina- tio. verbo, Mallicium. & verbo, Superstitio. Simā- cas de catho. instit. tit. 62. de Sortilegijs. & tit. 63. de superstitionibus. Albertinus tract. de agnos. assert. q. 11. n. 3. & seq. Alfonso lib. 1. de iusta heret. puni- tione, c. 13. Thom. 2. 2. q. 97. Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. c. 100. & 101. Albertus Pighius lib. 8. de libero hominis arbi. c. 4. Locatus in opere iudiciali, verbo, Diuinationes. Squillacensis tract. de- fide catho. c. 1. & multis seq. Bernardus Comensis in Lucerna Inquisit. verbo, Sortilegi. Tam Directorij Ecclesiasticorū collectores copiosissime etiā de hac re egerunt colligentes ex probatis Concilijs & sanctis Patribus quecumque aduersus hæc hominū monstra sancita sunt. Gratianus 24. q. 5. per totū. & 26. q. 7. cap. non licet. c. si quis. c. admoneant. & c. non obser- uetis. & illis locis latissime Archid. Turcre. & ce- teri interpretes. Iuo in suo Decreto par. 11. que tota est de auguribus, incantatoribus, sortilegis, & pæ- nis eorum. Burchardus toto lib. 10. decretorum. Ca- nonistæ in Rub. & tit. de sortilegijs. Iuris civilis in- terpreses in Rub. & tit. C. de malef. & matremat. Ijdem in l. item apud Labeonē. §. si quis astrologus. ff. de iniurijs. & alibi multis locis, tum Theologi, tum aliarum artium professores.

a Sicut sunt qui agunt mere ex arte chiroman- tiæ. Chiromantia, que per manū lineas diuinat, nō caret

tal. extranea

De sortile- gijs qui dis- seruiant.

caret superstitione, vt alibi susus docui, que nō sunt nūc nostræ breuitatis: interim vidēdi Alfonso lib. 1. c. 13. de iusta heret. punitio. Grillandus tract. de sortilegijs, q. 3. nu. 14. Casonus tract. 1. de indicijs ex persona, c. 6. num. 4. & hanc verissime & plenissime refutat Petrus Ciruelus in libro de reprobatione superstitionum, & alij.

Astrologia iudiciaria in terrogatoria penitus su- perstitiosa. Sors lib. 5. de iust. & iu. q. 10. ar. 2. cir ca medijs, & lib. 8. 1. 3. ar. 2. Vide cōstitu- tionē S. D. N. Sixti V. cōtra exercē- tes Astrolo- gie iudicia- rias ar. 1. inci- pien. Celi & terre. inferi inter lūteras Apostolicas pro officio Inquisitionis editam. Quo cogno- scendū quæ sortilegia sa- piāt heresim manifeste.

b Sed vt cum inspectione astrolabij furtum quoddā inueniret. Hoc perinet ad eam astrologie iudiciarie partē, quam interrogatoriā vanitas astro- logorum appellat, de qua est accipiendus. S. si quis astrologus in l. itē apud Labeonē. ff. de iniurijs. de hac loquitur Ptolemæus in centiloquio, sententiā 4. hæc grauiter & vere refutat Petrus Ciruelus lib. 4. fontis sapientiæ, & Pictus Mirandula lib. 4. c. 13. aduer- sus astrologos. Hæc summa sit: Pars hæc astrologie iudiciarie, que interrogatoria vocatur, cum nulla nita- tur ratione naturali, tota superstitiosa est & illicita. que tūc et sapient heresim, quādo certū aliquid prænti- tiare audebit, ex his que naturaliter sciri nō possūt.

c Quidā autem alij sunt sortilegi & diuina- res non meri, sed ad hereses contracti, & c. Idē re- ferunt illi quos inuis huius questionis citauit. Est que nobilis vera, & cōis hæc distinctio, sed tota difficul- tas posita est in cognoscendo, que sortilegia, & diuina- tiones sapiant heresim manifeste, quod est hic à me breuiter dicendum.

Primum ergo, omnia illa sortilegia sapiunt mani- festam heresim, que cum aliquo dicto vel facto here- ticali exercētur, ut si quis i sortilegio amatorio Deū abnegaret, & Ecclesiæ sacramenta: aut in eodem sor- tilegio Ecclesiæ sacramenta admisceret.

Itē illa sortilegia, diuinationes, seu maleficia sapiūt heresim manifeste, & reddunt operantem de heresi suspectū, & eorū cognitio et punitio ad Inquisitorem spectat, in quibus admiscuntur non modo Ecclesiæ sa- cramenta, verū et res, quas Theologi appellant sacra- mentales: Alfonso Casrus lib. 1. cap. 15. circa finē de iusta heret. punit. & propterea hæc reddunt ope- rantē suspectū: quoniam nisi is crederet talia sacramē- ta, aut sacramentalia habere virtutem ad maleficio- rū operationē, nō adhibuisset illa: vnde Inquisitores de credulitate curabūt hos diligenter interrogādos, & si intentionē negent, torquendi sunt: & si eam non fateantur, vt vehementer suspecti abiturare debent.

Itē illa quoq; sortilegia manifeste heresim sapere vidētur, in quibus sortilegi & diuinares rebus sa- ris abituratur pro demonū inuocatione. Barbatia cō- sil. 55. incip. Casus est talis: quidā pro inueniendo, volu. 1. eum sequitur Bernardus Comensis in Luccer- na Inquisitorū verbo, diuiniatio. §. 2. quibus locis con- cludūt eā diuinationē, que fit cum cādela vel aqua benedicta ad sciendū furta vel aliqua occulta, sapere heresim manifestam. His accedere videntur Siman- chas in Enchyridio violatæ religionis, tit. 8. de his q̄ facere nequeūt Inquisitores, n. 9. et Ioā. Rojas trac- de heret. p. 2. assert. 12. n. 167. ubi ea sortilegia ma- nifestam heresim sapere dicunt, in quibus diuina- res rebus sacris abiturantur.

Hinc cetero iniuste reprehēdi Barbatia à Iulio Cla- ro in. S. Heresim. vers. Succesive quaero. propterea quod dixerit sapere heresim manifeste ea Sortilegia, que sunt ad sciendū furta: quoniam iudicio meo recte

A consuluit Barbatia: nā vbi res sacre admiscuntur in sortilegio, siue res sint, vt aqua benedicta, cādela be- nedicta, et similia: siue verba, vt Evangelij, Symbolū fidei, Pater noster, Aue Maria, aut Psalmus aliquis Davidicus, aut verba sacre scripturæ, aut aliæ sacre orationes, iā fit sortilegiū qualificatū, et manifestæ heresim suspicionē p̄ se ferēs, et ob id ad Inquisitores spe- ctat eius cognitio: secus autē esset si talia non interue- niret, nā tūc esset simplex sortilegiū, ut indicat Squil- lacensis trac. de fid. catho. c. 12. et Repert. Inquisit. ver- bo: sapere heresim. & Old. cōf. 210. incip. Regularis hæc traditio, et Gemin. consil. 54. incip. Quidam sa- cerdos. in his tamen consilijs multa sunt que recipi facile non debent, quæ nos plenius alibi excusimus.

Postremo generaliter oīa illa crimina sapiūt here- sim manifeste, q̄ natura sua præ se ferunt aliquid, qd est heresim manifeste, ut baptizare imagines, p̄ se fert quod illa sunt capaces huius sacramēti, preces nefar- rias demonibus fundere, aut illis sacrificare: idolis genua flectere, et similia, præ se ferunt idololatriā, et manifestā heresim sapiūt, quos nullū factū per se fit heresim. Syluester in sum. verbo, heresim. 2. n. 4. Simā- cas de catho. instit. tit. 30. n. 15. que omnia subtiliter attigisse hac questione videtur Eymericus.

d Quantum ad secundum, & c. Hęc que se- quuntur usq; ad n. 7. modū præscribūt, que in sorte- gijs, & diuinationibus examinādis & indicandis ob- seruare debēt Inquisitores: quibus pro modo culpæ, & qualitate suspicionis, & infamiæ, abiuratio, aut purgatio est imponenda.

Sed amplius coerceri p̄nt anathemate, dignitatum suspēsiōne, uerberibus, exilio, carcere monasterij, alijs que supplicij spectata personarū qualitate, ca. illud. 26. q. 2. c. admoneat. 26. q. 7. tradit Simācas de ca- tho. insti. tit. 21. n. 23. addit Panor. c. 1. n. 2. de sortil. vltra penas iuris, sortilegos infami indutos mitra in publicū produci, aut scalis alligatos cū vituperatio- ne prope Ecclesiæ fores constitui, & à diocesi pelli. 26. q. 5. c. Episcopi. adde Romanum sing. 260. incip. Tu scis quod isti diuinares.

e In casu quo non appareat, qd illa, & c. sapiāt heresim manifeste, & c. An autem hoc casu cogno- scere possit Inquisitor, an sua sit iurisdicctio, dubium est: & glossa in c. accusatus. §. sane, verbo, manifeste. quā sequuntur ibi Archid. & alij. & Arelatanus tracta. de heret. notab. 3. Ioan. Rojas singulari fidei 110. & alij per ipsos allati, non posse Inquisitorem cognoscere, an sua sit iurisdicctio, aut manent.

Ceterum in hac causa hæc est vera & cōis senten- tia, Inquisitores non possunt cognoscere an sortilegia sapiant heresim nec ne: sed ubi constiterit heresim sa- pere, si amplius dubitetur de illa qualitate, an mani- festam heresim sapiant: tunc ipsi hoc cognoscere pos- sunt, & indicare ac pronuntiare se iudices. Panor- mitanus in dicto c. 1. nu. 4. in fine de sortil. Bernardus Comensis in lucerna, verbo, Inquisitor. §. 29. Squil- lacensis de fide catho. cap. 56. Carrerius tract. de heret. num. 24. & alij per ipsos citati: at que ita viden- tur, intelligendū gloss. & Doct. in dicto cap. accusatus. §. sane, verbo, mani- feste. de hereti. lib. 6.

Quibus pœ- nis offician- tur sortilegi.

Quādo pos- sit cogno- scere Inquisitor an sortilegia spectent ad suam iurisdic- tionem.

QVAESTIO XLIII.

De inuocantibus Dæmones.

S U M M A R I U M.

- 1 Inuocatores demonum in triplici sunt differētia.
- 2 Quidam latræ cultum eis impendunt in suis inuocationibus.
- 3 Quidam vero dulciæ, & qui sint isti.
- 4 Alij tertio quodam modo illos inuocant.
- 5 Inuocantes dæmones cum cultu latræ, ut heretici haberi puniri que debent.
- 6 Futura ab ariolis, & dæmonibus inquirere illicitum.
- 7 Dæmonum inuocatio coniuncta habet apostasiam à fide.
- 8 Canonistarū sententia de inuocantibus dæmones.
- 9 Extrauagans Ioannis xxij. edita contra tales.
- 10 Declaratio uerborum Gloss. Ioan. And. & Ioā. Monachi.
- 11 Dæmoni exhibentes honorem dulciæ, censendi sūt heretici.
- 12 Dulciæ honor aliquando propter sanctitatem.
- 13 Aliquando propter potestatem ac iurisdictionē exhibetur.
- 14 De inuocantibus tertij generis quid sentiendū.

Vadragelimatertia quæstio est: Dæmones inuocantes, an tanquam fortilegi, uel tanquam heretici seu suspecti de hæresi sint habendi sic, q̄ Inquisitoris hereticorum iudicio sunt subiecti?

Ad hanc respondemus, q̄ secundum varietatē modi inuocandi sumitur & uarietas quæstioni hu iusmodi respondendi.

1 Inuocantes a namque dæmones, quantum ad modum, trifarie variantur, ut apparet in libro, qui Salomoni inscribitur, qui b tabula † Salomōis intitulatur: super quo iurāt dæmones aduocati de dicenda ueritate, sicut nos Christiani sup quatuor Dei Euangelia, & Iudæi super legē Dei, quā dedit Moyli: in quo libro potestas Luciferi & aliorum dæmonū mendaciter est inserta: & orationes nefariæ à dæmonibus reuelatę Lucifero, & aliis dæmonibus exhibendę. Apparet et̄ in libro, qui Honorio necromantico inscribitur; qui Thesaurus necromantiæ à necromanticis appellatur. Quos qui dem libros à necromanticis per me captis auulsi, & legi, & publice tradidi comburendos. Apparet et̄ de facto in diuersorum inuocatorum Dæmonum confessionibus, & aliis Inquisitionis gestis p me, & alios Inquisitores hereticę prauitatis.

2 In prædictis. n. & aliis nonnullis libris, & Inquisitionibus apparet, q̄ quidam dæmones inuocantes, manifeste exhibēt honorē latræ dæmonibus inuocatis: utpote eis sacrificiādo; adorādo; orationes execrabiles effundēdo; se dæmonibus deuouendo; obedientiā promittendo; aliquid se facturos p dæmonibus asserendo; per talē dæmonē iurādo; p nomē alicuius superioris dæmonis istū quē inuocant adiurādo: laudes dæmonū uel cantus in eius reuerentiā promēdo; genua flectendo; prostrationes faciēdo; castitatē pro dæmonis reuerētia, uel monito obseruando; ieiunādo; uel carnē suā aliā mac

† al. clauicula

Primus modus inuocandi dæmones per honorem latræ.

Arando: uel vestibus nigris uel albis p dæmonis reuerētia, & artis monito induendo: per c̄ characteres & signa, & ignota noīa obsecrando: luminaria accendēdo; thurificando; de ambra, ligno aloes, & similibus aromaticis † subfumigando: aues, uel aīalia alia imolando: sanguinē propriū ex se emittere p curando: aues uel alia aīalia, seu eorū partes cōburendo: sal in ignē mittendo: holocaustum de quo uis faciendo. Oīa. n. prædicta, & quāplura alia nefaria in prædictis inueniuntur à dæmonibus consultata & cōcupita; in quibus f̄ omnibus & quolibet prædictorū honor latræ, si prædicta bene cōsiderentur, dæmonibus exhibetur. Si. n. bene antiquæ & nouæ legis sacrificia Deo exhibita; contēplentur, illico inuenietur, q̄ supradicta non dæmonibus, sed Deo sunt solūmodo tanquā uera sacrificia exhibēda. Ecce primus modus dæmones inuocandi, uel aduocandi. Et isto mō sacerdotes Baal ipsum inuocabāt; sanguinem propriū & animalia offerendo, ut legitur 4. Reg. 18. cap.

3 Quidā autē dæmones inuocantes, exhibēt dæmonibus inuocatis nō honorē latræ, sed dulcię: utpote noīa dæmoniorum inter noīa spiritū Beatorū, uel Sanctorū in suis quibusdā nefariis orationibus miscēdo: mediatores illis orationibus ad Deū exaudiendis ponendo: cereos accendēdo; & Deū per eorum noīa uel merita obsecrando. Hęc. n. prædicta & multa alia execrabilia in prædictis libris inueniuntur cōscripta: in quibus honor dulciæ dæmonibus exhibetur. Si enim modus Sāctos exorandi ab Ecclesia institutus diligentius contēpletur, uidebitur q̄ prædicta nō sunt dæmonibus, sed Sanctis & Beatis spiritibus exhibenda. Ecce secundus modus dæmones inuocandi. Et isto mō Sarraceni inuocant Machometum tanquam Dei sanctum, & nonnulli Begardi fratrem Petrū Ioānem, & alios per Ecclesiam condemnatos.

4 Quidam autē dæmones inuocantes, quædā faciūt inuocando, in quibus nō apparet clare, q̄ honorē nec latræ nec dulcię exhibeant dæmonibus inuocatis: ut circuli in terra describendo: pueri in circulo ponēdo: speculum, ensem, amphorā, uel aliud corpus peruiū † corā puero statuendo, ipso necromantico librum tenente, ac legēte, & dæmonē inuocante, & similia multa, ut prædicta ars, & talium multorum confessio satis docet. Ecce tertius modus dæmones inuocandi. Et isto mō Saul per pythoniā, spiritum pythonicum inuocauit: in qua inuocatione nullus honor legitur iteruenisse, nec dulcię nec latræ, ut legitur 1. Reg. 26.

Patet ergo q̄ dæmones inuocantes tripliciter variantur, His suppositis ac præmissis, tres ponuntur casus, seu conclusiones secundum q̄ tripliciter distinguuntur dæmones inuocantes.

5 Primus; casus seu conclusio est: q̄ si dæmones inuocantes exhibeant dæmonibus inuocatis honorē latræ quoquo modo, & de hoc clare sint conuicti iudicialiter, uel confessi; tales non ut fortilegi, sed ut heretici iudicio Ecclesię sunt habendi, & per c̄ cōsequens si resipiscant, heresi primitus abiurata, sunt ut pœnitentes heretici perpetuo immurandi. Si autem noluerint desistere, uel si dixerint se uelle desistere, & pœnitere, tamen noluerint

† al. aromatis

Secundus modus inuocandi dæmones per honorem dulcię.

† al. consula

Tertius modus inuocandi dæmones.

† In alio co dice legitur, paruū.

Inuocantibus dæmones est cultu latræ, ut heretici haberi debent.

noluerint abiurare, uel si abiurauerint, & postmodum relabantur, sæculari sup iudicio relinquendi, ultimo suplicio puniendi, per omnia sicut de aliis hereticis iudicant canonice sanctiones.

Hęc conclusio seu casus potest deduci tripliciter. Primo ex dictis sanctorum doctorum theologorum. Secundo ex dictis doctorum canonistarum. Tertio ex dictis Ecclesię determinationum.

August.

Primo ex dictis Theologorum. Beatus namq̄ Aug. 10. de ciuitate Dei, loquens de sacrificiis soli Deo & non dæmonibus exhibendis, dicit sic: Videmus in omni republica obseruari, quōd sumum rectorem aliquo singulari signo honorant, quod qui alicui alteri offerret, crimine læsę maiestatis obnoxius esset. Et ideo in lege diuina statuitur pœna mortis his, qui diuinum honorem aliis exhibent. Exteriora sacrificia ita sunt signa interiorum, sicut uerba sonantia sunt signa rerum: quo circa sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus uoces significantes, cui res ipsas in corde quas significamus, offerimus: ita sacrificantes non, alteri uisibile sacrificium offerēdo esse nouerimus, quā illi cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus.

De ciuitate Dei c. 19.

Iudi. 13.

Sacrificium certe nullus est, qui audeat dicere deberi, nisi soli Deo, dicente etiam Angelo Manue, qui uolebat sibi offerre hædum de capris sic: si me cogis, non comedam panes tuos: si autem uis holocaustum facere, offer illud Domino. Visibile sacrificium exterius, inuisibile sacrificium interioris est signum: quis enim sacrificare cenfuit, nisi illi, quem ut Deum sciuit, aut credidit, aut finxit?

Ex quibus uerbis Augustini clare patet, quōd sacrificium soli Deo debetur: & qui alteri quā Deo illud exhibet, ex eius facto ostendit se credere illum fore Deum: quod est hereticum. Qui igitur dæmonibus sacrificium offerunt, dæmonem se habere in Deum, ac credere esse eorum uerū Deū exteriori facto profitentur, & ostēdunt: quare heretici sunt habendi.

Cap. 23.

† In 8. Augusti legitur, artes

1. Cor. 8. Eod. lib. c. 29

Superstitio

Item Beatus Augustinus secundo de doctrina Christiana, præmissis multis diuinationum & inuocationum generibus dicit ita: Omnes igitur artifices † huiusmodi uel negatorie uel noxię superstitionis ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta quędam infidelis & dolosę amicitie constituta penitus sunt repudianda & fugienda Christiano: nō quōd idolum sit aliquid (ut Apostolus ait) sed quia quæ immolant, dæmonibus, & non Deo immolant. Superstitiosum est quicquid institutum ab hominibus est ad faciendā, & colendā idola pertinens, uel ad colendam sicut Deum creaturam, partem uellam creaturę, uel ad consultationes & pacta quędam signorum cum dæmonibus placita atque fœderata. hęc Augustinus. Ex his uerbis Augustini patet, quōd dæmonibus sacrificantes, Augustinus uocat infideles & supersticiosos: infidelitas autem, quæ accidit Christianis, heresis est.

Superstitio etiam est uitium oppositum de directo religioni Christianę, seu latrę: ergo in

A Christiano hæresis est; & per consequens dæmonibus sacrificantes heretici habendi sunt.

S. Thomas

6 Sanctus Thomas in postilla super Isaiam super isto uerbo: Ecce dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalem & Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur quæ, fortem & uirum bellatorem; iudicem, & Prophetam, & ariolum, Isaię 3. ca. super isto uerbo, ariolum, mouet quæstionem: An inquirere futura ab ariolis sit illicitum: & in fine loquens de scientia dæmoniorum, & quæ scire possunt, & quæ non, dicit ita: Tamen est semper peccatum inquirere ab eis, & apostasia à fide, ut dicit Augustinus. hęc beatus Thomas. Et credo quōd intelligit dicere de illo uerbo Augustini, quōd reicitatur 26. quæst. 7. Non obseruetis, quod ponitur infra, ubi expresse hoc dicit Augustinus. Ex quibus uerbis apparet, q̄ à dæmonibus futura inquirere est apostasia à fide: ergo longe fortius sacrificare, apostasia autem à fide in Christiano, hæresis est: ergo apostata à fide hereticus est. Igitur dæmonibus sacrificans, ut apostata à fide Christi, & hereticus habendus est.

Futura ab ariolis inquirere illicitum est.

Idem sanctus Thomas 2. sententiarum dist. 7. articulo ultimo in corpore quæstionis, ubi quærit: utrum uti auxilio dæmonis sit peccatum, dicit sic: Respondeo, dicendum quōd ea, quæ sunt supra facultatem humanę nature à solo Deo requirenda sunt: & ideo sicut grauiter peccant qui illud, quod est Dei, creaturę impendunt per idolo latræ cultum: ita etiam grauiter peccant qui ea, quæ à Deo expectanda sunt, auxilio dæmonum implorant: & huiusmodi est uaticinatio de futuris, ut dicitur Isaię 8. Nunquid non populus à Deo suo requirit uisionē prouisus & mortuis, & cetera.

7 Et similiter etiam in aliis operibus magicis, in quibus complementum operis ex uirtute dæmonis expectatur: in omnibus enim est apostasia à fide, propter pactum inicum cum dæmone: uel uerbotenus si inuocatio interfit: uel facto aliquo, etiam si sacrificia desint. Non enim potest homo duobus dominis seruire, ut dicitur Matth. 8. hęc beatus Thomas. Ex his clare patet, quōd dæmones inuocare & consulete etiam sine sacrificio, apostasia est à fide, & per consequens hæresis: longē ergo plus cum sacrificio.

Inuocatio dæmonū cōiunctam hēt apostasiam à fide.

Dominus etiam Albertus doctor magnus ordinis fratrum Prædicatorum, qui fuit Archiepiscopus Ratisponen. super 2. sententiarum dist. 7. articulo ultimo, in corpore quæstionis, ubi quæritur: utrum Magicis & Mathematicis intendere sit peccatum, & apostasia à fide, respondet sic: Solutio, dicendum, quōd in talibus semper est apostasia uerbi, uel operis. Si enim inuocationes, coniurationes, sacrificia, subfumigationes, & adorationes fiant, tunc aperte pactum initur cum dæmone; & tunc aperte est apostasia ibi oris. Si autem non fit, nisi opere simplici: tunc est apostasia operis: quia illud opus expectatur à dæmone. Cum autem expectatur aliquid à dæmone, uel aliquid percipere per ipsum, semper est fidei contumelia, & ideo apostasia. hęc Albertus.

Albertus Magnus.

Petrus d. Ta
lafia.

Idem tenet dominus Petrus de Tarantasis ordinis Prædicatorum, qui postmodum fuit Papa Inno. V. dicens, super 2. sententiarum ead. dist. & articulo, quo querit: vtrum liceat vti demonum ministerio, siue arte: addit tandem sic, respondens ad tertium argumentum: Ad illud de libro, Respondeo, quod quamuis liber perditus ab homine requirit possit, non tamen a demone; quia demon interrogatus, non respondet super talibus, nisi per quadam pacta, & venerationes, & adiurationes, & inuocationes illicitas, hæc ille.

Bonauentura
Alex. de Alex.

Et dominus Petrus de Bonauentura, qui fuit Cardinalis, & etiam Alexander de Ales de ordine fratrum Minorum, omnes prædictis assentiunt super 2. sententiarum dist. 7. & nonnulli alii magistri in Theologia: Et specialiter dominus Frater Guido, de ordine Beatæ Mariæ de Carmelo Episcopus Maioricensis, & post Elnensis, qui ad mandatum domini Ioannis Papæ xxij. questionem super hoc edidit specialem.

Ioã. And.

Secundo probatur hæc eadem conclusio ex dictis doctorum Canonistarum. Nam Ioannes And. super c. Accusatus, s. sane. & verbo, Saperent, extra de hæret. lib. 6. dicit ita: Saperent, sicut est circa aras idolorum nefarias preces emittere: sacrificia offerre: demones consulere: eorumque responsa suscipere. 26. quest. 2. c. Ii qui. & quest. 4. c. Igitur, uel associant sibi propter fortes exercendas hereticos: uel faciunt prædicta cum sanguine, uel corpore Christi; uel in sortibus (vt possint habere responsa) puerum rebaptizant uel his similia. hæc Ioan. And.

Archidiaconus
Relat. fol. 201.

Archidiaconus vero super eod. c. & s. sane. super eod. uerbo, Saperent, vt 26. q. 4. c. 1. circa principium, uerf. Arioli. Vt quando aliqua faciunt, ut habeant responsa a demonibus, ut ibi, & ead. causa q. 2. Ii qui, Nam tales multo magis peccant, q̄ in casu posito supra eod. cap. s. ille. Et magis hoc uidetur hæreticum, quam illud. hæc Archidiaconus.

Io, Monach.

Ioannes autem Monachus super eod. c. & s. & uerf. Saperent, dicit ita: Saperent, sicut circa aras idolorum nefarias preces emittere: sacrificia offerre: demones consulere: eorum responsa accipere. 26. q. 2. c. Ii qui, & c. Igitur, ead. causa, q. 4. uerf. Arioli. Et est ratio: nã si adorare hæreticos est hæreticum, s. ille, supra eod. cap. & hoc non est propter personam, sed propter vitium: ergo adorare demones erit maius peccatum: iuxta illud; Propter quod vnumquodque tale, & illud magis, argum. C. de sacros. Eccl. authen. multo magis, hæc Ioannes Monachus.

Aurhen.
Multo magis.

Et idem Oldradus in compilatione questionum, quam fecit in concilio 110. questione, qua querit: an Ioannes de Poliacio, qui dedit a pocula amatoria mulieri, sit suspectus de hæresi uchementer, in responsione questionis dicit sic: Nunc ergo uidentur esse, an dare pocula amatoria mulieri heresim sapiat manifeste. Et uidetur quod sortilegia simplicia; uel etiam pocula amatoria; uel propter conscientiam, hostiam non consecratam ut consecratam sumere, heresim non sapiant manifeste, vt apparet ex criminum distinctione, & pœnarum

Tal. de Perri
micho.

impositione: & de primo apparet, extra de sortileg. in rubro & nigro: quæ rubrica separata ponitur a rubrica de heret. & habetur expresse extra de heret. lib. 6. c. Accusatus, s. sane: De secundo habetur extra de cele. Mis. c. De homine. De tertio habetur ff. de pœnis. l. Si quis, s. qui abortiuus. Imagines uero facere ad amore mulierum procurandum, magis uidetur superstitiosum quam hæreticum: licet hoc indubitanter secundum August. lib. 10. de ciuitate Dei, ad demones pertinent ludificatores animarum sibi subditarum: sicut etiam tradit S. Thom. de Aquino 2. 2. q. 96. in tit. de superstitioibus obseruantiarum, artic. 2.

Demonia uero inuocare; eis nefarias preces mittere: & funesta sacrificia offerre: hisque celebrantibus eorum responsa expetere, uidetur heresim sapere manifestam, vt 26. q. 4. Igitur genus diuinationis, & infra: Inuocare uero demonia, & eorum responsa expetere ad sciendum futura, & hoc heresim sapiat manifeste: quia creaturæ attribuitur quod est proprium creatori, iuxta illud Isaie, cap. 41. Annunciate nobis quis uentura sunt in futurum, & sciemus quia dii uos estis. Si uero demones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris: tunc quia inuocatur ad illud, quod est proprium eis, scilicet tentare (vnde Saluator in Euangelio eum tentatorem nominat) licet hoc facere sit turpe, scdum, & mortale peccatum: tamen non censetur heresim sapere manifeste: si inuocatio procedit per modum Imperij, non adorationis. Si enim adorare hereticum, est hæreticum, uel sapiat heresim manifeste, & hoc non est propter personam, sed propter uitium: ergo ubi erit maius vitium, sicut est in adoratione diaboli, maius erit peccatum, ut habetur extra de heret. lib. 6. cap. Accusatus, s. sane. & ibi not. per Ioannem Monachum. hæc dominus Oldradus.

Guillelmus de monte Lauduno super antedicto uerbo, Saperent, dicit ita: Saperent, sicut sacrificia offerre demonibus, uel quia prædicta committunt cum corpore Christi, uel sanguine. 26. q. 2. Ii qui.

Bartholomæus Raymundi super eod. uerbo, Saperent, dicit ita: Saperent, vt quia idola adorant, uel demones. 26. q. 4. Igitur.

Tertio, eadem conclusio, seu casus probatur ex dictis Ecclesiæ determinationum. nam 26. quest. 5. cap. Episcopi, dicitur sic: Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare student, ut perniciosam & a diabolo inuentam sortilegam, et magicam artem ex parochiis suis penitus eradicent; et si aliquem uirum, aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem inuenierint, turpiter dehonestatum de parochiis suis eiciant. ait enim Apostolus: Hæreticum hominem post primam, et secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est. Subuersi sunt et a diabolo capti tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia querunt. Et ideo a tali peste decet mundari sancta Ecclesia.

Ex his apparet, quod magicam artem sectantes

Tal. exposi.

Proprii de
monis etate

Mat. 4.

Guillelmus.

Bartholomæus
Raym.

Ad Tit.

& exercentes, vt heretici sunt habendi & uitandi: alia auctoritas Apostoli introducta prædicta: Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuita: tanquam impertinens ad propositum esset inducitur. Sed demones inuocantes, & eisdem sacrificantes, magicam artem sunt in hoc sectantes, & exercentes: ergo ut heretici sunt ab Ecclesia Dei habendi & uitandi. et sequitur: Illud etiam non est omitendum, quod quædam scelerata mulieres, retro post satanam conuersa, demonum illusionibus & phantasmatibus seducta, credunt, & profitentur se nocturnis 4 horis cum Diana dea paganorum, uel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum, equitare super quadam bestias, & multarum terrarum spatia intempeste noctis silentio pertransire, eiusque iusionibus uelut doming obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vti iam hec solæ in perfidia sua perissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent: nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc uera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluntur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrat. Quapropter sacerdotes per Ecclesiam sibi committas, populo Dei omni instantia prædicare debent, ut nouerint hæc omnino falsa esse, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. hæc ibi.

Ex his apparet, quod prædictæ sceleratæ mulieres, in perfidia perseverant, à recta uia deuiant atque fide, & earum mentibus infidelibus demones se obiciunt & deludent. Si ergo istæ mulieres, de quibus non constat, quod sacrificia offerant demonibus inuocatis, perfide & infideles, & à recta uia deuiantes in præfato decreto in concilio Anquirensi dicte & habitæ sunt; & per cõsequens, si baptizate sunt, vt hereticæ habendæ sunt: quia Christianum à recta uia & fide deuiare, & infidelitatem recipere, est proprie hæreticare: quanto magis Christiani, honorem patriæ exhibentes & sacrificantes demonibus inuocatis, dicendi & habendi sunt perfidi, à recta fide deuii, & infideles in delirate Christianorum, que est hæresis: & per cõsequens heretici sunt habendi? Reuera sic. Et 24. q. 3. c. Quidam heretici, ubi sectæ hereticorum, & eorum nomina numerantur, dicitur sic: Ophitæ, à colubro nominati sunt. Coluber enim græce ophis dicitur: colunt enim serpentem. & eod. cap. Cainani inde sic apellati, quoniam Cain adorant, & eod. cap. Angelici uocati, quia angelos colunt. Si ergo colentes serpentes, Cain, seu Angelos, heretici sunt iudicati: non longe melius demones colentes, adorantes, uel sacrificantes heretici sunt censendi? Reuera sic. Quanto enim magis creatura elongatur à perfectione diuina, tanto est grauius scelus, ei honorem patriæ impendere. Et cum demones (est non ratione naturæ, saltem ratione culpæ) magis elongentur à Deo, quam alia creaturæ, idcirco grauius est eos adorare. Et cum Angelos colere sit heresis, scelus, & tales sint per allegatum cap. inter hæreticos computati, multo

fortius demones, colere, adorare, uel quouis modo alio sacrificare sapit heresim manifeste: & per consequens tales scelus huiusmodi perpetrantes vt heretici sunt ab Ecclesia iudicandi.

Hanc conclusionem seu casum determinat dominus Ioannes Papa xxij. in extrauagante Super illius specula, tenoris sequentis.

9 Extrauagans Ioannis xxij. contra Magos, magicalq. superstitiones.

Super illius specula, quamuis immeriti, eius fauente clementia, qui primum hominem humani quidẽ generis protoplasti, terrenis prelatum, diuinis uirtutibus adornatum, conformem & cõsimilem imagini suæ fecit, reuocauit profugum legem dando, ac demum liberauit captiuum, reuenerit perditum, & redemit uenditum merito suæ passionis, ut contempleremur ex illa super filios hominum, qui Christiane religionis cultu Deum intelligunt & requirunt: dolenter aduertimus, quod etiam cum nostrorum turbatione uiscerum cogitamus, quamplures esse solo nomine Christianos, qui relicto primo ueritatis lumine, tanta erroris caligine obnubilatur, quod cum morte foedus in eunt, & pactum faciunt cum inferno: demonibus namque immolant: hos adorant: fabricant, ac fabricari procurant imagines: annulum uel speculum, uel phialam, uel rem quamcunque aliam magice ad demones inibi alligandos ab his petunt, responsa ab his recipiunt, & pro implendis prauis suis desideriis auxilia postulant, pro re foetidissima foetidam exhibent seruitutem (proh dolor) huiusmodi morbus pestifer, nunc per mundum solito amplius cõualescens, successiue grauius inicit Christi gregem. Cũ igitur ex debito suscepti pastoralis officii, oues oberrantes per deuia, teneamur ad caulas Christi reducere, & excludere à grege Dominico morbidas, ne alias corrumpant: Hoc edicto in perpetuum ualuturo, de consilio fratrum nostrorum, monemus omnes & singulos renatos fonte baptismatis, in uirtute sancte obedientiæ, & sub in terminatione anathematis præcipientes eisdem, quod nullus ipsorum, aliquid de peruersis dictis dogmatibus docere ac addiscere audeat: uel, quod execrabilius est, quomolibet alio, in aliquo illis uiti. Et quia dignum est, q̄ hi, qui per sua

Relat. fol. 43.
Tal. nominã
to.

† al. honora-
tur

opera peruersa spernunt Altissimum, pœ-
nis suis pro culpis debitis percellantur †:
Nos in omnes & singulos, qui contra no-
stra saluberrima monita & mandata face-
re de prædictis quicquam præsumperint,
excommunicationis sententiam promul-
gamus, quam ipsos incurrere volumus ip-
so facto: statuentes firmiter, q̄ præter pœ-
nas prædictas, contra tales, qui admoniti
de prædictis, seu prædictorum aliquo in-
fra octo dies à monitione computandos
præfata, à præfatis non se correxerint, ad
infligendas pœnas omnes & singulas, præ-
ter bonorum confiscationem dumtaxat,
quas de iure merentur hæretici, per suos
compententes iudices procedatur. Verum
cum sit expediens, q̄ ad hæc tam nefanda
omnijs uia, omnisque occasio præcludan-
tur, de dictorum nostrorum fratrum consi-
lio inuicem præcipimus, & mandamus,
q̄ nullus eorum libellos, scripturas qual-
cunque de præfatis dānatis erroribus quic-
quā continetes, habere, aut tenere, uel in
ipsis studere præsumat; quin potius volu-
mus, & in uirtute sanctæ obedientiæ cūctis
præcipimus, q̄ quicumq; de scripturis præ-
fatis, uel libellis quicquam habuerint, in-
fra octo dierum spatium ab huiusmodi edi-
cti nostri notitia computandum, totum,
& in toto, & in qualibet sui parte abolere,
& cōburere teneantur: alioquin uolumus,
q̄ incurrant sententiā excoicationis ipso
facto, processuri contra contemptores hu-
iusmodi (cum consiterit) ad pœnas alias
grauiores. Datum Auinione.

† al. publica
tione.

10 Hic autem considerandū est, quod illa præ-
dicta, quæ ponuntur à Ioan. And. & Ioan. Mona-
cho, & ab Archidiacono super cap. accusatus §.
sane. & uerbo, Saperent. scilicet, ad aras idolorum
nefarias preces emittere: funesta sacrificia offer-
re: responsa expetere, &c. et ea, quæ ponuntur et
in extrauagante prædicta domini Ioan. xxii. Su-
per illius specula. f. demones inuocare: adorare: sa-
crificia offerre, &c. non sunt sumenda, nec intelli-
genda copulatiue, ut omnia simul iuncta sapiant
hæresim, & non alias: immo quodlibet illorum sa-
pit hæresim manifeste. Qui enim Machometum
in suum auxilium inuocaret, esto quod aliud ei
non faceret, manifeste in hæresim incideret. Simi-
liter, qui in honorem eius aram sibi constitueret.
Idem etiam consimiliter et de demone est dicen-
dum: nam quodlibet illorum, scilicet inuocare;
aram construere: sacrificare, & cetera, actus sunt
latræ, qui soli domino Deo debent offerri. Si er-
go aliquis illorum actuum fiat, in honorem dia-
boli uel Machometi, sapit hæresim manifeste.

11 Secundus casus, seu conclusio est: quod
si demones inuocantes non exhibeant dæmoni-

bus inuocatis honorem latræ, sed exhibeant ho-
norem hiperdulæ, uel dulæ, modo in antea expli-
cato, & de hoc clarè sunt confessi iudicialiter, uel
conuicti: tales non ut sortilegi, sed ut hæretici iu-
dicio Ecclesiæ sunt habendi: & per consequens si
resipiscant, errore & hæresi primitus abiurata, sūt
perpetuo immurandi ut hæretici penitentes. Si au-
tem non resipiscant, sunt ut impenitentes hereti-
ci ferendi: uel si abiurant, et relabantur, sunt ple-
stendi per omnia sicut ceteri hæretici.

12 Hic casus seu conclusio, quamquam ex pri-
ma conclusione satis pateat antefacta, pot̄ nihilo-
minus breuius sic conuinci: honor. n. dulæ alicui
exhibetur dupliciter, uel duplici de causa: prima
est, in signum sanctitatis; & hac de causa Abrahā,
Lot, et Manue, Angelos adorauerunt: ut de Abrahā
patet Ge. 18. et de Lot Gen. 19. et de Manue. Iud.
13. Hac et de causa Assuerus Mardocheum, et Sal-
manasar Tobia super alios honorauerunt. de Assue-
ro patet Hester 3. et de Salmanasar Tobia. 1. Hac
etiam de causa Angeli beati et sancti, qui sunt in
patria, à nobis adorantur, et honore dulæ festi-
uantur.

13 Secunda causa est, in signum gubernationis,
iurisdictionis, et potestatis. Et hac de causa Na-
than propheta, & Berfabee mater Salomonis, Da-
uid Regem adorauerunt, ut patet 3. Regum 1. Hac
etiam de causis Pontificis, Reges, & alii regimini
præsidentes, ut Dei uices in regimine gerentes, à
suis subditis honore dulæ uenerantur. Si ergo ali-
quis honorem dulæ exhiberet, factio se credere
ostenderet, illum, cui talem honorem dulæ exhi-
beret, sanctum, & Dei amicū fore, uel guberna-
torem, uel rectorem à Deo constitutum esse; &
sic Deum in eo, tanquam in sibi charo & amico,
uel in vicario suo principaliter honoraret. Nam
cum sancto honor dulæ exhibetur, Deus in sancto
principaliter honore latræ adoratur: et cū Pō-
tifex, Rex, uel regimini præsidents, honore dulæ
reueretur, Deus in suo Vicario honore latræ ue-
neratur: & ideo in huiusmodi honoribus, qui san-
ctis & Ecclesiæ rectoribus exhibentur, & mūdi
principibus, non ipsi, sed Deus in ipsis princi-
paliter ueneratur. Exhibens ergo honorem dulæ
dæmoni inuocato, ex hōdi factio, & opere exte-
rius, conuincitur se corde & mēte reputare, ac cre-
dere interius dæmonē fore sanctū; & Dei amicū,
& ideo sanctitate uenerandū; uel fore in mundo
rectorem, & gubernatorem à Deo constitutum:
& ideo iurisdictione & potestate reuerendum.

Quorum duorum utrunque plane est hæreticum
& peruersum; quia sacræ scripturæ contrarium,
& determinationibus Ecclesiæ absolum. Dæmō
enim neq; sanctus, neque Dei amicū est, immo
in culpa & malitia obstinatus est: neque in mūdo
à Deo gubernator, neque rector constitutus
est; immo seruus captiuatus est, & falsator & de-
ceptor, ut in sacris canonibus, & etiam præcedē-
tibus constat plane. Quare conuincitur q̄ demō-
nibus honorem dulæ exhibentes, non ut sortile-
gi, sed ut hæretici sunt habendi, & hæreticorum
legibus non procul pulsus, aliis an fractibus fe-
tiendi.

Ex quibus
causis exhi-
beatur circa
turiis adora-
tio.

† al. plane.

tal. videtur.

Et Rp. 10.

Pfal. 49.

Pfal. 49.

S. Tho.

14 Tertius casus, seu conclusio est: si demō-
nes inuocantes, seu consulentes, talia peragant, &
taliter, quod in eorum inuocationibus & consul-
tationibus non appareat manifeste, quod aliquis
honor latræ uel dulæ exhibeatur demones in-
uocatis, modis explicatis in superioribus, uel aliis
similibus quibuscunque, tales nihilominus, ut di-
citur, non ut sortilegi, sed ut hæretici iudicio Ec-
clesiæ sunt habendi. Quod sic patet: Inuocare. n.
in sacra scriptura pro actu latræ sumitur: unde gl.
sup. illud Gen. 4. Iste incipit inuocare nomē Do-
mini, dicit sic: Inuocare, idem est, quod colere &
deprecari.

Item glo. super illud Ioel. 2. Omnis quicumque
inuocauerit nomen Domini, saluus erit, dicit sic:
Inuocauerit se subiiciendo, & colendo. Et Pa-
pias exponens quid est inuocare, dicit sic: Inuo-
cat, adorat, supplicii prece poscit. Inuocare etiam
ut actus latræ à Deo præcipitur. Psalmus, Immo-
la Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uo-
ta tua. Et inuoca me in die tribulationis: erua-
te, & honorificabis me. Et Isaię 55. Quærite Do-
minum dum inueniri potest, inuocate eum dum
prope est. Inuocare inter actus latræ enumera-
tur; & ponitur, unde Psal. Audi populus meus, &
loquar Israel, non in sacrificiis arguam te: holo-
causta autem in conspectu tuo sunt semper: non
accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus
tuis hircos; & enumeratis latræ actibus multis, di-
cit ita: Immo la Deo sacrificium laudis, & redde
altissimo vota tua, & inuoca me in die tribulatio-
nis. Inuocare, ut actus latræ fieri demōni à Deo
interdicitur: unde Iudic. 10. Reliquistis me, &
coluistis Deos alienos, ite & inuocate Deos, quos
elegistis. Et 3. Regum 18. dixit Helias sacerdoti-
bus Baal: Inuocate nomina Deorum uestrorum:
& ego inuocabo nomen domini Dei mei. Quia
ergo inuocare, pro actu latræ sumitur, & inter
actus latræ enumeratur & ponitur, & ut uerus ac-
tus latræ exhiberi Deo præcipitur, & ut actus
latræ fieri demōni interdicitur: ergo si demōn à
Christiano inuocetur, ubi aliud non appareat, actus
latræ demōni offertur; quod sapit hæresim mani-
feste, & tales ut hæretici sunt habendi, iuxta pri-
mam conclusionem: Nonne inuocantes Macho-
metum sunt hæretici habendi? Vtique. & nūquid
non plus inuocantes demones? Concordat Bea-
tus Thomas ut dictum est supra in prima conclu-
sione istius questionis; concludit nanque sic: In
omnibus nanque est apostasia à fide, propter pa-
ctū inuitum cum demone; uel uerboreus, si inuo-
catio interficit: uel factio aliquo, etiā si sacrificia de-
finit: non enim potest homo duobus dominis ser-
uire, ut dicitur Marci 8. hæc Thomas.

Ad euidentiā autem tertiæ conclusionis est
diligentius attendendum, quod in inuocationib;
dæmonum, ad petitionem est acutus attendēdū:
Nā si petitur quod excedit dæmonis facultatem,
ut sunt futura, à Deo uel hominis arbitrio mere de-
pendentia uel uoluntate: ut resuscitatio mortui,
quod petiuit Saul per Pythonissam: uel certifica-
tio mortis uel uitæ: qđ à Beelzebub petiit Ocho-
zias, ut patet 4. Regum 1. uel hominem cogere

ad peccatum, & similia: & tunc ex huiusmodi pe-
titione heretici iudicantur: quia protestantur se
credere, demōnem fore Deum.

COMMENT. LXVIII.

¶ **Q**ue hæc questione traduntur, frequentia etiam
sunt, & ab Inquisitoribus diligenter cognoscē-
da. cum inter cetera grauissima scelera, hoc etiam de
inuocandis demones multos in repub. Christiana
diuine legis proditores inuaserit. Persequitur uero
Eymericus hanc tractationem diligenter, quam tra-
dunt ferme omnes qui contra hæreticos scribunt. Re-
pertorium Inquisitorum uerbo, demon. s. utrum dæ-
mones inuocantes. Locutus in opere iudiciali uerbo,
inuocare. & uerbo, diuinationes. & uerbo, apostas-
ia. Tabiensis in summa uerbo, inquisitor. §. 33. nu.
34. Zanchinus tract. de hæret. cap. 22. Albertinus
de agnos. assert. q. 1. num. 4. & seq. Paulus Grillā-
dus tract. de sortil. q. 10. & 11. Alfonso Castus,
lib. 1. cap. 13. de iusta hæret. punitio. Simancas de ca-
tho. instit. tit. 21. Bernardinus Diaz in practica cri-
minali canonica, cap. 100. & 101. Bernardus Co-
mensis in lucerna Inquisitorum, uerbo, demones. S.
1. & 2. sanctus Antoninus in summa par. 2. tit. 12.
c. 5. §. 1. Aegidius Romanus, lib. 2. sent. dist. 7. q. 3.
ar. 3. & communiter theologi ead. dist. 7. & de ma-
teria huius questionis tractat plene Iacobus Spreng-
er in Malleo Maleficarum. B. Thomas 2. 2. q. 95.
art. 4. Squillacensis tract. de fide catho. cap. 9. et 10.
& Hispani habemus hanc tractationem in legibus se-
preparatis par. 7. tit. 23. sunt et alij qui hæc tractat,
sed hi copiosius.

Contra inuo-
cantes dæmo-
nes, qui scri-
pserunt.

Hæc damnata inuocandi demones consuetudo an-
tiquissima est in orbe terrarum: & in Ecclesia Dei
Elchelaix quidam hæretici, qui circa annos Domi-
ni CCXL. exorti sunt, ut ait Nicephorus, lib. 5. ca.
24. histo. eccle. inuocationibus, incantamentisque de-
monum sunt usi.

Inuocare dæ-
mones anti-
qua supersti-
tio.

Inuocantes nanque demones quantum ad
modum trifarie uariantur, & c. ¶ Totam hanc qua-
estionem, quæ late patens est, complectitur auctor tri-
bus assertionibus, & singulas copiose comprobat.

Prima est: qui demones inuocant exhibentes eis
honorem latræ, qui est cultus soli Deo. debent, ut
hæretici sunt habendi.

Secunda est: Inuocantes demones cum honore du-
læ, qui est cultus Sanctis gloriosis debent, etiā uel-
lut hæretici sunt tractandi.

Postrema est: Qui demones quouis alio modo in-
uocant, etiam si nullum eis cultum exhibeant, quia il-
lis se supponere uidentur, hæretici etiam sunt putan-
di. de singulis agemus suis locis.

¶ Qui tabula Salomonis intitulatur. Ita Bar-
cinonensis, & codex Cardinalis de Gambara. in Bo-
nionensi, qui tabulæ Salomonis intitulatur, in
Sabellano, qui clauicula Salomonis intitulatur.

¶ Quos quidem libros à necromanticis per
me captis auulsi & legi. ¶ Prodest ergo malos libros
legere, ut errores resistentur eorum, & fraudes de-
regantur, ne nocere possint. c. Episcopus 37. dist. per
quos autem legi debent explicui supra in hac 2. par-
te super cap. Fraternalitatis. de hæreticis libri uero
quorum

Mali libri
quatenus le-
gendi.

quorum hic meminit Eymericus, mali homines dicitante saepe demone scripserunt.

Demone bona quadoque consilium, ut mala per sua decant.

d. Castitatem pro demonis reuerentia, uel monito obseruando, ieiunando, &c.] Neque hoc debet impossibile uideri: saepe enim demones, item necromantici, & ceteri huius uetite artis professores, ut facilius decipiant, bona fieri iubent, ut malis & illiis admixtis fides adhibeatur; quonia si omnia mala essent, qua ab illis preciperentur, facile fraus detegeretur. his autem bonorum operum umbris in primis capiuntur femine, quibus & ob fragilitatem sexus, & curiositatem multum illudunt demones; est autem insignis hic EymERICI locus, & multis exemplis illustris, qua nosse oporteat Inquisitores.

Characteres signa, & ignota nomina prohibita.

e. Per characteres et signa, et ignota nomina obsecrando.] Hac nominatim prohiberi uidentur in Leuitico ca. 19. dum cauetur ne figurae aut signa fiat: quo intelligimus uerari, ne quis signa superstitiosa, aut imagines Astrologie, aut nomina ignota & characteres pingat: hac enim omnia, ut ait Orig. lib. 3. in Job, diaboli sunt seductiones; demonum sunt irrationes, idololatrie sunt seculi, aut in fatuatio, & cordium scandalum.

f. In quibus omnibus honor latrie, &c.] De adoratione latrie & dulie dixi supra super q. 10. huius partis, qua sunt nunc in memoriam reuocanda, ut hoc quaestio percipiatur.

Locus relictus.

g. Vel aliud corpus peritum.] Hic locus in tribus codicibus erat deprauatus, paruum enim legebatur, restitutus est ex Bononiensi, in quo legebatur peritum, hoc est, clarum & lucidum, solent namque quadoque necromantici lucidam ampullam, aut quid simile coram puero puellae statuere, in quo demonum arte apparent spectra & simulacra eorum, que scire cupiunt, que ipsi non possunt uidere, uidentur tamen ab innocensibus pueris, & referuntur, est que hoc diuinandi genus hodie ualde frequens.

h. Et ista modo Saul per Pythonissam, et c.] Valde difficilis est huius historie declaratio, cum absurdum uideatur per Pythonicam diuinationem, qua errori artis magicę deputanda est, Pythonissam Samuelem prophetam suscitasse, ad colloquium. Saulis impiissimi Regis, sed ueram declarationem habes in cap. nec mirum, s. praterea quidam. 2. 6. q. 5. & apud diuum Thomam 2. 2. q. 95. ar. 4. ad 2. argumentum.

i. Primus casus, seu conclusio est.] Ratio potissima cur qui hoc primo modo demones innocant, iudicantur heretici, est, quoniam funesta offerre demonibus sacrificia: aut pacta cum eis inire, aut nefarijs precibus eos deprecari: aut similia in eorum exerce-re honorem sapiunt manifestam heresim, & idololatriam pre se ferunt, & qui talia committunt, ut ait Alexander Aletensis par. 2. q. 184. facile a demonibus trahuntur ad infidelitatem: in qua etiam sententia consentire uidetur Caietanus 2. 2. q. 95. ar. 4.

Innocentii demones qua les perueniunt.

k. Et per consequens si relapsant, heresi primis ab iurata sunt ut penitentes heretici perpetuo immutandi.] Hi iure ciuili ultimo supplicio affici iubentur. Inullus, & inemo, c. de malef. & male. quod ipsa Hispana quoque lege cauetur partita 7. tit. 23. l. 3. hanc tamen seueritatem Ecclesia benigne mollis mixiores penas in hos statuit, quales hic tradit Eymericus, & alias, de quibus egi superio

ari quaestione, uer. quantum ad secundum.

l. Superstitio etiam est uitium oppositum de directo religioni Christianae, seu latrie.] Idem B. Thomas 2. 2. q. 92. ar. 1. Est, inquit, superstitio uitium religioni oppositum secundum excessum, non quia plus exhibeat in cultum diuinum quam uera religio, sed quia exhibet cultum diuinum, uel cui non debet, uel eo modo quo non debet.

hec Thomas quare non male dixit Gellius, Superstitio nem esse ineptam & importunam religionem.

m. An inquirere futura ab ariolis sit illicitum, & c.] Ab ariolis & demonibus futura inquirere illicitum est, & heresim sapit manifestam, quia demonibus tribuitur, quod solius Dei est, hinc ualde prudenter Gratianus in sum. 2. 6. q. 5. scribit ita: Est quoddam genus culturae idolorum ex demonum consultationibus futura predicere, & qui futura, que ex Dei oraculo nunquam reuelata inueniuntur, uel demonum consultatione, uel quibuslibet prestigijs inuenire laborant, diuinitatis iura, creaturis attribuunt: futura enim precire solius Dei est. hec ille. Idem sentit uerque Thomas 2. 2. q. 95. ar. 4. Alfonso Castrius lib. 1. cap. 13. de iusta heret. punitione. Paulus Grillandus tract. de sortil. q. 6. Simanca de carbo. in sum. tit. 2. 1. num. 12. & alij. Qui ergo futura scire mittit in uocatis demonibus, hereticus putandus est.

n. Sed hoc eam distinctionem recipit, quam praecitata loco affert Alfonso, & Ludouicus Carrelius tract. de heret. nu. 23. & alij. nam si futura, qua postulantur talia sint, que demonis notitijs subdantur, ut eclipsis, fertilitas terrae, aut sterilitas, et similia, qua in causis naturalibus continentur, qui interrogat, quamuis grauius peccat, non putatur hereticus, cum demoni tribuat, quod sibi competat: secus si ideret praescire futura, que per naturam sciri non possunt, qualia sunt omnia, qua a mero & libero hominis arbitrio pendent, queque Deus in sua potestate.

o. Qui dedit pocula amatoria mulieri, sit suspectus de heresi uehementer.] Grauis est hec qd, & ualde uelitis, & frequens etiam nostris seculis: solent enim qui turpibus amoribus capiuntur, pocula amatoria, que Greci philtrea uocant, amantibus propinare, ut mentes eorum ad amorem inflamment, pudicumque interdum animu flectant. Hoc primum obseruandum est, nullam in his sortilegijs amatorijs reperiri uirtute ad copellendam liberam hominis uoluntate ad amandum. Paulus Grillandus tract. de sortil. q. 3. n. 17. & seq. Alfonso Castrius lib. 1. c. 15. de iusta heret. punitione. & alij. apta. n. sunt potius ad inducendum furorem quam amorem, uel attestante Ouidio in amatorijs.

p. Nec data profuerint pallentia philtrea puellis.

q. Philtrea nocent animis, uimque furoris habent. Rursus id quoque animaduertendum, an in his poculis amatorijs misceantur sacramenta, ut hostia consecrata, uel sanguis Christi, aut res sacramentales, aut aliter sacra, ut reliquie Martyrum, Agnus Dei, aut alia huiusmodi, que commemorat Paulus Grillandus tract. de sortil. q. 1. num. 14. & seq. Nemo se hec interueniat, operantem reddent de heresi suspectum, ut scripsit Alfonso lib. 1. de iusta heret. punitione. cap. 15. circa finem, interrogatus que est ab Inquisitoribus diligenter, quid de his sentiat: nam si hac crediderit

Quid superstitio.

Futura inquirere ab ariolis uel demonibus quado sapiat heresim manifeste.

Pocula amatoria non sunt libera hominis uoluntatem.

lib. 1. de amandi.

Propinantes pocula amatoria quado reddantur de heresi suspecti.

derit liberum arbitrium cogere posse, non modo uehementer de heresi suspectus, sed uere hereticus putandus erit, nisi per ignorantiam aut aliter excusetur a crimine heresis. Et circa hos illa obseruanda uidentur, qua supra in hac 2. parte diximus super q. 34. cum ageremus de recipiendis illis, qui facta hereticalia uel apostatua commiserunt.

Inuocantes demones ob amorem quando sunt suspecti.

r. Si uero demones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris, etc.] Hac est altera difficultas etiam ualde frequens: saepe enim amantes stimulis libidinis agitati demones inuocant, ut illi flectant animum illius quam amant, in amorem turpem: & communis opinio est, talem inuocationem non sapere manifestam heresim, quia demon tunc inuocatur ad id quod sibi competit, quod est tentare. Ioanes And. ad Specul. tit. de sortilegijs in Rubrica. idem in cap. accusatus. s. sane. de heret. lib. 6. & ibidem Geminiannus, Francus, & alij. Carrelius tract. de heret. num. 23. ubi alios citat in eandem sententiam.

s. Perum plurimum refert intelligere quibus uerbis fiat hec inuocatio, an imperatiuis, ut inbeo, precipio, impero, conterege, & similibus; an uero deprecatiuis, ut precor, oro, obsecro, obtestor & alij huiusmodi, ut ex Oldrado indicat hic Eymericus. nam si primo modo fiat, nulla heresim interuenit manifestam: secus si secundo per uerba deprecatiua, qua adorationem includunt, quod sequitur auctor Repertorij inquisitorum uerbo, demon. s. si enim demones. & Locatus in opere iudiciali uerbo, apostasia. nu. 7. s. si uero demones. & iuxta hanc distinctionem uisum aliquando iudicari.

t. Simanca de cathol. in sum. tit. 2. 1. nu. 13. quamuis hec non uideatur improbare: addit tamen, aduersus hos inuocatores inquiri posse, tanquam contra uehementer suspectos: hac enim ad apostasiam, inquit, & infidelitatem spectant: qua sententia accepta de illis qui uerbis imperatiuis utuntur, forte nimis est sana, praesertim cum amantes impetu amoris hec faciant absque ullo sepe sissime intellectus errore. In his ergo personarum ratio plurimum est consideranda, ne quid durius in quemquam peccatorem in hoc sacro tribunalis statuatur. Rem quidem ualde illicitam committunt quicumque demones inuocant quocumque modo innocens, & propterea acerbissime sunt plebendi: at ut qualitas suspicionis grauioris, aut leuioris perpendatur, ad qualitatem personę delinquentis, & alias circumstantias recurrendum esse arbitror.

Bartholomaeus Spineus apologia 4. in Pontinibium contra Oldradum & communem distinctionem, quam paulo antea attulimus, constanter asserit, omnem inuocationem Demonum sapere heresim manifeste: cui non repugno: cum inuocationem proprie accipiat, quam praecesserunt uarij cultus, & nefariae obseruationes ac reuerentiae demonibus exhibita: quasi secus sit dicendum cum simpliciter Demones uocantur.

Intellectus cap. episcopi.

u. Tertio eadem conclusio seu casus probatur, & c. nam 2. 6. q. 5. cap. episcopi.] Huius capit. intellectus ualde est difficultas, tametsi non inepte ab Eymericus huic instituto de quo differit, accommodetur, uidentur pra alij ad eum intelligendum Paulus Grillandus tract. de sortilegijs, q. 7. Alfonso Castrius lib. 1. cap. 16. de iusta heret. punitione. Pontini-

nibus tract. de lamijs q. 2. nu. 43. 44. & 61. Alber-tinus de agnos. assertio. q. 24. nu. 24. uer. non obstant. Bernardus Comensis in disputatione de frigidibus adiecta in fine lucerne inquis. deniq; Syluester, & Spineus de strigibus.

w. Se nocturnis horis cum Diana Dea Paganorum.] Videto Iuonem Carnotensem par. 1. c. cap. 54. & Burchardum lib. 10. decretorum, cap. 29. idem in concilio Agathensi, cap. 4. ubi feminae talia profitentes & credentes scopis prius case e parochijs pelli iubentur.

x. Sed a maligno spiritu talia phantasmata tribus fidelium irrogari.] Ex his potissimum uerbis aduersus communem Theologorum & Canonistarum sententiam colligebat Franciscus Pontinibius tract. de lamijs, nu. 45. & multis seq. striges non deferri a demonibus corporaliter, sed is solus est in ea sententia, & contrarium asserunt uo ore omnes, quos citauit paulo antea, uer. tertio eadem conclusio. cum manifestis experimentis (quibus nemo nisi sensu careat possit contradicere) doccamur lamias saepe corporaliter deferri, sed Pontinibio abunde satisficit Spineus tract. de strigibus.

y. In concilio Anquirensi.] Alias Acquirensi sicut in plerisque uetustis codicibus apud Gratianum, & apud Burchardum lib. 10. Decret. c. 1. & Iuonem par. 11. c. 30. apud quos in aliquot codicibus legitur: Anquirensi. Verum tamen in concilio Anzyrano Graeco, aut Latino, neque impresso, neq; manuscripto hoc quod hic dicitur, est inuentum: licet qui tomos conciliorum ediderunt, asserant haberi in quodam uetusto codice xvj. librorum partialium, fragmentum uero, quod proxime retulit Eymericus, sepe habetur apud beatum Augustinum in libro de spiritu & anima, c. 28. ut docte annotatum est in Decreto nuper Romę edito, super e. Episcopi. 2. 6. q. 5. quare iuxta haec, non sunt Ecclesie determinationes, qua Eymericus putat hic Ecclesie definitiones, cum non sint in concilio Anquirensi sine Aczyrano, ut ipse existimat: magne tamen sunt auctoritatis.

z. Super illius specula, quamuis immetiti.] Eandem refert Repertorij inquisitorum uerbo, Xorquina. s. & hac quaestione. ubi paulo aliter habetur principiu ita: Super illius specula: & infra: Meritis licet imparibus, eius faciente clementia, & c. u. Annulum, uel speculum, uel phialam, uel rem quamcunque aliam magicę ad demones inibi alligandos.] At non est modica difficultas, qua hic proponitur, de alligandis, aut includendis demonibus in amulis, pyxidibus, uasculisue vitreis, ad reddenda responsa, de qua eleganter beatus Augustinus lib. 2. c. 6. de Ciuitate Dei, & ibi Ludouicus Uines, & copiose Bartholomaeus Sybilla in speculo peregrinarum quaestio. decade 3. cap. 8. quaest. 1. multa quoque Eusebius, lib. 5. de preparatione Euangelica, cap. 6. ubi tractat, quomodo demones coguntur ab hominibus, item eod. lib. cap. 7. 8. & 10.

aa. In hac re sit hec prima conclusio: Demones spiritus potissimi nullo pacto copelli ab homine possunt ad intrandum & habitandum alligati in his uasculis, multo minus cogi ad hoc possunt signis, herbis, aut quibusuis alijs characteribus: quia ut ait Iob c. 4. Non

Lamias corporaliter deferri communis est sententia & ueta.

An demones compellantur ad inhabitandum uascula corporca.

Non est super terram potestas, quae cōparetur eis. Quod si quandoque verbis aut characteribus ingredi videantur compelli, hoc fit vel à summo Deo: vel à bonis Angelis: vel fortassis à demonibus potentioribus ac superioribus: vel (quod verius puto) demones ipsi sponte veniunt, fingunt tamen se compelli, vt credentes decipiant.

Sit secunda & postrema conclusio: Ars includendi demones in his vasis ac rebus corporeis, non est ars, sed passio tacita vel expressa inter demones & homines perditissimos inita, qua pepigerunt, vt quotiens hoies hęc vel illa signa & characteres facerent demones accederent ad eas imagines aut res, ex quibus responsa deceptis reddant; quod eleganter docuit Augustinus præcitato loco.

Dæmones quo consilio claudi se interdum patiuntur.

Quo autem consilio demones his rebus claudi ac gestari se patiantur, optime docet Henricus de Asia super Genesim his verbis notatu quidem dignis: Non ergo eum necromantice, vel magice compellis, aut in vinculis cum vt putas, tenes: sed hoc certum habe, quod ipse simulat se captum; vt te capiat: se vincit, vt te vinciat; se tuo imperio subditum, vt te sibi subdat: à te inclusum, vt te finaliter concludat; fingit se tua arte, vel lapidi vel imagini alligatum, vt te funibus peccatorum alligatū ad infernum perducatur. hęc ille.

Secundus casus, seu conclusio est, &c. Idem penitus hinc transcripsit auctor Repertorij inquisitorum verbo, dæmon. s. secundus casus. Locutus in opere iudiciali verbo, apostasia. s. secundus casus. nu. 3. & seq. nec obscura videtur ratio, cur heretici haberi debeant, qui honorem hypervulgi aut dulciæ exhibent demonibus invocatis: Nam se illis subiiciunt, quod apostasia crimen non obscure præ se ferre videtur. Verum nec facile nec precipitanter veniendum est in hanc sententiam, sed plurimum spectanda est personarum qualitas & conditio, plurimū etiam causa, ob quam invocant, et modus invocandi: nam hęc & augere & minuire culpam plerumq; possunt, vt alibi dictum est.

Et hæreticorum legibus non procul pulsatis, aliis anfractibus feriendi. Hic locus in omnibus est deprauatus: nam Barcinonensis habet ita: Et hæreticorum legibus procul pulsatis, aliis anfractibus feriendi. Bononiensis ita: Hæreticorum legibus non procul pulsatis, illis anfractibus feriendi. codex Cardinalis de Gambaria ita: illis à fratribus feriendi. Sabellanus denique ita: Et legibus hæreticorum non procul pulsatis vltimo supplicio fouendi. Quocumque modo legatur, hic est sensus: Eos qui hoc secundo modo demones adorant, proculdubio pænis hæreticorum esse coercendos: quod tamen non est simpliciter accipiendum, sed tunc cū recte hac fieri posse crediderint, nec conuerti voluerint: aliās enim, vt proxime dicebamus, circumstantiæ sunt diligenter perpendendæ priusquam in hanc sententiam descendamus.

Tertius casus seu conclusio est, &c. Tertiam hęc assertio multam habet difficultatem: neque enim videntur heretici aut apostatæ, qui hoc tertio modo invocant, cum nullum cultum demoni exhibere videantur. Hęc questio pendet ex illa: An dæmonum invocatio possit quandoque fieri absque eo-

rum cultu, in qua breuiter cum Caietano 2. 2. q. 9. art. 4. dico, posse demones invocari absque cultu eis exhibito, vt cum requiritur ab illis, absque ulla reuerentia aliquid, quod ab ipsis præstari possit, quemadmodum requireretur ab homine parente nos adiuuare, semota omni cogitatione subiiciendi se demonibus: & quoniam huiusmodi invocatio, quæ fit absque ulla exteriori cultu & adorationis specie, indirecte spectat ad cultum demonum non ex intentione invocantis, sed ex institutione forsitan & occulto pacto auctorum invocationum huiusmodi cum demonibus, ignorato ab invocante; ideo quamuis aliqua hæresis suspicio contraheretur ex huiusmodi invocatione (quod nunc nõ desinio) at non incurreretur hæresis omnino, vt voluit hic Eymericus, præsertim ab eo, qui solum curiositate ductus, vel alio prauo affectu semel, vel bis quid talo faceret, neque ex professo eam artem profiteretur: & hoc modo videtur intelligendus hic Eymericus dum dicit: Modis explicatis in superioribus, constat autem in 3. modo invocandi demones, nu. 4. eum locutū fuisse de eo in primis, qui hanc artem profitetur, dum dicit: ipso necromante librū tenente, ac legente.

Neque invocandi verbum significat semper actū latrig exhibere rebus invocatis, cum, vt paulo antea docuimus, ex Caietano quandoque indicet auxilium requirere ab eo, qui potest nos iuuare, absq; ulla reuerentia. Quod vero invocare quandoque non sit actus latrig, aperte docet diuus Augustinus in 3. tomo, lib. 1. locutionum circa finem in hæc verba: Iacob benedicens nepotes suos filios Ioseph, ait inter ceteras: & invocabitur in his nomen meum, & nomen patrum meorum: Vnde notandū est, nõ solum ex auiditionem, sed etiam invocationem dici aliquādo, quæ non Dei sed hominum sint. hæc Augustinus iam in iure invocare manifeste significationis est. l. episcopale. c. de epif. audient. pro implorare auxilium, seu gladium civilis magistratus. c. 1. de offi. ord. Barr. l. vnica. ff. si quis ius dicit. non obtem.

Postremo vt nihil desideres eorum, quæ ad hanc questionem spectant, inserenda hic est determinatio quædam facta per Almam facultatem theologicam Parisien. anno Domini MCCCXCVIII. vbi notantur omnes fere errores, & qualitates propositio-num, quæ accidere possunt in hac materia invocationis Dæmonum, & artis magicæ, quæ multam lucem huic disputationi afferre possunt. omiſsa ergo eius determinationis præfatione, articuloꝝ condemnatio sequitur in hæc verba:

Est autem primus articulus: Quod per artes magicas & maleficia, & invocationes nefarias, quærere familiaritates & amicitias et auxilia Dæmonum, non sit idololatria. Error. Quoniam Dæmon aduersarius pertinax et implacabilis Dei & hominis iudicatur: nec est honoris, vel dominij cuiuscunque diuini vere seu participatiue, vel aptitudinaliter susceptiuus, vt aliæ creature rationales non damnatæ: nec in signo ad placitum instituto, vt sunt imagines & templa. Deus in ipsis adoratur.

Secundus articulus: Quod dare, vel offerre vel promittere Dæmonibus qualemcumque re, vt adimpleant desiderium hominis, aut in hono-

Verbum invocandi non semper iudicatur actum latrig.

† al. sint

† al. honoratur

rem eorum aliquid osculari, vel portare, non sit idololatria. Error.

Articulus iij. Quod inire pactum cum Dæmonibus tacitum vel expressum non sit idololatria, vel species idololatriæ, vel apostasiæ. Error. Et intendimus esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet à Deo vel natura rationabiliter expectari.

Articulus iij. Quod conari per artes magicas Dæmones in lapidibus, annulis, speculis, aut imaginibus nomine eorū consecratis, vel potius excretis, includere, cogere, & arctare, vel eas velle viuificare, non sit idololatria. Error.

Articulus v. Quod licitum est vti magicis artibus vel aliis quibuscumq; superstitionibus à Deo, & Ecclesia prohibitis pro quocumque bono fine. Error. Quia secundum Apostolum, non sunt faciendæ mala vt bona eueniant.

Articulus vj. Quod licitum sit, aut etiā permitendum, maleficia maleficijs repellere. Error.

Articulus vij. Quod aliquis cum aliquo possit dispensare in quocumque casu, vt talibus licite vtatur. Error.

Articulus viij. Quod artes magicæ & similes superstitiones & earum obseruationes sint ab Ecclesia irrationabiliter prohibita. Error.

Articulus ix. Quod Deus per artes magicas & maleficia inducatur compellere Dæmones suis invocationibus obedire. Error.

Articulus x. Quod thurificationes & suffumigationes, quæ fiunt in talium artium & maleficorum exercitio, sunt à honore Dei, & ei placeant. Error & blasphemia: quoniam Deus aliās non prohiberet vel puniret.

Articulus xj. Quod talibus & taliter vti, nõ est sacrificare seu immolare Dæmonibus, & ex consequenti damnabiliter idololatrare. Error.

Articulus xij. Quod verba sancta & orationes quædam deuotæ, & ieiunia & balneationes, & continentia corporalis in pueris & alijs, & Missarum celebratio, & alia opera de genere bonorum, quæ fiunt pro exercendo huiusmodi artes, excusent eas à malo, & non potius accusent. Error. Nam per talia sacræ res, immo ipse Deus in Eucharistia Demonijs tentatur immolari: & hæc procurat Dæmon, vel quia vult in hoc honorari similis altissimo: vel ad fraudes suas occultandas: vel vt simplices illaqueet facilius, & damnabilius perdat.

Articulus xij. Quod sancti Prophete, & alij sancti per tales artes habuerunt suas prophetias, & miracula fecerunt, aut Dæmones expulerunt. Error & blasphemia.

Articulus xiiij. Quod Deus per se immediate, vel per bonos Angelos talia maleficia sanctis hominibus reuelauerit. Error & blasphemia.

Articulus xv. Quod possibile est per tales artes cogere liberum hominis arbitrium ad voluntatem seu desiderium alterius. Error. Et hoc conari face re est impium & nefarium.

Articulus xvj. Quod ideo artes præfatæ bonæ sunt & à Deo, & quod eas licet obseruare: quia per eas quandoque vel sæpe cuenit sicut vtentes eis querunt vel prædicunt; vel quia bonum quan-

doque prouenit ex eis. Error.

Articulus xvij. Quod per tales artes Dæmones veraciter coguntur & cōpelluntur & non potius ita se cogi fingunt ad seducendos homines. Error.

Articulus xvij. Quod per tales artes & ritus impios per sortilegia, per carmina, & inuocationes Dæmonum, per quasdam inuultuationes, & aliā maleficia nullus unquam effectus ministerio Dæmonum subsequatur. Error. Nam talia quandoq; permittit Deus cōtingere: vt patuit in Magis Pharaonis, & alibi pluries: vel ad probationem fidelium, sicut habetur Deutero. xij. vel in quorundā hominum dignam flagellationem: vel quia vtentes seu consulentes propter malam fidem aut alia peccata nefanda dati sunt in reprobum sensum, & demerentur sic illudi.

Articulus xix. Quod boni Angeli includantur in lapidibus, & consecrentur imagines vel vestimenta, aut alia faciant, quæ in istis artibus continetur. Error & blasphemia.

Articulus xx. Quod sanguis vpupe, uel hoedi, vel alterius animalis, uel pergamenum virgineum vel corium Leonis, & similia habeant efficaciam ad cogendos, vel repellendos Dæmones ministerio huiusmodi artium. Error.

Articulus xxj. Quod imagines de ære vel de plumbo, vel auro, vel de cera alba uel rubea, vel alia materia, baptizate, exorcizate, & cōsecrate, seu potius execratæ secundum prædictas artes, & sub certis diebus, habeant virtutes mirabiles, quæ in libris talium artium recitantur. Error in fide, & philosophia naturali, & astrologia vera.

Articulus xxij. Quod vt talibus, & fidem dare, non sit idololatria, & infidelitas. Error.

Articulus xxij. Quod aliqui Dæmones boni sunt, aliqui benigni, alij omnia scientes, alij nec saluati, nec damnati. Error.

Articulus xxiiij. Quod suffumigationes, quæ fiunt in huiusmodi operationibus, conuertuntur in spiritus, aut quod sint debita eis. Error.

Articulus xxv. Quod vnus Dæmon sit rex orientis, & præsertim suo merito, alius occidentis, alius septentrionis, alius meridiæ. Error.

Articulus xxvj. Quod intelligentia motrix cæli influit in animam rationalem, sicut corpus cæli influit in corpus humanum. Error.

Articulus xxvij. Quod cogitationes nostræ intellectuales, & volitiones nostræ interiores, immediate caufentur à cælo: Et quod per aliquā traditionē magicam tales possint sciri: & quod per illā de eis certitudinaliter iudicare sit licitum. Error.

Articulus xxviiij. Quod per quasunque artes magicas possumus deuenire ad visionem diuinę essentia, uel sanctorum spirituum. Error.

Acta sunt hæc & post maturam crebramq; inter nos & deputatos nostros examinationē cōclusa in nostra congregatione generali Parisiis apud sanctum Maturinum, de mane super hoc specialiter celebrata, anno Domini MCCCXCVIII. Die XIX. mensis Septembris. In cuius rei testimonium sigillum dictæ facultatis presentibus literis duximus apponendum.

Hęc quidem habet prædicta condemnatio, quam offert

† al. insultationes.

† al. abuteri res. † al. nefaria

† al. astronoma.

affert Ioannes Gerson tomo i. operum, tractatu quo-

dam de erroribus circa artem magicam. Cum uero in fine singulorum articulo-

Qui predictos teneret articulos iudicio inquisitorum superponetur.

Quicumque ergo scienter aliquem ex his articulis teneret ac profiteretur, iudicio Inquisitorum heretice prauitatis proculdubio esset subiectus: tametsi enim generatim studia veluti Parisiense, Salamanticensis, Bononiense, aut similia non habeant potestatem iudicandi certo & infallibiliter de fide, ita ut eorum definitionibus omnino ab omnibus sit parendum: nec propterea dicenda sit heretica aliqua propositio, quia definitioni alicuius vniuersitatis contradicit, at spectata saltem de heresi eo nomine haberi poterit, quod determinationi alicuius catholice & insignis academiae, seu vniuersitatis opponatur, ut recte iudicio nostro docuit Alfonso Castrens lib. 1. cap. 5. de iusta heret. punitione.

Huc etiam spectat rescriptum Sixti IIII. incipiens: Nuntiatum est nobis, & aliud Leonis X. incipiens: Alias ad petitionem, item aliud Hadriani VI. incipiens: Dudum vti nobis exponi fecisti, in quibus agitur de hoc argumento, quod in fine huius articuli habentur impressa.

QVAESTIO XLIIII.

De Christianis transeuntibus, vel redeuntibus ad ritum Iudeorum.

SUMMARIUM.

- 1 Christiani transeunt ad iudaismum ve heretici sunt iudicandi:
2 Et horu fautores censendi fautores hereticorum:
3 Etiam si Iudei sint, & ideo ab Inquisitoribus puniendi.
4 Nicolai IIII. littere contra praefatos.
5 Quo pacto intelligatur quis ad ritum Iudeorum transire.
6 Ritus redeuntium ad iudaismum.
7 Ritus transeuntium a Christianismo ad Iudaismu.



Vadagesima quarta questio est: Christiani, qui ad ritum redeunt seu transeunt Iudeorum, & Christiani & Iudei, qui talibus, qui ad huiusmodi redierint vel transierint ritum dederunt consilium, auxilium, vel fauorem; an omnes isti sint velut heretici iudicandi, sic quod Inquisitoris hereticorum sint subiecti iudicio?

Ad hanc respondemus, & dicimus tria. 1 Primum est: quod Christiani, qui transeunt ad ritum Iudeorum, & conuersi ex Iudeis, effecti Christiani, qui postmodum ad dictum ritum execrabilem reuertuntur (quia illi dicuntur transire, & isti redire) tam isti, quam illi, cum fidem abne-

gauerint Christi, ad quam se obligauerant in baptismo, heretici sunt habendi, & vt tales iudicandi: quod si volunt redire a ritu Iudeorum, atque sectam abiuurare, & satisfactionem congruam exhibere, vt penitentes heretici sunt ad misericordiam admittendi: si autem nolint redire, & ritum Iudeorum atque sectam abiuurare, & satisfactionem congruam exhibere, vt impenitentes heretici, per Praelatos & Inquisitores seculari brachio sunt relinquendi, animaduersione debita puniendi. Et est casus planus de heret. lib. 6. cap. Contra Christianos.

2 Secundum est: quod Christiani, qui talibus, qui transierint, vel redierint ad dictum ritum execrabilem Iudeorum, prestiterunt consilium, auxilium, vel fauorem, hereticorum fautores sunt iudicandi. patet per allegatum cap. Contra Christianos. quod hoc dicit plane. Nam sic transeunt & redeunt sunt heretici: ergo eis in hoc fauentes, hereticorum sunt fautores.

3 Tertium est: quod Iudei, qui talibus transentibus vel redeuntibus dederunt ad hoc, consilium, auxilium, vel fauorem, quod transire vel redire ad predictum ritum, tales inquam Iudei fautores hereticorum sunt iudicandi: et vt tales per Praelatos et Inquisitores puniendi.

Et licet alleg. cap. Contra Christianos hoc non dicat plane, loquitur tamen in genere de predictorum fautoria, non exprimendo si Iudei vel Christiani fuerint fautores huiusmodi. Tamen Nicolaus IIII. in extrauagante, Turbato corde, clarius hoc dicit loquens in specie de Iudeis: dicit enim sic.

Turbato corde audiuius, & naramus, quod non solum quidam de iudaica caecitate errore, ad lumen fidei Christiane conuersi, ad priorem reuersi esse perfidiam dignoscuntur; verum etiam quamplurimi Christiani, veritatem catholicae fidei abnegantes, se damnabiliter ad ritum iudaicum transtulerunt: quod tanto magis reprobum fore cognoscitur, quanto ex hoc Christi nomen sanctissimum, quaedam familiari hostilitate, securius blasphematur. Cum autem huic pesti damnabili, congruis, & festinis deceat remediis obuiare, vniuersitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra hereticos, auctoritate sedis Apostolicae designatos, super praemissis, tam per Christianos, quam etiam per Iudeos, inquisita diligenter & sollicitate veritate, contra omnes, quos talia inuenieritis haecenus commisisse, ac committere in futurum, tanquam contra hereticos, contra fautores quoque, receptatores, & defensores eorum, tanquam contra fautores, receptatores, & defensores hereticorum procedere studeatis. Iudeos autem, qui Christianos vtriusque sexus, ad

Supra pag. 108.

eorum ritum execrabilem induxerint, aut inueneritis de cetero inducentes, poena debita puniatis: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo; inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Datum Romae Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

† ab Reate

Qualiter autem intelligatur, quod quis redeat, vel transeat ad ritum Iudeorum, non est intelligendum secundum quod exponit Bartholomaeus Raymudi super allegato. cap. Contra Christianos. scilicet, quod balneatur: & locus in quo fuit sanctum chrisma positum, abradatur, & similia, prout ponit: Nam hoc non est transire, vel redire ad ritum Iudeorum, sed viuere secundum ritum: unde posito quod, Christianus, vel Iudeus, ad fidem Christi conuersus sine predicto ritu efficiatur Iudeus seruando, eorum, caeremonias, solemnitates, & festiuitates, & credat prout ceteri Iudei; vere dicitur ad ritum Iudeorum transisse, vel rediisse.

Intelligendum ergo est, ad ritum iudeorum aliquem rediisse, vel transisse, cum eorum caeremonias obseruet: solemnitates eorum & festiuitates celebrat, & cetera facit, quae iudei communiter faciunt.

Qualis autem est ille ritus, secundum quem illi, qui prius fuerunt iudei, & post Christiani, & iterum post redeunt ad iudaismum, seu iudeorum ritum: considerandum quod talis est:

Ritus reuindanzantium.

Nam ille siquidem qui debet reuindanzare, requiritur seu interrogatur ab aliquo ex iudeis presentibus, si vult facere Teuilam, in hebreo, quod est dictum in latino; si vult facere balneationem, seu lotionem, seu balneum in aqua corrente, vt efficiatur Iudeus: Ille autem respondet, quod sic: & tunc ille Iudeus, qui praestit, dicit eidem in hebreo: baal tessua: quod est dictum in latino, reuertaris a statu peccati: & post haec ille exiit ex toto, & quandoque balneatur in aqua calida: & tunc iudei fricant eum fortiter cum arena per totum corpus, sed maxime in fronte, & in pectore, & in manibus: in illis videlicet locis, in quibus in baptismo fuit positum sanctum chrisma: postmodum vero abraduntur omnes vngues illius de manibus & pedibus vsque ad sanguinem: Item radunt caput illius, & postmodum ponunt eum in aqua fluuii currentis, & faciunt illum facere immersionem de capite, in aqua illa tribus vicibus, & post dictam immersionem dicunt orationem talem: Benedictus dominus. Deus rex caelorum, qui praecipisti nobis sanctificari super istam aquam seu balneum: quod vocatur Teuilam in hebreo. Quo facto, ille egreditur de aqua, & induitur noua camisia, & braccis recentibus, & omnes iudei presentes osculantur eum, & imponitur nomen sibi communiter illud, quod prius habuerat ante baptismum.

tal. caelorum

Item ille, qui sic reuindanzatus est, requiritur, quod confiteatur legem Moysi, & promittat se eam tenere, & seruare, & secundum eam viuere de ce-

tero. Item quod abneget baptismum & fidem Christi & Christianorum; nec de cetero ea teneat, aut seruet; et ille ita promittit se seruare legem, et abneget baptismum, et Christi fidem: postmodum vero datur eidem charta seu instrumentum testimoniale ad omnes alios iudeos, vt sic possint eum recipere, et confidere de eodem, et beneficiant ei; et extunc viuunt, et conuersatur vt iudeus, et ingreditur scholam seu synagogam iudeorum.

Qualis autem est ille ritus, secundum quem illi qui alias non fuerunt iudei, recipiuntur ad iudaismum, considerandum est, quod est idem qui prius, nisi quod predicti non circumciduntur, quia iam sunt: unde aliter circumcidunt iudei pueros suos, et aliter Christianos, siue pueros siue adultos; quia circumcidendo christianos, adultos seu pueros, scindunt eis pellem desuper semiplene, et non per totum circuli, sicut faciunt in pueris suis iudeis: ad hoc vt fit distinctio inter eos.

C O M M E N T. L X I X.

De materia huius questionis agunt Canonisti in cap. contra Christianos. de heret. lib. 6. Locutus in opere iudiciali verbo, apostata, nu. 3. ubi penitus sequitur hic Eymericum. idem per omnia Receptorum inquisitorum verbo, Reuindanzantes. & Calderinus tract. de forma procedendi contra inquisitos de heresi, in rubrica, De his qui condemnantur vt heretici. Tabiensis in summa verbo, inquisitor. s. 31. 32. & 33. Squillacensis tract. de fide catho. cap. 46. & in legibus Hispaniae septipartitis, par. 7. tit. 24. l. 7. Alfonso Castrens lib. 1. cap. 23. de iusta heret. punitione. Ioannes Rojas tract. de her. par. 1. num. 557. & sequen. Corradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 2. Gondissalvus tract. de heret. q. 9. nu. 11. & alij quos omitto.

Ac de his nulla est dubitatio, qui iurisdictioni Inquisitorum subijciuntur: sunt. n. modo heretici, ne rum & apostatae iudicandi, cum in totu deserant fidem Christi, & sectam penitus execrabilem, & omnino a religione Christiana diuersam profiteantur, de quibus propria disputatio est infra q. 49.

Iam que hac questione dicuntur de potestate Inquisitorum procedendi aduersus iudaizantes, locum habent etiam si reuindanzantes fuissent baptizati dum essent infantes, aut metu mortis, dummodo non fuissent baptizati absolute coacti. textus in dicto c. contra Christianos. ibi: Etiam si huiusmodi redeunt dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen absolute, aut precice coacti baptizati fuerunt. haec ibi. notat que ibidem glossa, Geminianus, & alij. Bernardus in lucerna Inquisi. verbo, Iudei. s. 2.

Cum his tamen qui reuindanzant dum sunt infantes, mitius est agendum, quam cum adultis, quia etati paritur, vt dixi par. 1. super l. si quis. C. ne sanctum baptis iteretur. vers. si tamen criminis capax.

Ita quod si volunt redire a ritu Iudeorum, Locus, emen etc.] Barcinonensis impressus hic erat mutilus, nam post illa verba: Heretici sunt habendi, et vt tales iudicandi. statim sequebatur: Ita quod si nolint redire, et ritum Iudeorum atque sectam abiuurare, etc. Nos tamen ex tribus manuscriptis illa supplementimus. Ita quod si volunt redire a ritu Iudeorum atque sectam abiuurare, et satisfactione congruam exhibe-

Reuindanzantes potestari Inquisitori subdantur.

exhibere, ut penitentes haeretici sunt ad misericordiam admittendi.

Iudaei ratione delicti supponitur iudicibus ecclesiasticis

¶ Tertium est, quod Iudaei, qui talibus transeuntibus, &c. Nam ratione delicti Iudaei subijcitur foro Ecclesiae, quamvis non sint de Ecclesia. idem tradit Locutus verbo, Apostata, num. 3. Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitor. verb. Iudaei. s. 1. Repertorium Inquis. ver. Iudaeus. s. item Inquisitor. versi. & ibi dicunt Doctores quibus accedunt Anabaranus conf. 1. incipien. Spiritualis Iudex. Cabrerinus conf. 2. incipiente: Iudaeus dolose. tit. de Iudaeis. & Oldradus consil. 36. incipien. Infra scripti sunt articuli. Zabarella in clemen. 2. s. 1. de heret. Cardinalis Alexandrinus in cap. nulla. dist. 54. ubi expresse asserit, Iudaeos in casibus, in quibus Christianis contrariantur, vel eos ad observandum suos ritus inducunt, in canonico & iudicibus Ecclesiasticis subiectos esse. Idem tenuit Imola in clemen. ex gravi. de usuris. versi. plerumque quero, an Iudaei asserentes. & Campegius ad Zanchinum. cap. 36. versi. Deliquit contra fidem nostram. & eleganter Squillaensis tract. de fide catho. cap. 46. tradunt Ioannes Andr. Geminianus, Francus & ceteri communiter in cap. contra Christianos. de haeret. lib. 6.

Iam quot & quibus casibus Iudaei & alij infideles subijciantur Inquisitorum potestati luculenter declaravit Sanctissimus dominus Gregorius Papa XIII. rescripto quodam incipien. Antiqua Iudaeorum. anno Domini MDLXXXI.

Iudaei inducentes Christianos ad iudicium ut fautores haereticorum plebii possunt.

¶ Tales inquam Iudaei fautores haereticorum sunt iudicandi, & ut tales per prelatos & Inquisitores puniendi. His verbis apertissime indicat Eymericus Iudaeos inducentes Christianos ad iudicium plebendos esse penes fautores haereticorum; quod non est absurdum: quia enim re vera proprie fautores haereticorum dici non possunt, cum in eos non cadat haeresis, nec propterea haeresis fautoria, quia baptizati non sunt; at large non modo fautores, verum sectatores haereticorum, seu verius apostatarum dici possunt, ut optime scripsit Ioannes Andr. in dicto c. contra Christianos.

Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. cap. 46. nu. 2. in casu huius questionis poena arbitraria puniendos dicit, ex quo poena certa per leges non est statuta. p. regulam in capitulo de causis, de offic. deleg. quod etiam videtur indicare rescriptum Nicolai III. Turbato corde, quod hic recitat Eymericus, in quo circa finem dicitur: Poena debita puniatis. quamvis enim nomine poena debite, intelligamus poenam a iure prescriptam: at ubi sancita non est, poenam arbitrariam a iudice debite pensatis circumstantijs imponendam, accipimus. index enim legibus deficientibus, ne delicta maneant impunita, legibus sufficitur.

Quibus poenis plebendi Iudaei inducentes Christianos ad iudicium.

Zanchinus tamen tract. de heret. c. 36. num. 4. Repertorium Inquis. verbo, Iudaeus. s. sed circa praedicta. Syluester in sum. verbo, Iudaeus. quest. 5. quatuor poenas videntur numerare, privationem communionis cum Christianis, pecuniariam, carceres, & verbera. quae colliguntur ex c. ita quorundam. in fine. extra de Iudaeis. ex c. postulasti. de Iudaeis. ex c. in Archiepiscopatu. de rapto. & ex c. sepe. 28. q. 1. neque ab his puto recedendum.

Sed si atrox sit scelus a Iudaeo, vel alio infidelis contra fidem patratum, acrior poena eis imponi poterit, ac etiam relinqui poterunt curia seculari nam quoties poena relinquitur arbitrio iudicantis, si crimen sit ingens, iudex arbitrium extendere potest usque ad mortem, ut est glossa communiter recepta in s. in summa. verbo, extraordinaria. Institi de iniurijs. Decius in c. ex litteris. de constit. & alij quos omitto consulto. postea vero iudices seculares ultimo supplicio eos afficient. argumento l. 2. & l. ne quis Christianam. C. de iudaeis.

Illud hic non est omitendum, quod optime monet Squillacensis tract. de fide catho. cap. 46. circa finem, quod quando Iudaei in his causis ad fidem spectantibus sunt puniendi, non potest episcopus sine Inquisitore, aut vice versa punire, sed simul intervenire debent, quemadmodum in condemnandis haereticis cautum est in clemen. 1. s. dno tamen. de heret. & haec sententia videtur mihi iustissima, & propterea penitus observanda.

Num autem puniendus sit Iudaeus si transferat ad sectam Sarracenorum docet Oldradus consil. 51. incipien. Iudaeus transfuit. cuius dicta ob brevitatem non expendo.

Item an & qualiter sint puniendi Iudaei si infideles aliter secta inducant ad Iudaeismum, cautum est a Ioanne Castella. rege ara MCCCCXXXIII. & refertur in collectione legum Hispania Catholici Regis nostri Philippi II. lib. 1. tit. 1. de sum. trimu. & fide Catho. l. 6.

Turbato corde. Refert etiam Campegius apud Zanchinum, c. 36. ubi eam tribuit Gregorio X. & Repertorium verbo, Reindazanes. s. sed est questio. Sed nihil refert: potuit enim ita primum canere Gregorius X. idemq. postea innotare Nicolaus III quod sepius eorum. eiusdem quoque extranagantis meminit Ioannes Andr. & alij in cap. contra Christianos. de heret. lib. 6.

Pontificatus nostri anno primo. Post haec verba, in tribus codicibus manuscriptis subsequitur haec periodus: Similes litterae Apostolicae habentur de Sarracenis mutatis mutandis, & incipiunt: Admodum. et sunt Gregorij. XI. Sed nos secuti Barcinone impressum, ea omisimus, credentes adnotationem alicuius esse, quae ex margine in contextum irrepserit: nam ille litterae questione sequenti referuntur.

Si vult facere Teuilla in Hebraeo. Hic locus in omnibus codicibus erat depravatus: nam Barcinonensis, Bononiensis, & codex Cardinalis de Gambara ita habent: Si vult facere Tiuilla. Sabellanus ita: Si vult facere Tiuillam: sed nos ex consuetudine & ritu Hebraeorum ita correximus & restituimus ut est impressus: Si vult facere Teuilla: observandum est autem, non quancunque lotionem, qua Hebraei se solent lavare, aut purificare intra domum suam, vocari Teuilla, sed solum eam que fit in aqua currenti, & naturaliter scaturienti, quod etiam hodie ubique observant, praesertim in purificandis feminis menstruo, aut menstrui quacunque significatione pollutis, non enim prius viris iunguntur, quam fecerint Teuilla. hic locus apud Umbertum in opere iudiciali verbo, Tiuilla, eiusdem verbis legitur etiam corrupte.

Locus restitutus.

Quid sit Teuilla apud Hebraeos.

¶ Dicit

Locus restitutus.

Dicit eadem in Hebraeo, Baal Tesciuua. Hic quoque locus in omnibus exemplaribus erat mendosus, in Barcinonensi ita Baal Tesciua. in Bononiensi, Celsiura. in Sabellano, Celsiura. in codice Cardinalis de Gambara, Celsura. quem nos etiam edocui consuetudinem & linguam Hebraeorum, ita restituimus ut est impressus. est autem hic modus dicendi consuetus & familiaris apud Hebraeos, quo quadam animi levitia indicant latitudinem hominem penitentem & conversum, cum relicta religione Christiana, aut nefarius sectis ad legem reuertitur, seu convertitur. hunc etiam locum corruptum invenies apud Umbertum Locatum in opere iudiciali, verbo, Tiuilla.

Quid apud Hebraeos baal Tesciuua.

Et imponitur nomen sibi communiter illud, quod prius habuerat ante baptismum. Si quis ergo Iudaeus effectus Christianus retinet nomen iudaicum antiquum, ac eo post baptismum assumptum utitur, ex hoc argueretur amor & affectus erga iudaismum, cumque approbare praesumeretur. ita docet valde singulariter Cranaeta consil. 73. incipien. Dicendum videretur. num. 13. & sequent. quem sequitur Franciscus Viuius lib. 2. communium opinionum, opinione 193. versi. & nomen turpe est demum tanta infamia. ratio Cranaeta potissima est: quoniam valet, inquit, argumento cap. accusatores. ubi glossa. 3. quest. 5. Ioannes Anania consil. 17. faciunt tradita per Felinum in cap. que in Ecclesiastiarum. de constit. quem retulit Iafon l. si ita stipulatus. s. Gryfagonus. de verbo. obligat. & huic opinioni assensior libentissime. qualis autem suspicio hinc oriatur, non potest a nobis certa regula definiti, sed personarum & circumstantiarum habita ratione indaganda erit. Haec autem suspicio tunc cessaret, cum in baptismo retineret Iudaeus, cum efficitur Christianus, illud nomen, quo vocabatur existens Iudaeus, ut si Ioseph Simon, aut similibus etiam apud Christianos visitis vocaretur, ea que retineret: tunc enim ex hoc solo non injungeret Iudaismi suspicio.

Conversus ad fidem & nomen & ritum veterem dimittant.

His vero qui ad catholicam fidem convertuntur sine ex Iudaeorum, sine ex aliorum infidelium perfidia, iubendum est, ne nominibus antiquis, quibus in sua secta utebantur, appellentur, sed vocentur nominibus visitatis Christianorum: quod cauit in Hispania Catholicus noster Rex Philippus II. in collectione legum Castella lib. 8. tit. 2. de los Iudios y Moros. l. 13. s. 10.

Rursus praecipendum est eisdem ne veteres suarum sectarum ritus observent, sicut dispositum est in concilio Lateranenensi sub Innocentio III. c. 70. & refertur in c. Quidam. extra de apostat.

De originarijs seu antiquis Christianis questum etiam est: An & ipsi talem suspensionem incurrant si nominibus Iudaeorum appellentur? sane iudicio meo consultius faciet, si nominibus Sanctorum novi testamenti vocentur: quod si nominibus Iudaeorum penitus insolitis apud Christianos & iniustis utantur, fortassis causam praebent saltem suspicandi quod ab Hebraeis originem ducant.

Hebraei modo circueidant omnia.

Vnde aliter circueidant Iudaei pueros suos & aliter Christianos, &c. In vetusto illo codice membrano bibliothecae Vaticanae, quo sepe sum

vsus ad multos locos obscuros huius operis illustrandos, haec prorsus leguntur, quae hic tradit Eymericus de discrimine circumcisionis. ceterum a peritissimis Rabinis & Iudaeis & conuersis ex Iudaeis Romae dum haec scribo, accepi, hoc nunquam observari apud eos, nec scire se aliquando haec fuisse observata: immo aiunt non putari vere Iudaeum eum, cui tota praepitij pellis circulariter abscessa non esset.

QVAESTIO XLV.

De Christianis transeuntibus ad sectam Sarracenorum.

SUMMARIUM.

- 1 Christianismo ad Sarracenorum ritum deficientes, haeretici sunt habendi.
2 Prestantes eis fauorem sunt haereticorum fautores.
3 Atque ut tales puniri debent, etiam si Sarraceni fuerint.
4 Gregorij XI. litterae de his omnibus puniendis.

Vadragelima quaestio est: Christiani, qui ad ritum redeunt seu transeunt Sarracenorum, & Christiani & Sarraceni, qui talibus, qui ad huiusmodi redierint, vel transeunt ritum, dederunt consilium, auxilium, vel fauorem, an omnes isti sint velut haeretici iudicandi sic, & Inquisitoris haereticorum iudicio sint subiecti?

Ad hanc respondemus, & dicimus tria sicut in quaestione de Iudaeis proxime dicta.

Primum est: quod tales transeuntes ad ritum Sarracenorum, haeretici sunt habendi. argu. extra de heret. lib. 6. Contra Christianos. nam fidem Christi abnegarunt, & sectam peruersam Sarracenorum sibi elegerunt.

Secundum est: quod Christiani eis prestantes ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem, fautores haereticorum sunt habendi, & ut tales per prelatos & Inquisitores puniendi. argu. alleg. c. Contra Christianos. Nam taliter transeuntes & redeuntes sunt haeretici: ergo eis prestantes consilium, auxilium, & fauorem, haereticorum sunt fautores veri.

Tertium est: quod Sarraceni prestantes praedictis (ut transeant vel redeant ad talem ritum seu sectam) consilium, auxilium, vel fauorem, fautores haereticorum sunt, & ut tales puniendi per prelatos & Inquisitores sunt, ut expresse determinat dominus Gregorius Papa XI. in extrauagante, Admodum dolenter. tenoris sequentis.

Admodum dolenter audiuius, & Extrauag. domini Gregorii XII. narramus, quod non solum quidam de Sarracenicis impietate ad Christianam fidem conuersi, ad eandem sunt impietate reuersi: verum etiam quamplurimi Christiani, veritatem fidei abnegantes, se damnabiliter ad Agarenorum perfidiam transtulerunt: quod tanto magis reprobum fore

fore cognoscitur, quanto ex hoc Christi nomē sanctissimum, quadam familiari hostilitate securius blasphematur. Cum autē huic pesti damnabili congruis & festinis debeat remedijs obuiare: Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos, auctoritate sedis Apostolicæ designatos, super præmissis tam per Christianos, quàm etiam per Sarracenos inter Christianos morantes, inquisita diligenter & sollicite veritate, contra omnes, quos talia inueneritis hætenus commississe, & committere in futurum, tãquam contra hæreticos; contra fautores etiam, & receptatores, & defensores eorum, tanquam contra fautores receptatores & defensores hereticorum procedere studeatis. Sarracenos quoque, q. Christianos vtriusque sexus, ad dictam eorum perfidiam induxerint, aut inueneritis de cetero inducetes, pœna debita puniatis: contradicentes per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Datum apud Villam nouam Auinion. diœcesis. tertio Non. Augusti. Põtificatus nostri anno Secundo.

COMMENT. LXX.

De secta & erroribus Sarracenorum actum est supra cum Emerico in hac eadem parte q. xxj. hic breuiter disserit auctor de Christianis, qui ad eam sectam transeunt seu redeunt; quorum nostris seculis magnus est numerus. noticia vero huius questionis tota pendet ex illis, quæ dicta sunt in proxima præcedenti.

Et de materia questionis agunt Repertorium Inquisitorum, verbo, Reuidantes. §. supra visum est. Canonista in cap. contra Christianos. de heret. lib. 6. Carrerius tract. de heret. nu. 51. vers. item contrahitur hæresis per apostasiam. Simancas de catho. instit. tit. 39. de Maumetanis. & alij.

Qua pœna puniantur qui sequuntur sectam Sarracenorum.

Aduersus eos qui ex Christiana religione ad sectam Sarracenorum se transferunt, mortis pœna statuta est in l. 4. septipartita, par. 7. tit. 25. cui consensu videtur l. hi qui. & l. eum qui. C. de apostatis.

Sed iure Pontificio, quo Inquisitores Apostolici vtuntur, huiusmodi desertores tanquam apostate puniuntur, & si vere penitent & conuertantur ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ condonata eis vita, recipiuntur, sicut indicat hic Emericus dicens, eos velut hæreticos esse habendos, de qua agemus copiosus infra in hac 2. parte, q. 49. de apostatis.

In his consideranda est culpa seu lapsus, vt mitius vel grauius puniri debeant; an scilicet sponte, an contra, metu, tormentis, aut alijs causis ducti eam sectam secuti fuerint.

A Iam extrauagantem Gregorij xj. quam refert hic Emericus, recitat quoque Repertorium Inquisitorij verbo, Reuidantes.

QVAESTIO XLVI.

De infidelibus contra fidem Christianam delinquentibus, an iurisdictioni Inquisitorum subdantur.

S U M M A R I V M.

- B** 1 Contentorum in veteri testamento distinctio.
- 2 Iudæi in quibus à nobis defendendi.
- 3 Iudæis communia multa cum Christianis sunt.
- 4 Iudæi in quibus delinquendo puniri ab Inquisitoribus possint.
- 5 Iudæos & alios infideles ratione delicti effici de foro Ecclesiæ, multis probatur.
- 6 De potestate Pape super infidelibus.
- 7 Qua ratione Ecclesia quandoque bellum inferat infidelibus.
- 8 Rationes tenentium quod Iudæorum punitio spectet tantum ad iudices seculares.
- 9 Intellectus c. Postulasti. De Iudæis.
- C** 10 Quos blasphemos punire sit iudicis Ecclesiastici, & quos iudicis secularis.
- 11 In crimine hæresis iudicis ecclesiastici est cognoscere, secularis exequi.
- 12 Intellectus c. In Archiepiscopatu. De Raptor.
- 13 Ritus Iudæorum cur tolerati ab Ecclesia, non ita Sarracenorum.
- 14 Clemētina vnica, De Iudæis & Sarracenis, publica declaratio.
- 15 Iudæi ex quibus capitibus ab ecclesiastico iudice puniri possint.
- 16 Epilogus totius questionis.
- 17 Narratur casus cuiusdam Iudæi, & Decretum Pape de illo consignando Inquisitori.



Quæstio sexta est: Iudæi & infideles ceteri, demones inuocantes, hæreses seminantes, seu alijs circa vel contra fidem Christianam delinquentes, an hæretici sint habedi? ita Inquisitoris hæreticorū iudicio sint subiecti?

- I** Ad hanc respondemus, quod in veteri testamento continentur multiplicia, à Iudæis vera esse extimata, quæ se dicunt credere, & eis credendo inniti auctoritati diuine vt infallibili veritati: Nam in dicto veteri testamento sunt quedam moralia, quedam legalia, quedam iudicialia, quedam ceremonialia quedam prophetalia, & quedam figurata: quæ omnia sunt in genere duplicia: Nam quedam sunt in eis specialia, per quæ à nobis Christianis distinguuntur, & ipsi Iudæi sunt, & dicuntur; & à nobis Christianis infideles reputantur, & vere habentur.
- 2 Et si Iudæi in his discedant à priori eorū credentia, licet hæretici sint in eorum perfidia, non tamen in fide Christiana; immo nobiscum tunc de nouo conueniunt, & ad nos conuertuntur: & ideo in his

Communia Christianis & Iudæis.

amplius erudiendi, fouendi, & defendendi. Quædam alia sunt nobis Christianis, & Iudæis communia, per quæ à nobis Christianis non distinguuntur, nec Iudæi sunt nec habentur: vt pote, credere Deum vnum esse, & illum creatorē omnium, & similia. Et si Iudæi in his ab eorum priori credentia discedant, & ea abnegent esse vera, hæretici & in priori promissa fidelitate, & in eorum theologia seu lege, & communi Iudæorū extimatione sunt, & habentur.

Forfan de est, ad paganismum, vel quid simile.

4 Et quia in his nobiscum conueniunt, & talia negare, est legem Christianam directe agitare; ideo à Christianis, & fidei Christi iudicibus Episcopis, & Inquisitoribus arctandi sunt ea credere; & fidem, quam Deo in his credendo promiserunt, firmiter obseruare. Si ergo inueniantur Iudæi in his, quæ nobis Christianis & eis sunt communia, delinquere, verbo vel facto ea abnegando, vt si asserant verbo, Deum non vnum esse: vel facto, demonibus sacrificando: quod est factum asserere demonem fore Deū, & similia perpetrare, præsertim in præsentia Christianorum, debent vt hæretici in eorum lege, & vt fautores hæreticorum contra legem Christi, & inducuntur ad arctari & puniri per Episcopos, & Inquisitores iudices fidei. Si enim infantes Iudæorum, vel adulti per minas, vel per rerum suarum ablationem, vel verberationem, uel similem coactionem, uel etiam metu mortis coacti baptizati fuerint, & receperint fidem Christi, sunt cogendi quod promiserunt obseruare, vt habetur 45. distinct. cap. De Iudæis. & cap. Licet. & extra de heret. lib. 6. Contra Christianos. quanto magis Iudæi, qui voluntarie de credendo prædicta moralia, & illa prædicta, per quæ à Christianis non distinguuntur, Deo fideiuerunt, debent arctari ad seruandum id, quod promiserunt? præsertim quia fidem Christianam receperunt in figura, ut dicit S. Thomas 2. 2. q. 10. artic. 5. & 6. Et quia Iudæi, inter cetera, adorare unum Deum, & illum solum promiserunt, iuxta illud Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruis: & in his modernis temporibus, & antiquis frequentissime deliquerunt, saltem facto, quod est plus quàm verbo, idola colentes: eis sacrificia offerentes: demones inuocantes: ad aras idolorum eis preces nefarias effundentes: eisdem demonibus sacrificantes: responsa expectantes, & obtinentes: & nonnunquam Christianos verbo, facto, uel exemplo ad nefaria similia pertrahentes: Episcoporum & Inquisitorum pro talibus nefandis iudiciis non euadunt, immo sunt ab eis acriter puniendi.

Innocent.

5 Quod autem ita sit, quod Iudæi, & infideles ceteri, demones inuocantes: hæreses seminantes: & similia peragentes, sint de foro iudicis ecclesiastici, & consequenter Inquisitoris hereticorum, patet ex dictis doctorum Innocentij de vot. & uoti red. & Ioannis And. ibi. unde Innocent. ubi prius super cap. Quod super his. dicit ita: Sed nūquid est licitū inuadere terras infidelium? & infra. Bene tamen credimus, quod Papa, qui est Vicarius Iesu Christi potestatem habeat non tantum

super Christianos, sed etiam super omnes infideles: cum enim Christus habuerit super omnes potestatem: unde in psal. † Deus iudicium tuum regi da, & c. non uideretur diligens paterfamilias, nisi Vicario suo, quem in terra dimittebat, plenā potestatem super omnes dimisisset. Item ipse Petrus & successoribus eius dedit clauis regni celorum, & dixit ei: Quodcunque ligaueris, & c. Item alibi: Pasce oues meas. supra de electi. Significasti. Omnes autē tam fideles quàm infideles, oues sunt Christi per creationē, licet non sint de ouili Ecclesiæ: & sic per prædicta apparet, quod Papa super omnes habet iurisdictionem & potestatem de iure, licet non de facto.

Potestas Pa- pæ super infideles. † Psal. 71.

6 Vnde per hanc potestatem, quam habet Papa, credo quod si Gentilis, qui non habet legem nisi naturæ, contra legem faciat, potest licite puniri per Papam. arg. Gen. 19. ubi habes, quod Sodomitæ, qui contra legem naturæ peccabant, puniti sunt à Deo. Cum autem Dei iudicia sint nobis exemplaria, non video quare Papa, qui est Vicarius Iesu Christi, hoc non possit, & etiam debeat, dummodo facultas adsit: Et idem dico si colat idola. Naturale. n. est, vnum & solum Deum creatorē colere, & non creaturas. Item Iudæos potest iudicare Papa, si contra legem suam faciant: & etiā in moralibus, si eorum prælati eos non puniant: & eodem modo si hæreses contra legem suā inueniāt. Et hac ratione moti Papa Gregorius & Innocentius mandauerunt comburi libros tales, in quibus multa continebantur hæreses & errores, & mandauerunt puniri illos, qui prædictas hæreses sequerentur, vel docerent.

De Christianis autem non est dubium, quod eos iudicare potest Papa, si contra legem Euangelicā faciant. Et licet Papa quandoque omittat pœnas iustas & debitas omnibus prædictis inferendas, vel quia facultatem non habet, vel propter pericula, vel scandala, quæ inde obueniunt, vel euenire timentur: potestas tamen hoc faciendi de iure est apud eum. & infra: Nec est contra 2. q. 1. Multi. ubi dicitur, quod non pertinet ad nos iudicare de his, quæ foris sunt: quia intelligitur, quod non debemus eos iudicare, excommunicando vel compellendo ad fidem, ad quam sola Dei gratia vocantur. 45. dist. De Iudæis. hac Innocentius.

Ioannes Andreas etiam in Nouella super cap. Ioan. And. Quod super his. dicit in effectu per omnia sicut Innocent. ubi supra. Idem Ioannes Andr. super cap. Ex graui. §. sane. & verbo, hæreticum, extra de vfuris. in Clemen. dicit ita: Non solum est hæreticus, male sentiens de articulis fidei, vel sacramentis Ecclesiæ, de hæreti. cap. Ad abolendam. in prin. sed etiam qui peruersum habet dogma, vel falsas vel nouas opiniones gignit, aut sequitur. 24. quæst. 3. cap. Hæreticus, aut si est contra determinationem † Ecclesiæ. eo. tit. cap. 3. & cap. Cum tu. in fi. Iudæi vero, qui dicunt hæc, inducuntur auctoritatem Deuterono. 23. Non sceneraberis fratri tuo: pro quibus videtur facere 23. quæst. 4. Ab illo. non includuntur hac constitutione: quia non cadit in illos proprie hæresis, quæ diuisionem notat, quia ipsi nunquam in unitate

† al. doctrinam.

vnitate fidei fuerunt. Item certum est, quod peccant in articulis fidei, qui sapiunt humanitatē Christi, de quibus dicitur de sum. trin. Firmiter. & hoc scit Ecclesia: & illos sustinet, & nihil ad nos, & c. 2. q. 1. Multi. de diuor. cap. Gaudemus. possent tamen super his per Ecclesiam compesci, si talia dogmatizaret inter Christianos, vt scripsi post Inno. & Hostien. de vot. & voti redempt. cap. Quod super his. ver. defensionem. sicut & in alijs casibus coercentur, qui notantur extra de Iudæis. cap. Iudei. hæc Ioan. And.

Paulus de Leazaris super eod. cap. concordat etiam cum predictis.

S. Thomas.

Beatus Thomas 2. 2. q. 10. art. 9. in solutione secundi argumenti dicit sic: Ecclesia contra infideles non habet iudicium quo ad pœnam spirituales eis infligendam: habet tamen iudicium super aliquos infideles quo ad temporalem pœnam infligendam: ad quod pertinet, quod Ecclesia aliquando propter aliquas speciales culpas subtrahit aliquibus infidelibus communionem fidelium.

Idem sanctus Thomas ead. quæst. 8. art. dicit sic: Infidelium quidam sunt, qui nunquam fidem susceperunt, sicut Gentiles & Iudæi, & tales nullo modo ad fidem compellendi sunt, vt ipsi credant, quia credere voluntatis est: Sunt tamen compellendi ab Ecclesia, si facultas adsit, vt fidem non impediant, vel blasphemis, vel malis persuasionibus, vel etiã apertis persecutionibus: & propter hoc fideles Christi frequenter contra infideles bellum mouent; non quidem vt eos ad credendum cogant (quia etiam si vincerent eos, & captiuos haberet, in eorum libertate relinqueret, an credere vellent) sed propter hoc, vt eos compescant, ne fidem Christi impediant.

tal-a fidelib.

Alij vero sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut heretici, vel apostata: & tales sunt etiam corporaliter compellendi; vt implcant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt. Hæc beatus Thomas.

Nonnulli autem aduersarij veritatis, veritatem predictam nituntur multipliciter impugnanre, volentes probare, quod cognitio & punitio Iudeorum, & Sarracenorum in & contra fidem delinquentium, pertineat non ad Episcopum, & Inquisitorem, sed tantum ad dominos temporales. Et primo probant per canones, secundo per leges.

Argumenta quib. quidã nituntur probare infideles non esse per Ecclesiam puniendos.

Per canones impugnant quintupliciter & primo sic: Iudæus sic delinquens contra fidem, uel est de se de iurisdictione Episcopi, nel non: si sic, punit eum Episcopus, ut patet extra de Iudæis. cap. Postulasti. & punit eum pecunia, uel pœna alia temporalis: si non, punit eum dominus temporalis, ut patet per c. allegatum. Non ergo omnes Iudæos contra fidem agentes potest punire Episcopus; & per consequens minus ipse Inquisitor, cum ille sit ordinarius, & non iste.

Responsio ad primū argu.

Respondetur: q. cap. allegatum non loquitur de heresi, uel de fide, de quibus cognoscere, est per cœsuram ecclesiasticam prohibitus dominus temporalis, ut patet extra de hæret. lib. 6. c. Vt in-

quisitionis. s. prohibemus. sed loquitur de excessu, de quo in Iudæo conceditur per Ecclesiam domino temporali, q. possit cognoscere, & punire: dicit enim sic cap. allegatum: Postulasti qualiter, contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quendam clericum violentas? Ad quod, breuiter respondemus, q. si dictus Iudæus tuæ iurisdictionis existat, ipsum pœna pecuniaria punias, uel alia (secundum quod conuenit) temporali, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi: alioquin eius dominum moneas & inducas. vt passo iniuriam, & Ecclesiam ab eo satisfieri faciat competenter: Quod si dominus eius negligenter adimplere, tu Christianis omnibus per censuram ecclesiasticam interdicas, ne cum ipso Iudæo, antequam satisfaciatur, præsumant commercia exercere.

Secundo sic arguitur: Si in contumeliam creatoris prorumpant Iudæi, puniuntur per principes temporales, ut patet extra de Iudæis. c. In nonnullis: Sed fidē Christi peruerso dogmate impugnanre, uel aliã in & contra fidem agere, est in contumeliam creatoris prorumpere: Igitur si Iudæi sic agerent cōtra fidē, non per Episcopū & Inquisitorē debent puniri, sed per principes temporales.

Respondetur multipliciter: primo q. duplex est blasphemia & contumelia in Deum, quaedam est quæ mere contumelia: quædam quæ est hereticalis. prima non agitat articulum fidei, sed secunda. de prima loquitur tit. de maledic. secunda autem contrahitur ad titulum de hæret. & de prima loquitur hic, & non de secunda cap. allegatum: quia loquitur simpliciter, & non ad heresim contrahendo. Nec sequitur, quod si dominus Papa commisit & præcepit Principibus temporalibus, quod puniant quendam Christianum, uel Iudæum de prima, q. commiserit etiam de secunda: Et ubi hæc fecerit (quod non fecit) cōtrarium predictis dominis temporalibus postmodum præcepit. extra de hæret. lib. 6. cap. Vt inquisitionis. s. prohibemus. antea allegato. ubi eis præcipit, quod de fide & heresi quoquo modo non iudicent, nec cognoscant.

Secundo responderet, quod cum dicitur in dicto cap. In nonnullis. præcipimus. quod per principes seculares præsumptores huiusmodi animaduersione debita puniatur: dominus Papa non excludit seipsum, quin possit iudicare & punire Iudæos contra fidem catholicam delinquentes, effectos de foro suo & Ecclesiam, ratione criminis seu delicti. In foro autem ecclesiastico tales pœna pecuniaria uel temporali alia, citra effusionem sanguinis puniuntur: in foro autem seculari pœna capitis plectuntur, quod notatur in hoc, quod dicitur, animaduersione debita puniantur, vt notat & exponit Hostien. In summa titu. De Iudæis. s. quid si Iudæus. dicit enim sic: Cum autem Iudæus Christianum blasphemans, uel in eum sæuiens puniatur, multo fortius si Deum blasphemauerit, est per potestatem secularem pœna legitima feriendus, vt infra eo. cap. In nonnullis. s. vlti. Sed quæ est pœna hæc? dicunt quidam q. pecuniaria, vt infra eo. Postulasti. & hoc

Secundū argumentum.

Responsio ad secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Responsio ad 3. argumētū.

4. argumētū.

& hoc est uerum in foro ecclesiastico: sed in seculari hoc non credo verum, immo legali, quæ est decapitatio, etiam in Christiano, ut dicam infra, de maledic. c. Qualiter quodlibet genus puniatur. & infra: & hoc significat Papa quando dixit: per potestatem secularem, cōdignè animaduersionis adiectione: animaduertio enim merum imperiū denotat: vnde in hoc casu animaduertere, est animam à corpore vertere. ff. de iurisdic. om. iudi. l. 3. nec excusabit se aliquis cum iudice causa Iudi: Quis. n. ludos appellet, ff. quibus crimina oriuntur? ut in constitutione. ff. veteris. s. illud vero factis: nam ludus noxius in culpa est. ff. ad l. Aquiliã. Nam ludus. ad hoc supra de præsumpt. cap. 1. hæc Hostien.

Tertio respondetur: quod in crimine hæresis, iudicis ecclesiastici est cognoscere & iudicare; sed iudicis secularis est exequi & punire, vt patet extra de hæret. c. Ad abolendam. & c. Vergētis. & c. Excommunicamus. vtroque; sic in proposito Ecclesia iudicat: quod significatur in eo quod Papa in dicto c. In nonnullis, dicit: præcipimus, quod præsumptores huiusmodi: sed dominus temporalis exequitur & punit, quod patet in eo, quod præcipit fieri per principes seculares, tanquam per executores: & in eo quod dicit, quod condignè animaduersionis adiectione compescantur: pœna autem animaduersionis vltimum supplicium designatur, vt patet clare extra de hæret. c. Ad abolendam. c. Vergentis. & c. Excommunicamus. primo, & secundo.

Tertio arguitur sic: Rex Siciliæ commisit Episcopis, vt puniret Sarracenos, qui mulieribus Christianis & pueris paruulis abutebantur, vt patet extra, de rapt. c. In Archiepiscopatu, igitur si rex eis commisit, ergo Sarracenorum punitio directe pertinet ad principes seculares.

Respondetur: q. dominus Papa ibi, commisionem Episcopis factam per regem super Sarracenos narrat: sed eos procedere ex tali cōmissione non approbat: nec processerunt ex illa, sed propria potestate ordinaria. vnde dicit sic: Consultationi tuæ taliter respondemus: q. tales in iurisdictione tua existentes, pœna pecuniaria poteris multare, & c.

Potest & aliter responderi: q. ibi predicti Episcopi in dictis excessibus processerunt ex commissione regia, & non potestate ordinaria: quia procedebant in casu, & de excessu (quia de venereo & damnato concubitu) in quo, & de quo potest cognoscere & punire dominus temporalis: secus autem est de fide, & crimine hæreticæ prauitatis, de quo iudex secularis cognoscere prohibetur in allegato cap. Vt inquisitionis. s. prohibemus.

Quarto arguitur sic: Alta voce & publice in terris Christianorum perfidum Machometum & sacrilegum inuocare: peregrinationes ad Sarracenum defunctum aliquem vt ad sanctum, palam & publice in eisdem terris facere: & tolerare, cedit in offensam, & in opprobrium fidei Christianæ: Sed Sarracenos talia exercentes, mandat dominus Papa castigare per principes Christianos, &

dominos temporales, vt patet extra de Iudæis & Sarracenis in Clem. Cedit. Non ergo cognitio & punitio Sarracenorum contra fidem Christianam delinquentium videtur ad Ecclesiam pertinere.

Respondetur: q. Iudæi & Sarraceni (vt dictum est prius) aliqua habent nobis & eis communie: vt credere vnum Deum: & illum fore creatore; quod est commune nobis Christianis & Sarracenis, & Iudæis: uel credere Christum de Virgine natum: & illum fore Prophetam verum, & sanctum: quod est commune nobis & Sarracenis; & in talibus assentire, ab Ecclesia non reprobantur, immo tacite approbantur. Et si post dissentiant, in lege seu potius in secta sua hæreticam directe, & in nostra indirecte. Et quia inquirere & cognoscere de huiusmodi Iudæis & Sarracenis sic delinquentibus, est de fide & heresi inquirere & cognoscere (quod est prohibitum dominis temporalibus) ideo de huiusmodi habet iudex Ecclesiasticus cognoscere & iudicare: nec cap. Cedit. allegatum, (vt patet ex eius serie) loquitur de Sarracenis taliter delinquentibus contra fidem.

Habent etiam Iudæi & Sarraceni aliqua, quæ nobis Christianis & eis non sunt communia, sed distincta, per quæ hi sunt & dicuntur Iudæi, & illi sunt & dicuntur Sarraceni, & per quæ à nobis Christianis sunt distincti, vt Iudæi asserunt Christum adhuc fore venturum, & legalia obseruanda: Sarraceni aut asseuerant Christum venisse, tamen purum hominem fuisse, & Machometum perfidum, Christi nuntium, & Dei Prophetam sanctum extitisse: & in his Ecclesia eos non approbat, immo reprobat: sed licet reprobet, tamen tolerat: & ne eos quisquam & paruulis abutebantur, vt patet dist. 45. Qui sincera. sed si voluerint ab eorum talibus erroribus resiliire, & Christi fidem suscipere, eos fouet, recipit, protegit & amplectitur, vt patet de Iud. & Sarra. c. Iudæi, siue Sarraceni. & in protestatione huiusmodi eorum errorum, ipsi Iudæi & Sarraceni exercent & obseruant execrabiles varios ritus suos: hi in Synagogis, illi in Mesquitis.

Hi autem ritus plurimum distinguuntur: nã ritus Iudæorum interdum fuerunt liciti, sed semper habuerunt, & habent significatiue & repræsentatiue aliquid veritatis. Nam olim in figura repræsentabant tunc futura; modo autem præterita: nunc autem licet Iudæis mendaciter repræsentent futura, nobis autem dum per Iudæos sunt, indicant præterita: Sicut serpens aeneus, qui adhuc in quibusdã Ecclesiis in Paschate super palum exaltatur, & agnus, qui immolatur, figurant nobis Christianis præterita: quia Christum in Cruce exaltatum, & Deo in ara crucis immolatum: sed olim sanctis Patribus designabant talia in Christo fore futura. Nam (vt dicit Christus Ioan. 3.) Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: & ideo ritus Iudæorum ab Ecclesia tolerantur: quia in illis habemus testimonium fidei Christianæ ab hostibus, & ab illis, qui foris sunt: immo Papa prohibet, quod in eorum celebritatibus & festiuitatibus à Christianis nullatenus perturbentur; ut

Responsio ad 4. argumētū.

Quibus distincti arguitur Christiani à Iudæis, & Sarracenis.

Ritus Iudæorum.

Ritus Sarra-
cenorum -
† al. nunquā

patet extra de Iudeis & Sarra. cap. sicut Iudæi.
Ritus autem Sarra-
cenorum secundum suam
totalitatem (quod dico propter circuncisionem)
nec fuerunt, nec sunt liciti: quia non continent
veritatem, nec aliquam adducunt utilitatem; ideo
ab Ecclesia iure, vel constitutione nec approban-
tur, nec licentiantur, nec etiam tolerantur; licet in
Mesquitis suis, vel eorum domibus, inter se qua-
dam taciturnitate ab Ecclesia videantur tolerari;
quia sic fieri non prohibentur. Quod autem istos
execrabiles ritus non faciant inter Christianos pu-
blice in loco eminenti: & proclamant, & profi-
teantur Mahometum alta voce: & peregrinentur
in multitudine, & publice ad sepulchrum Sarra-
ceni, quem ut sanctum mendaciter colunt & ado-
rant, fieri prohibet dominus Papa ut Iudex eccle-
siasticus, & proprius in hac causa: unde dicitur.
Cum autem hæc in diuina maiestatis displicentia
non sint vlatenus toleranda, sacro approbante co-
cilio, ipsa in terris Christianorum fieri deinceps
districte inhibemus: precipientes Principibus
temporalibus (vt generalis iudex) quod talia in eor-
um terris fieri non permittant.

† In dicta
Clemen. Ce-
dit. §. cum au-
tem. de Iu-
deis & Sar-
racenis.

14 Si autem fiant per modum, per quem fieri
prohibentur, (hoc est publice & notorie, quod
probatione & inquisitione non egeat, sed puni-
tione) in isto casu presenti statuto, & ipso iure
dominus noster Papa committit, & remittit eos
(vt punitionem, & vltionem in eos exequatur) ad
Principes seculares: cum tales infideles publice
Christum blasphemantes, animaduersionis vltio-
ne debeant castigari, vt dictum est in solutione
immediate precedentis argumenti: & patet ex-
tra de Iudeis, cap. In nonnullis. animaduersionis
autem pena decapitationem significat, vt di-
cit Hostien. & dictum est vbi prius: quæ pena
non potest infligi per Ecclesiam. Quod bene de-
signat verba in §. finali. clem. prædicta; Cedit. que
sunt talia: Ij vero, qui secus præsumperint, taliter
ob diuinam reuerentiam castigentur ab ipsis
(scilicet Principibus) quod alij eorum exemplo per-
territi, a præsumptione simili arceantur.

† al. tempo-
rales.

Argum. 5.

Quinto arguitur sic: Iudæi proprie non pos-
sunt esse hæretici, neque per consequens de hæ-
resi suspecti; nam fidem Christianam nunquam
moderati Iudæi receperunt, & per consequens per-
dere eam non possunt; Episcopi autem & Inqui-
sitores non sunt simul iudices, nisi in materia hæ-
resis: Ergo de eis qualitercunque delinquentibus
cognoscere non possunt.

Responso ad
5. argumen-

15 Responsum est supra prolixè, quod Iudæi hæ-
reticorum fautores & receptatores, & defenso-
res possunt esse clare: & ideo possunt puniri per
Episcopos & Inquisitores plane: hæretici autem
in lege nostra directe & proprie esse non possunt,
nec suspecti, quia fidem Christi in re non recepe-
runt; & sic ut tales puniri non possunt; hæretici
autem in lege sua directe, & in lege nostra indi-
recte esse possunt; & hoc si credant, vel pertinaci-
ter asserant contrarium eorum, quibus a nobis
distincti non sunt, sed nobiscum conueniunt, vt-
pote, Deum non esse unum, vel creatorem, &c. quibus
assentire seu credere expresse vel tacite fideius-

A ferunt in circuncisione, vel legis Moyfi accepta-
tione: & ideo si deuant, arcendi sunt tenere
que fidei iusserunt. De fide autem & heresi non ha-
bet cognoscere quoquo modo, nec diffinire do-
minus temporalis, sed tantum ecclesiasticus.

† arcendi pro
arcendi & co-
gendi.

B Possunt etiam contra fidem Christianam agere,
ipsam prauo dogmate corrumpeudo: malis per-
suasionibus impugnando: Christianos ad hæ-
reses inducendo: de heresibus informando: ad ritus
eorum execrabiles prauis suggestionibus per-
trahendo: nouas hereses contra legem Christi in-
ueniendo: scribendo & dogmatizando, & similia
peragendo: de quibus non iudex secularis (cum
sit prohibitus) sed ecclesiasticus habet de iure co-
gnoscere & diffinire, vt dictum est supra.

C Per leges etiam veritas supradicta multiplici-
ter impugnatur. Et primo sic: Iudæi Romanis le-
gibus iudicantur. patet C. de Iudæ. l. Iudæi. vbi di-
citur sic: Iudæi Romano communi iure viuētes.
& infra: Adeant solemniter iudicia, omnesque
Romanis legibus conferant, & excipiant actiones.
Ergo debet iudicari Romanis legibus, quod per-
tinet ad Principes seculares.

Argum. ex lei-
uli desum-
pta.

D Dicendum est, quod Imperator in l. prædicta
nihil aliud intendit, nisi quod Iudæi, qui viuunt iure
& statutis Romanorum, iudicentur Romanis le-
gibus in ciuilibus, sicut & Christiani: & non legi-
bus Mosais, nec a senibus Iudæorum; immo eos
per eorum seniores prohibet iudicari, vt patet C.
de Iud. l. Si qua. Ante enim aduentum Christi
secundum legem Mosaicam in multis habebant
immunitatem, quæ omnia rescinduntur. eo. tit. l.
Iusio. & quedam iuxta legem suam instituerat,
que non licent. C. eod. l. Nemo.

Responso ad
1. argumen-

E Secundo arguitur sic: Rectores prouinciarum
debent prohibere Iudæos si faciunt aliqua in con-
temptum fidei Christianæ. patet C. de Iud. l. Iu-
dæos. vbi dicitur sic: Iudæos quosdam festiuitatis
sue solemniter, ad penam quandam recordationem
intendere, & sanctæ crucis assimilata specie in
contemptum Christianæ fidei sacrilega mente
exercere, prouinciarum Rectores prohibeant. hæc
ibi. glof. solemniter. puta coronam spinam, & cru-
cem, non ergo ad Ecclesiam, sed ad dominos tem-
porales, Iudæos contra fidem delinquentes perti-
net cognoscere, & punire.

Argum. 1.

F Dicendum: quod ex ista lege nihil aliud habe-
tur, nisi quod Rectores prouinciarum prohibeant
Iudæos, ne talia faciant contra fidem: nec per hoc
Iudæi fidem peruertebant, sed contemnebant, vn-
de in contemptum dicit: nec per hoc excluditur
Ecclesia, ad quam de delinquentibus in fide per-
tinet iudicare, & non ad dominos temporales, vt
patet extra de heret. lib. 6. c. Vt inquisitionis. & §.
prohibemus, sæpius allegato.

Responso ad
2. argumen-

G Tertio arguitur sic: Princeps secularis iudicat
pena sanguinis Iudæos, qui expugnant fidem
Christi peruersa doctrina, vt patet C. de Iud. l.
vlt. in fine, vbi dicitur sic: Cernat præterea bona
sua proscripita mox penam sanguinis destinādus,
qui fidem alterius (idest Christi) expugnauerit
peruersa doctrina. hæc ibi. Non ergo ad Ecclesiam
pertinet Iudæos punire taliter delinquentes.

Argum. 3.

Dicen-

Responso ad
3. argumen-
tam.

H Dicendum est: quod ex ista lege nihil aliud habe-
tur, nisi quod princeps secularis Iudæos expugnan-
tes fidem, punit pena sanguinis: hæc autem pœ-
na est secundum iudicium seculare; nec ex hoc
excluditur iudicium Ecclesiæ, cuius est cogno-
scere & diffinire; sicut nec in hereticis, in quos,
& contra quos est eadem pena secundum leges,
vt patet C. de heret. l. Manichæos. & l. Ariani. &
tamen præcedit semper iudicium Ecclesiæ, vt pa-
tet C. de sum. trin. & fide catho. l. 1. in fi. & extra
de heret. c. Ad abolendam, & c. Vergentis. & c. Ex-
communicamus 1. & 2. Et Iudæi fidem Christi
expugnantes eisdem legibus, quibus & heretici iu-
dicantur. C. de Iudæ. l. Cælicolarum. vbi dicitur
sic: Iudæi nisi ad Dei cultum, venerationemque
Christianam conuersi fuerint: his legibus, qui-
bus præcipimus hereticos adstringi, se quoque no-
uerint adstringendos. hæc ibi. Constat autem quod
non adstringuntur eisdem legibus sicut heretici.
nisi expugnent fidem in peruerso dogmate seu per-
uersa doctrina sicut heretici: tunc. n. eodem iudi-
cio adstringuntur, vt patet C. de heret. l. Qui un-
que. §. eos vero. vbi dicitur sic: Vltimo supplicio
coerceantur qui illicita tentauerint docere. aliis
autem princeps secularis Iudæos sustinet, prote-
git, & defendit, vt patet eo. tit. l. Nullus.

I Quarto arguitur sic: Occasione questionis hæ-
resum nullus debet prouinciam commouere: sed
preses per se debet prouidere, in Authen. de man.
prin. coll. 3. §. eos vero. vbi dicitur sic: Neque oc-
casione religionis heresumque questionis permit-
tas alicui prouinciam commouere. Ergo si Iu-
dæus expugnet fidem, nullus debet se intromit-
tere nisi preses.

Arg. 4.

K Dicendum: quod ex lege illa nihil aliud habetur,
nisi quod iudex ecclesiasticus non debet se intromit-
tere de questione ciuili, occasione heresum
vel religionum: sed preses debet prouidere super
decisione talis questionis ciuili; nec lex intendit
quin iudex ecclesiasticus de heresi debeat iudi-
care: & vbi lex hoc diceret vel intenderet, lex illa
tanquam impediens inquisitionis officium per Epi-
scopum & Inquisitorem foret penitus retractanda,
vt clare habetur extra de heret. lib. 6. c. Statutum.

Eymeri 3. p.
9. 34.

L Quinto arguitur sic: In crimine canonico præ-
ses cum metropolitano habet discernere, & non
metropolitanus per se, sed adiuncto preside, vt
patet in Authen. de manda. prin. §. si vero canoni-
cum. Fide autem per Iudæos vel Christianos expu-
gnare falso dogmate, crimen est canonicum: Er-
go de illo discernere pertinet non solum ad Eccle-
siam; immo etiam ad præsidem, non disiunctiue,
sed copulatiue.

M Dicendum, quod (prout patet per verba legis sub-
sequenti) illa questio non erat pure canonica, sed
habebat aliquid de ciuili. Dubitabatur enim episcopi,
in quo dubio aliquid erat de fide, & aliquid de tē-
porali iurisdictione, lex. n. dicit sic: Si vero cano-
nicum sit quod queritur, vnā cum metropolitano
prouincie hoc disponere & discernere siue episcopi
dubitent, siue alij quidā, & causā dare Deo a-
mabilem & decibilem terminum, qui & decēter
orthodoxam custodiat fidem, & indemnitatem

N procurat fiscalibus. Ecce patet quod dubitabant
episcopi: in quo dubio aliquid erat de fide, & ali-
quid de fiscalibus; in quo casu metropolitanus &
preses habebant discernere: aliās. n. episcopi per
se & sine metropolitano iudicāt in questione ca-
nonica, vt in matrimoniali, & alijs multis. In cri-
mine. n. vere ecclesiastico, vt est crimen heresis,
iudex ecclesiasticus per se cognoscit & discernit:
nec quo ad iudicium habet interuenire iudex ci-
uili, vt patet in Authen. vt clerici apud proprios
episcopos. §. si vero. colla. 6. vbi dicitur sic: Si ve-
ro ecclesiasticum sit delictum, egens castigatione ec-
clesiastica, & multa, Deo amabilis episcopus
hoc discernat; nihil cōicantibus clarissimis pro-
uincie iudicibus. Neque. n. volumus talia nego-
tia omnino scire ciuiles iudices: cum oporteat ta-
lia ecclesiasticè examinari, & emendari animas de-
linquentium per ecclesiasticam multam secun-
dum diuinas & sacras regulas, quas etiam nostras
sequi non dedignantur leges. hæc ibi.

O Non obstantibus igitur canonum & legum al-
legationibus, & impugnationibus antedictis, pa-
tet clare, quod Iudæorum & aliorum infidelium fide
Christianam prauis dogmatibus impugnatam, seu
aliis modis prædictis contra fidem Christi delin-
quentium, & agentium, cognitio, iudicium & pu-
nitio pertinet de iure ad iudices ecclesiasticos:
quia ad Episcopos & Inquisitores hereticæ pra-
uitatis, & non ad principes seu dominos tempora-
les: licet executio pertineat ad ipsos iudices seculares,
quādo punitio transit in vindictam sanguinis;
& sic delinquentes debeant animaduersione
debita, hoc est vltimo supplicio castigari, prout
in hereticis de iure & consuetudine est sciendum.

P Propter huiusmodi rationes nonnulli aduer-
sarij veritatis, tempore domini Urbani Papæ V.
opposuerunt se episcopo Barchinon. & dicto In-
quisitori fratri Nicolao Eymerici in Aragonia,
qui tenebant captum Astruchum de Piera Iudæum
Barchinonem. conuictum pariter & confessum, quod
damones inuocauerat: sacrificauerat: responsa
expectauerat, & habuerat: allegantes contra dictos
Episcopum & Inquisitorem, Iudæum propter præ-
dicta non esse de foro eorum, sed potius domini
temporalis: & tādē dictus Iudæus fuit positus
in sequestro, in posse domini Episcopi Ilerdensis,
& deducta causa in Romana curia, coram domi-
no Gregorio Papa XI. & auditis partibus hinc &
inde, demum idem dominus noster Papa Grego-
rius in publico consistorio mādauit dominis Car-
dinalibus Bononijs, et Mutijs, quatenus scribe-
rent et mandarent dicto domino Episcopo Iler-
densi, quod infra terminum certum, dictum Iudæum
antedictis Episcopo Barchinon. et fratri Nicolao
Eymerici Inquisitori restitueret et assignasset
realiter, et de facto: Qui antedicti domini Cardi-
nales, eidem Episcopo Ilerden. hoc mandauerūt,
per suas litteras tenoris sequentis.

Tabien. in
sum. verbo,
Inquisitor,
§. 33.

† al. Mori.
nen.

Q Miseratione diuina Guido Portuen-
sis, & Aegidius Tusculanus Episcopi
sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales,
venerabili in Christo patri dño Episcopo
Ilerdensi

Z 3

Ilerdensi salutem in Domino.

De mandato sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Gregorij diuina prouidentia Papae XI. viua vocis oraculo nobis facto, tenore praesentium vobis praecipimus & mandamus, quatenus Astruchum de Piera Iudaeum Barchinon. penes vos & in vestra custodia certis de causis (vt dicitur) existentem, venerabili in Christo patri domino episcopo Barchin. non. & fratri Nicolao EymERICI Inquisitori haereticae prauitatis, in terris cismarinis regis Aragoniae: vel ab eis certu mandatum habentibus, infra sexdecim dierum spatium a praesentatione seu notificatione praesentiu, vobis facta immediate sequentiu tradatis, liberetis, & realiter assignetis.

Datum Auinionis sub nostris sigillis, anno a natiuitate Domini MCCC LXXI. indictione IX. Die decima mensis Aprilis, Pontificatus praedicti domini nostri Papae anno primo.

Iudaeus quia demones inuocauit abiurauit.

Quo i Iudaeo recuperato, praefati Episcopus & Inquisitor eundem Iudaeum Barchin. in ecclesia cathedrali, in festo Circumcisionis Dominicae fecerunt publice abiurare, & eundem sententialiter carceri perpetuo manciparunt.

COMMENT. LXXI.

Questionis summa.

Ota haec questio, quamuis late pateat, tribus tamen potissimum partibus velut certis cancellis clauditur.

In prima docet, Iudaeos, ceterosque infideles aduersus catholicam fidem delinquentes per Episcopos & Inquisitores puniri posse.

In secunda diluit ea, quae huic sententiae secundum speciem videntur aduersari, quod praestat dum ait: Nonnulli autem aduersarij veritatis.

In postrema ibi: Non obstantibus igitur, propositum concludens, auctoritate pontificia confirmat infideles in certis quibusdam causis iurisdictioni ecclesiasticorum iudicum supponi.

Integram hanc quaestionem nullis pene mutatis transtulit Locatus in suum opus iudiciale, verbo, inuocare. a. num. 2. vsque in finem. Idem fecit, praesens tamen, Tabien. in sum. verbo, Inquisitor. s. 32. & 33. multa huc spectantia tradit Repertorium inquisi. verbo, Iudaeus. s. an & ex qua causa. & Zan-ebimus tract. de heret. cap. 36. & ibi late in additionibus Campegius. Ioan. And. Innocentius & alij in cap. quod super his. de voto et voti redempt. An-ebanensis consi. 15. Calderinus consi. 2. tit. de Iudaeis. vterque Thomas 2. 2. q. 10. art. 8. Fernandus Vasquius lib. 1. cotrouersiarum illustru. cap. 24. Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 2. Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. num. 557. & seq. Simancas de catho. instr. tit. 35. num. 10. & 11. idem in Enchyridio tit. 17. num. 2. & alij.

Iudaei delinquentes i his a quae nobis &

Christianis & eis sunt communia, &c.] Et haec

A est communis sententia, quam tenet fere omnes praecitati exceptis Corrado Bruno et Fernado Vasquio; in locis praecitatis: ceterum, vt ingenue dicam quod sentio, licet horum virorum non sit auctoritas contemnenda, quos doctissimos esse constat: at communis opinio eis preponderare debet, & fauor fidei, quem cois sententia tuetur, multum ponderis habere debuit apud ipsos. & eorum ratio potissima, videlicet, de his qui foris sunt nihil nostra referre, facile resellitur: quia cum in fidem coem ipsi & nobis, aut in nostra solu delinquunt, ecclesiasticis iudicibus se subiiciunt, nec foris tunc omnino ratione delicti ecclesiastici praerati generi debent: haec vero EymERICI doctrina turissima est vbiq; & valde secura, spectatis in primis circumstantijs, quas auctor prudentissime commemorat. videlicet, cum haec delicta committunt in praesentia Christianorum, & quandoque ad similia malo suo exemplo Christianos pertrahunt.

Sed haec questio antea quidem vt apparet in disputatione posita, iam pontificia auctoritate declarata est a Gregorio XIII. Pontifice Maximo, extrauaganti quadam incipien. Antiqua Iudaeorum improbitas: in qua cum recensentur cause & casus, in quibus Inquisitores possunt procedere contra Iudaeos, aut infideles, hunc de quo agimus primo loco enumerat in haec verba: Siquis Iudaeus, aut infidelis in ijs, quae circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum vnum, aeternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium & inuisibilium, & similia non esse afferuerit, praedicaerit vel priuatum alicui insinauerit, Inquisitorum scilicet haereticorum prauitatis iudicio subiacet, quam sententiam iam olim professus fuerat Guido Carmelita in summa de haeresibus, tit. de haeresibus Iudaeorum, cap. vlt. & nostris seculis multi insignes viri, in quibus sunt Marquardus tract. de Iudaeis par. 2. cap. 9. & Bursarius consil. 90. incipien. An Iudaeus lib. 1. & Lutemburgus in catalogo haereticorum verbo, Iudaeus.

b Vnde per hanc potestatem, quam habet Papa, credo quod si Gentilis, & c. contra legem faciat, potest puniri licite per Papam.] Idem tenent Hostiensis & alij cum Innocentio in dicto cap. quod super his. de voto. Repertorium Inquisi. verbo, Iudaeus. s. item quando Iudaei. & Locatus verbo, inuocare. num. 6. & eleganter ac more suo copiose Alfonso Castrus lib. 2. de iusta haeret. puni. c. 14. vers. prima igitur belli causa. & seq.

c Et hac ratione moti Papa Gregorius & Innocentius madauerunt comburi libros tales, & c.] Hanc historiam breuiter indicat Bernardus Lutemburgus in catalogo haereticorum verbo, Iudaei. reg. ita se habet: Gregorius nonus circa annos Domini MCCXXX. intuitus blasphemias et impietates aduersus religionem Christianam contentas in Thalmudo, iussit eum librum comburi, quod factum est per cancellarium Parisiensem: Gregorio succedens Innocentius IIII. id factu confirmat, addens vt ceteri similes libri, si qui superessent, diligenter inquirerentur & comburerentur: Rescriptum quo haec cauit Innocentius incipit: Impia Iudaeorum perfidia, quod hic libenter inseruissim, nisi curassem imprimendum inter litteras Apostolicas, haberetur in indice

ipfs sunt et munia, per Ecclesia puniri possunt.

Gregorius Nonus Thalmud iussit comburi.

Locus restitutus.

indice librorum prohibitorum: & iubetur comburi Roma & vbiq; per Illustrissimos Cardinales Inquisitores, quoru de hoc edictum habetur in bullario litterarum Apostolicaru, item in fine huius operis. d. Et punit eum pecunia, vel poena alia temporali.] Quibus poenis afficiantur infideles in fide peccantes, dixi plene supra super quest. 44. vers. tales inquam Iudaei. illud hic adiungam, pecuniaria poenam ceteris acerbiorem futuram Iudaeis, est enim genus hominum auarissimum.

Quaedam que est mere contumelia.] Hoc locus deprauatus erat, nec poterat omnino intelligi quid sibi auctor vellet: in Barchinensi enim impresso ita legebatur: Quaedam que est mere casualis in Sabellano ita: Quaedam que est mentalis. sed Bononiensis & codex Cardinalis de Cambaya opemulerunt, ex quibus est locus restitutus vt est impressus, qua restitutione facta vera est EymERICI solutio, & similem blasphemie distinctionem attulit auctor paulo antea quest. 41. in principio. hanc obiectione paulo aliter soluit Panormitanus in dicto cap. postulasti. de Iudaeis. num. 4. vers. puto respondendum, quem videto. adde ibidem Felynum.] Hi in synagogis, illi in Mesquitis.] Quas nos dicimus Ecclesias, Hebraei Synagogas, Sarraceni Mesquitas vocant. cap. consuluit. de Iudaeis. clem. cedat. s. 1. de Iudaeis & Sarr. vbi glossa in verbo Mesquitis. In his autem si cupis scire quales ritus obseruent, legito quos citauit super quest. 20. & 21. huiusmodi secunde partis.

Ritus Iudaeorum cur toleret Ecclesia non ita alioquin infidelium.

Et ideo ritus Iudaeorum ab Ecclesia tolerantur, quia in illis habemus testimonium fidei Christianae.] Elegans est haec ratio, quam sumpsit EymERICUS ex beato Thoma 2. 2. q. 10. art. 11. aliorum autem infidelium ritus multis sanctionibus inhiabitur. l. 2. c. de paganis. l. 2. c. de sum. trinit. & fide catho. l. conuenticula. c. de episcopis & cleri. clement. vnica. de Iudaeis. vbi Cardinalis nume. 3. & Ioannes Imolenis hanc discriminis rationem afferunt: quia Iudaei colunt vnum Deum & verum, Sarraceni vero Mahometum hominem facinorosum & nefandum: alij alias rationes afferunt, quas commemorat Ioannes Rojas tract. de haeret. par. 1. num. 568. & sequentibus.

Nomine animaduersionis, quando intelligatur vltimu supplicium.

Idud addiderim monere beatum Thomam praecitato loco, aliorum infidelium ritus posse quandoque tolerari, praesertim vero cum salus & conuersio eorum inde facilius speraretur.] Animaduersionis autem poena de capitationem significat, & c.] Hanc sententiam tunc veram esse crederem, cum adijceretur verbum, seuerissimima. iuxta glossam in l. nemo. verbo, seuerissimis. c. de sum. trinit. & Felynum in cap. ex litteris. num. 22. de constitutio. vel grauissima, iuxta glossam in l. vnica. verbo, grauissima. c. nemini licere signum saluato. & in l. 2. c. de Eunuchis. verbo, poena grauissima, vel similes voces, quae excessum significant, dicte a gramaticis superlatiu, ut acerrima, maxima, acerbissima. alijs. n. nomine animaduersionis, aut poena simpliciter prolati non puto significari poenam mortis: sed arbitriu esse iudicis punire vt vellet, spectata personaru, et delicti qualitate, iuxta doctrinam glossae in cap. sane. verbo, punire. extra de celebra. missa.

adde Corsetum in suis singula. verbo, poena. 10.

Observandum tamen est, quandoque nomine debita animaduersionis mortem intelligi. ca. excommunicamus. l. de heret. & cap. vt inquisitionis. s. prohibemus. de heret. lib. 6. & tradit Felyn. in dicto cap. ex litteris. de constit. & EymERICUS hac ipsa quaestione, in solutione quinti argumenti ex legibus desumpti, num. 16. in fine.

Quo Iudaeo recuperato, & c. eundem fecerunt publice abiurare.] Sed quomodo abiurabit Iudaeus, qui nuquam fidem recepit? Nam vera huic deseruire non potest forma cap. ego Berengarius. de consecrat. dist. 2. nec alij vulgares abiurationum formulae, quae illis solum competunt, qui fidem Catholicam sunt professi. abiurabit ergo in hunc modum quod talis casus occurrerit: Ego N. sacrosancta Dei lege posita coram me, & meis manibus tacta, iuro me credere corde, & ore profitor illam veritatem ac fidem, quam lex Dei sacrosancta docet, tenet, & praedicat: ac in primis Deum esse inuocandum, solumque adorandum; & per consequens detestor eum errorem, qui dicit demones esse aduocandos, eisque diuinos honores tribuendos: aut similia, iuxta qualitatem errorum, quos aduersus fidem admisit. Iudaeus enim non iurat super Euangelia, quibus non credit, nec abiurat haeresim, qua in ipsum non cadit, ac perinde dicendum est de abiuratione, vt diximus de iuramento supra in hac 2. parte super cap. contra Christianos. s. Denique.

Iudaeus quomodo abiurabit.

QVAESTIO XLVII.

De excommunicatis animo pertinaci per annum manentibus in excommunicatione.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatio poena spiritalis est pro mortali culpa inflata.
- 2 In causa fidei excommunicatur aliqui in tribus casibus, & quibus.
- 3 Excommunicati praesati postquam per annum in tali excommunicatione sorduerint, vt haeretici sunt condemnandi.
- 4 Haereticus quomodo condemnatur tam panites, quam impenitens.
- 5 Consimili modo condemnandi sunt dicti excommunicati.
- 6 Excommunicati ob alias causas, per annum soc perseverantes, haeresis suspicionem incurunt.
- 7 Cum huiusmodi excommunicatis quo pacto sit procedendum.
- 8 Si citati tempore statuto non compareant, post annum quid agendum.
- 9 Et quid, si priusquam annus elabatur, compareant.
- 10 Et quid si intra terminum praescriptum.

nus, Ioannes And. Geminianus, & Francus in cap. cum contumacia. de heret. lib. 6. Panormitan. Felinus, & alij in cap. excommunicamus 1. 5. qui autem de heret. Simancas de catho. instr. tit. 2. 7. nu. 4. idem in Enchyridio, tit. 5. late rursus Panormitanus, & ceteri in cap. grauem. de penis. Gondissalvus tract. de heret. q. 5. num. 2. & alij.

In hac questione Emericus luculenter pre ceteris docet quicquid in hac materia potest desiderari: quod iterum ad praxim reuocans, explicat 3. par. in vltimo modo processum fidei terminandi.

a ¶ Et si in veritate hereticus non sit, ab Ecclesia tamen, & c. potest vt hereticus condemnari. Idem obseruauit subtiliter idem Emericus 3. par. in vltimo modo processum fidei terminandi. nu. 112. vbi adduxit rationem discriminis vers. in secundo casu.

b ¶ Vltimo supplicio feriendus. Hec verba ommissa erant in Barcinonensi impresso, que sunt ex manuscryptis suppleta.

c ¶ Quidam vero sunt excommunicati non in causa fidei, & c. Nobilis est hac distinctio, quam tradit etiam Abbas in dicto cap. grauem. de penis. num. 7. vers. dic tamen. idem indicat in cap. postulasti. de homicidio volunta. num. 4. vers. secundo queritur. Locatus in opere iudiciali verbo, excommunicati. num. 2. & dixi supra in hac 2. parte super dicto cap. grauem. & iuxta hanc Emerici doctrinam intelligendum videtur decretum concilij Tridentini, sessio. 25. sub rub. de reformatione cap. 3. §. in causis quoque. statuetis inquiri posse in quemcumque persistentem per annum in excommunicatione, tanquam in suspectum heresi.

Ex recepta tamen consuetudine sancte Romane & generalis Inquisitionis intelligo non solere procedi contra excommunicatos per annum, aut amplius, nisi fuerint excommunicati ex causa heresis.

d ¶ Et frater Nicolaus Emerici Inquisitor anno Domini MCCCLXVIII. Ita Barcinonensis impressus, & codex Cardinalis de Gambara: sed in Sabellano & Bononiensi legitur anno Domini MCCCLVIII. & potuit quidem Emericus iam eo anno fuisse creatus Inquisitor, cu Nicolaus Rossell, cui ipse in hoc officio successit, ab Innocentio sexto, qui floruit anno Domini MCCCLII. creatus fuerit Cardinalis, vt dixi in vita Emerici initio huius operis prefixa.

e ¶ Contra excommunicatos per plures annos, & c. Hic locus in omnibus codicibus erat mutilus & imperfectus, quem ita emendauimus vt est impressus ex codice Cardinalis de Gambara. ex his tamen que sequuntur apparet ita esse legendum: Contra excommunicatos per vnum vel plures annos. in Bononiensi & Sabellano legitur; Vt darent modum iurisdictionis. sed sequentia indicant legendum esse: Modus iuri consonus.

f ¶ Cui vt compareat, terminus congruus assignetur. Indefinito dixit, Congruus terminus assignetur, nam in arbitrio Inquisitoris positum est terminum taxare, intra quem accedere quis debeat ad respondendum de fide, in assignatione huius termini habenda ratio est temporum, locorum, & personarum: & qualis sit huius rei modus, & praxis, tradit eleganter Emericus 3. par. tit. de forma citat.

Qui per annum sustinet excommunicationem suspectus sit de heresi.

Quo anno creatus sit Emericus Inquisitor.

Locus restitutus.

Inquisitor terminum taxat, intra quem veniant citati ad respondendum de fide.

A di absentem, num. 131.

g ¶ In litteris citationis ponatur hoc verbum; responsum de fide. Hec citatio verbalis est, que fit per litteras, vel nuntium, in qua hoc est obseruandum: cum reus qui citatur non est contumax, aut facile capi potest, non est necesse addere verbum hoc; Responsum de fide; sed generaliter exprimitur, vt se coram Inquisitoribus sistat. clem. 1. de heret. Corradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 6. Simancas de catho. instr. tit. 4. 4. nu. 12. quod si reus contumax fuerit effectus; nec facile capi potest, addendum est tunc in citatione verbum, Responsum de fide; iuxta cap. cum contumacia. vbi Doctores de heret. lib. 6. obseruata ea forma, quam tradit Emericus precitato loco. & auctor quidam in nominatum tract. de forma procedendi contra inquisitos de heresi in rub. de heret. contumacibus. & in rub. de materia processuum inquisitionis. cetera tradidi infra, par. 3. num. 131. & super quest. 42.

h ¶ Te citari fecimus, sed comparere, & respondere renuisti. Hec verba deerant in Barcinonensi impresso, & Bononiensi, & codice Cardinalis de Gambara, que supplendum ex Sabellano; nam ad sensum perficiendum omnino desiderantur.

i ¶ Licet post sententiam in carcere possit dispensari. Dispensant autem in iure communi Inquisitores quilibet priuati per textum in cap. vt commissi. §. necnon. de heret. lib. 6. sed hoc priuatis Hispanie Inquisitoribus interdicitur est per particulares inquisitionis eius provincia instructiones, quibus cauetur vt solus Inquisitor generalis dispensare possit, Quanto autem tempore elapso dispensari possit, tradit Simancas de catho. instr. tit. 16. nu. 21. & seq. et dixi copiose 3. par. super 10. modo processum fidei terminandi, & alibi sapius, que cu non sint huius loci, libenter omitto.

Q V A E S T. XLVIII.

De Schismaticis.

S U M M A R I V M.

- 1. Differentia inter heresim & schisma.
2. Diuidi ab ecclesiastica potestate contingit.
3. Schismatici aliqui non sunt heretici, & qui.
4. Aliqui vere sunt heretici & tales tractandi.



Vadragesima octaua questio est: Schismatici an heretici sint habendi sic, vt Inquisitoris hereticorum iudicio sint subiecti?

Ad hanc respondemus, quod inter schisma & heresim est differentia, vt habetur 2. 4. q. 3. cap. Inter heresim. Nam schisma dicit diuisionem: heresis autem errorem. vnde a schismate dicti sunt schismatici, quia ab Ecclesia diuisi. 2. Aliqui autem ab Ecclesia duobus modis possunt diuidi, loquedo de his, qui fidem receperunt: Quidam namque sunt diuisi ab Ecclesia quo ad obedientiam solam, nullum habentes de credendis errorem in mente, nec de defendendo errorum, pertinaciam in voluntate.

Et tales non sunt heretici in re, nec habendi, post-

Verbum, responsum de fide quando ponendum in citatione.

In carcere in re communit inquisitores dispensant.

di, postquam non habent errorem in mente, nec pertinaciam in voluntate; nec aliam apparet, quod male sapiant de articulis fidei, & Ecclesie sacramentis, seu ecclesiastica potestate; licet moti malitia, superbia, vel auaritia, seu alijs deuiant ab obedientia Ecclesie. Attamen licet illi non sint heretici, sunt tamen multum ad heresim dispositi, vt dicitur vbi prius. Nam in eo quod se diuidunt ab Ecclesia, & nolunt ei obedire in agendis, leuiter prorumpunt, quod non obediunt in credendis.

4. Quidam vero sunt diuisi ab Ecclesia non solum quo ad obedientiam, verum etiam quo ad credentiam; quia nolunt credere determinationibus Ecclesie vt de fide factis: vt pote, qd Spiritus sanctus procedat a Patre, & Filio, vt Ecclesia determinauit de sum. trin. & fide catho. lib. 6. cap. vni. co. & similibus. Et tales vt heretici sunt habendi: quia habent, eorum que sunt fidei, & credere tenentur, errorem in mente, & pertinaciam in voluntate: cum post deprehensionem erroris ad arbitrium Ecclesie noluerint heresim abiuurare, & satisfactionem congruam exhibere, vt patet clare extra de heret. lib. 5. cap. Ad abolendam. §. presenti.

COMMENT. LXXIII.

De schismaticis qui seculi pleini.

DE materia huius questionis multis locis tractatur in iure canonico. 2. 4. q. 1. in pluribus capitibus. & ead. causa q. 3. & 7. q. 1. cap. denique. & 2. 3. q. 3. & 12. q. 2. cap. alienationes. et 1. q. 7. qui in qualibet, & de consecr. dist. 4. cap. hi qui. cap. ostenditur & multis alijs. copiose iuris canonici interpretes in Decretalibus, Sexto, & Clemen. in titulis de schismaticis. fuisse Turrecremata in sum. de Ecclesia, lib. 4. par. 1. per 15. capita. Beatus Thomas, & ibi Caietanus 2. 2. q. 3. Alexander Aletensis par. 2. q. 182. Bonauentura lib. 4. sent. dist. 1. 3. & ibidem latius Gabriel Biel, & Petrus de Palude, & alij. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quest. 25. Antoninus in sum. par. 2. titu. 3. cap. 11. Abbas & alij in cap. quia diligentia. de elect. Paulus Grillandus tract. de heret. quest. 2. nu. 6. & seq. Bernardinus Diaz in tract. crimin. cano. cap. 105. Palacius Rubius in tract. de Regno Nauarræ, par. 5. §. 7. Gondissalvus tract. de heret. q. 7. Summis omnes, & Repertorium Inquisitorum, & Locatus in opere iudiciali verbo, schisma. Simancas de catho. instr. titu. 58. idem in enchyridio tit. 5. Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. nu. 498. & sequen. eleganter Corradus Brunus lib. 1. de hereticis. cap. 16. idem toto libro secundo de hereticis & schismaticis. & olim Opatius Episcopus Mileuitanus sex libros scripsit contra schisma Donatistarum, in quibus de hac materia agit vere grauitate & copiose.

Quid schisma & qualis vox.

Est autem schisma illicita diuisio per inobedientiam ab unitate Ecclesie facta. cap. loquitur. & cap. alienus 2. 4. quest. 1. ita praxitati.

Schisma vero vox graeca est, & latine scissuram sonat, qua apud Christianos illicita ab Ecclesia separatio indicatur; peccatum enim schismatis directe & per se opponitur unitati & schismatici di-

antur qui subesse renuunt summo Pontifici, & qui membris Ecclesie ei subiectis communicare recusant. beatus Thomas 2. 2. q. 39. art. 1.

a ¶ Aliqui autem ab Ecclesia duobus modis possunt diuidi, & c. Hic locus est valde insignis de primo genere schismaticorum, quos dicit Emericus superbia, timidos ab Ecclesia se separare, & propterea leuiter prorumpere in id quod non obediunt in credendis, quasi dicat: ex hoc saltem se reddere de heresi leuiter suspectos; quod est verissimum. nam hoc factio videntur profiteri quod extra Ecclesiam sit salus, quod extra Ecclesiam sint vera sacramenta: vel quod summo Pontifici non sit parendum, que valde sunt impia. Palacius Rubius tracta. de regno Nauarræ, par. 5. §. 7. qua sententia verissima est accepta in primis de illis, qui scienter schisma profitentur.

Quibus autem penis puniatur schismatici huius primi generis, luculenter docet Turrecremata in summa de Ecclesia, parte 1. cap. 8. & Palacius Rubius tract. de regno Nauarræ, par. 5. §. 7.

Hoc est certum, schismaticos primi generis ad unitatem Ecclesie redeuntibus abiuurare debere schisma, & promittere satisfactionem ad mandatum Ecclesie, vt recipiantur: cuius abiurationis formulam praescripsit Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, par. 1. cap. 15. adde Repertorium inquisitorum verbo; abiuratio. Abiurant vero schismatici iuxta dispositionem, cap. quotiens cordis. 1. q. 7.

Sed vltius queritur: An schismatici non modo abiuurare debeant schisma, sed etiam suspicionem aliquam heresim ex schismate contractam, & qualis ea suspicio sit. Hac questio alterius difficultatis declarationem postulat, an scilicet in schismate semper insit heresim, de qua agit gloss. & doctores in cap. inter heresim. 2. 4. q. 3. gloss. 2. 4. quest. 1. in summa. & in cap. non afferamus. 2. 4. q. 1. quibus locis asserit gloss. omne schisma habere heresim annexam. Sane huiusmodi schismatici, qui ab unitate Ecclesie, & Romani Pontificis obedientia discedunt, quamuis in nulla heresim a principio incidant, at hereticis confines sunt, & parum ab illis distare videntur: quare non carebunt heresis suspicionem, quam cu schismate abiurabunt. ea vero suspicio maior vel minor censenda erit pro temporis diuturnitate, quo in schismate perseueratum est, extraneum. Ad certitudinem, de sent. excom. inter communes. Panormitanus in cap. quia diligentia. de elect. & pro alijs circumstantijs causarum & personarum, interdum ergo uel leuiter, ut hic indicat Emericus, aliquando uero ut uehementer de heresi suspecti abiurabunt schisma redeuntibus: alias autem ut heretici formales, si errorem in mente habuisse detecti fuerint: quem uix quandoque credibile est non habuisse, praesertim cum diu in schismate perseuerent.

Cognitu dignum est: An schismaticus, qui abiuratio schismate ad Ecclesiam reuertitur unitatem sit, habilis ad beneficia, & ad maiores Ecclesie dignitates, an dispensatione potius eget? Et Antonio Ruitrio, Ioanni Imole & alijs in cap. quia diligentia. de elect. recte visum est, talem de iure communi ineligibilem, inhabilem, & irregulare remanere: quia licet delictum per penitentiam & abiurationem sit purga-

Schismatici primi generis, scilicet leuiter de heresi suspecti.

An schismatici post abiurationem inhabiles ad beneficia.

purgatum, non tamen est sublatum impedimentum sine irregularitas ex delicto oborta: & propterea nisi dispensatum fuerit cum tali schismatico ad unitatem Ecclesie reuerso, ad beneficia & dignitates ecclesiasticas promoueri non poterit. ac irregularē quoque remanere pronunciauit Maiolus lib. 5. de irregularit. cap. 46.

Sed quis cum schismaticis redeuntibus possit dispensare, fortassis non est facile aperto iure demonstrare. Mihi tamen multū placet Panormitani sententia in dicto cap. quia diligentia. de elect. dicentis in hoc casu solum Papam posse dispensare. quod non obscure videtur indicare textus in dicto cap. quia diligentia. ibi. Eum dispensatione permittimus confirmari.

Atque ex his consequitur minus recte dixisse Crauetam cons. 293. inci. Ardua admodum. n. 10. sublato schismate per abiurationem eligi quem possit, ac si nunquam schismaticus fuisset, c. quia diligentia. de elect. quia reuera inabilis remanet, vt dictū est. & textus in dicto cap. quia diligentia. aperte oppugnat Crauetę sententiam.

An autem aliqui per ignorantiam possint ab heresis suspitione excusari, licet in schismate versentur, non est huius loci late tractare. Non tamen ambigo posse quandoque simplices & imperitos, qui auctori tati maiorum credunt, quos recte sentire putant, excusari, vt dixi supra parte 1. super quest. 4.

Schismatici secūdi generis vere heretici.

¶ Quidam vero sunt diuili ab Ecclesia, &c.] Et hi sunt heretici consummati & veri, eodemque cum hereticis iure censendi. Turrecremata lib. 4. de Ecclesia. par. 1. cap. 4. & Conradus Brunus lib. 1. de heret. ca. 16. atque in his postremis iudicandis & puniendis non est multa difficultas, cum per omnia sicut heretici sint tractandi. Nam hi non solum a summo Pontifice, & ab Ecclesia unitate discedunt, sed ita praeerea licere credunt: vel putantes non esse unitatem in Ecclesia catholica: vel credentes non esse obediendum summo Ecclesie pastori.

Denique tertij generis schismatici constitui possunt illi, qui aut probabili, aut insuperabili ignorantia ducti, putant aliquē esse Papam, qui non sit: quod solet contingere cum duo pluresue de papatu contendunt, non tamen constat quis eorum rite & canonicē electus sit. qui ergo tunc obediunt non vero Pontifici putantes esse verum, aut non obediunt vero credentes non esse verum, schismatici, improprie tamen dici possunt. atque hi nec heretici sunt, nec in aliquam iuris penam incurrunt: cum iustam excusationem habeant, & culpa careant. de qua re vide copiose Turrecrematam in summa de Ecclesia lib. 4. par. 1. cap. 14. Iacobatum tract. de concilio, lib. 7. art. 1. Aluarum Pelagium, lib. 1. de planctu Ecclesie, ca. 65. & Canonistas in dicto cap. quia diligentia. de elect.

Exorto autem schismate, & duobus vel pluribus de papatu contententibus, quot & quibus modis sit ei occurrendum, eleganter explicat Zabarella consi. 150. incip. Quaritur autem.

¶ Cum post deprehensionem erroris, &c.] Ita Barcinonensis, Bononiensis & codex Cardinalis de Gambarā: sed Sabellanus paulo aliter ita habet: Cum post determinationem Ecclesie, errorem, de quo sunt deprehensi, ad eiusdem Ecclesie ar-

bitium noluerint abiurare, & satisfactionem congruam exhibere.

Q V A E S T. XLIX.

De Apostatis.

S U M M A R I V M.

- 1 Apostasia triplex, & que.
2 Apostate ab ordine, & a statu regulari non sunt heretici.
3 Apostate manentes in excommunicatione totū annum, sunt suspecti de heresi.
4 Apostate a fide sunt heretici.
5 Qui metu mortis fidem abnegant, vt penitentes heretici recipiendi sunt, si reuertantur.



Vadragesima nona questio est: Apostata an heretici sint habendi sic, vt Inquisitoris hereticorum iudicio sint subiecti?

1 Ad hanc respondemus, quod est apostasia quaedam ab ordine clericali: est apostasia a statu regulari: & est apostasia quaedam a veritate Christianitatis & fidei.

2 Qui primo modo apostatant, a fide credēdorum ex hoc non deuiant: quare nec heretici sunt nec iudicio Inquisitoris subiecti sunt. Qui secundo modo apostatant, ex eo quod sic apostatant, etiam a fide non deuiant: quare nec heretici sunt, nec iudicio Inquisitoris subiecti sunt.

3 Quia vero tales apostate a regulari tramite excommunicati sunt, extra ne cler. vel mo. lib. 6. Vt periculosa, si in excommunicatione illa & apostasia per annum animo indurato persistunt, quia redire ad religionem nolunt, nec tempus transferendi ad religionem illam, quam dimiserunt, vel ad aliam habent, nec obtinuerunt euidenter, de heresi suspecti sunt, iuxta cap. Grauem. de pœnis. & de fide responsuri, citari possunt: & potest procedi contra tales per Episcopum & Inquisitorem cōiunctim vel diuifim, prout dictum est supra parte ista. 2. quadragesima septima questione.

4 Qui vero tertio modo apostatant, eo quod sic apostatant, a fide etiam & ab Ecclesia totaliter deuiant. Et tales heretici, immo infideles habēdi sunt: & si haberi possunt, de eis sicut de ceteris hereticis est agendum: quia si nolunt resiliire, vt heretici impenitentes traduntur curie seculari: si autem velint, recipiuntur ad misericordiam prout heretici penitentes: iuxta c. Ad abolendam. §. presentis. lib. 5. Concordat Ray. tit. de apostata. §. reuertentes, vbi dicit, qd reuertentes ab apostasia: perfidia, cum fuerint heretici, tanquam reuertentes ab heresi sunt recipiendi.

5 Illi vero qui metu mortis fidem abnegant, & erroribus non sunt credentes, licet vere heretici non sint, postquam non habent errorem in mente: iudicio tamen Ecclesie, quæ habet per exteriora de interioribus iudicare, heretici habēdi sunt: & si reuertantur, vt penitentes heretici recipi-

¶ al. ita. et erroribus non credunt, licet in re heretici non sint.

recipiendi sunt. non enim metus mortis est metus cadens in constantem virum ad fidem Christi abnegandam; nam fatuus est mori, qudm abnegare, vel vesci idolothytis, vt dicit Augustinus & recitatur 32. quest. 4. cap. Sicur. Concordat Raymundus tit. de apostata. §. circa istas. Et S. Thomas 2. 2. quest. 12. & Hostien. tit. de apostatis. §. qualiter.

In lib. de bono coniugali cap. 16.

COMMENT. LXXIII.

¶ Vltis questionibus præcedentibus explicuit Emericus quosdam delicta de quorum peccatoribus dubitari poterat, an ad iurisdictionē Inquisitorum spectarent; nunc iam propius accedens ad causam heresis, eos recenset, qui aut vere heretici sunt, aut hereticorum complices, agitq; in primis de apostatis, de quibus nulla est dubitatio quin sint heretici, immo grauius qudm heretici delinquant.

Et de materia huius questionis copiose vterque Thomas 2. 2. q. 12. & in cap. non potest. 2. quest. 7. cap. beatus. 3. q. 4. cap. non obseruatis. 26. quest. 7. cap. contra Christianos. de heret. lib. 6. & his locis Canonistæ. Innocentius, Abbas, & alij communiter in cap. 1. de apostatis. Ioannes Anania in rub. de schismaticis. Alexander Alar. par. 2. q. 183. Innocentius in cap. ex parte. cl. 2. de tempo. ordinatio.

Accursius, Bartolus, Faber, Salyctus, Baldus & alij communiter iuris ciuilibus Interpretes. C. de apostatis. vbi copiose Petrus Godofredus in rubrica. Alfonso Castus lib. 1. de iusta heret. punitio. cap. 7. & cap. 23. Paulus Grillandus tract. de heretici. q. 2. Gondissalvus tract. de heret. q. 5. & q. 20. nu. 2. Repertorium Inquisitorum, Locutus in opere iudiciali, Syluester & reliqui Summi & verbo, apostata. & verbo, apostasia. Petrus de Palude, & alij lib. 4. sent. dist. 13. Simancas de catho. instit. tit. 7. idem in enchyridio tit. 4. Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. nu. 484. & multis seq. Bernardus Diaz in pract. crimin. cano. cap. 104. Bernardus Comensis in lucerna verbo, apostata. Nicolaus Arlatanus tract. de heret. notabili 44. & eleganter Melchior Canus lib. 12. de locis theologis, cap. 9.

¶ Est autem Apostasia Græca vox, quæ latine defensionem & retrocessionem sonat. & apostata proprie in tertia significatione, quæ hic tradit Emericus (quæ propria est huius disputationis, nam ceteræ huc non pertinent) dicitur qui omnino a fide orthodoxa recedens, Iudaismum, Paganismum, seu Mahometicam sectam profitetur. talis olim fuit Iulianus. 11. q. 3.

¶ Quia vero tales apostate a regulari tramite, &c.] Et hæc sententia vera est ob rationem hic allatam ab auctore, iuxta doctrinam paulo antea explicatam. quest. 47. Veruntamen quantum intelligo, Sanctum tribunal Romana & generalis Inquisitionis non consuevit procedere contra tales a regulari traditione apostatantes, ex eo solo qd relicto sue religionis habitu ultra annū apostatant, nisi quid aliud admisceant, quod merito ad id tribunal referendum videatur. Iam apostata a religione Monachali non solum

Quid apostasia & quid apostata.

Monachi & cleric. in fa.

funt de heresi suspecti postquam per annū in executione persistierint, sed etiā ante annū, si relicta religione, quam professi sunt, matrimonium contrahant. Ioannes Anania in cap. ad abolendam. de heret. nu. 27. Calderinus consi. 5. tit. de heret. Simancas in enchyridio, tit. 12. nu. 1. Campegius in additionibus ad Zanchinum cap. 35. versi. idem quoque. & distinctionem, quam multi faciunt de hoc differentes, plurimum videlicet referre an contrabant publice, vel clam, merito reuocant aliqui ex præcatis, neque ab hac sententia est recedendum.

Atque hæc etiā sententia locum habet in clericis, qui sacris ordinibus sunt initiati: nam & hi si matrimonium contrahunt, suspecti in fide sunt, & in eos possunt Inquisitores animaduertere. Palacius Rubius in cap. per vestras. de donatio. inter virum & vxor. §. 18. nu. 26. vbi ex quo meo iudicio. Simancas de catho. instit. tit. 40. nu. 12. & Bernardus Diaz in practica criminali canonica, cap. 74. versi. redditur præterea suspensus. & dixi copiose in lib. de privilegijs Inquisitorum.

¶ Qui vero tertio modo apostatant, &c.] Grauius est questio: an apostata, & hereticus ratione apostasie & heresis specie distinguantur; id est, vtrum infidelitas heretici, & apostate sint duæ infidelitates specie distinctæ. quæ difficultas subtilis est magis qudm vtilis, quam differui latissime apud Thomam 2. 2. q. 12. art. 1. de eadem agit copiose Melchior Canus lib. 12. cap. 9. de locis theologis. mihi hæc sententia probatur: Apostasia non est species infidelitatis ab heresi distincta, sed solum habet secum circumstantiam magis aggrauantem, nec differt ab heresi nisi secundum magis & minus. atque hæc est nõ obscura sententia beati Thomæ 2. 2. q. 12. art. 1. in responsione ad 3. argumentum.

¶ Et si haberi possunt, de eis sicut de ceteris hereticis est agendum.] Idem tenuit non obscure Emericus supra quest. 44. nu. 1. atque hæc sententia de recipiendis apostatis si conuertantur, vera est & cõs, quam nominatim approbant Repertorium Inquisitorum verbo, apostasia. §. sed vtrum ea. sequitur per omnia Gondissalvus tract. de heret. q. 20. nu. 2. Simancas de catho. instit. tit. 7. num. 4. & 5. idem in enchyridio tit. 4. nu. 2. & 3. & copiose Alfonso Castus lib. 1. cap. 23. de iusta heret. punitio. Petrus de Palude in 4. sent. dist. 13. q. 3. Bernardus Comensis in lucerna verbo, apostata. §. 3. Melchior Canus lib. 12. c. 9. de locis theologis. versi. secundū uero argum.

Et hanc sententiam aperte confirmant Pontifici & conciliorum decreta. Siricius Papa epistola 1. cap. 3. ibi: Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi, his quandiu viuunt agenda penitentia est, & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente Domino: Nolumus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, hæc ibi. refert Iuo par. 15. cap. 143. concilium Eliberini cap. 46. concilium Arlat. c. 23. refert. Iuo par. 15. c. 144.

Atque hoc iure vtimur, contra qudm consuevit Nicolaus Arlatanus tract. de heret. notabili 44. per l. h. qui. C. de apostatis. vbi pœna vltimi supplicij imponitur, sed in hoc crimine cum mere sit ecclesiasticum, cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de heret.

cris constituti, matrimonia contrahentes suscipi sunt de heresi.

An apostasia & heresis specie distinguantur.

Apostate si reuertantur, recipi debet.

Execb. 18.

hæret. lib. 6. ius Pontificum sequimur. & perperâ pręcitato loco Arelatanus asseruit, iure canonico non esse contrarium dispositum, & propterea ius civile fore obseruandum, cum manifeste multis canonicis Decretis, vt ostendimus, cautum sit, apostatas redeuntes, ad misericordiam esse recipiendos, & vitam eis condonandam. ac vna quidem potissimum ratione, eaque vna & efficaci probari potest euidenter, apostatas fore recipiendos: quoniam si intelligerent nullum ipsi parere misericordiam locum, vt mortem effugerent, nunquam ab infidelitate, quam semel sunt professi, reuerterentur. & hanc questionem copiose disputat Montanus in legibus Hispanię septipartitis, par. 7. tit. 26. l. 1. q. 5. verbo, relapsi. versi. dubitant aliqui. vide in codice Theodosiano lib. 16. tit. de hæret. l. 41.

Apostatas penitentes non esse ab Ecclesia recipiendos, impie sensit olim Nouatus. 2. 4. q. 3. cap. Quidam autem. versi. Nouatiani. quę Fabianus Papa coactio Romę concilio sexaginta Episcoporum, condemnauit.

¶ Illi vero, qui motu mortis, &c.] Quæ ratione hoc accipi debeat, explicui supra in hac 2. parte. versi. nec excusatur, super quęst. 41. quod omnino videas. & de hac difficultate adde quę disserui par. 1. super quęst. 9.

Q V A E S T I O L.

De Credentibus Hæreticorum.

S U M M A R I U M.

- 1. Credentes hæreticorum sunt in duplici genere, & quidam sunt hæretici.
- 2. Iudicantur aliqui hæreticorum erroribus ad hęc vere, tum ex verbis tum ex factis.
- 3. Quibus factis presumatur quispiam credere erroribus hæreticorum.
- 4. Sunt alij credentes hæreticorum, nõ quidem hæretici, sed suspecti.
- 5. Et his abiuratio vel purgatio est indicenda.



Vinquegesima quęstio est: Hæreticorum credentes qui dicendi sunt, & si hæretici habendi sunt?

Ad hanc respondemus, quę credentes hæreticorum sunt in duplici genere: quidam namque sunt hæreticorum credentes, qui credunt eorum erroribus, & hæresibus, & isti sunt excommunicati, iuxta c. Excommunicamus 1. §. credentes, de hære. lib. 5. & etiam sunt hæretici; & tales habendi sunt, vt in eo. tit. c. Excommunicamus 2. in fi. vbi præmissis variis hæreticorum scētis dicitur sic: Credentes autem eorum erroribus hæreticos similiter iudicamus.

2. Iudicantur autem aliqui credere hæreticorū erroribus ex eorum verbis atque factis. Verbis quidem, vt confessione propria, dicendo se credere erroribus talium: Vel facti euidentia publice predicando, seu defendendo illorum errores; Vel testium productione legitima, vt si conuincantur per testes, quod errores talium diuulgauerunt,

A seu dogmatizarunt, de verbor. signifi. cap. Super quibusdam. vbi hæretici declarantur, qui publice predicant, & profitentur, & defendunt errorē; Vel qui conuicti sunt per testes talia publicasse, & glos. ad idem super cap. Ad abolendam. §. præfenti: & verbo deprehensus.

3. Factis autē, vt si hæreticos adorauerint: (eorum verbis vtendo) reuerentiā eis suo more exhibuerint: cōsolationem vel communionem ab eis receperint, seu similia; quę ad ritum eorū pertinent, perpetrauerint: sermones eorum & prædicationes non tantum semel, vel bis, sed frequentius audierint; & familia egerint, per quę eorum animus, quę credant eorum erroribus, apud iudicē per exteriora probabiliter conuincatur. Ex factis enim presumitur de affectu. ad hoc arg. 3. 2. q. 5. Qui viderit, & c. de dolo. l. Dolium de bigamis. Nuper. nec refert etiam, an quis voluntatē suam verbis exprimat, aut factis, ff. de legibus. l. Contra legem. & notatur 20. q. 1. Quem progenitores. immo plus est factō quā verbo aliquid facere argu. de appella. Dilēcti. Magis enim est itandū factis, quā verbis, vt docet Christus, Matth. 21.

Conuincuntur igitur aliqui esse credētes hæreticorum erroribus, verbis & factis; dico factis in quibus ritus hæreticorum exprimuntur.

4. Quidam alij sunt hæreticorum credentes, de quibus non apparet clare, quę credant eorum erroribus, sed videtur credere hæreticorum verbis, iusionibus & operibus; vt pote quia ad eorum dictum vadunt & veniunt: sermones eorum (licet raro) audiunt: litteras eorum hinc inde deferunt: eis seruiunt: libros suscipiunt, nec comburunt: alimoniam eis deferunt: ducatum præbent: eos visitant: & alia faciunt, in quibus de ritu hæreticorum nihil ostenditur.

5. Tales enim non iudicantur credentes hæreticorum hæresibus, nec hæretici sunt habendi; sed non carent suspitione vehementi vel leui, secundum quod maiora vel minora in eis indicia apparent: & consequēter est eis abiuratio seu purgatio indicenda, iuxta cap. Excommunicamus 1. §. qui vero inuenti fuerint sola suspitione notabiles, & c. de hæret. lib. 5. & eo. c. §. credentes. & cap. Accusatus. in princ. eod. tit. lib. 6. Sunt enim tales suspecti, quod credant hæreticorum erroribus.

His concordat Archidiaconus in cap. Quicumque. super verbo, credentes. de hæretic. lib. 6. Et Guido Fulcodius, postmodum Papa Clemens III. in consultationibus ad Inquisitores hæreticę prauitatis, quęst. 9.

C O M M E N T. LXXV.

De credentibus, fautoribus, defensoribus, & receptatoribus hæreticorū obuia cuique extant Pontificum decreta in cap. excommunicamus 1. §. credentes. cap. si aduersus. vbi Doctores extra de hæret. & in cap. quicumque. §. 1. & §. hæretici autem. de hæreti. lib. 6. vbi copiose Archidiaconus, Ioannes And. & alij. & in cap. in fidei fauorem. & in cap. vt officium. §. 1. & in cap. vt commissi. §. fin. & in cap. statutum. §. 1. & in cap. vt Inquisitionis. versi.

De credentibus, fautoribus, & defensoribus hæreticorum qui differuerint.

versi. ita pro defensione fidei. de hæret. lib. 6. Repertorium Inquisitorum verbo, credentes, fautores, & c. Zanchinus tract. de hæret. cap. 2. & ibi Campegius. Turrecremata in sum. de Ecclesia. lib. 4. par. 2. cap. 21. Simancas de catho. in tit. tit. 1. §. idem in enchyridio. tit. 13. Locutus verbo, credentes. Syluester in sum. verbo, hæresis l. §. 10. Tabienfis in summa verbo, hæreticus. §. 20. & 21. Alfonso Casirus lib. 1. cap. 17. de iusta hæret. punitio. auctor quidam inominatus tract. de forma procedendi cōtra inquisitos de hæresi in rubrica, De hæreticis, credentibus, & c. idem eodem tracta. in rubrica. De penis hæreticorum & similibus. Petrus de Palude lib. 4. senten. dist. 13. quęst. 3. Conradus Brunus lib. 1. de hæreticis. cap. 4. & alij, quos omitto consulto in re manifesta. quibus locis etiam de fautoribus, defensoribus, & alijs complicibus differunt. de his etiam omnibus agit copiose Montanus in legibus septipartitis Hispania. l. 1. tit. 26.

Quomodo autem ex verbis cognoscantur credentes hæreticorū, apertissime docet hic Eymericus, nec vlla nostra indiget expositione.

In libro quodam peruetusto, in quo multa ad Inquisitionis officium spectantia continentur, eos dici credentes legitimus, qui tantum fidem hæreticorum habent, sed non vitam.

Petrus de Palude lib. 4. senten. dist. 13. quęst. 3. conclusione 7. ait, eos esse credentes, qui licet nulli hæresi explicitè adhareant, credunt tamen hæreticos esse bonos homines, & habere bonam fidem. habentes ergo perfidiam hæreticorum non explicitam, sed implicitam, credentes hæreticorum sunt iudicio Petri de Palude.

¶ Factis autē, vt si hæreticos adorauerint, & c.] Multo facilius est cognoscere credentes hæreticorum ex verbis, quā ex factis: ac propterea olim initio constituit delegatę Inquisitionis valde dubitatum fuit, ex quibus culpis, vel causis, aut factis possent aliqui iudicari credentes hæreticorum, extatq; in vetusto illo libro manuscripto bibliothecę Vaticanę, cuius sępe mentionem facio, consilium peritorū Auinionensium factum anno Domini MCCXXXV. quo singillatim traduntur culpę, ex quibus credentes hæreticorum possunt iudicari: sed copiosius & luculentius easdem declarauit concilium Narbonense cap. 29. cuius verba, etsi breuitati studeam, hęc transferenda curauit, vt huic loco lux clarior asseratur. ait itaque ita: Sane inter culpas, ex quibus credentes possunt iudicari, ne vterius dubitetis, has esse firmiter arbitramur: Si reuerentiā fecerunt hæreticis, vbi credentes, orationes ipsorum implorantes, & bonos homines profitentes, quasi adorant illos: Si consolatione eorum, vbi eum quem consolantur in hæreticum recipientes, per impositionem manuum se saluare conditionaliter mentiuntur: Aut seruitio eorundem, vbi maiore ipsorum librum tenente apertum, per ipsum quasi sub generali confessione remissionem intelligunt fieri peccatorum: Aut cęne Valdensem, vbi die cęne mensa posita, & pane superposito, Valdensis vnus benedicens & frangens, dansquestantibus credit secundū damnabilem scētā cōficere corpus Christi: non causa prodendi, vel reprehendi eos, vel alia commendabili, seu excusabili, affuerunt: Si eisdem Valdensibus peccata sua cōfessi fuerint, vt solet & debet quis sacerdoti proprio cōfiteri: Si pacem ab hæreticis: seu Valdensibus, vel panē ab eis benedictū, a quocunq; sibi missum, vel datū, sciētē & damnabiliter receperunt: Si crediderunt eos in sua scētā saluari posse, vel esse bonos, vel sãctos homines, vel Dei amicos, vel nuntios, vel bonę conuersationis, vel vitę: vel eorum persecutores peccare: vel si eos taliter laudauerunt, vel si aliquo quocunq; signo seu verbo, in eis se fidē & credentiā habuisse in iure, vel alibi sunt professi: Si eos libenter & pluries receperunt, audierunt, visitauerunt, vidualia, seu alia dederunt, seu miserūt eisdem orationes ab eis, vel Epistolās, vel Euangelia didicerunt: hęc. n. & similia, etsi non probent singula, multa iuuant, præsertim cum Ioannes dicit in epistola: Si quis veniat ad vos, & hęc doctrinā non asserit, nolite eum recipere in domo; nec auc ei dixeritis: qui. n. dicit illi, auc, cōicat operibus eius malignis. Hęc autem omnia intelligimus, cum hi qui sic culpabiles sunt inuenti, sciebāt illos, quibus, vel per quos ista fiebant, esse hæreticos, vel Valdenses: nec ignorabant, quod sancta Ecclesia tales propter errores suos proprios scētāsque tuas damnabiles, ab vnitatē catholicę fidei segregatos denuntiat, & excōmunicat, persequitur, atque damnat: nec dicēti se hoc ignorasse, leuiter est credendum. hęc ibi. quę tametsi eius sæculi hæreticis competant, facile possunt ceteris accommodari, sęcētatis singulorum hæreticorū conditione, ritu, & cere monijs.

dendi eos, vel alia commendabili, seu excusabili, affuerunt: Si eisdem Valdensibus peccata sua cōfessi fuerint, vt solet & debet quis sacerdoti proprio cōfiteri: Si pacem ab hæreticis: seu Valdensibus, vel panē ab eis benedictū, a quocunq; sibi missum, vel datū, sciētē & damnabiliter receperunt: Si crediderunt eos in sua scētā saluari posse, vel esse bonos, vel sãctos homines, vel Dei amicos, vel nuntios, vel bonę conuersationis, vel vitę: vel eorum persecutores peccare: vel si eos taliter laudauerunt, vel si aliquo quocunq; signo seu verbo, in eis se fidē & credentiā habuisse in iure, vel alibi sunt professi: Si eos libenter & pluries receperunt, audierunt, visitauerunt, vidualia, seu alia dederunt, seu miserūt eisdem orationes ab eis, vel Epistolās, vel Euangelia didicerunt: hęc. n. & similia, etsi non probent singula, multa iuuant, præsertim cum Ioannes dicit in epistola: Si quis veniat ad vos, & hęc doctrinā non asserit, nolite eum recipere in domo; nec auc ei dixeritis: qui. n. dicit illi, auc, cōicat operibus eius malignis. Hęc autem omnia intelligimus, cum hi qui sic culpabiles sunt inuenti, sciebāt illos, quibus, vel per quos ista fiebant, esse hæreticos, vel Valdenses: nec ignorabant, quod sancta Ecclesia tales propter errores suos proprios scētāsque tuas damnabiles, ab vnitatē catholicę fidei segregatos denuntiat, & excōmunicat, persequitur, atque damnat: nec dicēti se hoc ignorasse, leuiter est credendum. hęc ibi. quę tametsi eius sæculi hæreticis competant, facile possunt ceteris accommodari, sęcētatis singulorum hæreticorū conditione, ritu, & cere monijs.

¶ Sermones eorum & prædicationes non tantum semel vel bis, sed frequentius audierint.] Hic locus non est sine obseruatione omittendus, præsertim in eo quod dicit: Non tantum semel, vel bis. quoniam communis sententia est, eum qui semel tantum audit conciones hæreticorū, aut ad cōgregationes eorū proficiscitur, non putari credentem: nam ex vnico actu non insurgit credentia, cum non videatur approbari quod postea euitatur. argumento l. qui contra. c. de incestis nupt. cap. constat. 1. q. 1. cap. ex studijs. de presumpcio. scetus tamē si bis vel pluries audiuisset, seu itauisset, quoniam ex actu geminato crimen ad consuetudinem trahi videtur. l. nemo. c. de Episcop. audient. cum similibus. ita Archidiaconus, Gemnianus, Ioan. And. & alij in cap. quicumque. §. hæretici. verbo, credentes. de hæret. lib. 6. Zanchinus tract. de hæret. cap. 3. num. 6. versi. sed pone. Repertorium Inquisitorum verbo, credentes. §. sed ponamus. & verbo, bis. & Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 16. & ceteri communiter.

¶ Et quamuis hæc sit communis sententia, nihilominus tamen non est contemenda hoc loco EymERICI doctrina indicantis, ex vno, vel bino actu audiendi sermones hæreticorum non putari quem credentem, nisi pluries audiat: cui penitus consentit concilium Narbonense paulo antea relatum, vbi pluries posit, nulla facta mentione de vnico, vel gemino actu: idē voluerunt periti Auinionenses consilio quodā de hac re, edito anno Domini MCCXXXV. vbi ita scriptū est: Similiter eos dicimus credentes, qui frequenter visitantes Valdenses: vel prædicationem eorum

† totaliter alio quocunq;.

† Episto. 2. cap. 1.

Ignorantia quandoque excusat.

An q̄ semel, vel bis audit conciones hæreticorum dicatur credēs.

Ex vno vel bino actu audiendi conciones hæreticorum, nõ insurgit credentia.

Ex quibus factis cognoscantur credentes hæreticorū.

¶ Vide l. hęc loci quę dixi supra super q. 1. §. Et cōsurgunt cum sequen.

rum audientes: vel eos recipientes, seu alijs beneficiis eisdem pacis ofculum receperunt. hac ibi. quod existimo diligenter animaduertendū: quoniam cum credentes iudicentur heretici, non videtur tutum ex geminato actu tantum crimen facile presumere, praesertim si cum amplius potuerint frequentare, non frequentarint: nec obstat communis sententia, quia nullo expresso iure nititur.

Atque ex his intelliges non esse facile admittendum quod scribit Campegius apud Zanchinum cap. 3. vers. quod autem hic dicit: ubi sub dubio relinquit, an qui semel audivit cōciones hereticorum, aut ad eorum iuit congregationem, debeat credens hereticorum iudicari, nam non erit plane credens.

Sed plurimū refert intelligere quo pacto hoc fiat: nam si quis catholicus in terris hereticorum existēs semel, vel bis ad conciones vadat hereticorum, non iudicabitur credens iuxta praefatam doctrinam. si autem in terris catholicorum occulta ab hereticis conuenticula celebrari intelligat, etsi semel tantum vadat, nisi denuntiet Episcopo, vel Inquisitori, non carebit iudicio meo credentis suspitione: cum in hoc posteriori casu approbare cōsueatur quod potuit auertere si iudicibus ecclesiasticis (ut debuit) indicasset. nisi considerata personae qualitate per ignorantiam excusaretur.

Locus emendatus.

Ita est emendatus hic locus ex codice Cardinalis de Gambarā: nam in Barcinonensi, Bononiensi & Sabellano praepostere legebatur ita: Magis enim standum est verbis quam factis. & sane praecedentia satis indicant perinde esse legendum, ut est impressus: quod apertissime etiam colligitur ex citata Christi auctoritate Matth. 21. ubi scriptum est in hac verba: Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: fili, vado hodie operare in vineam meam: ille autem respondens, ait: nolo: postea autem penitentia motus abiit. accedens autem ad alterum dixit similiter. at ille respondens, ait: eo Domine, & non iuit. quis ex duobus fecit voluntatem patris? dicunt ei: primum.

Factis magis standū quam verbis.

Hoc ipsum indicant apertius quaedam verba in codice Cardinalis de Gambarā reperta, quae in ceteris desiderantur. hac videlicet: Argumento de appellatio dilecti. ubi dicitur: Cum autem plus sit ad Sedem Apostolicam facto prouocare, quam verbo. & glossa ibi: quoniam plus est facto demonstrare, quam verbis dicere. quae ideo sunt in hac impressione omissa, quoniam sine his sensus conflare poterat.

Praefatum vero axioma, quod magis sit factis quam verbis standū in hac heresis materia, ex multis verum esse ostendit Albertinus tract. de agnoscen. assertio. q. 8. nu. 12. & q. 34. num. 53. & q. 36. nu. 18. & Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. num. 276. & multis sequentibus. quibus locis concludunt, eum qui cōsuetur factum hereticum, & prauam intentionem negat, velut impententem curiae seculari esse relinquendum. de quo dixi alibi plenius: neque enim debet hęc sententia simpliciter vera putari, nisi & alia pleraque concurrant.

Ad ¶ Quidam alij sunt hereticorum credentes, de quibus non apparet clare, &c.] Observandum est hic diligenter, eos solum ex factis dici proprie hereticorum credentes, qui ea facta committunt, in quibus ritus hereticorum continentur: qui vero ea perpetrant, in quibus non est proprie ritus hereticorum, licet suspitione heresis, ob familiaritatem & obedientiam, quam hereticis exhibent, non careant, non tamen iudicantur credentes. causam tradit Guido Fulcodius in dicta quaest. 9. quem hic citat Emericus, dicens: Verum si quis eos visitauit: alimoniam praebuit: ducatum praestitit, & similia, in quibus nihil de ritu ipsorum expressum ostenditur, quāuis aliqui contrarium scripserint, nō credo quod possit credens iudicari: nam hęc omnia sunt interdum ex affectione carnali, interdum precibus amicorum, interdum pecunia interueniente. hęc ille. Sunt autem quae tradit Fulcodius ad hanc quaestionem intelligendam valde apta, quae nos ob breuitatem omittimus.

¶ Et consequenter est eis abiuratio seu purgatio indicenda.] Verissima est hęc Emerici sententia, ut scilicet aduersus huiusmodi credentes, quos ultimo loco numerauit, procedatur velut contra suspectos, qui compellantur vel abiurare, vel se purgare, aut tormentis subiiciantur: aliter enim non possunt excludere suspitionem heresis, quam ex praefatis operibus contraxerunt; quod qualiter fieri debeat, alibi dictum est.

Q V A E S T. L I.

De reparatoribus hereticorum.

S U M M A R I V M.

- 1 Recipientium hereticos duplex genus est.
- 2 Receptatores hereticorum quando culpa vacent, & quando non.
- 3 Qui proprie receptatores appellantur hereticorum:
- 4 Et qui ex his heretici habendi sint, qui vero tantum suspecti.
- 5 Hereticorum receptores qui dicantur proprie:
- 6 Et quando cum culpa, & heretici sint, quando non.



Vir quagefimaprimum quaestio est: Hereticorum receptatores qui dicendi sunt; & si heretici habendi sunt? Ad hanc respondemus, quod recipientes hereticos in domibus suis sunt in duplici genere: Quidam namque sunt, qui non tantum semel, neque bis, sed pluries & frequenter hereticos recipiunt: & isti proprie & secundum vim uocabuli dicuntur receptatores, a receptando, quod est uerbum frequentatiuum: & inde dicitur receptaculum domus vel hospitium, in quo heretici frequenter & pluries conueniunt ad docendum, uel ad morandum.

¶ Et tales receptatores quadoque sunt sine culpa, ut puta si ignoranter hoc faciunt, ut quia eorum errores nesciunt, nec aliquid finitru de eis unquam iudic-

Ex quibus factis ostiatur heresis credentia.

audierunt, nec suspicati sunt. Aliquando sunt in culpa, ut pote quando eorum errores sciunt, & quod Ecclesia pro illis eos persequitur, non ignorant, & nihilominus eos latenter & frequenter receptant, ne ad manus Ecclesiae perueniant.

¶ Tales enim proprie sunt & dicuntur hereticorum receptatores, & de talibus loquuntur iura: & isti tales sunt excommunicati, iuxta c. de heret. Excommunicamus 1. §. credentes. lib. 5.

¶ Et si credat ipsorum hereticorum erroribus, heretici sunt: quia credentes iudicari possunt, si constat. Si autem non, suspecti vehementer de tali heresum credentia habendi sunt: & est eis abiuratio, & purgatio canonica indicenda, iuxta c. Excommunicamus 1. §. qui autem inuenti fuerint. de heret. lib. 5. & c. Accusatus. eod. tit. lib. 6.

¶ Quidam s autem non pluries & frequenter, sed tantum semel, vel bis hereticos receperunt: & isti non videntur proprie posse dici receptatores, quia non frequentarunt, sed receptores, quia eos receperunt, sed non receptarunt: licet Archidiaconus dicat contrarium in c. Quicumque. super verbo, receptatores. & etiā Guido Fulcodius praedictus in consultationibus ad Inquisitores hereticę prauitatis. q. 11. qui uolunt tales etiam dici & esse receptatores: de quo non est magna vis: nam nō de verbis curamus, sed de factis.

¶ Isti enim siue dicantur receptores, siue receptatores, quandoque sunt in culpa, quandoque non, ut statim de proprie receptatoribus dictum est. Nam si isti semel, vel bis receperunt latenter quos sciunt hereticos esse, ut non perueniant ad manus Ecclesiae, si credant eorum erroribus, credentes & heretici sunt. Si autem hoc non apparet, ex tali receptione vehementer, ne credat eorum erroribus suspecti sunt, & excommunicati, ut de heret. lib. 5. c. Excommunicamus 1. §. credentes, & est eis abiuratio indicenda, ut dictum est statim, iuxta cap. Accusatus. in prin. His concordat concilium prouinciale Tarraconen. cui interfuit Frater Raymundus de Pegnia forte, de quo supra parte ista secunda.

COMMENT. LXXVI.

De materia huius quaestionis scribunt illi, quos initio superioris commentarij citauimus eisdem fere locis, sed Zanchinus tract. de heret. c. 6. Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 21. Locatus in opere iudiciali verbo, receptatio. qui hinc illa transcribit. Repertorium Inquisitorum verbo receptatores. Auctor quidam innominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de heresi in rubrica. De hereticis, credentibus, & c. nu. 14. Paulus Grillandus tract. de heret. q. 9. nu. 1. & 2. Ludouicus Carverius de heret. nu. 163. & seq. Ioannes Rojas in singularibus fidei singulari 172. & alij.

¶ Et tales receptatores quandoque sunt sine culpa, &c.] Et ratio est: quoniam ignorantia eos excusat, quae in illis praesumitur, nisi probetur scientia. Petrus Godofredus in l. 4. c. de heret. & propterea non incidit in penas receptatorum. l. 1. c. de deserto. lib. 1. Bart. in l. 1. §. ult. ff. de receptato. Siman-

Nemo dicit receptator nisi scienter receptet.

cas de catho. instit. tit. 15. nu. 17. & alij. nemo enim dicitur in hac causa receptare nisi scienter. l. 1. ff. de receptato. l. 1. & 2. ff. de offic. praesid. & ideo cum suo genere receptare non sit malum, tota difficultas in hac causa posita est in probanda scientia, qua non probata, ius commune sequendum est. Bald. in l. dolum. C. de dolo.

¶ An autem receptator teneatur probare ignorantiam vel accusator eius scientiam quaestio est non leuis: uerius tamen est ei qui allegat scientiam, incumbere onus probandi. Accursius, Bar. & alij in l. 1. §. ult. ff. de receptato. Ioannes Platea in l. 1. c. de deserto. lib. 1. 2. Carverius de heret. nu. 170. Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 18. & 19. de ignorantia uero creditur receptatori per suum iuramentum, ut praecitatis locis scribunt Carverius & Simancas.

¶ Hęc tamen sententia non procederet, quotiens hereticus esset publice denuntiatus, & notorius: tunc enim scientia praesumeretur in receptante, non ignorantia. glossa & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de recepta. Marfilius cons. 107. copiose Carverius de heret. nu. 170. ubi alios refert in hanc sententiam, quae communis est, rationi consona, & amplectenda.

¶ Hinc consequitur nauas, caupones, stabularios, & similes, qui non tenentur aduentantiū mores perferuari. l. 1. ff. de furtis aduer. nau. caup. & stabul. tunc demum teneri pena receptatorum, cum publice denuntiatum aut denuntiatum hereticum receptabunt: ita Locatus & vere opere iudiciali verbo, receptatio, nu. 6.

¶ Quidam autem non pluries & frequenter, sed tantum semel vel bis hereticos receperunt, &c.] Omissa hoc loco exquisitori uerbi recipiendi, & receptandi significatione, uera sententia est in hac causa, ex unica receptione aliquem dici hereticorum receptatorem. Zanchinus tract. de heret. c. 6. nu. 2. Repertorium Inquisitorum verbo, receptatores. §. sed circa hoc, Conradus Brunus lib. 1. de heret. c. 4. in fine, & alij, estque communis sententia quidquid uereres quidā interpres senserint: quod intellige quādo quis in agro, in domo, vel in alio loco suo receptaculum & hospitium praestat ijs, quos hereticos esse nouit, eo animo, ut iudicis manus effugiant. hi enim proprie & uere receptatores dicuntur in hac causa. Conradus Brunus lib. 1. de heret. c. 4.

¶ Et est eis abiuratio indicenda, &c.] Hanc autem abiurationis penitentiam patiuntur ob suspitionem heresis, quam ex receptione contraxerunt. An autem hęc abiuratio de leui tantum, vel uehementi fieri debeat, qualitas personarum receptantium, & genus receptionis demonstrant; Emericus hoc loco ex tali receptione uehementē oriri heresis suspitionem scribit, cuius sententia uera est pensatis illis circumstantijs, quas ipse hic breuiter commemorat.

¶ Receptatores uero hereticorum alias penas patiuntur, de quibus in c. excommunicamus. §. credentes. de heret. authen. credentes. C. de heret. & copiose Carverius tract. de heret. nu. 162. & multis sequentibus. Paulus Grillandus de heret. q. 9. Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 14. & sequentibus & alij.

¶ Ac praeter ceteras quidem penas receptatorum praecipua illa sunt: nam postquam sunt excommunicatione notati, & in excessu huiusmodi persisten-

An receptator debeat probare ignorantiam, uel qui allegat scientiam.

Receptator dicitur ex uno actu recipiens.

Receptatores an de leui uel uehementi abiurari debeant.

Receptatorum penas.

tes, & hanno exponuntur, & in perpetuum relegan-
 tur, & bona confiscata amittunt. Zanchinus tract.
 de heret. c. 17. num. 4. Federicus Imperator in l. Pa-
 tarenorum, qua est impressa in litteris Apostolicis,
 in fine huius operis, atque ita etiam sancivisse non
 obscure videntur Innocentius III. & Clemens
 III. in bulla incipiente: Ad extirpanda. s. Qui-
 cumque autem. quam habes in bullario litterarum
 Apostolicarum, in fine huius operis. In dispositione
 enim eius s. receptatores. plane continentur, quam-
 vis eorum expressa mentio non fiat: nam preter-
 quam quod sub generalitate illorum verborum com-
 prehendantur, ex eo satis evidenter videntur com-
 prehensi, quia in defensores ibi poena statuitur: qui
 vero receptat nihil aliud facit, quam defendere &
 favere, ut etiam docuit Simancas de catho. instit. tit.
 15. num. 14. quod verum est, cum preter simplicem
 receptionem, & occultationem, etiam amplius vi
 defendunt hereticos, & prohibent catholicos mini-
 stros, ne eos capiant.

Nunquid vero his poenis liberentur consanguinei,
 uxores, amici, fratres, patres, filij, & similes personae
 receptantes hereticos sibi coniunctos, non est modica
 controversia, quam nunc omitto, cum Emericus nul-
 lam eius mentionem faciat: de ea tamen cum eo di-
 sputabo paulo post in hac 2. parte super q. 56. nu. 8.
 ubi Emericus sentire videtur huiusmodi recepta-
 tores mitius esse puniendos.

Iudei vero aut alij quilibet infideles, si aposta-
 tas, aut hereticos receptaverint, aut quomodolibet
 defenderint, per Inquisitores puniendi sunt, si-
 cut cavit dominus Gregorius Papa XIII. anno Do-
 mini MDLXXXI. extraneam. quadam inci-
 pien. Antiqua Iudeorum. s. si quis. in hac verba:
 Si quis Apostatas hereticosve scienter domi suae
 acceptaverit: auerit: commeatu iuuerit: seu quo-
 vis modo eis cibaria vbiunque praeberit: aut do-
 na vel munera dederit: vel miserit: aut de loco ad
 locum deduxerit: seu associaverit: vel deducendos
 seu associandos curaverit: aut sumptus ministra-
 verit: duces comitesve illis adiunxerit: vel ne ab
 eis perpetrata, deprehendi, aut inuestigari queant,
 fecerit. Quique dictos Apostatas, aut hereticos
 scienter aliquo modo receptaverit, occultaverit,
 defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel
 favorem quomodolibet praestiterit, Inquisitorum
 scilicet iudicio subiacet.

Sed quibus poenis puniendi sint huiusmodi infide-
 les contra fidem delinquentes, dictum est supra in
 hac 2. parte super q. 44.

QVAESTIO LII.

De defensoribus hereticorum.

SUMMARIUM.

- 1 Defensores hereticorum in duplici sunt diffe-
 rentia.
- 2 Defendunt aliqui non errorem, sed perso-
 nam.
- 3 Et hi pro modo defensionis suspecti de heresi sunt
 vehementer, aut leniter.



Vinquagesimasecunda questio est:
 Hereticorum defensores qui dicendi
 sunt, & si heretici dicendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod
 hereticorum defensores sunt in du-
 plici genere: quidam, namque sunt, qui defendunt
 hereticorum errorem, & ij damabiliore sunt il-
 lis qui errant: & non solum heretici, immo here-
 siarchae habendi sunt, ut patet 24. q. 3. Qui aliorum,
 & de his defensoribus communiter non loquun-
 tur iura, quia isti ab hereticis non distinguuntur,
 & in his habet locum c. Ad abolendam. s. praesenti,
 de haeret. lib. 5.

2 Quidam, alij sunt, qui non defendunt erro-
 rem, sed personam errantem: ut pote illi, qui resi-
 stunt viribus & potentia, ne heretici ad manus iu-
 dicis fidei veniant examinandi, vel puniendi, & si
 milia: & tales sunt excommunicati, iuxta c. allega-
 tum, Excommunicamus 1. s. credentes.

3 Et tales heretici non sunt, postquam errorem
 non defendunt. arg. de sum. trin. & fide catho. c.
 Damnamus. sed suspecti de illorum heretico-
 rum erroribus sunt vehementer, vel leniter secun-
 dum 1. defensionem, quam fecerunt: & debent
 abiurare, iuxta c. Accusatus. frequenter alleg. de
 haeret. lib. 6.

His concordant Archidiaconus in c. Quicun-
 que. super verbo, defensores. & Guido Fulcodius
 praedictus in consultationibus ad Inquisitores haereticae
 prauitatis, q. 12. & praedictum concilium
 Tarraconense.

COMMENT. LXXVII.

DE materia etiam huius quaestiois videndi sunt
 illi ipsi, quos paulo antea citavi initio q. 50. &
 51. praeterea Zanchinus tract. de heret. cap. 4. Sima-
 cas in enchyridio tit. 14. Locatus in opere iudiciali
 verbo, defensores. Repertorium Inquisitorum ver-
 bo, defensor. Bernardus Comensis in lucerna, ver-
 bo, defensor. doctrina vero Emerici in hac quaestio-
 ne vera & communis est.

a ¶ Quidam namque sunt, qui defendunt here-
 tico- rum errorem, & c. Idem penitus scribit Gui-
 do Fulcodius ab Emerico hic citatus in consultatio-
 nibus ad Inquisitores, q. 12. quem sequitur Archi-
 diaconus in c. quicumque. de heret. lib. 6. verbo, de-
 fensores. relatus supra pag. 193. col. 2. nec de his est
 difficultas; nam pari iure cum hereticis censentur;
 immo vero hereticis sunt deteriores, cum pertinaces
 videantur & heretici manifesti, iuxta c. super qui-
 busdam. de verb. signifi. hi namque non modo errant,
 verum etiam offendicula errandi alijs parant, ut o-
 ptime monet Conradus Brunus, lib. 1. de haeret. cap.
 4. in fine. & Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 8.
 quibus locis eadem tradunt, quae hic Emericus co-
 memorat.

b ¶ Quidam alij sunt, qui non defendunt erro-
 rem, sed personam errantem. Hoc autem con-
 tingere potest multis modis, quos tradunt Zanchi-
 nus tract. de haeret. cap. 4. Simancas de catho. instit.
 tit. 15. nu. 9. et Repertorium Inquisitorum, verbo, de-
 fensores. s. 1. de qua re insignis extat locus in bulla
 Innocen-

¶ al. secun-
 dum, modis
 defensionis.

Qui defen-
 dunt hereti-
 corum erro-
 res, heretici
 sunt deterio-
 res.

Quibus mo-
 dis quis de-
 fendat perso-
 nam erran-
 tem.

Innocentij III. & Clemetis III. Ad extirpanda.
 s. quicumque. ubi & varia defensionis genera, & poe-
 na defensorum luculenter traduntur his verbis: Qui-
 cumque autem hereticum vel hereticum, captum
 vel captam auferre de manibus capientium vel ca-
 pientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur: seu
 prohibere aliquem intrare domum aliquam vel
 turrem, seu locum aliquem ne capiatur, & inqui-
 ratur ibidem, iuxta legem Paduae promulgata per
 Federicum tunc Imperatorem, publicatis bonis
 omnibus in perpetuum relegendum, & domus illa, a
 qua prohibiti fuerint, sine spe reedificandi fundi-
 tus destruat, & bona quae ibi reperta fuerint, fiat
 capientium, ac si heretici fuissent ibidem inuenti.
 haec tenus Innocentius, quae paulo explicatius tradit
 rursus & confirmat Clemens III. relatus in bulla-
 rio litterarum Apostolicarum. s. quicumque. in fine
 huius operis.

Et sub his generalibus verbis comprehenduntur
 omnes defendendi modi, qui in hac causa possunt co-
 ringere: nam & cum armis et sine armis potest quis
 defendere hereticum: potest & clamoribus monen-
 do illum ut fugiat: potest defendere illum in iudicio:
 item extra iudicium: denique, ut vno verbo dicam,
 quicumque officium Inquisitionis quacunque ratione
 impediat, hereticorum defensores per consequen-
 tiam dici possunt.

Qui se vel
 alium suppo-
 nit pro here-
 tico, defen-
 sor est.

Iam vnus est casus singularis nullo modo hic pre-
 tereundus, quo quis defensor hereticorum dicitur,
 cui videlicet supponit alium hominem, vel etiam seip-
 sum pro illo heretico, qui fuerat capiendus, de quo
 in praefato rescripto Inno. III. Ad extirpanda. s. si
 quandoque. ita scriptum extat: Si quandoque ali-
 qui vel aliquae non heretici pro captis hereticis, ip-
 sis non contradicentibus fuerint assignati, vel se
 forsitan assignauerint, praedicti suppositi perpetuo
 carceri mancipentur, & heretici nihilominus
 redire & assignari cogantur; & qui hunc dolum
 fecerint, iuxta legem praedictam bonis omnibus
 publicatis in perpetuum relegendum. haec ibi. Quod
 ipsam post Innocentium roborauit etiam Clemens III.
 in bulla incipiente: Ad extirpanda. s. si quando.
 c. ¶ Sed suspecti de illorum hereticorum erro-
 ribus sunt vehementer vel leniter secundum de-
 fensionem quam fecerunt. Ita Barcinonensis, Ba-
 noniensis & codex Cardinalis de Gambara, sed Sa-
 bellianus ita: Secundum modum defensionis.

Hic autem modus defensionis alius atque alius
 rem dissimilem facit, & culpam nunc grauiorem:
 nunc leniorem: nam grauius delinquit qui defendit
 cum armis, quam qui sine armis: grauius qui vi adi-
 mit hereticos de manibus capientium, quam qui vo-
 ce monet ut fugiant, ac sese a custodibus eripere co-
 nentur: & sic de ceteris. quae sunt prudentissime con-
 sideranda, ut gradus suspicionis notari possint, &
 debite poenitentiae iniungi.

¶ Et debent abiurare, & c. Hae abiurationis
 poena omnibus suspectis est communis. Sed defenso-
 res hereticorum alijs praeterea poenis plectuntur,
 quas hic omisit Emericus, de quibus Zanchinus
 tract. de haeret. cap. 17. Tabienensis in sum. verbo, he-
 reticus. s. 20. & 21. Gondissaluis tract. de haeret. q.
 16. Ludouicus Carreus de haeret. nu. 163. & seq.

Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 10. & fere illi-
 quos citavi supra initio quaestiois 50. & dixi paulo
 antea hac ipsa quaestione, vers. quidam alij sunt, ac
 praeter vetulas poenas Federicus in l. Patarenorum.
 quam curauimus imprimendam in bullario littera-
 rum Apostolicarum in fine huius operis, quae fuit ab
 Innocentio III. et multis alijs summis Pontificibus
 approbata, hereticorum complices, hoc est, defenso-
 res, receptatores, et quocunque modo fautores bono-
 rum confiscatione, & exilio puniunt: & ipsorum filios
 infamia notat: & ab omnib. honoribus excludit, nisi
 hereticos reuelauerint: tunc enim his poenis liberantur.

Postremo Pius V. Pont. Max. rescripto quodam
 incipiente: Si de protegendis. quod est impressum
 in bullario litterarum Apostolicarum, in heretico-
 rum defensores grauiissimas etiam statuit poenas,
 quas in multis casibus illic expressis incurrant.

Iudei praeterea ac alij infideles, si praedictis, aut
 alijs modis apostatas, vel hereticos defenderint, a iu-
 dicibus fidei puniuntur, per extraneam. Domini Gre-
 gorij Papae XIII. incipien. Antiqua Iudeorum. cuius
 verba retulimus super quaestione proxime praecedenti
 in fine.

QVAESTIO LIII.

De fautoribus hereticorum.

SUMMARIUM.

- 1 Publica auctoritate fungentes quomodo per
 omissionem hereticis fauere censentur:
- 2 Et quomodo per commissionem.
- 3 Priuatae personae ex sola omissione non dicuntur
 hereticorum fautores:
- 4 Sed commissione, & quae committendo.
- 5 Fautores hereticorum excommunicationem, et
 alias poenas incurrant.



Vinquagesimatertia questio est: Haereticorum
 fautores qui dicendi sunt; & si heretici habendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod fau-
 tores hereticis sunt in duplici genere.
 Quidam, namque sunt, qui publica funguntur
 auctoritate, hoc est publicae personae, ut domini
 temporales, eorum Balliui, Veguerji, & officia-
 les ceteri: & tales fauēt, & fautores esse possunt
 hereticorum duobus modis: quia interdum omittē
 do, interdum committendo: omittendo quidem
 ea facere circa hereticos vel suspectos, infamatos
 vel credentes, receptatores, defensores, & fauto-
 res, ad quae ex eorum officio obligantur: cum ta-
 men ab Episcopis & Inquisitoribus, vel eorum al-
 tero requiruntur: ut pote, si eos non capiant: vel
 captos diligenter non custodiant: vel infra distri-
 ctum suum ad locum, de quo eis mandabitur, non
 deducant: ac executionem promptam de eis non
 faciant, & similia, ut patet extra de haeret. lib. 6. c. Vt
 inquisitionis. in principio.

2 Committendo autem; ut pote, si captos huius
 modi absque Episcopi & Inquisitoris, vel alte-
 rius ipsorum licentia, vel mandato, a carcere libe-
 rent, vel processum, iudicium, vel sententiam eq-

rum directe vel indirecte impediunt: & similia peragant, vt patet cap.alleg. Vt inquisitionis. s. prohibemus, omnes isti fautores sunt, & etiam excommunicati ipso iure: in qua si per annum steterint animo pertinaci, extunc vt heretici condempnantur, vt clare patet cap. & s.alleg.

3 Quidam autem sunt, qui publica non funguntur auctoritate, sed sunt persone priuate: & isti non dicuntur fauere, nec fautores esse ex sola omissione: vnde si hereticos non capiant, non dicuntur fauere, nec fautores esse: vel non custodiant, & similia, etiam si requisiti no faciant, quia non tenentur ad hoc, vel non tenebantur.

4 Dicuntur autem fauere & fautores esse commissione, vt si hereticos seu captos pro heresi, propria temeritate a carcere liberent: vel auxiliu, consilium, vel fauorem ad liberandum prestent: vel liberatos taliter affocient, vt non capiantur: vel capientibus se opponunt: ac aliis processum, iudicium, & sententiam in causa fidei directe vel indirecte impedire presument: vel ad impediendum prestant consilium, auxiliu, vel fauorem.

5 Omnes tales fautores sunt, & excommunicati sunt ipso iure: & duodecim magnas penas incurrunt, vt patet extra de heret. lib. 5. cap. Excommunicamus. s. credentes. & cap. alleg. Vt inquisitionis. s. prohibemus. in qua excommunicatione, si per annum steterint animo pertinaci, extunc sunt vt heretici condempnandi, vt eo. cap. & s. alleg. Vt inquisitionis. s. prohibemus. Et nihilominus fautores sunt, & dici possunt predicti omnes receptatores & defensores, de quibus est supra actum questionibus duabus proximis. Concordat h his Archid. super cap. Quicumque. & ver. fautores. de heret. lib. 6. Et Guido Fulcodius predictus quest. 10. & predictum concilium Tarraconen.

COMMET. LXXVIII.

DE fautoribus videndi sunt etiam illi, quos citant in iniurijs superiorum questionum. glossa in clement 1. de penis. verbo, defensor. & amplius Repertorium inquisitionum, verbo, fautores, & Bernardus Comens. in lucerna, verbo, fautor. & verbo, defensor. & Locatus in opere iudiciali, verbo, fautores & Zachinus tract. de heret. cap. 5. & Bernardinus Diaz in practica crimi. cano. c. 107. & alij passim.

Sunt autem fautores, vt nomen ipsum indicat, qui hereticis fauorem prestant, & per omnia defensoribus exequantur: nam qui hereticis fauet (vt vera eos defendit, ideoque quidquid in defensoribus statuitur, fautores comprehendit. Simancas de catho. insit. tit. 15. nu. 11.

Trifariam autem potest quis hereticis fauere, omissione seu negligentia: facto seu cooperatione: demum consilio seu verbis, qua qualia sint, optime explicat hoc loco Eymericus, & Zachinus & Repertorium precitatis locis.

Principum magna debet esse cura in pellendis hereticis.

Qui sint fautores, & quot modis fauant.

reticis de suis regnis, ac dominijs, & in prestando Inquisitionibus omne consilium & fauorem ad hereticos puniendos, & coercendos: cum enim Inquisitiones hereticas prauitatis sint inermes, non poterunt hereticos pelleri, nisi a dominis temporalibus adiuuentur: ideoque grauissima est culpa magistratuum aut hereticis fauentium, aut omitterentium aduersus eos ea exercere que sacri Canonis & leges iubent.

Horum ergo partes precipue in hac causa, vt omnem euitent infamiam, erunt, suppressere & extinguere suborientes hereses, & schismata: & omnia sua studia actionesque eo referre, ne sub eorum imperio hereticorum augetur improbitas, & catholicorum minuat, aut perturbetur securitas, & religio, quod facile consequentur, si vna cum religiosis Episcopis & Inquisitoribus cauerint, ne cuique in republica sit liberum credere vt voluerit, aut nouas inducere de religione questiones, & cultus permittant: sed ab ecclesia catholica approbati omnino renineantur, vt olim in sum. est in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide catho.

Id quoque in primis obseruare debent catholici magistratus & principes, ne in sua consilia hereticos admittant, exemplo Moysi, qui Numer. cap. 16. Chore, Dathan, & Abyron aduersus se rebellantes expulit. cauitque iam olim concilium Tolosanum cap. 16. quod retuli infra hac 2. parte super quest. 57. in fine, sed de his plura Conradus Brunus lib. 3. de heret. cap. 9. 10. & 18. & Iacobus Simancas de catho. insit. tit. 23. Quibus autem penis affici debeant magistratus hereticis fauentes, mox subiungam.

¶ Balliuus.] Balliuus vox vulgaris est apud Gallos seu Prouinciales, vt ait glos. in clemen. 1. de penis verbo, Balliuus. qui insititarios seu locorum retores significant, quorum meminit textus in cap. quonia. in principio, & ibi Archidiaconus de immunit. eccl. lib. 6. & iura passim in titulis de hereticis.

¶ Veguetii.] Deerat haec vox in codice Cardinalis de Gambara, in Sabellano, loco eius, Vicarii legebatur, sed Barcinonensis & Bononiensis optime habebant, Veguetii. que vox Catalanorum est propria, qua significant magistratus quosdam in singulis ciuitatibus, gubernatoribus inferiores, quibus videntur similes antiqui pretores. hos Veguetios concilium Tarraconense relatum supra pag. 20. Iulitianos vocat.

¶ Ad qua ex eorum officio obligantur.] Quae autem sint ea, ad qua magistratus obligantur ex eorum officio, mox subiungit Eymericus, videlicet: ad requisitionem Inquisitorum hereticos capere: captos custodire: ad locum destinatum deferre: damnatos sibi relictos punire: que omnia continentur in c. vt inquisitionis. de heret. lib. 6. sed plenius in rescripto Innocentij III. & Clementis III. incipiente: Ad extirpanda. relato in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. quod est omnino videndum, vt hic locus intelligatur.

¶ Omnes isti fautores sunt, & etiam excommunicati ipso iure, & c.] Praeter has penas alias etiam sentiunt domini temporales, si hereticis fauuisse, aut in terris suis morari passos fuisse aut distulasse conuincantur: quas prescripsit iam olim concilium Tolosanum cap. 3. & 4. in hac verba: Sta-

Qui dicatur Balliuus.

Qui dicatur Veguetii.

Ad qua obligentur magistratus i causa hereticis.

Magistratus hereticis fauentes quibus penis pleantur.

Statuimus etiam, vt quicumque in terra sua de cetero permittit scienter morari hereticu, siue propter pecuniam, siue propter alia quamcumque causam, & fuerit inde confessus, aut conuictus, amittat in perpetuum terram suam, & corpus suu sit in manu Domini ad faciendum inde quod debeat.

Si autem de scientia conuictus no fuerit, & probata non fuerit negligentia dissoluta, vel frequenter in terra sua inueniantur heretici, vel super hoc sit diffamatus, penis legitimis puniatur. hec ibi.

Eodem spectat rescriptum Pauli Papae III. incipiens. Cum ex Apostolatus officio. per quod graues, sed iustissimas tamen penas tulit contra dominos ecclesiasticos & temporales, qui in aliqua heresim inciderint, seu schisma incurrerint, aut excitauerint. cum. n. hi alios docere, & illis bono exemplo, vt in fide catholica contineantur, esse debeant: prauaricando grauius ceteris peccat: cum non solum seipsum perdat, verum etiam alios innumerabiles populos suae cura & regimini creditos, seu alias subditos, secum in perditionem, & putum interitus trahant.

Qua vero pena sint afficiendi minores magistratus, qui in singulis locis praesident, si negligentes inueniantur in capiendis hereticis, tradit idem concilium Tolosanum c. 6. in hac uerba: Balliuus vero, qui semper est residens, in loco contra quem praesumitur, nisi contra hereticos valde sollicitus inueniatur & diligens, bona sua amittat, & de cetero nec ibi nec alibi constitutur Bailliuus, haec tenus concilium.

Ac in puniendis quidem magistratibus aut in fide, aut circa fidem delinquentibus, duo potissimum censo obseruanda. Primum, vt grauisime puniantur, sicut iubent canonicae sanctiones, quarum meminimus: quia hi auctoritate sua magis nocere possunt, quam priuati delinquentes: nam, ut optime scripsit Fabius declamatio. 3. Perniciosissimus est malae rei maximus quisque auctor. tradit copiose Tiraquelus tract. de penis. temper. aut remitten. causa 51. num. 97. Alterum est, ut priuati Inquisitores non sint faciles ad eos puniendos: quoniam fortassis ob impotentiam propriam irritus esset eorum conatus, & ob potentiam magistratuum facile posset tumultus in populo excitari: ergo tutius est maiores Inquisitores, aut summum Pontificem consulere, ut alibi copiosius scripsimus.

¶ Et isti non dicuntur fauere, nec fautores esse ex sola omissione, & c.] Dissimilis ergo hominum conditio, diuersam causam constituit, & propterea magistratus sola omissione dicuntur fautores, quia non caret scrupulo occultae societatis, qui manifesto facinori desinit obuiare: & qui crimina, que potest emendare no corrigi, ipse committit. cap. qui potest. 23. q. 3. cap. qui vitijs. 23. q. 8. cap. ita corporis. 11. q. 3. cap. negligere. 2. q. 7. cap. error. dist. 83. cum similibus. & quantum scelus committat magistratus negligentes punire hereticos, aut per dolum eis aliter fauentes, pulchre docet Petrus Godofredus in l. quicumque. C. de heret. circa finem.

¶ Priuati autem homines generaliter, propterea ex omissione non censentur hereticorum fautores, quia non incumbit eis ex officio hereticos capere, aut extirpare. ceterum hoc declaratione indiget, maxime propter sequentia EymERICI verba, nempe: Etiam si

requisiti non faciant, quia non tenentur ad hoc, vel non tenebantur.

Ergo priuati homines fautores hereticorum erunt, si cum eis incumberet ex officio eos indicare, vel comprehendere, hoc omiserint: tales sunt cruce signati, quos in Hispania familiares vocamus. Turrecremata in sum. de eccl. lib. 4. par. 2. cap. 21. Repertorium inquisito. verbo, fautores. s. 1. Simancas de catho. insit. tit. 15. nu. 13. & alij communiter.

Rursum si a magistratibus aliquid fuerit priuatis iniunctum aduersus hereticos: vt si, verbi gratia, eos requirant ad praestandum auxiliu ad hereticos capiendos, & sine causa, no impediri nolint eos adiuuare, fautores erunt. ita praecitati, & Conradus Brunus lib. 1. de heret. cap. 4. quorum sententia vera est & communis.

Postremo tam magistratum gerentes, quam priuati, fautores hereticorum dici possent ex omissione denunciandi eos, cum omnes, hereticos etiam occulto denunciare episcopis seu Inquisitoribus, ac si necesse quoque fuerit, accusare teneantur. vt ergo; Thomas 2. 2. q. 68. art. 1. Alexander Alex. 3. par. q. 42. Sotus lib. 5. de iust. & iu. q. 5. art. 1. Cardinalis in c. si peccauerit. 2. q. 1. num. 29. Conradus Brunus lib. 1. de heret. cap. 7. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singul. 5. idem tractat. de heret. par. 2. assertione 3. Alfonsus Castros lib. 2. de iusta heret. punicio. cap. 25. Simancas de catho. insit. tit. 19. num. 10. & seq. & alij.

Tenantur autem omnes ad hereticos reuelandos & denunciandos sub pena excommunicationis, vt late docuimus, super cap. qui alios. de heret. relato supra in hac 2. par. pag. 87.

At non videtur a ratione absolum quandoque vel metu, vel obliuione, uel alia probabili causa contingere posse, ut quis absque fautorie suspicionem denuntiationem omittat: nam quid si, verbi gratia, sola uxor sciat maritum diebus prohibitis uesci carnibus, aut alia haereticalia committere, eumque cognoscat terribilem, qui facile eam aut interimeret, aut male tractaret, si denuntiaretur: dices ne hanc esse fauricem? ego plane ratione metus putarem excusandam. in ceteris idem est iudicium, plurimumque sunt singulae circumstantiae ponderandae. Non haec dicimus ut hereticis, quos odio habemus, faueamus, sed ut moneamus ex omissione denuntiationis hereticorum non debere quemquam facile suspectu haberi, uel hereticorum fauorem censeri, nec Theologi, quos paulo antea nominauimus, uidentur ab hac sententia alieni.

Iam si nosse cupis modos singulares quibus fautores hereticorum dici possunt, legito praeter ceteris Turrecrematam lib. 4. de Ecclesia, par. 2. cap. 21. ubi septem fautoriae modos enumerat, quibus adiunge alios duos, quos retuli infra par. 3. super q. 113. sed nullus expressit luculentius quidquid ad cognoscendos singulos fautorum & fautoriae gradus & modos attinet quam concilium Narbonense cap. 14. 15. & 16. cuius doctrina, quoniam huic questionem magnam lucem affert, nullo modo fuit omittenda, habet autem ita: Plane inter fautores accipimus tam eos qui hereticorum seu creditum extirpationem seu correctionem impediunt, quam eos qui non

requisiti non faciant, quia non tenentur ad hoc, vel non tenebantur.

Ergo priuati homines fautores hereticorum erunt, si cum eis incumberet ex officio eos indicare, vel comprehendere, hoc omiserint: tales sunt cruce signati, quos in Hispania familiares vocamus. Turrecremata in sum. de eccl. lib. 4. par. 2. cap. 21. Repertorium inquisito. verbo, fautores. s. 1. Simancas de catho. insit. tit. 15. nu. 13. & alij communiter.

Rursum si a magistratibus aliquid fuerit priuatis iniunctum aduersus hereticos: vt si, verbi gratia, eos requirant ad praestandum auxiliu ad hereticos capiendos, & sine causa, no impediri nolint eos adiuuare, fautores erunt. ita praecitati, & Conradus Brunus lib. 1. de heret. cap. 4. quorum sententia vera est & communis.

Postremo tam magistratum gerentes, quam priuati, fautores hereticorum dici possent ex omissione denunciandi eos, cum omnes, hereticos etiam occulto denunciare episcopis seu Inquisitoribus, ac si necesse quoque fuerit, accusare teneantur. vt ergo; Thomas 2. 2. q. 68. art. 1. Alexander Alex. 3. par. q. 42. Sotus lib. 5. de iust. & iu. q. 5. art. 1. Cardinalis in c. si peccauerit. 2. q. 1. num. 29. Conradus Brunus lib. 1. de heret. cap. 7. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singul. 5. idem tractat. de heret. par. 2. assertione 3. Alfonsus Castros lib. 2. de iusta heret. punicio. cap. 25. Simancas de catho. insit. tit. 19. num. 10. & seq. & alij.

Tenantur autem omnes ad hereticos reuelandos & denunciandos sub pena excommunicationis, vt late docuimus, super cap. qui alios. de heret. relato supra in hac 2. par. pag. 87.

At non videtur a ratione absolum quandoque vel metu, vel obliuione, uel alia probabili causa contingere posse, ut quis absque fautorie suspicionem denuntiationem omittat: nam quid si, verbi gratia, sola uxor sciat maritum diebus prohibitis uesci carnibus, aut alia haereticalia committere, eumque cognoscat terribilem, qui facile eam aut interimeret, aut male tractaret, si denuntiaretur: dices ne hanc esse fauricem? ego plane ratione metus putarem excusandam. in ceteris idem est iudicium, plurimumque sunt singulae circumstantiae ponderandae. Non haec dicimus ut hereticis, quos odio habemus, faueamus, sed ut moneamus ex omissione denuntiationis hereticorum non debere quemquam facile suspectu haberi, uel hereticorum fauorem censeri, nec Theologi, quos paulo antea nominauimus, uidentur ab hac sententia alieni.

Iam si nosse cupis modos singulares quibus fautores hereticorum dici possunt, legito praeter ceteris Turrecrematam lib. 4. de Ecclesia, par. 2. cap. 21. ubi septem fautoriae modos enumerat, quibus adiunge alios duos, quos retuli infra par. 3. super q. 113. sed nullus expressit luculentius quidquid ad cognoscendos singulos fautorum & fautoriae gradus & modos attinet quam concilium Narbonense cap. 14. 15. & 16. cuius doctrina, quoniam huic questionem magnam lucem affert, nullo modo fuit omittenda, habet autem ita: Plane inter fautores accipimus tam eos qui hereticorum seu creditum extirpationem seu correctionem impediunt, quam eos qui non

Quando ex omissione denuntiandi hereticos no dicatur quis fautor.

Quibus modis dicantur hereticorum fautores, & quales fautoriae gradus.

Cap. 14.

da: ad id operam, quam non possunt sine culpa omittere manifesta: ex diligenti tamen circumstantiarum consideratione, plus minusve contingit culpae in talibus reperire: nam multum fauet hereticis siue credentibus, qui eos celat, cum possit & debeat indicare: plus qui eos occultando, seu aliter ipsorum examinationem, vel incarcerationem, vel punitionem malitiose nititur impedire: plurimum qui captos, vel incarceratos relaxat, praeter Ecclesiae voluntatem: seu cuius consilio, vel auxilio, mandato, vel cura talia perpetrantur.

Cap. 15.

Cuius criminis reus incomparabiliter est habendus ille, qui temporalem habet iurisdictionem praefatos pestiferos hereticos, seu rebelles ab Ecclesia denotatos persequi, & de sua terra uel prouincia exterminare postponit, vel in eos animaduertere sine mora: quippe nec caret serupulo societatis inique, qui tanto facinori sibi per denuntiationem Ecclesiae: seu aliter legitime manifesto, cum teneatur, & possit, desinit obuiare: praesertim si ad hoc faciendum, et iuramento proprio se adstrinxit.

Cap. 16.

Sed nec illi sunt immunes a crimine, qui, cum se illis offert opportunitas loci & temporis, ac facultas hereticos seu praenominatos rebelles capere, capientes se iuare nequiter praetermittunt: maxime si de hoc fuerint a capitibus, seu capere uolentibus requisiti. Et quoniam plures, & quasi inuestigabiles sunt modi nocendi, quibus heretici, eorumque credentes, atque fautores nituntur uineam Domini Sabaoth demoliri, & eis est tam prudenter, quam uiriliter occurrendum, curet uestra deuotio secundum datam a Domino gratiam, mala illorum agnoscere, & salutarem apponere medicinam, suppleatque discretio, quod scripto non posset facile comprehendere. *haecenus concilium.*

¶ Et duodecim magnas penas incurrunt.] *Hae penas enumerat Hostien. in cap. excommunicatas 1. s. credentes nu. 3. relatus ab Eymérico supra in hac 2. parte quas etiam explicat Eymericus 3. p. d. q. 11. usque ad q. 12 3. quibus locis plurima addimus huc spectantia.*

¶ Concor dat his Archidiaconus, & c.] *Hae usq; in finem huius qonis decerant in Barcinonensi impresso, quae suppleuimus ex tribus manuscriptis.*

Quot & quibus indicis cognoscantur hereticorum fautores.

Iam ut nihil desideretur eorum que uilia sunt ad cognoscendam perfecte hanc fautorum tractationem, libet hic addere quibus indicis & signis potissimum cognoscantur, ergo in summa illa fratris uoneti, cuius fragmentum extat in saepe citato codice membraneo bibliothecae uaticanae, titulus extat, Quo modo deprehendantur fautores hereticorum. quo loco quinque enumerat indicia in haec uerba: Facile possunt deprehendi hereticorum fautores, & hoc per quinque indicia satis probabilia.

Vnum: Quicumque clam uisitant eos dum capti uententur, & susurrant cum eis, & uictualia ministrant eis, suspecti sunt, quod eorum sint discipuli & fautores.

Secundum est: Qui ualde lamentantur de eorum deprehensione uel morte, uidentur eorum amici spirituales fuisse dum uiuerent. esse autem heretico diu familiarem, & eius ignorare secreta, uix est credibile.

Tertium est: Quicumque cauantur, quod iniuste sunt condemnati postquam aperte conuicti fuerint, uel etiam confessi de heresi, apparet quod eorum sectam approbant, & Ecclesiam reputent errare, quando eos damnat.

Quartum: Quicumque amarum uultum habent ad illos qui persequuntur hereticos, uel praedicant contra haesim efficaciter, sicut potest tum in oculis & naso, & aspectu talium notare, qui uelit ad uertere ista, quod non possunt rectis oculis aspicere, suspectum est ualde quod odio habent illos, uel contra quos cor eorum ita amarescit, (quod etiam in uultu apparet) & diligunt illos de quorum exterminio tantum dolent.

Quintum est: Si aliqui furtiue inueniuntur ossa hereticorum combustorum nocte colligere quasi reliquias, dubium non est quin eos pro sanctis uenerentur, quorum ossa pro sanctuario recondunt, & esse haereticos, sicut illos, nullus. n. habet haereticum pro sancto, nisi qui eius sectam credit esse sanctam, & talis haereticus est sicut ille.

Haec indicia uehementem faciunt praesumptionem contra illum de haeresi, et si non plenam probationem ad condemnationem, nisi & alia concurrant argumenta, ex quibus liquido constaret, praedicta eos in fauorem heresis fecisse. *haecenus Iuonetus. quae quamuis incondito & insuauis stylo sint dicta, non tamen propterea sunt aspernanda: nam quod bonum est, non ex uerbis, quibus dicitur, sed ex natura sua, quocumque modo dicatur, pensandum est.*

Q V A E S T. LIIII.

De Impeditoribus officij inquisitionis.

S U M M A R I V M.

- D 1 Impedire directe officium sanctae Inquisitionis, qui nam dicantur.
- 2 Impedientes directe sanctum officium excommunicati quidem sunt, sed non ex hoc haeretici.
- 3 Quo pacto indirecte impediatur sanctum officium.
- 4 Explicatio cap. ut inquisitionis. §. prohibemus. de haeret. lib. 6.
- 5 Contra omnes impeditores praefatos procedi potest tanquam contra fautores hereticorum.



Vinquagesima quarta questio est: Impeditores officij Inquisitionis hereticae prauitatis, qui sunt, & si haeretici dicendi sunt?

Ad hanc respondemus, quod huiusmodi impeditores sunt in duplici genere: Quidam * nanque sunt, qui impediunt directe: utpote, qui captos pro haeresis crimine a carcere propria temeritate liberant: uel processus Inquisitionis lacerant: testes in causa fidei pro eo quia testificati sunt, uulnerant: uel si dominus temporalis statuat, quod nullus nisi

C O M M E N T. LXXIX.

¶ Quoniam qui impediunt sacrum Inquisitionis officium, proxime accedunt ad fautores hereticorum: ideo post disputationem de fautoribus, ad impeditores accedit auctor. & quemadmodum hereticorum complices memorati, iurisdictioni Inquisitorum subiunguntur: ita quoque impeditores.

Decuit autem hanc potestatem Inquisitoribus tribuere aduersus impeditores officium Inquisitionis: nam nisi iudices fidei ab omni impedimento liberi essent, non possent commode haereticam prauitatem extirpare. Quamobrem summi Romani Pontifices haec inuenientes, fauore fidei sacrum Inquisitionis officium ab omnibus impeditis liberum constituerunt, ut longa oratione ostendit Camillus Campegius apud Zacharium cap. 31.

Ac de materia huius questionis copiose agit Zacharius & Campegius praecitato loco. Repertorium inquisitorum uerbo, impediens. & uerbo, directe. Locutus in opere iudiciali uerbo, impediens. nonnulla Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. p. 2. c. 21. Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 10. Tabienfis in sum. uerbo, inquisitor, §. 28. n. 29. Bernardus in Lucerna Inquisitorum, uerbo, impediens. §. 1. & alios seq. & alij, qui aut nulla, aut paucissima tradunt praeter Eymericum hoc loco.

¶ Quidam namque sunt qui impediunt directe.] *Directe quis agere & impedire dicitur, cum non circuitu uel per aliud medium, sed principaliter in id incumbit, ne fiat. Indirecte contra, quis gerit ut impedit in hac causa, qui insinuatione uirtutis, aut alio medio nititur id ipsum euertere, unde in consequentiam oriatur impedimentum officij sanctae Inquisitionis. exempla quibus hic uirtus Eymericus, idonea sunt in hac causa. eadem recenset glossa in ca. statutum 1. de haeret. lib. 6. uerbo, directe. & uerbo, indirecte quam citat hic Eymericus.*

His autem modis impediendi directe & indirecte diligenter hic ab Eymérico explicatis, adde quod solis minis & terroribus dicitur et quis impedire officium. & iurisdictionem Inquisitionis. argument. c. 1. in principio extra de offic. deleg. & tradit Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitorum uerbo, impediens. §. 2.

¶ Et tales licet sint multum culpabiles, non tamen sunt haeretici iudicandi.] *Contrahunt tamen haeresis suspicionem ex impedimento, quod interposuerunt. Qualis autem sit haec suspicio, ex qualitate personarum & impediendi modo pensanda erit. Eymericus uehementem suspicionem oriri putat infra hac p. 2. q. 56. nu. 2. uers. secundus casus est. de quo quid sentiam, dicam ibi.*

¶ Sic tales qui ut impeditores fuerunt excommunicati, & c. si uolunt redire, abiurant impedimentum & fautoriam.] *Ex his uerbis dirimitur questio illa anceps & sub difficilis, quam nobis proposuit Petrus Dusina sanctae Romanae generalis Inquisitionis assessor, uir iuris peritia clarus, & in causis fidei tractandis prudentissimus: An uidelicet aliquo casu sustineri possit abiuratio generalis, non expressis particularibus erroribus & haesibus: nam qui generaliter alicui fauendo,*

Inquisitores pcedere possunt contra impeditores officij.

Quid directe impedire, & quid indirecte.

Relat. supra pag. 131.

Abiuratio omnium haeresis i genere qua doq; fieri potest, nulla haeretici in specie expressa.

aut etiam nulli fauendo, officium inquisitionis impedit, in nullam specificam & particularem heresim videtur consentire, & propterea nullam in specie poterit abiuurare sed in genere dicet, se detestari omnem heresim, cuius suspicionem impediendo inquisitionis officium contraxit. Atque haec est expressa Eyerici sententia hoc loco, & Repertorij Inquisitorum verbo, fautores. s. an impediens.

In hac tamen difficultate, quae cõtemmenda nõ est, cum frequenter accidere possit. hoc amplius censeo obseruandum, ut inquiratur a reo qui impediuit officij Inquisitionis, uel alicui fauere adhibitis etiam tormentis, si ita causa eius & conditio postulauerit: An cum eo habeat familiaritatem, & cur ei faueat: nam si auxilium exhibitum in fauorem personae potius quàm erroris tendere uideatur, sufficit generalis abiuratio fautoris uel impediens, eo modo quo dictum est: quod si secus res habuerit, & aliqua alia concurrat, ex quibus oriatur suspicio, cum qui exhibet fauorem, eosdem illos errores habere, quos profitetur ille, cui fauet; tunc praeter generalem impediens & fautoris abiurationem cogendus uidetur ad particulares errores abiurandos. Quem autem effectum operetur generalis haec abiuratio fautoris uel impediens, dicam cum Eyerico infra hac parte 2. quæst. ult. num. 7.

Ob quas rationes inquisitores potest sunt in impeditores a nimaduerte.

¶ Et ubi non stent per annum, nihilominus contra omnes impeditores huiusmodi potest procedi, & c. Nec desunt rationes, quibus haec doctrina, quae uera est & communis probari possit. Primum, quia impediens officium suspicionem heresis et fautoris contrahunt. Rursus, quoniam si non possent inquisitores punire impeditores sancti officij, nõ possent commodè suum officium exercere. Ad haec, quia ex quo mandata est inquisitoribus iurisdictio, uideatur quoque demandata coactio. Praeterea quia iudex omnia potest, quae ad suam iurisditionem exercendam pertinent, & sine quibus causa expediti nõ potest. ap. praeterea cap. significasti & cap. prudentiam. s. vlt. de offic. deleg. & glof. in cap. 1. verbo, impedire de offic. deleg. Postremo, quoniam iudex potest punire excessus commissos contra suum officium. Zanchinus tract. de heret. cap. 31. Repertorium Inquisitorum verbo, impediens. s. sed nunc queritur.

De pena impediens inquisitoris officium.

¶ Contra eos tanquam contra hereticorum fautores, & defensores, & c. Inquisitores ergo punire possunt impediens suum officium, postquam in eos procedere possunt, ut fustias docuit idem Eyericus. 3. p. q. 26 ubi addidi nonnulla in hac sententiã.

¶ At dubium est, quibus pena possint eos coercere, & Zanchinus tract. de heret. cap. 31. num. 7. et Repertorium Inquisit. verbo, impediens. s. nota quod ista pena. penam hanc arbitrio inquisitorum imponendam esse uoluerunt pensatis delicti & personarum qualitibus, cum iure nihil cautum inueniatur. argumẽto l. 1. s. expilatores ff. de effraçto. cum notatis in cap. de causis. extra de officio delegati. in quam est sententiam consentit Simancas de catho. instit. tit. 15. num. 10.

Ceterum hodie per Pium P. rescripto incipiente: Si de protegendis, impresso in Bullario litterarum Apostol. in fine huius operis, grauisima pena decernitur contra id genus impeditores, qui fecerint ali-

qua ex ijs, quae illic exprimuntur. Iulij quoque I. I. extat rescriptum incipiens: Licet a diuersis. contra iudices seculares in cognoscendo de crimine heresis se ingerentes, quod est impressum in eodem Bullario.

QVAESTIO LV.

De suspectis de heresi.

SUMMARIUM.

- 1 Suspectio de heresi triplex, leuis, uehemens, maxima.
- 2 Leuis suspectio cur sic appellata.
- 3 Leuis suspicionis exempla.
- 4 Magna & uehemens suspectio qua dicatur, & quare.
- 5 Suspicionis uehementis exempla.
- 6 Maxima & uolenta suspectio, qua sit.
- 7 Uolentis suspicionis exemplum.
- 8 Susceptorum de heresi triplex genus, & qui dicantur leuiter suspecti.
- 9 Leuiter suspecto iniungi potest purgatio canonica.
- 10 Vel iniungi abiuratio de leui.
- 11 Suspecti uehementer qui dicantur.
- 12 Uehementer suspecto iniungenda est abiuratio de uehementi, & ut heresim omnem generatim abiuret.
- 13 Quid faciendum si post abiurationem relapsus.
- 14 Casus in quibus iudicatur relapsus quispiã post abiurationem de uehementi.
- 15 Quid agendum si uehementer suspectus de heresi recuset abiurare.
- 16 Uolenter suspecti habentur ut heretici, & qui nam tales reputentur.

Vinquagesima quinta quæstio est: Suspecti de heresi quot modis, & quibus dicendi sunt, & si in casu heretici dicendi sunt?

¶ Ad hanc respondemus, quod in iure triplex suspicio de heresi reperitur, prima est modica; secunda magna; tertia maxima. 1. Prima est modica, quae in iure uocatur suspicio leuis, ista habetur extra de heret. lib. 6. cap. Accusatus, in prin. ubi dicitur sic: Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in heresim relapsorum pena puniri.

Et haec suspicio dicitur modica siue leuis, tum quia modica & leui defensione tollitur: tum quia ex modicis & leuibus oritur coniecturis: unde dicitur modica a modicis iudiciis: & dicitur leuis a leuibus coniecturis:

3 Vtpote, si aliqui reperiantur occulta conuenticula celebrantes: uel uita ac moribus a communi conuersatione fidelium deuiantes, ut patet extra de hereticis, lib. 5. cap. Excommunicamus 1. in fine. & similia exercentes: tales namque leuiter de heresi habentur suspecti: talia enim heretici frequenter facere comprobantur. De huiusmodi leui suspicionem de heresi

reli habetur C. de heret. l. 2. in fine, ubi dicitur sic: Hereticorum uocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus debent succumbere, qui uel leui argumento a iudicio catholice religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. Et huic sententiæ concordat Hostien. in summa. tit. de presumptionibus. s. finali. ubi dicit sic: Et notandum, quod quamuis heretici leui argumento detegantur: scilicet, ad hoc quod suspecti habeantur, ut patet C. de heret. l. 2. non tamen debent, & c.

4 Secunda suspicio est magna, quae in iure uocatur uehemens siue fortis; ita habetur extra de heret. lib. 6. in prin. c. Accusatus. ubi sic habetur: Accusatus de heresi uel suspectus, contra quem de hoc crimine magna, & uehemens suspicio orta erat, & c. Ibi enim haec coniunctio, et, non tenetur copulatiue, sed expolitue: Ut notat Ioan. And. ibidem. Uehemens autem idem est quod fortis, ut dicit Archidiaconus super alleg. cap. Accusatus. in uerbo, uehemens, dicit enim ita: Dicunt Papias, & Hugutio quod uehemens idem est quod fortis, siue grandis. Idem Greg. J. moralium super illo uerbo Iob. 1. cap. Ventus uehemens irruit a regione deserti. Et glof. super illo uerbo Actuum 2. Factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis: dicit. Hoc est uentus fortis. Et in libro Catholicon appellato, qui est de dictionibus, & earum significationibus, dicitur ita: Uehemens dicitur fortis; unde dicimus aliquem uehementem habere causam, cum habet fortem, haec ibi. Ergo suspicio magna, dicitur uehemens siue fortis. Et haec suspicio dicitur magna, uehemens, siue fortis, tum quia non nisi magnis, uehementibus & fortibus defensionibus repellitur: tum quia ex magnis, uehementibus ac fortibus oritur coniecturis, argumentis, & iudicijs:

5 Vtpote, si aliqui comperiantur, qui eos, quos sciunt hereticos fore, occultent: fauore impendat: associant: uisitent: munera offerant: recipiant: defensent, & similia exercentes: tales namque uehementer de heresi sunt suspecti, ut patet per alleg. cap. Accusatus. s. illa uero. & per notata ibidem per Archidiaconum, cum non sit dubium eos facere talia in fauorem hereticæ prauitatis.

6 Tertia suspicio, hoc est maxima, in iure uocatur uolenta, ut patet extra de heret. lib. 6. cap. Cum contumacia. & cap. Accusatus. & per notata per Archidiaconum. & Ioan. And. super c. Accusatus. super uerbo, uehemens. ubi sic dicunt: dicit uehemens, non tamen uolenta. supra de presumptionibus. cap. Litteras. De hac suspicionem loquitur canon dist. 34. Quorundam. Et haec praesumptio, seu suspicio dicitur uolenta: tum quia uolentat, cogit, & arctat iudicem ad credendum; nec tergiversatione respellitur qualicumque: tum quia ex uolentis conuincitibus, atque coercentibus oritur coniecturis.

7 Vtpote, si aliqui reperiantur, qui hereticos adorauerint: eis uel reuerentiam suo more exhibuerint: consolationem uel communionem ab eis receperint: uel similia, quae ad ritum eorum pertinent, perpetrauerint: tales namque uolentam suspensionem

† al. defensione repellitur.

de heresi & hereticorum credentia sunt conuicti per c. Filij. & per c. Accusatus. extra de heret. lib. 6. & per notata per Archidiaconum super c. Quicumque hereticos. in uerbo, credentes. extra de heret. lib. 6. cum non sit dubium eos talia facere in credentiam hereticæ prauitatis.

8 Secundum hanc distinctionem dicendum, quod suspecti de heresi sunt in triplici genere: nam quidam de heresi sunt suspecti leuiter: quidam uehementer: quidam uolenter. Leuiter sunt suspecti, qui talia leuia & modica peragunt, quae ex eis oritur leuis & modica suspicio contra eos de aliqua heresi uel errore.

9 Et ubi quis sic inuenitur de heresi leuiter suspectus, nullatenus est hereticus, nec habendus: sed debet sibi indici canonica purgatio, uel iniungi tanquam pro leui abiuratio: Quod purgatio possit sibi indici, habetur extra de heret. lib. 5. c. Excommunicamus 1. in principio, ubi dicitur sic: Qui autem inuenti fuerint sola suspicionem notabiles (suspicionem probabili, hoc est leui, & quae leuiter apparet, dicit Hostien.) nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personae, propria innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriuntur: & usque ad satisfactionem congruam ab omnibus euentur: ita quod si per annum in excommunicationem perstituerint, extunc uelut heretici condemnentur. haec ibi. Et indicta sibi purgatione canonica, siue consentiat, siue non: siue deficiat, siue non: est per omnia iudicandum sicut de difamato de heresi, cui est purgatio canonica indicienda.

10 Quod autem abiuratio possit tali indici tanquam leuiter suspecto de heresi, patet per c. Accusatus. in prin. ubi dicitur sic: Accusatus de heresi uel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & uehemens suspicio orta erat, si heresim in iudicio abiurauit, & postea committit in ipsa, ceteri debet quadam iurisdictione relapsus, licet ante abiurationem suam heresis crimen probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in heresim relapsorum pena puniri. haec ibi.

11 Quidam autem sunt suspecti uehementer: & sunt illi, qui talia uehementia et fortia peragunt, quod ex eis oritur uehemens et magna suspicio contra eos de aliqua heresi uel errore. Et ubi quis sic inuenitur de heresi uehementer suspectus, nullatenus est hereticus, nec potest ut hereticus condemnari. Nullus enim pro suspicionem etiam uehementem est de tanto crimine condemnandus; ut expresse habetur extra de praesumpt. c. Litteras. s. quo circa. ubi dicitur sic: Mandamus quatenus, cum propter solam suspicionem, quamuis uehementem, nolimus illum de tam graui crimine condemnari, & c.

12 Quid ergo fiet suspecto de heresi uehementer? debet sibi mandari, quod abiuret generaliter omnem heresim, & specialiter eam, in quam committitur, tanquam uehementer suspectus, per cap. alleg. Accusatus. in principio, ut est dictum, & per cap. Inter

Pro leui suspicionem indicitur purgatio.

Uehementer de heresi suspecto iniungitur ut omnem heresim generaliter abiuret.

Inter sollicitudines. extra de purg. cano. & per c. Litteras. extra de presump.

13 Quod si postmodum relabatur, vel in pristina, vel in aliam: vel eos, quos scit hereticos associet: visitet: vel deducat: ac dona vel munera eis donet: vel mittat: seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit, etiam sine adoratione, ad modum scilicet, quo sancti iuri ab omnibus reuerentur & honorantur; relapsum penam non euadat per alleg. cap. Accusatus. ubi dicitur sic: Eum uero qui in una heresis. specie uel secta comisit: aut in uno fidei articulo, seu Ecclesie sacramento errauit, & postmodum heresim simpliciter, uel generaliter abiurauit: si extunc in aliam etiam heresis specie, siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat; uolumus ut relapsus in heresim iudicari. Ille quoque, de cuius lapsu in heresim ante abiurationem constiterit, uel nunc constat: si post illam hereticos receperit: deducat: uisitet: siue associet: aut dona uel munera eis donet: uel mittat: seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit, etiam sine adoratione (ut uerbis uestris utamur) merito debet iudicari relapsus: cum illum ex approbati a se prius erroris consequentia non sit dubium id fecisse. hęc ibi.

14 Ex quibus uerbis apparet, quod in tribus casibus in genere suspectus uehementer de heresi, postquam abiurauerit, pena plectitur relapsus. Primus quando relabatur in eandem & pristinam heresim, de qua suspectus habitus fuerat uehementer. Secundus quando heresim generaliter uel simpliciter abiurauit, & relabatur in aliam heresim: esto quod de ea antea nunquam suspectus habitus fuerit, nec delatus. Tertius quando hereticos receperit: & eos deducit: & fauorem impendit: Et hic casus complectitur multos casus, & habet multos similes, ut patet in alleg. §. cum uero. in c. Accusatus. frequentius repetito.

15 Sed quid agatur, si aliquis suspectus de heresi uehementer ad mandatum sui iudicis non conserit continuo abiurare? nunquid tradetur seculari arbitrio Potestatis animaduersione debita puniendus, per c. Ad abolendam. §. presenti uero? Respondetur quod nequaquam, quia illud cap. & §. eius, expresse loquuntur non in suspectis, sed in deprehensis manifeste in heresim, & conuictis, nam dicit sic: Presenti nihilominus ordinatione sancimus, ut quicumque manifeste fuerit in heresi deprehensus, & c. Et rigorosius contra deprehensos manifeste, quam contra suspectos tantummodo est agendum. Procedetur ergo contra talem presumtum per c. Excommunicamus. & per §. qui uero sola suspitione, & c. superius insertum, & excommunicabitur: in qua excommunicatione si per annum steterit, est ut hereticus condemnandus per cap. alleg.

16 Quidam autem sunt suspecti uolenter: & sunt illi, qui talia uolenter peragunt, quod ex illis oritur uolenta suspicio contra eos de aliqua heresi uel errore: & ubi sic quis inuenitur de heresi uolenter suspectus, pro conuicto de heresi, ac ut hereticus est habendus: & sicut de deprehenso in heresim est de eo per omnia iudicandum per c. Ex-

Relat. supra fol. 103.

† al. finus

A communicamus i. §. qui uero. extra de heret. lib. §. & per c. Cum contumacia, & per c. Vt officiu. Nam aut fatetur abire, uel non si sic, et uoluerit redire, et heresim abiurare, ad penitentiam est recipiendus per c. Ad abolendam. & per c. Excommunicamus 2. §. si. Quod si non consenserit abiurare, tradendus est curie seculari animaduersione debita puniendus per c. Ad abolendam. §. 1. allegatum. Si autem non fatetur crimine postquam est conuictus, nec consentit abiurare, est ut hereticus impenitens condemnandus per alleg. Ad abolendam. uolenta enim suspicio ad condemnandum sufficit, et probationem in contrarium non admittit, ut habetur extra de presumpt. c. Litteras. et cap. Afferte.

COMMENT. LXXX.

Hęc questio cum sequenti, in quibus de suspitionibus et suspitionibus in causa heresis differitur, tantam habet utilitatem, ut sine earum cognitione nullus sit qui in sacro inquisitionis officio recte munus suum sine iudicando sine consulendo possit exercere: tamen si uero Eymericus more suo & copiose et dilucide loquatur, multa tamen a nobis cognita ualde necessaria addentur, & obscuriora quadam expli cabuntur: sed prius fontes unde hęc cognitio petatur, ut solitum est fieri, indicemus.

Suspicionum meminit in hac causa textus in c. accusatus. §. 1. & in c. cum contumacia. ubi glossa & Doctores de heret. lib. 6. & textus in c. ad abolendam. §. qui uero. & in c. excommunicamus. 1. §. qui autem. ubi optima glossa in uerbo, condemnatur. & his locis plenissime Doctores extra de heret. & in c. litteras. ubi Panormitanus & alij communiter de presumpcio. copiose Alciatus tract. de presumpcio. Ioannes Milles in fine practice criminalis, tract. de presumpcio. Auctor Repetitorij uerbo, presumpcio. et uerbo, suspectus. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 23. nu. 61. & q. 34. nu. 46. & 57. Auctor innotinatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de heresi in rubrica, De hereticis, credentibus, & c. nu. 12. Simancas de catho. instit. tit. 50. idem in enchiridio tit. 40. & 41. Locatus in opere iudiciali. & Bernardus Comensis in lucerna uerbo, presumpcio. & uerbo, suspicio. & alij alijs locis. sed hi rem tractant diligentius & susius.

Quibus in locis d' suspicionibus hęc referis agatur.

Tamen si uero suspicio & presumpcio nonnunquam differant, nunc autem pro eodem usurpantur.

Suspicio autem opinio est mali alicuius ex signis, ex qua ad presumptionem uenitur, ut scripsit optime Bald. in authen. si quis. C. de adulter. non tamen una sola suspicio inducit presumptionem, sed plures suspiciones requiruntur, ut uere notauit Franciscus Brunus tract. de indicijs & tortura. q. 8. par. 2. nu. 4. & facit quod notat glossa in l. 2. §. etas. ff. de excusatio. tuto.

Suspicio quid sit.

Ad hanc respondemus, quod in iure triplex suspicio de heresi reperitur, & c.] Atque hęc sententia uera est, & communis: quoniam temerarie presumptiones, quibus temere & sine iudicio aliquid suspicamus, ab arte reijciuntur; probabiles uero presumptiones, aut suspiciones in hac causa

causa ab alijs non omnino distinguuntur.

Presumptio quid. Est autem presumpcio (quantum ad hunc locum spectat) rei dubie coniectura uerisimilis, que ex natura rei, uel circumstantijs negotiorum, aut personarum proficitur: hanc ceteris diuisionibus ommissis Iurisconsulti bifariam diuidunt: nam unam faciunt presumptionem iuris, quam uehementer uocare possunt: altera uero iuris & de iure, que uolenta appellatur, de quibus mox dicemus: nam sine harum cognitione, hęc questio percipi non potest.

Suspicio leuis, ex qua non est facile procedendum in hoc crimine. Prima est modica, que in iure uocatur suspicio leuis.] De hac scribunt pratici, & eleganter Petrus Godofredus in l. 2. C. de heret. s. hereticorum autem. & Gerson in tract. de protestatione consideratione 12. optime de leui suspitione differens dicebat, eā prouenire ex signis exterioribus operum aut uerborum, ex quibus capitur coniectura, qua concludi potest, non quidem frequenter, sed raro seu casu, quod talia dicens uel faciens hereticus sit: quod ducitur leui consequentia, ut si quis ita argumetur: Petrus dicitur frequenter, ergo non bene credit in Deum. & ex hac suspitione non facile moueri debent Inquisitores ad aliquid, quod presertim grauis sit momenti in hac causa, ut dixi supra in hac 2. par. super c. excommunicamus. §. qui autem. nam ut optime scripsit Simancas de catho. instit. tit. 50. nu. 28. leuia signa mouere non debent animi constantis uiri ad suspicandum tam graue crimen, sed potius interpretanda sunt in partem benigniorem.

Secunda suspicio est magna, que in iure uocatur uehemens, & c.] Hęc est presumpcio iuris tantum, quam Alciatus tract. de presump. in principio. parte 3. ita definiebat. Presumpcio iuris est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, que alio non adducto, pro ueritate habetur. Dixit, alio non adducto: quia contra hanc presumptionem probatio in contrarium admittitur, at si nihil in contrarium probetur pro plena probatione haberi solet. Hęc omnia docet subtiliter hoc loco Eymericus nu. 4. & exempla huius presumptionis commemorat nu. 5. de hac presumpcione est sermo in c. litteras. de presumpcio. relato ab Eymero supra in hac 2. parte.

Ex uehementi presumptione nemo condemnandus ut hereticus. Et ob hanc presumptionem nemo debet uel conuictus de heresi condemnari: quamuis uehementer suspectus de ea habeatur, & propterea sit acriter puniendus, ut paulo post dicemus. dixit item Alciatus: ex certo signo proueniens: quoniam hęc uehemens suspicio seu presumpcio sumitur ex signis exterioribus operum aut uerborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequenter, & ut in pluribus, quod qui talia dicit uel facit, est hereticus; ut si quis diebus prohibitis absque necessitate, & superioris facultate carnibus ueseretur; aut diceret propositiones fidei contrarias his que explicitate scire debet: quauis hęc interdum ab ingluuie & voracitate, & ab ignorantia absque ullo mentis errore prodire possint.

Quare Ioannes Gerson tract. de protestatione consideratione 12. hanc presumptionem ita describit: Uehemens suspicio prouenit ex signis exterioribus operum uel uerborum, ex quibus cognitio accipitur argumentum concludens frequenter & ut

A in pluribus, quod talia agens uel dicens est hereticus: ut si quis neget explicitate, palam, & publice ea que debet ex officio scire plusquam alij. Quauis possit in rei ueritate negatio talis ex ignorantia prouenire, uel animi leuitate, non ex heretica prauitate. Hęc Gerson.

d Tertia suspicio, hoc est maxima in iure uocatur uolenta, & c.] Hęc uolenta presumpcio dicitur iuris, & de iure, quam ita possumus definire: Presumpcio iuris & de iure est quedam legis dispositio aliquid presumētis, & super presumpcio, tanquam libi conperito & noto statuentis.

Violenta suscipio.

Nec contra hanc presumptionem regulariter & directe admittitur probatio in contrarium. quia cum ab apertis & uolentis indicijs proficitur, pro manifesta ueritate habetur. c. is qui. de sponsal. c. quanto de presumpcio. l. 1. §. 1. C. de rei ux. actione.

Hęc presumpcio seu suspicio uolenta, ut optime scribit Gerson tract. de protestatione, consideratione uolenta, nascitur ex signis exterioribus operum aut uerborum, ex quibus concludi solet efficaciter & ferre semper, quod talia dicens uel faciens est hereticus, ut si quis tranfit, uel redit ad ritus Iudeorum. c. contra Christianos. de heret. lib. 6. item si quis in causa fidei excommunicatus per annum in excommunicatione animo pertinaci durauit: quia anno elapso ut hereticus condemnatur. c. cum contumacia. de heret. lib. 6. In his enim casibus a iure expressis uolenta oritur suspicio contra ita delinquentes. Casus uero in iure nominatim prescripti ex quibus oritur uolenta presumpcio, refert Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 3. nu. 7. & q. 30. nu. 2. quos dilucidius enumeramus infra parte 3. tit. de signis quibus diuersi heretici cognosci possint.

Vnde oritur uolenta.

Et huius quoque presumptionis appositissima sunt exempla, que Eymericus hic commemorat, nu. 7. & omnia fere illa, que retulimus ex concilio Narbonensi cap. 29. relato supra in hac 2. parte super q. 50. §. factis autem. nam illa facta, indicia indubitata sunt, que ad aliud trahi nequeunt, quam ad id quod indicant, que re uera sunt hereticalia: ideoque pro ueris probationibus sunt habenda iura uero, que hic citat Eymericus, optime probant suum institutum, ut dixi infra 3. par. super q. 121.

Nec tergiversatione refellitur qualicunque.] In Sabellano ita: Nec defensionem repellitur qualicunque. eadem est sententia.

Observandum est autem non dici hic, nullo modo posse hanc presumptionem uolentem refelli aut purgari, sed non facile refelli. quia cum oritur ex signis apertis operum aut uerborum, difficillime potest contrarium probari. quamuis aliquando contrarium probetur, ut dixi par. 3. super quest. 121. quod est uidentum. adde Gersonem tract. de protestatione, consideratione 12.

f Et ubi quis sic inuenitur de heresi leuiter suspectus, etc. sed debet sibi indici canonica purgatio, uel iniungi tanquam pro leui abiuratione.] Quantum ad hunc locum attinet de iniungenda purgatione uel abiuratione pro suspitione leui, illud omnino putarem obseruandum, quod optime admonet Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 50. nu. 28. & seq. scilicet, periculosum esse ob leues suspiciones trahere

Ex leuibus suspitionibus contra quos potissimum procedi potest.

here in iudicium hominem honestum & probum, eū- que de fide interrogare. ergo personarum ratio habē- da erit: nam ex leuibus suspitionibus, probabilibus tamen, aduersus viles & improbos procedi poterit, vt intelligatur quid peccato gerant: contra probos ve- ro & honestos non ita facile.

Atque ita crederem intelligendam communem sententiam Innoc. in c. sicur. de simo. Ioannis And. in c. vt officiu. §. 1. Ancharani in c. accusatus. in prin. de h. gret. lib. 6. Felini in c. litteras. de presumpcio. & aliorum afferentiu ex leuibus suspitionibus, posse In- quisitores procedere in hoc crimine, de quo amplius differui supra in hac 2. par. super c. excommunicamus. §. qui autem. & infra par. 3. super q. 59.

g ¶ Nullus enim pro suspicione etiam vehe- menti est de tanto crimine condemnandus. Et hoc est verissimum, nemo enim ex presumpcionibus & indicij etiam indubitatis in criminalibus definiti- uine damnari debet. Gandinus tract. de malef. in rub. de presumpcio. & indicij indubitatis. & disputat latissime Boerius decis. 164. incipien. Alia insuper. quod in hoc tribunali obseruari dicit. Cāpegus apud Zanchinum c. 1. vers. doctrinam hanc.

Ex vehemen- tibus suspi- cionibus ne- mo coacten- dus poena or- dinaria.

Sed hanc sententiam ita intelligo, vt nemo debeat ex vehementibus presumpcionibus puniri & dam- nari poena criminis ordinaria, sed alia mitiori arbi- trio iudicantis: quod optime admonuit Boerius in di- cta decis. 164. n. 6. quod in hoc sacro tribunali frequē- tius quā in ceteris obseruatur.

h ¶ Sed quid agetur, si aliquis, etc. non con- senterit continuo abiurare.] Est hac Eymerici doctrina omnibus numeris absoluta, & diligenter consideranda atque obseruanda. iam verbum illud, continuo, quomodo sit accipiendum, explicat auctor 3. par. q. 98. & dixi supra in hac 2. parte super cap. Ad abolendam. §. nisi continuo.

Ob violen- tam presum- ptionem pec- na criminis ordinaria imponitur.

i ¶ Violenta enim suspicio ad condemnandum sufficit, & probationem in contrarium non ad- mittit.] Et ratio est, quam paulo antea docebamus, quoniam est presumpcio iuris & de iure, ex qua de- uenitur etiam ad criminalem punitionem, et poenam criminis ordinariam imponendam. in quam sententiam optime Eymericus allegat c. excommunicamus §. qui autem. de h. gret. vbi glossa in verbo. coademon- tur. & ibi Panormitanus nu. 6. tradit luculēter Ma- thesilanus singul. 118. incipien. nota q. presumpcio. et Antonius Gomez tomo. 3. variat. resolut. c. 1. 2. nu. 26. vers. aduertendum tamen. et Paulus Grillandus tract. de h. gret. q. 10. nu. 2.

Contra pre- sumptionē violentam in directa pro- batio admit- titur.

Quamuis autē Eymericus hic dicat, violentā hāc presumpcionē non admittēre probationem in contra- rium, hoc intelligendum est regulariter; in hac tamen hēresis causā indirecta probatio admittitur, iuxta ea que diximus paulo antea. §. tertia suspicio. & vide Alciatum tract. de presump. in principio. par. 2. tit. de presumpcione iuris & de iure. nu. 14. & seq.

QVAESTIO LVI.

De casibus vehementis suspicionis hæreseos in iure expressis.

S U M M A R I V M.

1 Vehementer suspectus de hæresi habendus est

- A qui vocatus ad respondendum de fide, non cō- paret in tempore assignato:
- 2 Et quicumque scienter impedit sanctę Inquisi- tionis officium.
- 3 Item prestantes scienter consilium, auxiliū, vel fauorem dictis impeditoribus.
- 4 Qui instruit hæreticos citatos, vt veritate subti- ceant, & dicant falsitatem.
- 5 Excommunicatus ex causa fidei quocunque modo.
- 6 Fautor, Defensor, Receptator scienter hære- ticorum.
- 7 Infamatus de hæresi ob familiaritatem cum his, quos hæreticos esse cognouit.
- 8 Scienter deducens, visitans, receptans hære- ticos.
- 9 Connictus de periurio vel mendacio iudicialiter in causa fidei:
- 10 Et qui dixit vel fecit sæpius aliquid cōtra fidē.



Vinquagesimafexta quæstio est: Casus in iure expressi, qui sunt; in quibus incidentes suspecti de hæresi ve- hementer habendi sunt?

- Ad hanc respondemus, q. sunt decē.
- 1 Primus casus est: q. quocunque aliquis vo- catur vt de fide respondeat, & parere subterfugit, aut contumaciter se absentat, infra competentem & assignatum terminū non comparens, habendus est de hæresi suspectus vehementer. Hic casus pa- tet per c. Cum contumacia. extra de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Cum contumacia in causa præser- tim fidei suspitioni presumptionem adiiciat vehe- mentem, & cetera.
- 2 Secundus casus est: quod quicumque impedit inquisitionis officium directe vel indirecte, aut et- iam quouis modo, & hoc scienter; vehementer suspectus de hæresi est habendus. Patet sic: Impe- diens inquisitionis officium iuxta casum expres- sum, tanquam iuris contumax excommunicatio- nis est vinculo innodatus; quam si per annum su- stinuerit animo pertinaci, ex tunc violenta suspi- cione conuictus, est vt hæreticus condemnandus. Patet per c. Vt inquisitionis negotiū. extra de hæ- ret. lib. 6. §. vlt. Violenta autem suspicio non infur- git nisi ex suspicione præsupposita vehementi: Igitur omnes tales antequā annus transierit, post- quam officium inquisitionis impediuerint, suspec- ti sunt habendi de hæresi vehementer. Rursum in priuilegio domini Papæ Urbani Inquisitoribus Aragonię directo, quod incipit: Prę cūctis nostre mentis, & c. dicitur ita: Cæterum si forte, quod nō credimus, aliqui cuiuscunque conditionis huic ne- gotio vobis commissio se opponere, seu illud præ- sumperint aliquatenus impedire, vt nō possit pro- cedi libere in eodem, immo nisi requisiti illud fou- erint, & iuxta officium & posse suum singuli iu- uerint studiose; contra eos tanquam contra hæreti- corum fautores & defensores, secundum sanctio- nes canonicas, freti Apostolica auctoritate, in tre- pide procedatis.
- 3 Tertius casus est: q. præstantes scienter auxi- lium, consilium, uel fauorem impediētib; in- quisionis

Habetur su- pra hac par- te. fol. 129.

quisitionis negotium antefatum, suspecti de hæ- resi sunt habendi vehementer. Ille casus patet: Isti præstantes præfatis impediētib; auxiliū, con- silium vel fauorem, tanquam iuris & principalis iudicis mandati in causa fidei contumaces sicut & impediētes sæpe facti, excommunicationis la- queum non euadunt, patet per c. Vt inquisitionis negotium. in §. finali.

4 Quartus casus est: quod quicumque instru- xerit per Inquisitores citatos hæreticos, vel eorū credentes, quod subiceant veritatem, vel vt asse- rant falsitatem; suspecti de hæresi vehementer sunt habendi. Hic casus sic apparet: Fauere hæreticis in errore, seu aliquid facere in fauorem hæreticę praui- tatis, suspicionem de hæresi adijcit vehemen- tem, vt patet ex præfato casu statim dicto: Tales autem sunt præfati instruentes citatos de celanda veritate, vel dicenda falsitate: Ergo suspecti sunt de hæresi vehementer. hoc patet ex c. Accusatus, in §. finali.

5 Quintus casus est: quod omnis excommuni- catus ex causa fidei, vtpote quia impedit inquisi- tionis negotium: vel citatus, contumaciter se ab- sentat: vel instruit citatos de celanda veritate, vel dicenda falsitate: vel liberando captos pro hæreti- ca prauitate: vel se fidei negotio opponendo: vel hæreticis fauendo: defendendo: receptado: vel pur- gare se nolendo, vel alio quouis modo: quam ex- cōicationem si sustinuerit per annum animo per- tinaci, sit ipso iure vt hæreticus condemnandus: quod quilibet talis de hæresi suspectus est vehe- menter. Hic casus apparet ex prædictis, & apparet specialiter ex duobus.

Primo, quia excommunicatio in causa fidei non incurritur, nisi propter contumaciam in eadē causa: contumacia autem in causa fidei indifferen- ter suspitioni presumptionem adijcit vehemen- tem: igitur tales de hæresi vehementer habendi sunt suspecti.

Secundo, quia violenta suspicio confurgit ex vehemēti, & eam præsupponit sicut superlatiuū comparatiuum, vt dicit Ioan. And. super c. Cum contumacia. allegato frequentius. Si enim excom- municati in causa non fidei, si per annum stete- rint, possunt citari per Inquisitorem tanquam de fide leuiter suspecti, de fide responsuri, vt sciatur an ambulent in tenebris, vel in luce, quia videntur de sacramentis Ecclesię male sapere, vt dicit Ho- stien. in summa. tit. de h. gret. §. qualiter deprehen- datur. nonne longe plus excommunicati in causa fidei, & contumaces, etiam antequam annus tran- seat, suspecti sunt vehementer? præsertim cum si annus transierit, non leuiter suspecti, nec vehemē- ter, sed violenter sunt suspecti ipso iure, & vt hæ- retici condemnandi?

6 Sextus casus est: quod omnes hæreticorum fautores, & defensores & receptatores vehemen- ter de hæresi sunt suspecti, vt patet supra casu sta- tim posito. Hic casus sic apparet: Omnes excom- municati in causa fidei & contumacia, vehemē- ter sunt de hæresi suspecti, vt patet ex casu statim posito: Prædicti autem fautores hæreticorum, re- ceptatores & defensores ex causa prædicta sunt

A excommunicati: patet ex c. Excommunicamus 1. §. credentes, vbi sic dicitur, extra de hæret. lib. 5. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decer- nimus subiaccere.

7 Septimus casus est: q. quicumq; propter agni- torum hæreticorum familiaritatem est de hæresi infamatus, ratione dictæ familiaritatis, vehementer de hæresi est suspectus. Hic casus patet ex cap. In- ter sollicitudines. extra de purg. cano. Vbi appar- et, quod ratione infamię de hæresi, fuit cuidam decano indicta purgatio canonica: & ratione hæ- reticorum familiaritatis abiuratio publica: & rati- one scandali fuit priuatus beneficio, quousque scandalum sopiretur.

8 Octauus casus est: quod quicumq; eos, quos scit hæreticos, scienter receptat: deducit: visitat, si- ue associat: ac dona seu munera eis dat, seu mittit: seu alia fauorem eis impendit, qui excusari non possit, quin sit in fauorem magis culpę, quā per- sonæ: suspecti tales vehementer de hæresi sunt ha- bendi, cum ex approbato à se errore non sit du- bium id fecisse. Hic casus patet ex c. Accusatus, extra de hæret. lib. 6. §. ille quoque. vbi e manifeste apparet, quod qui antea abiurauit, si etiam abiura- uerit ex sola suspicione uehementi suspectus & non deprehensus, si prædicta hæreticis impendat, relapsus est iudicandus: Nonne ergo vbi non abi- urauerit, lapsus uehementer erit presumendus? si prædictus post abiurationem est presumendus re- lapsus, ante abiurationem non erit uehementer pre- sumendus lapsus? Re uera fortius.

9 Nonus casus est: q. quicumque in causa fidei iudicialiter est conuictus se negare dixisse quod antea affirmauit, uel quod asseruit mandati: uel commissit periurium, ex utroque prædictorum in causa fidei suspectus fit de hæresi uehementer. Hic casus apparet plene in cap. Litteras, extra de præ- sumpt. ubi recitatur, quod quidam Guillelmus no- mine, confessus fuerat, quod tam ipse, quā frater suus hæresis uitio laborauerant: postea negauit, q. non dixerat de fratre suo, sed de seipso: & quia fratri fuit post indicta purgatio canonica, ipse Guillelmus ipsum purgauit. Et ideo addit domi- nus Papa, quod quia iste Guillelmus quod ante dixerat, scilicet fratrem suum hæreticū fuisse, ne- gat se dixisse, cum postmodum ipsum fratrem de hæresi compurgauit; & ex consequentia dixisse mendacium, asserendo fratrem suum fuisse hereti- cum, vel commississe in Deum periurium, eum pur- gando, & iurando, se credere fratrem suum non fuisse hæreticum; habuit dictum G. suspectum de hæresi uehementem.

10 Decimus casus habetur non directe in iure communi, sed priuato. Nam in consultationibus domini Archiepiscopi Tarraconen. & suffraga- neorum, eius in concilio generali, cui, & in quibus interfuit frater Raymūdus de Pegñaforte, ad In- quisitores Aragonię hæreticę prauitatis, talis fuit casus approbatus: quod qui dicit, uel facit aliquid cōtra fidem, & hoc semel, suspectus fit leuiter de hæresi: qui autem bis uel ter, suspectus fit de hære- si uehementem: qui autem pluries, & frequenter, suspe-

Refertur su- pra fol. 220.

Talex

suspectus fit de heresi vehementissime. Isti decē casus patent ex iuribus allegatis.

COMMENT. LXXXI.

Ametsi valde laboriosum sit in qualibet arte casus singulares & indiuiduos prescribere, cū indiuidua ab arte repellantur, vt admonent philo- sphi; nihilominus hic Eymericus, vt absolutā tradat Inquisitoribus eorum, quā ad suum munus pertinet cognitionem, etiam particulares casus commemorat: non tamen omnes, qui contingere possunt: id enim impossibile esset, sed eos tantum, qui varijs iuris locis continentur. eosdem retulit breuiter Cāpegus apud Zanchinum c. 20. vers. suspekti. & Locatus in opere iudiciali verbo, suspicio. nu. 10. vers. casus autem. quo loco alios plures addit omnino Inquisitoribus & cōsultoribus cognoscendos.

Secundus casus est, quōd quicumque impedit inquisitionis officium. Eymericus bifariam probat eos qui scienter directe vel indirecte impediūt inquisitionis officium suspectos vehementer esse habendos: Primo ratione, inde auctoritate. Ratio talis est: Qui impedit officium inquisitionis, excommunicatus est, & elapso anno sit suspectus violēter, ergo prius vehementer suspectus habendus erit: nam suspicio violenta non confurgit ex leui, quāuis ab ea quādoque incipiat, sed ex vehementi. Auctoritate vero ita probat: Urbanus ait, posse animaduerti in impeditores, velut in fautores & defensores hereticorum: fautores autem & defensores vehementer suspecti sunt, ergo & impeditores.

Et quamquam hac sententia de ratione iuris stricta verissima sit, nihilominus tamē saltem in illis, qui indirecte impediunt, temperanda videtur, considerata personarum, & factorum qualitate: nam si quis ratione affectionis potius quā odij quod habeat cōtra fidem, aut sacri officium, consanguineis aut amicissimis fauendo, Inquisitores aut eorum officiales impediuerit, quamuis acriter sit puniendus, forte tamen non est credendus vehementer suspectus: & hoc presertim haberet locū in illis, qui non adeo callent si dei causas, quales sunt rustici, & plebei. Quam ob rē antequam abiuratio de vehementi talibus imponatur, propter periculum relabendi, & traditionis curig seculari, diligenter est personarum qualitas perpendenda.

Atque hęc eadem obseruanda penitus existimo in illis, qui prestant auxilium, consilium, vel fauorē impeditoribus sacri officij, quos in tertio casu, vehementer etiam suspectos asserit Eymericus.

In quarto casu nulla occurrit difficultas: nam & verissima est EymERICI doctrina, et colligitur ex loco quem citat, quo spectat etiam illud Ambrosij lib. 1. de officijs c. 36. relatum in c. non in inferenda. 23. q. 3. Qui non repellit, inquit, a socio iniuriam si potest, tam est in vitio, quā ille qui facit.

Seu aliās fauorem eis impendit, qui excusari non possit, quin sit in fauorē magis culpæ quā personæ. Ex his verbis dirimitur questio illa anceps & dubia: An qui receptant, & defendunt consanguineos, seu aliter prestant eis consilium, auxiliū, & fauorem, in causa heresis mitius puniri debeant

Impeditores S. Inquisitio nis sunt ve hementer sus pecti: quod aliquādo sal lit.

Receptantes & defenden tes cōsangui neos, an mi tius plectēdi in hoc crimi ne.

iuxta dispositionem l. 2. ff. de receptato. per quam in minoribus quibusdam delictis non esse admodum se uere in hos homines animaduertendum scribit Paulus Iuricons. in hęc verba: Eos apud quos affinis vel cognatus latro conferuatus est, neque absoluendos, neque seuerē admodum puniendos: non enim par est eorum delictum, & eorum, qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt. hęc ibi. Quam legē in receptantibus consanguineos hereticos, aut alios complices in hoc crimine propter eius immanitatem noluerunt habere locū Repertorium Inquisitorū verbo, receptatores. s. sed tamen si receptatus. & Paulus Grillandus tract. de heret. q. 9. nu. 2.

Sed Zanchinus tract. de heret. c. 4. nu. 2. & c. 6. nu. 3. & ibi Campegius, & Carrerius tract. de heret. nu. 167. & Locatus in opere iudiciali verbo, receptatores, nu. 7. & Simacas de catho. instit. tit. 15. nu. 20. & 21. & Hieronymus Gigas tract. de crimine lesa maiestatis lib. 3. tit. De pluribus et varijs questionibus. q. 5. nu. 3. & Andreas Tiraquel. tract. de penis temperan. aut remittēdis, causa 4. 20. & 21. & alij locum habere prædictam legem etiam in receptantibus consanguineos criminis lesa maiestatis reos asseruerunt: quam sententiam non obicere tenet hic Eymericus: quia ratione sanguinis et naturalis affectionis, non fidei cōtempnū, aut hereseos amore id fecisse videntur. quamuis enim heretici sint, at iure naturę coniuuncti sunt, nec possumus facile iura naturę exire, & propterea plurimū ei tribuendum est, & putandum est hos consanguineos suos receptasse, non tamquam hereticos, sed tamquam consanguineos. atque hęc sententia mitior est & communior, ideoq; obseruanda mihi videtur.

Ceterum multa in hac causa considerare oportet. Primum est, quōd qui receptant consanguineos, quāuis mitius puniri debeant, non tamen excusantur a tota pœna, vt tradunt multi ex præcitate, indicantq; apertissime præcitate legis verba, quia non sunt penitus immunes a delicto.

Rursus, consanguineorum, seu coniuكتورū ratio habenda erit: nam filius receptans patrem hereticū, vxor virū, frater fratrem leuius puniendi sunt, quā si remotiores, siue alios non usque adeo coniuuctos receptassent, aut defendissent.

Postremo, vt hęc sententia locū habeat, necesse est vt qui receptat, non participet in crimine cū receptatis: nam si particeps eiusdem criminis fuerit, ordinaria pœna puniendus erit, vt late & vere probat Gādinus tract. de malef. tit. de furibus & latron. nu. 13.

Nunquid autem eadem sententia etiam locū habeat in receptantibus extraneos, amicissimos tamen, item amantes, dubium videtur: Tiraquellus tamen tract. de penis temperan. aut remittē. causa 4. & 22. non inepte contendit locum habere, quoniam amicitia, vt ait Valerius Maximus lib. 14. c. 7. vinculum potens est et præualidum, neq; vlla ex parte sanguinis viribus inferius: & amicitia ipsa veluti quadam fraternitas est. l. verum. ff. pro socin. notat Sozimus confi. 263. & Iason in l. que dotis. ff. solu. matr.

Tam amore capti receptantes, mitius puniendū videntur puniendū, cum amor immodicus furori equiparetur, ac interdum etiam furor appelletur. cap. cum in inuentute. de præscriptio. Cicero lib. 4. Tusculan.

An qui rece ptant amicit simos non coniuuctos, vel amantes mitius puniri debeant in hoc crimine

sculan. questio. & Baldus in l. precibus. C. de impub. et alijs sublit. quem sequitur Fraciscus Curtius: senior confi. 67. Sed si quis velit hanc sententiam sequi (quæ nō reprehenderim) amicitia & amoris qualitate contemplari debet; neque enim quæuis amicitia, sed maxima; nec quæuis amor, sed ingens hoc leuioris pena beneficiū præstabit.

Vbi manifeste apparet, quōd qui antea abiurauit, &c. l. Hic locus est obscurus: ceterum si paulo diligentius series inspiciatur, hoc videtur esse EymERICI propositum: Quicumque scienter recepat hereticos, & c. suspectus est vehementer; quod ita probat: Qui prius abiurauit de vehementi aliqua heresim, si postea hereticos receperit, relapsus iudicatur. c. accusatus. s. ille quoque. de heret. li. 6. ergo qui ista facit, ante abiurationem proculdubio censendus est vehementer lapsus, seu suspectus, cum violenta præsumptio (vt alibi scripsit auctor) non oriatur nisi ex vehementi suspitione.

Iam Eymericus hic apertissime sentit, eum qui obuentem suspitionem abiurauit heresim, si postea cum hereticis communiuerit, eo ipso relapsus esse censendum: quod etiam asseruit paulo antea q. 55. nu. 14. vers. tertius, quando hereticos recepat, atque hanc sententiam secundum superficiem asserere videtur Alexander III. in c. accusatus. s. ille quoque. de heret. lib. 6. quo etiā vtiur hoc loco Eymericus ad hoc adstruendum.

Ceterum hæc sententia tuta non est, nec vllō modo obseruanda in praxi, cum sit valde periculosa: quoniam vt aliquis damnetur, et curia seculari tradatur velut relapsus, necesse est vt saltem semel de heresi relapsi plene constet in iudicio, quod apertissime etiā colligitur ex dicto c. accusatus. s. ille quoque. vbi sunt illa verba: Constat, vel nunc constat: quæ nullo modo suspitioni etiam vehementi possunt accommodari. Cum itaque qui prius abiurauit de vehementi, de nulla heresi fuerit plene conuictus, nec postea conuictus de heresi, ob id quia receperit, aut deducat hereticos, hæc enim facta suspitionem heresis, nō expressam heresim præferunt, relinquitur omnino, vt hic nullo modo debeat conferri relapsus: atque hanc sententiam sequitur Alfonso Castrius lib. 2. de iusta heret. puniitio. c. 2. & apertissime Geminianus in dicto c. accusatus. s. ille quoque. vers. quero an sufficiat. quos laudat Simancas de catho. instit. tit. 57. nu. 5. quibus libentissime subscribo. quare cauendus est hic EymERICI locus.

Decimus casus habetur, &c. Præter hos decem casus vehementis suspitionis, quos ex communi iure recensuit Eymericus, sunt & alij prope infiniti, qui nulla arte prescribi possunt: quoniam facta & dicta ex quibus vehemens suspicio oriri potest, nullis adhuc sunt limitibus circumscripta. multos tamē casus singulares vehementis suspitionis præter hos decem enumerauit P. Mbertus Locatus in opere iudiciali verbo, suspicio. nu. 19. & sequentibus. & Zanchinus tract. de heret. c. 35. quos libenter omitto, cum obuij passim extent horum auctorum scripta.

Illis ex Ioanne Rojas singul. 5. num. 6. & 7. & nu. 17. & 18. addi potest sequens: Qui non reuelat hereticos proprijs iudicibus, saltem vehementer redditor de heresi suspectus, dixit, saltem, quoniam

Qui sciēter recepat hereticos suspectus est vehementer.

Vt quis puniatur vt relapsus, necesse est constet ad minus de vno lapsu in manifestam heresim.

Qui non reuelat hereticos, vehementer suspectus.

Alfonso Castrius lib. 2. cap. 25. in prin. de iusta heret. puniitio. non reuelantem hereticos, violēter dicit esse suspectum: quod est nimis crudele, nec vllō prorsus iure nititur: neque sententiam hanc Alfonso, neque Ioannis Rojas arbitror securē amplectendam indistincte, cum multis modis quibus nō reuelat hereticos excusari possit, vt dixi supra super. quest. 53. s. at non videtur. Tunc autem sententia Ioannis de Rojas locum habere posset, cum nulla adesset probabilis causa cur non reuelaret, vel in iudicio interrogatus eos scienter celauerit, iuxta doctrinam Zanchini tract. de heret. c. 5. nu. 4.

De eo qui retinet libros prohibitos, quem nonnulli vehementer suspectum esse dicunt, quid sentiam, dixi in principio huius partis super c. fraternitatis. s. sed alter casus.

De eo qui viuente prima vxore legitima, aliam vxorem accepit, an iurisdictioni Inquisitorum subijciatur, recte querit Repertorium Inquisitorum verbo, contrabens. & latissime Albertinus tract. de agnos. assert. q. 23. & Simacas de catho. instit. tit. 40. Equidē qui scienter cum pluribus simul matrimonij contrahit, recte ab Inquisitoribus Apostolicis iudicatur, quia male sentire videtur de sacramento matrimonij, & propterea vt vehementer suspecti solēt tales regulariter abiurare: sed multa quandoque solent suspitionem leuem efficere, interdum etiam omnem suspitionem excludere quod est iudicanti diligenter obseruandum.

Ille quoque grauiter peccat, nec leuem contrahit mala credentia suspitionem, qui in sacramento confessionis vel ad venerem, vel ad quæque flagitia seu peccata prouocat cōsistentem: & propterea iure etiā optimo, iudicio Inquisitorū subiectus est. Sed in hoc multa sunt capita & circumstantia consideranda, quæ gratia breuitatis omitto.

In extrauaganti Ioannis xxij. incipien. Ad nostrum. tit. de regular. inter communes. vehementer de heresi suspecti arguuntur religiosi, qui in partibus vltimarum absque superiorum licentia commorantes derabunt Sanctę Romane Ecclesię constitutionibus & alia multa a fide deuia in suis sermonibus & secretis colloquutionibus euomere insanis ausibus non verentur.

Iam vt vno verbo complectar ea, quæ vehementer reddunt aliquem de heresi suspectum, dico vniuersa illa indicia vehementem heresim arguere suspitionem, quæ frequenter & facile solent heresim secum ferre: vt si quis sciens matrimonium contrahat cum hereticis: amicitiam cum eis ineat: ad eos confugiat: literas aut nuntios ad eos mittat: aut alio quouis modo, qui probabili ratione excusari nō possit, hereticos recipiat: defendat. excuset: laudet, et similia: hæc enim indicia frequenter heresim inducunt, ac facile indicant aliquem mentis errorem; & propterea suspitionem includent vehementem.

Postremo vñ hoc præ ceteris habeant Inquisitores ante oculos, ne facile credant hunc vel illum esse vehementer suspectum, quia in hoc vllō auctore reperiant ex tali, vel tali causa oriri vehementem suspitionem: nam plurimum semper sunt & personarum & causarum circumstantia considerande, ex quibus interdum vehemens suspicio, interdum leuis, interdum

binas nuptias contra hens suspectus est de heresi.

Suspectus est q. ad peccandum sollicitat conscientiam in sacramento confessionis.

Quæ indicia faciunt vehementem heresim suspectum.

incedum vero nulla orietur, vt in eo qui retinet li-
bros prohibitos ostendi supra hac 2. par. super cap.
fraternitatis. s. ex supradictis. & seq. & in ceteris
causis idem est considerandum, ne quid vnquam du-
rius quam postulat equum, statuatur.

QVAESTIO LVII.

De diffamatis de haeresi.

SUMMARIUM.

- 1 Diffamati de heresi qui dicantur.
- 2 Diffamatis canonica purgatio est indicenda etiam si per testes infames sint delati.
- 3 Et apud malos ac viles sint infamati.
- 4 Sive ab emulis ortum habuerit infamia.



Vinquagesimaseptima quaestio est:
Diffamati de heresi; qui sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod illi dicuntur de heresi diffamati, de quibus est publica vox & fama, & communiter apud omnes simplices, quod talem haeresim praedicaerint seu defenauerint, vel aliam illi adherent.

2 Et talibus est purgatio canonica indicenda, iuxta c. Inter sollicitudines. extra de purg. cano. Nec refert an fuerint infamati per graues & bonos testes, an per infames & viles: utpote per periuros & hereticos, vt in c. Accusatus. s. licet. extra de heret. lib. 6. per excommunicatos, & in crimine participes, vt in c. In fidei fauorem. per Iudaeos & infideles. vt in c. Contra Christianos. eod. tit. & lib. qui omnes in hoc crimine ad testificandum admittuntur.

3 Refert nean sit infamatus de hoc crimine apud bonos & graues, vel apud viles & vitios irritos? certe non, quantum ad indicendam purgationem, sicut nec ibi, quantum ad condemnationem. Nunquid est maior labes haereticis infamia, quam haeresis ipsa? certe non, quantum ad indicendam purgationem; Grauius est forte conuictum de ipso crimine, quam de criminis infamia volitante. Si ergo creditur criminosis in illo, nunquid plus in isto? certe sic. Et in probatione huius c. Inter sollicitudines. & c. Excommunicamus. praesalleg. & allega. c. Vt officium. & c. Inquisitores. & omnia alia eo. tit. lib. 6. loquuntur de infamatis de heresi indistincte, nullam facientia penitus mentionem, an apud bonos & graues, vel apud malos & viles fuerint infamati.

4 Nec refert etiam an infamia habuerit ortum ab emulis, vel amicis nec in hoc crimine, nec in aliis, postquam habuerit initium a qualitatibus facti & conditionibus, vt est textus rotundus extra de purg. cano. c. Accedens. Sufficit enim quod sine publice infamati ad hoc quod eis purgatio canonica indicatur, in quam si non consenserint, sunt anathematis gladio feriendi: & si per annum in excommunicatione persistierint, sunt velut haeretici condemnandi, vt habetur clare eod. lib. 5. c. Excommunicamus 1. s. qui autem,

Materiam huius quaestiones tractant Locatus in opere iudiciali verbo, diffamati. & Reperitorium Inquisitorum verbo, diffamatus. & Zanchinus tract. de heret. c. 11. nu. 3. & ibi Campegius, ac alij competebus locis. Est autem frequens etiam in hoc tribunali diffamationis usus, cum ex diffamatione Inquisitores inquirere possint in diffamatos de haeresi, & propterea quid sit in hoc articulo obseruandum, explicat hic luculenter Eymericus.

1 Ad hanc respondemus, quod illi dicuntur de haeresi diffamati, de quibus est publica vox & fama, & c. Concilium Tolosanum cap. 16. s. illos autem in haec verba describat diffamatos de heresi: Illos autem debent pro diffamatis habere, contra quos publica fama clamet; vel de quorum diffamatione apud bonos & graues coram Episcopo loci legitime confiteris, haec ibi. & quomodo quis dicatur diffamatus, tradit etiam Bartolus in l. turpia. s. 1. num. 3. ff. de legat. 1.

2 Et talibus est purgatio canonica indicenda, & c. Qualis autem ritus debeat in hac purgatione indicenda obseruari, tradit copiose Eymericus par. 3. in 2. modo processum fidei terminandi: vbi dixi copiose.

Purgatio vero diffamatis tantum iniungitur: nam si praeter infamiam alia suspicionum haereticis adessent indicia, abiuratio quoque esset imponenda, vt docuit Eymericus 3. par. in 7. modo processum fidei terminandi, de quo quid sit sentiendum dicam ibi. & de purgatione canonica egi etiam supra in hac 2. parte super c. Inter sollicitudines.

3 Nec refert an fuerint infamati per graues & bonos testes, an per infames, & viles. Sed his videtur aduersari concilium Tolosanum paulo antea relatum, quod postulare videtur testes graues & bonos ad probandum diffamationem alicuius super haeresi, cum Eymericus hic dicat parum referre, an testes apud quos est infamia de aliquo, sint integri nec ne. Haec controuersia ita mihi breuiter videtur dirimenda, vt diffamatio, aut infamia de heresi perfecte probeatur, duo testes boni & graues sufficiunt, vt disserui infra par. 3. num. 78. & ita videtur intelligendum concilium Tolosanum paulo antea relatum: vbi sic fuerit probata diffamatio contra aliquem, poena ordinaria erit diffamatis de heresi iniungenda. id est, illa quae talibus iure solet iniungi, qualis est canonica purgatio. quod si testes fuerint viles & infames, licet contemnendi non sint, ad hoc vt ex dictis eorum ad inquirendum procedatur; duo tamen ex illis non videntur sufficientes ad hoc vt diffamatio poena ordinaria imponatur, sed mitius erit tractandus, nec ad purgationem subeundam erit cogendus, nisi plenior probatio accedat, & alia indicia & adminicula simul cum diffamatione concurrant; quoniam duo testes solum minus idonei in causis, in quibus ad testificandum admittuntur, nunquam sufficiunt ad hoc, vt ex dictis eorum reo poena ordinaria imponatur, vt late docui infra parte 3. super quest. 64. vbi ita cum communi Doctorum sententia interpretor iura hoc loco ab Eymericis allata. Nam quamuis

Qui dicatur de haeresi diffamati.

Diffamatis iniungitur purgatio canonica.

Vbi infamia per testes integros probatur, poena ordinaria plebatur reus, aliam secus.

A vel suspectos in familia, aut consilio suo habeant in hac verba: Sed nec eos, scilicet haereticos, aut haereticorum credentes, aut etiam aliquos diffamatos de heresi, vel quos credunt de hoc esse suspectos, in sua familia, vel suo consilio habere vel retinere praesumant. haec ibi. Quod non modo intelligendum puto postquam damnati sunt, & in iudicio legitime constituti de infamia & suspitione, verum antea sententiam: nulli enim quacunq; haereticis suspitione, aut infamia notati magistratus gerere debent, vt dixi supra hac eadem parte super quest. 52. s. quidam namque sunt.

QVAESTIO LVIII.

De Relapsis.

SUMMARIUM.

- 1 Qui dicantur proprie relapsi, & quod labuntur aliqui in haeresim, aliqui in fauoriam.
- 2 Relapsorum in haeresim casus quatuor. Primus si quis incidat in eam, quam abiurauit.
- 3 Secundus: si labatur in haeresim, quam abiurauit vt vehementer suspectus.
- 4 Tertius: si post abiurationem haereticis generaliter labatur in haeresim aliam ab abiurata.
- 5 Quartus: si postquam abiurauit vt haereticus, deducat, visitet haereticos: & cetera.
- 6 Relapsi praefati tradendi omnes brachio seculari.
- 7 Casus dubij, in quibus Papa esset consulendus.



Vinquagesimaoctaua quaestio est:
Relapsi qui sunt; & si haeretici habendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod illi proprie dicuntur relapsi, qui prius fuerunt lapsi; vnde relapsi, quasi iterum lapsi. Labi enim est dupliciter: nam aliqui labuntur in haeresim, aliqui in fauoriam haereticis. Labuntur autem in haeresim, qui in illa deprehenduntur, iuxta cap. Ad abolendam. s. praesenti. de heret. lib. 5. siue deprehendantur facti euidentia: siue confessione propria: siue testium production legitima, iuxta gloss. super allegato c. & s. & uerbo, deprehensus, & de uerb. sign. cap. Super quibusdam. Labuntur autem in fauoriam, qui haereticos receperunt; defenserunt: sententiam, iudicium, uel processum fidei directe vel indirecte impediunt, iuxta cap. Vt inquisitionis. per totum.

2 Ergo & relapsi sunt in duplici genere: quidam enim sunt relapsi in haeresim: & sunt casus quatuor, in quibus aliqui dicuntur proprie in haeresim relapsi.

Primus casus est: quando quis incidit in illam haeresim, quam antea abiurauit, ut deprehensus in eadem, ut in cap. Ad abolendam. s. praesenti. & s. illos quoque. Vtpote, deprehensus est quidam in hac haeresim incidisse, quod Christus non est natus de Virgine: abiurauitque illam: & post in eandem abiuratum deprehensus est recidisse: relapsus.

B b sus

uis Inquisitor nullam haereticis infamiam a quibuscumque ad se delatam contemnere debeat; non tamen putare debet eam aequae probari per testes minus idoneos, atque per graues, & omni exceptione maiores.

Hac ergo ratione intelligenda est temperanda mihi videtur Auctoris sententia hoc loco, ne quid durius contra aliquem statuatur.

2 Nec refert etiam an infamia habuerit ortum ab emulis, & c. At contrarium videtur concludere communiter Doctores. Gandinus tract. de malefic. tit. quomodo cognosc. de malefici: per inquisitionem. Practica Papiensis in forma inquisitionis, verbo, non quidem a maleuolis. quod probat aperte textus in cap. qualiter & quando 2. de accusatio. ibi: Non quidem a maleuolis. & in cap. licet: Heli. de simonia.

Et Eymericus quidem hic aperte concedere videtur diffamato de heresi canonice purgationem esse indicendam, etiam si infamia originem habuerit ab emulis & inimicis: quae sententia simpliciter accepta, iuxta ea quae paulo antea dicebamus, tenenda non videtur: sed cum ab inimicis & emulis orta est infamia, ea plane sufficit ad dandum initium inquisitioni, non tamen ad canonice purgationem iniungendam: quia, vt dixi, sicut poena ordinaria imponenda non est ob dicta duorum testium minus idoneorum, eodem modo non videtur iniungenda quotiens ab emulis & inimicis initium duxit. quod si plures testes minus idonei affuerint, aut a multis emulis profluxisse infamia videatur, si verisimilia dicant, tunc purgatio canonica imponi poterit, & poena qualibet alia ordinaria: atque haec videtur esse non obscura Eymericus sententia hoc loco ob illa verba: Postquam habuerit initium a qualitatibus facti, & conditionibus, sed haec omnia plenius probantur a nobis in 3. par. super tit. de modo continuandi processum per inquisitionem, & super q. 64.

Atque haec sunt in hac causa diligentissime consideranda, ne quid durius, quam postulat equum in reos illo tempore statuatur. eadem cum Eymericus praedictis locis senserunt Locatus & Campegius, quae vel ita sunt intelligenda, vel respuenda.

Quomodo autem probeatur infamia, per quos & quales effectus producat, dixi infra par. 3. vers. & fama probata. num. 80.

Ad haec, ne quid desideretur, quod huic loco lucem afferre possit, obseruandum est, diffamationem de haeresi quandoque oriri aduersus aliquos ex eo quod in locis diffamatis de haeresi aut suspectis versati fuerint, ex quibus inde ad nos accedunt: in quibus quid sit obseruandum his maxime temporibus eleganter docuit synodus Salisburgensis superioribus annis celebrata, constitutione 6. cap. 2. in haec verba: Eos quoque obseruare debent Parochi, qui ex haereticorum locis, siue de heresi suspectis veniunt, singulorumque dicta, & facta animaduertant; ac de eorum vita, consuetudine, & ratione cognoscant; & si qua de ijs suspicio fuerit, ordinarium admoneant. haec tenus ibi.

Postremo illud est hic addendum, quod valde salubriter canit olim concilium Tolosanum cap. 16. s. sed nec eos, ne videlicet Praelati, Barones, aut quicumque alij Domini terrarum, diffamatos de heresi,

Ex locis suspectis oritur diffamatio contra aliquos in eo commo-
niantur.

De obseruandis illis, qui ex locis suspectis de heresi adueniunt.

fus est; & vt talis animaduersione debita puniendus, iuxta cap. alleg.

3 Secundus casus est: quando quis non est deprehensus, sed est vehementer suspectus de aliqua hæresi, seu errore, & abiurat eandem tanquam vehementer suspectus: si post talem abiurationem deprehensus est in eandem abiuratum hæresim incidisse, relapsus debet censerit quadam iurisdictione, & tanquam relapsus habendus est, vt patet in cap. Accusatus. in princ. de hæret. lib. 6. Vtpote, suspectus est quis habitus vehementer, non esse deprehensus, quod credat Christum non esse natum de Virgine, & abiurat illam hæresim vt vehementer suspectus: postmodum deprehenditur qd incidit in hæresim abiuratum: relapsus est, & vt talis puniendus, iuxta cap. alleg. Secus si abiurauerit vt leuiter suspectus: Nam si post abiurationem talem incidit in eandem hæresim abiuratum, licet ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet relapsorū pœna puniri. patet eod. cap. s. si autem leuis.

4 Tertius casus est: qd quando quis deprehensus est, vel vehementer suspectus est, qd incidit in aliquam hæresim, & post abiurat non solum illam, immo simpliciter & generaliter omnem; postea deprehenditur in illam in quam incidit, vel in aliam quamcumque, relapsus est, vt patet in cap. Accusatus. s. eum vero. de hæret. lib. 6. Vtpote, quis est deprehensus, seu vehementer suspectus de hac hæresi, qd Christus non resurrexit, & abiurauit non tantum illam hæresim, immo omnem; si post talem abiurationem deprehendatur in hac hæresi, qd Christus ad cœlos non ascendit, relapsus est, iuxta cap. allegatum.

5 Quartus casus est: quis hæresim abiurauit, de cuius lapsu ante abiurationem constabat; vtpote, quia fuerat deprehensus: vel post b constitit; vtpote quia abiurauerat vt suspectus vehementer, & post constitit qd ante abiurationem lapsus fuit; si post huiusmodi abiurationem hæreticos deducit, vitiat, seu associat: ac dona vel munera eis donet, vel mittat: seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit; merito debet iudicari relapsus vt patet in cap. Accusatus. s. ille quoque.

6 Et omnes isti relapsi siue pœniteant siue nō, sine vlla audientia sunt tradendi brachio sæculari animaduersione debita puniendi: Est verum, qd si non pœniteant, sunt tradendi vt hæretici pertinaces; si autem pœniteant, sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ non sunt eis deneganda, vt patet in cap. Super eo. de hæret. lib. 6.

7 Quidam vero sunt relapsi in fautoriam; vtpote, quia fautoriam abiurarunt, & post in abiuratum fautoriam relabuntur; iuxta concilium Tarraconen. relapsi habentur.

Si autem ita est, & an intelligatur si relabantur in aliam fautoriam, vel eadem: & an sint isti vel illi, vel isti & non illi tradendi curiæ sæculari vltimo supplicio feriendi, iura non loquuntur clare.

Eodem modo si quis diffamatus de aliqua hæresi canonicè se purgauit, & post incidit in eandem, vel aliam; an sit realiter, vel iurisdictione, vel aliàs relapsus sic, vt pœna relapsi debita puniatur; iura non loquuntur clare; licet cap. Ad abolendam.

A s. illos quoque. &c. Excommunicamus. s. adijcimus. videatur dicere, qd qui post purgationem reincident, qd sæculari iudicio sine vlla audientia est tradendus; sed loquitur indistincte: Vnde puto Papam in huiusmodi consulendum.

COMMENT. LXXXIII.

Postrema hæc tractatio huius partis, in qua de relapsis differitur, valde frequens est in hoc sacro tribunali, occurruntque interdum in ea quæstiones perdifficiles. Eymericus hic more suo singulariter persequitur quæ ad eam cognoscendam spectant. de ea differunt idem quasi aliud agens supra hac eadem parte q. 40. num. 3. & seq. & q. 55. num. 13. & seq. quibus locis ideo nihil addidimus, quoniam ex proposito hic agebat auctor de relapsis, circa quos qualis praxis debeat obseruari, docuit idem abunde 3. par. in 9. & 1. modo processum fidei terminandi. & rursus alia plura huc spectantia adiunxit in eadem 3. par. q. 99. & seq.

Iam qui de hæreticis agunt, nulli omittunt hæc tractationē Zachariæ de hæret. cap. 16. Campegius apud Zanbiniū cap. 17. Repertoriū & Lucerna Inquisitorij verbo, relapsus. Locatus in opere iudiciali verbo, relapsi. Auctor quiddam inominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi in rubrica. De hæreticis relapsis. Simancas de cath. instit. tit. 57. idem in encyridio tit. 60. Albertinus tract. de agnoscendis assertio. q. 25. num. 25. & seq. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 173. idem tract. de hæret. par. 2. assertio. 41. Alfonso Castus lib. 2. cap. 2. de iusta hæret. punitio. Syluester in summa verbo hæresis, 1. quæst. 9. num. 15. & in legibus Hispaniæ septipartitis par. 1. l. 60. tit. 6. & copiose Matheus in l. 1. partitæ 7. tit. 26. in 6. q. Archidiaconus, Ioannes And. Geminianus & ceteri communiter in cap. accusatus. de hæret. lib. 6. Petrus de Palude lib. 4. senten. distin. 13. q. 3. & alij alijs locis, ex quibus more nostro quæ ad illustrandum hunc locum attinent, mutuabimus: quamquam Eymericus & copiose, & perspicue satis loquatur.

Obseruandum est autem, hic tractari de illis relapsis, qui post abiuratas hæreses, iterum in hæreses incidisse conuincuntur; hi namque traduntur curiæ sæculari; non de illis, qui in eundem errorem iterum atque iterum labuntur, nulla pœnitentia solemniter interveniente, aut abiuratione, canonicæ purgatione iudicialiter facta. Si quis enim iterum atque iterum in varias, aut easdem hæreses labatur, etsi vere relapsus dici possit priusquam illas abiurauit; at puniri non debet velut relapsus, ita vt tradatur curiæ sæculari, dummodo velit vere pœnitere: nam iure pontificio is hæreticus vere relapsus accipiendus est, qui post solemnem iudicalemq. hæresim abiurationem relapsus fuerit. cap. accusatus. & ibidem Ancharanus de hæret. lib. 6. Alfonso Castus lib. 2. cap. 2. de iusta hæret. punitio. Simancas de catho. instit. tit. 57. num. 2. & seq.

Qui in iure dicantur relapsi.

Qui de leui abiurauit non puniuntur relapsi, etiam si post abiurationem cõstet de hæresi, quam leuiter abiurauit.

Qui in iure dicantur relapsi. Cur relapsos Ecclesia non accipiat. Dux relapsorum differentia explicata.

Conti-

continentur. Prima est eius relapsi, qui post abiuratum hæresim, de qua vere constitit ante abiurationem iudicalem, postea reperitur cum hæreticis communicare.

Altera est illius, qui abiurauit vt vehementer suspectus, quia de hæresi tunc vere non constabat, post abiurationem vero, de hæresi constitit, quam abiurauit prius vt vehementer suspectus: is enim si post hæc cum hæreticis comunicet, relapsorum pœna plebendus est. & ratio huius assertionis verissima illa est, quam tradunt Ancharanus in cap. accusatus. de hæret. lib. 6. in 2. notabili, & Paulus Grillandus tract. de hæret. q. 10. num. 1. quoniam per hanc secundam deprehensionem expressam declaratur animus illius, qui prima vice fuerat in mala opinione contra fidem Christi, in qua semper presumitur continuasse usque ad secundam deprehensionem: fingit enim ius istum à principio talem fuisse, qui postea talis esse conuincitur. argum. l. si quis adulterij. C. ad legem Iul. de adulter. super qua lege fundatur hæc fictio, seu presumptio, que presumptio cum sit iuris & de iure, non admittit probationem in contrarium, vt notant Doctores in cap. asserte. de presumpcio. & dixi plene supra in hac 2. par. super q. 55.

Atque hæc dua relapsorum posterorum differentie continentur breuiter in dicto cap. accusatus. s. ille quoque. de hæret. lib. 6. & de postrema agens Ancharanus ibidem notabili 6. ait: Nota in verbo, ille quoque, quod sufficit post abiurationem constare de hæresi abiurata ad conuincendum aliquem vt relapsum super his, de quibus in textu. hæc Ancharanus.

¶ Vel post constitit; vtpote quia abiurauerat, vt suspectus vehementer. Hæc verba sunt notati dignissima, quibus apertissime refellitur opinio Ancharani in dicto cap. accusatus, notabili 6. de hæret. lib. 6. & Matthij de Afflictis in constitutionibus Siciliæ tit. 1. de hæret. & patarent. super constitutione inconstituta. notabili 18. vers. quid autem se contra. num. 32. assertentium, eum quoque esse censendum relapsum, qui de leui abiurauit, & postea vere constitit de illo crimine, de quo antea leuiter tantum erat suspectus: nam si post leuem abiurationem hæreticus, inquit, deprehendatur, relapsorum pœna plebendus erit. hæc enim opinio falsa est, neque usquam est decreta, neque usu recepta, & misericordiam excludit ab hoc sacro tribunali; nec vllam in hoc casu admittit differentiam inter abiurationem de leui, & de vehementi, quod apertissime aduersari videtur textui in dicto cap. accusatus. s. 1. vers. si autem leuis. de hæret. lib. 6. Quam ob rem merito iam eam ante nos confutauit Ioannes Rojas in singularibus fidei, singulari 1. num. 26. in fine. & Simancas de catho. instit. tit. 1. num. 19. & 20. & hanc sententiam quam amplectimur, profiteretur hoc loco apertissime Eymericus, à qua nullo pacto est recedendum.

¶ Et omnes isti relapsi, & c. sunt tradendi brachio sæculari. Cur autem relapsos Ecclesia non accipiat, etiam si conuerti velint, docet concilium Narbonense cap. 11. in hæc verba: Et illos qui post abiurationem erroris, seu purgationem deprehensi fuerint in abiuratum hæresim recidisse, sæculari

A iudicio sine vlla penitus audientia relinquatis animaduersione debita puniendos, cum sufficiat tales per falsam conuersionem semel Ecclesiam decepisse. hæc ibi, & dixi plura infra parte 3. super q. 99.

¶ Quidam vero sunt relapsi in fautoriam: vtpote quia fautoriam abiurarunt, & post in abiuratum fautoriam relabuntur. Hæc est grauissima, & perdifficilis quæstio, que pendet ex illa, quam discussimus paulo antea in hac 2. par. super q. 54. s. sic tales. & quamquam Eymericus in fine huius quæstionis, quem sequitur penitus Campegius apud Zanbiniū tract. de hæret. cap. 17. dicat in his sum. mum Pontificem consulendum esse; donec tamen definitio Papæ habeatur, quid mihi dicendum videatur breuiter explicabo.

Qui ergo fautoriam hæreticis exhibitam vel impedimentum sacro officio prestitum abiurauit, si simul particulares aliquos errores, vel hæreses vt hæreticus abiurauit, & postea relabatur in fautoriam, siue eandem, siue à priori diuersam, plane relapsus erit in dicandus: nam talis proculdubio comprehenditur sub dispositione textus in cap. accusatus. s. ille quoque. de hæret. lib. 6. neque de hac facti specie videtur vlla esse dubitatio: & hic sine vlla misericordia tradendus est curiæ sæculari, etiam si conuerti velit.

Sed tota difficultas huius quæstionis in altero capitulo versatur: An is scilicet relapsus sit dicendus, qui nullo errore, aut hæresi expressa, fautoriam, seu impedimentum in genere abiurauit: quod fieri sepe potest, iuxta ea que scripsimus supra in hac 2. parte super quæst. 54.

Ac primum hic animaduertere oportet, hanc quæstionem non disputari in illis qui leuiter fauent, quoniam in his nulla dubitatio est, eos non fore plebendos pœna relapsi de iure debita: sed tantummodo in illis, qui magnopere fauent, & insigniter sacræ inquisitionis officium impediunt iuxta illas circumstantias, quas diligentissime enarrauit concilium Narbonense cap. 14. 15. & 16. relatum à nobis supra in hac 2. parte super quæst. 53. s. iam si nosse cupis. vt si quis captos & incarceratos præter iudicium ecclesiasticorum voluntatem à carcere liberet: condemnatos, & curiæ sæculari relictos, cum possit & debeat, non puniat: aut denique scienter & nequiter insignem aliam: iniuriam in detrimentum fidei sacro inquisitionis officio irroget, vnde vehemens suspicio male credentia orta fuerit, quam de vehementi abiurauerit.

His ita positis prima fronte videtur dicendum, velut relapsos fore iudicandos eos, qui postea in hanc fautoriam abiuratum, vel in aliam similem, vel grauiorem relabuntur. Primum, quia hæc non videtur posse fieri sine scrupulo iniquæ societatis, non modo susceptæ cum personis, quibus tantopere fauent; verum etiam cum erroribus & hæresibus eorundem personarum. Rursus, quoniam cum ex priorifautoriam & impedimento orta fuerit vehemens suspicio hæresis (vt supposuimus) ea in secunda fautoria transire videtur in violentam, ex qua suspicione violenta tandem poterunt capitaliter condemnari, cum hoc postulet natura violentæ suspensionis, vt diximus in superioribus; & tradis

Bb 2 glossa

An qui relabatur in fautoriam, siue abiurata siue aliam sit puniendus vt relapsus.

glossa cōiter recepta in cap. excōicamus 1. §. qui au-
tem verbo, condemnatur. de heret. relat. supra apud
Eymericum par. 2. Quis enim dicat hanc secundam
suspicionem non fuisse auctam, & in aliud genus su-
spicionis maioris nō transiisse, ut non potest in aliā
transire quā in violentam: ex ea ergo poterint con-
demnari. atque ex his redditur satis probabilis hęc
sententia.

Altera huic aduersa, quę tūtor est, bifariam po-
test probari auctoritate, & ratione. Auctoritas est
in concilio Tarraconensi relato supra apud Eymeri-
cum par. 2. pag. 220. ubi cum ageretur de peniten-
tia relapsorum in fautoriam, dicitur: Penitentia il-
lorum, qui sunt relapsi in fautoriam similiter erit
solemnis, &c. Ex quibus apparet apertissime sensis-
se concilium, relapsos in fautoriam non esse tradēdos
curię seculari, alias non tradidisset pœnas peniten-
tiales eis imponendas. Ratio vero huiusmodi est: Re-
lapsi natura hoc exigunt, ut de aliquo lapsu in heresim
vere cōstet ad hoc ut pœna relapsi debita puniatur:
cap. accusatus. §. ille quoque de heret. lib. 6. ubi cōiter
interpretet, traditque pœnā ceteris. Alfonso Castrius
lib. 2. cap. 2. de iusta hereticorū punitione, & Siman-
cas de catho. inst. t. tit. 57. num. 5. At qui relabitur in
fautoriam abiuratum, vel in aliam diuersam, in nulla
heresi expressa est deprehensus, ut supponimus: er-
go non poterit dici relapsus, nec tradi curię secula-
ri. Hęc sunt, quę iudicio meo pro vtraque sententia
adduci possunt, ex quibus redditur valde dubia pro-
posita difficultas.

Si cui tamen sententia prima arripserit, caueat, ne
quid propria auctoritate in re tam graui conficiat:
nec temere in his, in quibus vita hominis periclitat-
ur, dicant Inquisitores licere sibi interpretari statu-
ta cōtra hereticos edita, ut docet Eymericus 3. par.
q. 85. & 86. ac proinde posse declarare, tales homi-
nes pœnis relapsorum plectendos: quāuis enim sum-
mo iure fortassis fieri possit, tutius tamen erit sum-
mum Pontificem, aut illustrissimum sacrosanctę ge-
neralis Romanę inquisitionis Senatū consulere.

Hoc vni postremo adiungam, iustissimū & aquis-
simum mihi videri, eos qui non rātam semel, sed bis,
aut pluries vel in abiuratum fautoriam, vel in alias
velabuntur, absque misericordia tradēdos fore curię
seculari: quoniam in his ob multiplicatos actūs gra-
uissimas sunt, & quasi violenta perfidia indicia; &
ob criminis totiens repetiti grauitatem liceret tunc
secure leges transgredi, si hoc vere esset leges transgre-
di, quod non credo. Hęc tamen ita dixi, ut cuiuslibet
viri docti & catholici meliora sententis iudicio libe-
ter supponam.

Eodem modo si quis diffamatus de aliqua he-
resi canonice se purgauerit, & post incidat in eandē
vel aliam, &c. Hęc est secunda quęstio, eaque etiam
in hac causa valde difficilis, de qua non vno modo sen-
sit multis locis Eymericus, quam disputauit infra 3.
parte, in secundo modo processum fidei terminandi.

Postremo illud in fine huius disputationis, quę su-
scipta est de relapsis, obseruandum est, quod cauit
Sanctissimus Dominus noster Paulus Papa IIII.
anno Domini MDLV. per bullam incipien. Cum
quorundam hominum. Dat. Romę apud sanctum
Marcum, septimo idus Augusti, Pontificatus sui an-

A no primo, videlicet pro relapsis in heresim haberi, &
ut relapsos curię seculari tradendos etiam in primo
lapsu, omnes & singulos illos, qui afferuerint, dogma-
tizauerint, vel crediderint aliquem ex infra scriptis
erroribus hereticalibus, aut heresibus, quę in prædi-
cta bulla referuntur in hęc verba: Vel Deum om-
nipotentem non esse Trinum in personis, & in-
composita omnino indiuisaque vnitate substan-
tię, & vnum vnatum simpliciter diuinitatis essentia;
aut Dominum nostrum Iesum Christum nō esse
verum Deum eiusdem substantię per omnia cum
Patre, & Spiritu sancto: Aut eundem secundum
carnem non esse conceptum in vtero Beatissimę
semperque Virginis Marię de Spiritu sancto, sed
sicut ceteros homines ex femine Ioseph: Aut eun-
dem Dominum ac Deum nostrum Iesum Chris-
tum non subijisse acerbissimam crucis mortem,
ut nos à peccatis & ab æterna morte redimeret, &
Patri ad vitam æternam reconciliaret: Aut eandē
Beatissimam Virginem Mariam non esse veram
Dei matrem, nec perstitisse semper in virginitatis
integritate, ante partum scilicet, in partu, & in per-
petuo post partum. hætenus ibi. & post multa sub-
dit rationem constitutionis, & pœnam in hęc verba:
Et insuper cum errores, quos supra narrauimus
ita graues & nefandi sint, ut illi, qui in eos deci-
dunt, excusationem non habeant, sed subuersi po-
tius atque immanes, quā heretici merito dici pos-
sint: Hac nostra perpetuo valitura constitutione
fancimus, quod tam illi qui hætenus in ipsos erro-
res, vel eorum aliquem lapsi sunt, & infra supra di-
ctum terminum non respuerint, & ea, quę su-
pra diximus non adimpleuerint, quā omnes & sin-
guli alij, qui in futurum in illos, vel illorum aliquē
quomodolibet prolabantur, cuiuscumque digni-
tatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis exi-
stant pro subuersis & relapsis in heresim haberi,
& ut relapsos curię seculari tradi, & per ipsam cu-
riam debitæ pœnis in relapsos statutis puniri pos-
sint, in omnibus & per omnia perinde ac si vere
& realiter in heresim relapsi essent, & eos relapsos
esse constaret. hęc ibi.

Alium præterea casum, in quo aliquis pro relap-
so habeatur, sancit idem Dominus Paulus Papa
IIII. anno Domini MDLV. per bullam incipien.
Cum ex Apostolatus officio, quæ habetur inter lit-
teras Apostolicas pro officio sanctissimę Inquisi-
tionis in fine huius operis, aduersus magistratus
quoslibet & Dominos ecclesiasticos, aut alios etiam
secularem iurisdictionem habentes, qui in schisma,
aut heresim inciderint, aut schisma vel heresim ex-
citauerint, de quo cum alibi dixerim copiosius, nihil
amplius hic differendum putauit, & satis esse
existimauit cum indicasse. & qualiter in
eo sit procedendum series præ-
citata constitutionis con-
tinet non obscure.

Finis Secundę Partis.

IN

IN TERTIAM PARTEM DIRECTORII INQUISITORVM

Nicolai EymERICI Præfatio & Argumentum.



ORPV S Humanum mirabili quadam elementorum symmetria, & quasi con-
sensione, atque concordia diuinitus constitutum, per varios casus & verum di-
uersa accidentia, dissoluta ea consensione, ametriæque accedente, in tetras, in-
faustas, infelicesque calamitates & morbos labi & incidere quotidie conspici-
tur. ex his quidam medicorum peritia, & medicamentorum ope (iuuante tamē
natura) longe lateque expulsi, sanitati cedunt, corpusque ipsum ante afflictum
in pristinum constitutionis statum reuertitur, & conseruantium pharumcorum
virtute munitum feliciter roboratur. Alij contra, humorum malignitate pec-
cante adeo pestilentes existunt, ut prorsus incurabiles, totiusque remediij ex per-
tes efficiantur: qui (nisi vel ferro vel igni proinus occurratur) synceras sanasque
partes sua innata malitia corrumpentes, & vicinitate deprauantes, paulatim totum corpus velut crudeles
inimici, trucesque tyranni immani feritate atque seuitia inuadentes, quasi diripiunt & depopulantur. his ta-
men vnicum remedium est ferro protinus refecare, iuxta illud:

..... fed immedicabile vulnus

Ense reciden dum est, ne pars syncera trahatur.

His prorsus similia in vitij animi, morbis corporis longe crudelioribus & immanioribus, licet velut in cla-
ro speculo, aut aqua limpidissima contemplari: quorum quidam perturbant equidem mentem, rationemque
prepediunt, at qua summa abest malitia, non omnino inficiunt corruptumne diuinam intellectus facultatem.
Alij tamen tanta sunt iniquitate & malignitate affecti, ut quod est in homine pulcherrimum, excellentissim-
um, & prorsus diuinum auferant & extinguant. Inter hos est hereseos crimen, morbus mentis & intelle-
ctus omnium sedissimus, grauissimus, & pestilentiissimus: qui quamprimum animum alicuius infeliciter
inuasit, primum fidem, ceteras deinde virtutes diuinas corrumpit, violat, auferit. Hoc tamen morbo egro-
tantes sanantur interdum, sunt tamen interdum sua culpa incurabiles, & omne remediij genus detrahentes:
at quia morbus est spiritalis, & proinde magis occultus & latens: ideo difficile sanatur, difficiliter opportuna
medicamenta inueniuntur, & omnium difficillime aptus medicus potest reperiri. Ceterum ne in hac parte,
quæ omnium erat grauissima & vtilissima, reipublicę Christianę defuisse videretur Eymericus, vir, ut mihi
videtur, ad fidei negotia prudenter & pie peragenda diuinitus natus, cum in superiori operis parte docuisset
morbos, generaque morborum & egrotorum, in quibus plantata fides aut quasi fracta fuerat & debilitata,
aut violata omnino, & radicitus auulsa: nunc mirabili prorsus arte velut prudens medicus rem aggreditur
magnam, præstantem, & fere omni humano ingenio maiorem. tradit enim quidquid ad deprehendendum hæ-
reseos morbum occultum & latitantem exigitur: quidquid ad cognoscendam egrotantium malitiam attingit:
quidquid ad sanandos hereticos requiritur, remedia omnia prudentissime demonstrat: indices violato
religionis (qui sunt ad curandam & auellendam heresim medici à summo Pontifice Romano destinati) in-
struit: ut intelligant, quos, quibus, & quando, & quomodo curare oporteat. Qua ratione ad salutem reuocati
heretici per penitentiales penitentias, quasi per medicinas salutare in sanitate debeant conseruari, demon-
strat: & quomodo desperati & incurabiles, hoc est, pertinaces & consortio fidelium cunctantur, ne vicinitate &
morbi contagione proximos quosque fideles inficiant & corrumpant, diligenter ostendit: quales sint medico-
rum, hoc est, iudicum in hac re partes edocet: quæ ministrorum officia & munera tractat abunde, ita denique
totam in hoc negotio procedendi seriem & ordinem ponit ob oculos, ut nullus futurus sit vel mediocriter eru-
ditus, qui cum hunc laborem fuerit intutus & secutus, non facile suo muneri & officio satis faciat, & in san-
tissimo inquisitionis officio, non etiam possit sanctissime, ut decet virum inquisitorem) versari. Cuncta ve-
ro qua ratione (quod erat longe difficillimum) debeant ad praxim reuocari, singulari methodo ostendit. Tandem
si quę difficultates (quod sepe contingit) in officio inquisitionis vel in iudicium personis, vel in ministrorum
creatione & officio, vel in pœnis aut penitentis iniungendis vel remittendis, vel temperandis; vel denique
in alijs quibuscumque, quæ breui oratione recenseri non possunt, oriuntur, opportune omnibus in fine huius
operis, centum & triginta propositis quęstionibus occurrit Eymericus adeo feliciter, ut sepe sim hominis in-
genium, laborem vero & industriam in primis admiratus, qui eo tempore quo bonę fere literę sepultę iace-
bant, librorumque erat non parua penuria, potuerit tam felix, tam copiosum & eruditum opus absolere. Id
in singulis edocendis non friuolę & caducis rationibus, sed vel apertis Pontificum summorum acceptioni-
bus, vel Conciliorum decretis, vel sanctorum Patrum dictis, vel probatorum iuris peritorum grauib; sen-
tentis & doctrinis vitur: quę res maiorem sibi honorem & operi auctoritatem merito est allatura. Ceterum
singula qualia sint, series & ordo docendi abunde demonstrabunt.

Bb 3

IN-

INCIPIIT TERTIA PARS DIRECTORII INQUISITORVM

Cum Commentarijs Francisci Pegnæ Sacra Theologia & iuris utriusque Doctoris.



TERTIA Pars huius Directorij officij inquisitionis est de practica huius officij, qualiter, scilicet, sit ipsum officium exequendum. & hic oportet tria videre. Nam primo videndum est, quomodo & qualiter inquisitionis processus hæreticæ prauitatis sit incipiendus. Secundo, quomodo & qualiter sit mediandus. Tertio, quomodo & qualiter sit sine debito terminandus.

QUOMODO ET QUALITER PROCESSVS IN CAUSA FIDEI EST INCIPIENDVS.

Inquisitori de nouo instituto quid agendum.



PRIMO est uidendum, quomodo, & qualiter processus in causa fidei est incipiendus. Vbi considerandum est, quod quando Inquisitor est à domino nostro Papa, uel ab alio eius uice, de nouo institutus in aliquibus regnis uel terris.

In primis debet se presentare Regi uel domino temporali illarum partium uel terrarum, in quibus est Inquisitor à Sede Apostolica deputatus, & facere sibi de sua commissione Apostolica plenam fidem: & post eidem supplicare, & exhortari, quod habeat eum, quo ad suum officium commendatum, præstando sibi (cum opus fuerit) consilium, auxilium, & fauorem: Exponendo eidem, quod ad hoc tenetur secundum canonicas sanctiones, si fidelis haberi cupit, (prout debet) & uitare uult multiplices penas iuris, que continentur in cap. Ad abolendam. de hæret. lib. 5. & in cap. Vt inquisitionis. de hæret. lib. 6.

Quibus factis, petere debet litteras saluaguardiæ, & protectionis à prædicto domino temporali, pro seipso Inquisitore, & eius socio, notario, & familia sua, ac bonis eorum: quæ officialibus illius domini dirigantur, & nihilominus quod dicti officiales Inquisitori pareant in capiendis hæreticos, credentes, receptatores, defensores, fautores, ac de hæresi diffamatos; ac in executione facienda contra prædictos faciant omnia & singula, quæ ad eorum officium spectant, pro extirpanda hæretica prauitate, & extollenda catholica fide, quando & quotiens ab Inquisitore, uel eius nomine fuerint requisiti. Et habeat ipse Inquisitor ab ipso rege uel principali domi-

no temporali, si & prout melius poterit, huiusmodi litteras saltem in substantia & effectu tenoris sequentis.

A Forma litterarum domini temporalis, quas debet impetrare Inquisitor quando est nouiter institutus.

Nei gratia Rex talis regni, dilectis & fidelibus uniuersis, & singulis officialibus nostris, & eorum locatentibus ubilibet infra dominiū nostrum constitutis & constituendis, ad quos presentes peruenerint: Salutem & dilectionem.

CVM Religiosus, dilectusque noster frater N. ordinis fratrum Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in regnis et terris nostro domino subiectis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus pro Dei seruitio, et cultu, seu exaltatione sanctæ fidei orthodoxæ, utque ipsum hæresis detestabile crimen à dictis partibus, quibus præsidemus (si fors alicubi uigeat, siue inoleat) ualeat extirpare, ad loca seu ad partes nostre iurisdictioni subiectas, et uobis commissas declinare quandoque habeat, seu etiam proficisci: Nosque uelut princeps catholicus, qui de manu Altissimi multa bona, uariosque honores recognoscimus recepisse, in prædictis et alijs, que diuinum concernunt obsequium, ipsi Deo conditori omnium placere (ut conuenit) plurimum cupientes, intendamus, immo et uelimus omnino fauorabilem dare locum, ipsumque Inquisitorem tanquam specialem Dei ministrum nostris prosequi gratijs et fauoribus opportunis: Ideoque uobis et unicuique uestrum dicimus, et expresse præcipiendo mandamus, sub pena nostre gratiæ et mercedis: quatenus quotiescunque dictum fratrem

fratrem N. Inquisitorem pro exercendo dictum officium, ad dicta loca seu partes uobis commissas contigerit se transferre, et pro uel super prædictis seculari brachium inuocando, uestrum auxilium postulare; eundem fratrem N. Inquisitorem fauorabiliter admittatis; capiendo seu capi faciendo quoscunque dictus Inquisitor de memorato facinore suspectos, diffamatos nouerit, seu etiam hæreticos quoscunque uobis duxerit nominandos: et capto etiam detinendo: et infra iurisdictionem uestram ad locum, de quo dictus Inquisitor uobis dixerit deducendo: necnon pena debita prestando eisdem, sicut ipse decreuerit, et est fieri consuetum: si uideret quando, et quotiens, et prout Inquisitor uos duxerit requirendos. Vt autem Inquisitor præfatus suum Inquisitionis officium securius et liberius exercere ualeat, nostro suffultus præsidio et fauore, Inquisitorem eundem, eius socium, ac eius notarium et familiam, res et bona eorum sub nostro speciali guidatico, custodia, et commenda ex nostra regali clementia benigne recipimus cum presentibus Mandantes uobis (ut supra) quod guidaticum seu protectionem nostram huiusmodi dicta Inquisitori, eius socio, notario ac familiæ, et rebus eorum inuiolabiliter obseruando, nullam iniuriam, nullumque dispendium, grauumen, aut damnnum aliquod eis inferri in personis aut bonis à quoquam permittatis: quinimmo provideatis eisdem de securo conductu, et transitu, si et prout per iam dictum Inquisitorem inde fueritis requisiti. Datum in tali loco, sub nostro sigillo in pendentibus, tali die, mensis talis, anno tali.

Emericus. Quibus litteris sic obtentis pariter & acceptis, accedat ipse Inquisitor ad Archiepiscopum seu Metropolitanum, Archiepiscopos seu Metropolitanos illius provincie seu illorum prouinciarum, ad quam uel quas exiit deputatus, & de commissione Apostolica sibi in fidei causa facta, etiam faciat plenam fidem: & consimiliter se habeat ad omnes & singulos Episcopos, seu eorum vicarios illarum diocesum, ad quas exiit deputatus, antequam in eorum diocesis suum officium exequatur: quod de commissione sua eis fidem faciat certiores. Nam aliis si antedem factam suum officium exequatur, poterit & merito tam per prelatos, qui per dominos temporales in suo officio molestari, ac etiam retardari pariter & requiri ne amplius procedat, quousque de commissione Apostolica sua eis fecerit plenam fidem.

Sicque facta fide, prelato illius diocesis, in qua uerit suum officium exercere, presentet litteras præfatas domini regis, seu domini temporalis officialibus suis in illa dicta diocesi, in qua disponit exequi suum officium antedictum, requirens eos, quod iuxta mandatum eis factum, capiant, uel capi faciant delatos de hæretica prauitate, ac faciant ea omnia, que ad eorum spectant officium, cum ab ipso Inquisitore seu eius nomine uel mandato fuerint requisiti.

Sicque facta fide de sua commissione & prelato, & domino temporali, ac presentato mandato dicti domini temporalis eius vicarijs, balliuis, seu alijs officialibus regimen habentibus, et potestatem capiendi & retinendi, quibusuis nominibus censentur, potest

A Inquisitor ipse, si uult, iuxta c. Ad abolendam & statum de heret. lib. 5. & c. P. & officium. s. statum de heret. lib. 6. exigere ac petere iuramentum ab officialibus prædictis domini temporalis, de defendenda Ecclesia contra hæreticam prauitatem, et ipsi Inquisitori parati iuxta officium ac posse suum: ac eos citandi quatenus coram eo compareant per litteras tenoris sequentis.

COMMENT. I.

Num. 1.

In primis debet se presentare Regi, uel domino temporali, & c. Traditurus Emericus quoscunque ad peragendum hæresis causam spectat, à iudice orditur, docens eum quid facere debeat cum primum est institutus, acceditque ad gubernandam prouinciam sibi creditam. hunc uero locum tractant etiam Tabiensis in sum. uerbo, Inquisitor. s. ro. nu. II. & Simancas de catho. instit. tit. 44. de ordine procedendi. nu. 1.

Neque hic ordo discrepat à iure communi: nam in l. obseruare. ff. de offic. proconsulis. ita cauetur: Antequam uero fines prouincie sibi decreta proconsul ingressus sit, edictum debet de aduertu suo mittere, & c. Sed Emericus in his alterius fortassis sanctionis doctrinam sequitur: nam in concilio Biterrensi cap. 1. de hoc ordine obseruando ita sancitur: Consulimus, ut intra terminos inquisitionis limitate uobis ad locum, de quo expedire uideritis, iuxta mandatum Apostolicum declinetis, ut inquisitionem de illo, uel de locis alijs faciatis, cum tutum non sit uos ad loca singula declinare: atque ibi conuocatis clero & populo, & proposito uerbo Dei, mandatum uobis factum, & aduentus uestri causam, lectis litteris, quarum auctoritate procedere habetis, sicut oportere noueritis, exponatis. hec ibi.

Neque ab his differt admodum bodiernus usus; nam Inquisitores quamprimum prouinciam sunt ingressi, litteras delegationis, quibus creati sunt Inquisitores, ostendere debent capitulo maioris Ecclesie, & consistorio ciuitatis, ut notum sit eos in crimine hæresis iudices esse. Conrardus Brunus lib. 1. de legatio. cap. 8. & cauetur etiam in Hispania prima instructio. Hispanen. c. 1.

Quibus factis petere debet litteras saluaguardiæ, & c. Sæpe monui, Emericum in hoc opere uti solitum uocibus uulgaribus nationis nostræ. nam quod latini asylum uocant, Hispani saluaguardiam dicunt, Itali tranquilliam, ergo per litteras saluaguardiæ, hic intellige tutrices & adiutrices litteras, seu, ut idem dicit, litteras protectionis, quibus iubetur exhiberi Inquisitoribus omnis immunitatis & fauoris plenus thesaurus.

Eundem fratrem N. Inquisitorem fauorabiliter admittatis, capiendo seu capi faciendo quoscunque, & c. Hoc ipsum præcepit cunctis seculi magistratibus Federicus Imperator in l. commissi nobis. s. 3. quam inter litteras Apostolicas in fine huius operis curauimus imprimendam, in hac uerba: Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis seu alijs locis imperij, per Inquisitores ab Apostolica sede datos, &

Inquisitori ingresso in prouinciã sibi decretam quid primũ faciendum.

Num. 2.

Litteræ saluaguardiæ quæ dicantur.

Num. 3.

Magistratus iussu Inquisitorum capere & custodire tenentur hæreticos.

alios orthodoxos fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos arctius custodire, donec per censuram ecclesiasticam condemnatos damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta & vitam damnabant. hec ibi.

Et eos ducere quo Inquisitores voluerint.

d ¶ Et infra iurisdictionem vestram ad locum de quo dictus Inquisitor vobis dixerit, deducendo.] Desumptum videtur ex rescripto Innocentij III. incipiente: Ad extirpanda. s. teneatur. el primo. vbi magistratibus secularibus hoc precipitur in hec verba: Teneatur autem Potestas, seu Rector quilibet in expensis communis, cui preest, facere duci eisdem hereticos ita captos, quocunque diocesanus vel eius Vicarij in iurisdictione, vel districtu diocesanij Episcopi seu ciuitatis, vel loci voluerit illos duci. hac ibi. que verba tametsi solis episcopis & eorum Vicarijs, hanc precipiendi hoc facultatem tribuere videantur, Inquisitoribus etiam competunt, vt initium & series eius rescripti indicant, declarauitque etiam Clemens III. alio rescripto incipiente: Ad extirpanda. quod est relatum inter litteras Apostolicas in fine huius operis.

Inquisitores ab omnibus debent protegi & defendi.

e ¶ Vt autem Inquisitor prefatus suum inquisitionis officium, & c. nostro suffultus presidio & fauore, inquisitorem eundem, & c. benigne recipimus cum presenti.] Hoc ipsum precepit Federicus Imperator vniuersis prefatis tam ecclesiasticis, quam secularibus in l. commisi nobis s. 10. in hac verba: Ad hoc notum fieri volumus, fratres Predicatores de ordine Predicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hereticos deputatos: ceteros quoque qui ad hereticos iudicandos accesserint, & venerint, nisi aliqui eorum ab imperio sint proscripsi, eundo, morando, & redeundo, sub nostra & imperiali defensione speciali recipimus: & quod apud omnes sub ope, & recommendatione fidelium imperij esse volumus inoffensos: vniuersitati vestre mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque vestrum peruenerint, benigne recipiatis eisdem: & personas ab incurfu hereticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. hactenus ibi. ex quibus Eymericus, hanc scribendi praxim subtiliter accepisse videtur.

¶ forte, omnibus

f ¶ Mandantes vobis (ut supra) quod guidaticum, seu protectionem, & c. In Directorio Sabeliano paulo fauorabiliora leguntur hac, in hunc modum: Mandantes vobis, vt dictum Inquisitorem, eius socios, notarios, & familiares, ac eorum res & bona ab huiusmodi guidagijs, datijs, portibus, ac ab alijs oneribus, & grauaminibus liberos, & expeditos esse faciatis, non permittentes eos pro huiusmodi aliquid soluere, aut eis damnum aliquid a quocunque inferri, siue pro personis, siue pro rebus: quinimmo prouideatis eisdem de securis transitu & portu, ac custodia, aut guidagio, sicut per eundem Inquisitorem fueritis requisiti. hec ibi. que privilegia exemptionum & immunitatis satis videntur colligi ex precipitata Federici lege.

A Et plane iustissimum est et aequissimum, vt Inquisitores, & eorum res & bona istis immunitatibus fruantur: nam si Doctoribus & scholaribus ratione publica utilitatis concessum est, vt ab omnibus muneribus, seu oneribus realibus & personalibus sint immunes & liberi l. i. c. qui etate, vel professio. se excusant. lib. 10. vbi Nicolaus de Neapoli, Lucas Penna, & alij communiter, & Guilielmus de Cuneo in tract. de numer. nu. 9. & Bartolus in l. sed & reprobari. s. amplius. nu. 4. ff. de excusatio. tuto. & copiose Horatius Lucius tract. de privilegijs scholarium in privilegio 57. profecto multo magis hoc Inquisitoribus debet tribui, cum causam fidei, qua ceteris preponderat, tueantur. Tradit Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. nu. 421. facit optime textus in cap. non minus. de immunit. ecclesia. vbi sacerdotibus Aegyptijs, quia religioni, & cultui suorum idolorum seruebant, de publico alimoniam administrari, & ab omnibus oneribus liberos fuisse, scribit Romanus Pontifex: quod multo magis in repub. Christiana competere debere sacre fidei censoribus exploratissimum est. faciunt que tradit Guido Papa decisio. 83. incipien. Die decima quarta. & alij, quos breuitatis causa omitto.

Inquisitores & eorum res ab omnibus oneribus sunt immunes.

B ¶ Quibus litteris sic obtentis, accedat ipse Inquisitor ad Archiepiscopum, & c.] Hodie qua ratione hoc fieri debeat, dixi paulo antea in principio huius commentarij: & conuenit penitus doctrina concilij Biterrensis cap. 1. quam supra etiam citauimus. h ¶ Poterit & merito, & c. in suo officio molestari, ac etiam retardari, & requiri ne amplius procedat.] Et causa in promptu est, quia nemo creditur delegatus, nisi probet delegationem. c. cum in iure. de offic. delegati. itaque si virtute mandati sibi facti procedere cupit, mandatum ostendere, et probare debet. de quo vide que eleganter & copiose tradit Conradus Brunus lib. 1. de legationibus, cap. 8.

Num. 4

g ¶ Quibus litteris sic obtentis, accedat ipse Inquisitor ad Archiepiscopum, & c.] Hodie qua ratione hoc fieri debeat, dixi paulo antea in principio huius commentarij: & conuenit penitus doctrina concilij Biterrensis cap. 1. quam supra etiam citauimus. h ¶ Poterit & merito, & c. in suo officio molestari, ac etiam retardari, & requiri ne amplius procedat.] Et causa in promptu est, quia nemo creditur delegatus, nisi probet delegationem. c. cum in iure. de offic. delegati. itaque si virtute mandati sibi facti procedere cupit, mandatum ostendere, et probare debet. de quo vide que eleganter & copiose tradit Conradus Brunus lib. 1. de legationibus, cap. 8.

Ibidem. Nemo creditur delegatus nisi delegationem probet.

D Forma litterarum vocandi officiales temporales, vt compareant coram Inquisitore.

Rater N. & c. ordinis Prædicatorum ¶ Inquisitor hæreticæ prauitatis in terris talis domini, à sancta sede Apostolica delegatus, venerabilibus & dilectis in ciuitate tali, vicario, balliuo ac consulis: Salutem, & mandatis nostris, immo verius Apostolicis, prompto animo obedire.

CVM Propter inquisitionis hereticorum nobis iniunctum officium, & etiam propter vestrum, habeamus super negotijs fidei vna vobiscum aliqua pertractare: idcirco auctoritate domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, et iniuncti nobis officij, vos et quemlibet vestrum rogamus et requirimus per presentes (quamuis possimus precipere et mandare) sed de promptitudine zeli vestri in causa maxime fidei minime dubitantes; quatenus omnibus negotijs prætermisissis, die tali, quæ computabitur talis dies, mensis talis, et hora tali ad talem locum domus fratrum Prædicatorum talis loci certa ratione ad nos personaliter veniat.

niatis. Datum in tali loco, die tali, talis mensis, anno tali.

8 ¶ Quod si comparuerint, Inquisitor verbis exhortetur eos, quatenus præsentent ei iuramentum corporale, de defendenda Ecclesia contra hereticos iuxta posse & officium suum, faciendū eis legi per notarium prædicta capitula seu decretales in vulgari. Quibus factis, vt magis appareat de iustitia & eorum obedientia, mouebit eos, ac requiret in præsentia proborum, & maxime personarum ecclesiasticarum, quatenus faciunt antedicta per litteras tenoris sequentis.

Compareret adhorretur ad præstadium iuram.

COMMENT. II.

¶ Quoniam multis Pontificum rescriptis (de quibus in 2. par. copiose egit Eymericus) iubentur quarumlibet ciuitatum magistratum iure ad nutum Inquisitorum se inuolubiliter obseruatuos quascunque leges aduersus hereticos editas, & expurgatuos ciuitates suas ab heretica prauitate, & captiuos hereticos. & prestituros ipsi Inquisitoribus auxilium, consilium, & fauorem, quos si prædicta prestare renuerint, possunt Inquisitores compellere per ecclesiasticas censuras propterea Eymericus qua ratione ea iuris præcepta ad praxim renouentur, industria singulari propositis exemplis edocet. addita præterea forma absolutionis, ab eisdem censuris, vt cuncta ad amissim intelligantur, idque vt que ad titulum de instruendo vicario, seu commissario.

Num. 7.

a ¶ Ordinis predicatorum] Fratres ordinis Predicatorum in his semper nominantur, quia initio delegatæ inquisitionis contra hereticam prauitatem, hi cum fratribus Minoribus ordinis B. Francisci huic muneri fuerunt precepti, quod vsq. in hodiernam diem exercent adhuc in vniuersa fere Italia.

Modus scribendi Inquisitorum.

b ¶ Et mandatis nostris, immo verius Apostolicis.] Obseruandus est hic modus, quem scribendo Inquisitores usurpant, quo ideo vtuntur, quoniam Pontificis summi personam representant, vt notat Abbas in c. sane. de offic. delegati. & Campegius apud Zanichinum c. 8. quod ad amplam eorum dignitatem spectat. is autem scribendi modus desumptus videtur ex rescripto quodam Innocentij III. incipiente: Orthodoxæ fidei, circa finem ibi: Si vero nostris in hoc, immo potius Apostolicis acquiescere monitis non curauerint, & c.

Forma litterarum requirendi officiales temporales vt præstent iuramentum.

Rater N. & c. ordinis Prædicatorum ¶ Inquisitor hæreticæ prauitatis in terris talis domini, à sede Apostolica delegatus specialiter, Venerabilibus, vicario, balliuo, ac consulis talis ciuitatis, seu loci: Salutem, & mandatis nostris, immo verius Apostolicis, prompto animo obedire.

CVM A statutis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & præsertim super negotijs fidei, in qua eiusdem matris Ecclesiæ fundamenta à domino nostro Christo posita dignoscuntur, & firmiter stabilita, nullus vere catholicus debeat deuiare, sed potius secundum eius officium promotere totis viribus & cõplere: idcirco nos frater N. ordinis Predicatorum prouincia talis, à sede Apostolica specialiter delegatus, auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, & iniuncti nobis officij: Vos venerabiles Iuratos, Balliuum, Subballiuum, Vicarium, & subuicariū ciuitatis talis, generaliter, & quemlibet vestrum singulariter monemus per presentes, & requirimus de presenti, quatenus præstetis ad sancta Dei Euangelia (vt est iuris) publice iuramentum, de obseruandis Imperatoris Federici legibus, & statutis super negotio fidei editis, & hæreticæ prauitatis, secundum formam & modum per nos secundum statuta Ecclesiæ exprimentum. Si autem (quod absit) contempseritis, & renueritis mandatis Apostolicis & nostris in hoc negotio obedire, denuntiamus vos per nos mucrone anathematis feriendos, & vestris publicis officijs spoliandos in posterum etiam, & priuandos, secundum auctoritatem Apostolicam & canonicam statuta. Datum, & cetera.

¶ Quibus litteris eis lectis, si prædicti officiales taliter requisiti consenserint ac se velle dixerint præstare antedictum iuramentum, præstabunt, ibidem, vel in Ecclesia publice, vel in loco, de quo videbitur: præstatum autem iuramentum præstabunt flexis genibus libro Euangeliorum stante ante eos, & ipsis officialibus ponentibus manus ad librum prædictum per verba, & formam tenoris sequentis.

10 Consentientes genuflexi iurabunt.

COMMENT. III.

Num. 9.

D E obseruandis Federici legibus super negotio fidei editis.] Tunc has leges Federicus Patavi, easque promulgauit 22. die Februarij indictione 12. prima incipit: Commisisti nobis celsitus. secunda: Inconfutilem. tertia: Patarenorum. quarta: Catharos. has multi Pontifices Romanolim inuolubiliter obseruari iusserunt. Innocentius III. rescripto incipiente: Cum aduersus. Verbanus III. alio incipiente: Licet ex omnibus. Alexander III. & alij, vt constat ex litteris Apostolicis, quas in fine huius operis imprimendasaueruimus, vbi & has leges habes insertas, & earum nonnullas nunc primum in lucem editas. tandem Bonifacius octauus easdem leges iussit obseruari, vt patet in c. vt inquisitionis. s. 1. de h. gret. lib. 6. huius rei hoc loco non immemor Eymericus hanc clausulam prudenter apposuit.

Federici leges contra hæreticos multi Pontifices confirmant.

Nec modo ad obseruandas Federici leges, sed etiam ad quælibet alia statuta tam ecclesiastica quam secularia cogi possunt seculi magistratus per Inquisitores hereticæ prauitatis, vt constat in primis ex duobus rescriptis. Innocentij III. incipientibus: Orthodoxæ fidei. que sunt impressa in bullario litterarum Apostolicarum, cavitque etiam nominatim concilium Biterrense cap. 3. 1. in hac verba: Vt autem adiuvante Domino hæresis melius extirpetur & citius: fidesque plantetur in terra, statuta & iura per sedem Apostolicam, eiusque legatos, ac principes super his edita, faciatis plenissime obseruari. hac ibi. Ad hoc autem per censuram ecclesiasticam cogi possunt, vt in præcatis Innocentij III. rescriptis continetur.

Item leges quaslibet iurabunt obseruari.

Forma

Forma præstandi canonicum iuramentum de defendenda Ecclesia contra hereticam prauitatem.

Os talis Vicarius talis ciuitatis vel loci, & talis subballiuus, & talis balliuus, & talis subballiuus, & tales consules, vel Iurati ciuitatis talis, vel loci, ad requisitionem & monitionem venerabilis præfati domini Inquisitoris fratris N. tanquam veri fideles & obediens Ecclesiæ sanctæ Dei...

Recusantes ad monitionem, &c.

Num. 11.

Turamentum magistratuum quid contineat, cū iustu Inquisitorum iurant.

COMMENT. IIII.

Hoc etiam canonicum iuramentum præstandum ubi singillatim expressit, quæ in hoc iuramento contineri debeant, quæ quoniam claram lucem sunt loco huic allatura, non diximus omittenda. habet autem concilium ita: Adiecto in iuramento Comitum, Baronum, Rectorum, & Consulium, ac Bailliuorum

ciuitatum, ac aliorum locorum, quæ fideliter & effaciter, cum ab eis fuerit requisitum, Ecclesiam contra hereticos & eorum complices adiuuabit, iuxta officium & posse suum, & de terris suæ iurisdictioni subiectis bona fide pro viribus exterminare studebunt vnuerfos hereticos ab Ecclesia denotatos. hæc tenet ibi.

In Statutis Urbis Romæ lib. 1. cap. 7. de iuramento Senatoris de hac quoque re ita cauetur. Senator statim cum Capitolium ascenderit ad officium exercendum, iuret in manibus Conseruatorum ad sancta Dei Euangelia, &c. Inquisitoribus hereticæ prauitatis contra hereticos, quando cumque fuerit requisitus, fauorē, & auxiliū præstaret, &c.

Illud monebo posse ac debere Inquisitores pro re ipsorum varietate, ac hæresum pullulantium qualitate adijcere in hoc iuramento eas clausulas, quas oportunas iudicauerint, veluti nostris temporibus se adiuuatos Ecclesiam contra Lutheranos, Caluinistas, & ceteros hereticos quibuscunque nominibus censeantur: possunt autem huiusmodi iuramenti formula facile ab eruditis concipi, nunc fustoribus, nunc breuioribus verbis, dummodo in substantia complectantur, quæ a concilio Biterrensi præscribuntur. eiusdem quoque iuramenti meminit Zanchinus tract. de hæret. cap. 37. eum videto.

Item quæ non committimus balliuas, fayonias, vel aliqua officia publica, quibusuis nominibus censeantur, alicui de huiusmodi personis pestiferis, vel suspectis ac diffamatis de hæresi: nec alicui, cui impositum fuerit ratione criminis hæresis, vel aliâ prohibito ab Inquisitoribus, vel à iure, quæ publicis officiis non fungatur: nec eos, vti prædictis, nec tenere publica officia permittemus. Item quæ nullum de prædictis recipiemus, nec habebimus in nostra familia, vel consortio, vel seruitio, nec in nostro consilio scienter: & si forte contrarium factum fuerit ignorant, illos postquam ad notitiam nostram per Ecclesiam, vel Inquisitores hereticæ prauitatis, vel eorum Commissarios peruenierit, proximis expellemus: & quod in his & in aliis, quæ ad officium inquisitionis hereticæ prauitatis pertinet, erimus obediens Deo & Romæ Ecclesiæ, & Inquisitoribus eiusdem hereticæ prauitatis iuxta officium & posse nostrum: sic nos Deus adiuuet, & hæc, super quibus iuramus, sancta Dei Euangelia manibus propriis per nos tacta.

Si autem fortasse lectis dictis officialibus litteris antedictis, ac sic verbo litteratorie requisitis spatium deliberandi petierint, & tandem recusauerint præstare iuramentum antedictum: tunc transactis aliquibus paucis diebus Inquisitor requirit eos, vel requiri faciet sub pena excommunicationis, per litteras tenoris sequentis.

Iam Bailliuæ & fayoniæ voces sunt vulgares. Prima, Gallicana, quæ significatur potestas eorum, qui exercit iudicium decreta & ministeria, siue eorum qui imperia iudicij exequentur, quales sunt apparitores, lictores, & ceteri ministri. Altera est Hispana antiqua, quæ indicatur officium satellitum, apparitorum, seu ministrorum ipsorum iudicium, seu magistratum.

Hereticus aut credenti bus, & ceteris similibus non sunt administrationes committenda.

stratum criminalium, quos Itali vocant sbirros. perinde est ergo ac si diceretur, non faciemus ministros, eos qui male de fide sentiant, aut hereticis faueant: siue non præficiemus tales officiis publicis aut honorificis administrationibus: nam per illud verbum, bailliuas, id quoque potest significari, vt videtur indicare concilium Biterrense c. 28. ibi: Et ne Bailliuas seu administrationes teneant.

Hereticus, aut suspecti non debet esse in familia, aut consilio potentum.

Item quod nullum de prædictis recipiemus, nec habebimus in nostra familia, vel consortio, vel seruitio, nec in nostro consilio scienter. Desumptum valde prudenter ex concilio Tolosano, & concilio Biterrensi, in quorum primo cap. 16. ita scriptum est: Sed nec eos (scilicet hereticos, aut eorum credentes) aut etiam aliquos diffamatos de hæresi, vel quos credunt de hoc esse suspectos, in sua familia, vel suo consilio, habere, vel retinere præsumant. hæc ibi. In Biterrensi vero cap. 28. idem cauetur his verbis: Et ne Bailliuas, seu administrationes teneant, nec sint in consilijs, vel familijs potentum, &c. Sunt hæc valde insignia, & diligentissime perpendenda in hac hæresis causa: nec vllus est in hac praxi locus, qui non habeat receditam eruditionem, desitit Eymérico stylus elegans, sed non prudentia, & profunda rerum cognitio, cum nihil fere dicat, quod probatis auctoritatibus non nitatur, quamuis eas ipse non citet; quo magis miror quorundam inuictam fortassis sententiam, asserentium hæc omnia vel abijisse iam in desuetudinem, vel facile conuennenda, cum meliora ex cogitari possint, quod nusquam putarem audiendum.

Forma litterarum requirendi, & monendi officiales temporales, vt præstent iuramentum sub pœna excommunicationis.

Rater N. ordinis Prædicatorum in talibus terris, seu dominio talis domini, Inquisitor hereticæ prauitatis à sancta fide Apostolica specialiter delegatus venerabilibus & in Christo nobis dilectis, tali Vicario, tali Balliuo, tali Subballiuo, & talibus Consulibus talis ciuitatis, vel loci: Salutem, & mandatis nostris, immo verius Apostolicis firmiter obediere.

Cum omnes renati fonte baptismatis, & præsertim domini temporales, consules, officiales & aliarum prouinciarum, ciuitatum, castrorum & locorum rectores, & regimini præfidentes, teneantur in defensione sanctæ fidei orthodoxæ, & extirpatione prauitatis hereticæ, iuxta posse & officium suum Ecclesiam adiuuare, si fideles haberi cupiunt, & tales à ceteris reputari; & hoc iurare cum ab Episcopis, vel Inquisitoribus fuerint requisiti, si vitare cupiunt graues & multiplices penas iuris, prout docent canonica instituta: Et nos qui ad ciuitatem talem venimus causa fidei, & exultimus de præfenti, habemusque in ea nonnulla fidei ardua negotia peragere pro sancta fidei defensione, & extirpanda heretica prauitate; quod facere commode nequimus, nisi vestrorum inuocato auxilio bra

chij secularis: Ea propter auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte: Vos & vestrum quemlibet requirimus & monemus, ac monendo in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis in iure contentis præcipimus, & mandamus, quatenus post tres dies naturales proxime & immediate sequentes, quorum primum pro primo, secundum pro secundo, & tertium pro tertio termino, & peremptorio, ac trina monitione canonica assignamus; scilicet die tali proxime & immediate sequenti veniatis in terram talem, & tali hora, & in tali loco coram nobis corporaliter compareatis, & corporale iuramentum ad sancta quatuor Dei Euangelia ibi nobis & coram nobis præstetis, iuretis; & promittatis, quod toto tempore vestri regiminis in officio memorato fideliter & efficaciter, cum à nobis fuerit requisiti, Ecclesiam contra hereticos & eorum complices adiuuabit, bona fide, iuxta officium & posse vestrum. Et nihilominus quod inuolabiliter seruabit, & seruari facietis in terris vestræ iurisdictioni ac regimini subiectis, constitutiones contra hereticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores ipsorumque filios, & nepotes à sede Apostolica promulgatas, ac etiâ approbatas. Si autem (quod Deus auertat) nostrorum monitorum, mandatorum, & præceptorum, immo verius Apostolicorum immemores extiteritis, & rebelles præfatis nostris monitis, & mandatis, infra prætaxatum vobis terminum non parendo, sciatis vos & vestrum quemlibet, sic rebellem, contumacem, & inobedientem, vel sic rebelles, contumaces, & inobedientes nobis, immo reuera Ecclesiæ sanctæ Dei, excommunicationis sententia innodatum, & innodatos: quam excommunicationis sententiam in vos, & vestrum quemlibet, sic inobedientem, contumacem & rebellem nobis; immo sanctissimo nostro Papæ, nunc vt extunc, & tunc vt ex nunc, vestra contumacia exigente & iustitia requirente in his scriptis sententialiter promulgamus. Notificantes, quæ si permiseritis vos præfata nostra sententia innodari, procedemus contra vos ad penas alias debitas grauiore, & ad incurfionem earundem, prout ius & iustitia suadebunt. Datum sub nostro sigillo, die tali, mensis talis, anno tali, ac loco tali.

Quibus litteris presentatis, si infra eis terminum assignatum comparuerint, & iurare consenserint, iurent secundum formam superius expressam. Si autem non comparuerint, elapsa dicto termino, publicentur excommunicati, & publicari mandentur in Ecclesia cathedrali, saltem per litteras tenoris sequentis.

COMMENT. V.

Multis rescriptis Apostolicis conceditur Inquisitoribus, vt possint seculares magistratus compellere per censuram ecclesiasticam ad præstandum iuramentum, & de custodiendis legibus in hereticos editis, & de extirpandis eisdem e terris suis: nam, vt cetera omittam, Innocentius III. rescripto incipiente: Orthodoxæ fidei. hæc illis aperitissime tribuit facultatē, ibi: Si uero nostris in hoc, immo

tal. personaliter tal. personaliter

Si non obediuerint de clarentur excommunicati, &c.

Num. 13. Magistratus sæculi compelli possunt ab Inquisitoribus ad præstandum iuramentum.

immo potius Apostolicis acquiescere monitis nō curauerint, ipsos ad id per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota cogatis. *hæc ibi: quæ quæ ratione debeant ad praxim renouari, opportune docet hoc loco Emericus.*

¶ Et nihilominus quod inuolabiliter seruabitur, &c. constitutiones contra hereticos, &c. **¶** Multæ sunt Pontificum extraneantes in fine huius operis impressæ, quibus præcipitur seculi magistratibus, ut constitutiones et leges contra hereticos latas obseruent. Innocentius III. sepe cauit per bullam incipien. Orthodoxæ fidei. item per bullam incipien. Ad extirpanda. s. Statuimus. ubi ita scriptum est: Statuimus, ut Potestas seu Rector, qui ciuitati præest, uel loco alij ad præfens, aut pro tempore præfuerit in futurum in Lombardia, Romanola, uel Marchia Teruifana, iuret præcise & sine tenore aliquo attendere inuolabiliter & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis, tam in ciuitate uel loco sui regiminis, quam in terris suæ ditioni subiectis, omnes & singulas tam infra scriptas, quam alias constitutiones & leges tam canonicas, quam ciuiles editas contra hereticam prauitatem: & super his præcise obseruandis recipiet à quibuslibet sibi in potestaria uel regimine succedentibus iuramenta: quæ qui præstare noluerit, pro Potestatibus uel Rectoribus nullatenus habeantur. *hactenus ibi. Huc quoque spe Etat quod sancit Bonifacius Octauus in c. Ut inquisitionis. de hæret. lib. 6.*

Forma denunciandi excommunicatos prædictos officiales.

15

¶ Rater N. ordinis prædicatorum, &c. Inquisitor, &c. dilectis nobis in Christo curatis clericis talis Ecclesiæ cathedralis, ad quem, uel quos præfentes peruenerint: Salutem & mandatis nostris, immo uerius, & cetera.

Vobis, & cuiilibet uestrum notum facimus tenore nostrarum presentium litterarum, quod die tali de mense tali, & de anno tali, assistentibus nobis talibus ac in tali loco, uocauimus ad nos uenerabiles talem Vicarium, & talem Subuicarium, talem Balliuum, & talem Subballiuum, & tales Cōsules talis ciuitatis, uel loci, & requisiuimus uerbo prius, postmodum litteratorie: quatenus præstaret nobis iuramentum (ut tenentur) secundum canonicas sanctiones, quod quocumque per nos requirerentur, ut Ecclesiam contra hereticos, & eorum complices adiuuarent bona fide, & iuxta officium & posse suum, et cetera facerent, quæ in dictis litteris continentur. Cum que parere noluerint, ut tenentur, requisiuimus eos ac monuimus, et requiri ac moneri sub pœna excommunicationis fecimus, quatenus dictum iuramentum præstarent infra certum eis terminum assignatum, ut patet per nostras litteras tenoris sequentis. *Inseratur tota immediate littera antedicta, & continetur sic:*

Verum cū talis Vicarius, uel Consules, ac Balliuus, &c. antedicti: nostris præfatis monitis &

A mandatis, immo uerius Apostolicis, nō paruertunt cum effectu, contemnendo præstare petitum iuramentum canonicum antedictum, propter quæ antefatam excommunicationis sententiam incurserunt, ut cōtumaces nobis & rebelles, immo uerius sanctissimo domino nostro Pape, et Ecclesiæ sanctæ Dei, ideo auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte uobis & cuiilibet uestrum dicimus, et in uirtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis præcipimus, et mandamus, quatenus tali die proxime uenienti, et in omnibus & singulis alijs diebus Dominicis & festiuis, & tandem quousque à nobis oppositum habueritis in mandatis, populo denuntietis in tali Ecclesia uel tali, in Missa maiori, quado maior erit ibi multitudo populi atque cleri, prædictos talem et talē fore per nos excommunicatos, et tanquam uere excommunicatos uiteis, et faciatis ab alijs euitari, tantum et tam diu, donec de absolutione eorum legitime uobis constet: Et has nostras reddatis latiori presentium cum subscriptionibus uestris, continentibus diem et horam receptionis uestræ in signum mandati completi, positus in eisdem. Datū sub nostro sigillo, die tali, mensis talis, anno tali, et loco tali.

† al. & tādū

C Quibus denunciatis, si præstare uoluerint iuramentum canonicum antedictum, præstabitur secundum formam in antea expressam, & absoluentur à sententia excommunicationis: in iuncta eis aliqua dura pœnitentia arbitraria saluari: ut pote quod certis diebus Dominicis, uel festiuis, habeant stare dum Missa maior dicitur, & populi maior fuerit multitudo, in porta Ecclesiæ, uel in gradibus ante altare, capucio & sotularibus depositis, tenendo in manu cereū tantū ponderis, offerendum sacerdoti Missa terminata, seu diuino officio celebrato. *Vel quod hoc faciant omni uel certo tempore, quādo conuerit Inquisitorem pro fide sermonem facere generalem. Vel iniungatur alia pœna, de qua magis uidebitur expedire, per modum tenoris sequentis.*

16 Penitentia publica iniuncta talibus si respiciat.

COMMENT. VI.

I Niuncta eis aliqua dura pœnitentia arbitraria saluari. **¶** Optime dicit, arbitraria: quoniam licet ob id quia reuersi fuerint, euitauerint pœnas, de quibus in c. ad abolendam. s. penult. & in c. excommunicamus. s. moneantur. de hæret. & in authent. si uero dominus. c. de hæret. ubi interpretes: nihilominus ob delictum præcedens puniendi sunt. & quia tunc pœna non est à iure taxata, propterea arbitrio iudicantis relinquitur imponenda. c. de causis. extra de offic. deleg. & tradit Panormitanus in cap. admodum. de renuntiat.

Num. 17.

Hæc uero pœnæ de quibus hoc loco Emericus, non debent acerba uideri, cū delictum fuerit grauissimum: nam non obedire Inquisitori in his quæ ad fidem spectant, ingens scelus est. poterunt autem alia mitiores excogitari, ueluti copiosa elemosyna, pū loci ædificatio, & similes, dummodo delictum non maneat impunitum, & ceteri timere discant.

Quibus pœnis & qualiter puniendi magistratus, qui Inquisitoribus nō obediunt.

Illud tamen est hic diligentissime obseruandum, in puniendis magistratibus multa prudentia opus esse, &

esse, & cauendum est, ne illi superbia efferantur, & magis peccent, ac in grauiore errores incidant. quamobrem priusquam ad has angustias, & difficultates perueniant, conari debent Inquisitores salubribus monitionibus eos commouere ad obediendum & parendum mandatis Ecclesiæ, & raro censere agendum cum ipsis imperiose.

Meminerint Inquisitores se imbelles esse, ac egerre secularium magistratum auxilio, quorum propterea amicitiam & beneuolentiam debent sibi conciliare. Ceterum cum ad has tandem uentum est calamitates, ut illi obedire ueniant, & propterea sint puniendi, tutius est inferioribus Inquisitoribus, ut superiores consulant, ut generales Inquisitores, summusue Pontifex statuunt quid in tam graui causa, agendum esse uideatur.

Atque hoc est maxime obseruandum, in liberis ciuitatibus, in quibus principes & magistratus nullū dicunt se recognoscere superiorem: in his enim raro poterunt Inquisitores suam omnem iurisdictionem exercere, secus in illis, in quibus minores magistratus superiores recognoscunt, & illi fidei ardentem fident in his enim hęc pœnitentiæ, de quibus hic Emericus, iniungi poterunt, quas & nos quandoque imponi uideamus.

Iam quæ ratione procedi debeat contra dominos temporales, qui nolunt Inquisitoribus obedire, traditur copiose in rescripto Innocentij III. incipiente: Ad extirpanda. Et docent breuiter Simancas de catho. instit. tit. 2. nu. 8. & 9. & Repertorium Inquisitorum uerbo, dominus. & alij.

Forma absoluendi prædictos à sententia excommunicationis.

18

¶ Am dīcti excommunicati flectentes genua iurabunt stare mandatis Ecclesiæ: & post statim dicitur per Inquisitorem & alios ibi presentes Psalms: Miserere mei Deus, uel: Deus misereatur, uel aliquis alius. Quo dicto, dicitur Kyrieel. Christeel. Kyrieel. Pater noster. Et ne nos, &c.

Saluos fac seruos tuos. Deus meus sperantes in te. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. **P**RÆTENDĒ Domine famulis tuis dexteram celestis auxilij, ut te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, assequantur. Præsta, quæsumus domine, his famulis tuis dignum pœnitentiæ fructum, ut Ecclesiæ tuę sanctæ, à cuius obedientia deuiauerant delinquendo, dono tuæ gratiæ reformentur. Per Christum dominum nostrum. Et addat Inquisitor:

Et nos auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, absoluius uos, & uestrum quemlibet à sententia excommunicationis maioris, qua fueratis per nos legitime innodati, pro eo quia cōtumaciter recusaueratis ad nostri requisitionem præstare canonicum iuramentum, de sancta Ecclesia defendenda contra hereticam prauitatem;

& restituo uos & quemlibet uestrum sacramentis Ecclesiæ: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Et dicitur eis sic: Vos iurastis stare mandatis Ecclesiæ, & nos mandamus uobis sub uirtute iuramenti per uos præstiti, quatenus pro pœnitentia saluari uos singulis diebus Dominicis faciatis hoc uel illud. Iniungetur eis pœnitentia salutaris, prout honori fidei uideatur melius expedire.

Quibus absolutis, mandabitur prædictis rectoribus Ecclesiarum, qui eos excommunicatos denuntiauerunt, quatenus eos de cetero habeant pro absolutis, nec deinceps hac de causa eos uideat, nec faciant ab alijs uitari: sed potius eos ad diuina admittant, & admittere faciant, prout ante per litteras tenoris sequentis.

COMMENT. VII.

I Am dīcti excommunicati flectentes genua iurabunt stare mandatis Ecclesiæ. **¶** Valde prudenter Emericus hoc loco regulis iuris semper hęcens, admonet, quid fieri debeat ab absoluto, et quid sit præstandum ab absoluto, ut beneficium absolutionis impendatur.

Num. 18.

Primo ergo est, ut qui absoluendus est, antequam beneficium absolutionis consequatur, inuicemurando promittat, se subiturum & facturum eam pœnitentiam, quam Ecclesia, seu iudex Ecclesiæ nomine sibi iniunxerit. potest autem hoc iuramentum bifariam ei per Inquisitorem præscribi. Primo ut dicat ita: Ego iuro me pariturum mandatis Ecclesiæ.

Iuramentum de parendo mandatis Ecclesiæ præstitum ab eo qui absolutus.

¶ Vel ita: Ego iuro quod stabo, & obediam mandatis tuis. Quod aperte colligitur ex c. ex tenore. de senten. excom. ibi: Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo iuramento, quod tuo debeat mandato parere, ipsum uice nostra à sententia, qua tenetur, absoluas: *hęc ibi: Atque hoc postremum fieri posse dixit ibidem Archiepiscopus. quæ sententia in hoc grauissimo crimine uera est. nec pertimescat qui absoluitur iurare de parendo mandatis iudicis: quoniam iudex non debet sibi postea iniungere iniqua mandata, nec absolutus est obligatus nisi ad iusta, rationabilia, possibilia, & honesta mandata exequenda. argumen. l. si societatem. s. arbitrorum. ff. pro socio. & tradit Hostien. in dicto cap. ex tenore. de sent. excommuni. & paulo post dicemus in hoc eodem commentario.*

Sed antequam ad cetera progrediar, id quod est scitu dignissimum in hac causa in primis est indagandum: Quando scilicet requirendum est iuramentum de stando mandatis Ecclesiæ, ac primum hoc generaliter uidetur uerum, ab omni redeunte ad Ecclesię gremium exigendum esse hoc iuramentum, maxime uero ab illis, qui suspicionem hæresis quamcumque contraxerunt, & abiurant, cum nulla abiuratio fiat, in qua abiurantes non præsent hoc iuramentum de parendo mandatis Ecclesiæ, seu Inquisitoris: nam inter abiurandum præter cetera profitentur ac spondent se subituros omnem pœnitentiam, quam pro delictis de creuerint Inquisitores iniungere.

Iuramentum de stādo mandatis Ecclesiæ quando exigendum.

Ad hęc, obseruandum est, eos qui circa fidem delinquant, bifariam posse Ecclesiam offendere, primo,

primo, male solum credendo, ac etiam hereses emul-gando: secundo, cum preter malam credentiam, alia quoque facinora adiungunt, ut si ecclesias cõburant: imagines deleant: catholicos interficiant, & his similia perpetrent. Si primo modo delinquant, & reuertantur priusquam ab excommunicatione absoluantur, potest Inquisitor si vult exigere ab ipso redeunte non modo iuramentum de parendo mandatis & ecclesie, verum etiam cautionem & fideiussores sub pœna pecuniaria de parendo mandatis, et penam exigere si non pareat. Zanchinus tract. de heret. cap. 16. num. 9. vers. poterit insuper. & Repertorium Inquisitorum verbo, cautio. s. cautionem, quod euidentiùs probatur per rescriptum Innocentij IIII. incipiens: Cum per nos litteras: relatum inter litteras Apostolicas in fine huius operis. sed in terminis hoc cauit Alexander IIII. rescripto incipiente: Super extirpatione. quod Zanchinus & Repertorium præcitatis locis tribuit Innocentio IIII. tametsi eius etiam esse potuerit.

A pecuniariis penitentibus quatenus abstinentiam.

At quamvis hic possint Inquisitores, honestius tamen est ab huiusmodi recipiendis cautionibus sub pœna pecuniaria abstinere, ne quid potius avaritiæ occasione, quàm religionis amore facere videantur, ut monuit valde salubriter concilium Narbonense c. 17. in hæc verba: Ab huiusmodi enim pecuniarijs penitentibus, & exactiõibus vobis est abstinentiã pariter & parcendum propter vestri ordinis honestatem. hæc ibi.

Non tamẽ ambigo interdum tutissime hoc fieri posse, præsertim cum illi, qui reuertuntur avari sunt & tenaces, qui facile à peccato abstinere, ne penam pecuniariam, ad quam se obligauerunt, soluant: quod etiam videtur monuisse concilium Narbonense c. 13. ibi: Ab ipsiis talibus ac tantis exactiõibus securitatibus, præter iuratoriã cautionem, quod timore pœnæ temporalis, ab excessu simili debeant coerceri. hæc ibi. Quod explicat erudite Zanchinus tract. de hereticis c. 19. dum docet quando possint Inquisitores pœnas indicere pecuniarias.

Aboluendi præsertim damni dati reparationem si potest.

Quod si secundo modo deliquerunt, de stricta iuris ratione non prius videntur recipiendi, nec absolucndi, quàm præstiterint sufficientem damni dati valorem & reparationem iuxta proprias facultates. c. porro. & c. parochianos. de sentent. excom. ibi. Eos monere debes ac inducere, vt ips quos læserunt congrue satisfaciant. & ibi: Ipsiq; faciatis sicut excommunicatos arctius euitari, donec legis congrue satisfaciant. Tradunt ibi Panormitanus & alij communiter, & Syluester copiose in verbo, absolutio. 3. nu. 3.

Si vero statim prestare non potest illati damni reparationem vel ob inopiam, vel ob alias causas, data cautione idonea, pignoratitia videlicet, aut fideiussoria de satisfaciendo vbi poterit, aut peruenerit ad pinguiorẽ substantiam, erit absolucndus c. Odoardus. de solutio. c. ex parte. el primero de verbo. signifi. sin autem idoneam cautionem prestare nequiverit, fors is ob inopiam; tunc iuratoriã exhibebit, & absolucetur. argumento c. si presbyter. 26. quest. 6. atque hæc quidem præstanda videntur à redeuntibus ad Ecclesie gremium: quamvis aliquando, vel ob contumaciam vehementem, humilitatem, lacrymas, vel

A ob alias causas remitti multa possint penitentibus & condonari; quæ arbitrio prudentis Inquisitoris relinquuntur.

b ¶ Et post statim dicitur per Inquisitorem, & alios ibi presentes Psalmus, & c. [Hoc est alterum quod exigitur ad absolucendum excommunicatum redeuntem, nempe, vt ab eo qui habet potestatem absolucatur, præmissa oratione Dominica, & alijs cõsuetis orationibus; addita solita & vsitata absolucionis formula, de qua hic Emericus. adde Gratianum in cap. cum aliquis. 11. quest. 3. eleganter Burchardus lib. 11. decretorum, cap. 8. ex quo totus hic locus lumen accipiet. & c. à nobis. el segun-do. circa finem. de sentent. excom. ibi: Absolucio-nis autem forma seruetur, vt fiat cum penitenti-ali psalmo, & tam oratione Dominica, quàm alia consueta. hæc ibi.

Quod vero Inquisitores hodie vbique laudabili-ter obseruant, dum absolucunt redeuntes, quos virgis molliter percutiunt, quamuis nullo iure cau-tum esse videatur quod ego sciam; id tamen obser-uant Hostien. & alij in dicto cap. à nobis. & Syl-uester in sum. verbo, absolutio. 3. num. 4. & alij, quod & seruandum est.

c ¶ Et dicitur eis sic: Vos iurastis stare man-datis Ecclesie, & nos mandamus vobis, & c. [Hoc est postremum, quod excommunicato iam ab-solutus iniungitur: nempe id, ad quod se per iura-mentum obligauit de parendo Ecclesie, vel Inquisi-toris mandatis.

In his autem mandatis iniungendis multa sunt diligenter obseruanda, sed hoc est præcipuum, ne in-iusta & irrationabilia, aut probabiliter loquẽdo, im-possibilia mandet: nam ab his potest iuste absolucus appellare. c. vlti. de pactis. c. vt debitis. de appella-tio. tradit Syluester verbo, absolutio. num. 4. vers. quartum est. vt absolucens. nam qui sic iurat non ad-stringitur nisi ad iustum mandatum. argumento c. cau-sam quæ. de electio. & c. veniens. ne iureiuram. in quo valde prudens debet esse Inquisitor, ne mandata pe-nitentem perurbent, atque in desperationem potius quàm humilitatem & penitentiam inducant. quod facile præstabit; si iuxta qualitatem delicti & delin-quentis, penitentias iniungat: ita vt scilicet non indicat ieiunia, aut peregrinationes: nec pauperi copiosas e-leemosynas, aut similia peragat, quæ penitus dissen-tanea indicentur.

Illa autem mandata æquissima sunt censenda, quæ aduersantur ei delicto, quod penitens commisit. vt ei qui predicando male dixerat de fide, iniungatur quod publice eam laudet, vt dixi supra parte 2. super c. inter sollicitudinem. s. præcipias insuper. Ei qui no-luerat ieiunare, orare, aut diuina officia audire, vt iei-UNET, oret, audiat: quia medicina morbo debet esse contraria. de quo singularis extat Zanchini doctrina tract. de heret. cap. 20. nu. 2. & Repertorij Inquisi-torij verbo, penitentia. quod etiam docuit apertissime Ro-manus Pontifex. in dicto c. ex tenore. de sentent. ex-com. vbi ei qui manus violentas in clericum conie-cerat, præcipitur, ne amplius conijciat in hæc verba: Sibique in virtute iuramenti præcipias, ne de ce-tero in clericum, monachum, vel alicuius religio-nis Conuersum manus iniiciat violentas. hæc ibi.

Num. 18.

Excommu-nicatus quo modo absol-ucendus, qui virgis molli-ter percuti-tur.

Num. 19. In mandatis iniungendis quid obser-uandum.

Quæ manda-ta sunt iusta.

Sec

Sed & alia quoque poterunt imponi, quæ magis vtilia, & honori fidei apta iudicabuntur: quod arbitrio Inquisitorum est relinquendum.

Forma denuntiandi præfatos officiales absolucos ab excommu-nicatione.

21 Rater N. ordinis, & c. Venerabilibus, & nobis in Christo dilectis talibus talium Ecclesiarum rectoribus, seu curam animarum gerentibus, Salutẽ & mandatis nostris, & cetera.

VOBIS, & cui libet vestrum notum facimus per presentes, quod tales, quos de mandato nostro, immo verius Apostolico, denuntiastis publice fore per nos excommunicationis vinculo innodatos, ac euitastis, & euitari fecistis merito vt decebat, pro eo quia nolebãt iurare coram nobis, quatenus Ecclesiam Dei defendarent contra hereticã prauitatem, absolucimus ab excommunicationis præfate contra eos sententijs per nos latis, pro eo quia (vt debebãt) mandatis nostris antefatis humiliter paruertunt: ac vt requisiti fuerant defendere Ecclesiam bona fide, & iuxta posse suum, ad sancta Dei quatuor Euangelia iurauerunt: idcirco vobis dicimus & mandamus, quatenus eos de ce-tero non vitetis, nec faciatis ab alijs euitari. Datum, & cetera.

22 Contra contumaces ad grauiora pro-cedatur.

Si autem per duos, aut tres menses talem sententiam excommunicationis in causa fidei sustinuerint animo indurato, aggrauentur processus, & mandentur denuntiari excommunicati publice in Ecclesijs antedictis, & hoc accensis candelis in terram proiectis, vel in aqua extinctis, & campanis pulsatis semel, vel pluries in hebdomada, seu in die: & hoc per litteras tenoris sequentis.

Forma litterarum aggrauandi prædictos, cum candelis extinctis, & campanis pulsatis.

23 Rater N. & c. ordinis prædicti & c. Venerabilibus, & dilectis in Christo nobis, curatis talis Ecclesie, seu curam animarum gerentibus in eadem, Salutem, & mandatis nostris, & cetera vt prius.

CVM Crescente contumacia, crescere debeat ipsa pœna secundum canonica instituta: & nos frater N. Inquisitor præfatus, talem & talem, seu tales, eorum contumacia exigente excommu-nicauerimus, & excommunicatos vobis mandauimus denuntiare in causa fidei orthodoxe, pro eo quia recusarunt de defendenda Ecclesia contra hereticam prauitatem prestare canonicum iuramentum: & tales per vos de nostro mandato excommunicati, denuntiati fuerunt per menses tot, nec parere voluerunt, nec velint nostris præfatis monitis ac mandatis, immo verius Apostolicis; & contumaciter sustinuerint per dictos menses & in

A presentiarum sustineant animo pertinaci: Ideo vobis & cui libet vestrum in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, quatenus continuã do dictam iniunctam vobis per nos denuntiacionem de præfatis excommunicatis, eosdem excommu-nicatos denuntiando, candelas ardentes vos ibi habentes, in terram proieciatis, seu in aqua, vel alijs coram populo extinguitis, & campanas pulsatis, seu pulsare faciatis ab alijs quolibet die semel: & tãdiu præcipimus auctoritate Apostolica vos facere supradicta, quousq; à nobis oppositum habueritis in mandatis, & c. Datum, & c.

Si autem propter prædictas denunciations prestierint à contumacia antedicta, & præstierint præfatum canonicum iuramentum in forma antedicta, absolucantur à dicta excommunicatione, iniuncta eis du-riori quàm prius penitentia arbitraria salutari: in qua penitentia adiungatur semper aliquid, quod directe cedat ad honorem fidei Christiane.

Vbi autem nec sic voluerint resiliere à contumacia antefata, sed sustinuerint dictas excommunicationes, & denunciations cum candelis extinctis, & campanis pulsatis, per aliquos menses, poterunt aggrauari processus, & excommunicari cum sibi participantibus aliquibus, de quibus magis visum fuerit, per formam tenoris sequentis.

Forma excommunicandi participates cum prædictis rectoribus ciuitatum, vel locorum.

26 Rater N. ordinis Prædicatorum, Inquisi-tor, & c. Venerabilibus dilectis nobis curatis, talis Ecclesie, & c. Salutem, & mandatis nostris, & c.

Cum participare cum leprosis plurimũ sit dam-nosum, & excommunicati præsertim in causa fidei, moraliter sint leprosi sic, vt ad se accedentes dam-nabiliter inficiant, & corrumpant; propter quod vt vere leprosi arctantur, & merito à consortio ho-minum elongantur: idcirco vobis, & vestrum cui libet in virtute sanctæ obedientiæ auctoritate A-postolica, quafungimur in hac parte, præcipimus, quatenus in vestris Ecclesijs dum Missarum sole-mnia celebrantur, & populi in eis fuerit multitu-do, tali & tali, seu talibus, generaliter omnibus præcipiatis, mandetis, & moneatis canonicè, vno pro trino edicto, quatenus non participet come-dendo, bibendo, pertractando, colloquendo, seu alijs prædictis talibus Vicario, Subuicario, Balli-no, & c. al ias sciant se excommunicationis vinculo innodatos: quam excommunicationis sententiam in eos vt in contumaces, si contra fecerint, Nos frater N. Inquisitor præfatus, illorum contumacia exigente serimus in his scriptis: absolucio-nes à dictis sententijs, si forsã incurrerint, nobis vel domino Papæ solũmodo referuãtes. Datũ, & c.

Quibus denuntiationibus factis, si consenserint prestare canonicum iuramentum, præstent in forma superius explicata, & absolucantur à sententia excommuni-cationis, eis iniuncta arbitraria penitentia duriori. Si autem non præstierint, poterit processus vl-terius.

† vide cap. debent. xi. q. 3.

24 Resilientes à contumacia absolucantur.

25 Contra obstinatos vltiori procedendum excommunicato participantes cum eis.

Leuit. cap. 13

27 Et supponendo loca quibus præfatus interdictus o.

terius aggravare, ut scilicet terra, qua predictorum excommunicatorum dominio seu regimini subsunt, supponatur ecclesiastico interdicto per formam tenoris sequentis.

Forma supponendi civitatem vel locum ecclesiastico interdicto, quia eius rectores noluerunt iurare, &c.

28 **N**os frater N. &c. ordinis Prædicatorum, in dominio talis domini, Inquisitor hereticæ pravitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

Attendentes, quòd talis Vicarius, talis Subvicarius, talis Ballivus, &c. talis civitatis vel loci non solum recusaverunt præstare nobis canonicum sacramentum vel iuramentum, de defendenda Ecclesia contra hæreticam pravitatem, quamvis ad hoc tenerentur secundum canonicas sanctiones, & per nos fuerint pluries requisiti; verum etiã permiserunt se hac ex causa contumaciter excommunicationis vinculo innodari, & publice excommunicatos denuntiari: ac crescente eorum contumacia fuerint denunciati publice excommunicati, etiam cum extinctis candelis & pulsatis campanis, ac demum cum participantibus, iustitia requirente: & huiusmodi excommunicationis sententias, ac ipsarum denuntiationes publicas, & aggravationes sustinuerunt per menses plures, seu tot, animo pertinaci in detrimentum animarum suarum ac salutis, & contemptum nõ modicum Ecclesiæ sanctæ Dei, & tolerant animo indurato etiam de præfenti: Idcirco nos frater N. Inquisitor præfatus dignum existimantes, quatenus pœna exerceatur, contumacia excrecente: & ut antefati excommunicati Vicarius, subvicarius, & ceteri antedicti, vtilius inducantur ab antedicta contumacia resilire, & ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ aduolare; ipsam talem civitatem vel locum, qui subest regimini eorundem, supponimus ecclesiastico interdicto: nolentes, quòd præfatum interdictum per alium, quàm per nos seu Romanum Pontificem relaxetur. Datum, & cetera.

29 Quo appposito, interdictum executioni debita demã detur per litteras forme sequentis.

Forma denunciandi talem civitatem vel locum esse suppositum ecclesiastico interdicto.

Rater N. ordinis Prædicatorum, &c. Venerabilibus & nobis in Christo dilectis curatis talis Ecclesiæ: Salutem, & mandatis nostris, & cetera.

Vobis vniuersis & singulis tenore nostrarum litterarum præsentium intimamus, quòd nos iustitia requirente talem civitatem, seu locum supposuimus ecclesiastico interdicto per nostras litteras, & sententias tenoris sequentis: Nos frater N. ordinis fratrum Prædicatorum, &c.

A Inferantur ex toto littere immediate præcedentes: Quapropter vobis & vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie, & sub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus: quam excommunicationem in vos, nisi infra sex vel tot dies, quos vobis vna pro trina monitione canonica assignamus, feceritis quæ mandamus, ferimus in his scriptis: quatenus infra Missarum solemnias in vestris ecclesijs, quando ibi fuerit populi multitudo, denuntietis publice & alta voce, talem civitatem seu locum esse & fuisse per nos ex causis præfatis suppositum ecclesiastico interdicto; nec relaxandum per alium, quàm per nos, vel dominum nostrum Papam: vos idem interdictum seruetis, & faciatis in vestris ecclesijs obseruari, quousque de relaxatione vobis constiterit legitime, prout decet. Datum, & cetera.

30 **Q**uòd si civitas predictos excommunicatos coegerit, seu induxerit ad præstandum petitum primitus iuramentum, absolventur ipsi excommunicatione in forma ecclesiæ anteposita, & mandabitur curatis qualiter sunt absolvi in forma superius enarrata. Et civitatis interdictum relaxabitur per litteras tenoris sequentis.

Forma absoluendi prædictos, officiales & relaxandi interdictum.

Nos frater N. ordinis Prædicatorum, & cetera.

ATTENDENTES quòd tales, civitatis talis regimini præfidentes, contumacia postulante fuerunt per nos excommunicationis vinculo innodati, ac demum ipsa civitas antedicta supposita ecclesiastico interdicto; vt saltem sic induceretur à tanta contumacia resilire, ac iurare de defendenda Ecclesia sancta Dei contra hæreticam pravitatem: & ipsi tales, saniori consilio adherentes, ipsa civitate eos suis sanis consultationibus ad huiusmodi inducente, à sepefacta contumacia resilientes, præstiterunt antedictum petitum à nobis canonicum iuramentum: & quia dignum existit, quòd eis obedientia suffragetur, ad quam se de proximo reduxerunt, & cessante culpa cesset & pœna: Ea propter Nos Inquisitor præfatus eos à sententijs excommunicationis præfatis absolvimus in forma ecclesiastica consueta, & pro absolutis habemus, & haberi ab omnibus volumus pro prædictis: ipsamque civitatem à dicto interdicto liberamus, ipsum interdictum totaliter relaxando. Datum, & cetera.

32 **Q**uibus sic actis mandet Ecclesiarum curatis, quòd interdictum deinceps non obseruent, nec predictos excommunicatos vitent, nec faciunt euitari per litteras tenoris sequentis.

Forma

Forma denunciandi regentes civitatem vel locum esse absolutos ab excommunicatione, & interdictu relaxatum.

Rater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor, & cet. Venerabilibus, & nobis in Christo dilectis ecclesiarum talium, curam regentibus animarum: Salutem, & mandatis nostris, & cetera.

TENORE præsentium litterarum vobis, & vestrum cuilibet intimamus, quòd nos iustitia postulante absolvimus à sententijs excommunicationis tales, quibus tenebantur per nos merito innodati, atque à civitate tali interdictum per nos impositum relaxauimus, ipsis obtemperantibus nostris monitis & mandatis, prout in litteris nostris videritis plenius contineri tenoris sequentis: Nos frater N. &c. Inferantur ex toto littera immediate præcedentes: Idcirco vobis, & cuilibet vestrum auctoritate Apostolica præcipimus, & mandamus, quatenus prædictos pro absolutis habentes, de cetero eos non euitetis, nec faciatis à ceteris euitari: immo, prout ante, ad diuina libere admittatis, ipsumque interdictum deinceps non seruetis, cum per nos ex toto fuerit relaxatum. Datum, & cetera.

33 **Q**uòd si nec sic prestare voluerint antefatum canonicum iuramentum, poterit processus aggravari, iuxta cap. Ad abolendam. s. statuius. extra de heret. & iuxta cap. Ut officium. s. statuius. & vt infames hæreticorum fautores, & de fide suspecti honore & officio sui regiminis spoliari & condemnari, nec de cetero ad illud seu ad aliud officium publicum, vel dignitatem aliquam assumantur: & ea, quæ fecerint de cetero, nullam firmitatem, & hoc per litteras tenoris sequentis.

Forma aggravandi officiales prædictos excommunicatos, & priuandicos officiis publicis.

Nos frater N. & cetera.

ATTENDENTES quòd civitatis, villa, vel loci alterius regimini præfidentes, tenentur prestare corporale iuramentum de defendenda Ecclesia sancta Dei contra hæreticam pravitatem, ac constitutionibus contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorumque filios & nepotes editis à sancta sede Apostolica inuiolabiliter obseruandis, & obseruari toto tempore sui regiminis faciendis, cum fuerint ab ipsis Episcopo seu Inquisitore legitime requisiti; quòdque prestare antefatum iuramentum contumaciter recusantes; sunt vt infames & hæreticorum fautores ac de fide suspecti, honore & officio sui regiminis spoliandi; & de cetero ad nullam dignitatem, neque ad vllum publicum offi-

A cium assumendi: quiniimmo declarandum, quòd quidquid fecerint deinceps in suo officio, nullam obtineant firmitatem: Et cum talis Vicarius, talis Subvicarius, & talis Ballivus, talis Subballivus, talesque Consules, & Rectores talis civitatis seu loci, fuerint per nos Inquisitorem præfatum legitime pluries requisiti, de defendenda Ecclesia sancta Dei, bona fide iuxta officium & posse suum contra hæreticam pravitatem: Et nihilominus quòd constitutiones à sancta sede Apostolica editas contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, ipsorumque filios & nepotes toto tempore sui regiminis inuiolabiliter obseruarent, & facerent in terris sui regiminis obseruari, ipsique taliter requisiti prestare contumaciter renuerunt antefatum canonicum iuramentum: verum quia ipsorum contumacia exigente fuerunt excommunicationis vinculo innodati, & etiam publicati: accrescente eorum contumacia etiam cum candelis extinctis & campanis pulsatis, demumque cum participantibus; ipsaque civitas talis, in criminis detestationem, & ipsorum criminum punitionem supposita ecclesiastico interdicto; ac in præsentiarum persistant in tali ac tam graui contumacia animo indurato: Idcirco nos Inquisitor præfatus dignum merito reputantes, vt hi officiis priuentur, qui officiis abutuntur, volentesque in hac parte mandata canonica & Apostolica fideliter exequi (vt tenemur) ipsos talem, à vicariatus, talem à subvicariatus, talem à balliuatus, talem à subballiuatus, talem à consularis officijs talis civitatis seu loci, eorum in causa fidei, postulate inobedientia & contumacia, vt infames, & tanquam hæreticorum fautores, & de fide suspectos tenore præsentium merito expoliamus: sicque deinceps talis pro vicario, talis pro subvicario, talis pro balliuo, talis pro subballiuo, & tales pro consularibus ab aliquo nullatenus habeantur; nec de cetero ad aliquam dignitatem vel publicum officium assumantur: Eodemque tenore decernentes irrita, & inania quæcunque deinceps talis vt vicarius, talis vt subvicarius, talis vt Ballivus, talis vt Subballivus, & tales vt Consules fecerint seu ordinauerint, mandauerint, vel fieri iusserint; nullamque obtinere deinceps firmitatem. Datum, & c.

34 **Q**ua sententia sic lata mädetur regentibus curam animarum, in cathedrali & in alijs ecclesijs publicari per litteras tenoris sequentis.

COMMENT. VIII. Num. 34.

Quoniam, vt in superioribus docuimus, grauisissima oriuntur incommoda, quotiens magistratus aut hereticis fauent, aut negligunt ea prestare, quæ ad fidem protegendam, & propagandam continent; ideo iustissime cautum est, vt officiis & dignitatibus; quibus abutuntur, priuentur, vt sit restitio peragatur, diligenter docet hic Eymericus. Idcirco nos Inquisitor præfatus, &c. Vides hic, solum Inquisitorem priuare, & priuatos denuntiare

Solus Inquisitor potest facularibus officiis priuare.

tiare delinquentes in causa heresis officij & dignita-
tibus secularibus, quod facere potest: secus est di-
cendum de ecclesiasticis, in quorum priuatione cum
Inquisitore intervenire debet episcopus. glossa com-
muniter recepta in cap. vt commissi. s. priuandi. ver-
bo, honoribus. de heret. lib. 6.

At hodie per clemen. i. de heret. s. propter quod.
Inquisitor no possit priuare officijs secularibus abs-
que episcopo, per illa verba: aut ad sententiam pro-
cedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut
Inquisitor sine Episcopo diocesano: & c. non va-
lebit. Sed de hoc dixi amplius infra par. 3. super
quest. 113.

Quid nomi-
ne publici
officij intel-
ligatur, nota
tu digna di-
spuatio.

b ¶ Nec de cetero ad aliquam dignitatem, vel B
publicum officium assumantur. ¶ Hoc loco obscu-
rissimum dubium occurrit. Quid nomine publici of-
ficij intelligatur: nam leges nusquam id nominatim
(quod ego sciam) declarant; tametsi quandoque no
obscure in quibusdam colligatur, vt in cap. felicis.
de penis. lib. 6. & notatur in cap. ubi periculum. s.
quod si pramissa. de electio. in 6. tradit Archidia-
conus in cap. 1. de consuetud. lib. 6. optima glossa in
l. legatis. s. ex officio. ff. de legat. 3. & in Hispania
olim Ferdinandus V. Rex catholicus lege quadam
incipiente. Al nuestro iustitia mayor, & a los del
nuestro consejo, nominatim declarauit muneris &
officia, a quibus excluderentur, qui ab heresi vel
apostasia fuissent reuersi, damnatorumque filij vsque
ad secundam generationem per lineam masculinam,
& vsque ad primam, per lineam femininam in hac
verba:

Por la qual mandamos y defendemos,
que de aqui adelante ningun reconciliado
por el dicho delicto de heregia, y apostasia:
ni hijo ni nieto de condenado por el
dicho delicto: fasta la segunda generacion
por linea masculina, y hasta la primera
por linea feminina, no puedan ser ni sean
del nuestro consejo: ni oydores de las
nuestras audiencias & chancilleria, ni de
algunas dellas: ni Secretarios, ni Alcal-
des, Alguaziles, ni mayordomos, ni con-
tadores mayores, ni menores, ni Theso-
reros, ni Pagadores, ni Contadores de
cuentas, ni Scriuanos de Camara, ni de
rentas, ni chanciller, ni regidores, ni re-
lator, ni abogado, ni fiscal: ni tener otro
officio publico, ni real en la dicha nuestra
casa y corte y chancillerias: y assi mismo
que no pueda ser ni sea Corregidor, juez,
Alcalde, ni Alguazil, ni Merino, ni Pre-
boste, ni veynte y quatro: ni Corregidor,
ni jurado, ni Fiel, ni Executor, ni Scri-
uano publico, ni del Consejo, ni mayor-
domo, ni notario publico, ni fisico, ni ci-
rujano, ni boticario, ni tener otro officio
publico ni real, en algunas de las dichas
ciudades, villas, y lugares de los dichos
nuestros reynos y señorios, so las penas

A en que caen & encurren las personas pri-
uadas que vsan de officio para que no tien-
nen habilidad ni capaciead, y so pena de cõ-
fiscacion de todos sus bienes para la nue-
stra camara y fisco, en las quales incurran
por el mismo fecho sin otro processo, ni
sentencia ni declaracion, y las personas
queden a la nuestra merced. hec ibi: Quod fuit
sancitũ Granate. xvi. die Septemb. anno Dñi M D I.
Idem quoque cautum fuerat in Inquisitione Hi-
spania per instructionem quandam V. alladolitanam
anno Domini MCCCCXXXV III. cap. 11. inci-
pien. Item quelos derechos.

Quoniam vero hac velut priuata vnus regni de-
creta facile alibi contemni possent, nos qui generales
regulas scribimus, ita sentiendum putamus: quo-
tiens dubitatur, quid nomine publici officij aut digni-
tatis intelligatur in hac causa, a quibus heretici, &
eorum descendentes excluduntur, ad Inquisitorem
solum, vel ad eũ vnũ cum episcopo id pertinebit de-
clarare, cum Inquisitor vel solus vel cum episcopo
facultatem habeat interpretandi leges, & Statuta
dubia contra hereticos edita, vt optime docuit Ey-
mericus par. 3. q. 85. & 86. vbi dixi. neque ab hac
sententia crederem recedendum.

Iam obseruatione dignum est, quod recte docet
Hostiensis, Ioannes And. Ioannes Anania, & com-
muniter doctores in cap. excommunicamus. s. creden-
tes. extra de heret. videlicet, non multum esse labo-
randum in nominibus publicorum officiorum recen-
sendis: cum nec omnia facile nominari specialiter
possint. argumen. l. 4. ff. de prescript. verbis. & se-
cundum diuersas prouincias ipsorum nomina varien-
tur: sed generaliter dicendum est hereticos, creden-
tes, & ceteros, qui hac pena coercentur, inhabiles
esse ad publica officia, quecumque illa sint, & quo-
cumque nomine consantur secundum varios ritus &
consuetudines diuersarum prouinciarum.

In concilio Tolosano cap. 14. olim cautum fuit,
vt qui diffamatus aut notatus esset de heresi, officio
medici non vteretur in hac verba: Statuimus etiã,
vt quicumque fuerint infamati de heresi, uel su-
spicione notati, officio medici de cetero non
utantur. hec ibi.

Postremo illud addiderim, penitentibus ac re-
conciliatis Ecclesia ab heresi reuertentibus, ac filiis
& nepotibus damnatorũ non modo interdici ne pu-
blica officia gerant, aut beneficia & dignitates ha-
beant, verum amplius ne argento, auro, aut pretio-
sis vestibus & ornamentis vtantur; quod olim in
concilio Biterrensi, cap. 28. eleganter cautũ est his ver-
bis: Et ne balliuas seu administrationes teneat:
nec sint in consiliis vel familiis potentum: neque
vtantur vel medici vel notarii officio: nec ad alia
officia publica, vel ad actus accedant legitimos:
nec portent aurifrisia: nec sericum, vel similia
ornamenta: vel vittas croceas: vel corrigias au-
ro vel argento membratas: vel sotulares incisos
seu pictos; & ubi expediens visum fuerit, eii-
ciantur de villa in qua conuersati fuerant, in alia
certa villa seu prouincia moraturi ad tempus. ha-
tenus ibi.

Quid nomi-
ne publici
officij vel di-
gnitatis in-
telligatur In-
quisitor de-
clarat.

Penitentes &
filii dñatorum
honori-
ficis ornamē-
tis non vtan-
tur.

Est

Est autem iustissimum hoc statutũ: indignum est
enim in ciuitate bene constituta, eos qui sunt infam-
es, honorificis ornamentis decorari. eisdem etiam
inhibetur, ne phaleratis equis instar nobilium vtan-
tur. quod & ad mulas trahi debet, vt optime scri-
psit Simancas de catho. instit. tit. 47. nu. 23. & seq.
sed in his post aliquod tempus dispensari solet.

Forma publicandi tales officijs
publicis priuatos.

35 Rater N. ordinis Prædicatorum, Ve-
nerabilibus & nobis dilectis vniuer-
fis & singulis talis ciuitatis ecclesie
cathedralis curatis & non curatis, ad
quos præfates peruenerint: Salutẽ,
& mandatis nostris, immo, & c.

AD Vestri cuiuslibet notitiam deducimus,
tenore nostrarum præsentium litterarum, q̄ nos,
iustitia exigente, ac infra scriptorum contumacia
requirente, talem vicarium, talem subuicariũ, &
talem Balliuũ, & talẽ Subballiuũ, & tales Con-
sules ciuitatis talis seu loci, spoliuimus officijs,
quibus præerant antedictis: ac ipsos inhabilitau-
imus ad officia publica, & honores publicos qua-
lescunque habendos deinceps in futurum: decer-
nentes etiam quidquid de cetero fecerint seu ordi-
nauerint, virtute seu occasione prædictorum, seu
aliorum officiorum esse irritum & inane, ac nul-
lius existere firmitatis, sicut in nostris litteris in-
frascriptis videbitis plenius contineri: quarum
tenor sequitur in hunc modum:
Nos frater N, & c. Insuperantur ex toto littere im-
mediate præcedentes.

Verum cum velimus (vt debemus) ad præfata
talis ciuitatis seu loci prædicta deduci notitiã sin-
gulorum, cum omnes tangere dignoscatur: &
quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari:
ne eos contingat erga huiusmodi ex ignorantia
oberrare; Vobis & cuiuslibet vestrum, seu vobis ta-
libus, & talibus auctoritate Apostolica, qua fun-
gimur in hac parte, in virtute sanctę obediẽtię
præcipimus & mandamus, & mandando requiri-
mus ac monemus, quatenus infra sex ¶ dierũ spa-
tium, quos vobis, & vestrum cuiuslibet pro trina
monitione canonica, & termino peremptorio as-
signamus: quibus elapsis excommunicationis sen-
tentię vos subiaceret volumus ipso facto, in vestris
ecclesiis dum Missarum sollempnia celebrãtur, &
populi erit inibi multitudo: præfatas nostras litte-
ras alta voce in vulgari, & intelligibiliter publice
tis, ac faciatis per alios publicari: notificantes om-
nibus vt supra, q̄ nos prædictos & eorum quem-
libet spoliuimus officijs publicis antedictis, qui-
bus antea utebantur: Ac etiam spoliamus, & in-
habilitamus eos, & eorum quẽlibet deinceps ad
quecumque publica officia obtinenda: decernen-
tes quidquid de cetero attentauerint occasione
prædictorum officiorum, seu eorum nomine vel
colore, fore irritum & inane, ac nullam obtinere
vltius firmitatem: Mandantes vniuersis & sin-
gulis vniuersitatibus præfata ciuitatis seu loci,
quatenus prædictis taliter a suis officijs per nos

¶ Hoc arbi-
trarium est,
& maius spa-
tium si vult
potest Inqui-
sitor constitue-
re.

A auctoritate Apostolica spoliatis, quod eis non pa-
reant seu obtemperant in his, que spectant ad exe-
cutionem officiorum prædictorum, quibus antea
utebantur, cum illi sint suis demeritis auctoritate
Apostolica spoliati. Datum, & c.

Si autem illa ciuitas sine locus prædictos reuensa
uerit, & eos habuerit vt veraciter a suis officijs spo-
liatos, eligantur seu ponantur alij officiales boni, qui
in principio sue creationis & nouitatis, præsentent, vt
teneantur, prædictum canonicum iuramentum.

¶ Vbi autem dicta ciuitas sine locus non obtempe-
rauerit sententijs per Inquisitorem latis in antea me-
moratis, sed duxerit contumaciter resistendũ, dictos
spoliatos in prioribus officijs tolerando, a quibus sue-
rint canonicè spoliati, tunc in illo casu, licet Inquisi-
tor possit procedere, & ciuitatem, si ciuitas fuerit,
priuare aliarum commercio ciuitatum, ac episcopali
etiam dignitate, iuxta cap. ad abolendam. s. statui-
mus. in fine. de heret. lib. 5.

Tamen melius est, quod ad tantam penam per
Inquisitorem non procedatur: sed ciuitatis contu-
macia domino nostro Papæ exponatur, præsertim cũ
cap. ¶ officium. de heret. lib. 6. ad penam ciuitatis,
vel loci amplius non procedat.

COMMENT. IX.

C Amen melius est, q̄ ad tantam penam per
Inquisitores non procedatur. Singulare
est hoc Eymerici documentum, quod est in magnis
causis semper obseruandum tutius enim ac securius
est punitionem differre, & principẽ consulere, quã
dum celeriter procuratur, tumultum excitare: cum
sæpiissime contingat, populos non ita delegatis iudi-
cibus, aut gubernatoribus, ac principibus ipsis obe-
dire. Et si Inquisitores vellent potestatis suę omne
imperium exercere, facile ad seditionem cauctos cõ-
mouerent.

Num. 36.
Differenda se-
pe punio,
ne scadalum
oriatur.

In Hispania, qui ita delinquerent, per Inquisi-
tores proscriberentur, & manu regia comprehenderẽ-
tur ac punirentur, vt testatur Iacobus Simancas de
catho. instit. tit. 23. num. 8.

De institutione Vicarij, seu
Commisarij.

DVM autem prædicta taliter peraguntur præ-
fatio antefato canonico iuramento vel non præ-
fatio: potest & debet Inquisitor in quolibet epi-
scopatu vnũ Commisarium instituire quadra-
ginta annorum ætatis, iuxta glosata super cap. No-
lentes. de heret. in cle. religiosum, seu clericum
secularẽ, virum prouidum & prudentem, sciẽ-
tia & moribus pollentem, & sanctę fidei zelato-
rem. & hoc per litteras tenoris sequentis.

Forma instituendi Commisarium
specialem.

37 Rater N. Ordinis Fratrum Prædica-
torum, sacrosanctę Theologię ma-
gister, & c. Venerabili & nobis in
Christo dilecto N. ordinis supradic-
ti:

cti: Salutem in auctore & conseruatore fidei domino Iesu Christo.

† al. pellibus

QVIA Callida vulpes Samsonis pedibus versutis, ceruicibus erectis gestu & habitu obfuscat...

† Hoc dicitur in confutatione Clementis 1. §. propter quod dicitur haret.

38

Potest Inquisitor plene committere vices suas, etiam ad procedendum ad sententiam diffinitiuam...

Quare multum pertinet ad Inquisitores, quod habeant bonos commissarios & industrios...

39

† al. periti.

Forma alia ad hoc idem.

Rater N. ordinis Prædicatorum, & c. Venerabili & religioso viro fratri N. ordinis talis: Salutem in auctore & conseruatore fidei, & c.

CVM Per absentiam hæreticæ peruersitatis Inquisitorum, diabolica suggestione in locis pluribus experiamur...

COMMENT. X.

Quoniam inter ministros Inquisitorum principem locum sibi vendicant Commissarij seu Vicarij eorum...

Numb. 37.

Committentes vobis plenarie & expresse, quatenus denuntiationes & informationes, & c. Quæ hoc loco commemorat Emericus posse Inquisitor Vicarij suis committere...

Quid potest Inquisitor vicariis suis committere.

Et liberius exequamini, committendi citationes, testium examinationes, cum de huiusmodi crimine ac ipsius circumstantijs duxeritis inquirendum...

Docet

Testium examinationem quæ de vicariis committenda.

Docet tamen Simancas de catho. insti. tit. 64. nu. 11. testium examinationem ab ipso Inquisitore fieri debere...

Ac de hac quidem testium examinatione alteri non committenda, cum Inquisitor est præsens, nec legitime impeditus...

Quamquam autem extra Hispaniam non teneantur necessario Inquisitores Apostolici huius institutionis decretum obseruare...

Commissarij vero suis alibi constituti propterea & hoc & alia committere coguntur, quia non possunt ipsi Inquisitores per se alibi constitutos testes examinare...

Iam hoc ipsum quod de Inquisitoribus Apostolicis diximus, in episcopis quoque locum habere censemus...

Quid operetur clausula, cum emergentibus, & c. dependentibus, & c. conuenientibus.

In prædictis enim omnibus, & alijs ex eisdem modo aliquo emergentibus, dependentibus, & connexis, & c. utilis est admodum hæc clausula ad tollendas varias difficultates...

Commissarij Inquisitorum non possunt

Quæ autem dicantur incidentia, dependentia, emergentia, & connexa tradit Speculator tit. de incidenti questione...

referred. Ceterorum ergo delinquentium sententias veluti suspectorum redeuntium, fautorum, receptatorum & similibus, Inquisitorum commissarij virtute accepta subdelegationis ferre possent...

pronunciare sententias impenitentium, & relapsorum.

Et hanc sententiam summo iure veram esse existimo: nam cum Inquisitores sint principis delegati, hanc etiam facultatem poterunt suis commissarijs subdelegare...

Ceterum quia res est magni ponderis, cum de vita hominis agatur, tutius erit hanc potestatem Commissarijs non tribuere...

Forma litterarum instituendi duos commissarios simul, qui procedant pariter & coniunctim.

Rater N. ordinis Prædicatorum, & c. Venerabilibus, & nobis in Christo dilectis religiosi viris fratribus, tali & tali, ordinis talis: Salutem in auctore & conseruatore, & c.

QVIA Secundum canonicas sanctiones integrum est iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur: & negotium talis viri delati, capti, & detenti pro hæretica prauitate sit negotium nimis arduum atque graue...

† Cap. prudētiam, de officio delegati, cap. de quibus, 20. distinct.

Forma alia secunda pro eodem.

Rater N. ordinis Prædicatorum, & cetera. Magnæ prudentiæ religiosi viri fratribus tali, & tali ordinis talis: Salutem in auctore & conseruatore: & cetera.

† Prouer. ca. 11. & 24.

L. fi. C. de fi. dei com. l. h. q. xedes palam, §. 1. de test.

† Hæc clausula quam vim habeat tradit Felynus in c. nonnulli. de rescriptis.

QVIA Secundum catholicam irrefragabilem veritatem †, vbi multa consilia, ibi salus; & vbi peritorum plurimorum sententia, ibi virtus: cum per plurima consilia atque iudicia rei veritas melius discutatur, efficacius detegatur, & clarius videatur: Ea propter cupientes negotia fidei orthodoxæ comodius, ac vtilius promoueri ad Dei gloriam, & honorem: Vos talem, & talem, viros vtiq; scientia prouidos, sapientia circumspectos, zelo sanctæ fidei circumcinctos, prout per experientiam diuturnam esse nouimus, & de quorum virtutibus fiducia in Domino gerimus plenam: Vicarios nostros, ac Commissarios speciales institui mus in tota tali diocesi, cum plenitudine potestatis: committentes vobis, ex certa scientia †, & expresse, quatenus pariter, & coniunctim in negotiis sanctæ fidei ad eandem fidem sanctam firmissime complantandam, & ad prauitatem hereticam validius extirpandam, auctoritate nostra, immo verius Apostolica, vsque ad diffinitiuam sententiam exclusiue, & in omnibus ex illis emergentibus, dependentibus, & connexis, procedere valeatis, liberam potestatem conferentes tenore nostrarum præsentium litterarum: parati uobis committere quatenus ad diffinitiuam sententiam procedatis; cum per vos vel vestras litteras fuerimus de qualitate negotij plenius informati. In cuius commissionis, & concessionis testimonium præsentibus nostras litteras nostro sigillo iussimus communiri.

Forma instituendi ab Inquisitore in tota prouincia Vicarium generalem.

4:

Rater N. ordinis Prædicatorum Venerabili, & nobis in Christo dilecto patri fratri tali, talis ordinis sacre Theologie egregio professori: Salutem in auctore & cõseruatore: & c.

QVIA Dignum merito existimamus suffragantibus nobis ad hæc canonicis institutis, secundum negotiorum qualitatem, eorumque minoræ, seu amplioræ arduitate, de ministris idoneis prouidere, & negotiis sanctæ fidei, in renatis fonte sancti baptismatis comodius confouendæ, ac in præcordijs conuerforum ad eandem firmissimè cõplantandæ, & de hereticorum infectis visceribus labem ipsam hereticam cautius euellendæ, sit negotium ad honorem Dei, & fidei augmentum & vtilitatem Ecclesiæ, & populi, super omnia alia negotia sæculi obtinens principatum: propter quod cum magna circumspectione, & indagine est de ministris idoneis ad exequendum dictum fidei negotium prouidendum: Idcirco nos frater N. Inquisitor præfatus, attendentes, quod cõmode in terris nostræ iurisdictioni subiectis non valemus diutius commorari: cum a nos oporteat ad Romanam curiam dirigere breuiter gressus nostros, pro consultando sanctissimo domino nostro Papa super quibusdã arduis negotijs sanctæ fidei promouendis: & cupiamus totis nostris visceribus de idoneo generali Commissario prouid-

Adere: Vos venerabilem fratrem talem sacre Theologie magistrum, de cuius scientiæ profunditate, sapientiæ soliditate, & conscientiæ sinceritate fidem in Domino gerimus firmiorem, experientia solida comprobata: Vicarium nostrum, & Commissarium in omnibus regnis, & terris talis domini, nostræ Inquisitioni subiectis, institui mus, & facimus generale: committentes vobis ex certa scientia & expresse, in, & super omnibus & singulis fidei negotijs, quæ occurrunt, & etiã in omnibus ex illis dependentibus, emergentibus; incidentibus, & connexis, quandomunque, & quomodocunq; plenarie, & generaliter vices nostras, etiam vt ad sententias diffinitiuas relapsorum, & impenitentium, & alias qualescunq; libere procedere valeatis, liberam concedimus potestatem tenore nostrarum præsentium litterarum, In quarum commissionis, & concessionis testimonium, præsentibus nostras litteras sigilli nostri munimine iussimus roborari. Datum in tali loco, tali die, talis mensis.

COMMENT. XI.

CVM nos oporteat ad Romanam curiam dirigere breuiter gressus nostros, pro consultando sanctissimo domino nostro Papa, & c. **Cum olim initio constituta Inquisitionis delegata, nulli (quod ego sciam) essent Inquisitores Cardinales generales in tota republica Christiana, quos per litteras liceret consulere, & ab eis etiam in arduis responsum, habita prius cum Pontifice summo debita consultatione, vt nunc fit, accipere: propterea sæpe cogebantur priuati Inquisitores Romam proficisci, in quorum absentia negotia fidei multum periclitabantur, vt copiose docet Eymericus paulo post num. 128.**

Quibus incommodis inspectis primus (quod ego legerim Urbanus VIII. anno Domini MCCLXIII. Cardinalem sancti Nicolai in carcere Tulliano Inquisitorem creauit generalem, seu quasi protectorem Inquisitorum constituit, quem possent particulares Inquisitores consulere, vt constat ex pernetusto rescripto Urbani VIII. incipiente: Cupientes, quod nos authenticum vidimus in inquisitione Bononiensi, quem morem multos deinde Romanos Pontifices obseruasse, præsertim eo tempore quo hereses pullulauerunt, sit mihi maxime verisimile.

Hodie singulari Romanorum Pontificum prouidentia hæc penitus incommoda sunt sublata: nam in Hispania Inquisitores singularum urbium generalitè eorum regnorum Inquisitorem seu Inquisitionis præsidem consulunt: is vero cum ceteris aliarum prouinciarum Illustrissimos ac Reuerendissimos Cardinales Inquisitores generales in tota republica Christiana, quos per litteras consulere licet, quibus principes omnes in hac causa merito subijciuntur, vt ordinatione quadam Pij V. Pont. Max. iustissime cauetur.

Eius autem rescripti cuius paulo antea memini, fragmentum hic transcribere placuit, in gratiam eorum qui notitia antiquitatis delebantur. habet vero in hunc modum.

Pericu-

Num. 43 Cardinales Inquisitores generales in tota republ. Christiana quando inceperint consilium.

Periculosa & grauius impedimenta, quæ in prædicto negotio vobis emerferint, dilecto filio nostro I. sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali, quem eidem præfecimus negotio, significare curetis. Super aliis vero impedimentis quibuslibet, quæ siue ex defectu sociorum, siue aliàs ex quacunque causa vobis in ipso negotio emergere forte cõtigerit, & personaliter si opus fuerit ad Cardinalem recurratis eundem, & per litteras vestras seu nuntios secunde ipsi Cardinali omnia intimare curetis: vt nos per eum sufficienter super præmissis instructi, contra impedimenta huiusmodi prouideamus de remedijs opportunis. hæc ibi.

Forma alia secunda instituendi Vicarium generalem in tota prouincia.

44

Rater N. ordinis, & c. Venerabili, & nobis in Christo dilecto patri fratri tali, talis ordinis sacre Theologie magistro. Vel sic: Honorabili domino prouido, & discreto tali, decretorum doctore, canonico in tali Ecclesia cathedrali: Salutem in auctore, & cõseruatore: & cetera.

INTER Alia honesta obsequia atque sancta, quæ grata existunt plurimum altissimo creatori, prout testimonij veridicis comprobatur, est animarum zelus, peccatorum salus, fidei orthodoxæ augmentum, prauitatis hereticæ exterminium: ac pro fidei catholicæ, & orthodoxæ defensione nocte, & die cõtinue infudare. hinc est quod nos frater N. Inquisitor præfatus, cui ex iniuncto nobis officio a sanctissimo domino nostro Papa per agere hæc incumbunt, non valentes huiuscemodi incumbere, seu intendere de presenti, cum habeamus ad Romanam curiam accedere, pro quibusdam ibi negotijs sanctæ fidei exequendis: Vos venerabilem patrem, seu dominum antefatum, de cuius fidei integritate, vitæ puritate, disciplinæ sufficientia, morum modestia, atque in cunctis agendis prudètia circumspecta, synceram in Domino fidem gerimus, & probatam, Vicariam nostram, & Commissariam, in omnibus & singulis ciuitatibus, territorijs, atque locis iurisdictioni nostræ subiectis, tenore præsentium institui mus generalem; cõmittentes vobis, quatenus auctoritate nostra, immo verius Apostolica, in omnibus, & singulis fidei negotijs, quæ obuenerint, & in omnibus ex illis dependentibus, emergentibus, & connexis libere etiam vsque ad sententiam diffinitiuam inelusiue procedere valeatis: super quibus omnibus, & singulis, committimus vobis vniuersaliter ac plenarie vices nostras, quousque ad nos duxerimus reuocandas. In quorum omnium & singulorum testimonium sigillum nostrum duximus præsentibus appouendum. Datum: & cetera.

Poterit etiam ipse Inquisitor, si voluerit, facere huiusmodi commissiones non per litteras suas, sui sigilli munimine roboratas, sed per publicum instrumentum, signo notarij clausum: in quo instrumento, ultra signum, si voluerit, notarij, poterit etiam facere apponi sigillum suum in pendenti, & per consequens potest Inquisitor commissiones huiusmodi facere tripliciter. Primo, per litteras suas, eius sigilli munimine roboratas. Secundo, per publicum instrumentum, signo notarij signatum. Tertio, per publicum instrumentum, signo notarij consignatum, & appensione sigilli Inquisitoris communitum.

Aduertendum tamen, quod Commissarij debent esse multum circumspecti, & cauti, & præsertim qui non sunt practici, vt de capite suo nõ procedant, potissime in arduis: sed habeant sibi aliquem bonum, & practicum aduocatum, cuius cõsiliium in agendis frequenter requirant, & semper faciant posse suum, ut si commode possunt, maxime in dubijs, & arduis, quæ ea quæ agunt, Inquisitori studeant intimare, & de assensu illius procedere, & absque eius consilio nullatenus negotijs sine dare, aliàs possent leuiter oberrare, & tunc Inquisitor talem errorem non posset leuiter reparare, & esset sibi magis, quàm commissariis imputandum: & possent processus per Romanam curiam reuocari in opprobrium & iacturam officij inquisitionis, & uerecundiam, & ruborem Inquisitoris, quæ summopere in tam magno negotio sunt cauenda.

De sermone generali habendo ab Inquisitore.

DVM prædicta taliter peraguntur, seu disponentur, commissariis iam institutis, uel non institutis, semper tamen facta fide ipsi ordinario, in cuius diocesi Inquisitor disponit suum officium exequi, de sua potestate & delegatione sibi facta a domino nostro Papa, indicat sermonem generalem, non pro aliquo festo solemnem, ne officium festi impediatur, & populus a suis Ecclesijs, pro tunc parochialibus detrahatur, sed pro aliqua die Dominica cõmuni, quæ non sit Quadragesimæ, vel Aduentus, mittendo ad clericos curatos omnium Ecclesiarum parochialium illius loci, uel ciuitatis, in quo sermonem decreuit facere generalem, litteras tenoris sequentis.

Forma litterarum indicendi sermonem generalem.

Rater N. ordinis Prædicatorum, & c. **D**ilecto tali, talis Ecclesiæ, ciuitatis talis, vel loci: Salutem, & mandatis nostris immo ad verius Apostolicis prompto animo obedire.

QVIA propter iniunctum nobis, officium hereticæ prauitatis intèdimus Dominica die tali, & talis mensis, in tali Ecclesia cathedrali prædicare uniuerso clero, & populo cõgregato, ac proponere aliqua super negotijs fidei, & de fide: ea pro-

45 Modi alij instituendi, vicarios.

46 Aduertenda a commissariis, & vicariis inquisitorum.

47

48

Inquisitor cõuocare potest populum & clerum.

pter auctoritate domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, Vos rogamus, requirimus pariter & monemus, quatenus crastina die, quæ erit dies Dominica tanta eiusdem mensis, dum Missarum celebrabuntur solemniter, populum alta voce, & intelligibili moneatis, quod die præfata Dominica, sint in prædicta Ecclesia cathedrali, hora qua Missa maior consuevit ibi aliàs celebrari; uisuri & audituri, quod ad fidem pertinet orthodoxam; adiicientes quod nos suspendimus omnes alios sermones generaliter illa die, & conferimus auctoritate Apostolica quadraginta dierum de indulgentia, ad sermonem nostrum confluentibus antedictum. Datum, & cetera.

Et silentium ca die aliis prædicatoribus indicere.

49 *Disponat Inquisitor ita, quod sabbato ante; diste littere Ecclesiarum rectoribus presententur, & sequenti die, scilicet in crastinum, quæ est dies Dominica, faciat prædictam monitionem, pro alia die Dominica, tunc immediate sequenti.*

† *Poterit ipse Inquisitor etiam, si uult, litteras præmittere antedictas, & die Dominica, de mane dictis curatis mittere paruas cedulas tenoris sequentis.*

Forma altera ad idem.

SIGNIFICAMVS Vobis, quod nos proponimus Domino disponente, Dominica die immediate sequenti in Ecclesia cathedrali, de fide sermonem facere generalem: quare hodie in Missa rogamus, & volumus, quod populum moneatis, quatenus veniant ad sermonem: Nos, n. suspendimus pro illa die omnes sermones, & conferimus indulgentiam quadraginta dierum ad sermonem nostrum venientibus antedictum.

50 *Eadem die, seu in crastinum intimet Inquisitor hereticorum per nuntium, seu per cedulam præsentibus, in domibus religiosorum, quod Inquisitor Dominica sequenti immediate sermonem faciet generalem, quare non oportet se ad sermonem aliquem præparare.*

Et ex singulis religionibus, aliquos sermoni suo adesse iubere.

51 *Die autem Dominica assignata, faciet Inquisitor sermonem generalem, loquendo de fide, eandem commendando, & ad eius defensionem, & hereticæ prauitatis extirpationem populum inducendo; tandem facto sermone monebit populum verbo: Quod si sciuerint aliquem dixisse, vel egisse aliqua contra fidem, seu tenere aliquem errorem, quod debeant Inquisitori reuelare, qui potest prodesse, & non obesse, & aliqua verba similia in effectu concludendo, quod licet ipse Inquisitor bene præsumat quod reuelabunt, si aliquid sciuerint de prædictis: tamen ut ipsi talia scientes magis apud homines excusentur, & apud Deum de obedientia mereantur, quod ipse eis præcipiet, & eos monebit canonicè (ut est iuris) & etiam fieri consuevit.*

Admonitio de reuelatione heretico sibi facièda,

Quibus dictis ipse Inquisitor faciet legi publice alta voce, & intelligibili, & in vulgari, per suum notarium, vel aliquem clericum, vel religiosum, in ambone iuxta se existentem, litteras admonitorias tenoris sequentis.

A Forma admonitionis in sermone generali de hæreticis reuelandis.



VM nos frater N. ordinis fratrum Prædicatorum in regno, & terris illusterrimi domini talis ditioni subiectis, Inquisitor hereticæ prauitatis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus, per varios processus prædecessorum nostrorum, & narratione vulgata, ac per propriam experientiam aliquorum inuenerimus, & de cetero nonnullas personas pestiferas Christi, & Ecclesie, ac verius sanctæ fidei inimicas, antiqui serpentis veneno heresis esse infectas vulpinis caudis intricatis, sanctitatis specie & habitu obfuscatas, in uariis ciuitatibus atque locis huius patriæ, & regnorum, temporibus retroactis, vineam Domini Sabaoth discurrentes, ac pariter deuastantes, voce nefaria Deum deorum in Sion blasphemantes; & probabiliter timeamus, ac reuolutis visceribus tremamus, iam tale venenum multorum præcordia infecisse: Ea propter nos plenius desideris affectantes, periculosos eorum insultibus totis nostris conatibus obuiare, auctoritate domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena excommunicationis precipimus, mandamus, & mandando requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, ac peremptorie, vniuersos & singulos tam clericos, quam laicos, tam regulares, quam seculares, cuiuscunque conditionis, gradus, status, ordinis, religionis, ac dignitatis existant, qui sunt infra terminos huius talis ciuitatis, ac loci, & circumquaque illam, per vnam leucam, ad quos hæc nostra præfata monitio peruenit, & mandatum, quatenus infra sex dies proxime computandos, quorum primos duos pro primo, & reliquos duos primis duobus immediatos pro secundo, & vltimos duos pro tertio termino, & peremptorie, ac trina monitione canonica assignamus: nobis reuelent, si sciuerint, viderint, vel audierint aliquam personam esse hereticam, diffamatam de heresi, seu suspectam, aut loquentem contra articulos fidei, vel Ecclesie sacramenta, aut aliàs vita, & moribus à communi conuersatione fidelium disidentem, seu dæmonibus inuocando sacrificantem. Si autem (quod Deus auertat) aliquis suæ salutis immemor extiterit, præfatis nostris mandatis, & monitis non parendo, ea quæ iussimus non complendo, sciat se excommunicationis vinculo innodatum: quam excommunicationis sententiam, Nos frater N. Inquisitor præfatus contra tales nobis rebelles, & inobedientes, immo reuera domino nostro Papæ, & Ecclesie sanctæ Dei, eorum contumacia exigente, inobedientia requirente, & iustitia postulante nunc ut extunc, & tunc ut ex nunc ferimus in his scriptis: absolutiones à dictis sententiis, si forsan aliqui incurrerint, nobis seu domino nostro Papæ tantummodo referuant. Datum, & cetera.

52

B.

B. *Adueniente autem sabbato sequenti, mandabit Inquisitor per nuntium, seu cedulam præsentibus in domibus religiosorum, quatenus de qualibet religione tot, scilicet duo, vel quatuor ad sermonem ueniant generalem.*

† *Vox Hispanis nota, quæ continet quatuor milia Italia.*

D.

D. *Die autem Dominica assignata, faciet Inquisitor sermonem generalem, loquendo de fide, eandem commendando, & ad eius defensionem, & hereticæ prauitatis extirpationem populum inducendo; tandem facto sermone monebit populum verbo: Quod si sciuerint aliquem dixisse, vel egisse aliqua contra fidem, seu tenere aliquem errorem, quod debeant Inquisitori reuelare, qui potest prodesse, & non obesse, & aliqua verba similia in effectu concludendo, quod licet ipse Inquisitor bene præsumat quod reuelabunt, si aliquid sciuerint de prædictis: tamen ut ipsi talia scientes magis apud homines excusentur, & apud Deum de obedientia mereantur, quod ipse eis præcipiet, & eos monebit canonicè (ut est iuris) & etiam fieri consuevit.*

E.

E. *Quibus dictis ipse Inquisitor faciet legi publice alta voce, & intelligibili, & in vulgari, per suum notarium, vel aliquem clericum, vel religiosum, in ambone iuxta se existentem, litteras admonitorias tenoris sequentis.*

Forma

Forma secunda pro eodem.



Nos frater N. ordinis Prædicatorum in dominio talis domini, Inquisitor hereticæ prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus, totis nostris affectibus inhiantes, ac ex omnibus nostris præcordiis affectantes populum Christianum in vnitate, & sinceritate catholice fidei conseruari, ac ab omni peste prauitatis hereticæ visceraliter elongari: Idcirco nos frater N. Inquisitor præfatus, cui ex iniuncto nobis officio, hæc incumbunt, ad gloriam & honorem recolendi nominis Iesu Christi, & ad exaltationem sanctæ fidei orthodoxæ, atque ad depressionem hereticæ prauitatis: vniuersis & singulis cuiuscunque gradus, conditionis, status, ordinis, religionis, ac dignitatis existant, qui sunt infra terminos huius ciuitatis talis, ac talis, aut circa illam ad duas leucas, ad quorum notitiam nostra peruenerint hæc mandata, auctoritate Apostolica, ac iniuncti sancti nobis officij, qua fungimur in hac parte, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pena præcipimus, & mandamus, ac mandando requirimus, & monemus, quatenus infra duodecim dies proxime computandos, quorum primos quatuor pro primo, & reliquos quatuor primis quatuor immediatos pro secundo, & vltimos quatuor pro tertio termino, & peremptorie, ac trina monitione canonica assignamus, ut nobis reuelent, si sciunt, viderunt, vel audierunt aliquam personam esse hereticam, diffamatam de heresi, vel suspectam, aut peruersè sapientem de articulis fidei, seu ecclesiasticis sacramentis, ac aliàs à communi conuersatione fidelium vita et moribus disidentem, et in speciali talem hæresim, nunc uigentem defendere, approbare, vel aliàs dogmatizare, ponatur quæ est illa, vel illa: aliàs si nostris immo verius Apostolicis antefatis monitis, & mandatis non paruerint cum effectu, præmissa infra prætaxatum terminum reuelando, sciant se excommunicationis mucrone percussos: quam excommunicationis sententiam in omnes & singulos taliter, ut prædicitur, contumaces, præfata nostra monitione canonica præcunte, & eorum inobedientia requirente; nunc ut extunc, & tunc ut ex nunc ferimus in his scriptis: absolutionem harum sententiarum nobis & domino nostro Papæ tantummodo referuando. Datum: & cetera.

53

Post publicationem edicti quid facere debeat Inquisitor.

Contenta in edicto ad certa capita reducenda.

QVA sententia vel simili in effectu in vulgari promulgata, Inquisitor habet facere tria. Primum est, sententiam antedictam breuiter explicare ad certa puncta eam reducendo, ut melius populi memoriæ infigatur; dicendo hæc, vel similia in effectu. Ista sententia stat in tribus punctis. Primum est generalis: ut si scitis aliquem hereticum vel de heresi suspectum seu diffamatam, quod reuelatis cum nobis, Secundus est specialis: ut

reuelatis si scitis aliquem dogmatizare errorem de proprio vel communi, seu talem. Tertius est singularis: ut si scitis aliquem tenentem libros hereticum, seu demonum inuocationum.

Secundum, quod habet facere Inquisitor est, indulgentias promulgare dicendo: Auctoritate domini nostri Papæ, ego confero cuiilibet vestrum, qui uenistis ad sermonem istum, indulgentiam quadraginta dierum. Et idem dominus noster Papa dat tres annos de indulgentia omnibus, qui præstiterint in officio meo, & ad hereticos reducendos, consilium, auxilium, vel fauorem: *quare iste qui legit sententiam antedictam, habet tres annos.* Et quicumque reuelauerit mihi aliquem hereticum vel diffamatam de heresi, vel suspectum, seu aliàs in causa fidei perhibebit coram me verum testimonium, habebit alios tres annos de indulgentia, quare sitis diligentes ut habeatis. *De istis indulgentijs constat in privilegio Urbani III. quod incipit: Præcunctis. quod privilegium supra est insertum.*

55 Promulgatæ indulgentiæ.

Tertium, quod habet facere tunc Inquisitor est, tempus assignare gratiæ dicendo sic: Et ego auctoritate Apostolica de gratia speciali assigno omnibus hereticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hereticorum, ac de heresi diffamatis vel suspectis, si qui sunt in tota ista diocesi, totum mensem immediate sequentem, seu tantum tempus, infra quod libere ueniat ad me, nec expectent se denuntiarum, accusari vel capi: infra quod tempus gratiæ si libere & spontanea voluntate ad me uenerint, & reatum suum reuelauerint, & ueniam petierint, magnam ueniam & misericordiam consequentur. Si autem expectauerint quod accusentur, denuntientur, ci tentur, vel capiantur: uel tempus gratiæ transire permiserint, & post uenerint, tantæ gratiæ non erunt digni: quare ueniant infra tempus gratiæ assignatum.

56 Tempus gratiæ assignandum sponte uenientibus

Quibus peractis poterit Inquisitor præfatas suas sententias admonitorias affigi facere in ualuis Ecclesie dictæ cathedralis, ut ab omnibus possint legi.

† al. gratiæ

Quibus duobus terminis assignatis, vno hereticis credentibus, defensoribus, &c. in speciali: alio omnibus ad denuntiandum, si sciuerint aliquem hereticum, vel diffamatam generaliter, &c. spectet ipse Inquisitor, & attendat, quod non discurrat, sed in domo (ut in pluribus) personaliter perficiat, ut ibi inueniatur si ueniunt hi, uel illi.

De sponte uenientibus in tempore gratiæ, & crimen suum Inquisitori prodentibus.

QVOD si infra terminum assignatum hereticis credentibus, fautoribus, &c. quod tempus gratiæ à doctoribus nominatur, aliqui ad dictum Inquisitorem accesserint: qui dicant & recognoscant se in aliquâ heresim incidisse, illi credidisse, uel hereticis fauorè præstitisse, ne ad manus peruenirent Inquisitorum, & similia; circa istos, qui non

57 Sponte uenientes mitius tractandi, non

non sunt accusati, nec denunciati, nec citati, sed A voluntarie aduenerunt, & errorem suum detexerunt, infra terminum eis assignatum, debet Inquisitor mitius se habere.

59 Attendant tamen Inquisitor taliter venientes qualiter velint detegere errorem suum. Nam si volunt detegere tantum in foro penitentiali per modum confessionis sacramentalis, Inquisitor non admittat, nec confessiones eorum audiat: non enim Inquisitores vt Inquisitores sunt iudices in foro penitentiali & interiori, sed iudiciali & exteriori: unde ad confessiones sacramentales libenter accedere non debent, ne inquisitionis officium deludatur, & sacramentum penitentiae contemnatur; & ipse Inquisitor audiens tales confessiones sacramentales scandalizetur. Nam si Inquisitor audiat aliquem in confessione sacramentali, & ille confiteatur, quod tanto tempore in tali errore persistit, et illo multos infecit, vel aliquid simile: et post processu temporis de his denunciatur seu accusatur Inquisitori, et ille iudicialiter inquirat, factum detegitur, ille citatur, medio iuramento interrogatur, et imponit Inquisitori, quod secretum confessionis reuelauit, et eundem et sacramentum penitentiae scandalizabit: frequenter enim repertum est (et qui vidit et comperit scit quia verum dicit) quod tales dubitantes et timentes ne preueniantur per Inquisitorem, per se veniunt, et audiunt in confessione sacramentali per Inquisitorem petunt, ne sic confessi possint detegi, nec puniri, quare confessiones sacramentales talium non sunt ab Inquisitoribus admittende: detegant ergo crimen suum, et errorem coram Inquisitore in foro iudiciali.

60 Quo crimine detecto, si videat Inquisitor eum iam preuentum, hoc est, alias sibi denuntiatum vel accusatum, procedat ad audiendam confessionem suam iudicialiter cum notario et testibus, et procedat in causa, ut ordo postulat rationis, semper cum eo mitius se habendo, quia uenit non uocatus.

61 Si autem Inquisitor non videat eum preuentum, utpote quia alias non fuerat ei delatus, nec actum fuerat contra eum: inquirat diligenter cum eo si factum totaliter est secretum: utpote, quia dubitauit aliquando de sacramento Eucharistiae, vel simili, et ad finem aliquando credidit sacramentum huiusmodi nihil esse: et aliquando tempore in hoc persistit, tamen nulli se reuelauit, nec aliquem infecit; et tunc si totaliter est secretum, non procedat ad iudicalem confessionem recipiendam, sed secretae absoluat eum intincta sibi aliqua penitentia salutari, indicendo quod stet firmiter in catholica credentia, et repellat tales tentationes: etc.

Si autem comperiat factum non esse secretum, immo ille detegit non solum male credidisse, sed etiam se aliis suam peruersam credentiam reuelasse, et alios infecisse; tunc Inquisitor descendat ad confessionem suam iudicialiter recipiendam, et informet se plenius cum illis, quibus se reuelauit, seu quos infecit, et procedat in causa iuxta canonicas sanctiones, semper mitius se habendo erga eum, quia uenit per se non uocatus, et infra tempus gratiae,

Inquisitor est iudex in foro exteriori non in interiori.

tal. iuris,

De crimine profus occulto non est iudicialis confessio lumen da.

Iudice accipienda est confessio criminis alius manifesti.

Postquam Inquisitores haereticorum prauitatis ciuitatem sibi decretam sunt ingressi, fidemque fecerunt capitulo Ecclesiae maioris, & senatui urbis, ostensis litteris delegationis, quibus creati sunt Inquisitores; alterum quod proxime illis agendum incumbit, est, conuocare clerum & populum ut certo die festo conueniant in maiorem Ecclesiam, ut illic sermo de fide catholica habeatur, & potestas & iurisdictio Inquisitorum declaratur, & quam ob rem missi sint publice intelligatur. c. vt commissi. S. aduocandi. c. vt officium. S. compescendi. de haeret. lib. 6. quod praescripsit luculenter concilium Biterrense cap. 1. in hac uerba: Atque ibi conuocatis clero & populo, & proposito uerbo Dei mandatum uobis factum, & aduentus uestri causam, lectis litteris quarum auctoritate procedere habetis, sicut oportere noueritis, exponatis, haec ibi. In his omnibus qualis ordo obseruari debeat, singillatim ostendit Eymericus, traditque Simancas de catho. instit. tit. 44. num. 2. & eopiose Tabienfis in sum. uerbo, Inquisitor. S. 10. nume. 11.

Illud praeterea solet in multis locis obseruari, ut finito sermone de fide catholica, omnes simul coram Cruce ac libro Euangeliorum iurando promittant se praestatos fauorem, auxilium, & consilium sanctae Inquisitioni, eiusque ministris, & quod nullo modo directe vel indirecte eos impediant: quod iuramentum in specie praestare debent ciuitatis magistratus, ad quod praestandum eos possit compellere Inquisitor: quod & faciet si uiderit expedire, alias ne quid noui & inuitati moliat, quod vel minimum obesse possit in hac causa, in omnibus laudabilem eius ciuitatis consuetudinem sequatur, ut etiam monuit Tabienfis in sum. uerbo, Inquisitor. S. 10. nume. 11.

Quibus dictis Inquisitor faciet legi publice alta voce, & c. litteras admonitorias tenoris sequentis. Hoc est in ordine tertium, quod Inquisitor obseruare debet finita concione de fide, & praestito iuramento: ut scilicet litterae monitoriae prius confectae legantur aduersus ciuitatis rebelles, moueanturque totius confluentis populi multitudo, ut omnes haereticos, & haereticorum complices, aut quos sciunt de haeresi suspectos vel infamatos reuelent. quod pereleganter etiam praescripsit concilium Biterrense cap. 1. in hac uerba: Ac deinde, (scilicet post finitum sermonem de fide, & declaratam iurisdictionem Inquisitorum, & aduentus causam) mandetis, ut omnes qui se uel alios sciuerint in crimine labis haereticae deliquisse, compareant coram uobis ueritatem dicturi.

Quatenus infra sex dies proxime computandos, etc.] taxare hoc tempus in arbitrio Inquisitorum positum est, & propter presentes, breue tempus sufficit, cum illi statim aut se ipsos, aut alios deferre possint: absentes uero ubi accesserint ad ciuitatem, illud ipsum tempus initio constitutum habent, & tunc illis incipit currere.

Secundum quod habet facere Inquisitor est indulgentias promulgare, dicendo. De indulgentijs, quas tam Inquisitores, quam eorum ministri, & ceteri

Num. 47. Ab Inquisitore de nouo instituto de habedus, & quid in eo gerendum.

Num. 51. Finito sermone de fide de moncan tur omnes, ut haereticos & suspectos reuelent.

Num. 52. Taxate tempus aduentibus, arbitrium est.

Num. 53. Indulgentias concedenda.

ceteri qui praestant in causa fidei consilium, auxilium, uel fauorem consequuntur, multa extant Pontifici rescripta, agitque plene Eymericus 3. par. q. 127. & seq. & nos ibidem late.

Tempus gratiae assignandum edictis publicis, & quando id liceat.

Tertium quod habet facere Inquisitor, est tempus assignare gratiae. Hoc ita nunc peragitur, edita publica proponuntur, & publicis locis affiguntur, ut in notitiam omnium facilius perueniant. Tabienfis uerbo, Inquisitor. S. 10. nu. 11.

Iam assignare plures uel pauciores dies in hoc edicto, arbitrium est: & mensis unum, quadraginta uel plures dies concedere potest Inquisitor. Simancas de catho. instit. tit. 44. nu. 3.

Sed animaduertant oportet hoc loco Inquisitores ne fallantur, putantes liberum sibi esse concedere hoc tempus gratiae, quotiens accedunt ad diocesim sibi decretam, in qua per alios Inquisitores fieri solita est contra haereticos inquisitio, quoniam huiusmodi gratiae tempus assignare tunc possunt cum mittuntur ad ciuitatem sine diocesim, in qua de nouo constituuntur Inquisitores, quemadmodum singulariter docet prima quaedam instructio Hispanen. anni Domini MCCCCXXXIII. cap. 1. 2. & 3. nam cum in cap. 3. de hoc tempore gratiae constituendo ageretur, cap. 1. statuerat quando id esset concedendum in hac uerba a nobis uiciumque latine edita: Primum praedicti domini Inquisitores & consultores dixerunt, ut quotiescunque fuerint de nouo constituti Inquisitores in aliqua diocesi, ciuitate, aut oppido, uel quolibet alio districtu, ubi haec tenus non fuit facta inquisitio super delicto haereticorum prauitatis & apostasie: & infra. Et postquam nonnulla de eorum ingressu in dicto cap. 1. & 2. dixisset, continenter in cap. 3. agitur de hoc tempore gratiae constituendo, seu promittendo. quare si uerbi gratia Inquisitore Bononiensi uita functo, uel amoto alius ad eam ciuitatem destinaretur, is non posset nec deberet hoc tempus gratiae assignare sicut praediximus: secus autem esset si in litteris delegationis talis sibi concederetur per Romanum Pontificem facultas, quam interdum indulgere solet ob causas aequas & rationi consonas, quae pium principis animum mouere possunt; Atque iuxta haec quae diximus intelligenda est doctrina & praxis EymERICI hoc loco, sicut etiam apparet ex Simanca de catho. instit. tit. 44. de ordine procedendi, nu. 1. & seq. & clarius ex Arnaldo Albertino in repetitione cap. 1. de haeret. lib. 6. q. 12. nu. 4. uerf. Et quod dixi supra, & ex ipsomet EymERICI in principio huius 3. partis, tit. 1. quo loco dicit ita: Vbi considerandum est, quod quando Inquisitor est a domino nostro Papa, uel ab alio eius uice, de nouo institutus in aliquibus regnis uel terris. haec ille. & series totius ordinis & disputationis eum potissimum respicit, de quo proxime diximus quod ipsum etiam ex concilio Biterrensi cap. 1. & 2. non obscure colligitur.

Num. 56. Sponte uenientes qui dicantur.

Infra quod tempus gratiae si libere & spontanea uoluntate ad me uenerint, & c.] Qui autem dicantur sponte uenire, eleganter docuit Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, q. 2. quam quia singularem habet eruditionem, & multam lucem huius loco affert, referre placuit. ea ita habet: Quoniam illis, qui sponte redeunt ante tempus

gratiae promittitur & obseruatur impunitas, mortis uidelicet, carceris & confiscationis, quod fieri posse credo iuxta mandatum Papae, & consilium Tolosanum: quae igitur iudicio meo redeunt, qui infra tempus gratiae redeunt, licet in generali sint moniti, nec enim coacti uidentur, quia a nemine sunt praeventi, & facit bene ad hanc materiam ff. ad Tertullian. l. 2. §. si mater. cum sequentibus uersiculis. Certe post tempus gratiae, si res est integra, hoc est, quia non est personaliter inquisitus, nec probationes contra eum receptae, quod credo uerum per legem ff. de optio. legata. l. mancipiorum. nam si post tempus gratiae personaliter requiritur, & auditur, quamuis errorem suum detegat, indignus est uenia. & sic sonat ea non in suo casu, 2. 4. dist. cap. vlt. quod autem tempus hoc recte praestigatur, non est in dubium ab aliquo reuocatum: & possent ex utroque iure multa induci similia; sed nimis est a materia alienum. Sponte ergo uenit, qui non uenit admonitus nominatim, & colligitur haec distinctio C. de his qui latrones occult. l. vlt. in illo uersiculo, Domini, & c. haec tenus Guido Fulcodius, quem penitus sequuntur Archidiaconus & Ioan. And. in c. vt commissi. de haeret. lib. 6. idem penitus rescripserunt periti Auinionenses responso quodam super varijs dubijs circa inquisitionem, edito anno Domini MCCCXXXV. quod est in uerba illo codice bibliotheca uaticanae.

Magnam ueniam & misericordiam consequentur. Et ratio est, quoniam mitius est agendum cum sponte confessis, quam cum conuictis. c. presbyterum. 50. dist. glossa communiter recepta in c. de hoc uerbo, in iure. extra de simonia. ubi Hostiensis, & ibi Panormitanus nu. 6. Sed hic Eymericus non expressit quam gratiam consequantur sponte uenientes, nec quod ego legerim est aliquo iure communi cantum. eam tamen nominatim docuit concilium Biterrense cap. 2. in hac uerba: Ac deinde mandetis, ut omnes qui se uel alios sciuerint in crimine labis haereticae deliquisse, compareant coram uobis ueritatem dicturi: Assignato eis termino competenti, quod tempus gratiae uocare soletis; quibus tamen alias huiusmodi gratia non est facta: infra quem terminum uenientes, penitentes & dicentes plenam de se ac de alijs ueritatem, habeant impunitatem mortis, immurationis, exilij et confiscationis bonorum. haec ibi. Quod in Hispania nostra cantum etiam refert Simancas de catho. instit. tit. 44. nu. 3. instructio quadam Hispanensi prima. cap. 3. & 7.

Non tamen sponte uenientes euitabunt omnem poenam, sed pro qualitate personarum & criminum, arbitrio Inquisitorum benigne tractabuntur. aut poenam aliquam pecuniariam soluente, aut elemosynas erogante, aut alia huiusmodi charitatis opera praestante.

Id quoque diligenter est animaduertendum, huius promissae gratiae beneficium collatum sponte uenientibus, non tribui illis, quibus alias huiusmodi gratia iam facta fuit, ut praecipit concilium docet. nihilominus tamen his etiam, quibus alias hoc beneficium est tributum, aliquid est condonandum.

Concilium Biterrense, legendum creditur, in quo haec immunitas praestatur sponte uenientibus, cap. 2.

Sponte uenientes quam gratiam consequantur, res seitu digna.

Sed

An relapsus sponte veniens sit parcendum, g. a. nis & utilis questio.

Sed quid si relapsus à nemine adhuc deprehensus sponte veniat, ac errorem plene confiteatur, lacrymisque misericordiam imploret; erit ne sibi mortis pena remittenda, ita vt non eradatur curia seculari? gravissima est plane questio, quæ fortassis longiore oratione egeret: breuiter tamen quid sentiam meo more explicabo; ac penam quidem mortis condonandam omnino censo. Primum, quia in hoc cessat sinistra illa suspicio, qua relapsi putantur fiste conuersi, cum seipsum penitendo deferat, & veniam postulet. Rursus, quoniam is non est censendus incorrigibilis, qui sponte crimen fatetur, & errati veniam deprecatur. Preterea nullus potest vere dici relapsus, nisi qui his de hæresi conuincitur: qui vero crimen fatetur, non videtur secundo conuictus. Postremo, concilium Bituricense paulo antea relatum hoc videtur sentire dum ait, Sponte venientibus impunitatem mortis esse concedendam. Que verba nullo modo possunt in hoc crimine competere nisi relapsis. Nam quicumque alius delinquens sponte conuersus, quamuis grauissime deliquerit, mortis penam euitat; & propterea concilium de illis videtur loqui, qui si fuissent conuicti, mortis supplicio essent plerumque relinquitur ergo relapsos sponte venientes penam mortis effugere.

Quando sint admittendi relapsi sponte venientes.

Atque hæc sententia benignior est, vt ait Hostien sis in cap. ad abolendam. §. illos. in verbo, sine vlla audientia. & verbo, audientia. de heret. vbi videtur in hanc partem inclinare, quam amplectuntur Ioan. Lupus Decanus Segouien sis tract. de heret. quem refert & sequitur Motaluus in legibus septipartitis. l. i. tit. 2. §. par. 7. q. 6. vers. est tamen conclusio. & Albericus in lib. de agnos. affer. q. 25. nu. 25. & Alfonsus Cast. lib. 2. cap. 2. de iusta heret. puni. quibus omnino censo subscribendum; dummodo (quod illi etiam adnotant) peccatum huius relapsi sponte venientis sit occultum.

Contrarium videtur tenere Simancas de catho. instit. tit. 57. nu. 21. & seq. sed nostra sententia benignior est. illud certe verum est, huic homini acriorem penitentiam esse iniungendam.

Quia tamen nullo expresso iure cautum esse videtur, vt huiusmodi relapsis parcat, propterea cum talis casus occurreret, cuiusmodi esset, vt priuati Inquisitores supremum Senatuum sancte Inquisitionis consulant, & id circa tales relapsos exequantur, quod Senatus causa cognita decernet.

Qui non veniunt sponte, aut post tempus gratie, qualiter puniendi.

Ceteri autem qui vel sponte non veniunt, vel post tempus gratie veniunt, si heretici aut credentes fue rint, in perpetuum carceres sunt detrudendi, nisi eorum tanta fuerit multitudo, ut commode fieri non possit: quod eleganter docet concilium Narbonense cap. 9. in hac verba: De hereticis autem seu creditibus præfata immunitate (quia veritatem de se vel de aliis suppresserunt, vel quia infra tempus indulgentie non venerunt, seu alias) indignis, paratis tamen absolute mandatis Ecclesie obedire, & recognoscere quam vel suppresserant, vel negauerant veritatem: quamuis tales proculdubio sint securidum statuta domini Papæ in perpetuo carcere detrudendi: quia tamen intelleximus vos de his tantam in pluribus partibus multitudinem inuenisse, vt nedum expensæ, sed vix etiam lapides

aut cæmenta sufficere possint ad carceres construendos: consulimus, vt eorum immurationes, vbi expedire videbitur, differatis, donec ipse dominus Papa de illorum multitudine plenius sit consultus: nisi forte aliqui essent tam facinorosi, vt de ipsorum impunitate, vel fuga, vel relapsu, vel corruptione seu turbatione aliorum nimium timeretur: tales enim sine ulla proruf dilatione firmo & perpetuo carceri deputetis. hæc ibi.

Postremo illud quaestum est: An qui metu probationis sponte criminata confiteatur, mitius puniri debeat, an potius ordinaria pena sit coercendus: & glosse in c. presbyterum. §. dist. & in c. de hoc. extra de simonia, ordinariam penam imponendam arbitrantur: sed benignior est Hostien. sententia in dicto c. de hoc. asserentis etiam hoc casu mitius agendum esse. Quanta autem penæ pars remitti debeat, arbitrio iudicantis relinquitur.

Et metu probationis confiteri quis dicitur, quando iam vocatus erat ad iudicium: vnde è diuerso sponte confessus appellatur, cum nullo precedente stimulo iudicem adit, & crimen confitetur, vt in dicto cap. de hoc. de simo. optime docuit Panor. atque hæc omnia sunt diligenter sine obseruanda, ut pena nunc grauiora, nunc remissiores imponantur.

Illi vero qui post tempus gratie sponte veniunt, etiam mitius sunt puniendi, quamuis non consequatur tantam indulgentiam, vt prudens iudex obseruat hoc loco Eymericus ibi: uel tempus gratie transire permiserint, tantæ gratie non erunt digni.

Quot autem modis seu temporibus reuerti quis possit, secundum que aut facile recipietur, & sibi penæ remittentur, aut contra non recipietur, eleganter & copiose docet Arnaldus Albertinus in repetitione cap. quoniam. de heret. lib. 6. q. 12. & Simancas de catho. instit. tit. 47. nu. 27. & multis seq. h. Attendant tamen Inquisitor, & c. nam si uolunt accipere tantum in foro penitentiali, & c. j. Pulcherrima est & valde utile hoc documentum, & omnino in hoc tribuendum obseruandum, vt etiam admovent Campanus ad Zanchinum cap. 34. vers. considerent etiam Inquisitores. & Locatus in opere iudiciali verbo, absoluer. nu. 7. Cetera documenta, que circa confessionem sacramentalem reorum in hoc tribunali obseruare oportet, tradidi supra in hac parte super concilio Tarraconensi.

Et tunc si totaliter est secretum, non procedat ad iudicalem confessionem recipiendam, sed secreta absoluat eum, & c. Non est contemendum hoc EymERICI consilium, sed non videtur tutum: quoniam si hoc ita fiat, sermo eadem incommoda concurrunt, que ipse paulo antea commemorauit, dum monabat ne Inquisitores audiant sacras confessiones: quare tutius semper erit persuadere sponte venientibus, vt iudicialiter confiteantur crimina sua, hoc est, notario eorum confessionem recipiente coram Inquisitore dicant peccatum suum, inde secreta reconciliatione facta, mox absoluat eum. ac de hac quidæ facti specie accipiendum mihi videtur id quod sancit Clemens VII. rescripto incipiente: Cum sicut. §. vobis etiam. quod est in bullario literarum Apostolicarum in fine huius operis, de quo alibi dicemus copiosius.

An qui metu probationis sponte veniens puniri debeat.

Vide Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 17.

Num. 59. Inquisitor non audiat sacras confessiones.

Num. 61. Persuadendi sunt reuerti iudicialiter dicant crimina sua.

De modo

De modo recipiendi denuntiationes.

63 QVOD si infra terminum ad reuelandum hæreticos, credentes, fautores, & c. omnibus generaliter assignatum, aliqui paruerint & comparuerint, volentes contra aliquos aliqua ad fidem pertinentia Inquisitori intimare, recipiat Inquisitor denuntiationes huiusmodi iudicialiter. Et si forsitan multi denuntiatores, vel reuelatores aduenirent infra terminum assignatum, vt non possent omnium denuntiationes iudicialiter recipi, ne vnus alium impediatur, habeat Inquisitor semper vnum librum paruum, per dioceses distinctum, in quo scribat omnes, que fiunt sibi denuntiationes, & nomina denuntiantium, & nomina testium productorum, & vicum & locum vbi morantur: quem librum teneat secreta, ne ab alijs videatur, & nomina denuntiantium reuelentur, & periculum illis imminet: Et in isto libro scribat etiam de manu sua ipse Inquisitor, per modum memorialis, omnes denuntiationes, & omnia nomina denuntiantium & denuntiatorum, ac etiam testium interrogandorum, que fiant sibi infra dictum terminum generalem ad denuntiandum omnibus assignatum per modum, qui sequitur.

Forma scribendi dicta testium per modum memorialis.

64 De tali dicecesi. Talis de tali loco, qui moratur in tali vico, & vitur tali arte, vel est mercator, vel huiusmodi, deponit contra talem, qui moratur in tali loco, & in tali vico, & vitur tali arte, quod dixit ac asseruit, quod in sacramento altaris non est veraciter corpus Christi, vel simile.

Interrogatur talis, qui moratur in tali loco, & tali vico, & habet tale officium: & etiam interrogatur talis, qui moratur in tali loco & tali vico, & habet talem artem, & sic de alijs.

Ex alia dicecesi. Talis de tali loco, qui moratur in tali loco, & tali vico, & vitur tali arte, deponit, quod talis de tali loco, qui moratur in tali vico, & vitur tali arte, dixit vel fecit talia contra fidem.

Interrogatur tales, qui morantur in talibus locis, & talibus vicis, & vtuntur talibus artibus.

Tempore gratie elapso quid agendum.

65 QVO assignato generali termino iam elapso, & delationibus scriptis in dicto libro per modum memorialis, Inquisitor diligenter delationes discurrat, ac prudenter aduertat, que delationes habent maiorem apparentiam veritatis, & que crimina sunt grauiora, & fidei magis periculosa; & vbi maius periculum fidei viderit imminere, ibi incipiat inquirere, citando illum, qui detulit, seu reuelauit; & medio iuramento informet se de facto, ut diligentius poterit, si habet apparentiam veritatis. Quod si inuenierit ueritatis apparentiam non habere, superfedat; non tamen à libro suo delationem amoueat: nam quod uno die seu tempore non inuenitur, alio tempore reperietur.

Maiori malo celerius occurrendum.

66 Si autem apparuerit, vel repererit habere apparentiam veritatis, tunc cum sint tres modi procedendi ac processus incipiendi, vt habetur extra de accusa. denun. & inquisit. c. Qualiter & quando. Primus, per accusationem, quam precedere debet inscriptio: Secundus, per denuntiationem, quam præcedere debet charitatiua monitio: Tertius, per inquisitionem, quam præcedere debet clamorosa in sinuatio: informet se Inquisitor cum ipso deferente, an velit accusare, & procedere per modum accusationis in negotio vel non: si dicat quod accusat, & vult esse accusator, & procedere per modum accusationis, informetur per Inquisitorem, quod oportet eum se inscribere ad talionis penam, declarando periculum, quod potest sibi imminere de accusatione & inscriptione. Qui sic informatus, si dicat se velle accusare, & requirat procedi per modum accusationis, & infret: fiet prout petit, & formabitur processus per modum infrascriptum. Si autem dicat se nolle accusare (vt communiter fit) sed denunciare, & hoc metu incurfionis penæ excommunicationis lata per eundem Inquisitorem de reuelando talia ad fidem pertinentia infra terminum assignatum: & quod aliàs non vult facere partem (vt est communis cursus) tunc formabitur processus per modum infrascriptum. Si autem non vult accusare, nec denunciare proprie, sed dicit famam esse talis; & sic quod Inquisitor informet se de fama, & si vult inquiret, tunc formabitur processus per modum alium infrascriptum: de quibus tribus modis processum incipiendi in causa fidei agitur, vt sequitur.

Quæstio à delatore quo pacto procedere velit.

COMMENT. XIII.

a Tunc cum sint tres modi procedendi ac processus incipiendi, & c. De his etiam Campanus apud Zanchinum cap. 9. in principio. c. & Tabienfis in sum. verbo, inquisitor. §. 11. nu. 1. Syluester verbo, hæresis. 2. §. 8. Carrerius tract. de heret. nu. 105. Gondissalvus de heret. q. 10. nu. 1. & alij. addunt multi quartum modum procedendi in delictis per viam exceptionis, vt indicat glossa in cap. in fidei fauorem. verbo, inquisitionis de heret. lib. 6. & Carrerius de heret. nu. 104. item addunt quintum, per viam notorij, de quo Gondissalvus & Campanus præcitatis locis. addunt tandem sextum per viam actionis, de quo plene Aegidius Bossius tit. de modo procedendi in delictis per viam actionis. In hoc sacro tribunali duo modi per viam denuntiationis, & inquisitionis sunt frequentissimi, ceteri satis inusitati, non tamen contemnendi, cum quandoque aliquis locus eis esse possit. cetera huc spectantia in sequentibus explicabuntur copiose.

Num. 66. Quot modis procedatur in crimine hæresis.

De primo modo procedendi in causa fidei per Accusationem.

PRIMVS modus procedendi & processus incipiendi in causa fidei est per modum accusationis, & est quando aliquis accusat aliquem de crimine hæresis vel fautoria, & hoc coram Inquisitore offerendo illud se probaturum, & inscribit.

bit se ad poenam talionis, nisi probet, hoc est, quod plebatur illa poena, si deficit in probatione, quod plebatur accusatus si probaretur. Et attendat Inquisitor, quod istum modum procedendi non libenter admittat, tum quia non est in causa fidei visitatus; tum quia est accusanti multum periculosus; tum quia est multum litigiosus. Vbi autem accusator instet & requirat, Inquisitor acquiescat, & dicat accusanti, quod accusationem porrigat in scriptis. Quo facto ipse Inquisitor procedat non ex officio, sed ad instantiam partis, & habito notario publico, & duabus personis religiosis, si commode potest, vel saltem duabus honestis sibi assistentibus, iuxta cap. Vt officium incipiat processum, & scribat notarius per modum qui sequitur.

J N nomine Domini, Amen. Anno à Natiuitate Domini tali, die tali, talis mēsis, in praesentia mei notarij & testium infra scriptorum. Talis, de in tali loco & diocesis talis, comparuit personaliter in tali loco corā Venerabili & religioso viro domino fratre N. ordinis talis, magistro in Theologia, ac in terris & dominio talis domini Inquisitore hereticae prauitatis à sancta Sede Apostolica specialiter delegato; & obtulit eidem domino Inquisitori quandam cedulam accusatoriam tenoris sequentis. Coram vobis, &c. *Inseratur tota: Qua inserta sequitur sic paulo infra:* Acta sunt hec anno, die, mense, & loco praedictis, in praesentia talium testium ad hec vocatorum, & rogatorum, & mei talis notarij publici, talis loci, & etiam scriptoris sacri officij inquisitionis, seu domini Inquisitoris.

COMMENT. XIII.

FT inscribit se ad poenam talionis, nisi probet. Talio in legibus 12. tabularum, vt ait Festus lib. 18. parem vindictam significat. verba legis refert Gellius lib. 20. cap. 1. nocturni Attic. Accursus insitit de iniurijs. 8. poena autem verbo, talio erat. vocat similitudinem supplicij. Isidorus lib. 5. etymolog. cap. 25. talionem similitudinem vindictae esse dicit, vt taliter quis patitur ac fecit. huius poena meminit ius diuinum Exodi cap. 21. & Matth. 5. & ius canonicum in cap. licet Heli. de simo. cap. calumniator. 2. quest. 3. cap. quisquis. 2. q. 8. cap. de crimine. 25. quest. 3. cap. hec imago. 33. q. 1. & alibi saepe. & ius civile passim in dicto 5. poena autem, insitit. de iniurijs. l. vt. C. de accusatio. l. leuia. ff. de accusatio. l. tutor. ff. de his quibus vt indig. l. 2. C. de falsa mon. l. fin. C. de sepul. violato. & his locis plenissime interpretes. Beatus Thomas 2. 2. quest. 68. art. 4. Sotus lib. 3. de iustitia & iure. q. 5. art. 4. & Fernandus Vasquius lib. 1. controuersiarum illust. cap. 24. num. 16.

Hic positus questio est hic grauissima: An hodie talionis poena locum habeat: ac primum quidem hic mihi ob seruandum, bifariam posse questionem hanc tractari, primo in accusatore, secundo in testibus. de hoc postremo nihil nunc dicam, acturus de ea difficultate plene infra super q. 73. Alterum caput est tractandum: An in accusatore talio vendicent sibi locum, & prima fronte dicendum videtur, accusa-

† c. Vt officium. de heret. lib. 6.

Num. 67. Talionis poena quid.

An hodie locus sit poenae talionis in accusatore.

Atozem in accusatione deficientem, hoc est, non probantem crimen, ad quod se probandum in iudicio obligauit, non esse subiectum poenae talionis: quoniam talio per consuetudinem iam diu abolita est & sublata, ut testantur communiter Doctores. Speculator tit. de accusa. s. 1. nu. 4. Ioan. And. in additio. ad Speculat. tit. qui accusa. non pos. Gandinus tract. de malef. tit. qui accus. non pos. nu. 38. Salycetus in l. qui crimen. nu. 4. C. qui accusa. non pos. Hieronymus Gigas tract. de crimi. lese maiestat. libro 1. tit. qualiter in crimi. lese maiestat. procedatur. quest. 1. nu. 5. Couarruias lib. 2. varia. resolut. cap. 9. nu. 1. Bartolus in l. si cui. ff. de accusatio. quem sequuntur Angelus & Salycetus in athen. sed nouo iure. C. de adulte. & alij, quos refert & sequitur Petrus Duenas regula 27. incipiente: Accusans aliquem. tenet postremo Ioannes Rojas in singularibus fidei, singu. 6. & Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 93. & alij prope infiniti, quos libens omitto. Potissima autem ratio horum est, quoniam si poena talionis accusatoribus infligeretur, non reperirentur facile qui vellent accusare: itaque crimina remaneret impunita, quod in maximum reipub. detrimentum venteretur.

Sed Iacobus de Arena vetustus & grauis Iuriconsultus in l. vt. C. de accusatio. quem refert & sequitur Ioan. And. in cap. excommunicamus el. 2. asseruit, accusatorem in crimine heresis non probantem. etiam si velit penitere non esse recipiendum: cui speciale sit in crimine heresis, vt quis possit penitere, non autem in alijs criminibus, quare sicut calumniatorem posse puniri: atque ita fuisse quandoque promittialum testatur praecitato loco idem Iacobus de Arena.

Ex his redditur valde dubia haec difficultas, in qua vt certiora tradamus, sit hoc primum axioma: In crimine heresis cum proceditur per viam accusationis, non est necessarium quod accusator se inscribat ad poenam talionis; nam & hoc in ceteris criminibus obtinere hoc e fatetur praecitati, & tradit praeceteris Ioannes Rojas in dicto singu. 6. nu. 6. si quis ergo accusare velit, nec oportet quod se inscribat ad poenam talionis, neque ad hoc est compellendus: quod si in probatione defecerit, acriter coercendus est arbitrio Inquisitoris: non tamen puniendus est poena talionis. l. in priuatis. ff. ad Turpillia. glossa in cap. tua. verbo, effectum. de procurato. quod etiam tenet Couarruias & Ioannes Rojas praecitatis locis.

Sed quid si vera se inscripserit, seu ad talionis poenam se obligauerit, ac deficiat in probatione; erit ne ea poena puniendus, quam reus excepturus esset si crimen foret vere probatum? & ad hoc existimo mitius puniendum fore, nec est tradendus curiae seculari, etiam si formalem heresim obiecerit reo, nec probasset. Primum, quia accusator minus nocet quam testes, cum solus ipse non sufficiat ad conuincendum reum: rursus, quia hoc nusquam est in hoc tribunali consuetudine receptum, vt accusator poena talionis plebatur: postremo, ita videtur probare textus in cap. super his. de accusatio. his verbis: Ad extraordinariam poenam, secundum arbitrium iudicis discreti, citra vinculum inscriptionis, est excipiens adstringendus, si defecerit in probando, hec ibi.

Iam

In crimine heresis cum proceditur per viam accusationis, non est necessaria inscriptio ad poenam talionis.

Abolitio in hoc crimine non facile cōcedenda.

Iam si reus in hoc crimine postquam coeperit accusare, desistere velit ab accusatione, abolitione petita, non facile audiendus est, quoniam hoc crimen grauissimum est: multumque interest reipub. ut puniatur, in quo index non minus accusatorem, ad docenda quae detulit, quam reum ad purganda quae negat, debet vrgere, ut optime sancierunt Imperatores in l. vt. in fine. C. de abolitio. atque hoc ipsum esse obseruandum in eo qui denuntiat, qui si dicat falso se denuntiasse, aut quid simile, non est facile audiendus, nec forte cum delato, vel cu testibus conuenerit.

Atque ex his intelliges qualiter sit indicanda EymERICI doctrina paulo inferius num. 71. tit. de modo continuandi processum per accusationem. ibi: Inquisitor consulat accusatori, &c.

Quando minuitur poena accusatori non probati.

Tandem accusatori conanti probare obiectum crimen, & in probatione deficienti, tum praecipue poena minuenda erit, cum testem unum produxerit; nam tunc etiam alias poenam talionis euitaret. Baldus apud Speculat. tit. de accusatio. in fine. refert Marcellinus singulari 27. incipiente: In ore duorum. item si docuerit de eo crimine publicam fuisse famam, aut ab amicis, vel consanguineis delati, vel alijs personis fide dignis audiuisse. Bart. in l. si. ff. de hered. instit. quod est diligentissime obseruandum.

Num. 67. An accusans libelli accusatorum in scriptis porrigere debeat.

Vbi autem accusator instet, & requirat, &c. Inquisitor acquiescat, & dicat accusanti, quod accusationem porrigat in scriptis. Libellum accusatorum in scriptis proponendum docet Bart. in Extrauag. ad reprimendum. verbo, per Inquisitionem. nu. 33. cuius opinionem sequitur, & communem vocat Cardinalis in cap. 1. versi. ponitur etiam. 2. q. 8. per textum ibi: Accusatorum persona nunquam recipiantur sine scripto. ceterum Salyceti sententia praualuit in l. penul. nu. 2. C. de accusat. asserentis, validam esse accusationem, siue accusator porrigat libellum in scriptis, siue verbalem tantum querelam apud acta iudicis, quam tabellio redigat in scriptis. & hanc Salyceti opinionem in praxi obseruari tradit Iulius Clarus lib. 5. sent. s. si. q. 12. versi. quere quae sit forma. quod esset etiam obseruandum in hoc tribunali, si per via accusationis ageretur; praesertim cum in hoc crimine simpliciter procedi possit. cap. fin. de heret. lib. 6. nec propterea summa iuris solemnitates sunt necessario requirenda, vt praeceteris tradit Bernardus Comensis in Lucerna verbo, litis contestatio.

Fiscalis sancti officij & eius munus.

Sed cum hodie accusantis persona raro admittatur, publicus est constitutus minister, quem vulgo Fiscalem dicimus, qui personam accusatoris subit, & reos accusat: nec se subscribit ad poenam talionis, aut ad alias, quas falsi accusatores pati solent, qui testibus habitis de crimine, & diligenti Inquisitione praecedenti, & debitis informationibus, in hac ferme verba libellum accusatorum formare solet.

Forma libelli accusatorij quem Inquisitori porrigit fiscalis.

Ego Augustinus officij sanctissimae Inquisitionis Fiscalis, coram te Reuerendo Inquisitore iudice delegato in causis fidei contra haereticam prauitatem, criminaliter accuso Martinum Lutherum, qui cum sit Christianus baptizatus, & velut talis apud omnes habitus, à fide catholica reuel-

A fit, & ad pestiferam heresim Manichaeorum, ac aliorum hereticorum, talem videlicet & talē impie accessit; praedicans, scribens, componens, firmiterque asserens multa dogmata haeretica, erronea, scandalosa, & valde suspecta in approbationem & laudem praefatae heresis, & haereticorum, quos velut magistros imitatur.

Hae est vulgaris forma, qua hodie Fiscalis vritur, de qua Speculat. tit. de here. in principio. Simancas de catho. instit. tit. 4. nu. 11. Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 7. omnesque Criminalistae in suis practicis libellis. Milles fol. 14. & 15. in c. de accusationis formula. Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis lib. 1. tit. qualiter in crimi. lese maiest. procedatur. q. 3. Iulius Clarus in pract. crimi. s. fin. q. 12. versi. quere quae sit forma. & alij.

In hoc libello crimina singula admissa Fiscalis Libellus accusatoris narrare debet, vt reus intelligat quibus sit responsurus delictis, ut se tueatur: nomina testium & quaedam aliae circumstantiae commissi criminis omittuntur, ne quid detrimenti testes patiantur. quod si reus perat edi sibi testium nomina, nullo pacto audiendus est, de quo dicemus copiose infra super quest. 75. vbi est proprius locus, vnde intelliges quales circumstantiae declarari reo possint, quales vero occultari.

De secundo modo procedendi in causa fidei per Denuntiationem.

SECVNDVS modus procedendi & processum incipiendi in causa fidei, est per modum denuntiationis; & est quando aliquis denuntiat aliquem de heresi, vel fautoria, vel aliis ad fidem pertinentibus ipsi Inquisitori, sine hoc quod offerat se probaturum, nec vult facere partem; sed dicit, quod denuntiat ratione sententiae excommunicationis latae per Inquisitorem contra non denuntiantes, uel alias denuntiat zelo fidei non faciens partem: & tunc Inquisitor mandat sibi, quod det in scriptis, uel saltem dicat in praesentia testium & notarij, & in tali casu procedat Inquisitor ex officio, & non ad instantiam partis.

Et hic est communis modus procedendi, & usitatus in causa fidei: & tunc habito notario, & duabus personis religiosis, seu aliis honestis (ut dictum est supra) incipiat processum per modum, qui sequitur.

IN nomine Domini amen. Anno à natiuitate Domini tali, die tali, de mense tali, in praesentia mei notarij & testium infra scriptorum; talis de tali loco comparuit personaliter in tali loco, coram honorabili & religioso viro fratre N. in terris ac dominio talis domini Inquisitore hereticae prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegato, & obtulit eidem domino Inquisitori cedulam tenoris sequentis: *Inseratur tota.*

Si autem non denuntiauit scripto, nec cedulam obtulit, sed tantum uerbo ponetur sic: Comparuit personaliter in tali loco coram honorabili & religioso, &c. & denuntiauit eidem domino Inqui-

B

C

D

E

Inquisitori, q̄ talis de tali loco, & diœcesis talis asseruit, & dixit talia contra fidem, & tenet, & defendit. *Ponatur prout denuntiabit.* Quo factio in continenti ipse Inquisitor faciat iurare ad quatuor Dei Euangelia ipsum denuntiantem de veritate dicenda super denuntiatis; præstito iuramento interrogabit eum: vnde scit esse vera quæ denuntiavit; & si vidit, vel audiuit. Si dicat se vidisse, interrogabit eum: vbi vidit, & quando, & quotiens; & per quem modum, & qui erant præsentis. Si dicat q̄ non vidit, sed audiuit, interrogabit eum Inquisitor à quibus audiuit, & vbi, & quando, & quotiens, & per quem modum, & quibus præsentibus audiuit, formâdo articulos de quolibet prædictorum singulariter & diuisim.

Et notarius ponat totum in actis seu processu immediate post prædictam denuntiationem continuando sic. Qua quidem denuntiatione sic vt præmittitur facta ipse Inquisitor in continenti fecit iurare ad quatuor Dei Euangelia ipsum denuntiantem de dicenda veritate super denuntiatis, & interrogauit eundem: vnde, & quomodo ea, quæ denuntiauerat, nouerat esse vera. Qui respondit, quod pro eo scit ea quæ denuntiauerat esse vera, quia vidit.

Interrogatus vbi vidit dictum talem facere, vel dicere supradicta; dixit, quod in tali loco.

Interrogatus de tempore; dixit, quod tali die, talis mensis, & talis anni.

Interrogatus quotiens vidit, & cetera. Formentur articuli vt dictum est, & totum ponatur in processu, & specialiter inquiratur ab eo, qui sciunt in tali causa, & qui possunt scire.

Quibus omnibus sic peractis, vltimo interrogabitur, si denuntiat mala voluntate, odio, vel rancore, vel dimittit aliquid fauore vel amore, vel aliâs rogatus, vel subornatus: & postremo inquitur ei virtute iuramenti præstiti terere secretum quidquid ibi dixit, vel per Inquisitorem tibi dictum fuerit: & ponitur totum in processu, & in actis. Quibus omnibus sic expletis sequetur paulo infra. Acta sunt hæc in tali loco, tali die, talis mensis, & tali anno, in presentia mei notarij talis loci, auctoritate talis, & scriptoris domini Inquisitoris, & talium testium ad hæc vocatorum & rogatorum.

Num. 68.

COMMENT. XV.

DE hoc secundo modo procedendi in delictis per denuntiationem copiose differunt suis locis Criminalistæ: sed de ea, quantum ad nostrum institutum pertinet, agit S. Antoninus 3. par. tit. 9. cap. 9. Gondissaluis tract. de here. q. 10. nu. 6. Campegius apud Zanchinum cap. 9. vers. de tertia. Repertorium inquisitorum, & Locatus in opere iudiciali verbo, denuntiatione. Simancas de catho. inslit. tit. 19. idem in enchiridio, titu. 23. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singul. 5. Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 26. nu. 27. & alij.

Denuntiatio quid,

Est autem denuntiatio alicuius criminis apud competentem iudicem, sine inscriptione, facta a delapio ad

A penitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrumque, ita Hostien. in sum. tit. de denuntiatio. §. 1. & Repertorium inquisito. verbo, denuntiatio. colligitur que non obsecure ex cap. 2. & 3. & cap. super his. & cap. cū dilectus. cl. 1. extra de accusat. & cap. nouit. de iudicijs. a. ¶ Et tunc Inquisitor mandat sibi, quod det in scriptis, vel saltem dicat in presentia testium & notarij. *Et re vera indifferenter hæc admitti possunt, & obseruari, vt vere admonet Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 7. vers. vltimus quæro. in fine. nam hanc denuntiationem & in scriptis, & verbo tantum porrigere possunt iudici, qui denuntiant. quod tenet etiam Bossius tit. de denuntiatione. num. 14. & videntur velle Angelus, Salycetus, & alij. in l. ea quidem. C. de accusatio.*

Quod vero hic ait Eymericus: Vel saltem dicat in presentia testium: non est ita accipiendum, vt credamus testes esse necessarios, corâ quibus denuntiatione Inquisitori proponatur: id enim nec verum est, nec iure vsquam cautum: sed per testes hic duas illas personas religiosas accipere debemus, de quibus in cap. vt officium. de heret. lib. 6. & meminit auctor in modo præcedenti, & amplius paulo post nu. 84. in tit. quot persona esse debeant in examinatione testium & delatorum in causa fidei.

B ¶ Et obtulit eidem domino Inquisitori cedulam tenoris sequentis. *Cedula vox est Hispana, id est, scriptura, seu chirographum.*

Denuntiationis autem formula ita habet: nam syndicus, seu officialis, vel in proposito nostro crucifignatus, aut quilibet denique fidelis indicat Inquisitori apud acta, die tali fuisse tale maleficium commissum, aut talem heresim assertam à tali homine, & id scire Caium, verbi gratia, & Seium, aut tales & tales. atque ita vsus obseruat, vt ait Angelus tract. de malef. vers. nec ad denuntiationem. num. 20. & Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 7. vers. quæro nunc que sit forma.

D *His peractis, nulla sunt amplius denuntiantium partes, sed iudici totum relinquunt, vt is inquirat de delicto, de delinquente, accitis testibus, quos denuntians nominauit; item alijs, à quibus veritas haberi possit: quod etiam vsus obseruat. quamuis n. denuntiator iure probare olim deberet vera esse quæ in denuntiatione asseruit. l. diuus. & l. ab accusatio. ne. ff. ad senatusc. Turpillia. hodie tamē id praxis iudicantium non admittit. ita Angelus præcitato loco. & Salycetus in l. ea quidem. C. de accusatio. nu. 23. & Marianus Sozzinus in cap. qualiter & quando cl. 2. nu. 712. vers. Et licet secundum iura. extra de accusatio. quos sequitur Clarus paulo antea relatus.*

E ¶ Quo factio in continenti ipse Inquisitor faciat iurare denuntiantem de veritate dicenda. *Idem est in testibus, vt paulo post docet Eymericus num. 82. tradit concilium Biterrense cap. 4. & dixit copiose infra num. 21.*

De tertio modo procedendi in causa fidei per viam Inquisitionis.

TERTIVS modus procedendi, & processu 69 inci-

Denuntiatio & verbo & scripto licet potest.

Qualis denuntiationis forma.

Facta denuntiatione, quales Inquisitoris partes.

inci piendi incausa fidei est per modum Inquisitionis, & est quando nõ est aliquis accusator, nec denuntiator, sed fama laborat in aliqua ciuitate vel loco, quod aliquis dixit vel fecit aliqua contra fidem, & clamor ad aures Inquisitoris peruenit pluries publica fama deferente, & clamosa insinuatione producente: Et tunc Inquisitor inquirat non ad instantiam partis, sed ex officio. Et hic est etiam communis & vsitatus modus procedendi. Et cum talis clamor frequens peruenit ad aures Inquisitoris, præsertim per personas graues & honestas, & fidei zelatores, habito notario, & duabus personis religiosis, seu aliâs (vt dictum est supra) honestis, incipiat processum per modum, qui sequitur.

IN nomine Domini amen. Anno à natiuitate Domini, tali die, de mense tali: ad aures Venerabilis & religiosi viri domini fratris talis; ordinis talis, in dominio talis domini Inquisitoris hereticæ prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegati peruenit pluries, fama publica referente, & clamosa insinuatione producente, quod talis, de tali loco dixit, vel fecit talia contra fidem. *Ponatur totum prout fama laborat, & paulo infra.* Acta sunt hæc die tali, mensis talis, anno tali, in presentia testium talium vocatorum & rogatorum, & mei notarij talis, auctoritate talis, & scriptoris domini Inquisitoris & sacri officij inquisitionis.

COMMENT. XVI.

Num. 69.

DE hoc tertio modo procedendi in delictis per Inquisitorem eadem ferme qua hic tradit Eymericus, repetit Tabiensis in sum. verbo, inquisitor. §. 27. nu. 28 pulchre Hostiensis in sum. hoc titulo. Antoninus par. 3. tit. 9. ca. 7. Iulius Clarus in practi ca criminali. §. vlt. q. 3. & 6. late practica Papiensis in fine tituli de forma inquisitionis. Gondissaluis tract. de heret. q. 10. Ludouicus Carverius tract. de heret. nu. 102. Franciscus Casonus tract. singularium questionum criminalium cap. 8. Repertorium inquisito. & Locatus in opere iudiciali verbo, inquisitio. copiose iuris canonici interpretes in cap. qualiter & quando. extra de accusatio. & iuris ciuilibus Doctores in l. congruit. vbi late Bart. ff. de offic. præsid.

Quid Inquisitio, & quomodo duplex.

Est autem inquisitio alicuius criminis manifesti ex bono & equo iudicio competentis canonice facta inuestigatio. ita Hostiensis in sum. titu. de inquisitione. §. 1.

Hæc vero inquisitio præcitatis locis duplex constituitur, vna generalis, specialis altera; quarum vtraque in hoc tribunali magnum habet momentum.

Et generalis tunc locum habet, quotiens Inquisitor res provinciam visitant, & generalia edicta promulgant ad inquirendos occultos & incertos hereticos, ad quam exercendam non exigitur infamia præcedens; nam ex officio certis statisque temporibus incumbit Inquisitoribus ea vti: de qua accipitur textus in cap. excommunicamus 1. §. ad hunc. & §. vlt. de heret. extatque insignis locus in concilio Tolosano cap. 2. in hæc verba: Statuimus itaque, vt Episcopi & Archiepiscopi in singulis parochiis tam in ciuitatibus quam extra, sacerdotem vnum, & duos, vel tres bonæ opinionis laicos, vel plures si opus fuerit sacramento constringant, qui diligen-

Insignis concilij Tolosani locus de inquirendis hereticis.

A ter inquirant fideliter & frequenter hereticos in eisdem parochijs, domos singulas & cameras subterraneas aliqua suspicione notabiles perscrutando, & appensa, seu adiuncta in ipsis tectis ædificia, seu quæcumque alia latibula, quæ omnia destrui præcipimus perquirendo; & si quos repererint hereticos, credetes, fautores, & receptatores, seu defensores eorum adhibita cautela, ne fugere possint, Archiepiscopo, vel Episcopo, dominis locorum, seu baillijs eorundem cum omni festi nantia studeant intimare, vt animaduersione debita puniantur. Hoc idem faciant Abbates exempti in locis suis, quæ non sunt ordinarijs iure diœcesan. subiecta. Solliciti etiam sint domini terrarum circa inquisitionem hereticorum in villis, domibus, & nemoribus faciendam; & circa huiusmodi appensa, adiuncta, seu subterranea latibula destrueda. *hæc ibi. De hac agit plene & eleganter Bart. in præcitata l. congruit. & in l. 2. §. si publico. ff. ad legem Iul. de adul. & Simancas de catho. inslit. tit. 44. nu. 7.*

Specialis vero inquisitio est quoddam ius per officium procedendi ad condemnationem & punitio nem contra aliquos nominatim inquisitos de certis delictis diffamatos. ita Angelus tract. de malef. verbo, hæc est quedam inquisitio. quem sequitur Gigas tract. de crimine lese maiest. lib. 1. tit. qualiter procedatur. q. 8. num. 3. neque ad hæc proceditur absque præcedenti infamia, quæ vicem accusatoris retinet. cap. qualiter & quando. de accusatio. Hippolytus Marsilius consi. 33. incipien. Longe est Dominus. Simancas de catho. inslit. tit. 44. nu. 8.

Quamquam in hoc crimine heresis, ob indicia & suspiciones verisimiles, eam possit inquisitor exerce re, nulla infamia præcedente; tamen & prudenter & valde occulte, ne cuiusquam fama honorque lædatur. Geminianus, Francus, & alij in cap. vt officium. de heret. lib. 6. & Baldus in l. iubemus. C. de probat. quæ sententia verissima est.

Inquisitio specialis q. d.

De modo prosequendi & continuandi processum in causa fidei.

VISO primo, quomodo, & qualiter processus inquisitionis hereticæ prauitatis in causa fidei est incipiendus: videndum est secundo quomodo, & qualiter processus huiusmodi est mediâ dus, & continuandus. Vbi considerandum est, quod in causa fidei proceditur summarie, simpliciter, & de plano, absque aduocatorum, & iudiciorum strepitu, & figura, vt patet extra de heret. cap. Statuta. lib. 6. Qualiter autem ista verba intel ligantur, patet extra de verb. sign. cap. Sæpe contingit. in Clemen. vide supra in 2. parte. nam non oportet de necessitate libellum offerre, nec litem contestari; appellationes frustratorie non sunt admittendæ, & cetera multa, vt patet ibi. Et quia processus, ut uisum est supra, est tripliciter incipiendus: quia uel propter instantiam partis seu accusatoris: uel propter zelum denuntiatoris: uel

70

pag. 120.

Dd pro-

† al. ita; uel propter famam publicam referentem, uel clamorantem iustitiam deferentem.

Modus continuandi processum per accusationem.

71 PRIMVS processus, ille scilicet, qui fit ad instantiam partis accusantis, siue accusatoris continuatur sic: Nam postquam accusatio est facta contra aliquem de hæresi coram Inquisitore, & inscriptis est redacta, & in processu pro fundamentis inserta, secundum modum, de quo dictum est prius, Inquisitor mandabit accusatori, quod nomina testium producat, quibus productis citabuntur, & examinabuntur diligenter medio iuramento: Et si reperiatur quod nihil faciant ad factum, Inquisitor consulat accusatori, quod desistat, & ipse Inquisitor superfeedat. Si autem reperitur, quod testes non plene probant, licet eorum dicta indicia magna faciant, consulat Inquisitor accusatori, quod amoveat verbum, accusationis, & apponat, denuntiationis; ut sic Inquisitor procedat ex officio, & non ad partis instantiam propter accusatoris graue periculum: & sic procedet per modum prædictum secundum. Vbi autem reperitur, quod testes plene probant, & accusator omnino vult stare in accusatione, & non vult denuntiare, sed accusare: tunc Inquisitor testes productos iudicialiter coram notario, & duabus personis religiosis, vel aliis honestis. iuxta cap. Vt officium, de hæret. lib. 6. diligenter examinet, iurato primitus ad quatuor Dei Euangelia de dicenda veritate, & continuabit sic.

† Vide omnino que diximus supra commentario 14. huius partis, super tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem. §. iam si reus.

Forma examinationis testium.

72 T A L I S de tali loco testis productus, citatus, iuratus, & interrogatus si cognoscit talem, exprimendo nomen accusati, dixit quod sic. Item interrogatus de causa cognitionis: dixit quod pro eo quod vidit, & locutus est cum eo pluries, & etiam quia sic, vel sic. Exprimat alias causas, utpote si est de genere suo, vel fuerint socij, & sic de alijs causis cognitionis. Item interrogatus de tempore cognitionis: dixit, quod sunt decem anni, vel tot. Item interrogatus de fama illius talis, & præsertim quo ad ea, quæ sunt fidei: dixit quod quo ad moralia est homo bonæ famæ, vel malæ famæ, ut testificabitur. Quantum autem ad ea, quæ sunt fidei: dixit, quod est fama in tali loco, quod dixit, vel fecit talia contra fidem catholicam; vel quod est talis sceleris, & eam tenet, & defendit: vel quia est bonæ famæ quo ad ea quæ sunt fidei.

Interrogatus quid est fama: dixit, quod est id, quod communiter dicitur. Item interrogatus si vidit, vel audiuit talem dicentem, vel facientem aliquid contra fidem: dixit quod sic: talia, & cetera.

Interrogatus ubi vidit fieri supradicta, vel dicitur quod in tali loco.

Interrogatus in quorum præsentia sunt dicta, vel facta supradicta: dixit quod in præsentia talium, & talium.

Interrogatus quotiens vidit dici, vel fieri supradicta: dixit quod totiens.

Item interrogatus de modo, quo talis fecit, vel dixit supradicta: dixit quod modus fuit talis: nã, & cetera.

Item interrogatus si attentis omnibus antedictis quæ dixit, vel fecit ipse talis, si videt ut ipse testis, quod dictus talis prædicta dixerit, seu fecerit trufatorie: seu dixerit recitativè: seu animo indeliberato: dixit quod credit, quod fecerit, vel dixerit supradicta iocose, & trufatorie: seu recitativè, & non animo sic credendi, seu assertivè: Vel quod dixit animo deliberato, seu assertivè.

Item interrogatus de causa credentis: dixit quod credit pro eo quod ille talia dicebat ridendo, vel sic, vel sic: vel pro eo quia cum super talibus reprehenderetur, adhuc perseverabat, & iterabat, & cetera.

Et hoc est multum diligenter inquirendum, quia nonnulli quandoque dicunt aliqua contra fidem recitando aliorum verba, & trufando, & burlando, vel disputando, & conferendo, vel interdum asserendo, & affirmando, & cetera.

Item interrogatus, si hoc deponit odio, vel rancore: seu dimittit aliquid amore, vel favore: dixit quod, & c. Et sequitur, iniunctum est tibi tenere secretum. Et paulo infra. Acta sunt hæc in tali loco, die tali, mensis talis, anno tali, in præsentia talium testium vocatorum, & rogatorum, & mei talis notarij.

Consimiliter examinentur alij testes omnes. Quibus examinatis, si Inquisitor viderit factum esse probatum plene, vel esse maxima indicia, & suspiciones vehementes contra accusatum; & timetur de fuga accusati, utpote, si accusatus sentiat, quod contra eum de hæresi inquiretur, faciat eum capi, si autem non timeat de fuga accusati, faciat eum citari, & accusato coram Inquisitore personaliter constituto collectis his, de quibus est accusatus, & his, de quibus est per testes coniectus, vel habitus suspectus; formet interrogatoria super illis, & interroget eum, ac inquiret cum eodem, habito secum notario, & duabus personis religiosis, seu honestis, ut dictum est supra; & hoc per modum, qui sequitur, præstato prius corporali iuramento ad quatuor Dei Euangelia de dicenda veritate.

COMMENT, XVII.

¶ In inter ceteras probationes, ea que per testes fit, magnum habeat pondus in hoc tribunali, præsertim si a fide dignis personis proficiatur: ideo pars hæc, que ad testes attinet, diligentissime tractari debet.

† Hoc est iocum.

73 Quando veniendum sit ad capturam delati.

Quid premo nec debeant Inquisitores, testes in causa hæresis testificantes.

Testis interrogatus quid sit fama, non tenetur redere exactam famam definitionem.

Qui per iocum hæreticam profert puniendus.

tractari debet, & observari: ac multas difficultates, que circa testes oriri possunt, multas persequitur Eymericus hac 3. par. q. 62. & sequentibus. hic vero in examinandis testibus praxim observandam tantum demonstrat. de qua ve copiose tractant glos. & doctores in cap. præsentium. de testib. lib. 6.

Sed hic multa Inquisitores observare oportet: ac primum illud est, ut diligenter & efficaciter admonentur testificari volentes, ne pretio corrupti, prece viæ, ira vel odio commoti, aut qualibet alia illicita, vel iniusta causa excitati falsum testimonium dicant. moneantur præterea quam ingens & atrox scelus sit, quempiam innocentem de tam gravi & horrendo hæresis crimine infamare. ad hæc iurare debent de veritate dicenda, ut paulo post dicemus, & illa interuenire, qua prudentissime tradit Eymericus infra. 81.

Sed præ ceteris dum vel testes, vel reos interrogant Inquisitores hoc cauere debent, ne ita interrogent, ut suggerere potius responsiones videantur, vel monere eos qua ratione interrogaciones effigere possint, & facilius delicta diffiteri, ut optime admonuit Franciscus Cassonus in tract. de tormentis. cap. 15. quod qua ratione sit intelligendum, dicam paulo post in commentario sequenti.

Item interrogatus quid est fama, dixit quod id est quod communiter dicitur. Apposite & vere formavit responsionem Eymericus: non enim testes super fama deponentes, debent reddere exactam famam, vel infamiam definitionem, sed satis est eos more vulgi respondere, famam esse publicam quandam vocem, que de aliquo publice & passim circumfertur; aliter enim vix posset fama probari, & testes oportet esse iurisperitos, ut ait Iulius Clarus in tract. crim. §. fin. q. 6. versi. postremo scias.

Sed quid si interrogatus quid sit fama, respondeat se nescire? plene tunc non probaret. ita Hippolytus Marilius in l. de minore. §. plurimum. num. 104. in §. ff. de questio. quem ceteri Criminalistæ communitè sequuntur.

Quod dictus talis prædicta dixerit, seu fecerit trufatorie. Voce minus elegantè iocum vocat trufam, & iocose quid facere vel dicere, trufatorie. ac plurimum quidem refert. (ut mox subdit Eymericus) intelligere, an verba hæreticalia per iocum & ludum sint prolata, an vere & animo deliberato.

Et quamvis regulariter dictum, vel factum iocose pœnam non mereatur. l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornelianam. de sicar. l. obligationum substantia. §. ult. ff. de actio. & obligatio. l. sicut semel. C. de liberali causa. cap. 1. de sentent. excom. notat Paulus Castrensis. in l. si seuerior. C. ex quibus. ca. infam. irrog. idem Paulus & Baldus in l. nemo deinceps. C. de episco. audient. in crimine tamen hæresis longe aliter est iudicandum: nam si quis iocose quippiam dixerit in fidei, in Deum, vel in Sanctos, puniendus quidem est. Cardinalis Zabarella in clemen. 1. §. nos igitur. in fine. de sum. trinit. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 28. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. cap. 19. num. 3. in §. Gondissalvus de hæret. q. 1. num. 7. Lopus & Cardinalis in clemen. vni. ca. §. sane. de vsuris. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. 4. in fine. Simancas de catho. inflit. tit.

17. num. 22. & 23. Ioannes Rojas in singularibus fidei singul. 103. & alij.

Num autem puniri debeat per Episcopos, an etiam per Inquisitores, dubitant nonnulli ex præcatis, sed verior mihi sententia videtur, per Inquisitores esse puniendos, quod voluit Cardinalis, & Ioannes Rojas præfatis locis, & Gondissalvus tract. de hæret. q. 8. num. 6. quibus propterea subscribo; quoniam ex quo quis hæreticalia dixit, aut fecit, statim subijcitur Inquisitorum iurisdictioni. explorare autem, an per iocum, vel serio ea sint asserta, ad eosdem quoque Inquisitores spectat.

Sed qua pœna puniri debeant qui per iocum profertur hæreticalia, non est iure cautum, ideoque arbitrio iudicantis hæc relinquuntur. Primum hoc sit exploratum, hos non esse puniendos velut hæreticos, sed lenius, quia non concurrunt necessaria ad hæresim constitutendam, videlicet error in intellectu, & pertinacia in voluntate, nisi qui dixerim, seu iocum protulerit, in eo persisteret, veluti si quis iocando diceret (quod est præfatorum frequens exemplum) se habiturum uxorem in alio seculo, postquam in hoc non habuit, ac postea in ea sententia stulta perseveraret.

Puniuntur ergo pœna pecuniaria pijs locis eroganda, ut præcatis locis Gondissalvus & Ioannes Rojas rescripserunt, vel aliqua penitentia saluari.

Meminerint tamen Inquisitores penam esse augendam, vel minuendam iuxta qualitatem personæ iocantis, loci personarum astantium & audientium, & scandali inde orti: quæ in delictis coercendis sunt observanda. cap. sicut dignum. de homici. l. aut facta. ff. de pœnis.

Modus proferendi dictæria eiusmodi, & qualitas personæ ad minuendam pœnam multum profunt: ut cum repente, celeriter, inconsiderate, ac sine deliberatione dicta fuerint, ut sepe contingit. item videndum an persona etiam sua natura faceta esset, que proculdubio ea protulit, ut astantibus risum excitaret, quamvis ob id non sint hæc impunita relinquenda omnino, quia ut recte scripsit Gerson. par. 2. tractatu vlt.

Non patitur ludum fama, fides, oculus. Ideoque eos, qui dicta hæc petulantia in Deum & Sanctos proferunt, suspectos fieri.

In viris theologis & religiosis hæc acrius sunt coercenda, præsertim, si coram laicis hæc dictæria & facetias proferant.

Genus quoque facetiarum spectandum est: nam acerbis puniendus est qui facetias hæreticales profert, quam qui scandalosus, erroneas, aut alterius qualitatis.

Ad hæc illud diligenter præmonendum est, quod docuit auctor quidam incertus, non tamen imperitus nec contemnendus in tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, in rubrica De hæreticis. credentibus, & c. nu. 6. in hæc verba: Si uero dicit quis, quod ex leuitate, uel ex ira, ioco, & turbatione, & sine deliberatione docuit, uel dixit aliquid contra fidem: tunc ipse reus debet probare prædicta & perfecte: & Inquisitor debet prædicta diligenter inuestigare, & non debet esse facilis.

An puniendus per Episcopum, vel per Inquisitorem.

Qua pœna coercendi qui per iocum profertur hæreticalia.

Ex quibus causis minuitur pœna.

Non facile credendum dicitur hæreticalia dixisse, sed per iocum.

ad recipiendum talem excufationem: quia quasi omnes moderni haeretici sic se excufant. Inuenta autem veritate, quantum est possibile, si inuenitur quod se non excuset, debet Inquisitor contra eum procedere; si vero inuenitur quod uere se excuset, adhuc dicunt quidam, quod Inquisitor potest eum punire, & debet: quia homo ex leuitate, vel ioco, uel turbatione uerba haeretica non debet proferre contra fidem & bonos mores. haec tenus ille. Et Dulcinum olim Haresiarcham perfidum hac ratione se excufare voluisse scimus, vt dixi supra parte 2. super quest. 12.

Qui uerba scripturae facit ad inania, uel Pasquinos, & turpe amorem trahunt, grauius coercendi.

Postremo, quae de facetijs & facetijs haereticilibus paulo antea diximus, obseruanda quoque putamus aduersus illos, qui uerba sacrae scripturae ad iocosa, seu uerba, & inania trahunt, ex his quandoque (vt vulgus loquitur) Pasquillos, seu Paschinos componentes, quod est ingens & immane scelus, cum Spiritus sancti uerba in ludibrium conuertantur, cuius sceleris pattores per Episcopos grauius coercendos iubet concilium Tridentinum sessione 4. in fine, versic. post haec temeritatem.

His adiungendi amantes, qui passim etiam solent scripturae sacrae uerba ad sua trahere desideria vt persuadeant: & ceteri uani homines & impostores, qui vt sua facilius persuadeant, contortis scripturae testimonijs nefarie utuntur: in hos enim Inquisitores, aut saltem proculdubio Episcopi animaduertere possent.

Recitantes aliorum haereticos, an puniendi, & quomodo.

Seu dixerit recitatie. Quoniam qui refert aliorum haereses, nisi dolo malo & fraudulenter faciat, puniendus non est: secus tamen dicendum, si recitauit approbando & laudando; quod quandoque fit a perfidis & malis hominibus ex industria, quibus non debet prodesse hoc refugium si dicant, se recitantes eas protulisse, argumento l. qui iniurij ff. de furt. traui Simancas de catho. instit. tit. 17. nu. 18.

An autem per dolum, aut sine dolo recitantes sint haereses, circumstantijs rerum, & qualitas personarum recitantium facile communstrabunt. animaduertant autem iudices fidei, uisitatam esse astutorum haereticorum imposturam dicentium (vt se tueatur) se recitando tantum non approbando, nec predicando haereses protulisse, quibus non est facile credendum; & si hanc excufationem attulerint, eam probare debent, vt paulo antea ostendimus in iocante.

His praeterea quales poenae imponi debeant, & de liciti qualitas, & incommoda inde orta, & scandalum excitatum, docebunt.

Postremo obseruandum est, recitari posse quandoque aliorum haereses sine dolo, non tamen sine culpa ac imprudentis nota, vt docuit Eymericus par. 1. q. 10. num. 5. nam qui disputando coram rudibus, aut concionando coram his, qui nihil contra fidem audierunt, recitant ad inanem quandam ostentationem haereticorum dogmata; quamuis sine dolo id faciant, at sine culpa interdum non faciunt: & propterea ne amplius id fiat, inbibendum est ab Episcopis, sepe enim compertum est, multos lapsos fuisse in eas haereses, quas audierunt recitari; quod ego quandoque contigisse scio.

Qui per lubricum linguam

Seu animo indeliberato. Hoc est, (vt nostri loquuntur,) per lubricum linguam. nam qui per faci-

lem & indeliberatum linguam lapsus inconsiderate haeresim proferunt, nec haeretici sunt, nec puniendi uidentur: quia lubricum linguam non facile ad poenam trahendum est. l. fumosi. ff. ad legem Iuliam maiesta. l. 1. c. si quis imperat. malaed. 2. q. 2. cap. quod autem ait ita Zanchinus tract. de haeret. cap. 7. nu. 9.

Sed Lapsus & Cardinalis in clemen. vnica, de uisuris, non esse inultum relinquendum delictum per lubricum linguam commissum, tradunt. & hos qui sequuntur extraordinarie puniendo scribunt, nempe Albertinus tract. de agnos. assert. q. 3. num. 10. Gon. dissaluis tract. de haeret. q. 1. nu. 7. Squillacensis tract. de fide catho. cap. 19. num. 3. in fine. Ioannes Rojas tract. de haeret. par. 1. num. 66. & Campegius apud Zanchinum. cap. 7. versic. non ex proposito.

Erit autem haec poena pecuniaria in pios usus eroganda, aut alia leuis, consideratis illis circumstantijs, quas cum agerem paulo antea de haeresibus per iocum dixi, monui obseruandas.

Illud hoc loco addendum, multum esse poenam minuendam, aut nullam penitus infligendam ei, qui statim correxit quod per linguam lubricam temere effudit: reprehendendus est autem grauius, & admonendus, vt praecauet in futurum.

Haec quoque proxime diximus de profertente haereses animo indeliberato seu per lubricam linguam, locum quoque habere putamus in illis qui per iram, seu calorem iracundiae aliquod uerbum haeticum proferunt. Zanchinus tract. de haeret. cap. 7. num. 9. Gon. dissaluis de haeret. quest. 8. nu. 6. & alij de quorum poena pauca quaedam dixi infra super quest. 103. s. Rursus Inquisitores, & faciunt quae late tradit Tiraquellus tract. de poenis temperari. aut remittere causa. 1.

De eo uero, qui cum esset ebrius, haereses protulit, dubitant quidam, an cessante ebrietate, ut haeticus puniri debeat, cum is uideatur in ebrietate proferre, quod antea mente conceperat, ac proinde censetur in priori proposito perdurare: sed benignius & uerius est, ebrietatem ab haesi excufare, nec puniendum, qui dum uere ebrius esset, haeticatur: nam perinde de eo censendum est, ac de furioso & mente capro cap. a crapula. de uita & honesta. cleri. l. respiciendum. s. delinquent. ff. de poenis. l. omne delictum. s. per vinum. ff. de re milit. tradit eleganter Zanchinus tract. de haeret. cap. 7. num. 10. ubi ualde prudenter adiungit ebrios propter praecedentem culpam, cessante ebrietate, corrigendos.

Haec uero de ea ebrietate sunt accipienda, quae omnino mente priuauit: nam si modica fuerit, coercendus est qui deliquit, ut optime scripsit Barr. in dicta. l. respiciendum. s. delinquent. de poenis. & Campegius apud Zanchinum capitu. 7. versic. aliquo qualiter corrigi.

De dormientibus, quos interdum contingit haereticalia proferre: idem iudicandum putamus, quod de uere ebrijs paulo antea diximus. horum enim nullum est tunc animi iudicium, cum sensus sint penitus ligati, & dormientes furiosos equiparantur. l. 1. s. adipsicentur. ff. de acquiren. possessio, & propterea ne puniendi quidem, clem. vnica, de homici. ubi Laudanus & Cardinalis Florentinus q. 6. traditque eleganter Tiraquellus tracta. de poenis temperandis, aut

haeresim proferunt, an puniendi, & quomodo.

De profertente haereses per iram.

Qui per ebrietatem protulit haereses, an & quando puniendus.

Dormientes qui haereses proferunt, non puniuntur.

aut remitten. causa 5. num. 2. & sequen. In ceteris uero qui uel propter aetatem decrepitam iam delirant, uel propter aetatem praematuram & teneram quid loquantur non intelligunt, ac denique ob alias quascunque causas indeliberato animo haereticalia proferunt & impia, puniendi non sunt, hos enim omnes consilij, & prudentia inopia, tum in hoc tribunali, tum in ceteris a poenis commissorum delictorum tuetur. atque ex his, nisi fallor, remanet locus hic satis apertus, & clarus: est enim insignis, nec fuit ullo modo omittendus.

Quibus examinatis si Inquisitor uiderit factum esse probatum plene, uel esse maxima indicia, &c. faciat eum capi. Hoc locus, si quisquam alius est, ualde insignis, prudentia plenus, & multum Inquisitoribus considerandus, ne temere in tam graui causa ad capturam reorum accedant. haec uero Eymericus doctrina apertius iuribus nititur, quamuis ipse iura non citet.

Num. 73.

Quis ordo seruandus in captura reorum in crimine haeresis.

Ergo in hoc articulo, de capiendo reo haec sunt obseruanda. Primum enim de delicto constare debet, uel indicia aliqua habere oportet per secretam inquisitionem a iudice factam, aut alijs modis: quia nunquam est in criminalibus a captura reorum inchoandum. l. nullus in carcerem. & l. fin. ubi Bartolus, Baldus, & Salycetus, c. de exhiben. reis. l. nemo. c. de exacto. tributo. lib. 10. Baldus in l. quod euitandi. nu. 2. c. de condit. ob turpem caus. Salycetus in l. absentem. nu. 9. c. de accusatio. copiose & uere suo more Antonius Gomez tom. 2. varia. resolut. cap. 9. nu. 1. Iulius Clarus in praet. crim. s. ult. q. 28. Ioannes Rojas tract. de haeret. par. 2. assertio. 1. nu. 2. & sequen. Albertinus de agnos. assertio. q. 3. 2. nu. 2. 2. & q. 34. num. 2. 1. & ceteri communiter.

Verbalis citatio quando facienda, & quando omittenda.

Rursus, ubi denuntiationes & indicia rite conscripta fuerint, reus citari debet uerbaliter per nuntium, aut per litteras ut se sistat coram Inquisitoribus; sed si recessus, aut fuga timeatur, tunc omissa uerbali citatione statim est ad citationem realem, hoc est, ad personalem capturam deueniendum. ita scribunt omnes praecitati. & probat apertissime textus in d. l. nullus. c. de exhiben. reis. & in l. fin. c. de custo. reorum. & in l. 1. ff. eodem titu. Salycetus in d. l. nullus. & in l. absentem. c. de accusatio. Angelus tract. de malefici. verbo, iudex commisit. Marsilius in praet. crimin. s. constante. in principio. & alij, & dixi plenius infra nu. 131.

Magno consilio ad capturam procedendum in hoc crimine.

Haec res, ut breui cuncta complectar, in hoc tribu nali hoc ordine conscribitur: ubi ex testimonijs & delicti qualitate uisum fuerit delatos esse huius criminis reos, Fiscalis petit ab Inquisitore, ut rei comprehendantur. is uero protinus habito peritorum consilio, quid factu opus sit, deliberat: & si plusquam semi plenis probationibus reos conuinci uiderit, eos comprehendendi iubet. Simancas de catho. instit. tit. 44. nu. 12. idem in enchiridio tit. 25. nu. 1. & 2. & Ioannes Rojas tract. de haeret. par. 2. assertio. 1. num. 12. & sequen. atque haec est tutissima procedendi ratio, praescripta etiam Inquisitoribus Hispania Madrelliana quadam instructione anno M D X I. cap. 3. in haec uerba a nobis latine facta: Inquisitores uisa informatione simul si praesentes fuerint, deliberent de captura, quae magis iusta uideretur, si fieret cum

consilio consultorum eius inquisitionis, si commode fieri posset, & uideretur Inquisitoribus conueniens & necessarium, & quod decretum fuerit, in actis referatur. haec ibi.

Dixi uero, habito consilio peritorum: nam quamquam solus Inquisitor decernere possit, ut rei personaliter capiantur, clem. 1. s. propter quod. de haeret. securius tamen est & tutius, ut rem tantam maturo consilio peritorum aggrediatur. cum enim hoc delictum sit grauissimum, & ex sola captura non modo fama ledatur, non facile decernendum est, ut rei capiantur. Eymericus hoc loco ualde prudenter haec intuitus, aut plenam probationem delicti, aut maxima indicia, aut uehementes suspiciones praecedere debere capturam asserit: nam ex leuibus suspicionibus nusquam est ad eam deueniendum, ut monui supra in 2. parte, super cap. excommunicamus. s. ceterum. cetera huc spectantia copiose tradidi infra super q. 59.

Modus interrogandi reum accusatum.

TALIS de tali loco, delatus praedictus iuratus ad quatuor Dei Euangelia corporaliter tacta, tam de se, quam de alijs dicere ueritatem, & interrogatus unde est, seu unde originem trahit: Respondit, quod de tali loco, talis diocesis.

Item interrogatus, qui sunt eius parentes, & si sunt uiui, uel mortui: Respondit, quod uocantur taliter, & quod sunt uiui in tali loco, uel mortui.

Item interrogatus ubi fuit nutritus, & ut in pluribus conuersatus: Dixit quod in tali loco, uel tali. Et si uideat Inquisitor quod mutauit locum propriu, & conuersatus fuit in alieno, & praesertim in locis, in quibus consueuerunt haereses uigere, interrogabit eum sic.

Item interrogatus quare mutauit locum suae natiuitatis, & se transfudit ad commorandum in tali loco, uel talibus: Dixit quod ex tali causa.

Et secundum responsiones formabuntur articuli quousque ad propositum ueniantur.

Item interrogatus si in dictis locis, uel alibi audiuit loqui de tali materia: exprimum materiam, de qua est accusatus: utpote si audiuit loqui de paupertate Christi, uel Apostolorum, seu de uisione Beatorum, &c. Et si dicat, quod sic interrogetur diligenter, quid audiuit loqui de materia antedicta, & scribantur eius responsiones: dixit, & cetera.

Item interrogatus, quid ipse super hoc aliquando est locutus: respondit, & dixit, & cetera.

Item interrogatus, quid ipse credit super hoc quod, &c. dixit.

Et sic prudens Inquisitor interrogabit & formabit sibi articulos secundum materiam, de qua est accusatus, & de qua per testes est conuictus, uel suspectus habitus, taliter ut ueritas habeatur. Qua confessione perfecta scribatur paulo post: Acta sunt haec in tali loco: & cetera.

Et si uideat Inquisitor, quod plene de haesi est conuictus per testes, uel confessione propria deprehensus: uel negat, sed est conuictus uel multu suspectus, capi eum faciat, & includi ad custodia,

Quando de tur mandatū de capiendo D d 3 ne

ne euadat, in carcere proprio, si habeat; vel in palatio episcopali communi: vel teneat eum in posse curiæ secularis, prout sibi & negotio videbitur expedire. Vt communiter tamen tutius, & melius tenentur in carcere curiæ Ecclesiasticæ, quàm secularis: Et etiam quia episcopus est ordinarius iudex, sine quo Inquisitor non potest de hæresi definitiue aliquem condemnare, nec quæstionibus exponere, seu tormentis, nec carceri, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur mancipare, vt habetur extra de hæret. cap. Multorum querela. in clem. quibus ex causis habet frequenter cû episcopo de captis pro heresi contractare, & eundem captum interrogare, quando processus est communicatus.

76
Sæpius interrogandus reus.

Cumque accusatus fuerit sic captus, interrogabit eum, & examinabit eum frequenter Inquisitor super his, quæ negat, & sunt probata, vel sunt suspiciones vehementes contra eum, quousque amplius nolit fateri, fatendo, vel negando, & in causa sit conclusum, continuando confessiones in processu, & actis semper cum notarijs, & testibus per modum prædictum. Et post datis, & præmissis legitimis defensionibus, si petit, finietur negotium per modum infra scriptum.

COMMENT. XVIII.

Num. 74.

Quamuis in his quæ ad praxim attinent, nihil fere sit nominatim à iure cautum: ea enim iudicium prudentiæ relinqui solent, & plurimum in his etiam consuetudo singularum inquisitionum sibi vendicat: nihilominus tamen, vt facilius in his quoque modum, cum se offert occasio, præscribamus, quo ordine commodissime hæc sint gerenda in gratiam lectoris breuiter indicabimus. Ergo vt hunc locum illustremus, omiffa suppletentes in hac parte, hæc possent utissimè obseruari

In examinandis & interrogandis reus, quis ordo seruandus.

Communiõibus interrogationibus absolutis, quarum hic meminit Eymericus, mox reus ipse interrogabitur in genere: an sciat quam ob causam sit captus: an aliquos suspectos habeat, à quibus se delatum fuisse reputet, & quos ac iuxta eius responsionem formabuntur ceteræ interrogationes causæ ei cõpetentes. monebitur præterea, vt clare & aperte veritatem fateatur, recepturus & inuenturus apud Inquisitores omne misericordie auxilium. hæc vero admonitio ter poterit fieri intra primos decem dies à captura: quamuis plures dies assignare possint Inquisitores, intra quos hæc terna admonitio interpolata fiat arbitrio Inquisitoris. Potest etiam & sæpius interrogari, vt mox subiungam. interrogabitur etiam de consuetis Christianæ religionis orationibus, seu precibus, ac de doctrina Christiana: item vbi, & quando, & quibus sacerdotibus fuerit confessus peccata sua.

Inquisitoris prudentia & modestia in interrogandis reus.

Hoc autem præ ceteris caueant Inquisitores, ne sint in interrogationibus faciendis nimis molesti, ea percontantes, quæ parum ad rem faciunt, & quæ reos ad iram possint commouere, dummodo nihil omittat coram quæ ad causam & substantiam delicti attinent. Quod si delinquens libere cõpeterit confiteri, nulla tenus interrumpatur, nisi aliena fuerint à proposito quæ dicit, & parum conducant ad causam.

Hæc omnia notarius excipiat, & reus subscribat, si sciat: si minus, signum aliquod aliud apponat, ac iterum in carcerem remittatur.

Dum hæc omnia geruntur cum illis qui examinantur, Inquisitor humaniter eos tractare debet, memineritque se hominem esse, qui & similia committere possit, nisi omnipotentis Dei gratia inuenerit: quemque reum iuxta qualitatem & dignitatem suam tractet, ita vt Inquisitor suam semper tueatur auctoritatem.

Inquisitoris benignitas.

Non erit indecorum, nec inutile, vt dum reus examinatur, in humilio rē sedili, quàm Inquisitor, sedeat, vt pacatior & magis quietus sit animus ad tractandam causam suam, & ad respondendum. hæc ferme salubriter præscribitur Madriliana quadam instructione anno Domini MDLXI. cap. 13. 14. & 15. à quibus non dissentit. Alfonso Castrius lib. 2. cap. 1. de iusta heret. puniitio. & Simancas de catho. instr. tit. 44. num. 14. & seq.

Id vero in primis præcauere debent indices violatæ religionis, ne ita reos interrogent, vt suggerere illis potius, ac fugiendi modos præscribere, quàm veritatem ab eis indagare videantur.

Quomodo interrogabit iudex reum, ne suggerere videatur.

Vt autem periculum suggestionis euitetur, cum quis de proprio delicto interrogatur, in genere interrogandus est, inde paulatim ad speciem descendendum est, nullam singularem delicti circumstantiam exprimendo, vt scribit Franciscus Casonius tract. de tormentis cap. 15. quem ordinem præscribere mihi videtur Iuriconsultus in l. 1. §. in causa tributorum. ff. de quest. in hæc verba: Qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter quæ id fecerit: alterum enim magis suggerentis quàm requirentis videtur. hæc ibi.

Et in heresi quoque suo tempore ex causa id locum habet, vt periculum suggestionis vitetur. Sed vltimè de seipsis rei interrogandi sunt iuxta qualitatem indiciorum, & sepe ad particularia est descendendum, vt reus vel conuincatur, vel crimen suum detectum agnoscat, vel si quid oblitus est recordetur: caute tamen hoc est faciendum, ne vel suggestio contingat, vel aliquid periculi testibus vel denunciatoribus ex particularium circumstantiarum commemoratione seu recordatione immincat.

Inter ceteros autem suggestionis modos vnus ille habetur valde perniciosus, cum iudex facta interrogatione, in responsione prægit vel præuenit reum subtiliter quasi indicando ei viam euadendi, & subministrando modum, quo se tueatur. quod grauissimum est crimen, præsertim in iudice violatæ religionis. quod si dolo forte commiserit, in eam pœnam propterea incidit, quam tradit concilium Viennense in Clem. 1. §. Verum quia de heret.

Et interrogatus vnde est, seu vnde originem trahit, &c. Propterea de origine & alijs circumstantijs hoc loco ab Eymericus commemoratis, debet fieri diligens interrogatio: quoniam, vt optime oratores admonent, suspitionum argumenta non leuiter sumuntur ex genere, natione, patria, educatione, disciplina, bonitate, prauitate, tempore præterito, societate & amicitia, moribus & verbis, & alijs huiusmodi, vt docet Cicero lib. 2. rethor. ad Herenn. Quintilianus

Num. 74. De origine sua, & alijs circumstantijs, cur reus interrogandus.

Delati non interrogent nisi de his de quibus sunt iudicati.

lianus lib. 5. cap. 10. orato. insit. & Gandinus tract. crimi. tit. de presumptionibus. & copiose, ac diligenter Franciscus Casonius tract. 1. de indicijs ex persona, cap. 1. & multis sequentibus: quod in hoc crimine potissimum est obseruandum: nam qui in locis suis spectis est educatus, facile creditur labe heresis infectus: de ceteris vero circumstantijs idem est iudicium. hæc omnia prudentissime docet hic Eymericus, quāuis sine arte id facere videatur.

Et sic prudens Inquisitor interrogabit, & formabit sibi articulos, secundum materiam, de qua est accusatus. Hoc est præcipuum documentum Inquisitoribus obseruandum, dum reos interrogant, ne videlicet eos interrogent extra id, de quo sunt inquisiti vel delati, nisi ipsi rei dum confitentur, dederint occasionem ad alia etiam interroganda: quod frequentissime contingit: tunc enim si ea non sunt profusus inepta, & ad causam conducant, etiam interroganda sunt, instructione Madriliana anno MDLXI. cap. 15. §. y. deueni semper. in hæc fere verba: Habeant etiam Inquisitores magnam curam, ne interrogent extra indicia, nisi reus per suam confessionem occasionem præberit. quod etiam optime admonuisse videtur hoc loco Eymericus.

Num. 75.

Delati de heresi in carceribus secularis pot sunt quādoque custodiri.

Vel teneat eum in posse curiæ secularis. Sæpe contingere potest, vel ob impotentiam Inquisitorum, vel ob multitudinem hereticorum, vel ob alias causas, vt rei capti tui non sint in carceribus Inquisitorum, & propterea docet eos quandoque custodiri in carceribus curiæ secularis: quod & olim saluberrime cauit Innocentius III. rescripto incipiente: Ad extirpanda. in hæc verba: Teneatur in super Potestas, seu Rector quilibet, omnes hereticos & hereticas qui capti amodo fuerint per viros catholicos ad hoc electos à diocæsano, si fuerit p̄sens, & fratribus supradictis, in aliquo speciali carcere tuto & securo, in quo ipsi soli detineantur seorsum à latronibus & bannitis, donec de ipsis fuerit definitum, sub expensis communis ciuitatis, vel loci sui, facere custodiri. hæc ibi.

Num. 76.

Reus sæpius interrogandus, & quando.

Verum cum hoc cõtingeret fieri, obseruanda sunt huius constitutionis verba iubentia, vt heretici custodiantur à viris electis per Inquisitores & Episcopos: item separantur ab alijs delinquentibus: quod est salubriter cautum, ne vel per malos ministros, aut perfidos socios, quales sunt latrones & banni, in detrimentum fidei aliquid committatur, instruaturque de celanda veritate.

Cumque accusatus fuerit sic captus, interrogabit eum & examinabit frequenter Inquisitor, &c. Neque his obstat id quod paulo antea diximus de terna admonitione faciendâ: nam illa interpolata sunt intra decem dies à tempore capture, per quas si reus, vel nihil consistatur, vel non plene confiteatur, tunc promotor Fiscalis accusationem proponit contra reum de illis delictis, quæ per testes probata sunt, omiffis nominibus testium, & alijs nonnullis circumstantijs commissorum criminum, vt constat ex forma libelli, quam diximus paulo ante commentario 14. §. sed cum hodie. ac illæ quidem tres monitiones necessariæ videntur.

Ceterum non modo in principio actorum, sed in nota etiam causa quotiens expedire videbitur, mul-

te etiam alig fieri possunt ab Inquisitoribus: tunc autem expedire videtur, cum vel reus obiecta crimina negat, vel partem negat, & partem confitetur, vel noua superueniunt indicia, aut denique ob alias causas, quas nominatim ars complecti non potest. cap. vlt. 30. q. 3. ibi: Et tandiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perueniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermisissimum forte remaneat, quod annecti conueniat. hæc ibi. & facit cap. iudicet. 3. q. 7. & optima ad hoc glossa in cap. penult. verbo, interrogationibus. extra de iramen. calum.

Modus continuandi processum per Denuntiationem.

SECVNDVS processus, scilicet ille, qui fit ad denuntiationem alterius, partem non facientis, sed tatum denuntiantis, in quo proceditur ex officio, & non ad instantiam partis, continuatur sic: Nam postquam denuntiatio est facta contra aliquem de heresi coram Inquisitore, & in scriptis redacta, & in processu inserta pro fundamento processus, secundum modum, de quo dictum est prius, Inquisitor faciet citari testes, quos denuntians intimaui, & præsertim illos, qui magis videtur scire in facto: & continuabitur in processu sic:

77 Tabienfis in summa verbo, Inquisitor. §. 16.

Post quæ attendens Inquisitor ipse denuntiata sibi hereticalia antedicta, fore ex sui natura talia, & tam graua, quæ non possunt nec debent conuenientibus oculis tolerari, cum cedant in opprobrium diuinæ maiestatis, & fidei catholicæ detrimentum, descendit ad se informandum, & ad testes examinandum per modum, qui sequitur.

Cõtinuatio processus.

Talis testis citatus, iuratus, interrogatus: & cetera, vbi supra.

Modus continuandi processum per Inquisitionem.

TERTIVS processus, scilicet, ille qui non fit ad accusationem, nec ad denuntiationem alterius, sed fama publica referente, vel clamosa informatione deferente, & sic non ad instantiam partis, sed ex officio iudicis continuabitur sic: Nam predicta informatio, vel fama reclamatio deducta ad aures Inquisitoris, & inserta in processu pro sui fundamento, vt dictum est supra, Inquisitor faciet citari aliquos testes, & præsertim personas graues, & bonas, & coram notario & duabus personis religiosis, vel honestis, (vt dictum est) inquireret de fama tatummodo cum illis, an sit veraciter apud bonos & graues ille, de quo agitur, de heresi infamatus: & continuabitur sic processus:

78 Tabien. verbo, Inquisitor. §. 17.

Post quæ attendens ipse Inquisitor, quod iniurias creatoris nimis est impium tolerare, maxime illas, quæ vergunt, vel vergere possunt in graue eiusdem vituperium & offensam, ac sanctæ fidei opprobrium & iacturam; voluit (vt debuit) plenius se informare, an talis de tali heresi sit apud bonos, & graues veraciter infamatus, & sic processit ad se informandum, & testes examinandum per modum, qui sequitur.

Cõtinuatio processus.

Forma examinandi testes super fama alicuius infamati de heresi.

79 T A L I S testis citatus, iuratus, & interrogatus si cognoscit talem de tali loco: dixit qd sic.

Item interrogatus de tempore cognitionis: respondit, & dixit, qd cognoscit eum a tanto tempore citra.

Item interrogatus de causa cognitionis: dixit, qd ex tali causa, vel tali causa cognoscit eum.

Item interrogatus si est fama de eo in tali loco, qd ipse dixerit, vel fecerit talia contra fidem: dixit qd sic.

Interrogatus quomodo scit esse famam de eo, qd talia fecerit, vel dixerit contra fidem: dixit, per talem modum.

Item interrogatus quantum tempus est, qd talis est infamatus de tali heresi in tali loco: dixit, qd tantum.

Item interrogatus si scit ipsum infamatum de illa heresi, vel alia, nisi in loco tali: dixit, & cetera. Item interrogatus si scit unde orta sit, & est contra talem illa fama, & si a maleuolis, vel a quibus: dixit, & c. Acta sunt hæc: ut prius.

80 Et testibus aliquibus examinatis, & fama probata, ipse Inquisitor descendit ad inquirendum super rei veritate an sit ita, nec ne: & faciet citari testes, & maxime ipsi delato familiares, & bonos, & fidei zelatores, de quibus præsumat, qd fauore delati non deiecerunt; & inquiret cum eis medio iuramento, non de fama, sed de re ipsa presentibus notatis, & duabus personis religiosis, vel honestis, & continuabitur sic processus.

Continuatio procellus.

Postmodum cupiens ipse Inquisitor scire an clamor, qui venit ad eum, opere compleatur: & an infamiam peruersa de tali super heretica præiurata veritas suffragetur: descendit ad videndum, ac se informandum, & inquirendum, ac testes examinandum per modum, qui sequitur.

Talis de tali loco testis citatus, iuratus, & interrogatus: & cetera, prout supra, ubi agit de examinatione testium, quando proceditur per modum accusationis: & examinatis testibus procedetur ad examinandum infamatum per modum prædicti, ut prius.

COMMENT. XIX.

Num. 78.

Hic modus fabricandi processum per Inquisitionem laboriosior est illo, qui fit per denuntiationem, idque propter incertitudinem fame, seu infamie, qua hic modus nititur veluti principio & fundamentum: & ob id paulo diligentius nobis hic erunt perscribenda que ad hoc institutum proprie spectant. Præxim erudite tractat hoc loco auctor, reliqua breuiter perscringemus: & quantum ad hanc etiã præxim attinet, videndus est omnino Iulius Clarus in præf. crim. §. fin. q. 5. vers. poterit igitur. & q. 6. in principio. ubi erudite tractat hunc procedendi modum. adde Tabiensem in sum. verbo, Inquisitor. §. 27.

Num. 80.

Et testibus aliquibus examinatis, & fama probata, quomodo autem fama probetur, per quot testes & quales, necessario est tradendum: nam hæc

magnum habent momentum in hoc tribunali. de hac re varijs locis differunt Doctores. Innocentius in cap. qualiter & quando. el. 2. & in cap. cũ oporteat. de accusatio. Panormitanus in cap. inquisitionis. §. quasi iusti. de accusatio. Bartolus in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. & copiosius ibidem Hippolytus Marsilius num. 40. cum multis sequent. & Iulius Clarus in præf. crim. §. fin. q. 6. vers. sed quoniam. & vers. sciendum est autem. cum aliquot sequentibus. & Thomas de Piperata in tract. de fama, quem sequitur per omnia Bart. in dicta l. de minore. Simancas de catho. in tit. tit. 6. §. num. 34. & aliquot sequentibus, & Campegius ad Zanchinum cap. 11. & passim Criminalis §.

De probda fama in criminalibus differunt.

Ex his primum colligo, famam per duos testes esse probandum. Bart. in dicto §. plurimum. num. 19. & glossa communiter recepta in l. 3. §. eiusdem. ff. de testibus. Salicetus in l. ea quidem. num. 106. vers. ad septimam. C. de accusa & præcitat. & hanc sententiam dicit communem Albericus in dicta l. ea quidem. num. 24. C. de accusatio. addit Marsilius in dicto §. plurimum. num. 93. adeo verum esse duos testes requiri ad probationem fame, ut si vnus tantum deponeret, non modo non faceret plenam, sed nec semiplenam probationem, neque etiam iudicium, quia fama est iudicium a crimine remotum: omne autem iudicium a crimine remotum debet saltem per duos testes probari glossa singularis in l. vlt. c. familiæ erciscundæ. & tradit Marsilius loco præcitato.

Fama p duos testes probari debet.

Fama vero, vel infamia de aliquo qua ratione probetur, eleganter docet Innocentius in dicto cap. qualiter & quando. de accusatio. his verbis: Hic potes colligere qualiter probetur infamia: debet enim dicere testis, eum de quo agit, de tali crimine diffamatum: & si quaratur ab eo, apud quos est infamatus: debet respondere, apud tales: & nisi eos assignet, non videtur bonam reddere causam dicti sui, præterea quia non potest sciri, an sint graues, vel maleuoli. hæc Innocentius.

Quomodo probetur infamia.

Ergo testes debent assignare causam dicti sui sufficientem, aliàs non probarent. & hanc sententiam communem dicit Cornuus lib. 2. conf. 232. & lib. 3. conf. 216. personas vero ideo nominare debent, ut indices intelligant ex qualitate personarum, quanta fides sit fame adhibenda, sufficit autem testibus nonnullas nominare personas, a quibus dicant se audiuisse Lutherum, verbi gratia, de heresi infamatum, ita præf. Papienis in forma positionum actoris. verbo, item quod de prædictis omnibus & singulis. num. 9.

Testes causi dicti sui redde debent.

Duo autem testes ut plene probent infamiam, ita ut in hoc crimine heresis diffamato canonica purgatio iudici possit ratione diffamationis, integri esse debent, & omni exceptione maiores: atque hoc est tutius & securius, ut dixi supra parte 2. super q. 57. atque hæc sententia tunc maxime procedet, quando infamia duxisset originem vel a maleuolis, vel ab infamibus, & vilibus personis.

Testes quales esse debeant.

Rursus, si testes super infamia deponentes diuersi essent, aut in nominibus personarum, quia vnus dicit se audiuisse a Titio & Seio, alius a Marco & Caio: aut in tempore, quia vnus diceret se audiuisse men se Aprilis, alius mense Martij: aut in loco, quia vnus

Testes diuersi quando probent infamiam.

vnus diceret se audiuisse in platea, alius in palatio, nihilominus famam probant. argumento l. ob carmē. §. fin. ff. de testib. Bartolus in dicta l. de minore. §. plurimum. nu. 24. ff. de quæstio. Innocentius in dicto c. qualiter & quando. verbo, & famam. de accusatio. Præf. Papienis in forma positionum actoris. verbo, item quod de prædictis omnibus & singulis. nu. 9. in fine. quos ceteri committere sequuntur.

Testes etiam non conueniant in causa scientiæ, famam probant.

Præterea, quamuis testes non conueniant in causa scientiæ: quia videlicet vnus dicit, scio quia ab eo audiui, vel a talibus audiui: et alius dicit, scio quoniam ob hoc ortum est scandalum in vicinia, nihilominus tamen, quoniam omnes ista cause in eundem finem diriguntur, vere probant famam, aut infamiam. ita idē Innocentius in c. qualiter & quando. de accusatio. verbo, & famam.

Quid sit publice dici.

Ad hæc, ut testes probent famam, satis est si dicat se audiuisse a talibus, aut talibus (iuxta ea que in præcedentibus diximus) publice dici, Bucerus, verbi gratia, imagines Sanctorum delensisse, hoc est publice voce dici a populo. ita Baldus in c. literas. nu. 2. de præsumptio. & in c. præterea. nu. 9. et 10. de testibus. & in l. heredes palam. in principio. ff. de testibus. quæ sequitur Marsilius in dicto §. plurimum. nu. 42. in fine. quod ita obseruari testatur Iulius Clarus in præf. crimin. §. si. q. 6. vers. debent etiam dicere. & Cassandorus decisio. 3. nu. 7. de probatio. & in Romana curia hanc sententiam vsu forensi custodiri tradit Parisius lib. 3. conf. 52. in fine. & Hieronymus Mont. tract. de finibus. fol. mibi 50. num. 4. reiecta opinione Bartoli in dicta l. de minore. §. plurimum. nu. 19. ff. de quæstio. ubi dixit testes probantes famam, debere dicere se audiuisse a maiori parte populi: aliàs non probarent: quam sententiam communis iudicantium vsus explosit.

Item testes de fama deponentes, quid fama sit dicere debent, aliàs non probarent: quod qua ratione intelligatur, dixi paulo antea commentario 17. §. Item interrogatus quid est fama.

Fama de aliquo ubi querenda.

Iam illud monendi sumus, famam de aliquo in eo loco esse querendam, in quo verfat, aut est aliquando verfat: ut de milite in castris & bello: de Doctore in scholis & foro: de Monacho in monasterio, iuxta textum in dicta l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. ibi: vel cuius existimationis quicque in ciuitate sua est.

Postremo agendum hic mihi erat de effectibus probate fame: an scilicet faciat plenam probationem, siue semiplenam, aut saltem iudicium generet ad torturam, aut sit sufficiens ad indicendam purgationem, siue alijs adminiculis, & de multis hæc spectantibus, que non sunt huius loci, cum Eymericus de probatione fame disputandi tantum præbuerit occasionem. De his videntur sunt præcitati, quamquam obscurissime loquantur, & sæpe pugnantiã tradant, de quo egi plenissime infra super q. 61. adde Campegius ad Zanchinum cap. 11.

Quot personæ esse debeant in examinatione testium & delatorum in causa fidei.

81 V E R V M cum in examinatione testium, &

delatorum, & præsertim hæreticorum, sit cũ cautela maxima procedendum, ut suspicio de fraude committenda totaliter repellatur, & veritas omni moda habeatur: personæ quinque in tali examine debent præsentibus esse, scilicet, Iudex inquirens: Testis, vel delatus respondens: Notarius, scribens: Et duo religiosi assistentes.

Prima persona est iudex, scilicet Inquisitor, seu eius commissarius, cuius est testes & delatos examinare, articulos formando, & illis verbo, vel scripto offerendo, & super illis interrogando. Inquisitor namque debet esse multum prudens, circumspectus, & valde cautus in examinando testes, & delatos, & præsertim delatos de modernis erroribus, scilicet Valdensium, & Begardorum, qui pro posse celant veritatem: quare cum magna cautela & prudentia est ab eis veritas eruenda, propter quod in informatione articulorum debet Inquisitor esse multum circumspectus.

Secunda persona est testis, seu delatus, qui examinatur. Quilibet horum debet prius iurare de dicenda veritate, aliàs depositio careret omnimoda firmitate, & post iuramentum non violare, sed dicere meram veritatem, nec odio, nec rancore addere, nec fauore diminuere; sed semper ad formam articulorum respondere: & ad mentem iudicis plusquam ad aliud intendere; & non tergiversari, nec equiuocare, sed clare ad mentem iudicis, seu interrogantis articulis respondere: & an testis, seu delatus ita respondeat nec ne; debet circumspectus Inquisitor multum attendere; & si videat respondere cautelose, & vulpine, debet cautelas detegere, & arctare ad elarius, & ad propositum respondere.

Tertia persona est scriptor, qui interrogationes Inquisitoris, & responsiones delati, seu testis scribat: & in actis, seu in processu inferat; & hic debet esse publica persona, utpote, quod sit notarius habens auctoritatem, siue laicus, siue clericus, siue religiosus. Vnde non solum laicus & secularis clericus, immo etiã religiosus, qui habebat auctoritatem antequam intraret religionem, posito etiam quod sit presbyter, potest esse notarius in fidei causa, ut patet in c. Ut officium. de hæret. lib. 6. & tunc: git auctoritate Apostolica. In casu autem, in quo Inquisitor non possit habere commode publicam personam, seu notarium, pro illo actu, potest sibi eligere duos viros idoneos seculares, vel ecclesiasticos, qui ambo pariter habeant vim & auctoritatem vnus personæ publicæ, seu notarij, qui depositiones testium seu delatorum insimul quilibet in suo folio fideliter conscribant, & isti duo agunt auctoritate Apostolica in scribendo. hæc patent in allegato cap. Ut officium. de hæret. lib. 6.

82

83

R. clat. supra pag. 107.

Quarta persona & quinta sunt duo ipsi Inquisitori assistentes, & totius examinis testes: & isti debent esse duæ discretæ personæ & religiosæ, vel aliàs honestæ: ut duo discreti & honesti clerici, vel laici, ut notat Archid. in alleg. c. Ut officium. in quarum presentia per publicam personam prædictam, vel per duos viros idoneos depositiones testium & delatorum fideliter conscribantur: quæ duæ

84

duæ discretæ & religiosæ, vel honestæ personæ assistant ipsi Inquisitori; & ad sint toti examini testis, vel delati à principio suæ depositionis vsque ad finem, si Inquisitor potest commode pro toto illo tempore se cum habere: quod difficulter potest facere. Vbi autem Inquisitor non possit commode istas duas personas in toto examine testis, vel delati habere, saltem habeat in fine depositionis; & tunc legatur depositio per notarium ipsi deponenti testi, vel delato, in præsentia Inquisitoris, & prædictarum duarum personarum discretarum, & interrogetur si stat & perseverat in depositione illa; & eo stante & perseverante, scribat in actis quomodo in præsentia talium sibi depositio lecta, & stetit & perseveravit: & puto, ¶ sufficere & nõ deuiare à mente statuti prædicti c. Vt officium, de hæret. lib. 6.

¶ Al. ita: puto sufficere, & satisfaciet statuto prædicto.

COMMENT. XX.

Num. 81.

Quoniam quæ multorum testimonij comprobantur certiora creduntur, & quæ multorum sunt sensibus insinuata, procul à mendacio abesse putantur: ideo oportuit (vt docet Eymericus) in causa fidei, dum reorum negotia tractantur, multas interuenire personas.

Quales Inquisitorum partes in examinandis testibus & delatis.

¶ Inquisitor debet esse multum prudens, circumspectus, & valde cautus in examinando testes, & delatos. ¶ Primum in examinandis testibus ideo prudentissimum & diligentissimum esse oportet Inquisitorem; quia cum testium nomina reus non publicentur, nec reorum patroni possint eos examinare, ac ob id defensionis ordo quasi truncatus esse videatur, ne iniuste rei condemnentur, debet omnino Inquisitor patronorum personam induere, et cauta sollicitudine querere veritatem; ne innocens condemnatur: ac proinde in testibus personarum qualitatem & fidem, mores & studia rimari debet, & considerare quomodo, qua fide, an zelo iustitiæ, an potius inuidiæ, aut inimicitie stimulis agitati ad testificandum accesserint. Aurea sunt, quæ huic causæ accommodari possunt & variis Pontificis verba in cap. si qui sunt. 2. quæst. 7. omnino à iudicibus fidei memoria retinenda. ait enim: Diligenter perscrutandum esse, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quoue merito: si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia vel odio, aut cupiditate ista præsumpserint. hęc ibi. Idē cautū est Hispani quædam prima instructione anni MCCCLXXXI. v. cap. 14.

Tam in reus examinandis & interrogandis propterea valde etiam sollicitus & diligens esse debet: quoniam hæreticorum potissima cura est, occultare hæreses: fingere sanctitatem: fittas quandoque emittere lacrymas, quibus vel sanissimum iudicem possint interdum permouere. ceterum non propterea succubere debet Inquisitor, sed semper suspicari debet posse deludi, & ficta esse quæ à reus proferuntur dum negant, præsertim cum indicia, vel testes sint in cõtrariū hæc autē tunc maxime præcauere debet, cum reus iterū capti in causa fidei fuerint, vel inquisiti. quæ omnia diligentissime tradit Eymericus paulo post nu. 85. & sequ.

¶ Quilibet horum debet prius irare de dicenda veritate. ¶ Ideo prius de veritate dicenda iurandum est: quoniam testi non iurato nulla fides habenda est, etiam si grauisissimus & probatissimus foret. cap. hortatur. 3. q. 9. c. nuper. & cap. fraternitatis. vbi glof. in verbo, iuramentis, extra de testibus. l. iurifurandi. C. de testibus.

Quod vero hic docet Eymericus de hoc iuramento præstando, iam olim in hac causa præcipit conciliū Biterrense cap. 4. in hæc verba: Ab illis qui sic citati coram vobis infra tempus comparuerint assignatum, recipiatis iuramenta, de mera, & plena super factio labis hæreticæ, tam de se quam de alijs viuis & mortuis dicenda, quam nouerint, veritate. hęc ibi. Idem cauit Martinus v. in bulla incipiente: inter cunctas. in concilio Constantiensi sessio. 45. quam retulimus in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis.

Huius autem iuramenti formula vulgo talis esse solet: Iuro per Deum & crucem, & sacrosancta quattuor Euangelia manibus proprijs tacta, me dicturum veritatem: quod si fecero, Deus me adiuuet; sin autem cõtra, Deus me condemnabit. facit cap. de parentela. 1. & 2. 3. 5. q. 6.

¶ Et ad mentem iudicis plusquam ad aliud intendere. ¶ Et ratio est: quoniam in iuramento quod præstat ei cui legitime subiecti sumus, hæc regula est penitus obseruanda: qui iurat, iuxta mentem iudicis cui iurat, non secundum propositum aliud iurare debet: alias dolosum emitteret iuramentum, & grauius peccaret. Beatus Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. in respon. ad 4. argumentum. & ibi Caietanus. copiose Sotus lib. 8. de iust. & iure. q. 1. art. 7. & ceteri communiter Theologi. hinc illud Isidori lib. 2. de summo bono, c. 31. Quacunque arte verborum quis iuret. Deus tamen qui conscientia testis est, ira accipit, sicut cui iuratur, intelligit. hæc ille.

Idem iudicium habendum est de aquinoco iuramento, quod fit vel simulatis verbis, vel artificiose prolatis, ita vt duplicem sensum recipere possint: nam si iuramentum iure etiam & legitime petatur, nõ licet tali amphibologia rei ob iniuriam, quæ fit ei, qui habet ius exigendi tale iuramentum. ita Sotus in dicto art. 7. in fine. & ceteri communiter.

His autem fraudibus rei in iuramento in causa fidei præstito, tanto iniquius est & turpius, quanto res est grauior, & causa fidei ceteris præstantior. oim hunc dolum consueuisse exercere Pseudo apostolos, cum ab Inquisitoribus interrogarentur, docuit Eymericus par. 2. q. 12. & dixi ibidem. s. vigesimus error est.

¶ Tertia persona est scriptor, qui interrogationes Inquisitoris, & responsiones delati, seu testis scribat, & c. ¶ Olim ob Inquisitorum inopiam, qui notarium certum & huic officio destinatum alere non poterant, multis modis prouiderunt Romani Pontifices, vt non deessent, qui inquisitionis acta conscriberent: interdum dispensantes cum clericis & religiosis, qui prius notarij fuerant, vt officium tabellionis in causa fidei possent exercere: interdum concedentes vt dua idoneæ personæ gesta conscriberent, quibus plena fides adhiberetur, vt eleganter docet hic Eymericus, qui ex Biterrensi concilio sumplisse mihi

Num. 82. Iuramentum de dicenda veritate pmitrendum à reistibus & delatis examinandis.

Iuramentum præstandum est iuxta mentem eius qui erigit iuramentum.

Num. 83. Cur olim in iuramento vt alij præter notarios, ad inquisitionis scriberent.

mibi hæc doctrinam videtur, in quo c. 4. (vbi totius ordo in hac re eleganter describitur) ita scriptum extat: Ab illis, qui sic citati coram vobis infra tēpus comparuerint assignatum, recipiatis iuramēta, de mera & plena super factio labis hæreticæ, tam de se quam de alijs viuis & mortuis dicenda, quam nouerint, veritate: ac postmodum per vos, vel per scriptores diligenter interrogantes eos dem delinquis, de quibus requirendi videbuntur, faciatis confessiones ac depositiones ipsorum fideliter scribi, & in actis inquisitionis reponi: aut per publicam, si potestis habere personam, aut per aliam idoneam & iuram, cui & alius vir idoneus iuratus similiter adiungatur: vt sic scripta huiusmodi, vel per manum publicam, vel per duos (vt tetigitur) viros idoneos, in actis repolita & conscripta, ac ei qui cõfiteretur & deponit corā Inquisitore & notario, vel dictis duobus viris idoneis recitata, robur obtineat firmitatis. hæc tenus ibi.

His omnibus priuilegijs vocandi aut notarios, aut religiosos, qui notarij fuerant, aut duos viros idoneos ad acta inquisitionis conscribenda, tandem accessit & illud, quod anno Domini MDLXI. Inquisitoribus tribuit Pius Papa II. vt possint, vbi occasio postulauerit, notarios sibi creare, rescripto quodam incipiente: Pastoralis officij cura. impresso inter litteras Apostolicas in fine huius operis, de quo dicā amplius infra super q. 18. & 19.

Ideo vero tam diligens obseruatio in hac testium & reorum depositione recipienda exigitur, vt quæ sunt tot inspecta oculis, & tot sensibus insinuata, falsi profus suspicionem excludant, vt colligitur ex his quæ notant Ancharanus & Geminianus in c. vt officium. s. verum. & in c. vlt. de hæret. lib. 6. & Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 9. & Campegius apud Zanchinum c. 5. vers. si queris.

Iam ex his Eymericus verbis: Et responsiones delati seu testis scribat: iunctis his, quibus initio huius disputationis, de quinque personis examini adhibendis, orsus est, colliges eum sentire totidem personæ, nempe quinque esse adhibendas in examinatione inquisiti, quot posulantur in examinatione testium per dictum c. vt officium. de hæret. lib. 6. quamuis enim ille textus de personis adhibendis in testium examinatione loquatur, eadem tamē causa, nempe ne gotij grauitas & falsi excludendi suspicio in examinandis delatis seu inquisitis reperitur: erit ergo ius idem statuendum l. illud. cum similibus. ff. ad l. Aquilam. quod ipsum videtur aperius tradere idem Eymericus in hac 3. par. q. 63. cui ad stipulatur Campegius apud Zanchinum c. 5. vers. si queris.

Quod tunc omnino obseruandum ab Inquisitoribus crederet, cum camilloso, tergiversatores, astutos, callidos, impios, impenitentes, & grauius facinorosos reos examinant; in alijs vero hac tanta solemnitas remitti potest, quod et vsus multarum inquisitionum obseruat. tutius tamen est, si hęc personæ religiosa cõmode haberi possint, eas semper examini adhibere, ob causam proximè allatam, & alia pericula, quæ ab iniquis hæreticis obijci possent.

¶ Qui ambo pariter habeant vim vnius personæ publicæ seu notarij. ¶ Et ita videtur sentire glossa in c. quoniam contra. verbo, duos viros. de pro-

An duæ personæ acta inquisitionis notario equiparantur.

¶ Repertorium Inquisitorum verbo, notarius. s. nota circa notarios. & Locatus in iudiciali verbo, notarius. nu. 4. ac de his duabus personis loco vnius notarij adhibendis multa Angelus in l. gesta. C. de re iud. & Fraciscus Curtius iunior tract. de seu do. par. 7. q. 4.

Sed diligenter considerandū est, quod dicit Decius in dicto c. quoniam contra. nu. 35. & seq. de probatio. videlicet. quod cum duo hi viri idonei admittantur in subsidium, quotiens publica persona commode haberi non potest, non videntur proprie notario posse equiparari; quod etiam ibidem docet Aretinus. Ceterum quamquam hæc disputatio fructu non careat, omit-tenda nūc est, & quid in hac causa obseruari debeat, cum vsus exegerit, breuiter dicamur.

Primum ergo acta iudicij per publicam personam, hoc est, per notarium sunt scribenda, siue is sit laicus, siue religiosus cuiusuis ordinis, qui dum esset in sæculo hoc exercuit officium. quod si hos Inquisitor habere non potuerit, in subsidium duas personas idoneas, id est, peritas & officio congruentes, & honestas & bonæ famę adhibere debet. ita Hostiensis, & Ioannes Andr. in dicto c. quoniam cõtra, de probatio.

Rursus id est obseruandum, hos viros idoneos ad hanc prouinciã suscipiendam per Inquisitores compelli posse. ita Baldus in rubri. C. de fide instrument. facit quod notat Cynus in l. inuitus. C. de procurato. rradit nominatim Decius in dicto c. quoniam contra, de probatio. nu. 37.

Postremo antequam hi duo viri idonei quicquam conscribant, iurare debent coram Inquisitore se fideliter & sine fraude cuncta excepturos, & gesturos, quæ negotij qualitas postulat, & necessitas. ita Panormitanus & Baldus in dicto c. quoniam contra. quos refert ibidem Decius nu. 39. & facit textus in l. Dominicus Labeo. ff. de testibus. & in c. peruenit. 1. de testibus cogend. et in hac causa de qua agimus hos viros iurare debere aperissime probat conciliū Biterrense relatū initio huius commentarij.

Iurabunt, vero in casu nostro præcipue, nec non reuelaturos depositiones testium vel reorum, nec de eaque verbis aut signis quicquam indicaturos.

Sed quid si non iurent, vt si, verbi gratia, per imprudentiam, aut obliuionem omisum fuerit iuramentum, erunt ne valida acta per ipsos conscripta? Respondeo, adhuc instrumenta & gesta, seu excepta per ipsos probare, & robur firmitatis habere. Primum, quoniam satis esse videtur publica iudicis auctoritate fuisse deputatos; tum etiam quia numerus videtur cetera quæ in notario exiguntur supplere, cū duo sint. Postremo, quoniam textus in dicto cap. quoniam contra. de probatio. & in c. vt officium. de hæret. lib. 6. indistincte dicunt adhibendos esse, nulla facta iuramenti mentione: erunt itaque intelligendi indistincte. l. 3. de offic. præsid. l. 1. s. generaliter. ff. de legat. præstan. tenet Decius in dicto c. quoniam contra. de probatio nu. 199.

Neque his videtur obflare conciliū Biterrense paulo antea relatū, quod vtramque personam iuram postulat: quoniam id re vera tutius est & securius, at non simpliciter necessarium, & conciliū id exigit quod fieri debet, sed non infringit factum contrarium.

In actis inquisitionis scribendis quis ordo seruandus.

Iuramentum ab scribentibus quale exhibendum.

Et quid si iuramentum omitteretur.

erarium, si solemnitas iuramenti omittatur: hoc credoverius favore fidei, ne ex defectu iuramenti acta corrumpere dicamus.

An uterque eorum qui adhibentur ad acta inquisitionis scribenda per se scribere debeat.

Subscriptio quid opere iur.

An generalis subscriptio sufficiat.

Num. 84.

Qui depositiones testium seu delatorum simul quilibet in suo folio similiter conscribant. Quod vero ambo simul excipere debeant depositiones testium & delatorum, velle etiam videtur concilium Biterrense paulo ante relatum, & ita quoque precipit observare Goffredus, sicut dicitur de pluribus arbitris constitutus, quod aut omnes pronuntiabunt, aut nullus. l. item si unus. §. item si plures. ff. de recep. arbit. & cap. 2. de arbitris lib. 6. ideo vero simul scribere debent, ut maior sit consensus, & falsi suspicio excludatur, cum utriusque scripturę eadem contineant, & per omnia conveniant: atque hoc est tutius & securius, & observandum præsertim in causis maioris ponderis, veluti in processibus relatorum, & impanitentium.

Ceterum si unus tantum scriberet, & alius postea dummodo præsens examini adesset se subscriberet, sane sufficeret, cum subscriptione testificetur perinde coram eo fuisse actum sicut scriptum est. ita Panormitanus post veteres interpretes in dicto c. quoniam contra. de probatio. quos sequitur ibidem Decius nu. 200. quod etiam ipsum in pluribus notarijs deputatis ad unum actum ex forma legis vel statuti observandum monent Innocentius, Abbas, & Decius in dicto c. quoniam contra. & Bald. in l. iurifurandi. in fin. vers. quæro vni testi. C. de testib. & eorum ratio est, quoniam idem operatur subscriptio alicuius, quod operatur scriptura eius manu in totum scripta. Imo centius & Abbas in d. c. quoniam contra. Bartolus in l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. et Alexander cõsil. 147. nu. 4. lib. 2. & tenet Decius in dicto c. quoniam contra. nu. 202.

Quæ sententia vera est, quamvis non sit adhibita specialis subscriptio, sed solum generalis. Baldus in authent. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Ancharanus cõsil. 242. incip. Prius de viribus probationis. Alexander in l. si ita stipulatus. §. Chryso-gonus. ff. de verbo. obligat. & ibidem Angelus, loanes Imola, & Paulus Castrensis. idem Alexander in l. quę dotis. ff. soluto mari. & in cõsil. 147. incipiente. Ponderatis. lib. 2. & hanc opinionem asseruit mihi quandoque Bononia summo iure dicens veriorrem esse Ludovicus Segnius præceptor, legum interpretis publicus, & in reddendis responsis verax, nec vulgaris eruditionis.

Et hanc sententiam, quod scilicet, tantum valeat subscriptio generalis quantum specialis, dicit cõmunem Decius in dicto c. quoniam contra. nu. 203, verumtamen securius est specialem facere subscriptionem, præsertim in causis arduis. hæc vero nullo modo sunt negligenda, cum eorum usus frequens accedere possit.

Et puto sufficere, & non deviare à mente statuti prædicti. Hic locus varie legebatur in tribus exemplaribus Barcinonensibus, Bononiensibus & Sabellano; nam codex Cardinalis de Gambarà cum Bononiensibus convenit, ex quibus duobus restituta est (nisi fallor) vera lectio, & consulto recessimus à Barcinonensibus impresso.

A Observanda ab Inquisitoribus in examinatione hæreticorum.

QVIA vero in examinatione scienda non solum est necessarium, ut suspicio de fraude committenda totaliter repellatur; quod sit propter præsentiam personarum plurium prædictarum: verum etiam est necessarium, ut veritas ab hæreticis, & delatis clare, nude, & omnimode habeatur; quod fit cum modus circumspèctus & cautelosus in examinatione hæreticorum, & delatorum ab Inquisitoribus observatur: Ea propter circa modum hæreticos, & delatos examinandi sunt tria vitliter aduertenda. Primum est: Inquisitor quomodo, & qualiter, & de quibus hæreticos interrogabit. Secundum est: quæ & qualia in responsonibus hæreticorum delatorum Inquisitor attendet, & considerabit. Tertium est: quomodo, & qualiter responsonibus vulpinis, & cautelosis hæreticorum obuiabit.

PRIMUM dico aduertendum, quomodo, & qualiter, ac de quibus Inquisitor hæreticos seu de hæresi delatos examinabit, inquiret & interrogabit. Vbi considerandum est, quod sicut non omnium morborum est eadem medicina, sed potius diuersorum & singulorum diuersę sunt & singulę medicinę: sic nec ad omnes hæreticos seu de hæresi delatos, idem modus interrogandi, inquirendi, & examinandi, quo ad articulos, est seruandus: sed secundum varietatem ac diuersitatē sectarum, hæresum, ac personarum, & errorum, varius, & diuersus modus interrogandi, inquirendi & examinandi prudentius est tenendus. Idcirco ipse Inquisitor ut prudens medicus animarum, debet diligenter considerare circa personas, quas, vel de quibus inquiret, ipsarum qualitatem, conditionem, locum, statum, morbumque, quo laborant: nõ omnes de eisdem, & de eodem ordine interrogando, nec eosdem articulos inculcando; sed sic frano discretionis astutias hereticorum circumducatur, easque aperiat detegendo, ut fauente gratia IESV CHRISTI de sentina abyssoque hæresum, & errorum obscuritate eius manu educatur coluber tortuosus: non enim potest super istis vna & infallibilis de pingi inquirendi regula, siue modus; ne si fieret, cum illum modum sic assuetum, ac regulam generalem, tenebrarum filij præuidissent, ipsum tanquam sui laqueum facilius euitarent, seu etiam præcauerent. Curet ergo prudens & industrius Inquisitor occasione & modo accipere inquirendi hæreticos & delatos, siue ex accusantium vel denuntiantium dictis, siue ex testium responsonis, siue ex his, quę experientia docuit; seu ex his, quę propriij ingenij acumen aperit: semper considerando attentius & diligenter ex denuntiationibus, & accusationibus deferentium, ac attestationibus testium, ipsi delati heretici cuius sectę videatur esse, nouę vel antiquę: Ut-pote, si videntur esse de secta Pseudoapostolorum, vel Manichęorum, vel Valdensium; vel Begardorum, & sic de alijs: seu si conuersi de perfidia Iudæorum, vel Sarracenorum, vel dæmonum inuo-

85

86

† prudenter

† Al. particu-laris

Interrogationes hant pro qualitate & conditione personarum, loco, & indiciis, &c.

inuo-catorum: & legere diligenter in præcedentibus in hac parte secunda, ubi agitur de erroribus & hæresibus prædictorum, errores & hæreses illius sectę, de qua examinandus delatus videbitur, & super illis formare articulos, de quibus est diligenti examinandus.

SECVNDUM in examine aduertendum est: quæ & qualia in responsonibus hereticorum delatorum Inquisitor attendet sollicitè & considerabit. Vbi considerandum est, quod hæretici sunt in duplici genere.

Hæretici manifesti, & non potij.

Hæretici manifesti per viros litteratos convincendi.

Quidam namque manifeste tales sunt, & manifeste in erroribus suis siue coram prælatis siue Inquisitoribus perfluit, eos palam & publice defendendo: sicut fuerunt Ariani, Sabelliani, Manichęi, & quamplures alij, qui de hæresibus suis publice disputabant, & rationibus & auctoritatibus ad falsum eorum intellectum tractis, & extortis expositionibus notorie defendebant: Er tales per viros litteratos facilliter de crimine hæresis conuincuntur, quia eo quod errores suos coram prælatis & inquisitoribus pertinaciter defendunt, heretici conuincuntur, iuxta cap. Super quibusdam. de verbo. signif. & tales examinare non est difficile: sed à suo errore reuocandi sunt: quod faciendum est per viros litteratos eorum rationes soluendo, & auctoritates, quas pro se falso allegant declarando, & alias contra eos inducendo.

Quidam autem alij hæretici sunt, qui errores suos pandere nolunt, sed potius abscondunt, & palliant cautelosis responsonibus & cauillosis, prout possunt, ut sunt Valdenses, & nonnulli Begardi, & quidam alij. Et tales est valde difficile examinare, & eorum errores detegere: propter quod in examinatione talium oportet multum prudenter ac sagaciter agere, & ad eorum cauillosas responsones & cauillosas attendere, & istorum versutias vulpinas & extortas locutiones considerare: quia totum eorum studium est, ut euadant, & non deprehendantur, nec conti-nentur.

COMMENT. XXI.

Num. 85.

Quę requiruntur in Inquisitore ad examinandos hæreticos.

Tota hæc disputatio, quam nunc ordit Emericus; prudentia est potius quam artis. est vilis, est necessaria, & valde negotio de quo agitur, accommodata; mirabilis vero in primis auctoris industria, quod tam diligenter cuncta præscribat, quę ad praxim pertinent. Vniuersa vero hæc præcepta duoposissimum requirunt, ut commode ab Inquisitore exercentur. Primum est prudentia, quę in iudice violatę religionis debet esse maxima, ut alibi admonimus: Alterum est peritia, & notitia non mediocris dogmatum, sectarum, errorum, ritę, & morum ipsorum hæreticorum, tam veterum quam recentiorum: siue his enim ferme impossibile est Inquisitorē recte suo munere fungi posse; nam cum Inquisitor sit fidei custos & defensor, cap. ut Inquisitionis. de hæret. lib. 6. q. 5. nu. 3. non potest commode eã defendere, nisi contraria noscat, quibus ipsa fides, si-

deique dogmata violentur, ut tradit etiam Eymericus paulo post cum agit de signis, quibus variarum sectarum hæretici cognoscuntur.

Sic nec ad omnes hæreticos, &c. idem modus interrogandi, &c. est seruandus, sed secundum varietatem sectarum varius modus est tenendus. Ex tota hac disputationis serie, hæc regula colligitur: Inquisitores multis prudentibusque interrogationibus uti debent, iuxta varietatem sectarum, dogmatum, ac etiam qualitatem personarum, quas interrogant, ita ut omnibus modis veritatem detegere & inuenire studeant: hæc referri possunt quamuis in alio foro dicta, quę scribit beatus Augustinus in libro de vera & falsa penitentia, c. 20. & refertur in cap. 1. §. iudiciaria. de penit. dist. 6. in hæc verba: Diligens igitur Inquisitor, & subtilis inuestigator sapienter & quasi astute interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. cognitio itaque criminis, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cetera. hæc tenet Augustinus. Eodem spectat illud non minus eleganter, quã prudenter dictum.

Num. 86.

Diligentia Inquisitorij in interrogandis reis.

Sed quoniam variant animi, variabimus artes, Mille mali species, mille salutis erunt.

¶ Vt pote si videntur esse de secta Pseudoapostolorum, &c. Tametsi præcepta sequentia, quę ab Eymérico præscribuntur ad detegendos hereticorum errores, maiori ex parte in desuetudinem abiierint, erant enim accommodata ad examinandos hæreticos superiorum seculorum: nihilominus tamen ad alios hereticos examinandos, & conuincendos facile à prudentibus Inquisitoribus possunt renouari, ut nostro sæculo ad Lutheranos, Caluinistas, & ceteros cuiuslibet sectę: quorum errores, ritus, & loquendi modos, ac phrasim genuinam debent diligenter fidei indices intelligere: & sicut circa Eymericij tempora errores de Christi & Apostolorum paupertate, ac visione Beatorum, & alij plures frequenter circumferebantur, ita nunc sepultis & extinctis illis, Romani Pontificis diuina potestas, Sanctorum merita, indulgentiarum thesauri, sacramentorum virtus, bonorum operum merita, sacrarum religionum instituta, & alia eius generis sexcenta passim negantur, quibus detegendis, & inuestigandis, hæc eadem, paucis commutatis, præcepta deseruiunt.

Quomodo Emerici præcepta ad vsũ sint reuocanda.

Num. 87.

Quidam namque manifeste tales sunt, &c. In codice illo membraneo Bibliothecę Vaticanę, in quo extat fragmentum summę fratris Iuoneti, legitur etiam hoc documētum de conuincendis facillius hæreticis litteratis & manifestis, quã occultis & palliatis: additque ibidem Iuonetus in titulo: De modo examinandi hæreticos, vnde totus hic locus mihi videtur desumptus, vidisse se vilem quandã feminam fornicariã insignibus viris litteratis multis diebus illuisse per palliatas, fictas, & cauillosas responsones, quę cum iam foret liberanda, inuenta fuit recondidisse in arcula ossa cuiusdam heretici nuper combusti, quę illa velut Martyrum reliquias venerabatur, ergo diligenter sunt hæc animaduertenda, ne nocentes iniuste liberati diutius in erroribus perseuerent, & facultatem habeant alios corrumpendi.

Ex hæreticis qui facillius, & qui difficilius conuincuntur.

De modis decem hereticorum quibus errores suos obtegere student.

88 Modus primus per æquiuocationem.

MODI autem hereticorum euadendi & sophisticandi verba, sunt decem.

Primus est per verborum æquiuocationem: vt si interrogentur de corpore Christi vero, respondent de corpore Christi mystico. Vnde si dicatur eis: credis tu quod hoc sit corpus Christi? respondet, credo, quod hoc est corpus Christi, intelligendo de lapide, quem videbit ibi, vel de suo corpore proprio, quod est corpus Christi, intelligendo quod omnia corpora mundi, sunt Christi, quia Dei, qui est Christus. Vel si interrogatur: credis tu baptismum esse sacramentum necessarium ad salutem? respondet, credo: intelligendo quod ipse habet credentiam, sed non intelligit quod talem, sed suam: & non de isto, de quo interrogatur, sed de alijs. Vel si interrogatur: credis tu, quod Christus fuerit natus de virgine? respondet, firmiter: intelligendo, quod firmitatem habet in sua mala perfidia. Vel si interrogatur: credis in vnicam sanctam Ecclesiam catholicam? respondet, credo in vnam sanctam ecclesiam, intelligendo de sua & suorum complicitum congregatione, quam vocat ecclesiam, & non de Ecclesia nostra: semper conuertendo intentionem suam ad illam partem æquiuocationis, quam gerit in mente: & sic de alijs æquiuocationibus.

89 Secundus modus per conditionem adiectionem.

Secundus modus euadendi & sophisticandi est per conditionis adiectionem: vt si interrogetur: credis tu matrimonium esse secundum sacramentum? respondet, si Deo placet, ego bene credo: intelligendo quod Deo non placet, quod ipse hoc credit. Vel si interrogatur: credis tu carnis resurrectionem? respondet, ita ego, si Deus vult: intelligendo, quod hoc Deus non vult, quod ipse hoc credit: & sic de alijs conditionum adiectionibus.

90 Tertius modus per retorsionem interrogationis,

Tertius modus euadendi & sophisticandi est per questionis seu interrogationis retorsionem: vt si interrogetur: credis tu in Spiritum sanctum à Patre & Filio procedentem? respondet, & quomodo vos creditis? cū dicitur tibi: nos credimus, quod Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio: respondet, ego ita credo: intelligendo, ego ita credo, quod vos creditis: sed ego non sic. Vel si interrogatur: credis tu quod vsura sit peccatum? respondet, & quid dicitis vos credendum super hoc? & cum dicitur sibi: nos dicimus, quod quilibet catholicus debet credere vsuram esse peccatum: respondet, & ego sic credo: intelligendo, sic ego credo quod vos dicitis: & sic de alijs questionum retorsionibus.

91 Quartus modus per fictam admirationem

Quartus modus euadendi & sophisticandi est per verborum fictam admirationem: vt si interrogetur: credis tu Deum omnium esse creatorem? respondet cum admiratione, quasi turbatus; quid ergo aliud crederem, nonne ita debeo credere? intelligendo, quod non debet ita credere. Vel si interrogetur: credis tu Dei filium esse incarnatum in vtero virginali? respondet cum admiratione, o

A Deus meus, quare interrogatis me de istis; creditis quod sum Iudæus? Christianus sum. Scitote, quod credo omnia, quæ bonus Christianus debet credere: intelligendo, quod bonus Christianus non debet ita credere: & sic de alijs verborum admirationibus.

92 Quintus modus per tergiversationem

Quintus modus euadendi & sophisticandi est per verborum tergiversationem: vt si interrogetur: credis tu quod iurare de veritate dicenda in iudicio sit peccatum? respondet tergiversando; credo quod, qui dicit verum, non peccat: non respondet de iuramento, de quo queritur, sed de dicendo verum, de quo non queritur. Vel si interrogetur: credis tu, quod omne iuramentum sit peccatum? respondet, magnum peccatum est iurare in vanum. Vel si interrogatur: credis tu quod Christus post mortem descendit ad inferos? respondet, magna fuit iniquitas Iudeorum quam habuerunt ad Christum: & sic de alijs verborum tergiversationibus.

93 Sextus modus per digressionem à proposito.

Sextus modus euadendi & sophisticandi est per verborum manifestam translationem: vt si interrogetur: credis tu quod Christus post mortem descendit ad inferos? respondet, o domine Inquisitor, quantum debet quilibet cogitare in corde suo Christi mortem dixam, & ego miser non facio: sum enim pauper propter Christum, & habeo querere mihi victum: & sic transferunt se ad loquendum de paupertate sua, vel Christi. Vel si interrogatur: credis tu quod Christus quando fuit in cruce lanceatus, quod adhuc esset viuus? respondet, magna questio audiui quod fuit de hoc, sicut & de visione animarum Beatorum est hodie: vos, domini, ponitis, mundum in istis questionibus, pro Deo, dicatis quid tenendum est de ista questione de animabus Beatorum, quia nollem in fide errare: & sic transfert locutionem ad questionem illam. Vel si interrogatur: credis tu quod Christus nihil habuit in proprio vel communi? respondet conuertendo se ad circumstantes, ponendo eos in verbis, vt sic euadat, p tunc responsonem: & sic de alijs verborum translationibus.

94 Septimus modus per sui ipsius iustificationem

Septimus modus hereticorum euadendi & sophisticandi est per sui iustificationem: vt si interrogetur: credis tu quod Christus descendit ad cælos; vel alijs interrogetur de fide; respondet, iustificando se: o domine, ego sum homo simplex & illitteratus, qui in simplicitate mea seruo Deo, & nescio istas questiones, nec istas subtilitates; de facili caperetis me, & induceretis me in errorem, pro Deo, non interrogetis me de istis. Vel si alijs interrogetur de fide; respondet: domine, ego sum homo, qui libenter cogito de Deo, & cogitarem libentius de suis mirabilibus operibus, & fidei articulis, & de trinitate, & de alijs: sed postmodum occurrunt mihi quedam dubitationes de fide, que ponunt me in periculo, propter quod nolo nimis cogitare de talibus subtilitatibus, nec vellem etiam audire: quare, pro Deo, non ponatis me in istis, quia poneretis me in periculo & errore, quod vitare cupio toto corde: & sic de alijs eorum iustificationibus.

Octa-

COMMENT. XXII.

95 Octauus modus per simulationem corpori linguæ

Octauus modus hereticorum euadendi & sophisticandi est per sui corporis fictam debilitationem: vt si interrogetur de fide, & multiplicatis interrogatorijs, videat quod non potest euadere quin deprehendatur in sua hæresi & errore, dicit: ego sum valde debilis capite, & non possum amplius sustinere, placeat vobis, pro Deo, quod dimittat me modo. Vel dicit: dolor nimis inuadit me, parcat, pro Deo vado ad lectum, & surgens ponit se in lecto: & sic pro tunc euadit, & interim cogitat quomodo respondebit: & quomodo cautelose se habebit: & sic de alijs corporis fictis vilitatibus passionibus. Hunc modum frequenter tenent, quando vident se debere questionari, dicentes se infirmos, & quod morientur si questionentur, & mulieres dicunt se frequenter pati muliebrem passionem, vt sic ad tempus euadant questiones.

96 Nonus modus per simulationem amicitie

Nonus modus hereticorum euadendi & sophisticandi est per fatuitatis seu imprudentiæ simulationem, vt si interrogentur de fide, dubitantes ne per industriam Inquisitoris in suis erroribus deprehendantur, fingunt se fatuos & mæte alienatos, sicut fecit Dauid coram Achis, ne deprehenderetur: & respondentes rident, & interserunt multa verba impertinentia, derisoria & fatua; & sic suas cooperiunt hæreses & errores; ut sic quasi iocose uideantur dicere quidquid dicunt. hunc modum etiam frequenter tenent, quando vident se questionandos, vel curiæ seculari tradendos, vt per tales fallitates, questiones euadant, seu mortem: & tales pluries sum expertus, & interdum fingunt se continue amentes, interdum habere lucida interualla; & sic de alijs simulationibus.

97 Decimus modus per simulationem

Decimus modus hereticorum euadendi & sophisticandi est per palliatæ sanctitatis conuersationem. Sunt enim hæretici à communi conuersatione fidelium vita & moribus, habitibus & locutionibus dissidentes: nam incedunt cum communibus pedibus discalciati, vel cum soleis: induuntur exterius deiectis habitibus colore, & figura: aliqui de albo, aliqui de bruno, aliqui de mantello, aliqui longo & lato tuniccillo: cinguntur non corrigia, sed corda: aliqui vtuntur capucio demisso: aliqui deferunt crines longos, secundum eorum sectarum varietatem: aliqui incedunt vultu demisso ad terram: aliqui eleuato ad cælum; habent verba humilitatis, & exteriorem apparentiam sanctitatis, sicut sepulchra exterius dealbata, & deaurata, quæ interius sunt plena cadaueribus mortuorum: Nam interius, vt in pluribus, pleni sunt superbia, luxuria, gula, accidia, & vanagloria: vt sciunt, qui eos nouerunt; propter quam speciem sanctitatis plurimos inficiunt, gentes decipiunt, & Inquisitoris iudicium euadunt.

Isti sunt decem modi hereticorum euadendi & sophisticandi ac se palliandi, ne in suis erroribus detegantur. Multos autem & alios modos varios decipiendi, & se palliandi habet, quos probat magis vsus, quam ars, prout in eorum inquisitionibus inuenitur.

OTUS hic locus de modis, quibus heretici errores suos olim occultare conabantur, reperitur in vetusto illo codice bibliothecæ Vaticanæ fol. 88. col. 3. tametsi auctor hic illustriorem multis mutatis verbis effecerit: & pauca fere sunt in tota hac praxi, que in diuersis locis eius codicis non reperiantur: vn de suspicor (vt alibi dixi) Eymericum eum ipsum librum, a ut alium ei similem auinione habuisse. & quamuis nonnulli ex his ab hereticis nostri seculi non vsurpentur, cognoscendi tamen sunt, vt ex horum notitia per similitudinem ad vsitatos nunc & alios hereticorum proprios detegendos facilius perueniatur.

Num. 88.

Id tamen non est omittendum, quod in præcitato codice initio horum modorum scriptum extat, hoc loco ab Eymérico non tractum: præsumendum videlicet esse, eos non bene sentire de fide, qui de ea interrogati fraudulenter respondent: nam qui bene credunt, intrepide fidem fatentur. eius codicis verba ita habent: Nota quod fidelis requiritus de sua fide statim respondet simpliciter, siue bene siue male, paratus corrigi: hæreticus vero quia non potest se defendere per potentiam, nec per rationes, nec per auctoritates, statim currit ad sophisticata sua, & duplicitates, & fugas verborum ne capiatur: vn de hoc est vnum, per quod aliquis sic respondens potest cognosci maxime hæreticus esse.

Non bene præsumuntur de fide sentire qui de ea interrogati respondere fraudulenter.

Primus est per verborum æquiuocationem, &c. Hic locus admonet non fore inutile quandoque ea legere de locis sophisticorum argumentorum, que scripsit Aristoteles præsertim lib. i. elenchorum c. 3. nam ea proculdubio ad superandas hereticorum fraudes claram lucem dabunt: que si vacet legere, non penitebit collocare in eis opera.

Num. 88.

Et huius primi loci, quem Eymericus hic vocat per æquiuocationem, (cum verius esset dicendus per amphibologiam, cum in tota oratione consistat) nemini Accursius in l. quoties. 80. de verb. obligat. Eam Greci homonymiam appellant, que tunc conuincit, cum in oratione id sumitur, quod idem manens sub eodem tenore verborum plura significat: vt in exemplo auctoris: hoc est corpus Christi: nam duo significat, aut esse corpus Christi essentialiter, aut ad Christum pertinere ratione dominij.

Fallacia æquiuocationis quomodo dissoluatur.

Hec vero æquiuocationis seu amphiboliæ fallacia dissoluitur. distinguendo ambiguum vocem seu orationem. ita enim exitus aut decipiendi via præcluditur heretico, vt tali deceptione tueri se non possit. exëpla in promptu sunt, que breuitatis gratia omitto, & quod proxime retulimus de corpore Christi aperte hoc indicat.

Iam quantum ad hereticorum fraudes & cauillosas responsores vitandas dum examinantur, attinet, hec in vniuersum regula obseruanda est.

Cauillosæ hereticorum responsores qualiter cui tandæ.

Inquisitores quantum fieri potest aperte egs interrogent, in singulis interrogationibus singulas res non simul plures proponentes, ad quas attente compellat reos respondere, nusquam patientes vt extra propositum euagentur, vt docet etiam Eymericus paulo post nu. 99. in prima cautela.

Quod

Quid si quandoque contingat reum apertis interrogacionibus obscuras, aut dubias & ancipites responciones reddere, iubatur eas, priusquam ad vteriora progrediatur, declarare, ne postea excogitet super obscuris & dubijs propositionibus novas fraudes.

Postremo dum reus interrogatur, etiamsi is disputare velit, quod sepiissime cum callidis & astutis contingit, Inquisitor nullam cum eo ineat contentionem: sed semper ad institutum eundem reuerti compellat, ne tortuosus anguis possit illasus euadere: nam si hac obseruentur, raro proderunt sua fraudes iniquis.

Num. 96. Quibus modis cognoscendum an hereticus de mentia sit ficta vel vera.

b ¶ Fingunt se fatuos, & mente alienatos. Quam autem ratione sit intelligendum, an hac dementia sit ficta vel vera, non facile potest intelligi, presertim cum sint quidam adeo astuti, vt dementia fingant, que verè sit omnino similis. ceterum duobus modis poterit detegi. Primum ex obseruatione actuum exteriorum: raro enim contingit mente sanos, omnia mentecaptorum more facere, & propterea custodes diligenter aduerent vniuersas horum actiones, & verba. Rursus hoc etiam detegi poterit metu tormentorum, aut alterius periculi grauioris, quod minabitur eis Inquisitor vbi opus fuerit: quod si nec sic respiciant, alia remedia opportuna erunt excogitanda, iuxta delati qualitatem.

Num. 96.

c ¶ Hunc modum etiam frequenter tenent, quando vident se quaestionandos, vel curia seculari tradendos; vt per tales fallitates quaestiones euadant, seu mortem. Si probabiliter credatur ex actibus exterioribus, & verbis ficta esse dementia & insaniam, non propterea desistendum est a quaestione seu tortura, immo saepe contingit huic ficta insaniam remedium afferre torturam: nam dolor non facile patitur iocum & fictionem, atque in hoc casu nullum videtur periculum ad explorandum animi morbum, an sit verus vel fictus ad torturam insaniam tradere. si aliis indicijs ad sint sufficientia, cum nullum hic mortis periculum timeatur.

Ob fictam insaniam non est differenda tortura.

An debeat differri supplicium ob fictam reorū insaniam.

In altero vero casu maior est difficultas, cum ad supplicium reus deferatur: dubium enim est, an si quando reus ducitur ad supplicium, insaniam fingat, aut more stultorum blasphemias interdum proferat, nec velit conuerti, debeat differri supplicium: & primo obtutu videbitur alicui dicendum, nullo modo tales in hoc ementito furore, aut impenitentia perseuerantes vltimo supplicio afficiendos: quoniam ex duobus malis minus permittendum est. l. si procurator, ff. de exceptio. doli. l. quoties nihil sine captione. ff. de reg. iuris. at minus malum videtur cum impunitum relinquere, quam puniendo animam perdere. differendum est igitur, aut etiam amonendum penitus omnino supplicium.

Sed in hac casu res ita videtur gerenda: quotiens traditus curia seculari aut quilibet, qui ad supplicium ducitur, aut vt mortem effugiat, aut qualibet alia causa non vult penitere, sed fingit se dementem & amplius blasphemat, aut inepta loquitur, vt stultus & insanus videatur, cum tamen non sit: tunc differendum est aliquantulum supplicium, & adhibendi viri pii & Theologi, qui omni studio & diligentia conentur reum ad penitentiam reducere: quod si denique no-

luerit conuerti, impenitens tandem morte pœnas luat. ita videtur non obscure innuere textus in cap. placuit. 2. 3. q. 5. vbi dicit concilium Bracharense l. cap. 34. ex mente Gratiani, & doctorum ibidem, se pulturam denegari illis criminosis, qui impenitentes moriuntur ita: Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur. hęc ibi. additque statim Gratianus hæc verba, impenitentes subaudiatur. Indicat ergo, quod etiamsi non peniteant, mori debeant. idem colligi potest ex cap. quęsitum 13. q. 2. & docet nominatim Cassaneus in consuetud. ducatus Burgundia, rubr. l. des iustices s. 5. super verbo, S'il n'a grace. vers. ad vnum tamen, num. 125. & seq. quod ipsum affirmat insignis theologus Dominicus Sotus lib. 5. de iustis. & iure. q. 1. art. 2. ad secundum argumentum. cuius ratio potissima est: quoniam si his fictis insanis parceretur, ad euitandam mortem facile esset cuique hac vti fraude, & se impenitentem fingere.

Neque obstat ratio initio allata, quoniam puniatio non refertur primo & per se in correctionem & bonum eius qui puniatur, sed in bonum publicum vt alij terreantur, et a malis committendis auocentur. bonum autem publicum etiam ordine charitatis priuatum commodis praeferendum est: nam hac etiam via consulitur vitæ spirituali totius populi. cum quis ergo simulat furorem, plectendus est, quod etiam lege ciuili cautum est in l. congruit. s. vlt. ff. de offic. presid. ibi. Vt si simulasset, plecteretur; si fureret, in carcere contineretur. Nec ab his dissentit Panormitanus in cap. excommunicamus 1. de heret. num. 10. vbi querit, an expectanda sit hereticorum conuersio priusquam tradantur curie seculari. & quamuis multo tempore expectanda sit, at si impenitentes perseuerant, tradendi quidem sunt, vt alibi plenius diximus.

Sed quid si re vera hereticus in furorem incidat; quid est tunc agendum, aut quomodo eius causa tractanda? Respondeo, custodiendum esse omnino donec ad sanam mentem reuertatur: nec potest damnari priusquam in furore moriatur, quia fortassis respiciet, & reconciliabitur Ecclesia. nec ob id dicitur recedere impunitus, cum satis ipso furore puniatur. l. diuus Marcus. s. 1. & l. congruit. s. vlt. ff. de offic. presid. tradit late Tiraquellus tractat. de penis temperant. aut remittend. causa 3.

Bonorum tamen causa furore non obstante tractari poterit, aut curatore bonis dato, aut vocatis hereditibus; quoniam furor post delictum adueniens, quamuis excuset a pena corporali, non tamen liberat a bonorum adnotatione. ita Baldus, Alexander, & alij in l. furiosum. in fine. C. qui testis. facere poss. quos sequitur Tiraquellus d. tractat. de penis temp. aut remittend. causa. 3. num. 1. quod & verum est.

d ¶ Interdum habere lucida interualla. Quae proxime diximus de his qui fingunt continuam insaniam, eadem accipienda sunt, & multo magis, de illis qui lucidis interuallis se frui quandoque simulant.

Sed quid si is qui re vera incidit in furorem lucidis interuallis gaudeat, erit ne tunc plectendus? hæc quaestio nondum videtur à iure definita, tutius erit

Puniatio de linquentium in quem sine dirigatur.

Si hereticus vere incidat in insaniam quid agendum.

Num. 96.

erit Principem consulere: nam & in dicta l. diuus Marcus. s. 1. ff. de offic. presid. ita scriptum est. Si vero (vt plerumque adsolet) interuallis quibusdam sensu saniore est tunc forte eo momento scelestus admiserit: nec morbo eius danda sit venia, diligenter explorabis: & si quid tale compereris, conules nos, vt aestimemus, an immanitatem facinoris, si cum posset videri sentire, commiserit, supplicio afficiendus sit. hæc tamen ibi. Quę verba licet hunc sensum habeant, videndum esse, an scelus sit admisum tempore lucidi interualli; huc etiam trahi possunt; num scelestus quo tempore gaudeat lucidis interuallis coerceri debeat; & tutius mihi videtur Superiores consulere, quam aliquid temere committere.

e ¶ Decimus modus hereticorum euadendi, &c. est per palliatæ sanctitatis conuersionem. Ex hoc decimo modo decipiendi, quo saepe multi heretici vti solent, duo potissimum documenta colliguntur, quorum primum est plurimum valere ad fallendos incautos fictam & simulatam hereticorum sanctitatem, per quam non modo idiotis & simplicibus hominibus, sed etiam literatis, ac fidei iudicibus imponere nituntur. Alterum est: Eam sanctitatem, verane sit an ficta, ex vita & moribus eorum facile posse detegi, cum vitijs his laborent, videlicet superbia, luxuria, gula, inani gloria, inuidia, & alijs huiusmodi, quę hereticorum vitam solent commitari.

Quod ad primum documentum attinet, late docuimus libro 2. de causis vnde hereses oriuntur, & remedijs, quibus extirpantur, vbi multis exemplis & probatorum virorum testimonijs ostendimus, multos per hereticos fuisse deceptos per fictam sanctitatem, & simulatę probitatis speciem, quod de Prisciliano docet Sulpicius Seuerus lib. 2. sacre historie; & de Nestario Casiodorus in historia Ecclesiast. Tripartita lib. 1. cap. 4. & de Hierace Epiphanius heresi 67. & de Dulcino & Pseudoapostolis, & Waldensibus, seu Pauperibus de Lugduno diximus copiose supra in 2. parte, ac denique de vniuersis hereticis sanctitatem simulantibus eleganter ostendit Thomas Waldensis in prologo doctrinalis fidei, doctrina 8.

Ex secundo autem documento hoc diligenter obseruabunt fidei iudices, vt vitam & mores eius, qui sanctitatem fingit, accurate explorent: nam si ea ficta sit, vt in omnibus hereticis esse solet, protinus vel ex verbis, vel ex scriptis eius, vel ex illis cum quibus versatus est is hereticus, qui se sanctum & probum, aut humilem simulat, deprehendent in eo aut omnia, aut aliquod ex vitijs, quę paulo antea cum Eymérico hic commemorauimus. atque hic est singularis & certissimus modus detegendi fictam aut veram alicuius sanctitatem.

Cautela Inquisitorum contra hereticorum cauillationes & fraudes.

TERTIUM in examinatione hereticorum aduertendum est: quomodo & qualiter Inquisitor responcionibus cauteolis & cauillosis hereticorum obuiabit. Vbi est considerandum, quoniam

do Inquisitor videt hereticum cauillosum, verum & astutum, vt nolit detegere errorem suum, sed circunducat negotium per cauillosas responciones & tergiversationes: tunc ipse Inquisitor vt clausus & clauo retundatur, debet etiam vt cautelis, vt in errore hereticum comprehendat, & deprehensum ad lumen veritatis fidei conuertat; vt post dicere valeat eis cum Apostolo: Cum essem astutus, dol'o vos cepi.

Cautela autem Inquisitoris esse possunt istae, quibus vti poterit modo vna, modo alia secundum quod hereticorum cauillationes, & versutiae hoc requirunt & requirunt: & sunt etiam decem:

PRIMA cautela Inquisitoris est: vt si videat hereticum vti duplicitatibus verborum in suis responcionibus, vt pote equiuocationibus, conditionis adiectionibus, quaestionum tergiversationibus, quaestionum admirationibus, tergiversationibus, verborum translationibus, & sic de alijs eorum cauillationibus, quę dicte sunt supra: quod non permittat in huiusmodi persistere, sed conuertit per sua interrogatoria ad propositum; de quo intendit ipse Inquisitor, reducere: vt si interrogatus, an credat in vnicam sanctam Ecclesiam, & tholicam; intelligendo de ecclesia eorum, quę est ecclesia malignantium: interrogetur ille de qua Ecclesia dicit, & quis praestitit? & sic dicat, quod Papa: interrogetur vbi moratur pro nunc ille Papa, & similia, prout materia requirit: & sic de alijs ad propositum, de quo quaeritur, eum reducendo.

SECUNDA cautela Inquisitoris est: vt si praesentiat hereticum nouiter captum nolle detegere errorem suum: quod potest praesentire atequam intret ad eum per custodem, qui loquitur ex se illi capto, vel alias per dicta testium, vel mittendo sibi aliquem, qui ex se loquatur sibi, informado est, & dicat Inquisitori veritatem, quia homo est misericors, & similia bona verba: tunc quando de nouo incipit talem examinare, quem sic praesentit velle celare errorem suum, loquetur sibi blande & mansuete, dando sibi innuere, quod iam scit eius factum, dicendo sibi hæc verba vel similia in effectu: videas, ego compatior tibi, quia sic es delusus tua simplicitate, & perdis animam quadam bestialitate: & licet habeas aliquam culpam, maiorem habet, qui te de talibus instruxit; non facias peccatum alterius, tuum; nec facias te magistrum, vbi fuisti discipulus: dicas mihi veritatem, quia vt videbis totum negotium ego scio, sed vt gentes habeant te excusatum, & non perdas tuam bonam famam, & vt possim te citius vel statim liberare, & gratiam facere, vt vadas vias tuas ad domum, quis est ille, qui docuit te (qui nihil mali sciebas) hos errores, & vbi docuit te? & similia verba bona, semper sine turbatione, & supponendo factum esse verum, sed quaerendo de circumstantijs.

TERTIA cautela Inquisitoris est: vt si videat Inquisitor hereticum siue delatum nolle detegere errorem suum, & stare in negatiua; & scit ipsum per testes conuictum, quod Inquisitor legat, vel legi faciat sibi dicta testium suppressis nominibus, tamen

Adagium est, de quo Plaga lib. de licetorū cap. 37, num. 3.

1. Cor. 2.

99

100

hoc est, in dicendo ci.

Al. tuum.

101

E e liter,



liter, quod cognoscat se conuictum per testes, & non intelligat qui sunt deponentes, vbi periculum deponentibus possit imminere: alijs explicare potest, & facie ad faciem affrontare, vt sic rubore & verecundia veritatem fateatur; & praesertim si ante induxerit ipsum haereticum seu delatum ad fatendum in casu, quo coram eo veniant deponentes.

102 Quarta cautela Inquisitoris est: vt si videat Inquisitor haereticum vel delatum nolle detegere veritatem, & scit eum per testes non esse conuictum, & secundum indicia videtur eidem esse verum, quod deponit contra eum: quod quando negat hoc vel illud, quod Inquisitor accipiat processum, & reuoluat eum, & post dicat ei: clarum est, quod non dicis verum, & quod ita fuit sicut dico ego; dicas ergo veritatem negotij clare; sicut ille credat se conuictum esse, & sic apparere in processu. Vel teneat in manu vnam cedulam seu scripturam, & quando delatus seu haereticus interrogatus negabit hoc, vel illud; inquisitor quasi admirans dicat ei; & quomodo tu potes negare, non ne clarum est mihi? & tunc legat in cedula sua; & peruertat eam, & legat: Et post dicat: ego dicebam verum: dicas postquam vides me scire. Cauet tamen Inquisitor, quod non tantum descendat ad speciem dicendo se scire negotium, quod haereticus cognoscat, quod ipse ignorat: sed stet in genere dicendo: bene scitur vbi fuisti, & cum quo, & quo tempore, & quid dixisti; & tunc sibi aliquod certum, quod scit ita esse, de alijs autem in genere loquatur.

103 Quinta cautela Inquisitoris est: vt si videat sic haereticum in negatiua perseverantem, fingat se longius debere ire, & dicat sibi: videas, ego compatiebar tibi, & volebam quod mihi diceres veritatem, vt expedirem te, & factum tuum, & non remaneres sic captus, quia delicatus es, & posses leuiter incurere aegritudinem, quia habeo recedere a te, & ire vbi sum valde necessarius, & nescio quando reuertar: Nunc autem postquam non vis fateri veritatem, cum displicentia ego habeo te in carcere dimittere compeditum vsque ad regressum meum, & displicet mihi, quia nescio quando regrediar: & tunc ille incipiet rogare, ne sic in carcere dimittatur, & paulatim fortassis aperiet veritatem.

104 Sexta cautela Inquisitoris est: vt si videat haereticum sic in negatiua taliter perseverantem, & non esse plene conuictum, & credat probabiliter illum errorem suum negare: tunc multiplicet interrogatoria sic, quod per multiplicationem articulo- rum veritas habeatur: quia modo aperiet vnum, modo aliud: vel variis comprehendatur. Quod si sic veritas habeatur, habetur intentum; si autem non habeatur inde veritas, sed varietas: tunc quando in diuersis variis inuenitur, exponatur sibi, quomodo nunc dixit vnum, modo aliud; & quod omnino dicat veritatem, exponendo sibi quomodo fortassis oportebit, quod cogatur, & quaestionetur. Quod si dicat, habetur intentum: si non, erit locus quaestionum, cum alijs indicijs, & de bono consilio peritorum poterit exponi

† Emericus infra q. 61. regula 1. vbi dixi.

quaestionibus & tormentis ad veritatem illis mediantibus extorquendam. Hac autem multiplicatio articulo- rum non fiet, nisi vbi constet de perti- nacia magna delati: alijs non, cum per talem interrogacionum multiplicationem, praesertim circa eosdem articulos & diuersis temporibus, quilibet leuiter possit induci ad variandum.

Septima cautela Inquisitoris est: ut si videat haereticum nullatenus uelle prodere ueritate, nullo modo tradat eum canonibus, nec fideiusio- nibus, nec alijs manulete: nam de caetero a tali- bus manulete datis ueritas non habetur: im- mo tunc peiores efficiuntur & malignantur, & pro- curant multa, propter quae Inquisitoris officium at- que iudicium retardantur.

Octaua cautela Inquisitoris est: ut si videat haereticum in negatiua taliter perseverantem, bladis sermonibus eum alloquatur, quo ad cibum, & po- tum tractet eum humaniter, & procurat quod ali- qui prohi uiri nullatenus de fide suspecti ad eun- dem intrent, & frequenter & de diuersis & imper- tinentibus eidem loquantur, & tandem persuadeat, ut confidat de illis, & consulant sibi quod fateatur ueritatem, promittendo, quod Inquisitor faciet sibi gratiam, & ponent se quasi mediatores. Et Inquisitor intrabit ad sine eum, & promittet sibi facere gratiam, & faciat: na totum est gratiosum, quod sit. p. coersione, haereticorum, & penitentia sunt gratie, & medele. Et ubi delatus petat gratiam, & quod detegat errorem suum, dicatur sibi, quod amplius fiet sibi quam ipse petat, & quaedam uerba generalia, taliter, ut ue- sitas habeatur, & haereticus conuertatur, & fiat sibi gratia, quod ad misericordiam admittatur.

Nonna cautela Inquisitoris est: ut si videat haereticum nullatenus uelle prodere ueritatem, ha- beat Inquisitor unum de complicibus suis, seu alium bene ad fidem conuersum, & de quo Inqui- sitor bene confidere possit, illi capto non ingratum, & permittat illum intrare, & faciat, quod ille lo- quatur sibi, & si opus fuerit, fingat se de secta sua adhuc esse, sed metu abiurasse, uel ueritatem In- quisitori prodidisse: & cum haereticus captus con- siderit in eo, intret quodam sero ad haereticum il- lum captum protrahendo locutiones cum eodem, & tandem fingat nimis esse tarde pro recessu, & remaneat in carcere eodem, & de nocte pariter colloquantur, ut dicant sibi mutuo, quae commi- serunt, illo, qui superintravit, inducente ad hoc captum: Et tunc sit ordinatum, quod stent extra carcerem in loco congruo explorantes eos, au- scultantes, & uerba colligentes, & si opus fuerit notarius cum eisdem.

Decima cautela Inquisitoris est: ut si videat Inquisitor tale sic captum incipere dicere ueritate, quod nullo modo dimidiet recipere eius confessio- nem, sed continuet quantum poterit: nec curet si di- mittit, seu prorogat prandium, uel cenam, sed in- stet quousque ille dixerit ueritatem, saltem quo ad principalia: Na per dimidiationes, & interrup- tiones confessionum haereticorum, ubi incipiunt detegere ueritatem, frequentius est reperitum, quod redeunt ad uomitum, & non aperiant ueritatem, qua aperire inceperunt habito consilio deteriori. Ita

105

† Emericus in q. 90. † Vox Cate- lana, qua si- gnificatur: a- deuisio.

106

Cautelarum quatuor genera, & quibus uti liceat.

107

108

Ista sunt decem cautela Inquisitoris ad extor- quendum ueritatem ab hereticis gratiose absque quaestionibus, & tormentis.

COMMENT. XXIII.

Num. 98.

Ed uti cautelis profusus videtur prohibuit, quis senim dicat cauillationes, fallacias, & improbas; aut sophisticas interrogaciones seu argumentaciones licite vsurpari posse ad extorquendam ueritatem, quas etiam veteres absque fidei luce uitandas docue- runt. Aristoteles libris duobus Elenchorum, Iuris- consultus in l. cum hi. s. si cum lis. ff. de transact. ubi sapienter protulit Accursius non debere uiam aperi- ri malitij. l. 1. s. sed & si quis. ff. de carb. edit. hinc Paulus Castrensis in l. si per errorem. ff. de iurisdi- om. iud. & in l. edita. C. de eden. uere afferunt, quod quamuis cautela honorem afferant iudicibus & ad- uocatis in hoc seculo, in alio tamen edificant ad ge- bennam, cum doceant damnare animam.

Cautelarum quatuor genera, & quibus uti liceat.

Sed duo sunt cautelarum genera: Quaedam dece- ptoria, & in malum finem directae, & ad decipien- dum aptae, quae nusquam vsurpari debent, & has in- ra detestantur. Aliae sunt laudabiles & iudiciariae pro ueritate inuestiganda, in quibus non iniquitas, sed ratio, iudicium, & utilitas uersatur, ad bonum finem ordinatae. cap. quanto. 63. dist. 6. c. illa praepo- sitorum. 1. 1. q. 3. ubi ita ait Gregorius: Illa praepo- sitorum sollicitudo uilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vendi- cat. hoc ibi. Has autem vsurpare ad fraudes detegen- das, ad uicia praecauenda, & ad peccatores conuer- tendos ualde est laudabile.

His vsus uideri potest Salomon ad inuestigandam ueritatem de filiacione uera a diuersis matribus pe- titi infantis. c. asserit. de praesump. facit textus in c. uilem simulationem. 22. q. 2. & de his intelligendus est hoc loco Emericus locutus: quod satis etiam in- dicant illa eius uerba, uidelicet: Et deprehensum ad lumen ueritatis fidei conuertat. Et in hoc sacro Inquisitionis officio cautelis his laudabilibus uti lice- re nominatim docet Ioannes Rojas in singularibus fidei. sing. 94. circa medium.

Has autem cautelas nullis penitus mutatis recen- sivit auctor Repertorij Inquisitorum uerbo, prouiso- solerter. s. sequuntur cautela. quarum multas appro- bat Ioan. Rojas in singularibus fidei. sing. 94. nonnul- lae etiam reperiuntur in uetusto illo codice Vatica- no, ac praesertim in fragmento Summae fratris Iuone- ri, quod est in eo libro insertum parte 5. c. 2. titulo De modo examinandi haereticos.

Num. 99.

Locus resti- tuus.

Vt si interrogetur, an credat in vnicam san- ctam Ecclesiam catholicam. Hic locus in omni- bus exemplaribus, & in Repertorio etiam Inquisito- rum uerbo, prouiso solerter. fol. 649. secundum im- pressionem Venet. an. 1575. imperfectus uidetur & mutilus, & Fratri Paulo Constabili sacri Pala- tij Magistro uidentur, post hac uerba, hac alia deside- rari, ut sententia sit perfecta: Et ipse respondeat se credere. quod & uerum puto.

Interrogetur ille de qua Ecclesia dicit, & qui praesertim? Ita Barcinonensis impressus, sed Bono- niensis & Repertorij Inquisitorij. fol. 649. ex impres- sione Venet. an. 1575. & codex Cardinalis de Gama-

bara melius habet ita: Interrogetur, illi Ecclesiae, de qua dicit quis praesertim? & si dicat quod Papa: in- terrogetur, ubi moratur pro nunc ille Papa. hac ibi: Quae sententia planior est & facilius in Sabella- no hic locus penitus est deprauatus.

Quod dicat Inquisitori ueritatem, quia ho- mo est misericors. Hoc per se praesertim tuus In- quisitores possunt, commemorando reis, quoniam so- leat sacri Inquisitionis officium misericordiam exhi- bere illis qui sponte delicta sua, quamuis grauissima & maxima, confitentur. hoc autem ipsum praesertim praescripsit frater Iuonetus in illo Summae fragmento sepe citato, ex codice uetusto bibliothecae Vaticanae, ubi titulo De reducendis timore mortis uel carceris, ita scriptum est: Loquantur etiam ei blandiendo sic: Non formides secure confiteri si forte quia credebas illos bonos esse homines, quia ista & ista docebant, adhibuisti eis fidem, & libenter audie- bas eos, & dedisti eis de substantia tua, uel aliqua- do recepisti eos in domum tuam, uel fecisti eis confessionem, cum esset simplex, & diligens eos, quos putabas esse bonos homines, & malum ne- scires de ipsis: hoc enim posset contingere multo sapientioribus quam tu es, & sic deciperentur. hoc ibi, Neque haec cautela est prorogata in hac causa contemenda. multi enim hac benignitate emolliuntur, confitentur, & conuertuntur.

Dando sibi innuere, quod iam scit eius fa- ctum. Obserua hic non dicere Emericum, quod Inquisi- tor cum uirtutem hac cautela, dicat reo, se id scire eius fa- ctum: quoniam si nesciret, & se scire diceret, peccaret; quod nullo modo fieri debet, etiamsi inde ueritas dete- genda speraretur: sed dicit, quod det sibi innuere se scire factum eius. caute enim potest Inquisitor ita lo- qui, ut reus quasi credat omnia id scire Inquisitoris: & hoc licitum est, & ualde etiam accommodatum. sed ad hanc exercendam cautelam prudentia opus est, & tali moderatione, ut mendacium nullum uer- quam dicatur: neque enim facienda sunt mala ut ueniant bona. mentiri autem semper est illicitum.

Alias explicare potest, & facie ad faciem affro- tare. uoce uulgari re pulchre expressit: nam affron- tare est praesertim testes & reum producere & conciliare, ut acrius uisus testibus, & commemora- ris singulis commissi delicti circumstantijs reus vr- geatur, per textum in l. si postulauerit. s. quaestioni. ff. ad l. Iuliam de adulter. Quaestioni, inquit Iuriscon- sultus, interesse iubentur reus, reus, & patroni eo- rum, & qui crimen detulerunt. hoc ibi, quod ideo fie- ri praecipitur, quoniam ex praesentia accusatorum seu testium, reus uix potest euadere iudicium, & uerita- tem distiteri: nam ubi delatores singulas deli- ctorum circumstantias commemorauerint, titu- bat reus, nec potest commodas adducere respon- siones.

Sed haec in alijs delictis fieri possunt, in hoc au- tem crimine maiorem hic articulus habet difficul- tatem, & Ioannes Rojas in singularibus fidei, singul. 94. & Repertorium Inquisitorum uerbo, prouiso- solerter. s. sequuntur cautele. uers. tertia cautela. hanc Directorij doctrinam sequuntur, quae iure com- muni roborata uidetur. cap. vlt. s. cessante. de heres. lib. 6. ubi disponitur, ut cessante periculo testium no-

Num. 100.

romissa mi- sericordia, rei facilius conuertuntur.

Num. 100.

Num. 101.

An in crimi- ne heresis, te- stis & reus possint con- frontari.

mina reo publicentur, vt se plenius defendere possit. eadem ergo ratione poterunt simul conciliari, vbi ne cessitas id postulauerit.

Ceterum, contraria sententia tutior est: nam si testium nomina publicari reo non debent, quod multis constitutionibus cautum esse docui plene infra super q. 75. sane multo minus confrontari testes & reus debent, cum inde grauissimum semper periculum timeatur: ex quo amplius sequeretur vix esse qui vellet hereticos denunciare, aut contra eos testificari. atque haec sententia saluberrima quadam Madriliana instructione anno Domini M D L X I. cap. 72. in Hispania comprobata est, in hac verba, quae nos latina fecimus ita: Quamquam in aliis tribunalibus soleant iudices ad veritatem delictorum indagandam conciliare testes cum delinquentibus, in iudicio Inquisitionis nec debet, nec solitum est fieri: quia praeterquam quod ex hoc violatur secretum, quod circa testes haberi praecipitur, experientia notum est, quod si quandoque id factum est, non est fecutus inde bonus effectus, immo ex eo incommoda orta sunt. haec tenus ibi.

Non tamen ambigo posse aliquando contingere casum, in quo id fieri possit, vt dixi infra super 12. modo processum fidei terminandi. quod videto: sed exquisitissime considerationes praecedere debent, & causae maxime, & grauis sima.

Quaestum scio, An si Inquisitor vellet testes, seu delatores cum reo conciliare seu confrontare, ipsi vero id se facturos recusarent, possint per Inquisitorem compelli: & si quis amplissimam Inquisitionum potestatem, & late patens officium contempletur, dicet eum hoc posse praecipere: nam cum ad testificandum, & veritatem indagandam compellere possit, poterit praecipere ea omnia, quae ad hunc actum commodius exercendum requiruntur, per singularem doctrinam Pauli de Leazaris in clement. multorum. de haeret. relata apud Eymericum pag. 218. Manifestum est autem Inquisitorem cogere posse testes ad testificandum in hac causa l. vnica. C. si quis ius dicen. non obtem. Abbas in c. causam de testi. cogen. Locatus in opere iudiciali, verbo, testis 4. numero 23. & sequi. Ioannes Rojas singul. fidei 197. Zanchinus tracta. de haeret. capitu. 13. nume. 9. & ibi late Campegius verbo, cogi poterit. Hostien. Innocen. Ioannes Andr. & ceteri communiter in cap. dilectorum. de testibus cogendis, poterit ergo cogere ad realem confrontationem.

Et summo iure communi hoc posse Inquisitores, forsassis posset defendi. ceterum imprudenter eos facturos putarem, si ad hoc compellerent: mihi verisimilius videtur ob multiplices prohibitiones de non publicandis testium nominibus multo magis interdici sibi, ne cogant testes confrontari.

Neque est similis ratio in compulsionem ad testificandum, ac in confrontationem: quia ibi non versatur tam graue periculum, cum nomina testium de recepta sacri officij consuetudine per Pontificum constitutiones salubriter introducta reus non publicentur.

Hoc addiderim in illis casibus, in quibus haec confrontatio fieri potest, suspicari posse testes falso deposuisse contra aliquem, si recusent coram eo confrontari, praesertim, si sit viles & infames: nam in viris pro-

An Inquisitor possit compellere testes vt compareant coram reo.

A batq virtutis secus est censendum. f. ¶ Si non, erit locus questionum cum alijs indicis. Hic aperte sentit auctor solam variationem delinquentis non sufficere ad torturam, nisi alia simul adsint indicia, de quo scribit plenius infra q. 61. vbi dixi copiose.

g. ¶ Et Inquisitor intrabit ad finem cum eis, & promittet sibi facere gratiam, & faciat. Cautela de promittenda reo impunitate, si veritatem confiteatur, an licite possit vsurpari, & iudex obligetur ad praestandam impunitatem, vel non obstante promissione possit reum condemnare, valde est controuersa & dubia, de qua Archidiaconus, & alij in capit. vtilem. 2. q. 2. Iason in l. si mora. num. 4. ff. soluto matri. Decius, & ibi Cuchalon in additionibus, & Cagnolus in l. ea est natura. ff. de regu. iur. Fely. in c. afferte. de presumpcio. & in c. accedens. el segundo. vt lite non contest. Imola in l. is qui. ff. de pub. iud. Hippol. Marsilius in l. 1. s. quaestio. ff. de questio. idem singu. 201. incipiente: In confessione, copiose Franciscus Vinus in communibus opinionibus, verbo, iudex promittens. Iulius Clarus in pract. crim. s. fi. q. 55. ver. circa primum. & seq. Ant. Gomez. tom. 3. varia. reso. c. 12. nu. 6. Plaça. lib. 1. delictorum c. 37. Couarruias lib. 1. var. reso. c. 2. nu. 16. Io. Rojas singul. 94. circa finem. & alij, quos libens omitto.

B In hac quaestione, quae & vtilis est, et vsu frequens, duo sunt mihi potissimum breuiter dicenda. Primum an liceat hac cautela veritatem indagare. Alterum an fidem promissam reo de impunitate & gratia iudex debeat ei seruare.

Quantum ad primum attinet, Hieronymus Cuchalon apud Decium in d. l. ea est natura. nu. 7. ff. de regul. iuris. quem refert Plaça praecitato loco asserit, communem esse opinionem, posse iudicem hac vti cautela ad extorquendam veritatem: quoniam certum videtur iudicibus licere exemplo Salomonis indagare veritatis gratia aliquid aliquando simulare. dicto c. afferte. de presumpcio.

Hec tamen opinio non placet Iulio Claro praecitato loco. quoniam longe aliud est fingere seu simulare, quod fecit Salomon, ac mentiri, & decipere, quod fit cum promittitur impunitas, nec praestatur: & propterea alijs censet cautelis inuisioribus vtendum, vt veritas habeatur: quod etiam asseruit Dynus tracta. de questio. quem refert Paris de Puteo. tracta. de syndacatu capitu. 7. atque haec est sententia Iulij Clari.

Verum tamen in hoc tribunali ego crederem optime posse hanc cautelam vsurpari, etiam statim a principio, offerendo reis non quidem impunitatem, sed amplam misericordiam & gratiam, si prorsus veritatem fateantur: quamuis enim quo ad alia tribumalia & alios iudices sit vera sententia Iulij Clari: ea tamen in hoc tribunali locum non habet; quoniam Inquisitores in remittendis penis & temperandis ampliore, quam ceteri quicunque iudices habent potestatem. cap. v. commissi. de heret. lib. 6. quod alibi susius diximus: nam in ceteris delictis puniendis, in quibus per leges statuta poena est, cum de illis constituerit, iuxta scriptas leges necessario inferiores iudices indicare debent: s. Thomas. 2. 2. quest. 60. artic. 5. & Dominicus Sotus lib. 3. de iustit.

Verum tamen in hoc tribunali ego crederem optime posse hanc cautelam vsurpari, etiam statim a principio, offerendo reis non quidem impunitatem, sed amplam misericordiam & gratiam, si prorsus veritatem fateantur: quamuis enim quo ad alia tribumalia & alios iudices sit vera sententia Iulij Clari: ea tamen in hoc tribunali locum non habet; quoniam Inquisitores in remittendis penis & temperandis ampliore, quam ceteri quicunque iudices habent potestatem. cap. v. commissi. de heret. lib. 6. quod alibi susius diximus: nam in ceteris delictis puniendis, in quibus per leges statuta poena est, cum de illis constituerit, iuxta scriptas leges necessario inferiores iudices indicare debent: s. Thomas. 2. 2. quest. 60. artic. 5. & Dominicus Sotus lib. 3. de iustit.

Verum tamen in hoc tribunali ego crederem optime posse hanc cautelam vsurpari, etiam statim a principio, offerendo reis non quidem impunitatem, sed amplam misericordiam & gratiam, si prorsus veritatem fateantur: quamuis enim quo ad alia tribumalia & alios iudices sit vera sententia Iulij Clari: ea tamen in hoc tribunali locum non habet; quoniam Inquisitores in remittendis penis & temperandis ampliore, quam ceteri quicunque iudices habent potestatem. cap. v. commissi. de heret. lib. 6. quod alibi susius diximus: nam in ceteris delictis puniendis, in quibus per leges statuta poena est, cum de illis constituerit, iuxta scriptas leges necessario inferiores iudices indicare debent: s. Thomas. 2. 2. quest. 60. artic. 5. & Dominicus Sotus lib. 3. de iustit.

Num. 104.

Num. 106.

Cautela de impunitate promittenda reo, si veritatem dicat.

An liceat iudici vti ista cautela ad veritatem habendam.

iuslit. & iure, quaest. 4. art. 5. at in haeresi crimine, etiam si de eo constet, nec possint Inquisitores penas à iure taxatas penitus remittere, at possunt temperare omnes illas, quae arbitrio eorum relinquuntur, quales sunt penas penitentiales: iuxta quod optime dicit hic Eymericus, vt promittat sibi gratiam, quae faciat: quod qua ratione sit intelligendum, paulò post clarius explicabo.

An fides data reo de impunitate p. p. stande seruari debeat.

Quantum ad secundum caput suscepta disputatione attinet: An fides data reo de impunitate praestanda, si veritatem fateatur, seruari debeat, duae sunt extremae opiniones. Vna est Geminius & Praepositi in cap. nos in quemquam. 2. q. 1. quos videtur sequi Felinus in c. accedens. 2. vt lite non contest. & in c. afferte, de presumpcio. & Huguij & Archidiaconi in cap. vtilem. 2. q. 2. & Iason in d. l. si mora. nu. 4. ff. solut. mat. & Cynius in l. praesenti. C. de bis qui ad Ecclesias consu. & plurimum aliorum asserentium, iudicem non obstante praestata impunitatis promissione posse reum condemnare. Primum, quia cautelis vti licet ad veritatem indagandam. dicto c. afferte. de presumpcio. Praeterea, quoniam hic dolus bonus est, & ad publicam pertinet vtilitatem, vt intellecta veritate, rei condemnentur, ne delicta maneant impunita. Tum quia in male promissis fides seruanda non est. cap. in malis. de regul. iuris. libro 6. constat autem hanc promissionem de impunitate delinquentium contra publicam esse vtilitatem. Item quia non refert quomodo veritas habeatur, dummodo habeatur. l. cum seruus. ff. de verbo. obligatio. Postremo, quoniam si licet iudici reos torquere, fame & vigilia afficere ad extorquendam veritatem, multo magis licebit eam exquirere verbis blandis, & fictis, in cuius sententia confirmationem etiam adiungitur historia ab Archidiacono allata in dicto cap. vtilem. 2. q. 2. de Alexandro III. Pont. Max.

Alteram sententiam huic oppositam tenet Iacobus Beluistius in practica crimini, in rubri. de quaestio. Decius, Cagnolus, & Cuchalon in d. l. ea est natura. ff. de regul. iuris. Ioannes Imola consilio 109. incipiente: Vbi inquisitione. Fortunius Garcia in l. conuentionum. ff. de pactis. Hippolytus Marsilius in dicto singulari 201. nu. 4. Remigius Gonnin in tract. de immunit. Eccles. fallentia 26. Argidius Bossius titu. de confessis per torturam. Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. capitu. 12. nume. 6. & alij. eam etiam obseruandam penitus admonebat me audiente Bononia Ferrantes Vetus praepceptor, Iurifconsultus insignis, publicus iuris interpres in gymnasio Bononiensi. Primum, quoniam fides & promissio etiam inimicis praestata semper est seruanda, cum implementum eius descendat à iure naturali, quod violare non licet. l. conuentionum. ff. de pactis. vbi communiter Doctores. Rursus, quia iuramentum & fides equiparantur. cap. ad aures. de eo quod met. causa. at iuramentum semper est obseruandum, vbi potest sine interitu salutis aeternae. cap. cum dilectus. de eo quod metus caus. cap. si vero. de iure iuran. ergo & fides promissa. Postremo, quoniam alij ex doctoribus, qui priorem opinionem sequuntur, vt Felinus in dicto cap. accedens. el 2. vt lite non contest. expresse fatentur in foro conscientiae non esse

A licitum talem fidem violare, quod & ceteros sentire credo; atque haec sententia in hoc tribunali quantum ius patitur, obseruanda est.

Cum vero Inquisitores hanc se facturos gratiam reis spoponderint, de bis penas solum intelligitur, quae in eorum arbitrio posite sunt. quales sunt multae & penitentiales: nam cas, quae à iure sunt sancitae, remittere ipsi non possunt, vt vere docet Zanchinus tract. de heret. cap. 19. nu. 1.

Rursus, in his etià penas penitentiales seu arbitrarijs iudicium adhibere debent, non obstante praedicta gratiae promissione: quoniam si post longum tempus, & assiduas monitiones, quandoque post tormentum, ea gratia promissa, delictum confiteantur, iure & iuste poterunt, omisis leuioribus penis penitentibus, grauiores imponere: neque enim equum est eis qui tam coacte, & post tam longum tempus confitentur, penas aut omnes, aut grauiores remittere, sed sufficit vnam aut alteram remittere, vt datq fidei, quantum licet fiat satis.

Iam in hac promissione facienda Inquisitores in genere loquantur, neque ea promittant, quae sine peccato praestare non possent, vt valde prudenter hic indicat Eymericus, dum dicit, quod promittant se facturos gratiam: nam quamcumque postea faciendò, quantumuis minimam, fidem datam adimplebunt: relapsis vero hęc impunitas aut gratia promitti non potest.

Postremo, id est valde singulare, & in hac cautela diligenter animaduertendum, multos putare hanc confessionem rei extortam cum maxima iudicis persuasione & promissione sub spe veniē & immunitatis, non sufficere ad condemnationem: quia iudicis docto facta videtur, nec indicari potest spontanea. ita Antonius Gomez 3. tom. varia. resolut. cap. 12. nu. 6. quod & latissime probat: additque Hieronymus Cuchalon apud Decium in dicta l. ea est natura. ff. de regul. iuris. oportere vt reus hanc suam confessionem persuasione iudicis factam ratificet, vt ex ea condemnari possit: quoniam talis confessio, vt singulariter docuit Imola in dicto consil. 109. ei comparatur, quae facta est in tormentis: quod sequitur Marsilius in l. 1. s. quaestio. ff. de quaestio. vers. modo redeundo, & latissime in singul. 177. incipiente: Multijs hominum. & singul. 201. incipiente: In confessionem. vbi plures citat, qui hanc tuerentur sententiam.

Hanc opinionem ideo magis approbo, quia saepe contingit reos, vt à carceribus & alijs molestijs liberentur, ob promissam à iudice gratiam fateri quae non commiserunt. itaque tutissima est haec sententia, quae tunc magis vera erit, cum reus confessionem ita factam renouauerit: nam hoc casu inhumanum erit, & quasi à iustitia rectitudine alienum, reum poena criminis ordinaria punire: sed mitior alia poena arbitraria imponenda erit. quod si cum tali confessione concurrat alia coniectura, indicia, & praesumptiones commissi delicti, non erit, inquit Couarruias, ab aequitate alienum tunc reum ordinaria poena punire, cum his coniecturis tandem accesserit eius confessio. Couarruias lib. 1. cap. 2. varia. resolu. nu. 16.

Nos in hoc crimine, vt consentanea praecedentibus E. 3. trada-

In quibus penas possunt Inquisitores gratiam facere. & quomodo.

Confessio facta iudicis sua, an sufficit ad condemnationem.

iradamus, asseramus tutius, & securius esse ut reus ratificet confessionem, cui ita ratificata, etiam si alia accedant coniectura, quas adesse frequenter contingit, semper erit lenius puniendus, & ordinaria criminis poena temperanda, ne Inquisitor data a se se dei, & promissae gratiae deesse videatur, cum tuto possit eam facere praedictis modis.

Nu. 106.

¶ Et fiat sibi gratia, quod ad misericordiam admittatur. Ita Bononiensis & Barcinonensis impressus, & codex Cardinalis de Gambaris: sed in Sa bellano ita: Et fiat sibi gratia & misericordia, vel saltem ad salutem animae: in Repertorio vero Inquisitorum in dicto verbo, prouiso soletur. S. sequuntur cautela. versi. octaua cautela. hic locus ita legitur: Et fiat sibi gratia quod admittatur ad misericordiam, si sponte dixerit quae commisit. haec ibi. Quae lectionis varietas, oblectanda.

¶ Et fiat sibi gratia quod admittatur ad misericordiam, si sponte dixerit quae commisit. haec ibi. Quae lectionis varietas, oblectanda. Ex qua fere hoc colligitur, quod gratia in genere ab Inquisitore promissa, hoc operatur, quod reus ad misericordiam admittatur, ac mitius puniri debeat, non tamen omnino liberari. Vt hanc habet tacitam conditionem: gratiam consequetur, si sponte & integre confiteatur quae commisit: ex quibus confirmantur quae paulo antea dicebamus in s. rursus in his. in fine.

Nu. 107.

¶ Et faciat quod ille loquatur sibi, & si opus fuerit, fingat se de secta sua adhuc esse, & c. si dicat se esse de secta sua, cum non sit, & metu abiurasse, cum non abiurauerit, & similia, mendacium dicet, quod saltem sit veniale peccatum, quod nullo modo est committendum pro quacumque veritate habenda; & tutius erit facinus impunitum relinquere, quam per illicitas rationes illud inuestigare & detegere: nusquam enim mala sunt facienda, ut inde bona proueniant. quam ob rem ex his cautelis eas tantum in praxi usurpare licet, quae sine ulla mendacia, aut iniquitatis specie possunt ad usum reuocari.

Hoc semper est animaduertendum. puniendum esse delicta, coercendos malefactores, adhibendam esse omnem diligentiam, ut veritatem ab iniuriis & sceleratis iudicibus extrahant: at seruato iuris ordine id esse faciendum, nec committendum quidquam, quod aequitas & iustitia non admittat. quod si ita haberi veritas non possit, nec malefactores puniri, meminerimus verissimi illius theologi dogmatis. Multa relinquenda iudicio diuino. Est equidem valde laudanda iudicium quorundam sollicitudo in inuestigandis & coercendis sceleribus, sed magnopere vituperanda & detestanda consuetudo, ut illicita quaeque committant ad veritatem eruendam. quorum errores diligenter detegit & refellit in hac re Franciscus Casonus integro tractatu de tormentis. sed non est nostrum haec corrigere.

His cautelis, quae ab Eymérico longo sunt sermone relatæ ad eruendam ab iniuriis seu volentibus hereticis veritatem, multæ aliæ à prudentibus & eruditissimis Inquisitoribus & inueniri & usuruari possunt iuxta qualitatem, naturam, & mores varias ac diuersos diuersarum personarum. placuit hic illam recensere, qua usus est Flavianus Antiochiæ Episcopus ad, deprehendendos detegendosque Massilianos hereticos, qui diligenter heresis venenum occultare conabantur. de qua re Theodoritus lib. 4. historiae

Qualiter de secta Massilianorum hæreticis. Illicitæ cautele quæ absque peccato exerceri non possunt, nullo modo vituperandæ.

A clestastica, cap. 10. scribit in hæc verba: Quin etiam Flavianus Antiochiæ Episcopus, vir multorum sermone celebratus, cum accepisset hos Edeffæ atatem agere, & suum venenum in vicinorum animos infundere, missa ad eos Monachorum turba deduxit Antiochia, & morbum, quem pernegabant, extorsit ad hunc modum: Adolphium admodum senem benigne vocat ad se, prope a se de re iubet: Tum quoniam inquit, o senex, ad longinquum temporis spatium vitam propagauimus, id circo & natura humana, & fraudulentum Demonum aduersariorum conatus nobis accuratius per specti sunt & cogniti; Multoque etiam vsu, quæ & quanta sint dona gratiæ edocti sumus. Isti cum sint iuuenes, & nihil istarum rerum exquisite norint, sermones spirituales audire vix, aut ne vix quidem serunt. Itaque tu, quæso, dic mihi, qua ratione affirmetis, & spiritum contrarium recedere à vobis, & sancti Spiritus gratiam aduentare? His verbis Senex ille delinitus venenum occultum exprompsit vniuersum. haec tenus Theodoritus. quo loco continenter subiungit, qua oratione Adolphius ille Senex hereticus venenata heresis felle dogmata patefecerit, tandemque subiungit dicens: Itaque diuinus ille Flavianus, foetido isto fonte effosso, & impijs eius riuiulis patefactis, miserum senem sic affatur: O malis diebus onulste & inueterate, tuum ipsius os conseruit, haud ego: tua labia contra te testimonium dicunt. Itaque erroris morbo relecto, Syria exacti erant illi quidem, sed in Pamphiliam profecti, eam eadem pernicie refererunt. hæc Theodoritus.

Insignis est profecto cautela, per quam blandiendo, & quasi desiderium descendendi ostendendo, inani gloria tumescens hereticus (quod vitium hereticis est valde familiare) dum Episcopum vult instruere & docere, morbum heresis, quem antea occultauerat, manifeste & patenter declarauit.

D De signis & indicijs exterioribus, quibus diuersarum sectarum hereticis cognosci possint. Ane quia multum interest ad habendum ab hæreticis de suis erroribus, & complicitibus veritatem, cognoscere cuius sunt sequaces hæresis, siue sectæ, quod ex eorū vita, seu moribus & ritibus ac signis exterioribus patet clare, & aperte: ea propter ut hæretici, cuius sectæ sint, citius cognoscantur, de modernorum hæreticorum ritibus, viuendi modis, & eorum habitibus aliqua breuiter perstringamus.

COMMENT. XXIII.

¶ Notempore Eymericus hæc scribebat, valde necessaria erat huiusmodi cognitio: nam circa ea tempora frequens adhuc erat horum hereticorum turba & perfidia, quemadmodum ex secunda parte, ubi horum origo & errores narrati sunt, constat: hodie sola historię commemoratio valde delectat, & ceteri qui de hereticis scripserunt post Eyme-

Nu. 109.

Qualiter deprehendatur hereticus ex verbis.

Ex quibus & quot factis quibus deprehendatur hereticus.

Ex quibus factis quibus deprehendatur hereticus.

Ex quibus factis quibus deprehendatur hereticus.

Eymericum in his eum sunt magna ex parte secuti, ut Alfonso Casus, Prateolus, & Luxemburgus, quorum opera de hereticis & contra hereticos extant frequentia.

¶ Erunt tamen hæc quoque exteriora signa fallacia esse poterant, cum frequenter huiusmodi habitus multis de causis absque heresi, aut heresis susceptione usuruari potuissent, ut ostendimus supra par. 1. super quæst. 9.

At maior difficultas versatur in intelligendis & deprehendis hereticis occultis, qui per hæc patentissima signa errores suos & sectas minime profitentur: quæ res cum sit difficilis, & cognitiuè necessaria, in gratiam lectoris est mihi breuiter indicanda, cum alibi ab Eymérico non doceatur, nec sit cuique patens & obuia.

Initio hoc statuamus velut certissimum & exploratissimum, omnem heresim per aliqua signa exteriora esse à iudicibus fidei deprehendam: quia ea quæ omnino occulta est, nec vllis prodita indicijs, diuino iudicio relinquitur vindicanda. Rursus, omnis heresis, omnique hereticus bifariam deprehenditur, verbis, aut factis: verba enim & facta signa sunt in dicantia interiorum mentis conceptum. Aristoteles lib. 1. de interpretatione, & Imperator in l. si non conuictij. C. de iniurijs.

Ac verbis quidem quomodo heretici deprehendantur plusquam manifestum est, hanc nihilominus partem explicat Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 30. per totam. ubi assert. 17. modos, quibus hereticorum pertinacia conuincatur, quos paucis immutatis repetiuit Alfonso Guereus in speculo, tit. de apostatis. 2.

¶ Verum nos ut breuius hanc tractationem absoluiamus generalibus regulis absoluentes, quod illi enumeratis indiuiduis nituntur ostendere, quod est impossibile, cum indiuidua, quæ numero esse possunt infinita, ut bene philosophantes tradunt, nullis artis præceptis comprehendendi possint, dicimus, hereticum ex verbis deprehendi eum, qui aliquid dixerit contra septem genera veritatum catholicarum, & species sub illis generibus contentas, quæ tradidimus supra par. 2. super quæst. 2. neque in his amplius vlla nostra præceptio est: nullus enim est, vel mediocriter eruditus, & in fidei dogmatibus exercitatus, qui non facile cognoscat hereticas propositiones, & inde facile hereticos deprehendat.

Ex factis autem cognoscere hereticos longe difficilior est, cum & varia sint factorum hereticarum genera, eaque multis etiam modis, & varijs de causis possint à diuersis patrari; ergo in vniuersum facta quandoque indicant hominem hereticum, vel apostatam, quandoque de heresi suspectum vehementer, aut leuiter, iuxta facti, & personæ facientis qualitatem.

¶ Illa facta hereticum, vel apostatam indicant, ex quibus violenta oritur præsumptio, & à iure approbata est, nec in contrarium admittit directam probationem: ea vero sunt sequentia: transire ad ritus Indæorum se circuncidendo, vel ad ritus Sarracenorū, aut aliorum quorumuis infidelium, factum esse indicans hominem hereticum, vel apostatam. c. contra Christianos. de heret. lib. 6.

A Qui citatus ad respondendum de fide vel susceptione in ea, non comparuit, & excommunicationem per annum perulit animo pertinacia anno elapso ex hoc facto hereticus reputatur. & velut talis damnatur. cap. cum contumacia. de heret. lib. 6.

¶ Qui deficiunt in purgatione canonica, quam in causa fidei sibi indicam præstare non potuerunt, velut heretici condemnantur. c. inter sollicitudines. de purgatio. cano. & dixi plene supra par. 2. super cap. inter sollicitudines.

¶ Qui relabuntur in heresim quam abiurauerunt in genere, vel in specie, ex relapsu pertinaces heretici iuris presumptione putantur. cap. ad abolendam. s. illos quoque. de heret. cap. super eo. & cap. accusatus. s. cum vero. de heret. lib. 6.

¶ Qui post abiuratum heresim, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur, cum hereticis communicat eos visitando, receptando, deducendo, associando, dona vel munera eis donando, vel mittendo, hereticus putatur. c. accusatus. s. ille quoque. de heret. libro 6.

¶ Qui inuenti fuerint de heresi suspecti, nec Episcopi mandato obedientes congrue se purgauerint, velut heretici traduntur curijs seculari. cap. ad abolendam. s. qui vero. de heret. quod est intelligendum iuxta declarationem textus in c. excommunicamus 1. s. qui autem. de heret. ut primum scilicet excommunicatur: nam si per annum sustinerit excommunicationem, eo elapso ut hereticus potest damnari.

¶ Qui cum essent sanæ mentis in corporis infirmitate & morbo constituti, petierunt hereticos consolatos, heretici habentur. cap. filij. de heret. lib. 6.

¶ Qui mortui etiam propinqui petierunt eosdem hereticos consolantes, quamuis post perditam iam loquelam, vel mentem amissam, consolationem eam, seu verius desolationem receperint, si prius habitii fuerant de heresi suspecti, vel disiamati, heretici reputantur. dicto c. filij. de heret. lib. 6.

¶ Atque ex his quidem factis iuris violenta presumptione heretici conuincuntur, ut pulchre docuit Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 3. nu. 7. & q. 30. nu. 2. eiusmodi fere sunt etiam omnia illa facta, quæ enumerat concilium Biterrense cap. 29. quod re tuli supra par. 2. super quæst. 50. adde quæ dixi par. 2. super quæst. 55. s. Tertia suspicio.

His modis addi possent ille, quem explicui infra hac 3. parte in 2. modo processum fidei terminandi. s. nec contemnat. de eo qui recidit in heresim de qua se prius purgauit, iuxta declarationem ibi allatam, quam videro.

¶ Sunt iam alia facta propemodum infinita, ex quibus oriuntur nunc vehementes, nunc leues heresis suspensiones, quæ nominatim recenseri non possunt: nonnulla tamen referam, ut res hæc quam tracto, intelligatur apertius: Ad aras idolorum iburificare: demones colere vel inuocare, ab eisue responsa petere: sydera venerari, manifestæ heresis sunt signa. glossa communiter recepta in cap. accusatus. s. sane verbo, sapient. de heret. lib. 6. Zanchinus tract. de heret. cap. 2. nu. 7.

¶ Conuersari cum hereticis: aut libenter & frequenter cum alijs infidelibus, velut Hebræis, Sarracenis & similibus: euitare communionem, & com-

Ex quibus factis vehementes suspensiones oriuntur.

Sortium fidelium: raro diuini officij interesse, quo tempore Ecclesie precepto ad id obligamur, & similia opera exercere, indicia sunt heresis. cap. excommunicamus. §. ad iudicium de heret. Zanchinus tract. de heret. cap. 7. nu. 7.

Ecclesiastica sacramenta non recipere: Ecclesie precepta non obseruare quo tempore recipienda & obseruanda sunt, iuxta Ecclesie leges & consuetudinem, vt non confiteri: non recipere Eucharistiam: non ieiunare cum possis: non abstinere ab esu carniū cū debeas, & similia, externa sunt heresis signa, quae suspicionem mala credulitatis pariunt. Zanchinus tract. de heret. cap. 35. num. 2. vbi Campegius Felynus in cap. ad abolendam. nu. 2. de heret.

Iudaizare, id est, facere id quod à Iudeis solitum est fieri, vt sabbatum colere, & similia, indicia sunt latentis perfidia. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 8. nu. 12, Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. num. 3. 04. & seq. Eymericus paulopost titu. de signis per quae heretici reuidantes dignoscuntur. num. 114.

Huc sunt referenda opera, siue facta fautorum, receptatorum, & defensorum hereticorum: Item opera persequentium fidem Catholicam, & impediendum sacrum inquisitionis officium diuēte, vel indirecte, & cetera: quae longum esset recensere, ex quibus quandoque vehemens, quandoque leuis suspicio nascitur, de quibus copiose Eymericus par. 2. q. 50. & sequentibus. & nos cum eo eisdem locis. adde Albertinum de agnos. assertio. q. 30. num. 60. & seq. & Iacobum Simancam de catho. instit. tit. 31. nu. 14. cum aliquot sequentibus. & Matthæum Ory in Ale xipharmaco contra rediuinas heresum affectiones, parte vltima, titu. Quomodo debet purgari Ecclesia ab heresibus.

Sunt item quadam facta & maleficia ex quibus procius videtur oriri suspicio mala credentia contra perpetrantem quod male sentiat de aliquo Ecclesie dogmate, aut instituto, aut ordine, aut re aliqua, de qua sentire debemus sicut catholica sentit Ecclesia, veluti de potestate Pape, & pralatorum, de sacris Monachorum religionibus, de sacramentorum ritibus, & multis huiusmodi, quae breui oratione comprehendendi non possunt: si quis enim indigno facto iniuriam & contumeliam bis inferret, male credentiae suspicionem contraheret, ac proinde tanquam suspectus de heresi per iudices ecclesiasticos esset puniendus, sicut eleganter & copiose offendit aliquando illustrissimus dominus Marcus Antonius Columna Marsilius, Archiepiscopus Salernitanus, vir iuris vtriusque peritia insignis responso quodam, quo luculenter probauit delictum quorundam, qui conspurcauerant libellos excommunicatorios, quos vulgaris cedulones vocat, cum turpium figurarum appositione ad sanctum officium pertinere: hoc enim factu videtur de potestate pralatorum male sentire, & censuras Ecclesie contemere, atque irridere, & ignominiam Ecclesie irrogare, quae eis censuris vitur.

Denique vt in hac causa vno verbo tradam signa quibus heretici, aut de fide suspecti deteguntur, dico, omnia opera per quae dissident à communi vita & conuersatione fidelium: aut ab Ecclesia probatis ri-

bus & consuetudinibus: aut à receptis Patrum doctriinis & preceptis, quae communes magis quam priuatos mores respiciunt: aut heresim inducunt, aut heresim suspicionem. cap. excommunicamus. §. ad iudicium de heret.

Signa exteriora, per quae heretici Pseudoapostoli cognoscuntur.

Reudoapostoli & heretici per signa huiusmodi cognoscuntur: induuntur tunica alba, longa, ac desuper mantello albo ad collum per modum pallij eleuato, & super tunica non corrigia de corio, sed funiculo adstringuntur: crines longos deferunt: caput non cooperiunt, sed incedunt capite denudato: nudis pedibus incedunt, & quandoque soleis vtuntur: per mundum discurrunt: in plateis publicis in mensa eis parata sedendo comedunt: nihil petunt: sed de omnibus quae apponuntur eis edunt: ponentes se ad mensam cantando benedicunt, & quando surgunt, etiam cantando gratias agunt: mensam paratam in via publica cum comederint, dimittunt, nihil inde secum ferunt, sed totum ibi dimittunt, & recedunt cantando per vias publicas, clamando: agite penitentiam, quia appropinquat regnum celorum: aliquando Salue regina cantant: vitam se soli tenere Apostolicam mendaciter asserunt: nulli obediunt: Apostolos se communiter appellunt, atque dicunt.

Quanta autem istorum Pseudoapostolorum sit impietas, & quantus error, dictum est supra in secunda parte quaest. 12. vbi agitur de heresibus, & erroribus Pseudoapostolorum.

Signa exteriora per qua Manichaei heretici dignoscuntur.

Manichaei & heretici signis huiusmodi dignoscuntur: in nullo casu iurant: tres Quadragesimas in anno ieiunant, scilicet à festo beati Britij vsque ad Natale, & à Dominica prima Quadragesimae vsque ad Pascha, & à festo Pentecostes vsque ad festum Apostolorum Petri, & Pauli: & vltimam septimanam cuiuslibet Quadragesimae vocant septimanam sanctam, siue strictam: quia in illa ieiunant in pane & aqua: aliis autem septimanis tribus diebus ieiunant in pane & aqua. Isti carnes nunquam comedunt, neque etiam tangunt: nec cafeum, nec oua, nec aliud, quod nascatur ex carne per via generationis, seu coitus edunt: sed respuunt: nullum animal gressibile, aut etiam volatile occidunt: quia fallaciter asserunt atque credunt, quod in animalibus brutis, atque auibus degant illi spiritus, qui recedunt de corporibus hominum, qui non fuerunt de secta eorum: mulierem in nullo casu tangunt: vitam Apostolicam se soli tenere fingunt.

Quantus autem istorum hereticorum Manichaeorum sit error & impietas, dictum est supra in 2. parte, q. 13. vbi agitur de heresibus & erroribus Manichaeorum.

Signa

Signa exteriora per quae Valdenses heretici cognoscuntur.

Valdenses, heretici, seu Pauperes de Lugduno, siue Inzabbatari, qui iidem sunt per signa huiusmodi cognoscuntur: Valdenses se vocant, seu Pauperes de Lugduno à ciuitate Lugduni, in qua principium habuerunt à quodam vocato Valdesio: à quo & isti Valdenses etiam communiter appellantur, quoddam scutum in sotulari, vel zabbata parte superiori, hi qui Perfecti inter eos sunt, in signum deferunt, à quo & Inzabbatari etiam dicti sunt. Hi iuramentum se asserunt. Decretales, & statuta summorum Pontificum non recipiunt: nullam orationem nisi, Pater noster, admittunt: omne humanum iudicium subterfugunt: carnes omni die comedunt: libidini totaliter se exponunt: die Luna, & die Mercurij etiam vtendo carnibus ieiunant: melius esse satis fieri libidini quocumque actu turpi, quam interius tentari publicant: vnum sibi praefertunt, quem Maioralem vocant, cui soli & non alteri obedientiam praestant: Quando ponunt se ad mensam per hunc modum benedicunt: Qui benedixit quinq. panes ordeaceos & duos pisces in deserto discipulis suis, benedixit hanc mensam nobis: & quando surgunt dicunt illud Apocalypsis: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, virtus, & fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum, Amen. semper tenendo manus, & oculos ad caelum eleuatos.

Quantus autem istorum Valdensium sit error & impietas habetur supra in secunda parte, q. 14. vbi agitur de heresibus Valdensium, & Pauperum de Lugduno.

Signa exteriora per quae Beguini, vel Begardi, seu Fraticelli heretici dignoscuntur.

Beguini & heretici, seu Fraticelli, vel Begardi, seu Fratres Pauperes, siue Fratres de penitentia, qui iidem sunt, signis huiusmodi dignoscuntur: Isti tertiam regulam beati Francisci se tenere & profiteri asserunt, vestem de burello aliqui cum matello, aliqui sine mantello deferunt: capucio demisso incedunt: faciem quasi cooperiunt: croci in colore in facie apparent, sed pingues, vt communiter existunt: laute bibunt & comedunt: conuiuia querunt: mulierum consortium non respuunt, sed amplectuntur: salutando & resalutando dicunt, benedictus sit Iesus Christus: vel, benedictus sit nomen domini nostri Iesu Christi: intrantes ad eos sic, vt praedicitur, eos dicere vt volunt, scilicet, benedictus sit Iesus Christus, vel benedictum sit nomen domini Iesu Christi: orantes in Ecclesia nec flexis genibus, nec complansis manibus, vt ceteri Christiani, sed sedent in terra verso vultu ad parietem obiectum: & oculos ad caelum non eleuant: aliqui publice mendicant, aliqui in domibus suis habitant:

congregationes maxime mulierularum sibi faciunt & adunant: quibus de postilla fratris Petri Ioannis super Apocalypsim, per Ecclesiam condemnata, & de alijs opusculis eiusdem: & praesertim de transitu dicti fratris Petri Ioannis, eis in vulgari de nocte & secrete legunt. Hi quamplurimum venenati sunt, & multum Ecclesiae Dei se opposuerunt de praeterito, & opponunt etiam de presenti.

Quantus autem istorum hereticorum Begardorum error fuerit, atque sit, & impietas, experientia docet rerum omnium magistra, & habetur supra in secunda parte, q. 15. vbi agitur de erroribus & heresibus Begardorum.

SIGNA EXTERIORA PER QUAE HERETICI REUIDANTES DIGNOSCUNTUR.

Reuidantes heretici, seu conuersi de iudaismo, & reuersi mente & secrete ad Iudaismum, huiusmodi signis exterioribus dignoscuntur: Raro Ecclesiam intrant: Iudaismum siue locum, in quo morantur Iudei, frequenter: Iudeis se associant: à Christiano riu consortio se elongant: cum Iudeis in eorum festiuitatibus, vbi comode possunt, comedunt: carnes porcinas non edunt: diebus veneris carnes comedunt: sabbatum colunt: diebus Dominicis secrete in domibus suis operibus seruilibus se exponunt.

Quanta autem sit nequitia & malitia, error & impietas istorum peruersorum ad vomitum redeuntium, habetur supra secunda parte, q. 44. vbi agitur de erroribus, & heresibus ad Iudaismum reuersorum.

COMMENT. XXV.

Reuidantes heretici, & c. & reuersi mente & secrete ad Iudaismum, huiusmodi signis exterioribus dignoscuntur: Raro Ecclesiam intrant, & c. j. Hic locus est valde insignis, & eius notitia utilis & necessaria ad cognoscendum eos, qui ex Iudaismo conuersi Christiani facti sunt, et iterum ad Iudaismum reuertuntur, vel ad praesumendum quod qui talia faciunt, aut aliquid ex his quae hic enumerantur, ex Iudeorum gente descendunt, aut originem ducant. Huius doctrina vsus in illis potissimum locis est necessarius, vbi Iudei habitare permittuntur in terris Christianorum, et saepe nonnulli ex ipsis ad fidem catholicam conuertuntur, vt frequenter contingit Romae.

Cum ergo aliquis ex Iudaeo effectus Christianus aliquid horum committit, vt refert hic Eymericus, praesumendum est, quod tacite ad Iudaismum sit reuersus, & propterea Inquisitor aduersus illum procedere poterit. His autem signis exterioribus adiungi potest illud quod retulit auctor supra par. 2. q. 44. nu. 6. dicens solitum esse apud Hebraeos, vt reuersi seu redeuntibus ad eorum sectam imponatur frequenter illud nomen quod habebant antequam baptizarentur. Si quis ergo post baptismum susceptum, in quo solitum est deponi vetus nomen Iudaicum, & imponi nomen alicuius Sancti more vsitato Christianorum, eo demisso neophytus ille aut vetus nomen Iudaicum, aut aliud Iudeis familiare & consuetum vsurpet, sane praesumptio erit, quod Iudaismum approbet, vt docuit Crauetia consil. 73. incipien. Dicendum videretur, de quo diximus abunde supra par. 2. super dicta q. 44. §. Et imponitur.

lana

112 De Valdensibus late diximus cum Eymericus supra par. 2. q. 14. inde per tota sunt quae ad huius loci declarationem pertinent.

Ioan. 6.

Apoc. 7.

al. communit nomine.

111 De his Manichaeis copiose diximus cum Eymericus supra par. 2. q. 13. super quaest. 13.

113 De his egyptus cum Eymericus supra par. 2. q. 13. super quaest. 13.

Al. docent

Forlan. ex parte

114

Num. 114.

Neophytus vti post baptismum susceptum, nomen antiquum, quo, susceptus praesertim.

Signacogno fecundi reu dantes ex lege del Fac ro Iuzgo.

la multis alijs modis et exterioribus signis possunt videri neophyti sine ex Iudaismo conuersi approbare Iudaica secta, sicut constat ex lege quadam, qua Hispani vocant del Fuero Iuzgo, per qua neophyti Toletanae ciuitatis, & Hispaniae, qui post fide suscepta defecerant, sub poena vitium supplicij sese obligant ad euertendos oes Iudeorum ritus, in primis vero ad comedendum carnes porcinas, vel saltem ea edulia, quae cum porcinis carnibus cocta fuerint: Ea constitutione, quia huic loco lucet est allatura, ex lib. 1. 2. legu del Fuero Iuzgo, tit. 2. l. 16. hic referre placuit. habet autem ita:

Placitum Iudeorum in nomine Principis factum.

Clementissimo ac Serenissimo Domino nostro Recefundo Regi, omnes nos Hebraei Toletanae ciuitatis atq. Hispaniae gloriae vestrae, qui infra subscripturi vel signa facturi sumus.

Bene quidem ac iuste nos meminimus compulso fuisse, ut placitum in nomine diuae memoriae Chintillani Regis pro conseruanda fide catholica conscribere deberemus, sicut & fecimus. Sed quia perfidia nostra obstinationis & vetustas parentalis erroris nos ita detinuit, ut nec veraciter in Iesum Christum Dominum crederemus, nec catholicam fidem sincere teneremus: idcirco nunc liber ac placite spopondimus gloriae vestrae, tam pro nobis, quam pro vxoribus & filiis nostris, per hoc placitum nostrum, ut deinceps in nullis obseruationibus, in nullis incestiuis vrbibus Iudaicis miscemus: Iudaeis etiam nobis baptizatis nullo penitus execrando consortio confociemur: non more nostro propinquitate sanguinis vsq. ad sextum gradum in incestiua pollutione in coniugatione vel fornicatione iungamur: non coniugia ex genere nostro, aut nos, aut filij nostri, vel nostra posteritas vllatenus fortiamur: sed in vtroque sexu deinceps Christianis iugali copula coniectamur: non circuncisionem carnis operemur: non pascha, & sabbata, ceterosque dies festos iuxta ritum Iudaicae obseruationis celebremus: non escarum discretionem vel consuetudinem teneamus: non ex omnibus quae Iudeorum vsus, & abominanda consuetudo vel conuersatio agit, aliquatenus faciamus: Sed sicut ra fide, grato animo, plena deuotione in Christum filium Dei viui, secundum quod Euangelica, & Apostolica traditio habet, credamus, atq. huic conuitemur ac veneremur. Omnes etiam vsus sanctae Christianae religionis tam in festis diebus, vel in coniugijs, & escis, quam in obseruationibus vniuersis veraciter teneamus & sinceriter amplectamur: nullo referuato apud nos aut oppositionis obiectu, aut fallaciae argumento, per quod aut illa quae facere denegamus, iterum faciamus; aut haec, quae facere promittimus, minime vel non sinceriter compleamus. De suillis vero carnibus id obseruare promittimus: ut si eas pro consuetudine minime percipere poterimus; ea tamen quae cum ipsis decocta sunt, absque fastidio & horrore sumamus & comedamus. Quod si in his omnibus, quae supra taxata sunt, in quocunq. vel minimo transgressores inuenti fuerimus, & aut contraria Christianae fidei agere praesumpserimus, aut quae congrua catholicae religioni promissimus, verbis aut

Id est, Iudeis non baptizatis nos comunicabimus.

A factis implere distulerimus: Turamus per eundem Patrem, & filium, & Spiritum sanctum, qui est vobis in Trinitate & verus Deus, qui ex nobis horum omnium vel vnus transgressor inuictus fuerit, aut nouis ignibus, aut lapidibus perimatur. Aut si hunc ad vitam gloriae vestrae referuauerit pietas, mox amissa libertate, tam eum, quam omnem rei ipsius facultatem, cui volueritis perenniter seruienda donetis: vel quidquid ex eo, vel ex rebus eius fieri iusseritis, non solum ex regni vestri potentia, sed etiam ex huius placiti nostri spohone potestatem liberam habeatis. Factum placitum sub die xij. Kalendas Martias anno Feliciter sexto regni gloriae vestrae in Dei nomine Toletano.

B Editum est hoc placitum, ut colligitur ex annalibus Hispaniae circa annos Dni DCLIII. quo tempore Recefendus Rex (quae & Recefuntum vocant) cuius Imperio factum fuit, ut constat ex principio constitutionis, regni gubernacula administrabat.

Idem placitum refert in lingua vulgari Hispania auctor Repertorij Inquisitorum verbo, comedere. S. An suspectus.

In eo multa notari digna obseruare licet, sed illud in primis, quod de carne Suilla siue porcina a neophytis edenda promittitur, non est negligendum, nam auctor Repertorij Inquisitorum verbo, comedere. S. An suspectus. ait, Iudeos factos Christianos, ne videantur reuindicare, debere comedere, vel saltem gustare de his, quibus priusquam conuerterentur, minime vesciebantur, alias de haeresi fieri suspectos.

Iacobus quoque Simacas de catho. instit. tit. 50. de praesumptionibus, nu. 32. amplius ait, non esse leue praesumptione contra descendentes ex Mahometanis si vinum non bibant, nec carnem Suillam edant, ita ut proculdubio praesumi possit in maiorum sectis adhuc permanere.

D Horum virorum sententiam non obscure confirmant ea quae docet his Emericus, & quae haecenus commemorauimus: ceterum iudicio opus est, & mores hominum diligenter sunt explorandi: sunt enim quidam quibus certa quaedam non placent edulia, vel quia stomachus illa ferre non potest, vel quia gustui sunt insuauia, vel quia illis vesci non consueuerunt, & propterea potest esse contingere ut absque vlllo metis errore, aut vlla prioris sectae approbatione ab his abstineant: quare ex hoc solo non videtur omnino praesumendum de haeresi vel apostasia; & tunc fortassis omnis suspicio cessaret, cum conuersi ceteros ritus Iudaicos, aut Mahometanos penitus euitaret, & nostros, hoc est, veterum Christianorum diligenter, pie, & humiliter more Christiano sequerentur & obseruarent.

E Sane ex ceteris ritibus Iudeorum, aut Mahometanorum, aut Gentilium obseruatis, ab his qui ex illis sectis conuertuntur, certior videtur oriri haeresis suspicio, quam ex non manducanda carne porcina, videlicet ex nimia familiaritate cum Iudaeis: ex frequentatione ad loca, in quibus ipsi morantur, et praesertim ad Synagogas: ex obseruatione Sabbati, et alijs multis, quae supra indicauimus, et refert hic Emericus: hos enim non ita abhorret stomachus, & palatum, sicut carnes porcinas, anguillas, & alia animalia, quibus Hebraei vesci non sunt soliti,

Atque

Neophytis Iudeis conuersis, & alij non comedentes carnem porcinae, an sint de haesi suspecti.

Atque hac tam diligens consideratio locum habere potest in ipsismet conuersis, quibus pro consuetudine non facile caro porcina, aut similes cibi illis vetiti antequam conuerterentur, placere possunt: At non ita videtur iudicandum de ipsorum filijs, & nepotibus & alijs descendentes, quos non videtur verisimile ab his abstineri, nisi ex damnata sectae reuerentia & approbatione: cum in his cesset ratio illa consuetudinis, quae ipsosmet conuersos tueri potest.

Quae autem de Iudaeis diximus in hac causa, eadem in alijs qui ad Christianam religionem, ex alijs sectis conuertuntur, locum habere putamus, consideratis ritibus & moribus singulorum.

Signa exteriora per quae necromantici haeretici dignoscuntur.



Magi haeretici, seu necromantici, vel demonum inuocatores, & sacrificatores, qui iidem sunt per signa exteriora huiusmodi dignoscuntur: habent enim, ut commutius, ex visione & apparitione, ac colloctione malorum spirituum toruum visum & obliquum: ponuntque se ad diuinandum de futuris, etiam de illis, quae dependent ex mera: Dei voluntate, vel hominum: nonnulli eorum astrologia, vel alchimie intendentes: vnde si Inquisitori aliquis deferatur quod necromanticus est, & apparet manifeste, quod aliis est diuinator, vel astrologus, seu alchimista, maximum si gnium sit Inquisitori de veritate: nam diuinatores vt plurimum expresse, vel tacite sunt demonum inuocatores: Astrologi etiam, vt frequenter: & alchimisti, vt in pluribus: nam quando non possunt pertingere ad finem intentum, demonum auxilium quaerunt, inuocant & implorant, & implorando obsecrant & sacrificant tacite, vel expresse.

Quanta autem istorum sit dementia, error, & impietas habetur in secunda parte. q. 43. vbi agitur de erroribus, & haecibus necromanticorum, ac demonum inuocatorum.

COMMENT. XXVI.

Magi haeretici, seu necromantici, & c.] Eadem haec habes apud Umbertum in opere iudiciali, verbo, necromantici. tradit Repertorium Inquisitorum verbo, necromantia. & Tabienfis in summa verbo, fors. s. 2. nu. 3. & his locis etiam ceteri Summarum collectores. copiose Paulus Grillandus tract. de sortilegijs. q. 10. & Alfonso Castrus lib. 1. c. 14. de iusta haeretici. punitione.

Prudenter vero Emericus hoc loco non dixit, magos simpliciter, sed magos haeticos, quasi velit indicare, non omnem magiam illicitam, aut magos omnes vetitos & malos, quod vt apertius intelligatur, ne quis etiam in re obscura, nec passim obuia decipiatur, obseruare oportet, duplicem in primis esse magiam, vt videtur optime sensisse Marcus Mantua singulu. s. 14. incipien. In eadem lege, mathematicam vniam, alteram naturalem, siue elementariam, quamuis vtraque naturalis sit, cum vtraque sine demonum praestigijs exerceri possit: prima tamen regulis mathematicis Arithmetica & Geometrie videtur absolui: altera cetera res alias versatur,

Magia duplex, naturalis, & mathematica.

aliterque conficitur, vt proxime dicam. res fiet ex plis nota.

Naturalis magia est, quae ex compositione & mutatione quarundam rerum, miras alias quasdam res producit, vt si quis mixtura m faciat, quae sub aquis ardeat, vel quae a radijs solis accendi possit: vel si quis ignem in certa materia ita accendat, qui oleo extinguatur, & similia.

Magia mathematica est, quae per Geometriae & Arithmeticae regulas mira prorsus opera fabricat: vt columbam, quae in aere volitet, quam dicitur fecisse olim Architas, vt refert Gellius lib. 10. c. 12. noel. Attica. & Petrus Crinitus lib. 17. de honesta disciplina. c. 12. & Cassiodorus in libris variarum, refert Boetium insignem philosophum hac arte, quam paemanticam vocant, mira prorsus fecisse in hęc verba: Tibi ardua cognosse, & miracula monstrare propositum est: tuę artis ingenio metalla mugiunt: Diomedes in gre grauis buccinatur: eneus anguis infibilat: aues simulatae sunt, & quae vocem propriam nesciunt habere, dulcedinem cantilenę probantur emittere: parua de illo referimus, cui caelum imitari fas est. hęc Cassiodorus. & patrum memoria Georgius Capublanco Vicentinus (quem falso Cardanus lib. 2. & lib. 17. de subtilitate Brixellensem fabrum appellat) nauiculam argenteam hac arte constituit opere paemantico, vel automato, quam plurimis in ciuitate conspicientibus, super mensa perse pergentem, cum muliere ornata lyram pulsantem, nautis remos agentibus, & catulo in proa baubante. eiusmodi nonnulla conspiciuntur Tybure in horto Illustrissimi Cardinalis Estensis, quamuis manifestior sit in illis causa: nam impulsu aquarum artificiose distinctarum illa sunt: sed ars est prorsus miragada. hęc vtraque magia, nisi recte exerceatur, dolos admittere potest.

Ex his orta est tertia venefica vocata, seu malefica & infamis, quae tota est ex immundorum spirituum incantationibus & inuocationibus concinnata: ne scia eam peperit curiositas. nam cum multi vera arte destituti, mira illa opera, de quibus diximus fabricare non possent, ad demones confugerunt, qui hęc illos docerent. hanc Graeci γοητεία siue μαγεία vocant. haec praestigia & phantasmata porrigit, veneficia docet, incantationes & omnia maleficia opere demonum demonstrat. quid per hanc veteres praestiterint, docent passim poetarum libri. & de hac poestrema est accipiendus hic Emerici locus, qui plane insignis est, dum magos siue necromanticos, haeticos appellat, quos & haeticos esse plene parte 2. q. 43 demonstrauit.

Habent enim, ut commutius, ex visione, & apparitione, ac colloctione malorum spirituum, toruum visum & obliquum.] Ita omnino legendum est ex Bononiensi, & codice Cardinalis de Gambara, qui ceteris sunt emendatioris hoc loco; nam vox illa, ex apertione, quae erat in Barcinonensi impresso, non conuenit huic loco, neque illa, tortum, quae erat item in Barcinonensi & Sabellano; nam vox, obliquum, quae postea sequitur, satis indicat, tortum, hoc est, terribilem, & non tortum (ne frustra bis idem sub duabus vocibus idem significantibus re-

Magia venefica & vera vide orta.

Locus emendatus.

Pulchra magorū delectio.

bues repeteretur esse legendum. Est autem pulchra Magorum descriptio, desumpta, ut patet, ex illa Horatij lib. 1. sermo. satyra 8. ubi inuehitur in Cratidiam veneticam Neapolitanam, quam ibi Canidiam vocat, cuius aspectum & scelera refert: quod ideo placet apponere, quoniam, & huic loco lumen affert, & que hodie à Magis & demonum inuocatoribus parantur, omnino sunt similia, & Inquisitorum interest talia nosse. is ergo ita habet:

Vidi egomet nigra fuccinctam vadere palla Canidiam pedibus nudis, passoque capillo, Cum Sagana maiore vlulante; pallor vtraque Fecerat horrenda aspectu: scalpere terram Vnguibus, & pullā diuellere mordicus agnam Cœperunt: cruor in fossam confusus vt inde Manes elicerent animas responsa daturas, &c.

Qualia magorū scelera.

Eadem faciunt hodie Magi, atque his peiora: nam res sacras interdum vsurpant ad demones inuocandos: aras illis construunt: candelas benedictas accendunt: verba sacra proferunt, & nefarias preces illis fundunt, vt patet ex illorum proprijs confessionibus: quare non mirum si vel heretici ab EymERICo dicantur hoc loco. in hos iure ciuili mortis pena est sancita. l. nullus et l. nemo. C. de malef. et malemat. iure canonico aliter puniuntur, vt dixi supra par. 2. super quest. 43.

Qui demones inuocant, si post abiurationem iterum inuocent, an sint relictii.

Vnum hic addidero, quod & ibi miseram, putare Reuerendissimum Iacobum Simancam hos demones inuocatores, seu magos, si propter heresim aut vehementem heresis suspicionem coacti fuerint solemniter abiurare, ac deinde iterum demones inuocasse conuincantur, velut relapsos esse puniendos. ita Simancas de catho. instit. tit. 57. num. 9. quam opinionem dicit esse Lapi, & archidiaconi, Geminiiani, & Philippi Francki in c. accusatus. §. sane de heret. lib. 6.

Sed solus Lapis ita tenet, ut apparet ex Geminiiano in dicto §. sane. nam Archidiaconus ibi de ea re nullum verbum. in meo libro. & Geminianus et Franchius in re tam ardua. in qua hominis vita versatur, putarunt ita hoc esse distinguendum. Aut inuocatores demonum postquam semel predicto modo abiurarunt, iterum inuocantes credunt demones ex sua propria & actiua potestate posse facere id ad quod inuocantur; & tunc quoniam id tribuunt creatura quod est proprium creatori, re vera sunt heretici, & sicut relapsi puniri debent. & ita est vera opinio Lapi: Aut non credunt demones id omnino posse operari ad quod inuocantur, sed iuuare & inducere, vt si ad expugnandam feminarum pudicitiam inuocentur: nam si hoc modo iterum post abiurationem eos inuocent, nec indicantur heretici, nec vt relapsi erunt puniendi: quia demones inuocant ad id quod sibi competit, videlicet ad tentandum. & ita potest intelligi illorum opinio, qui dicunt, eos qui post abiurationem de vehementi demones inuocant, non esse relapsos.

Præterea sententia Lapi, vt colligitur ex Geminiiano & Franco in dicto cap. accusatus. §. sane. accipienda videtur cum inuocator demonum primum abiurauit vt formaliter hereticus, quia videlicet patuit eum habuisse aliquam mentis, errorem

A quod indicat illa verba, quibus præfati doctores que stionem hanc proponunt, videlicet: inuocator demonum in iudicio coram Inquisitore heresim abiurauit, in qua facti specie vera videtur omnino Lapi opinio, vt si postea inuocet demones, ut relapsus puniri debeat, cum semel saltem de heresi consulerit, iuxta textum in eodem cap. accusatus. §. ille quoque. de heret. lib. 6.

At si inuocator demonum primo abiurauit solum vt vehementer suspectus, si postea inuocet, destruetur (vt dicitur) ratione iuris non potest vt relapsus condemnari, nisi de errore constaret: quoniam ad hoc vt aliquis velut relapsus damnari possit, necesse est vt saltem semel de heresi relapsus constet, vt recte docet Alfonso Castus lib. 2. c. 2. de iusta heret. puni. quem sequitur Simancas de catho. instit. tit. 57. de relapsis. nu. 5. Et de hac facti specie non videntur loqui doctores præcatis locis, nec vtriusque casus eadē est ratio, vt apparet, quare nullo pacto videtur coniungendi, ut fecit Simancas de catho. instit. tit. 57. num. 9.

Tabienfis in sum. verbo, Inquisitor. §. 18. nu. 19. ita hunc articulum diluebat. Si prima inuocatio sapiebat heresim manifeste, & inuocans abiurauit ut vehementer suspectus, & iterum secunda inuocatio sapiebat heresim manifeste: tunc ut relapsus condemnabitur, aliis secus hæc sententia apertior est, & clarior. quæ non est contemnenda. ceterum multum consideranda esse censo que paulo antea dixi.

c. ¶ Astrologiam etiam frequenter. ¶ Optime loquitur. nam non omnis per astrologiam diuinatio est interdita, vt dixi super par. 2. super q. 43. & tradit beatus Thomas 2. 2. q. 95. art. 5.

d. ¶ Et Alchimista ut in pluribus. ¶ Non est commendandum hoc præterit consilium aduersus Alchimistas, quod verum esse multa possent exemplis comprobari. nam ut ceteros omittam, Arnaldum Villanouam si unus Alchimista, magnum suisse hereticum, & demonum inuocatores, ut dixi supra cum EymERICo par. 2. super q. 1. §. quidam magnus medicus.

Sentio hic acerbe reprehendi auctorem, quod talia fecerit de Alchimistis iudicium, sed immerito carpi tur: nam multa sunt que Alchimistas impostores esse conuincant, ut paulo post indicabo. interim videndi de hoc articulo uterque Thomas 2. 2. q. 77. art. 2. in responsione ad primum argumentum. Oldradus cõsil. 74. incipien. An Alchimista peccet. Andreas de Infernina in c. que sint regalia. in vsibus feudo. uerfi. mo nete. Fabianus de mone tract. de emptione & uenditione. Hieronymus Zaneti. in repetit. c. 1. de accusatio. Albertus Brunus cõsil. 76. Angelus, Syluester, copiose Cassaneus in catalogo gloriæ mundi par. 1. 1. consideratione 40. & Surgetus in compendio militaris discipline, & alij: ex quibus nonnulli studio potius contradicendi quam ueritatis indagandæ absque certa ratione Alchimiam admittunt: Sed uerior & tutior sententia eorum est, qui inuilem & reipublicæ perniciosam esse faciunt.

Sed donec perspicuum fiat, an per Alchimiam uerum argentum, uel aurum, uel gemme fieri possint:

Alchimista.

Qui Alchimista suspectus est & qui cõmittit.

sunt: quod non spectat ad hoc institutum, ne quis prorsus improbabilem esse credat hanc. EymERICi sententiam, plurimum refert intelligere à quibus Alchimia exercentur; nam si à principibus tractetur, & opulentis, ac pecuniosis diuitibus, hæc fortassis suspitione, quæ ei hoc loco tribuit EymERICUS, vacabit: quod si à pauperibus, uel mediocriter diuitibus vsurpetur, quoniam aurum & argentum maiori ex parte (vt præcitate loco dixit Caeteranus) vertitur in fumum, & illi propterea ad inopiam rediguntur, ad duo solent se incommoda conuertere, aut ad demones inuocandos, ob rationem quam hic auctor commemorat, aut ad falsam & adulterinam monetam cudendam.

Video huius artis professores acerbius fere in me propter hoc iudicium inuehdendos, at non ego hæc loquor, sed uiri grauissimi & doctissimi. & quidquid ipsi dixerint, at certe non poterunt optime satisfacere extrauaganti Ioannis xxij. incipienti: Spondent quas non exhibent diuitias pauperes Alchimistæ. quæ referunt inter extrauagantes communes tit. de crimine falsi. per quam summus Pontifex grauissimas penas illis imponit, qui alchimicum aurum, uel argentum, aut monetam ex illis confectam tamquam uera uendunt, aut in solutum, aut similia: nam hæ transformationes sophistica sunt, non uera, vt optime scribit ibi Romanus Pontifex. hinc illud uere etiam dicitur.

Ars suspecta probis, ars ipsa inuisaque multis, Inuidos etiam cultores efficit artis. Mendaces, addo, multi manifeste uidentur, Qui se ipsos, aliosq; simul frustrantur inertes; Dum rerum uertere species tentant.

De ijs que processus fidei prorogare & retardare possunt.

116



Considerandum ultra occurrit, quod quandoque sunt, que processum fidei prorogant & dilatant, scilicet: Testium multiplicatio: Defensionum concessio: Inquisitoris recusatio: Delati appellatio: Et eiusdem delati fuga, seu elongatio. Quodlibet horum quinque processum, iudicium & sententiam prorogant & dilatant: propter quod qualiter obuietur, est aliquo modo perstringendum.

De Testium multiplicatione.

Testium multiplicatio quando sit necessaria uel non.

PRIMUM quod prorogat & dilatatur Inquisitoris processum, iudicium, & sententiam est testium multiplicatio; hæc quandoque est necessaria, quandoque est superflua. Quando enim delatus de heresi est conuictus tribus, quatuor uel quinque legitimis testibus, uel non conuictus, sed ipse confitetur crimen totaliter in substantia, & effectum prout est delatus; tunc quia deprehenditur confessio propria, & non est locus defensionibus, procedere ad ulteriores testes examinandos & multiplicandos non est necessarium, sed superfluum: sed tunc est ad penitentiam, uel sententiam procedendum cum bono consilio peritorum. Quando ue-

ro delatus non est legitime conuictus: uel si est conuictus, paucis testibus est conuictus; utpote duobus, tribus, quatuor, uel quinque testibus, & stat in sua negatiua in parte, uel in toto, & præsumitur plus de pertinacia eius, & malitia, quam de obedientia & penitentia; licet de iure sufficiant, tamē ut fortius conuincatur, & ueritas melius detegatur, & quia facilius repelleret à testimonio tres, uel quatuor, quam decem, uel quindecim, uel viginti; tunc ad conuincendum eius malitiam, ad examinandum etiam plures testes fidei zelatores est cum magna industria procedendum.

COMMENT. XXVII.

Dixerat paulo antea EymERICUS iudicem in hac causa esse uelut medicum, qui quemadmodum non omnibus morbis eadem adhibet medicinam; ita nec in singulis rebus eundem debet iudex tenere interrogandi modum. quibus nunc addo, quod sicut prudentis medici opus est propinatis, si necesse fuerit medicamentis, præcauere, ne morbi humanum corpus inuadant, aut morbi fiant diuturniores; ita sapientis iudicis est, ea amouere & longe lateque repellere, quæ uel iudicium impediunt, uel litem facere possunt propemodum immortalem: quod est omnino euitandum. l. properandum. C. de iudic. nam quod medicamenta morbis, idem exhibent iura negotijs. authent. hæc constitutio inuocat. §. 1. c. ceterum. & ibi gloss. 1. extra de iuramen. calum. & gloss. in proemio decretal. verbo, noua litigia. & propterea in sequenti disputatione EymERICUS hæc impedimenta commemorat, necessariaque remedia adhibet.

Num. 116.

Iudex amoueat impedimenta, quæ negotiū probant.

¶ Quando enim delatus de heresi est conuictus tribus, quatuor uel quinque testibus. ¶ Hoc loco sentire uidetur EymERICUS per duos testes in crimine heresis non posse quemquam legitime condemnari, & plane multis antiquis Doctoribus ita olim uisum est, dicentibus durum uideri, hominem bona opinionis & fama per duorum testimonio de tanto crimine condemnare, ut dixi infra super q. 71. ubi ex professo hanc questionem disputauit: interim uide to Ioannem And. in c. excommunicatus 1. §. ad iudicium de her. relat. ab EymERICo supra par. 2.

¶ Vel non conuictus, sed ipse confitetur crimen totaliter, & c. tunc quia deprehenditur confessio propria, & non est locus defensionibus, & c. ¶ Et ratio est, quoniam inter omnia probationum genera, reorum confessio obtinet primum locum. de quo uide que dico statim in commentario sequenti.

Quot testibus conuictus tenet in hoc crimine.

¶ Vel si est conuictus paucis testibus est conuictus, utpote duobus, tribus, quatuor, uel quinque testibus, & c. ¶ Hoc locus uidetur superiori periodo omnino repugnare: nam cum antea dixerit tres, uel plures testes sufficere ad conuincendum aliquem; nunc eosdem paucos esse dicit. quare putabam quandoque ita legendum: paucis testibus est conuictus, ut pote duobus, & stat in sua negatiua, & c. & illa uerba, tribus, quatuor, uel quinque testibus, imprudenter credebam fuisse hic repetita ab scriptore imperito ex superiori periodo. ceterum quoniam omnes codices conueniebant, non sum ausus quidquam immutare. cogitabam si posset hæc contrarietas ita conciliari; propte-

Locus obsecrus adnotatus.

propterea in priori casu tres, quatuor, vel quinque dixit sufficere, quoniam praeter testes, acceperat reorum confessio; hic vero ydem non videntur sufficere, quia in sua negativa perseverat. Sed hoc non videtur verum, tum quia in priori casu per distinctionem loquitur, & solam confessionem sufficere indicat: tum quia siue confiteatur reus, siue neget, per tres legitimos testes (vt cum Eymérico nunc loquar) potest condemnari.

Verum his non obstantibus sequentia apertissime indicant ideo auctorem dicere quatuor, vel quinque non sufficere, quia reus stat in negativa, & propterea videntur pauci: quare ut fortius conuincatur, & penitus confundatur, ita ut negare non valeat, tutius est plures testes examinare. Et sic proculdubio fuit mens & institutum EymERICI hoc loco. Sed tamen ut dicam infra super q. 7. r. etiam hoc casu sufficiunt duo, qui sint omni exceptione maiores. hęc tamen postulat auctor, ut securius procedatur cũ reus est negatiuus: tunc enim nec facile nec precipitanter est ad condemnationem procedendum.

De defensionibus reorum.

117 SECVNDVM quod prorogat & dilatat Inquisitoris iudicium, sententiam, & procellum, est defensionum concessio: & hæc interdum est superflua, interdum necessaria. Quando enim delatus, siue sit testibus conuictus, siue non, confitetur crimem, de quo delatus existit, & prout testes deponunt; tunc concedere sibi defensiones ad dicendum contra testes superfluum est: quia magis statur tunc suo dicto, & eius propriae confessioni, quam testimonio depositioni. Quando vero crimen distulitur, & sunt testes contra eum, & petit defensiones sibi concedi, hęc praesumptio est: delati innocenti, siue de eius pertinacia, impenitentia, & malitia, ad se defendendum admittendus est, ac defensiones iuris sunt ei concedendæ, & nullatenus denegandæ. Et sic conceduntur sibi aduocatus, probus tamen, & de legalitate non suspectus, vt vtriusque iuris peritus, & fidei zelator: & procurator a pariforma, ac processu totius copia, super his tamen testimonio, & deponentium, ac accusantium nominibus, vbi Inquisitor in conscientia sua videat eisdem graue periculum imminere, si ipsorum nomina proderentur propter potentiam delatorum. Vbi autem non videatur tale periculum imminere, si ipsorum nomina proderentur propter potentiam delatorum, sunt huiusmodi nomina delato in prædicta copia exprimenda, iuxta c. Statuta. de hæret. lib. 6.

Intelligas hic potentiam delatorum non tantum potentiam generis, sed & potentiam pecuniæ, vel malitię: Grauius enim periculum immineret testibus, si eorum nomina proderentur delato homini non generoso, sed alijs malitioso, & sacrilegis, & peruersis hominibus associato, qui nihil habet perdere, quam homini potenti generi, vel militi, diniti, seu mercatori locupleti, qui habet quod perdat, & non vult seipsum perdere: & hæc experientia docet Inquisitores quotidie euidenter.

De aduocato & procuratore reus concedendo.

A. Quare quando conceduntur testimonium nomina publicari, multum est delati conditio attendenda, an scilicet, alijs sit malitiosus, vel simplex pauper, vel diues, habens societatem hominum peruersorum, vel proborum; & similia.

Nec putet delatus de hæresi testes à iudicio in causa fidei faciliter repellendos: nam à ferendo testimonio in causa eadem non repellit legitime quemquam, nisi sola inimicitia capitalis. Nam in fauorem fidei, infames, conficij criminis ac participes, nec non & excommunicati, & quibuscunque alijs criminibus irretiti, in defectu præsertim aliarum probationum, ad testificandum in causa fidei admittuntur, iuxta c. in fidei fauorem. de hæret. lib. 6. Immo etiam & periuri, iuxta c. Accusatus. §. licet vero periuri. de hæret. lib. 6.

Repellit igitur sola inimicitia, nõ quæcunque, sed capitalis: vt pote, vel quia mors inter eos est de facto illata, vel fuit intentata, seu ea quæ sunt ad mortem inductiua atque via, vel vulnera graui, & lethalia sunt secuta, & similia (vt videbitur infra) quæ animi peruersitatem, & malignitatem peragentis contra passum indicant manifeste; propter quod præsumitur, quod sicut intentauit contra istum mortem corporalem per illum modum, scilicet vulnerando; intentaret & per istum, scilicet crimen hæresis imponendo: & sicut voluit ei auferre vitam, vellet auferre & famam: quare tales inimici capitales à testimonio legitime repelluntur.

Alia autem inimicitia, præsertim graues, & si non repellunt totaliter, tamen dictum eorum debilitant aliquantulum, vt non sit plena fides eorum at testimonio adhibenda: sed cum alijs adminiculis, & aliorum testimonio dictis, possunt plenam facere probationem. Sane quando ipsi delato deponentium, seu testificantium nomina publicantur, & ille allegat contra eos causas inimicitia capitalis, producendo ad hoc testes in illo casu, an dicti deponentes & testificantes probentur legitime inimici capitales, & per consequens à testificando merito repellendi nec ne, satis ex merito processus potest patere Inquisitori, iudici in hoc casu, & procedere diocesanus & ipse ad sententiam sicco pede. Sed quando delato deponit, & a testificantium nomina supprimuntur, nec ipse potest se ab eis defendere in specie, sed solum in genere palpitando, cum non valeat diuinare in isto casu multum interest Inquisitoris, vt modum congruum teneat, per quem eisdem innotescat, an dicti deponentes & testes sint ipsius delati inimici capitales, nec ne, vt sine vllo errore diocesanus & Inquisitor possint ad sententiam procedere, vt infantes non condemnent, nec reos iustificent: sed tam istis, quam illis iustitiam administrent.

COMMENT. XXVIII.

117. Q Vando enim delatus, & c. confitetur crimen, & c. tunc concedere sibi defensiones, & c. superfluum est.] Et enim qui confitetur crimen, protinus obijctur illud Lucę cap. 19. Ex ore tuo te iudico. nec vlla clarior, aut efficacior

118

Inimicitia capitalis repellit testes.

Graues inimicitia debilitant.

suspiciō

Num. 117.

Reorum confessio est probatio omnium efficacissima

Acior probatio potest inueniri, quam reorum confessio, vt optime docet Romanus consil. 329. incipiens. Prasens consultatio in hanc, nu. xi. & Alexander li. 1. consil. 13. incipiens. Ex his quæ in themate. & Felynus in cap. 1. de exceptio. & in cum super. de re iudicata, optime dicebat probationem, quæ sit per propriam confessionem, fortior esse ea quæ sit per testes, & rem notoriam facere. Et Baldus in absent. sed nouo iure. c. si certum per. dicebat non esse exigendam solennitatem probationem, vbi adest confessio partis.

In crimine hæresis sola reorum confessio sufficit ad condemnationem.

Et quamquam in alijs delictis sola confessio delinquentis non sufficit nisi de crimine, hoc est, verbi gratia, de corpore interfecto constat l. i. §. item illud. ff. ad senatus. Syllantia. vbi dicitur. Bald. in authen. sed nouo iure. c. de seruis fugiti. & Angelus in l. 1. c. de confess. at in crimine hæresis, ex sola reorum confessione ad condemnationem procedi potest; quia cum hæresis crimen merte concipiatur, & in animo lateat, plerumque non potest aliter probari, quam per propriam confessionem reorum. Bald. in l. si quis non dicam rapere. c. de episcopis & cleri. quem sequuntur Felynus in c. auditio. de præscriptio. et Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 2. & Franciscus Ponzinib. de lamijs nu. 52. & 70.

Ex his ergo apparet veram esse doctrinam EymERICI hoc loco, videlicet, superfluum esse concedere defensionem reo ad dicendum contra testes, quotiens de delicto constat per propriam confessionem: & hunc EymERICI locum inuenies etiam apud Vmbertum Locatum in opere iudiciali verbo, defensiones.

Et quamquam hæc ita se habeant, nihilominus tamen cum defensiones sint de iure nature. l. vt vim. ff. de iust. & iure. non obstant propria confessione offerri debent reo defensiones, & si quid opponere noluerit aduersus eam, audiendus erit, ne iniuste inquam se damnatum conueatur: nam & contra propriam confessionem possunt multa opponi, vt docet Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 55. & precipue vers. sed pone. & q. 64. vers. si autem reus. conferunt tradita per Simancam de catho. instit. tit. 17. de defensionibus reorum, nu. 53. & aliquot seq.

Inquisitio de hæresi legitime defensionem concedit.

¶ Ac defensiones iuris sunt ei concedendæ, & nullatenus denegandæ.] quoniam iusta defensio est de iure nature, & propterea nullo modo potest, aut debet denegari. l. vt vim. & ibi communiter Doctores. ff. de iust. & iure. l. quotiens. c. de precibus Imperat. offerendis. clement. pastoralis. §. ceterum defectus. de sentent. & re iud. tradit Ioannes Imola in clement. sepe. de verbo. signifi. super glossa in verbo, defensiones. & Bernardus Comensis in lucerna verbo, defensio. §. 2. & hoc ipsum iam prouide olim in hac causa cauit concilium Biterrense cap. 8. in hęc verba: Ac datis dilationibus competentibus, & defendendi facultate concessa, benigne admittatis exceptiones, & replicationes legitimas eorundem. hæc ibi. Offerebat hic locus amplam occasionem agendi de defensionibus reorum in hoc crimine: quæ res, licet valde vtilis esset, at quia non erit omnino huius institui, omittenda fuit: neq; enim ex proposito videtur agere hoc loco auctor de defensionibus. quam ob rem de illis tantum agemus, quas EymERICUS proponit, ceteras

A suis locis persequemur, quas ex indice operis licebit deprehendere.

¶ Et sic conceditur sibi aduocatus, probus tamen, & de legalitate nõ suspectus, vir vtriusque iuris peritus, & fidei zelator.] His verbis breuissimis duo complectitur auctor: primum reus esse debens aduocatus: alterum quales esse debeant de aduocatis eadem tradit Locatus in opere iudiciali verbo, aduocatus. cõpiose Repertorium Inquisitorum verbo, aduocatus. & Simancas de catho. instit. tit. 5. & in enchiridio violata religionis tit. 42.

Ut ergo breui cuncta hæc spectantia complectar, præter hæc conditiones, quas vere in aduocato postulat hic EymERICUS, sequentes etiam concurrere oportet: vt aduocatus non sit aut hæreticus, aut de fide suspectus, vel infamatus. Repertorium Inquisitorum verbo, aduocatus. §. sed vtrum hæreticus. facit textus in c. excommunicamus. r. de hæret. §. credentes. ibi: Si vero fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. ad hæc nec malo genere natus esse debet, sed ab originarijs Christianis stirpem ducat, & generis principium.

Dandus est autem aduocatus cum reus negat obiecta crimina: nam si fateatur, nullo aduocato indiget; idque postquam tres monitiones factę fuerint reo, vt libere veritatem fateatur. in is qualis ritus obseruari debeat, salubriter & prudenter cautum est Martiana quadam instructione anno M. D. LXXI. cap. 23. in hac fere verba, a nobis latina facta: Inquisitor uel Inquisitores reum admonebunt, quantum sua inter sit, fateri veritatem: quo facto nominabunt ad suam defensionem aduocatum, uel aduocatos a sancto officio hunc rei destinatos: & in præsentia cuiuslibet ex Inquisitoribus reus communicabit cum eo, & de consilio aduocati uel verbo, uel scripto respondebit ad accusationem. Aduocatus vero priusquam suscipiat defensionem rei, iurabit se bene ac fideliter eum defensurum, & custoditurum secretum in his quæ audiet & videbit, etiam si iurauerit cum primum assumptus fuit a sancto officio ad hoc munus exercendū. Aduocati partes erunt admonere reum, vt veritatem confiteatur, penitentiamque petat pro culpa, si quam habet: responsio vero fiscali notificabitur seu intimabitur. hæc est eius instructio nis sententia vera quidem & prudens, ac proinde iudicio meo vbique obseruanda. nec nostri de hac re differentes quidquam præter hæc adducunt, quæ alicuius sint momenti. nonnulla vero hæc spectantia dixi supra par. 2. super cap. si aduersus. de hæret. pag. 99.

Inquisitio de hæresi aduocati concedit di, & quales.

Quando datus aduocatus in hoc crimine.

¶ Et procurator pari forma.] De procuratore quantum ad hunc locum attinet, agit Repertorium Inquisitorum & Locatus in opere iudiciali, verbo procurator, & Simancas de catho. instit. tit. 52. & in enchiridio tit. 43.

¶ Et procurator, qui negotia mādato Domini administrat, cum dominus vel non vult, vel nõ potest negotijs suis superesse.

¶ Ac quantum ad hoc crimen attinet, iure dubitatur, an procurator sit captus pro hæresi concedendus; & re vera iudicio eruditorum ei denegari non debet, & qua de aduocato proxime diximus, eadem

Inquisitio de hæresi an sit concedendus procurator.

dem etiam accipienda sunt in procuratore. ceterum raro nunc admittuntur procuratores, quia advocati sufficiunt, & minus procuratorum subeunt; imo verius Inquisitores videntur reorum procuratores, cum officio eorum, sicut reorum defensiones, quod si quandoque reo petente, Inquisitores procuratorem concesserint, probum admittere debent, non cavillosum & garrulum, ut optime admonuit L. o. catus in opere iudiciali verbo, procurator. nu. 3. reo autem petenti procurator non potest Inquisitor denegare, ut voluit. Repertorium verbo, procurator. S. Inquisitores tenentur.

De procuratore in hac causa apud Inquisitorem Hispanie per Madrillanam instructionem anno M. D. L. X. I. cap. 3. ita scriptum est: Quamvis instructio disponat dandos esse reos procuratores, tamen dari non debent, quia experientia docuit multa incommoda inde solere provenire: & ob modicam utilitatem, quam rei inde consequerentur, non est in usu, ut amplius dentur; quanquam aliquando ob magnam necessitatem solet concedi ad iudicium, ut reos defendat. hęc ibi. In his tamen laudabiles & receptas consuetudines servandas puto, aut respiciendum quid supremus Senatus S. Romanę generalis Inquisitionis observet.

Hoc tamen non omitam, quod maxime ad hanc causam videtur spectare, minoribus 25. annis delatis dandos omnino esse curatores, quorum auctoritate defendantur, ne vel ob imperitiam, vel ob inveniendam aetatem aliquid taceant, vel dicant, quod si fuisset prolatum, vel non dictum prodesse eis posset.

De hoc curatore minoribus dando in sacro Inquisitionis officio Madrillan. instructione anno M. D. L. X. I. c. 25. a nobis nunc latina facta ita cautum est: Si reus fuerit minor viginquinq; annis, priusquam accusationi respondeat, sibi dabitur curator, cuius auctoritate ratificabit confessiones factas, & formabitur totus processus: sed curator non fit ex officialibus sancti officij, & potest esse advocatus eius, vel qualibet alia persona gravis, fidelis, & bone conscientie. hęc ibi. Si quid vero cum minoribus gestum sit absque horum curatorum auctoritate, id ipso iure irritum est, & nullum. l. clarus. C. de auctor. prestat. Corneus consil. 198. lib. 4. Matth. de Afflictis decisione 208. incipien. Minor adultus. Alexander consil. 115. incipien. In causa Inquisitionis, & eleganter Antonius Gomez tomo 3. de delictis, cap. 1. nu. 64. quod ob rem omnino sunt eis dandi curatores.

Vbi autem non videatur tale periculum imminere, si ipsorum nomina proderentur, &c.] Hęc questio cessat hodie: neque enim delatis testium nomina publicantur, ut dixi supra hac 3. par. nu. 101. & infra nu. 209. & super q. 75. est autē hic Emerici locus de triplici potentia valde insignis, quę ceteri qui de hereticis scripserunt post eum, secuti sunt.

Repellit igitur sola inimicitia, non quęcūq; sed capitalis.] Hęc perodus & proxime precedens, videlicet: nec putet delatus de heresi, &c. de sumptę mibi videntur ex vetusto concilio Biterrensi & Narbonensi, olim contra hereticos celebratis, in quorum primo, videlicet Biterrensi cap. 12. & 13. de hac re ita scriptum est.

Minoribus 25. annis inquisitis dantur curatores

Locus notandus.

Nu. 118.

Quę exceptiones opponi possunt testibus in hoc crimine

Quamvis in huiusmodi crimine omnes criminoli & infames, ac participes criminis ad accusationem & testimonium admittantur.

Illis tantum exceptionibus fides testium, eorumque euacuatio, que non ex zelo iustitię, sed de malignitatis fomite procedere videantur: ut sunt conspirationes & inimicitie capitales: alia vero crimina & la debilitent, non repellunt, maxime vbi testes de crimine fuerint emendati. hęc ibi: In Narbonensi quoque cap. 24. & 25. ita.

Quamvis in huiusmodi crimine, propter ipsius enormitatem, omnes criminoli & infames, & criminis etiam participes, ad accusationem, vel testimonium admittantur.

Illis tantum exceptionibus fides testium, ex toto euacuatio, que non ex zelo iustitię, sed de malignitatis fomite procedere videantur, ut sunt conspirationes & inimicitie capitales: alia vero crimina, etsi debilitent, non repellunt, praesertim si testes de crimine fuerint emendati. hęc ibi. Insignia sunt plane laudabiles, nec cuique obuia, & diligenter in hac causa animadvertenda.

Vt patet: vel quia mors inter eos, est de facto illata, &c.] Obseruanda sunt hęc exempla, ex quibus inimicitia capitalis nascitur, de quibus in l. licet. C. de recept. arbit. & in expellantur, et in c. cum oporteat. de accusatio, & ibi Panormicanus, textus singularis in S. inimicitia, c. glossa in verbo, si capitales. insitu de excusatio. tuto. vbi communiter interpretes effectus inimiciarum capitalium recensere solent, inter quos vnus & precipuus est is, de quo Emericus hic, & in l. testium. ff. de testibus. quoniam etiam si inimicus capitalis examinaretur, non faceret iudicium. Bart. in l. ma. itus. ff. de quest. neque ad accusandum etiam in notorijs admittendus est inimicus capitalis, ut ait Romanus consil. 324. incipien. In propolita consultatione.

Quomodo autem probetur inimicitia, textus est singularis, vbi late Iason in l. liberi. C. de officio. re. stamento. nos vero & quomodo probetur, et ex quibus causis oriatur, copiose diximus infra super q. 67. que huic loco claram lucem sunt allatura.

Ia hęc eadem quę hic docet Emericus, refert Locus in opere iudiciali, verbo inimicitie. vers. adde ex Directorio. vide insuper Simancę de carbo. instit. tit. 64. nu. 80. & Zächinü tract. de heret. c. 13. nu. 3. & ibi Cäpegü. et Repertoriū Inquisit. verbo inimic. & verbo, testis. & Ioannē Rojā in singula. fidei, singul. 200. cetera tradidi infra super dicta q. 67.

Quare tales inimici capitales a testimonio legitime repelluntur, alia autem inimicitia, praesertim graues, etsi non repellunt totaliter, &c.] Hic locus in tribus manuscriptis aliter legitur, in Bononiensi fol. 108. ita: Quare tales inimici capitales a testimonio legitime repelluntur totaliter, cum in dictum eorum debilitent aliquantulum, ut non sit plena fides eorum attestacionibus adhibenda, sed cum alijs adminiculis, & aliorum testium dictis possunt plenam facere probationem. In Sabellano vero fol. 496. ita: Quare tales inimici capitales merito repelluntur a testimonio, &c. & licet talibus non sit plena fides adhibenda, tamen cum alijs adminiculis & dictis aliorum testium, possunt

plenam facere fidem. In codice Cardinalis de Gambaro fol. 682. ita: Quare tales inimici capitales a testimonio legitime repelluntur totaliter, alias licet dictum eorum debilitent aliquantulum, ut non sit plena fides eorum attestacionibus adhibenda, sed cum alijs adminiculis, & aliorum testium dictis potest plenam facere probationem. hęc ibi. Ac proculdubio, vel corrupta sunt & deprauata, vel falsa, & quę vix sibi cohęreant: quam ob rem non iuimus recedere a Barcinonensi impresso, qui ceteris erat emendatior.

cap. 11.

cap. 19.

cap. 14.

cap. 15.

Inimicitia capitalis unde oriatur.

Et qualiter probetur.

Locus notandus.

Modi sex tradendi copiam processus delato de heresi, suppressis delatorum nominibus.



Odus autē in talibus cōsuevit a dicentibus & Inquisitoribus multiplex obseruari.

PRIMVS est: quod praedictorum nomina, non in ipsa processus copia, sed in aliqua particulari cedula conscribantur; non tamen eo ordine quo deponunt, & talis delato cedula conferatur, sic, ut nomen testis, qui est primus in copia, sit sextus vel septimus in cedula; & qui secundus in copia, sit vltimus vel penultimus in cedula; & sic de alijs, nominum ordinem transmutando; & sic delatus quis hoc deponat, vel quis illud, & quis sit primus, & quis secundus in sua copia cognoscere non valebit.

Iste modus non videtur multum valere, quia non videtur delato multum prodesse, & deponentibus potest multum obesse. Nam per hunc modum delatus non potest cognoscere quis est ille, qui deponit illud; nec potest cognoscere, quis est qui deponit pro eo, & quis qui contra eum, cum inter deponentes interdum vnus deponat pro delato, alius contra delatum: quare clare non potest scire contra quem habet agere in specie, sed agat contra omnes illos in genere, immo contra quemlibet in specie, dando eos omnes inimicos capitales, fingendo inimiciarum colores. Et cū constet sibi per cedulam antedictā, sibi oblatā, quod aliquis illorum deposuerit talia graua contra eū, figet intentionem suam contra vnū vel duos, qui fortasse illa non deposuerunt; vel si fecerunt, cum veritate fecerūt, & conabitur eos destruerē; quare grande periculum imminere poterit: & sic Inquisitor incidet in id, quod vult & debet subterfugere nisi toto.

Secundus modus est: nam datur delato processus copia ad partem vnā, & deponentium nomina seu deferentium ad partem aliam, & admittentur cum illis alia extranea eorum, qui nunquā deposuerunt cōtra in illa materia; & per hunc modum potest dicere delatus contra illum, & contra istum, & non veniet in cognitionem eius qui deposuit contra eum.

Iste modus est aequus, vel magis periculosus quā primus: nam per processus copiam, ipse scit in tali certo numero esse deponentium nomina contra eum, & per oblatam sibi cedulam noscit, quod plura sibi nomina presentantur, quā sunt illorum qui deposuerunt: itaque figet mentem suam contra aliquos illorum certos, qui fortassis nunquam deposuerunt; vel si deposuerunt, pro eo deposuerunt: vel si contra, deposuerunt cum veritate, & virtute iuramenti praestiti deposuerunt; & sic molietur contra eos insidias, & poterit illis graue periculum imminere, quod volumus cauerē.

Tertius modus est: nam quando delatus examinatur in fine suę confessionis, antequam sibi copia processus concedatur, interrogatur, an reputet

119.

Al. dicēdo.

Al. in toto processu.

Inimicitia capitalis non euacuatio dicti testis, quamuis debilitet.

Locus emendatus. & vnde intelligitur inimicitia capitalis.

sent plenam facere fidem. In codice Cardinalis de Gambaro fol. 682. ita: Quare tales inimici capitales a testimonio legitime repelluntur totaliter, alias licet dictum eorum debilitent aliquantulum, ut non sit plena fides eorum attestacionibus adhibenda, sed cum alijs adminiculis, & aliorum testium dictis potest plenam facere probationem. hęc ibi. Ac proculdubio, vel corrupta sunt & deprauata, vel falsa, & quę vix sibi cohęreant: quam ob rem non iuimus recedere a Barcinonensi impresso, qui ceteris erat emendatior.

Sententia vero huius loci omnino hac esse videtur, quę etiam colligitur ex concilio Biterrensi, & Narbonensi paulo antea relatis: nam in hoc crimine propter eius enormitatem omnia testimonia recipiuntur, omnique voces & accusationes audiuntur, exceptis solis capitalibus inimicijs, & conspiratoribus: quod si alij inimici non capitales testificantur, quamvis eorum attestaciones non faciant tantam fidem quantam facerent, si non essent inimici capitales; at non propterea repelluntur. & hęc sententia verisimilis est, quam etiam asseruerunt iam olim peritii quidem Auinionenses consilio quodam edito in materia Inquisitionis. cap. 4. quod est in vetusto illo codice biblot. reg. Vaticane, dicentes duas solas exceptiones testibus obijci posse, quę penitus dicta eorum repellant, videlicet inimicitias capitales, & conspiraciones. quod etiam ipsum velle videtur Zächinus tract. de heret. cap. 13. nu. 3.

Aliorum vero inimicorum & criminiosorum dicta quantum debilitentur, aut quantum sit illis detrahendum propter inimicitiam aliam praeter capitalē, aut propter alia crimina, arbitrio iudicantis relinquatur id inuestigare & iudicare. quod facile fortassis poterit deprehendere vir prudens ex personarum & negotij qualitate. l. testium. ff. de testib. Panormitanus in c. accedens. ut lite non contest. & in cap. cū oporteat. de accusat. Felynus in cap. quoties. nu. 4. de testibus. Campegius apud Zanchinum cap. 13. vers. sic. de alijs vero.

In illo casu, an dicti deponentes & testificantur, &c.] Hic locus varie legebatur, nec vllus videbatur posse colligi bonus sensus; quare Barcinonensem impressum emendare oportuit ex Bononiensi, qui ceteris hoc loco erat emendatior, in quo ita legebatur: In illo casu, an dicti deponentes & testificantur probentur legitime inimici capitales, & per consequens a testificando merito repellendi nec ne, satis ex meritis processus potest patere Inquisitori iudici in hac causa, & procedere diacefanus & ipse ad sententiam sicco pede. & hęc proculdubio est vera & clara lectio.

In Sabellano vero paulo aliter ita legitur: in illo casu praedicti deponentes, siue testificantur probantur legitime inimici capitales, & per consequens merito repelluntur a testificando: & sic ex meritis processus possunt Inquisitor & Episcopus suum firmare processum. hęc ibi. In his hoc est Emerici institutum: quotiens obijcitur testibus inimicitia capitalis, probari debet, & ex probatione apparet, an testes sint repellendi nec ne, quibus intellectis facile peruenitur ad sententiam.

Putet se habere inimicos capitales, qui omni diuino timore postposito falso imponeret sibi labem hæreticæ prauitatis; & tunc impræmeditatus, ac improuisus, & non visis deponentium attestationibus respondet, quod non reputat se habere tales inimicos; vel si dicat quod reputat se habere, nominat aliquos vt occurrunt.

Iste modus est cautelosus, quia nõ datis defensionibus, nec exhibitis testium depositionibus, respondet improuisus, licet non sit deponentibus periculosus: quare non videtur multum tenendus, quia delato nocius.

Quartus modus est: nam delatus in fine suæ confessionis, antequam dentur sibi defensiones, interrogatur de testibus, qui grauiora deponunt contra eum, vt de delatis, per hunc modum: Cognoscis tu talem? nominando vnũ de testibus, qui grauiora deponunt contra eum; & dicit quod non, vel quod sic: si dicit quod non, non potest ex tunc dando defensiones, illum ponere capitalem inimicum, cum dixerit se medio iuramento non cognoscere illum. Si dicit quod sic: interrogatur si scit vel audiuit quod iste dixerit vel egerit aliquid contra fidem: & si respondet quod sic, talia vel talia; interrogatur si est eius amicus vel inimicus, & statim respondebit quod amicus, vt eius testimonio stetur; & extunc, in illa causa nõ potest dare illum inimicum capitalem, cum medio iuramento dixerit amicum. Si autem respondeat quod non; interrogatur si est eius amicus, vel inimicus, & respondebit quod amicus; tamen non stare propter hoc, quod si aliquid sciret quin diceret, & extunc in illa causa non poterit eum ponere inimicum: & post fit idem de alijs testibus.

Iste modus est magis quàm immediate præcedens cautelosus, ex causis ibi allegatis; quare non est tenendus, nisi contra cautelosos & cauillosos: & hunc contra tales (licet raro) tenui, & cũ essem astutus, vt dicit Apostolus, dolo eos cepi.

2. Cor. 12. Hic modus vtu sacri tribunalis est receptus.

Quintus modus est: nam datur delato copia processus suppressis nominibus deponentium, & ipse visis depositionibus coniecturatur quis, vel qui deposuerunt talia contra eum, & frequenter venit in cognitionem, & dat quàm plures, quos dicit inimicos esse suos capitales, assignat rationes, & producit testes.

His omnibus exhibitis, & taliter astitatis, Inquisitor considerat si aliquos diuinavit, seu cognouit; & si sic, attendit ad causas inimicitiarum; & si nõ sunt sufficientes, dimittit: & si sunt, examinat testes secrete; & si nõ probant legitime, repelluntur: & hæc fiunt conuocato ad hoc bono consilio peritorum: & iste modus vt communius obseruatur.

Sextus modus est: nam delato processus copia exhibetur; sed deponentium & deferentium nomina supprimuntur, defensiones eidem conceduntur; & se defendendo multos se habere inimicos capitales exprimit, & nominat, causas talium inimicitiarum assignat: Quibus sic peractis, diocesanus & Inquisitor cõsiliũ theologorum & iurisperitorum congregant, & iuxta alleg. cap.

A Statuta, de hæreti. libr. 6. totum processum integraliter & perfecte, concilio per notarium legi faciunt, testium vel deponentium ac deferentium nomina, concilio publice exponunt, & non solũ ad dandum sanum consiliũ; sed etiam ad tenendum secretum iuramento, vel excommunicationis sententia eos arctant, & etiam eo ipso statuto ipsi Episcopus & Inquisitor sub præcepto obedientiæ extunc ad secretum huiusmodi adstringuntur: Et ibi per consiliarios tractatur si delatum & testes cognoscant plene, si inter eos est inimicitia capitalis, nec ne; & si per consiliarios plene cognoscentes istum & illos, deliberatur de omnium, vel aliquorum inimicitia capitali contra delatum, vel non, statum consilio eorum & deliberationi: & qui per consiliũ iudicabuntur inimici capitales, à testimonio repelluntur; & qui non, admittuntur. Si autem consiliarij delatum & testes plene non cognoscunt; de consilio eorundem consiliariorum eliguntur duo, tres, vel quatuor probi viri de villa ð dicit delati, qui cognoscant plene delatum: quorum saltem vnus, vel duo sint sacerdotes parochiani, & alius (si potest commode) religiosus, & alij laici probi viri veritatis zelatores: isti per Episcopum & Inquisitorem secretius vocabuntur, & per iuramentũ vel excommunicationis sententiam de dicenda veritate interrogabuntur de delati & testium amicitia, vel inimicitia capitali, publicando eis nomina istius & illorum, & stabitur iudicio eorundem, vt quos (habita prius inter se bona ac diligenti deliberatione) dicent ipsius delati inimicos esse capitales, rationes legitimas allegando, à testimonio repellant; quos autem non, admittant: & istum modum communiter obseruauit, & deceptum (vt puto) inde non me inueni, sed ad veritatem negotij sic perueni.

B Locum nota suũ. C Testis semel approbatus non potest reprobari.

Id est, oppido seu ciuitate: nam est vox Hispana.

COMMENT. XXIX.

D Hæc disputatio saluberrima est, & utilissima: cum enim delatus non possit facile se tueri ab obiectionibus testium, quos ignorat, diligentissime debent Inquisitores præcauere, ne quid durius propterea in eos statuatur. & ob id Emericus prudentissime hoc loco præscribit modos, quibus hoc incommodum euitetur. eosdem autem hos modos retulit Campegius apud Zanchinum tract. de hæret. cap. 13. vers. nec desunt modi, quo loco primos duos modos velut parum tutos omittit, ceteros non omnino damnat. eosdem refert nullis pene mutatis Iacobus Sprenger in malleo maleficarum par. 3. q. 11. actu. 7. & Siluester libro 3. de Strigimagicis cap. 3. puncto nono.

E In tota hac disputatione hoc est præcipue Inquisitori curandum, ne dum cautelas & modos excogitat ad inquirendum, an delati habeant inimicos capitales, per alias circumstantias efficiat, vt ydem delati in notitiam testium deueniant. & hæc summa sit, testium incolumitati omnino consulendum esse, alijs non facile reperirentur qui hæreticos, vel denuntiarent, vel aduersus eos testificarentur: quod in maximum catholice fidei detrimentum vergeret.

Num. 119.

Curandum diligenter ne Inquisiti de hæresi in notitiã testium deueniant.

Et pro-

Quæ circumstantie tacende, cũ copia depositionũ Inquisitis traditur.

Locus notatus.

Testis semel approbatus non potest reprobari.

Quid faciendum cum Inquisitus dicit se habere inimicos.

Locus notatus.

Tutissimum consiliũ ad cognoscendos inimicos in hac causa.

Et propterea in Hispania prudentissime prima instructione Hispanensi cap. 16. cautum est, quod cum depositiones testium publicantur, & earum copia reis traditur, supprimantur quadam circumstantie, ex quibus testes possunt cognosci, quod refert etiam Ioannes Roias in singularibus fidei, singula. 208. Sicut autem circumstantia illæ, dies & hora delicti commissi, & si qua sunt similes, quæ prudentia Inquisitorum relinquuntur. Simancas de catho. insit. titu. 64. num. 26. atque hoc ipsum videtur iam olim statuisse conciliũ Biterrense cap. 10. dum iubet ne testium nomina signo, vel verbo aliquo publicentur. de quo dicam amplius infra super quest. 75.

a ¶ Primus est, quod prædictorum nomina non in ipsa processus copia, sed in aliqua particulari cedula conscribantur, & c. In Bononiensibus, Barcinonensibus, & codice Cardinalis de Gambara ita: sed in aliqua ad partem cedula conscribantur, est phrasis Hispana latinitate incondito stylo donata, ad partem, id est in vna papyro scribantur nomina testium, in alia vero testium depositiones. sed vt cunctis facilius sententiam deprehenderent, visum est lectioem codicis Sabellani sequi, vt est impressa.

Iam quantum ad hunc primum modum attinet, eum tradit etiam Franciscus Brunus tract. de indicij & tortura. sed nullo modo debet in hoc crimine obseruari.

b ¶ Et ex tunc in illa causa non potest dare illum inimicum capitalem, cum medio iuramento dixerit amicum. Et ratio est, quoniam qui semel approbatus testem, non potest amplius eum reprobare. Felymus in cap. præsentium. de testibus. nu. 7. & 8. S. Antoninus part. 3. tit. 9. cap. 11. §. 1. Salyetus, & alij in l. si quis testibus. C. de testibus. Alex. under cons. 62. lib. 1. late Bossius tit. de publicatione process. & test. num. 13. & seq. & præ ceteris eleganter Boerius decisione 245. incipien. Sed quid si quis in iudicio num. 2. 4. vbi hoc declarat & limitat, quem omnino videto.

c ¶ Sextus modus est: nam delato processus copia exhibetur, & c. & se defendendo multos se habere inimicos capitales exprimit, & c. Hic modus est tutissimus, & utilissimus in hac causa, quem iam olim præscripsisse mihi videtur conciliũ Biterrense cap. 10. in hæc verba: Illud autem caueatis, secundum prouidam sedis Apostolicę voluntatem, ne testium nomina signo, vel verbo aliquo publicentur; sed si insit contra quem Inquisitio fit, dicens forte se habere inimicos, vel in se aliquos conspirasse; inimicorum ab eo, seu conspiratorum nomina, & inimicitiarum, seu conspirationis causa, & veritas exigantur: vt sic & testibus consulatur, & ipsis etiam conuincendis. hætenus ibi, quod est diligentissime animaduerendum.

d ¶ Et ibi per consiliarios tractatur, si delatum & testes cognoscant plene, & c. Conueniunt fere in omnibus hoc loco Bononiensibus, Barcinonensibus, & codice Card. de Gambara. sed in Sabellano fortassis clarius ita legitur: Et ibi tractent ipsi consiliarij, si inter delatum & testes plene cognoscatur inimicitia capitalis, vel non: & si per huiusmodi consiliarios plene cognitum fuerit de inimicitia capitali

A omnium vel aliquorum, qui reputabuntur consilio plurium inimici capitales, repellentur: qui vero non reputabuntur, admittentur: Si autem dicti consiliarij nõ cognouerint delatum, & testes, & c. fere vt in impresso: in quo vt planior esset sententia, ita vellem legendum: Et ibi per consiliarios tractetur, si ipsi delatum et testes cognoscunt plene, et si inter eos est inimicitia capitalis, & c. Nihil fuit immutatum, sed hoc fuit animaduersum. & sane codicis Sabellani lectio planior videtur.

Hoc autem Emerici consiliũ vsque adeo tutum esse existimo, vt si obseruetur, nihil inde incommodi vel testibus vel reis possit oriri: imo vero multum hac ratione reorum salutem consulatur. Ceterum integerrimos esse oportet consultores, quibus res tanti momenti credenda est; nec illis Inquisitor committet tale secretum manifestando nomina testium, vel delatorum seu denunciatorum, quos probabiliter suspicatur, aut propter magnam amicitiam, aut sanguinis coniunctionem, aut ob alias causas reis quandoque propalatos nomina testium aut accuatorum, aut denunciatorum, in quo multa opus est prudentia.

De recusatione Inquisitoris.

TER TIVM quod prorogat & dilatat episcopi seu Inquisitoris iudicium, sententiam seu processum est ipsius iudicis, scilicet, Episcopi vel Inquisitoris recusatio; & hæc quandoque est aliqua atque iusta, quandoque est friuola atque nulla.

Quando enim delatus videt, quod Inquisitor grauauit eum realiter & de facto, utpote, quia defensiones iuris eidem petenti non concessit, vel ad uocatum eidem negauit, vel similia; recusat eum merito vt suspectum; causam recusationis præhabita allegando. Tunc Inquisitor debet attendere ad causam recusationis; & si videt quod contra ius & iustitiam eum grauauit, defensiones iuris sibi denegando, vel similia peragendo; tunc Inquisitor habet duas vias recusationem huiusmodi repellendi.

PRIMA est, vt cum senserit, quod delatus vult eum recusare, antequam recusatio ad eum perueniat, committat alicui plenarie vices suas; & extunc non poterit recusari, nec facta commissio impugnari, vt habetur extra de offic. deleg. libr. 6. c. Iudex, secus si non committeret in totum & plenarie vices, vt in c. allegato.

SECVNDA via est, vt cum recusatio fuerit Inquisitori presentata, Inquisitor videns quod merito delatus ipsum vt suspectum recusat, pro eo quia defensiones iuris sibi denegauit, vel aliud simile, quod fieri non debuit, corrigat errorem suum, & reducat processum ad illum statum, in quo erat antequam ipsum grauauisset, utpote ad illum statum, in quo delatus ab eo defensiones iuris petiuit, dicendo: Ego reduco processum ad illud statum, in quo talis petiuit defensiones iuris, & acquiesco petitioni sue, admittendo eum ad se defendendum; & concedo sibi iuris defensiones, & mando sibi dari copiam processus, & concedo sibi talẽ, quem petit in aduocatu, & talẽ in procuratore: & sic ablato grauamine aufertur causa suspensionis.

Causa iusta recusandi iudicem.

Modi duo repellendi recusationem.

cionis, & recusatio iam fit nulla, iuxta cap. Cum cessante, extra de appellatio.

Quando vero delatus videt se habere iniustitiam, & praesumat de iudicis vero iudicio & iustitia, exquirat interdum coloratas causas eum recusandi ut suspectum, ut sic subterfugiat eius iudicium, & recusat eum, allegando, quod ipse Inquisitor est de parentela talis, qui denunciavit eum, seu deposuit contra eum; seu est amicus talis, qui est eius inimicus; & similia colorata exquisita: Et tunc ipse Inquisitor, iuxta cap. Suspicionis, extra de offic. deleg. & de appella. cap. Secundo requirit, & cap. Cum speciali. eligat unum probum virum in arbitrium, & mandet recusanti, quod eligat alium: & sic electis arbitris mandet Inquisitor & cogat per suas litteras per sententiam excommunicationis latae, quatenus citet recusantem, mandando ei, quod praesentet citis recusationem, & testes producat, & ipsi arbitri eos examinent diligenter, sic, quod infra tale certum tempus, scilicet, octo dies ambo, si conveniant; vel unus eorum cum tertio per ambo electo, si non conveniant, super recusatione pronunciet: alius ipse utetur suo iudicio & officio sicut prius in causa recusantis principali, recusatione huiusmodi non obstante.

Si autem infra tempus arbitris assignatum percipiat Inquisitor, quod recusatio foret falsa, & per falsos testes probatur, & quod pronuntiabitur contra eum; tunc, cum assensu tamen recusantis, alius non potest alicui committere vices suas, ut patet in alleg. cap. Iudex, de offic. deleg. Si autem adveniente tempore arbitris assignato, arbitri non pronuntiauerint; Inquisitor ex tunc iudex remanet pronuntians. Si autem arbitri pronuntiauerint recusationem fore nullam, remanet iudex ut prius: si autem pronuntiauerint recusationem esse legitimam, Inquisitoris officium conquiescit: & quo ad illam recusantis causam desinit esse iudex; nec potest alicui committere vices suas, ut patet in alleg. cap. Iudex. Et cap. Episcopus, de appellatio. Inquisitor non possit procedere ad sententiam; Episcopus & Inquisitor uel alter eorum denunciet factum domino nostro Papae, supponendo quod non obstante huiusmodi recusatione possit Inquisitor procedere cum Episcopo in causa illa, uel subroget alium quo ad causam illam, qui cum Episcopo & Inquisitore possit procedere in eadem.

COMMENT. XXX.

Num. 120.

Quid recusatio.

Quid appellatio.

Titulus de recusatione Inquisitoris, licet parum differre videatur a sequenti de appellatio: que fit ab Inquisitore; tamen ex definitione utriusque discrimen non modicum colligitur. Est enim recusatio (ut ait Hostiensis in sum. tit. de recusatio. ind. delegati. §. quid sit recusatio.) iusta causam suspicionis contra iudicem proposita audientia eiusdem iudicis declinatio canonice allegata. Appellatio vero (ut cum Canonistis nunc sentiam) a minore iudice per invocationem maioris iudicis praetextu iniustitiae primae latae sententiae rescissio. ita idem Hostiensis in sum. tit. de appellatio. §. quid sit appellatio.

Tamet si vero iudices, tam ordinarii quam delegati recusari possint. cap. suspicionis. de offic. delegati. cap. cum speciali. de accusatio. & L. apertissimi. C. de iudicis. traditque Hostiensis praecitato loco tit. de recusatio. §. quis recusetur. nihilominus tamen de Inquisitore hereticorum praevicacitatis insignes viri id negant; asserentes eum ut suspectum recusari non posse, cum gravissimus, & equissimus, probatissimus, & prudentissimus eligi praesumatur. ita videtur posse colligi ex Archidiacono in cap. quia plerique. de offic. ord. lib. 6. tradit Franciscus Ripa tract. de peste, par. 3. num. 140. & Iacobus Menochius lib. 1. de arbitrariis iudicium. q. 37. num. 40. & nominatim recusari non posse scripsit Ioannes Rojas in singularibus fidei, sing. 100. incipien. Inquisitores non possunt. & in tract. de heret. par. 2. tit. de privilegijs Inquisitorum, num. 435. & Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum verbo, recusatio. §. 1. scripsit, in causa heresis recusationem Inquisitoris raro & fere nunquam contingere.

Ceterum Simancas de catho. instit. tit. 17. num. 51. & 52. Bernardus Comensis praecitato loco. Locutus in opere iudiciali verbo, recusatio. Tabienis in sum. verbo, inquisitio. §. 4. num. 5. & alij non inferioris auctoritatis, posse recusari Inquisitorem admittunt. & haec sententia summo iure verior est, & tenenda: quamvis prior spectata iudicum probitate honestior videatur.

Et in Hispania Madriliiana quadam instructione anno Domini M D L X I. cap. 52. nominatim haec sententia definita videtur, ut iudices fidei recusari possint, in quo quis etiam ordo debeat observari praescribit, ut paulo post referam.

Demus ergo posse Inquisitorem recusari, ut hic vult etiam Emericus: nam & hoc tutius est, ac magis quoque remouet omnem iniquitatis suspicionem ab hoc sacro tribunalis, & doceamus breuiter quis in tota recusationis causa ordo sit seruandus, ac primae recusationis cause sunt asserende, de quibus copiose Hostiensis in sum. tit. de recusatio. §. que sunt iustae cause. & Ioannes And. in cap. legitima. de appellatio. lib. 6. quibus locis ille tredecim, hic duodecim causas recusationis commemorant. referunt etiam multas Panormitanus in ca. cum speciali. de appellatio. & alij quos prudens omitto.

Verum tamen in hoc tribunali non quaelibet cause sufficientes ad recusandos alios iudices sunt admittenda, sed solum haec, inimicitia, conspiratio in reos, aut quid tale, ut grauis emulatio unde inimicitia facile oritur, quae inimicitia sepe comparari potest: nam cause quae fuerint his leniores, negliguntur. Zabarella in clemen. 1. de heret. Angelus in sum. verbo, inquisitio. §. 5. Simancas de catho. instit. tit. 17. num. 51.

Iam non queuis inimicitia sufficiens erit ad repellendum Inquisitorem, sed iudicio meo aut capitalis, aut saltem grauis esse debet, iuxta doctrinam Specul. & Ioannis And. ibi in additionibus tit. de iudice delegato. §. superest. vers. ut si est inimicus. notat Abbas in c. accedens. el. 2. num. 3. & ibidem Fely. extra ut lite non contest. & dixi copiose in libris de penis hereticorum, ex quibus autem causis oriatur capitalis inimicitia, explicui infra super q. 67.

Postremo

Inquisitor an possit recusari.

Recusatio potest Inquisitoribus.

Cum Inquisitor recuset quis ordo seruandus.

Ex quibus causis recusetur Inquisitores.

Postremo videndum est, quid fieri debeat ubi Inquisitor recusatus est. in hoc articulo, ut ex tota hac Emerici serie disputationis colligitur, bisariam potest Inquisitor recusari: Aut quia reum non seruato iuris ordine aggrauauit: Aut quia eius est inimicus. Si ob primam causam recusatio sit proposita, duas regulas tradit auctor ut possit euitari, quas nec refello, nec approbo: quia ea potius pertinent ad titulum de appellatione Inquisitoris, quam ad hunc de recusatione: & ut mox dicam, tutius est recusatione interposita quiescere.

Si ob secundam causam recusetur, Emericus hic s. quando vero delatus, aperte sentit, arbitros esse eligendos, qui de recusationis causa cognoscant, iuxta & suspicionis. de offic. delegati. & c. cum speciali. de appellatio. idem tenere videtur F. mbertus Locutus in opere iudiciali verbo, recusatio. Ceteri decernunt & honestius est, ne iudicium eludatur, & negotium catholicae fidei differatur, & ut omnis occasio facile recusandi Inquisitorem auferatur, ut nulli arbitri eligantur: sed causa recusationis ad supremum inquisitionis Senatum est remittenda, ut ibi summam re. cognita, vel Inquisitor recusatus reijciatur seu prohibeatur, ne iudicet in ea causa: vel contra, iudicare iubeatur, dummodo semper meminerimus obfrivolas & leues recusationis causas non esse prohibendum Inquisitorem ne iudicet.

Atque haec sententia de non eligendis arbitris, sed de remittenda recusationis causa ad supremum Senatum in Hispania Madriliiana quadam instructione edita anno Domini M. D. L. X. I. cap. 52. sancita est his verbis a nobis latine redditis. Si aliquis ex Inquisitoribus ab aliquo reo fuerit recusatus, si Inquisitor habuerit collegam, qui fuerit praesens, debet tunc a cognitione illius causa abstinere, & certiore facere Senatum, & interim collega suus procedat: quod si collegam non habeat, similiter faciat Senatum certiore, & interim non procedat in ea causa, donec visis & examinatis causis suspicionis, Senatus decernat quid fieri debeat, atque hoc ipsum fiet cum omnes Inquisitores fuerint recusati. huc ibi.

Hanc vero sententiam & ordinem in recusatione seruandum omnino existimo, tum quia tutissimum hoc est & securissimum: tum etiam quoniam in iudice recusationis perinde est in heresis causa iudicandum atque in iudice appellationis. Manifestum est autem, quod cum in hoc crimine admittitur appellatio, ab Inquisitore ad Papam, aut ad supremum Senatum appellatur, ut dicemus in tit. sequenti, traditque copiose Zanchinus tract. de heret. cap. 29. ita ergo videtur penitus in recusatione faciendum.

Et concedo sibi talem quem petit in aduocatum, & talem in procuratorem. Haec verba diligenter sunt obseruanda: quoniam saepe vidimus dubitari, an Inquisitor debeat reo petenti hunc vel illum aduocatum concedere alium ab eis qui sunt ordinarij aduocati constituti in officio inquisitionis. & profecto non obstante quod in sacro officio deputati sunt aduocati, cum expedire viderit Inquisitor, potest alium constituere, seu concedere reo petenti: & enim non reperitur in iure sibi denegatum quo minus possit hoc facere, concessum esse videtur per ga-

neralitate textus in cap. ut commissi. §. aduocandi. de heret. lib. 6.

Expedire autem videbitur, quotiens aduocatus deputatus reo repertus fuerit inimicus, aut aliis in senso in eum animo, vel ex aliqua causa suspectus: nam tunc petenti alium, concedet. sed & ex officio quandoque alium dabit, cum cognatus vel affinis ipsius aduocati fuerit delatus. iam ex pluribus alijs causis possunt haec fieri, quae nominatim a nobis praescribi non possunt.

Cum vero noui aduocati conceduntur, meminerit Inquisitor prius circa eos obseruandas esse eas iuris solemnitates, quas supra tradidimus tit. de defensionibus reorum. §. & sic concedetur sibi aduocatus. De procuratore (si is etiam concedendus fuerit) eadem sunt accipienda.

Sic quod infra tale certum tempus, scilicet octo dies, ambo, &c.] Iam monni paulo antea in hac causa non esse arbitros eligendos. ceterum si coningeret quandoque eos eligi, haec verba sunt declaranda. dicit ergo Emericus, ut arbitri intra tale certum tempus iudicent de causa recusationis, quoniam tempus intra quod arbitri terminare debeant causam, non est a iure taxatum: sed iudex ro causatus id debet praefigere, intra quod nisi arbitri iudicauerint de causa recusationis, tunc iudex recusatus cognoscere poterit de causa principali. cap. legitima. de appellatio. lib. 6. ibi: Infra quem (scilicet terminum) in idem conueniant, vel tertium concorditer aduocent, cum quo ambo, vel alter eorum, eius suspicionis negotium terminare procurant: alioqui iudex ex tunc in principali negotio procedere non omittat. haec ibi. quae non latuerunt Emericum, dum paulo post dicit: Si autem adueniente termino, &c.

Tempus arbitris concessum ad terminandam causam, non est iure taxatum.

De appellatione quae fit ab Inquisitore.

QUARTVM quod prorogata & dilatata iudicium, sententiam & processum Inquisitoris est delati ab Inquisitore appellatio: & haec interdum est aliqua atque iusta, interdum est frivola atque nulla. Quando enim delatus sentit ab Inquisitore realiter et de facto contra ius & iustitiam aggrauatum, utpote, quia non vult eum ad se defendendum admittere, vel solus sine Episcopo seu eius Vicario pronuntiauit delatum quaestionare, et similia non fienda, et appellat ab Inquisitore, huiusmodi grauamina allegando, atque apostolos sapere & sapius postulando: tunc Inquisitor appellatione huiusmodi sibi praesentata sine turbatione atque metu debet petere copiam appellationis: proteclans verbo, quod non currat sibi tempus. Et cum ipse delatus tradiderit sibi copiam, adhuc Inquisitor habet duos dies ad respondendum: et post haec habet adhuc triginta ad apostolos exhibendum: Et licet statim possit respondere, et apostolos dare, istos vel illos, ubi multum sit peritus: tamen, ut cautius procedatur, melius est aliquo terminum vel decem, vel viginti, vel vigintiquinque dierum eidem ad dandum pariter et recipiendum apostolos, quales dare decernit, assignare, cum potestate prorogandi infra tempus iuris.

121

† al. decreuit

Et

Et

Iuste cause appellandi.

Et infra tempus assignatum debet diligenter attendere, & discutere causas appellationis, seu grauamina allegata: & si videt habito bono consilio peritorum, qd iniuste & indebite delatum aggrauauit, se ad defendendum eum non admittendo, vel solus & per se sine Episcopo, vel eius Vicario, eundem delatum questionandum pronuncians, do, vel similia, adueniente termino assignato corrigat errorem suum, & reducat processum ad punctum & statum, in quo erat, quando defensiones ille petiuit, vel terminum ad interloquendum assignauit, & similia; & tollat grauamen, quo ablato procedat prout ante: quia per amotionem grauaminis, appellatio, quae erat aliqua, fit nulla. iuxta cap. Cum cessante. extra de appel.

Grauamina tollenda.

Grauamina reparabilia quaedam, alia noua.

Attendat autem circumspicius & prouidus Inquisitor, qd quaedam sunt grauamina reparabilia, vt sunt ista, de quibus statim dictum est; & tunc habet locum modus predictus. Quedam autem sunt irreparabilia, vt pote si delatus iam fuerit questionatus realiter, & de facto, & post euadens appellat: vel si libri sunt ab eo recepti pariter & combusti, & similia, quae nequeunt reparari nec renouari: & tunc non habet locum modus predictus; scilicet processum ad statum reducere, in quo fuit grauamen huiusmodi irrogatum.

122

Attendat etiam Inquisitor, qd licet a die responsionis habeat triginta dies ad apostolos exhibendum: iuxta cap. Ab eo. de appella. lib. 6. & possit petenti apostolos assignare vltimam diem iuris, hoc est trigessimam ad apostolos recipiendum; tamen ne videatur, qd vult vexare delatum, & de vexatione indebita reddat se suspectum; & ne videatur confirmare grauamen sibi impositum, propter quod extitit appellatum; melius est, qd assignet infra tempus iuris terminum competentem, vt pote decem dierum vel viginti, & potest postmodum (si expedire viderit) adueniente termino, prorogare, dicendo se fuisse alius negotiis fidei implicatum, vel huiusmodi.

† al. decima

Attendat etiam Inquisitor, qd quando praefiget terminum appellanti, & apostolos petenti, qd non assignet solum ad apostolos dandum, sed ad dandum pariter & recipiendum: quia si assignaret ad dandum, tunc Inquisitor a quo appellatur, haberet eis mittere, assignabit ergo appellanti terminum, hoc est, talem diem, talis anni, vt pote vigesimam mensis Augusti ad dandum ei, & recipiendum ab Inquisitore apostolos tales, quales decreuerit se daturum.

Attendat etiam Inquisitor, quod in assignatione termini, non dicat respondendo, quod dabit apostolos negatiuos, nec quod dabit affirmatiuos, sed (vt possit interim plenius deliberare) dicet, quod exhibebit tales, quales tunc ei decreuerit exhibendos.

Attendat etiam Inquisitor, quod in assignatione huiusmodi termini appellanti, vt tollatur omnis cautela, & prouideatur & astutiae & malitiae appellantis; assignet locum in specie, diem, & horam, vt pote qd assignet vigesimam diem Augusti anni praesentis, & horam vespereorum, & cameram ipsius Inquisitoris, in domo Praedicatorum talis ci-

uitatis, vel loci sitam, tali appellanti ad dandum & recipiendum tales apostolos, quales tunc decreuerit exhibendos.

Attendat etiam astutus & circumspicius Inquisitor, qd si ipse decreuerit in animo suo detinere delatum, crimine requirente, & iustitia exigente; in termini assignatione ponat, quod assignat talem terminum ad dandum & recipiendum per se neraliter apostolos ipsi appellanti, assignetque talem locum ipsi appellanti ad dandum eidem, & recipiendum ab eodem apostolos, de quo fit in potestate Inquisitoris appellatam libere detinere, datis prius tamen statim apostolis negatiuis, alias non.

Attendatque Inquisitor, ne aliquid innouet circa appellatam, ipsum capiendum vel questionandum, seu a carcere liberando, seu alias, ab hora, qua fuit eidem appellatio praesentata, vsque ad horam, qua tradidit apostolos negatiuos.

Quando vero delatus dubitat, quin contra eum feratur sententia, quia constat sibi de culpa sua; frequenter recurrit ad appellationis remedium, vt sic subterfugiat Inquisitoris iudicium; & sic ab Inquisitore appellat, & causas friuolas assignat; vt pote, quod Inquisitor eum captum tenuit, & cautioni idoneae eum tradere noluit, & similia friuola colorata: qua appellatione Inquisitori praesentata, Inquisitor copiam appellationis petat, qua habita statim, vel post duos dies respondeat, in qua responsione diem, & horam, & locum appellanti ad dandum & recipiendum apostolos tales, quales decreuerit, praefigat; infra terminum tamen iuris, vt pote x. xv. xx. vel vigesimum quintum diem, talis mensis, infra quem terminum assignatum Inquisitor copiam appellationis, & grauamina seu causas, propter quas appellat, diligenter discutiat; & cum bono consilio peritorum deliberet, an exhibeat appellanti apostolos negatiuos, hoc est responsiones negatiuas, appellationem non admittendo: vel affirmatiuos, hoc est, responsiones affirmatiuas & reuerentiales, mittendas ad iudicem, ad quem appellatur, appellationi deferendo.

Si enim videat qd cause appellationis sunt falsae vel friuolae, atq. nullae; & qd appellans non vult nisi iudicium subterfugere, seu prorogare, det apostolos negatiuos seu reuocatorios. Si autem videat, qd grauamina sunt vera, & iniuste sibi illata, & non sunt reparabilia; vel dubitat si est ita, vel alias fatigatus propter malitiam appellantis, vult se a tanto onere liberare; exhibeat appellanti apostolos affirmatiuos seu reuerentiales. Adueniente igitur appellanti termino assignato, si Inquisitor nondum formauit apostolos seu responsiones, vel alias non est dispositus, peremptorie potest prorogare simul, vel successiue vsque ad trigessimum diem, qui est vltimus terminus iuris ad exhibendum apostolos assignatos: si autem formauit, & est dispositus, potest statim dare apostolos appellanti.

Si igitur decreuerit dare apostolos negatiuos seu reuocatorios, adueniente termino peremptorio assignato, exhibebit per modum qui sequitur in scriptis.

Appellatio quando fit refulanda, & qd admittenda.

Forma

Forma dandi apostolos negatiuos.

124

ET dictus Inquisitor respondens praefata interiectae appellationi (si dici appellatio mereatur) dicit, qd ipse iuste & secundum canonicas sanctiones, ac consulta ad Inquisitores & privilegia eorundem, processit, & procedere intendit, ac a iuris tramite non discessit, nec discedere intendit; neque ipsum appellatam aggrauauit, nec aggrauare intellexit, nec intendit: quod patet per causas coloratas allegatas singulas discurrendo: Non enim grauaui eum in hoc, qd ipsum cepit, & captum tenuit; quia cum sit sibi delatus de heretica prauitate, & testes multos habeat contra eum, merito ipsum tanquam conuictum de heresi, vel sibi vehementer suspectum captum tenere debuit, atque debet: nec grauaui eum: quia dare ipsum noluit cautioni: nam cum crimen heresis sit crimen de maioribus, & ipse appellans effectus conuictus, & staret in negatiua, nequaquam erat, nec est cautioni etiam maximae dandus: sed est & erat in carceribus detinendus: Et sic discurrat per alias rationes. Quo facto, dicat sic:

† al. minus que

† Hymericus infra q. 90. vbi dixi.

† Cap. cum appellationibus de appella. lib. 6.

† al. vel in modico

† Cap. cum appellationibus de appella. lib. 6.

Quare appareat, qd ipse Inquisitor iuste, & debite processit, & a iuris semitis minime deuiavit, minusque ipsum in aliquo grauaui: sed ipse appellans per causas coloratas, atque fictas nititur subterfugere iudicium, iniuste & indebite appellando: propter quae eius appellatio est friuola atque nulla, vt pote a nullo grauamine interiecta, peccatis in materia, & forma. Et cum appellationibus friuolis, nec iura deferant, nec sit a iudice deferendum: ideo dicit ipse Inquisitor, qd interiectam appellationem non admittit, nec admittere intendit, nec ei defert, nec ei deferre proponit. Et hanc responsionem offert dicto tali, sic indebite appellanti, pro apostolis negatiuis, & mandat inferi statim, & immediate post appellationem praedictam eidem praesentatam: Et sic tradat notario, qui appellationem eidem praesentauit.

Forma alia concedendi appellanti apostolos negatiuos.

ET dictus Inquisitor respondendo antefata interiectae appellationi (si dici appellatio mereatur) dicit qd ipse iuste & iudice contra ipsum appellatam processit, nec ipsum in iudicio aggrauauit; sed ipse appellans timens ne secundum eius demerita feratur contra eum sententia, nititur subterfugere iudicium & iustitiam; fingensq; se indebite aggrauatum, sine causa legitima appellauit: propter quae eius colorata appellatio de iure est friuola atque falsa, vt pote a nullo grauamine interiecta: & cum appellationibus friuolis nec iura deferant, nec sit a iudice deferendum; ideo dicit ipse Inquisitor, qd interiectam appellationem non admittit, nec ei defert, nec deferre intendit. Et hanc responsionem offert pro apostolis negatiuis, mandando eam inferi immediate post interiectam appellationem. Et sic tradat notario, qui appellationem eidem praesentauit.

125

Quibus apostolis negatiuis, sic exhibitis appel-

lanti, statim Inquisitor continuando, ipsum suum officium exequatur, mandando eundem capi, seu detineri, vel ipsum arrestando, vel terminum ad comparandum coram se eidem assignando, vel aliquid simile, propter quod appareat, qd non desinit esse iudex; continuabitq; processum suum contra appellatam; quousque per iudicem, ad quem fuerat appellatum, sit prohibitum ne procedat: Caueat tamen Inquisitor, qd nullam nouitatem faciat erga appellantis personam, nec ipsum capiendum; nec, si captus est, a carcere liberando; nec alias ab hora, qua appellantis fuit appellatio sibi praesentata, quousque eidem appellanti apostolos tradiderit negatiuos: sed extunc (vt praedicitur) poterit si iustitia hoc requirat, quousque sit prohibitus a iudice, si quem fuerat appellatum; & tunc cum processibus clausis & sigillatis, & cum fida & tuta custodia, idonea cautione, si oportuerit, remittet eum ad iudicem antedictum.

† Arrestare, vox vulgaris de qua videtur hic in commentario.

† L. 1. §. 1. ff. nihil nouari appellat. in tempo.

† Cap. 1. §. post hoc. de appella. lib. 6.

126

Si autem Inquisitor exhibere decreuerit appellanti apostolos affirmatiuos, & reuerentiales, adueniente eidem termino peremptorio assignato ad dandum & recipiendum apostolos, exhibebit per modum, qui sequitur, in scriptis.

Forma concedendi appellanti apostolos affirmatiuos.

ET dictus Inquisitor respondens praefata interiectae appellationi (si dici appellatio mereatur) dicit, qd ipse iuste, & prout debuit de iure, in causa praesenti processit, & non alias, nec dictum appellatam aggrauasse intendit; quod patet ad allegatas rationes singulas discurrendo. Non enim ipsum aggrauauit in hoc, quod dicit, & c. Discurrat per causas singulas appellationis meliori modo, & cum veritate, qua poterit respondendo, concludendo sic:

† al. interiectae appellationi.

Quare appareat, qd ipse Inquisitor dictum appellatam nullatenus grauaui, nec causam dedit eidem appellandi: sed ipse appellans metuens ne secundum eius demerita ad iustitiam procedatur, appellauit: propter quod eius appellatio est friuola atq. nulla, quia a nullo grauamine interiecta, nec ei est iure a iudice deferendum. Verum, qd propter reuerentiam sedis Apostolicae, ad quam extitit appellatum, dicit ipse Inquisitor, qd dictam appellationem admittit, eique defert, & deferre intendit, totum praesens negotium ad sanctissimum dominum nostrum Papam, & ad sanctam sedem Apostolicam remittendo, assignando eidem appellanti certum tempus, scilicet tot menses proxime sequentes, infra quos cum processibus clausis & sigillatis, sibi per ipsum Inquisitorem tradendis, & alias data idonea cautione de praesentando se in Romana curia, vel cum fida & tuta custodia, eidem per ipsum Inquisitorem exhibenda, habeat se in Romana curia praesentare domino nostro Papa.

† Cap. 1. de appella. l. 6.

Et hanc responsionem offert ipse Inquisitor eidem appellanti pro apostolis affirmatiuis, & mandat eam inferi immediate post interiectam appellationem eidem praesentatam. Et sic tradat Notario, qui appellationem eidem praesentauit.

ff 4

Forma

Forma alia breuior ad idem.

ET dictus Inquisitor respondens appellationi interiecta dicit, quod ipse iuste & debite contra appellentem processit, nec eum in aliquo grauauit; propter quod eius appellatio videtur esse friuola atque nulla, utpote à nullo grauamine interiecta: verum propter reuerentiam Sedis Apostolicæ, ad quam extitit appellatum, & ut ibi melius de causæ meritis videatur, dictam appellationem admittit, eique defert; totum præsens negotium ad sanctam sedem Apostolicam remittendo totaliter, & ex toto assignando eidem appellanti tale certum tempus, infra quod cum processibus clausis, sibi per Inquisitorem tradendis, & cū sibi data idonea cautione de se presentando, habeat se presentare domino nostro Papæ.

† c. Cum sit Romana. de appell. & c. r. §. post hoc. de appell. lib. 6.

Et hanc responsionem offert pro apostolicis reuerentialibus: mandans eandem inseri statim & immediate post prædictam appellationem eidem presentatâ per notarium appellationis eiusdem.

127

Attendat autem prudens Inquisitor, quod mox, ut apostolos reuerentiales appellanti exhibuit, in causa illa, pro qua ille appellauit, statim ipse definit esse iudex, nec potest amplius de illa cognoscere, nisi causa sibi remissa fuerit per sanctissimū dominum nostrum Papam: quare de causa illa se amplius non intronittat nisi mittendo dictum appellentem per modum prædictum ad D. N. Papam; assignando eidem terminum competetem, utpote vnus mensis, duorum, vel trium, de hęcenus interim possit se ad eundem disponere, & parare: recipiatq; ab eo de comparando & se presentando in Romana curia infra terminum eidem assignatum, idoneâ cautionem: vel si appellans non potest illam præstare, mittatur cum fida custodia & tuta, vel obliget se melius quo poterit, quatenus infra terminū assignatum, in curia Romana se presentabit domino nostro Papæ, vel per ipsum non itabit.

† c. Cum appellacionib. §. si vero iudex. de appell. lib. 6.

Si autem Inquisitor habet causam aliam, ac procedat contra eum in alia causa, in qua delatus non appellat, in ipsa illa causa Inquisitor iudex remanet, prout ante. Et si post admissam appellationem, & datis apostolicis reuerentialibus ipse appellans accusatur, vel denuntiat Inquisitori de aliis hęcensibus, vel criminibus, de quibus non agitur in causa, pro qua appellauit; non definit esse iudex, immo potest procedere ad se informandū, & testes examinandum libere prout prius: & finita prima causa in Rom. curia, vel ad Inquisitorē remissa, potest procedere (ut prius) libere in secūda.

COMMENT. XXXI.

Num. 121.

Quæ superiori adnotatione diximus de Inquisitoris recusatione, eadem ferme de appellatione, quæ sit ab eo, statuenda videntur. ceterum quia res est diuersa, breui oratione quid in hac causa, cum appellatur, sit agendum, ostendemus.

De appellatione in causa hæreticis, & scripturæ.

De hac materia copiose Zanchinus tract. de hæret. cap. 29. & ibi Campegius: Squillacensis tract. de fide catho. cap. 45. Conradus Brunus lib. 4. de hæret. cap. vltimo. Simancas de catho. instit. tit. 6.

idem in enchyridio tit. 65. Ioannes Rojas singularibus fidei, singul. 19. incipien. appellationem tam in civilibus. Bernardus Comensis in lucerna verbo, appellatio. Locatus in opere iudiciali. & Repertorium Inquisitorum verbo, appellare. Iacobus Sprenger in malleo maleficarum 3. par. q. 35. Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 94. Archidiaconus, Ioan. And. Geminianus, Francus, & ceteri communiter in cap. ut inquisitionis. de hæret. lib. 6. & alij varijs locis, quos omitto libenter: nam hi ceteris copiosius rem huc spectantem tractant.

Ac primum quidem, ut & quæ Eymericus tradit melius intelligantur, & quid etiam hodie in hac causa appellationis fieri debeat, percipiatur, remouendum est id dubium, quod auctor obijcere videtur de appellatione admittenda in causa hæresis, cum iura vbiq; clament hæreticis beneficiū appellationis denegari, cap. ut inquisitionis. de hæret. lib. 6. vers. non obstantibus appellationibus. Federicus Imperator in l. commissi nobis. §. 7. in hæc verba: Omne insuper proclamationis, & appellationis beneficiū ab hæreticis, receptatoribus & fautoribus eorundem penitus amouemus. hæc ibi. Et conciliū Constantiense sessio. 15. appellationem per Ioanem Huss interpositam velut iniquam & vanam explosit.

Sed hæc dubitatio facile dirimitur: nam à sententia definitiua nulla hæreticis appellatio conceditur, quoniam appellationis remedium ad præsidium innocentie, non ad defensionem iniquitatis fuit institutū. cap. cum speculi. §. porro. & cap. ad nostram. de appellatione. manifestum est enim, neminem de hæresi definitiue damnari, nisi vel confessus, vel legitime conuictus fuerit. Rursus à definitiuis non appellatur ob fidei fauorem, & odium hæreticorum, ne iudicium proturbatur. Postremo, quoniam sententia, quæ multo præcedenti consilio & matura deliberatione lata est, non debet per iniquas calumniarum voces retrahari.

Ab interlocutorijs tamen sententijs, seu interfectionibus Inquisitorij prouocari reis licet, vbi se grauari indebite senserint. ita præcitati, ac præ ceteris Zanchinus dicto cap. 29. nu. 2. Simancas de catho. instit. tit. 6. nu. 3. Squillacensis de fide catho. cap. 45. & luculenter idem Eymericus 3. par. q. 217. & iuxta hanc distinctionem intelligenda sunt quæ hic commemorat auctor. cuius documenta in hac disputatio, ne diligentissime sunt obseruanda, paucis exceptis, quæ suis locis sumus singulatim obseruaturi. ad quæ autem appelletur in hac causa, dicam paulo post in tit. de forma concedendi appellanti apostolos affirmatiuos. nu. 126. §. verum propter reuerentiam.

Num autem in appellatione huiusmodi, quæ sit ab interlocutorijs Inquisitorum sententijs exprimenda causa sit propter quam appellatur, recte queritur, & scitu dignum est. Et breuiter atque constanter respondetur, quod appellatio ab interlocutoria siue à grauamine, quo reus se grauari dicit, duo præcipue continere debet, primum est grauamen à quo appellatur, cap. cum sit Romana. extra de appel. & tradit apertissime Eymericus hic, ibi: Et appellat ab Inquisitore huiusmodi grauamina allegando, alterum est, causa per quam grauamen impugnat, quæ in appellatione exprimi debet. cap. ut debitus. & cap.

In causa fidei non appellatur à definitiua sententia sed ab interlocutoria.

Quid seruandum cum appellatur.

cap. cum causam. extra de appellat. & docet egregie Bonifacius de Vitalinis in clemen. appellanti. de appellat. num. 24. & seq. Si quis ergo simpliciter diceret, appello à tali interlocutoria: talis appellatio non valeret, quia in ea nulla grauaminis causa exprimeretur: nec esset tunc differentia inter appellationem à definitiua & interlocutoria contra textum in dicto cap. ut debitus. & in cap. ex parte. extra de appel. Similiter si quis appellaret, causam solū in genere, non specificè proponendo dicens, appello à tali interlocutoria, quia est iniusta, huiusmodi appellatio non esset valida: quia talis expressio propter nimiam generalitatem, pro non facta haberetur. arg. l. si in rem. in principio. ff. de rei vendi. & l. prator edixit. in principio ff. de iniur.

Cum præiudicium irreparabile reis inferri potest, caute procedendum & qualiter.

Quamquam autem taliter appellare non sufficiat, at nihilominus satis erit ita causam exprimere, quod ex inspectione tenoris appellationis concludatur euidenter, appellatorem fuisse grauatum, dum tamen verba sit in appellatione contenta. ita Bonifacius in dicta clemen. appellanti. de appel. nu. 27. & seq.

Quædam autem sunt irreparabilia, utpote si delatus iam fuerit questionatus realiter, & cetera. Quotiens grauamina irreparabilia inferri possunt, prudentissime animaduertendum est, ne quid ab Inquisitoribus incaute, ac sine maturo consilio, conuocatis si opus fuerit peritis, geratur. neque ad torturam deueniendū est sine indicijs legitimis. sed de hoc articulo insignis extat instructio Madriliana apud Hispanos anni M D L X I. cap. 50. in qua ita cautus est: Debent Inquisitores plurimum considerare, ut sententia de reo torquendo iuste feratur, & præcedentibus legitimis indicijs: Et cum de hoc dubitauerint (quia ex hoc nascitur præiudicium irreparabile, & quoniam in causa hæreticis habet locum appellatio ab interlocutoria iudicis sententia) concedent reo appellanti appellationem. Sed si talem dubitationem non habeant, immo reputât indicia ex processu resultantia legitima esse; tunc ad executionem torturæ sine mora est procedendum: quoniam appellatio hoc casu friuola reputatur, sed in dubio semper est appellanti defendendum. & vltierius considerare debent Inquisitores neque ad sententiam tormenti, neque ad eius executionem procedendum esse, nisi causa conclusa, & acceptis rei defensionibus. hæc ibi. quæ vbiq; obseruari vellem, quoniam iustissima sunt & æquissima.

Num. 122. Appellatio interposita cur nihil nouandum.

Attendatque Inquisitor ne aliquid innouet circa appellentem, & cetera. Causam eleganter tradit Vlpianus in l. 1. ff. nihil nouari appellat. interpo. his verbis: Appellatione interposita, siue recepta sit, siue non, medio tempore nihil nouari oportet. Si quidem fuerit recepta appellatio: quia recepta est. Si vero non est recepta: ne præiudicium fiat, quoad deliberetur, vtrum recipienda sit appellatio an non sit. Recepta autem appellatione, tandiu nihil erit innouandum, quâdiu de appellatione fuerit pronuntiatum. hæc Vlpianus.

Num. 123. Appellatio ob causas friuolas non admittenda, & quæ sint causæ friuolæ.

Et sic ab Inquisitore appellat, & causas friuolas assignat. Ut appellatio ab interlocutoria Inquisitoris sententia admittatur, causæ iuste offerri debent: nam friuolæ nullo modo sunt admittende.

cap. cum appellationibus. de appellatio. lib. 6.

Quæ autem dicantur friuolæ appellationes, non videtur iure expressum, & propterea arbitrio iudicium relinquitur ut definire. & Inquisitor appellationis causa sit friuola nec ne, nisi peritissimus sit & doctissimus, consilio peritorum statuere debet: hoc enim semper est tutius. cognoscitur autem, friuolas esse appellationis causas, quando nec iustam afferunt rationem, aut iuri consonam, aut non idoneam.

Quod vero de appellatione ob friuolas causas interposita diximus, idem locum habet, cum causæ frustratorie, aut moratorie interponuntur, quæ nullam rationem probabilem secum ferunt. moratorie enim appellationes recipi non debent, cum non tam appellationes quàm iudificationes dici debeant, in eum potissimum finem à reis astutis & cauillosis factæ, ut iudicium inique euitent, & causam producant; nam frustratoria appellatio est, quæ morandi causa interponitur. l. 4. ff. de appellatio. recipien. vel non.

Postremo quia sepe contingit multos in sacro inquisitionis officio inique & fraudulenter appellare, ut processum & iudicium Inquisitoris impediatur, sententiam que morantur, ut optime etiam hic animaduertit Eymericus: propterea his fraudibus vigilanter est occurrendum, quod quibus modis fieri possit, tradit copiose Bernardus Comensis in lucerna verbo, appellatio. num. 6. vbi numerat 30. notabilia in hac causa satis vtilia, quæ breuitatis gratia omitto.

Qua autem ratione sit appellatio formanda, tradit abunde Hostiensis in summa tit. de appellatio. §. qualiter sit appellatio faciendâ. cum multis seq. & Speculator lib. 4. tit. de appellatio.

Exhibeat appellanti apostolos affirmatiuos seu reuerentiales. Post appellationem interpositam, quo ordine sit res gerenda docet hic Eymericus, iuxta legum sanctiones, à quibus in tota hac præxi formanda nusquam discedit: nam de proposita apostolorum materia ita scribit Martianus l. 1. ff. de libellis dimissorijs. Post appellationem interpositam litteræ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quem alium: quas litteras dimissorias siue apostolos appellat. Sensus autem litterarum talis est: appellasse puta Lucium Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est. hæc tenus Martianus.

Dicti autem sunt apostoli ἀπο τοῦ ἀποστόλου, quod mittere significat. l. dimissorie. 106. ff. de verb. signi. & qua ratione formentur, tradit breuiter Accursius in d. l. dimissorie. copiose Speculator lib. 4. tit. de apostolis seu libellis dimissorijs. & Gratianus in c. post appellationem. 2. q. 6. & 73. distim.

Apostolorum vero varia sunt genera: sunt enim aut conuentionales, aut testimoniales, aut dimissorijs, aut refutatorijs, aut reuerentiales seu affirmatiui, ut tradit Speculator præcitato loco nu. 1. & Hostiensis in sum. tit. de appel. §. qualiter. vers. dicuntur autem apostoli. Ad hunc Eymericus locum illustrandum de refutatorijs primum, tum de reuerentialibus, quos affirmatiuos appellat, breuiter dicam.

Ergo apostoli refutatorijs, siue negatiui sunt illi, per quos apparet iudicem à quo appellatur, non deferre

Appellatio nes frustrato riæ & morat oriæ repellē dæ.

Num. 123. Appellatio interposita quo ordine res geratur.

Quid apostoli & quor eorum genera.

Apostoli ne gatiui qui dicuntur.

ferre appellationi, nec eam admittere in quibus cum iudex appellationem refutat, causam refutationis in ferere debet. c. 1. §. in quibus. de appellatione. lib. 6. ibi: In quibus appellationis causam iudex exprimat, & cur appellatio non sit admiffa. hęc ibi. Facit textus in l. penult. ff. de appellatione. recipien. vel non. ibi: Et causam pro qua non receperit appellationem.

Qui sint apostoli affirmatiui seu reuerentiales.

Affirmatiui apostoli per contrarium dicuntur, cũ appellationi deferunt: eosdem reuerentiales non in eodem modo appellabis, quia ob reuerentiam superioris iudicis, cui destinantur, quodammodo concedi videtur cap. eordi. de appellatione. lib. 6. l. eos. §. super his. C. de appellatione. ita ferme Hostiensis & Speculator præcitat locis, ubi Speculator singulorum formas nominatim tradit: sed quas hic præscribit EymERICUS, perfectas esse scio, nunquid autem hęc in hoc crimine nunc locum habeant, paulo post docebo.

NUM. 125. Quid arresta re, & quando in causa heresis loci habeat.

¶ Vel ipsum arrestando. Arrestare vox vulgaris est apud Hispanos. Est autem arrestare, vel domum propriam, vel totam civitatem, vel alium certum, ac præfinitum locum reo assignare, extra quem non potest exire absque expressa iudicis facultate: idque quandoque sub certa pœna statuta, ut, verbi gratia, ne exeat sub pœna mille ducatorum: quandoque vero nulla pœna adiecta, ut cum delicta sunt leuia: de quo videtur cap. ut fama. & cap. nuper. de sententia excomm. & Ioannem Imolam, & Zabarellam in clem. 1. eod. tit. & Campegius apud Zanchinum cap. 8. vers. capiendos, & arrestandos.

Dixi, quandoque nulla pœna est adiecta: quoniam cum aliquis bonæ opinionis & famę apud Inquisitores denuntiatur, si leve sit crimen, non mittitur in carcerem, sed accersitur ab Inquisitoribus, interrogatur ordine iudiciali, & fit sibi verbale mandatum: ne verbi gratia, de civitate exeat, donec aliud fuerit definitum: interim secreto causa tractatur, & debito sine terminatur.

Atque huius quidem arrestationis non est modicus usus etiam in hoc tribunali. verum cum delicta graua, & pœna magna, præsertim corporalis est imponenda, non est locus arresto, sed ad realem capturam venire oportebit, ut alibi plenius dixi.

NUM. 126.

¶ Si autem Inquisitor exhibere decreuerit appellanti apostolos affirmatiuos & reuerentiales, &c.]

Quotiens apostoli negotiui reis dandi sunt, hoc est, cum eorum appellatio non admittitur, quid fieri debeat, optime hæcenus docuit EymERICUS, cui in præcedentibus commentarijs addidimus, quæ lucem ei afferre poterant, quæque spectata horum temporum consuetudine necessaria videbantur: nunc vero quid sit agendum cum appellatio admittitur, accuratè etiam ostendit auctor iuxta communes iuris regulas: & in summa hoc concludit, ubi admiffa est rei appellatio, is reus qui appellauit, transmittendus est ad sedem Apostolicam, cum processu, & idonea custodia ne fugere possit.

Cum reo concedit appellatio, quid agendum.

Hęc tamen obseruatione indigent: neque enim inferiores Inquisitores hodie hoc iure vtuntur, & in Hispania quidem Madriliana instructione anni Domini M D L X I. cap. 5. 1. de hac re ita cautur, Si in aliquo casu videatur Inquisitoribus appellationem esse admittendam, in causis criminalibus

reorum in carceribus detentorum, debent mitti re processus ad Senatam inquisitionis, non factis certioribus ipsis reis, & ita caute ac secreto, vt nullus extra carcerem id intelligat: quoniam si Senatui aliter videatur in aliqua causa particulari id possit præcipere & prouidere. hæc ibi.

In alijs vero prouincijs, ac præsertim in Italia, hac consuetudine vtuntur Inquisitores: ubi admiffa est appellatio, Sacrosanctæ & generalis Romana inquisitionis in tota repub. Christiana Senatam consulunt, breuiter & summarie causa enarrata: quod si Senatus iudicat reos esse Romam transmittendos, id fieri iubet, & Inquisitores cum idonea cautione & custodia reos tunc Romam destinant. neque ab hac consuetudine est vilo pacto recedendum ob pericula, quæ consequi possent, si res aliter gereretur.

¶ Verum propter reuerentiam Sedis Apostolicæ, ad quam extitit appellatum. ¶ Vbi statutum fuerit licere in causis fidei prouocare ab interlocutorijs sententijs, seu interfectionibus Inquisitorum ratione grauaminum, protinus queritur ad quem sit appellandum: & EymERICUS hoc loco vere scribit ad Sedem Apostolicam prouocandum: Sed Zanchinus tract. de heret. cap. 29. & num. 3. & 4. quoniam penitus sequuntur Auctor Repertorijs Inquisitorum, & Umberto Locatus in opere iudiciali verbo, appellare, & nonnulli alij de hoc articulo ita sentiunt: Aut appellatur a processu Inquisitoris, aut a processu Episcopi: si ab Inquisitore prouocetur, ad Papam est appellandum, cum ipse Inquisitor delegauerit: nã regula certa est a delegato ad delegatam prouocandum, l. Imperatores. ff. de appellatione. l. 1. præcipimus. §. huic. C. de appellatione. cap. super questionum. §. porro. extra de offic. delega. neque de hac assertionem est aliqua difficultas.

Quod si ab Episcopis agentibus aduersus hereticos prouocetur, ita distinguunt: si Episcopus procedat aduersus exemptos, quia tunc delegata iurisdictione procedit, similiter ad Papam est prouocandus: quod si ex iurisdictione ordinaria agat aduersus non exemptos, tunc ad proximum superiorem, videlicet ad Metropolitanum appellari poterit in causis fidei, quemadmodum fit in alijs causis, vel etiam omisso medio ad Papam. c. si duobus. de appellatione. c. quotiens. & c. ad Romanam. 2. q. 6.

Hęc postrema assertio, de prouocando in causis fidei ad Metropolitanum, non facile videtur admittenda. quam ob rem putabam quocũque modo agat Episcopus, cum ab eo prouocatur, semper ad Sedem Apostolicam supremam tribunal vniuersalis sanctissimæ inquisitionis Romanæ esse appellandum. cum enim negotia fidei inter maiores Ecclesię causas computentur, consequitur plane ad sedem esse Apostolicam deferenda. cap. maiores. de baptis. & eius esse etiam traditur luculenter Anacletus Papa epistola quadam prima in hæc verba: Diliciliores quaestiones & maiores causas ad sedem Apostolicam referantur: quoniam Apostoli hoc statuerunt iussione Saluatoris, vt maiores & difficiles quaestiones semper ad sedem deferantur Apostolicam, super quam Christus vniuersam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum Principem Apostolorum: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo

In causis fidei ad Sedem Apostolicam appellandi.

An in causa fidei ab ordinaro ad Metropolitanum appellari possit.

Eccelesiam meam. hæc ibi. Huc etiam spectat, quæ doctissime docet Melchior Canus lib. 6. de locis theologicis. cap. 4.

Nec mihi quisquam obieciat, hoc verum esse, quotiens agitur de propositionibus nondum definitis, aut de dubijs circa fidei articulos: secus vero dicendum in casu nostro, in quo agitur de minimis quibusdam rebus, videlicet grauaminibus, et alijs huiusmodi, quæ ad causas fidei non videntur proprie & vere pertinere: nam hoc non facile censeo admittendum, cum simul in his causa fidei tractetur: & qui prouocat in vno, in alio quoque non obscure prouocare videtur. Rursus etiam quoniam cum ad solum Papam pertineat proprie & principaliter de fide respondere, & fidei causas terminare, & per consequens ad eum pertinebit eius accessoria expedire, ita Hostiensis in cap. excommunicamus. 1. §. catholici. extra de de heret. & Ioan. And. in eodem cap. §. volumus. vers. crux tamen prædicari. idē Ioannes And. in cap. ad abolendam. circa finem. de heret.

Atque in hanc sententiam prudentissime inclinavit paucis antea diebus quàm hæc scriberemus Petrus Dufina sanctæ Romanæ, & generalis inquisitionis assessor, vir insigni eruditione, & prudentia singulari, qui cum a me rogatus esset de hac re sententiam dicere, humanissime respondit in hæc verba: Magna subest causa & sanctitas sua moueri possit ad ita appellari, & in causis fidei ad Papam semper appellari debeat, vel ad supremum tribunal vniuersalis Inquisitionis Romanæ, tum propter rei grauitatem, tum etiam propeuitanda multa inconuenientia: & quia etiã ipsi metropolitani in arduis tenentur consulere sedem Apostolicam; quare circuitus inuites essent euitandi, quibus rei fatigantur negotia fidei publicatür, nec ea cura & dignitate tractantur, sicut tractari debent. hæcenus Vir ille.

In Hispania, vt paulo antea dicebamus, ab inferioribus Inquisitoribus ad generalem eorum regnum Inquisitorem seu Inquisitionis presidem prouocatur, qui cum consiliarijs eius Senatüs de appellatione cognoscunt.

In ceteris prouincijs longe distantibus a Romana curia, ne fidei cause protraherentur, & delinquentes, ipsa longa temporis mora & expectatione fatigaretur, suberrimum est constitutere vnum aliquem insignem pietate & eruditione virum, veluti Metropolitanum, vel summum Pontificis Nuntium, aut a laete Legatum, si adesset, instar generalis Inquisitoris Hispanię, ad quem in hac causa prouocaretur, cũ appellatur ab inferioribus Inquisitoribus, vel Episcopis: interim, vt paulo antea diximus, sedes Apostolica consulatur.

NUM. 127.

¶ Attendat autem prudens Inquisitor, quod mox, vt Apostolos reuerentiales appellanti exhibuit, & c. statim ipse definit esse iudex, & c.] Index deferens appellationi, hoc est, appellationem admittens, iudex esse definit in illa causa. cap. cum appellationibus. §. si vero iudex. de appellatione. lib. 6. huic tamen decisioni videtur aduersari textus in cap. ad aures. de appellatione. ubi is qui appellauit, si intra terminum non prosequatur appellationem, non liberatur a iurisdictione iudicis a quo.

Ceterum, huic dubitationi respondeo cum Gemibano

niano in dicto cap. cum appellationibus. §. si vero iudex. in fine. vers. an iudex. quod per appellationem interpositam, & delationem ei factam seu admiffam, non est suspensa iurisdictione iudicis a quo, quãtũ ad illa, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis. & hæc est causa, cur etiam post appellationem, iudex a quo remanet iudex ad terminum assignandũ, & apostolos tradendos, & ad prosequendam appellationem. cap. 1. §. 1. de appellatione. lib. 6. & iurisdictionem tunc abdicat cum apostolos tradit, quod doctissime EymERICUS hic indicat, dũ ait: Quod mox vt iudex apostolos exhibuit appellanti, definit in ea causa esse iudex. hanc EymERICI doctrinam nullis pene mutatis refert Iacobus Sprenger in malleo maleficarum par. 3. q. 5. vers. attendat autem.

¶ Si autem Inquisitor habet causam aliam, & c. Interposita appellatione in ipsa ille causa Inquisitor iudex remanet prout ante. ¶ Hanc EymERICI doctrinam probat textus in cap. ad hæc. el primero. de appellatione. ubi statuitur posse reum conueniri coram iudice a quo appellauit, in alia causa, nisi eum velut suspectum velit recusare. addo tamen, quod si crimen fuerit manifestum, in quo non potest commoda offerri excusatio, aut suspicōnis iusta ratio, ob quam possit iudex recusari: tunc loquens cum non habeat suspecti recusatio. c. proposuit. de appellatione. ex quibus iuribus videtur hoc locum verissimè esse EymERICI doctrinam, & diligenter notanda, cũ possit quandoque occurrere usus eius: nam si quis, verbi gratia, in causa heresis appellauit eo modo, quo hæcenus dictum est, & post appellationem admiffam de alijs heresibus Inquisitori denuntietur, re vera in illis adhuc subiectus remanet Inquisitori, & appellatione non obstante, poterit procedere contra eum.

Et quãquam EymERICUS hoc loco vere asserat, in tali casu: finita prima causa, cum posse procedere libere in secunda, probabilis esse crederem, quod si crimen de quo postea denuntietur, est grauius vel horribilius, quàm prius. cuius punitio si omittetur, populus fortassis, aut multi scandalizarentur: tunc omiffa causa appellationis, possit Inquisitor in alia causa reum iudicare, quãuis prima appellationis causa non esset expedita, per textum singularem in dicto cap. proposuit. de appellatione. in fine ibi: Iudex tamen a quo appellatur (quia illi omnino suspectus est) eum non debet ad respondendum super alijs compellere, nisi pro crimine adeo graui & manifesto, quo ipso acta merito sit damnandus. hæc ibi. Nam tali casu nec suspecti recusatio, nec iurisdictione iudicis ad quem est appellatum, impediunt iurisdictionem iudicis a quo: cum is tunc in graui, & manifesto crimine nihil fere faciat aliud quàm iuris pœnam ei delicto debitam & assignatam declarare. His tamen cessantibus tutius videtur non procedere, & superioris responsum expectare.

Quod Inquisitores non debent moram contrahere in Romana curia.

CONSULO. autem Inquisitoribus quibuscumque: Ego Frater Nicolaus EymERICI Assessor Inquisitor: qui in Romana curia multis a me etiam interpellatis, aliquando diuersos super o. mine hæc.

hæresis, eorum exigentibus demeritis, fatigavi vsq; ad condemnationem; & verâ vice multis annis sui etiam fatigatus, variis tædijs, miserijs, laboribus, & expensis, qui & modos curiæ sum experitus: quod negotia fidei, quæ per appellationes ad Romanam curiam deuoluuntur, non curent Inquisitores personaliter ducere, nec partem facere, nisi confidant de pleno marsupio, & fauore curiæ magno, quod expedientur tempore exiguo: de quibus omnibus non est faciliter & probabiliter confidendum: sed sint diligentes, prouidi & circumspècti ad processum suos bene fundandum, & de his, quæ concernunt eorum officium, & non de alijs inquirendum, testes & delatum diligenter examinandum, delatum in sua causa ad defensionem legitimam admittendum, contra ius & iustitiam eum non vexandum, in toto processu decursu à iuris tramite non discedendum; & tunc superuenientibus appellationibus, causis ad Romanam curiam deuolutis, inquisitores dictos processus clausos & sigillatos, ad Romanam curiam mittant, iudicibus assignatis, qui iustitiam faciant, processum meritis actitatis: nec Inquisitores curent ibi agere contra appellantes, sed dimittant eos prædictis suis iudicibus iudicandos. Qui iudices, si Inquisitores nolunt facere partem contra appellantes, procedent ex officio ad procuratorem appellatum, si voluerint expediri. Vbi autem Inquisitores ad appellantium instantiam citentur personaliter, & compareant; caueant omnino litem non intrare, sed attendant processum exhibere, & totam causam ad illos reducere; & procurent, ut citius poterunt remeare, ne ibi tædijs, miseris, laboribus, & expensis damnabiliter fatigantur: sequuntur namq; damna Ecclesiæ sanctæ multa, quando Inquisitores in Romana curia pp causas huiusmodi longo tempore trahunt moram.

† Id est, ad in dantiam

Quæ damna ex Inquisitorum absentia proueniunt.

129 PRIMVM damnum est: qd interim propter Inquisitoris absentiam in terris eius iurisdictioni subiectis, suboriantur hæreses & errores, qui in eius præsentia validius extirpantur, & tunc pullulant & accrescunt in magnum sanctæ Ecclesiæ detrimentum. Nam licet diocessani sint ibi pro Ecclesiæ suæ oneribus supportandis, multis negotiis tam temporalibus, quàm spiritualibus impliciti, commode nō possunt, quia nolunt alijs negotiis præferre fidei negotia, vt deceret: qua ex causa de Inquisitoribus olim prouidit multum consulte Ecclesia sacrosancta. Commissarij etiã inquisitorum, cum sint subdelegati, nolunt se subijcere tot periculis, laboribus, & expensis, & ærumnis sicut ipsi inquisitores delegati, nec inueniunt tantum fauorem, nec reuerentiam, nec timetur prout inquisitores; quare præsentia inquisitoris est multum necessaria, & eorum absentia Ecclesiæ multum periculosa.

Secundum damnum est: qd hæretici, seu de hæresi diffamati, delati, vel suspecti videntes inquisi-

tores per similes sibi in Romana curia fatigari & detineri, erigent sibi cornua, & contempnent, ac malignabuntur; resistent, & audacius hæreses seminabunt: & vbi agatur contra eos per diocessanos, vel inquisitorum commissarios; consimiliter appellabunt, vt sic negotia fidei inuoluatur, & securius hæreses inferantur.

Tertium damnum est: quia Inquisitores sic in Romana curia fatigati, cum redierint, & inquisitores aliarum partium huiusmodi illorum fatigationes audierint, efficiuntur debiliores ad negotia fidei promouendum, & ad hæreticos extirpandum, metuentes ne per consimiles delatorum de hæresi appellationes, consimiliter tædijs, miserijs, paupertatibus, expensis, & laboribus fatigantur; & sic nō curabunt negotia fidei promoere, nec hæreses extirpare; sed quiescent à laboribus suis, in magnum præiudicium fidei & Ecclesiæ sanctæ Dei.

COMMENT. XXXII.

a CONSULO autem Inquisitoribus quibuscumque, &c. Hæc olim initio constituit delegatæ inquisitionis frequenter fiebant: hodie vero ob incommoda hic ab Eymérico commemorata, res aliter geritur eo modo, quo in superioribus dictum est: nam cum appellatio in causis fidei interponitur & admittitur, iudex à quo generales inquisitores consulit, à quibus quid fieri oporteat, præscribitur, nec necesse est inquisitores inferiores personaliter comparere coram supremis iudicibus, ad quos est appellatum, vt amplius diximus supra in hac 3. par. num. 4. tit. de forma instituenti ab inquisitore in tota prouincia Vicarium generalem.

b Sed sint diligentes, prouidi & circumspècti ad processum suos bene fundandum, &c. Tametsi in causis fidei simpliciter & de plano procedi possit cap. fin. s. 1. de hæret. lib. 6. traditque Eymericus infra q. 54. nihilominus in his, quæ spectant ad substantiam causæ, nisi velint acriter coerceri, à rebus iuris discedere non debent: quod optime admonet auctor hoc loco, qui qua ratione accipi debeat, explicat infra super q. 54. & 55. est autem locus hic valde insignis, & consilium EymERICI diligentissime obseruandum.

c Nam licet diocessani sint ibi, &c. multis negotiis, &c. impliciti, commode non possunt, &c. alijs negotiis præferre fidei negotia, &c. qua ex causa de Inquisitoribus olim prouidit multum consulte Ecclesia sacrosancta. Graues ergo Episcoporum occupationes causam dederunt summis Romanis Pontificibus, vt huic soli fidei negotio certos indices constituerent. cum Eymérico sentit Simancas de catho. institut. tit. 25. num. 4. Episcopi tamen hæc fidei causam in primis tractaturi erant, cum iure diuino eis incumbat lupos rapaces; hoc est, hæreticos, ab omni Domini arcere, grauisimas pænas subituri, nisi ita faciant. de qua re extant antiquissima conciliorum decreta penitus animaduertenda: in concilio Mileuitano cap. 25. in concilio Lateranensi sub Innocentio I I. cap. 3. in concilio Toletano XI. cap. 2. & alibi sæpe, traditque eleganter Albertinus de agnoscen. assertio. q. 11. num. 11. & 12. & Simancas de scabulo.

Num. 128 Prouisi Inquisitores tunc non accedunt ad Romanam Curiam.

Quatenus possint Inquisitores de plano procedere.

Num. 129.

Quare olim Inquisitores fuerint cõstituti.

tho. instit. tit. 25. num. 3. quot autem incommoda orta fuerint in causis fidei, ex eo quod Episcopi alia negotia præulerint negotijs fidei, copiose veterum monumenta, & nostri sæculi hæreses aperitissime testantur.

Inquisitionis delegatæ officium quantum ad expectat.

Quo vero tempore fuerint primum Inquisitores delegati in causa fidei constituti, qualia fuerint eorum incrementa, officia, priuilegia, minora & partes, copiose docuimus in peculiari libro de hoc ipso argumento, qua ob breuitatem hic tradere omittimus; tamen si res sit cognita inuicidissima, nec inutilis.

Officiū delegatæ inquisitionis (vt obiter illud hie dicam) exploratum est in prouincia Prouinciæ suæ in Gallia Narbonensi primum beato Dominico fuisse commissum, ab eoq; circa annos Domini M C C. sumptisse prima exordia, temporibus Innocentij III. Pontificis maximi.

p. Dominic.

Fuit B. DOMINICVS Canonicus Oxoniensis, vir sanctitatis insignis, & Theologia peritia clarus, & verbi Dei prædicator admirabilis, ex illustri & antiqua Guzmanorij familia ortus. is fidei zelo accessus, aduersus instantes tunc Albigensum & aliorum hæreses, fidem Christi imperterritus prædicat, & quia multi conuertebantur, vt saluaret eis imponeret penitentias, absolueretque redeuntes, facultatè à sede Apostolica id faciendi plenam obtinet, in Italia ex partibus Tolosanjs transiit, cū B. FR. AN. CLISCO multam habet familiaritatem. hi duas insignes Religiones in Ecclesia Dei velut duo clarissima sidera constitunt, & officium delegatæ inquisitionis suis Fratribus exercendum relinquunt, quod in Italia adhuc exercent. In Hispania quoque fratres ordinis Dominicani (qui post obitum S. Domini potissimum multum in ea prouincia creuerunt, plurimumque semper, vitæ ac morum honestate profecerunt, & singulari doctrinâ & sanctitate claruerunt) eidem sanctæ Inquisitionis officio contra hæreticam prauitatem & apostasiam Apostolica auctoritate præfati fuerunt. Sed cum temporibus Domini Innocentij Papæ octaui, & Regum catholicorum Ferdinandi & Isabellæ idem officium de nouo esset introductum, seu verius institutum ac renouatum, vt ait Albertinus in repetitione cap. 1. de hæret. lib. 6. q. 12. num. 4. clericis secularibus Decretorum, ac legum peritis committi ceptum fuit, donec paulatim ad eosdem fuit omnino deuolutum, ita vt nunc nulli sint iam amplius in eorum fratribus Dominicanorum partes, quamuis sæpe Inquisitores in iudicandis propositionibus eorum opera vtantur, & consultorij munere apud sanctum officium fungantur.

Hoc igitur officium post aliquot sæcula in Hispania renouatum apparet anno primo Pontificatus Innocentij Papæ VIII. videlicet anno Domini M C C C L X X I I. vt constat ex prima Hispaniensi instructione: quo anno auctoritate Pontificiæ, Catholicis Regibus postulantiibus, celeberrimus virorum in vtroque iure & sacra theologia doctissimo conuentus Hispani habitus fuit, cui præfuit frater Thom. de Torquemada ordinis fratrum Predicatorum Prior monasterij sanctæ Crucis Segobitiensis primus Inquisitor generalis Regnorum Hispaniæ. In eo conuentu stabilitus ordo fuit, quem obseruare oporteret aduersus hæreticam prauitatem, latis con-

Astitisque super eo negotio saluberrimis legibus ac constitutionibus, quibus etiam hodie inquisitores Hispaniæ prudentissimè vtuntur.

In eodem conuentu (vt apparet ex cap. 3. eiusdem primæ Hispaniensi instructionis) cautum fuit, vt Inquisitores in suis diocessibus editum proponerent cum dilacione triginta, vel quadraginta, vel plurium dierum, prout melius eis visum fuisset, intra quam quicumque sponte suos errores, & hæreses coram Inquisitoribus plene confiterentur, & alios hæreticos indicarent, admitterentur ad penitentiam salutarè, & Ecclesiæ reconciliarentur, nec mortem aut vincula, nec bonorum publicationem seu confiscationem pateretur. Atque hæc fuerunt prima initia delegatæ inquisitionis tam in Gallia, quàm in Italia, & Hispania, ex quibus hic EymERICI locus sit illustris.

De absentia & fuga delati.

QVINTVM quod prorogat & dilatat iudicium, sententiam, & processum Inquisitoris est, ipse delati absentia, fuga & elongatio: & hæc quandoque est culpabilis ipsi delato, quandoque non. Quando enim Inquisitori accusatur, seu denuntiatur aliquis, qd est hæresi aliqua irretitus, & ipse non est præsens in loco, vbi est Inquisitor; est tamen in alio loco domiciliatus, infra terminos iurisdictionis Inquisitoris; tunc dicitur absens, sed non fugiens: & tunc recepta primitus aliquali informatione, poterit citari per modum sequentè.

Quis dicitur absens & nō fugiens.

Forma citandi absentem, non tamen fugitiuum, cum est delatus, uel suspectus de heretica prauitate.

FRATER N. ordinis Fratrum Prædicatorum, in terris talis domini Inquisitor hæreticæ prauitatis, dilecto in Christo tali, Salute, & mādatis nostris, immo verius Apostolicis firmiter obedire.

QVIA de persona vestra talia à fide dignis ad nostram notitiam sunt deducta: qua si vera essent, de fide redderet vos suspectum; ideo ex debito iniuncti nobis officij, vos monemus peremptorie per præsentem, quatenus talis die, tali hora, curetis ante nos in tali loco personaliter comparere, modo debito responsurus. Datum, &c.

Item alia forma ad hoc idem.

FRATER N. ordinis Prædicatorum, in terris ditioni domini talis subiectis, Inquisitor hæreticæ prauitatis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus, dilecto nobis in Christo rectori talis ecclesiæ, talis diocesis, Salutem in Domino, & mandatis nostris, immo verius Apostolicis, prompto animo obedire.

CVM talis parochianus vester fuerit delatus nobis de hæretica prauitate, & teneamur ex iniuncto nobis officio, nos de huiusmodi informare; idcirco auctoritate domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, vobis districtè præcipimus & mandamus, quatenus prædictum talem parochianum vestrum,

vestrum, coram testibus fide dignis, vno pro trino, peremptorio citetis edicto, vt de fide respon-

132 Quando vero delatus talis exiuit totam iurisdictionem Inquisitoribus, & iuit ad alias partes, non vt fugitiuus, sed ex alijs certis causis, ignorans se In-

Absens non fugitiuus si venturus spectatur, expectetur.

133 Quando vero contra delatum inquiritur, vel captus pro hæresi detinetur, & ille timens de se, exhibet terga fugæ, in tali casu potest Inquisitor diligenter & secrete, & sine tumultu inquirere, vbi sit, seu declinauerit; & si inueniat, siue sit infra suam iurisdictionem, siue extra, faciat eum capi, & ad se remitti. Nam si est intra, potest require re dominum temporalem, quatenus illum capiat, & infra districtum suum ducat; & potest etiam mandare alteri domino quod faciat similiter, quo usque eum habeat, iuxta c. vt inquisitionis, de hæret. lib. 6.

Contra fugitiuum quo modo procedendum sit.

Si autem reperitur extra iurisdictionem ipsius Inquisitoris, nihilominus potest procedere contra eum, iuxta cap. vt commissi, de hæret. lib. 6. & requirere, vt dictum est, diocesana, vel Inquisitorem illarum partium in subsidium iustitiæ, quatenus talem delatum de hæretica prauitate, vel deprehensum, qui commisit infra suam iurisdictionem, & contra quem processum fecit, capi faciant & remittant: vel si vult, mittat eis processum, vt faciant quod iustitia suadebit: Modus autem requirendi erit tenoris consimilis.

COMMENT. XXXIII.

131 a Via de persona vestra talia à fide dignis ad nostram notitiam sunt deducta, &c.] Dixi supra in hac 3. par. num. 73. cum timeatur de sua delati, nullo modo esse faciendam verbalem citationem, sed ad realem citationem, hoc est, ad capturam esse deveniendum: nunc addo (quia hic locus

In citatione verbali quid observandum

A hoc postulat necessario) in hac citatione verbali nullo modo esse in specie causam, ob quam reus citatur, apponendam: sed generaliter reo precipiendum est, vt se coram Inquisitoribus sistat, quia volunt ab eo quædam scire: & proinde nec loci, nec temporis, nec delicti specificatio requiritur. Ita tradit & vere Conradus Brunus lib. 4. cap. 6. de hæret. quem sequitur Simancas de catho. instit. tit. 44. num. 12. & hoc est rationi valde consonum: nam si causa apponeretur, statim reus citatus inciperet cogitare de fuga, maxime si sibi alicuius criminis conscius esset; ideoque reus & tutius fiet generaliter ei precipere, vt veniat ad Inquisitores: quoniam illis opus est, quedam ab eo percontari. iam hæc citatio verbalis tunc usurpanda est, cum de leuioribus criminibus agitur, vel cum leuiter suspectus est reus: aliàs enim securus est ad realem confugere.

Causam autem & facultatem citandi absentes Inquisitoribus concessam pulchre tradit Innocentius rescripto quodam Inquisitoribus ultramontanis misisso, vt ait auctor innotinatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, in rub. De ijs, quæ pertinent ad executionem officij inquisitionis, nume. 13. in hæc verba: Quia sicut intimantibus vobis accepimus, propter fautorum & credentium hæreticorum insidias non potestis ad aliqua loca se cure accedere, audire confessiones de hæresi suspectorum, vel reis huiusmodi criminis penitentiam iniuncturi: Nos volentes eisdem insidijs obuiare, citandi dictos hæreticos vel suspectos pro hæresi pro audiendis eorum confessionibus, & penitentijs iniungendis ad loca vobis tuta, ea precipue in quibus poteritis habere prelatorum & aliorum proborum consilium, in his præsertim casibus, in quibus deberet ferri sententia contra ipsos hæreticos, de consilio prelatorum, auctoritate vobis presentium concedimus facultatem. hæc ibi.

Fit tamen interdum vt graue sit scelus in fidem commissum, nec tamen liceat delinquentem capere, quoniam vel latitat, vel sui copiam facere non vult: & tunc verbaliter per litteras est citandus, in quibus causa exprimens est, & citatio concipi poterit in hæc ferme vel similia verba:

Ad notitiam nostram peruenit, plerisque fide dignis hominibus id de te narrantibus, scripta quædam in publicum à te edita esse, in quibus quædam catholice fidei contraria dogmata à te asserta contineantur: quibus & plebem Christianam in publicis concionibus, & priuatis congressibus infecisse diceris: Quoniam autem nostri officij est, vulpeculas vineam Domini deuantantes capere: idcirco te tanquam fallorum dogmatum assertorem, & de multorum errorum temeraria doctrina suspectum & infamatum euocamus, & citamus sub tenore presentium, vt infra terminum, N. dierum, quorum N. pro proximo N. pro secundo, & N. pro tertio & peremptorio termino, & monitione canonica tibi præfigimus, & assignamus, vt in auditorio hu-

Cur inquisitores possint absentes citare.

In verbali citatione quando sit causa apponenda.

ius nostri tribunalis compareas, responsurus ad ea, quæ tibi in causa fidei, & de asserta tua doctrina obiciuntur, recepturus & facturus in omnibus iustitiæ complementum: aliàs procedemus contra te, sicut iura disponent, & tua contumacia, & delicta exegerint.

Ita poterunt concipi huiusmodi citationes mutatis mutandis, iuxta delicti & personarum qualitatem, siue fiant à Concilijs, siue ab Episcopis, siue à delegatis Inquisitoribus.

Num. 131 b Litteræ citationis & citationis alij mitti possunt.

¶ Dilecto nobis in Christo rectori talis ecclesie, &c. In prioriforma citandi, ad ipsamet citandum directe sunt litteræ citationis; hic vero ad parochum mittuntur, qui ex parte Inquisitorum cum citet, vt coram ipsis compareat: hanc vero praxim, que contemnenda non est, ex concilio Biterrensi desumpsisse videtur Emericus, in cuius cap. 3. ita scriptum est: Clericis & laicis in loco illo, de quo fiet citatio conuocatis per aliquam personam Ecclesiasticam, cui hoc per vestras patentes litteras committatur, qui in testimonium recepti mandati sigillum suum litteris eisdem appendant, & nihilominus rescribat per suas patentes similiter litteras cum suo sigillo pendenti, qualiter, & coram quibus, & quâdo mâtatum impleuerit sibi factum. hæc tenet ibi.

Num. 132 c

¶ Si venturus non est, sed domicilium mutauit, poterit requirere Inquisitorem vel diocesana, &c. quatenus mittant eum sibi. Quia Emericus in hac praxi de recuperando absente, videtur indicare, aut absentem esse remittendum, aut processum esse destinandum ad eum Inquisitorem, in cuius iurisdictione absens ille moratur: propterea de remissione reorum pauca hic mihi, & breuiter sunt dicenda, cum nusquam commodius hoc tractari possit in hoc opere, sitque res utilis & cognitiua necessaria, vt quid factum sit opus iuxta iuris regulas intelligatur.

De remittendis reis qui suspensio.

De hoc articulo copiose differit Couarruuias in practica questionibus cap. 11. num. 5. & seq. Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 24. Iulius Clarus in practica crim. §. fi. q. 18. vers. est auzem. Ioannes Roias in singularibus fidei, sing. 174. incipien. Remittendus est reus. Zanchinus tract. de hæret. cap. 8. Condissaluus tract. de hæret. q. 8. num. 10. Simancas de catho. instit. tit. 2. nu. 14. & seq. Antonius Columbanus in tract. procedendi in cotrouersijs criminalibus, art. 141. & seq. Ioannes And. Fræchus, & ceteri communiter in c. vt commissi, de hæret. lib. 6. Bartolus & communiter Doctores in auzem. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. Guido Pape decis. 202. incipien. In remissione malefactoris, & alij multis locis: ex quibus fuse hanc questionem tractantibus nos summam proposito nostro deseruientem accipiemus.

An reus sit remittendus

Ac primum cõmunis opinio est, vt testatur Ioannes Roias loco præcitato, remittendum esse reum ad iudicem loci in quo deliquit, quam probat textus in auzem. vt nulli iudicium. §. si vero quis comprehensorum, & in l. capitalium. §. famosus. ff. de pœn. & alibi sæpe. nec desunt rationes, quibus nitatur communis hæc sententia. Prima, quia punitio delinquentis in loco delicti alijs transit in exemplum, vt in præci-

tato §. famosus. Rursus, quoniam facilius probatur in loco vbi est commissum, quam alibi. auzem. vt omnes obediant iudici. §. hoc considerandum. Postremo, quia iudex loci in quo delictum est perpetratum super reum, ratione delicti acquisiuit iurisdictionem, quam vt puniendo possit exercere, remittendus est sibi reus.

Veruntamen in crimine hæresis remissionem non habere locum, sed posse hæreticum puniri quocunque in loco repertus fuerit, videntur velle Paulus de Leazaris, et Zabarella in clemen. pastoralis. §. Denique. de re iud. Guido Pape in dicta decisione 202. num. 2. Cassanens super consuetud. Ducatus Burgundie, Rubrica 12. Des adueuz. num. 17. Condissaluus tract. de hæret. quæst. 8. & alij, vt refert Couarruuias in practica questionibus, cap. 11. num. 12. Et horum potissima ratio est, quoniam hæreticus vbiq; offendit diuinam maiestatem, & omnem creaturam lædit, cum etiam elementis faciat iniuriam. l. Ariani. & l. Manichæos. C. de hæret. & quia, vt dicit Ioannes Andreas in dicto cap. vt commissi, de hæret. lib. 6. vbi cunq; est male credens, ibi peccat, ideoque ibidem puniri poterit, nec propterea remittendus videtur.

Et quamquam hæc ita se habeant, nihilominus in hac causa sequentia putarem esse obseruanda. Si inquisitor loci, in quo commissum est delictum, petat si bi remitti reum absentem, id fieri debet, aliàs non est necesse. ita videntur sensisse Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, q. 5. quem paulo post referam. Couarruuias in practica quæst. cap. 11. nu. 12. & Ioannes Roias in dicto singulari. 174.

Rursus, si hæreticus vbiq; (verbi gratia, Bononie à qua recessit, & Ferrarie in qua nunc habitat) vel publice vel occulte peccat, & remissio petatur, fieri etiam debet: quâquam si publice vrbique peccauit, melius esse putarem adiungere penitentiam irrevocabilem, quam faceret in eis locis, in quibus deliquit, vt in eisdem satis faceret. quod sensit Guido Fulcodius præcitato loco, vt mox ostendam.

Tandem multo magis fieri debet remissio si petatur, cum hæreticus per actum exteriorem est professus hæresim Bononie, Ferrarie vero occultat hæresim, & solo prauo animo retinet: nam hoc casu præcipua locum habent rationes allatæ paulo antea pro communi opinione: nec video quid huic remissioni, si petatur, obstare possit: & pro hac sententia facit quod docet Cynus de hac questione differens in l. cum eos populos. in fine, C. de sum. crim. dicens ex sententia Petri, remittendum esse hæreticum ad locum vbi hæresim exercuit, & vbi magis sunt nota delicta sua, quia ad locum maioris delicti quis remittendus est. l. si cui. §. cum sacrilegium. ff. de accusat.

His ita constitutis, nonnulla sunt amplius obseruanda, vt remissio iure fieri possit: ac primum vt remissio fiat, constare debet de crimine commisso: hoc est, iudex requisitus non debet reum peti in causa criminali remittere sine causa cognitione: debet enim coram iudice remittente aliquatenus constare de delicto. Cardinalis in clemen. pastoralis. §. denique. de senten. & re iudicata Oldradus consil. 124. incipien. Quod remissio, & Fernandus Vasquius lib. 1. de successio. creatione. §. 6. num. 16. vers. denique. circa finem.

In causa hæresis an remittendus reus.

Quid exigatur in remissione facienda.

Secundo

Secundo exigitur, vt constet crimen esse commissum in territorio iudicis requirentis. l. 1. c. vbi de crimine agi oportet. id autem constabit ex processu vel summaria illa informatione, quam iudex requirens mittit ad iudicem requisitum, & in hoc casu ad Inquisitorē vel Episcopum alterius diocesis.

Tertio, quod non commisserit idem vel aliud crimē in territorio iudicis, penes quem detinetur. nam ante quam remittatur, debet ibi de tali crimine puniri. l. si cui. §. fin. et l. si. de accusatio. quod videtur probare non obscure concilium Narbonense c. 20. cuius verba retuli infra in hac 3. par. super q. 42. quod tunc in primis obseruandū esset in hoc crimine, cum reus in territorio iudicis requisiti publice hēgessim professus, de liquisset: tunc enim non prius consulerē remittendū, quam si debitas ibi penas lueret.

Quarto opus est, ut iudex debite requiratur, aliter non debet remittere. authent. vt nulli. iudicum. §. si vero quis comprehēditur. debite autem requiritur, cum iuste requiritur, & a legitimo iudice requiritur, his obseruatis documentis, quę nunc singillatim tradimus.

Quinto, quod delictum sit graue, quoniam pro delicto minimo non debet fieri remissio. Gemianus in c. cum sit Romana. §. contrabentes. nu. 17. vers. ad secundam dicit. de foro compet. lib. 6. et probat textus in dicto authent. vt nulli iud. §. si vero quis comprehēditur. vt notat glossa in c. fin. verbo, ratione delicti. extra de foro compet. crimē autem hēresis semper est graue, quamquā pro leui hēresis suspitione remissio non sit necessaria.

Sexto, quod remissio petatur inter subditos eidem imperio. Baldus in l. 2. c. de seruis fugitiuis in hac vero causa quibus Inquisitor, a quouis Inquisitore cui iussu que prouincie remissionem petere poterit: quia quoad hanc causam omnes sunt Romani Pontificis delegati, & crimen est mere ecclesiasticū, ratione cuius nulli domino temporali subsunt Inquisitores, sed soli Romano Pontifici, aut generalibus Inquisitoribus debet obtemperare: qua ratione sub eiusdem imperio esse merito dici possunt, itaque si delinquentium culpe ita exegerint, & commodum videatur, ac opportunum, ab Italia in Hispania, et vice versa, rei huius criminis remitti debet: quod et in alijs prouincijs ob publicam vtilitatem, et criminis grauitatem penitus esset obseruandum, nullis priuilegijs, aut immunitatibus quidquam inuuantibus, quę ratione hēresis amittuntur. l. 1. c. de hēret.

Septimo, in alijs delictis exigitur, vt remissio petatur fieri a minori tribunali ad maius, vel saltem ad æquale; quoniam non sit de maiori tribunali ad minus. Oldradus in dicto consil. 124. sed in crimine hēresis ob rationes hactenus memoratas hec contentio locum non habet. quamuis enim iudices maiores non cogantur remittere reos Inquisitoribus alijs potentibus: at iustissimum erit et æquissimum, cōcedere illis petita remissionem, vt in quo loco reus deliquit, penas luat.

Postremo, remissio fieri debet de condemnando, non de iam puniōe & condemnatio. Baldus in l. executorum. c. de executio. rei iud. Cassaneus ad consuetudines ducatus Burgundię, rub. 12. nu. 19. Ceterum in hoc crimine cum penitentia iterabilis imponi pos-

A sit, quę in diuersis locis agatur, vt tradit Zanobinus tract. de hēret. c. 8. nu. 7. & Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores. q. 5. etiā in condemnatio in vno loco, remissio poterit habere locum. si quis enim & Bononia & Ferraria deliquit, & Bononia & Ferraria panitere poterit. atque hęc sunt diligenter in hac causa obseruanda. cuius autem expensis fieri debeat hęc remissio, paulo post docebo vers. nos enim offerimus.

d ¶ Et si inueniat, siue sit infra suam iurisdictionem, siue extra, faciat eum capi, & ad se remitti.] Hoc est prudenter & diligenter obseruandum contra Regulos & quoslibet dominos terrarum, qui vt nescio quas suas immunitates tueantur, non verentur Inquisitorum ministris se opponere, quotiens illi reos huius criminis inuestigant, non permittentes quemquam extrahi ē suo territorio: intelligant ergo hoc omnino licere inquisitoribus, vt hic admonet Eymericus, quod saluberrime iam olim sancit concilium Tolosanum c. 8. (a quo hęc videtur auctor accepisse) in hac verba: Statuimus etiam, vt quilibet in terra alterius possit inquirere & capere hēreticos, & balliui locorum teneantur eis prestare auxilium & fauorem: ita quod balliui Regis in terra Comitum Tolosani, & aliorum hoc facere possit, & Comes Tolosanus & alij in terra Regis. hactenus ibi. In Hispania quoque Hispanensi prima instructio anni MCCCLXXXIII. cap. 21. idē cauetur adiecta pena contra dominos temporales, qui non obediuerint Inquisitoribus. Eius instructionis verba a nobis latine reddita ita habēt: Itē quia scire

C nissimi reges percipiūt, & ratio ita postulat, vt equa liter fiat inquisitio super delicto hēresis in terris nobilium, sicut in suis: Inquisitores tā presentes, quā futuri debent in suis diocesis ordinare, vt eant libere ad faciendam inquisitionem in dictis terris. Quod si mandatis Inquisitorum nobiles non paruerint, procedant contra rebelles & contumaces ad imponendas omnes censuras & penas a iure statutas. hęc ibi. de quo est textus in c. vt inquisitionis. de hēret. lib. 6. Tradit etiam Gondissalvus tract. de hēret. q. 11. nu. 7. & hęc sententia de extrahendis reis e territorio cuiuslibet domini temporalis, procedit fauore fidei, etiam si reus extrahendus sit subditus domini.

e ¶ Si autem reperiat extra iurisdictionem ipsius Inquisitoris, nihilominus potest procedere contra eum. Causam tradit eleganter Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 5. in hac verba: Quam autem in eos habeant potestatem, qui cum scirent eos procedere domicilium mutauerunt, quari non oportet: nam si citati erant, non mutant forum, quia proueniunt sunt. ff. de iurisdictione. om. iud. cum quædam puella. extra de foro competenti, proposuisti. quod si citati non erant, & ibi iam deliquerant, ibi possunt conueniri ratione delicti, & remittendi sunt. C. vbi de crimi. agi oportet. authent. qua in prouincia & in authent. vt nulli iudicum. §. si vero. & 3. q. 6. cap. 1. & si deliquerūt in pluribus locis, vtrubiq; puniri possunt in bonis: sed & in corpore, si penitentia sit eis indicēda, quę sit iterabilis: puta peregrinationes,

Num. 135. Fauore fidei in cuiusmodi que territorio possit rei capi.

Cur Inquisitores procedant contra mulieres domicilium.

Ibidem:

Cū reus non remittitur, quid faciendum.

nes, vel elemosynas: sed in carcere secus, sicut patet lippis & tonsoribus. hactenus ille. Quod refert & sequitur auctor inominatus tractatu de forma procedendi cōtra inquisitos de hēresis, in rubrica, de ijs que pertinet ad executionē officij, nu. 14.

f ¶ Vel si vult, mittat eis processum, vt faciant quod iustitia suadebit.] Videtur hic Eymericus arbitrio Inquisitorum relinquere, an velint remitti sibi reum, aut potius eum puniri in loco, in quo reperitur: quod cum decreuerint, mittent causam instruatam ad iudicem, in cuius territorio reus versatur. Ceterum que paulo antea docuimus, existimo obseruanda. quotiens autem videbitur opportunius, non esse remittendum reum, sed puniendum vbi moratur: tunc quidquid vnus Inquisitor de eo scierit, ad alium mittere debet, vt sancit concilium Narbonense c. 21: quod retuli infra super q. 42. vbi videto: & multa sunt, quę quandoque remissionem iuste impediūt, ut si timeatur quod reus sit in itinere a suis amicis seu fautoribus interceptendus & eripiendus a manibus ministrorum, seu custodum: interdum longum iter & impense immodicę, & similia, quę prudenter sunt obseruanda: hęc enim sadent plerumque melius esse puniri reum in loco vbi moratur, quā remitti ad locum delicti.

Forma requirendi diuisionem, vel coniunctionem diocesanam, vel Inquisitorem, ad quorum iurisdictionem fugiendo, vel non fugiendo delatus de hēresis se transtulit, quatenus eum remittant Inquisitori, a quo fugit: vel in cuius iurisdictione deliquit.

34 **R** Euerendo in Christo patri, & domino Episcopo talis ciuitatis, ac venerabili & religioso viro fratri N. in dominio talis domini Inquisitori hēreticę prauitatis, frater N. in dominio talis domini, Inquisitor hēreticę prauitatis, a sancta sede Apostolica specialiter delegatus, Salutē, & impugnantis catholicam veritatem reducere ad fidei vnitatem.

¶ L. ita vulnēratus. ff. ad leg. Aquil. l. licitatio. §. quod illicito. ff. de pūb. lib.

CVM delicta remanere non debeant impunita: præsertim maiora, & inter ea, illa, quę vergunt in directam offensam diuina maiestatis, & iacturam Ecclesię dignitatis, detrimentumque totius Christianitatis, qualia sunt crimina hēreticę prauitatis, & talis de tali loco fuerit nobis delatus de hēreticę prauitate, processimus cōtra eum ad testium examinationem, & ad personę etiam captionem iustitia requirentis: ipse vero mala malis accumulans, & delicta delictis coadunans, infanso ductus consilio se absentauit, vel carcerem nostrū fregit atque aufugit, medicinā sibi apponi metuens salutarem, ac eius vulnera vino & oleo confoueri: verū cū (prouit ad nostrā notitiā est deductus) dictus profugus ad talem locū vestrę iurisdictioni subiectū se transtulerit ad habitandū, credēs inibi latitare: Nosq; visceraliter cupiamus eundem reducere ad carcerem antedictū, vt clarius videamus, an sit realiter & de facto infectus præfata

A hēreticę prauitate, de qua agitur cōtra eū, & an ambulet in tenebris, vel in luce: Vos Reuer. dominū Episcopum, & vos Venerabilem Inquisitorem, in antea nominatos attente rogamus, ac in subsidium iustitię requiremus in Domino, & exhortamur, quatenus prædictum profugū capi omnimode faciatis, & captum nobis ad talem ciuitatem, vel locum cū fida & tuta custodia remittatis. Nos enim offerimus nos promptos & paratos, ad faciendum plenarie pro expensis. Datū in tali loco, tali die, talis mensis, anno tali.

Alia forma ad idem.

R Euerendo in Christo patri ac domino diuina prouidentia Episcopo talis ciuitatis: vel Venerabili ac religioso Fratri N. in partibus talibus Inquisitori hēreticę prauitatis: Salutem, & si dem catholicam feruenti spiritu defendere.

CVM longe sit grauius & æternam quā temporalem lædere maiestatem, & reis læsę maiestatis profugis locus non pateat, in quo valeant libere se tueri, sed vbicunq; inueniantur, sint capienti, ac etiam remittendi, ne tantum facinus perpetrasset conuiuentibus oculis, ac crescentibus periculis impunitum secundum legitimas sanctiones: Quanto minus hēreticę labe resperis profugis, reis inquam sacra diuine imperatorię maiestatis, aduersariis irrefragabilis catholicę veritatis, ac seminariis pestis proditorię falsitatis, & peruersoribus ecclesiasticę potestatis debet parere locus alicubi se tuendi? nequaquam: sed sunt ad potestatem ecclesiasticam reducendi, vt secundum modum culparum consequatur modus vtique & plagarum. Sane cum talis de tali loco foret antefata hēreticę labe resperis, ac in eadem peste iudicialiter deprehensus, & ea causa in nostris carceribus detentus, vt de eo fieret quod ius & iustitia suaderent, ipse humani generis inimici infanso consilio ductus pariter & seductus, abhorrens salubrem sibi penam infligi temporalem, vt euaderet æternam, & expauescens medicinarum fomenta eius cruentatis vulneribus salubriter, ac misericorditer exhiberi: nos Inquisitorem eius, & consilium salutare, medicū animarum, more infirmi frenetici & infanso fugit pauiter & aufugit: Nosque in præsentiarum, & merito amplius quā prius cupientes totis nostris præcordijs eius magis ac magis vulneribus, delictis & inobedientijs cruentatis medicinarum fomentum imponere salutare, vt non in corpore & anima damnabiliter moriatur, sed viuat in Domino, & ad vnitatem fidei catholicę vtiliter conuertatur: Ea propter vos Reuer. dominum Episcopum antedictum, vel vos Venerabilem dominum Inquisitorem antefatum in subsidium iustitię requiremus in Domino exhortantes, quatenus dictum profugum in tali loco vestrę iurisdictioni subiecto (vt scimus certitudinaliter) commorantem, captum cum fida & tuta custodia ad nos in tali loco, eo breuius quod poteritis, remittatis; notificantes vobis nostrarum tenore præsentium litterarum, quod ad fa-

† c. Vergetis. de hēret.

Prouer. c. 25.

G g tisfactio.

tisfactionem plenarie pro expensis, prompti exstimus & parati: Rescribentes nobis quaecunque fuerint vobis grata. Datum, & cerera.

COMMENT. XXXIII.

Reus qui petitur remittendus, qualiter sit requirendus.

Extant in vestito illo codice bibliotheca Vaticana eiusmodi formula multa, quibus omnis praxis in hoc negotio commodissime absoluitur. Verum hęc aperto iure nituntur; nam in auctoritate nulli iudicium. Si vero quis. quomodo sit reus requirendus, & qualiter sit rescribendum, & totus denique ordo in hoc negotio obseruandus prescribitur in hac verba: Si vero quis comprehensorum criminum latuerit, aut reliquerit prouinciam illam, in qua crimina deliquit; iubemus legitimis edictis a iudice euocari eum: & si non obediat, illa in eum procedere, que nostris legibus definita sunt. Si vero cognoscatur, quod in alia prouincia degit; iubemus prouincie illius iudicem, in qua peccati quid huiusmodi contigerit, epistola publica vti, ad prouinciam illius iudicem in qua delinquens persona degit. illum vero qui publicas susceperit litteras, & periculo suo, & officij sui comprehendere huiusmodi, & ad iudicem prouincie transmittere, in qua peccauit, supplicij legitimis subiiciendum. Si vero qui publicam epistolam susceperit, neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut imperata neglexerit: tunc & ipsum iudicem tres auri libras, & officium eius alias tres pro pena in ferre iubemus. Si vero iudex; aut aliquis officij eius propter lucrum, huiusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, & hoc agens conuincatur, spoliatus cingulo exilio tradatur. hactenus ibi. Quę ideo retulisse placuit, vt intelligatur quales sint iudicium in hoc casu partes, & pęne. ad le. Olyradum consil. 12.4. incipien. Quod remissio. & Cassinenum super consuetudines ducat. Burgundia Rubrica 12.

Num. 134. Rei quorum expensis remittendi.

Nos enim offerimus nos promptos & paratos ad satisfaciendum plenarie pro expensis. Baldus in vsibus feudo. tit. de pace tenenda. S. si iudex ita de hac re sentiebat: si quis priuatus pro suo interesse petat fieri remissionem, tunc impensis eius fieri debet. l. cu. sepe. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. quod si iudex ex officio hoc petat, tunc impensis publicis eius terra, ad qua sit remissio, fieri oportet. argumēto l. mulier in opus. ff. de captiuis & postli. reuerfis. Gondissaluis tamen tract. de heret. q. 1. n. 8. in crimine heresis, remissionem esse faciendam putat impensis officij, si illius redditus sufficiant: & hanc sententiam videtur hoc loco amplecti Eymericus.

Ego ita putarem dicendum in hac causa, si crimen valde offensiuum rempub. per actum exteriorem, quia tunc magni refert puniri reum in loco delicti, vt eius pena ceteris transeat in exemplum, iustissimum esset reductionem fieri impensis loci: quod si obtineri non possit, fiat impensis sacri officij, quas postea soluat reus, si bona habeat: aquum est enim hac onera subire delinquentem.

Atque hęc sententia placet Mattheo de Afflictis super feud. tit. de pace tenenda. S. si iudex. nu. 4. dicenti remittendum esse reum de suis bonis, ac suis

expensis. argu. l. queadmodum. S. magistratus. ff. ad l. Aquiliam. S. si nostra. audent. vt cum. de appel. cognos. S. si vero contigerit. audent. de incestis nupt. & eorum que notantur per glos. vltimam, & doctores in cap. ne religiosi. extra de regularib. quibus locis probatur reos de suis bonis esse alendos: Eadem ergo ratione quotiens auctoritate legis vel superioris de vno loco ad alium transmittuntur, impensis proprijs (si bona habeant) remittendi sunt. & huic sententia omnino consentit instructio Madriliiana anni Domini M D L X I. c. 9. incipien. El Alguazil.

PRACTICA CITANDI iuxta formam cap. Cum contumacia.

SI AUTEM Inquisitor inuenire non poterit, ubi ille fugitiuus est, seu quod iur. licet aliquanto tempore fuerit expectatus, & diligentius perquisitus, citet eum personaliter in Ecclesia cathedrali illius diocesis, cuius est, & etiam in Ecclesia parochiali illius villę, vel ciuitatis, in qua commorabatur, ac etiam in domo propria, vel ubi communiter degubat, quatenus iuxta c. Cum contumacia. de here. lib. 6. infra certum terminum coram Inquisitore personaliter appareat, de fide & articulis fidei responsurus; alijs nunc pro tunc excommunicet eum, nisi infra assignatum eisdem terminum personaliter comparuerit, vt mandatur: & hoc per suas litteras tenoris sequentis.

Forma citandi aliquem fugitiuum, quatenus infra certum terminum compareat coram Inquisitore, de fide catholica responsurus: & excommunicandi eum nisi compareat infra terminum assignatum.

Nos Frater N. ordinis Fratrum Prædicatorum in terris tali domino subiectis, Inquisitor hereticę prauitatis a Sancta Sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTE S. quod fuga delatorum de heretica prauitate, ac detentorum in carceribus pro eadē, suspicionem de labe præfata adijcit ampliorē, vt tales fugitiui suspecti de fide habeantur, & merito fortius quàm ante. Et cū talis, de tali loco, talis diocesis fuerit nobis delatus de heretica prauitate: Exprimantur hereses & errores: processimus ad testes examinandum, & ad nos de iuiusmodi informandū; tandē iustitia requirente, ipsum in carcere ad custodiā iussimus detineri, vt merito videremus an ambularet in tenebris vel in luce, & an ea peruerfa, quæ de eo nobis suggesta fuerūt, veritatis certitudine fulcirentur: sed ipse maligno spiritu damnabiliter agitatus ac in reprobum sensum datus, infano consilio acquiescens, & medicinā sibi imponi metuens salutarem, carcerē fregit pariter & aufugit. Et cum propter eius fugam, ipsum magis suspectum de fide nunc quàm prius merito habeamus; ea propter auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac

Al plus.

Al viribus.

hac parte, eidem tali absenti vt præfenti, in virtute sanctę obedientię præcipimus & mandamus, & mandando requirimus & monemus, & monēdo citamus; quatenus infra tres hebdomadas proximę sequentes: vel ponatur aliud certum tempus Quarum primam pro primo termino, secundā pro secundo, & tertiam pro tertio termino & peremptorio, & trina monitione canonica eidem assignamus; quatenus compareat in tali loco personaliter coram nobis, de fide catholica & eius articulis responsurus, & alijs facturus vt fuerit rationis: significantes eidem, quod si mandatis nostris, immo verius Apostolicis non paruierit cum effectu, infra præfatum terminum ei assignatum, comparendo in loco antedicto personaliter coram nobis, quod erit maioris excommunicationis vinculo innodatus: Quam excommunicationis sententiam, nos Inquisitor præfatus auctoritate qua supra, in eum vt in contumacem & inobedientem nobis, immo re vera domino nostro Papę, nunc vt ex tunc, & tunc vt ex nunc, præfata trina monitione canonica præeunte, iustitia suadente, & eius inobedientia & contumacia exigente, ferimus in his scriptis. Datum, &c.

Alia forma ad idem.

FRATER N. ordinis Fratrum Prædicatorum in terris talis domini, Inquisitor hereticę prauitatis a Sancta Sede Apostolica specialiter delegatus, Venerabili & dilecto nobis in Christo rectori talis Ecclesię, Salutem, & mādatis nostris, immo verius Apostolicis firmiter obedire.

AD vestri noticiā deducimus tenore nostrarum præfentium litterarum (quod dolendo referimus, & referendo dolemus) quod talis, de tali loco, talis diocesis, delatus nobis de heretica prauitate, recepta informatione & iustitia suadente extitit per nos captus, vt videremus an ambularet in tenebris vel in luce: ipse vero nos metuens, absq; causa, cum nostri sancti officij sit nulli obesse, sed potius prodesse: quia reducere oberrantes ad ouile Dominicum, ne lupinis hereticorum moribus deurentur, imprudenti consilio inductus pariter & seductus, illius, qui primum hominem decepit, ne paradisi terrestri delitijs frueretur, carcerem fregit pariter & aufugit, & quod iuerit, ignoramus: Nosque cupientes eundem totis nostris visceribus reducere, ne oberret, & versutum hereticorum laqueis inuoluatur, vel si iam inuolutus extiterit, enodetur: Ea propter auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis in virtute sanctę obedientię præcipimus & mādamus, & mandando requirimus & monemus, vno pro trino edicto, alijs excommunicationis sententiam vt contra inobedientem, in vos ferimus in his scriptis, quatenus die Dominica proximę venientī, in vestra Ecclesia, quando Misarum solemnia celebrantur, & maior inibi erit cleri & populi multitudo, auctoritate nostra, immo verius Apostolica, eidem tali fugitiuo in virtute sanctę obedientię præcipiatis & mandatis, & mandando requiratis, moneatis, & cite-

tis, alta & intelligibili voce: immo nos eidem tali præcipimus & mandamus, & mandando requirimus, monemus, & citamus, quatenus infra triginta dierum spatium proximę subsequentiū, in tali ciuitate & monasterio eiusdem, Fratrum Prædicatorum, compareat personaliter coram nobis, de fide catholica, & alijs de articulis fidei responsurus: quorum primos decem pro primo termino, & alios decem prædictis decem immediatos pro secundo, & vltimos decem pro tertio & vltimo & peremptorio termino assignetis: & nos etiam assignamus; notificantes publice, vbi prius, fugitiuo tali prænominato, quod nisi coram nobis personaliter comparauerit cum effectu, infra terminum dictum eidem assignatum, & in loco in antea memorato, sciat se fore excommunicationis vinculo innodatum: quam excommunicationis sententiam nos in eum tamquam in inobedientem, rebellem, & contumacem nobis, immo verius domino nostro Papę, & Ecclesię sanctę Dei nunc ut ex tunc, & tunc vt ex nunc iustitia suadente, & eius inobedientia requirente, ferimus in his scriptis: significantes eidem quod si contumaciter se permiserit excommunicationis vinculo innodari, procedemus contra eum ad vltiora, prout ius & iustitia suadebunt: reddatis litteras portatori in signum nostri mandati completi, vestris subscriptionibus positīs in eisdem. Datum, & cetera.

COMMENT. XXXV.

SI AUTEM Inquisitor inuenire non poterit ubi ille fugitiuus est, &c. citet eum personaliter in Ecclesia cathedrali illius diocesis, &c. Hunc ipsum ordinem citandi fugitiuos, quem hic docet Eymericus, præscripsit iam olim conciliū Biterrense c. 14. in hęc verba: Eos qui se contumaciter absentant, faciat citari solenniter in parochiali, seu cathedrali Ecclesia eorumdem, & in locis, in quibus domitium vel in luce, & habere solebant: & ita contra eos legitimis edictis propositis, præcedenti expectatione matura, diligenti etiā discussione habita super actis: ac prælatorū, de quibus expedire videritis, consilio sigillato, ad taliū condēnationē, eorum absentia, Dei & Euangeliorū supplente presentia, pro culparum exigentia procedatis. hactenus ibi. Idem vult Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 6. & auctor in nomenclato in tract. de forma procedendi contra inquisitos de heresi, rubrica. De his, que pertinent ad executionē officij inquisitionis. n. 15. & plenius eodē tractatu in rubrica, De hereticis contumacibus, cetera que de ordine procedendi contra absentes tradit hic Eymericus, valde sunt notanda, quibus nos more nostro in sequentibus magis necessaria tantum adiungemus.

Forma citandi aliquem fugitiuum, &c. Diximus paulo antea cum Eymericus, eos qui non inueniuntur, aut fugiunt citandos esse in causis fidei, vt compareant responsuri de fide; nunc ea res, quomodo sit reuocanda ad praxim diligenter ostendit.

Attendentes quod fuga delatorum de heretica prauitate, ac detentorum in carceribus pro eadem,

Num. 135. Forma & ordo citandi fugitiuos.

Num. 135

eadem, suspitionem de labe prefara adijcit amplio rem, &c.] Insignis est hic EymERICI locus, & vera doctrina contra Zanchinum tract. de heret. c. 10. nu. 4. & Campegium ibidem versu. fregit carcerem. & quosdam alios afferentes, eum qui fuit in carcerem coniectus ad custodiam pro crimine heresis, si fugiat pro conuictio habendum, & tanquam hereticum esse damnandum. quamuis enim hoc in alijs criminibus sit verum, vt multi putant per l. in eos. ff. de custo. red. vbi Doctores. l. milites agru. §. eius fugam. vbi Bart. ff. de re milit. & l. si quis aliquid. §. miles. ff. de penis. tenet Iason in l. admonendi nu. 90. & in repetitione eiusdem legis, nu. 172. ff. de inreiuando. Mar filius in practica criminali. §. diligenter, num. 46. & §. attingam. nu. 44. & ceteri, quos refert Ioannes Rojas in tract. de heret. par. 2. assertio. 15. nu. 185. & seq. & Petrus Duesas in regula 392. incipiente: Fugiens ex carceribus. & Campegium apud Zanchinum loco precitato.

In crimine tamen heresis locum non habet hęc cõmunis sententia, vt vere scripsit Simancas de catho. inslit. tit. 16. nu. 23. & in tractatu adnotationum ad Zanchinum c. 8. quem sequitur Ioannes Rojas in dicto tract. de heret. par. 2. assertio. 15. quibus omnino censeo subscribendum: nam effractio carceris, seu fuga nihil habet commune cum heresi, & potius presumendum est carceris rãdio, aut metu falsorum testiu, aut ob sanitiã tormentorum aufugisse, quã quod errore intellectus id fecerit.

Ad hęc, nullo iure hęc tam seua Zanchini opinio comprobatur. nec videtur rationi consonum solam fugam, aut carceris effractionem, violentam generare heresis suspitionem, ex qua fugiens, aut fugere attentans debeat vt hereticus condemnari. quanto igitur rectius scripsit hic Eymericus, ostendunt aperte quę proxime diximus. fuga itaque precedenti suspitioni aliquid addit, vt docet hic auctor: id vero quantum sit, & quale, ex delicti & personę qualitate, & indicij criminis prudens Inquisitor iudicabit.

Et hęc vera esse putamus in eo qui carceri traditus est ad custodiam, qui fugit antequã damnaretur de heretica prauitate, de quo loquitur auctor hic, & alij præcitati; nam de damnato iam & carceri ad penitentiam tradito, quid sit sentiendũ si fugiat, an velut relapsus, aut impunitus sit damnandus, agã cum Eymericò infra super q. 97. hi enim casus lãge diuersi sunt, nec pari iure censerì debent.

Sed ne ob fugam impunitus euadat, qui dum custodiretur pro heresi de carceribus effugit, consuetudine potius quã lege aliqua receptum est, præserim in Hispania, vt si honestior sit is qui fugit, vt si nobilis, doctõr, religiosus, aut aliã honorabilis ciuis custodiatur arctius, & durius puniatur. quod si vilis sit, publice verberibus flagelletur, & causa heresis in suo statu permanens tractatur, non tamen propterea conuictus de heresi habetur, quamquam & alijs penis arbitrarijs puniri possunt; in quo mirus est cum illis agendum, qui custodis negligentia euaserunt, vt respõdit Vulpianus in l. 1. ff. de effractoribus, ibi: Quod si per negligentiam custodum euaserint, leuius puniendos.

Hęc tamen tunc obseruari possunt, cum cõprehensi possunt qui aufugerunt: nam si haberi non possunt,

An fugiens de carcere habeatur pro conuictio de heresi ob fugam.

Fugiens de carcere, ob solã fugam quã poena afficiendus.

Circa fugientes dum haberi non possunt, quid obseruandum.

A editis publicis sunt euocandi, & in eos velut in contumaces & impenitentes est procedendum.

Diligenter vero curabunt Inquisitores, cum primũ intellexerint reum euasisse, rescribere ad circũvicinos Inquisitores, aut Episcopos, aut alios, quos idoneos iudicauerint, vt animaduertant, an is qui effugit, ad suam ciuitatem fuerit profectus, vt eum curent capiendum, adiectis in Epistola nomine, cognomine, patria, statura, colore & ceteris circumstantijs, ex quibus in notitiam rei fugientis facile possint deuenire.

Si autẽ fugitiuus ille, qui nescitur quò abijt, erat deprehensus in heresi non solum testibus, sed propria confessione, & dixerat ac concesserat se velle eas abjurare, & ante abiurationem fugit, & præsertim si erat religiosus, & ipsas hereses prædicasset, potest citari, & verbis magis aggrauari per modum sequentem.

Forma citandi aliquem fugitiuum, qui debuerat abjurare, quatenus veniat infra certum terminum, ad faciendam abiurationem prædictam, & excommunicandi eum, nisi faciat, vt mandatur.

Vniuersis & singulis Christianis delibus in regnis & terris illustrissimis talis regis, & aliã vbilibet constitutis, frater N. in prædictis terris & regnis Inquisitor hereticę prauitatis à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus: Salutẽ in auctore & conseruatore fidei Dei, & Virginis filio domino nostro IESV CHRISTO.

MISSVS à sede patris redemptor noster Dominus IESVS CHRISTVS, ne ad imaginem suam hominem conditum perdi contingeret, si vnde redimeretur & non haberet, similem nobis fumens habitum, vt pateret oculis in mortis tenebris positorum, de sua ineffabili pietate remedia diuersa contulit, per quã humano generi etiã posset felicitas impartiri: sed ecce declinante iam mudi vespere ad occasum, & hominum malitia excrecente, corrupti iam sæculi corruptelam non solum sentiunt elementa corrupta, verum etiam creaturarum dignissima creatura ad imaginem & similitudinem condita creatoris. Peccat enim ad extremum homo miserimus, qui in sui creatione in paradisi medio constitutus, vt operaretur & custodiret eundem, & de omni ligno, quod erat in eo, excepto ligno scientiã boni & mali, viceretur, manere non potuit in eodem; qui etiam erga fines sæculorũ degenerat, & varijs & noxijs questionum nexibus se innectit. Ecce nãque peccatis exigentibus oua aspidum iam sunt rupta, & telas aranearũ texuerunt, quia fallaces & subdoli uulpini & infelices heretici, falsum & peruersum intellectum, quinimmo buccis crepantibus per mundi latera sonuerunt. Sed re uera qui de uenenatis eorum comederit, morietur: quoniam eorum perfidã doctrinã, ac nefarijs consilijs inhærentes, æternis incendijs adscribuntur. Ecce si qui dem

D *In omnibus manu scriptis legis legatur ducet.*

E *Genesis.*

dem noua Achan progenies, quæ de anathemate Tericho regulam auream palliolumque furatur, Abiron quoque & Dathan & Chore detestanda soboles, nouis thuribus fermentatum thymiana, nouis volunt altaribus adolere: hi sunt namque caupones, qui aquam vino commiscentes, viri draconis in aureo propinam calice Babylonis; ita quod nisi botrus, vnde vinum nascitur, in flore lædatur, fructum non solum amarum, sed etiam pestiferum germinabit. Ecce siquidem (quod prædolentes referimus, & referendos dolemus) vestre charitati irradiatã splendoribus fidei orthodoxæ notum facimus per præsentem, quod vir quidam Ecclesię sanctę Dei contumax & rebellis, frater N. vocatus ordinis talis, habitu obfuscat, de tali villa, talis diocesis; tam ex testium legitima productione, quã eiusdem propria confessione malignitatis spiritu agitatus, conuictus extitit, heresibus multisque erroribus irretitus iudicialiter coram nobis, & hoc in errores quosdam, quinimmo pestiferas damnatas hereses incidendo, semel & bis eas in tali loco publice prædicando; immo potius aliquando pertinaci animo defendendo. Hæreses autem & errores isti erant: Primus quod, &c. ponatur: Secundus quod, &c. ponatur: Tertius, &c. ponatur: & sic de alijs consequenter. Ea propter per nos præfatum Inquisitorem in multis concilijs diuersis locis & temporibus celebratis, in quibus idem Frater pluries plenissime est auditus, de multorum peritorum ram secularium quã regularium, tam doctorum in vtroque, quã magistrorũ & lectorum in Theologia consilio & assensu extitit vnanimiter concordatum, nullo penitus discrepante, quod præfatus Frater N. ordinis memorati habitu obfuscat, pro suis heresibus & erroribus, quia videbatur redire ad gremium sanctę matris Ecclesię penitendo, non erat pro tunc curię seculari tradendus vltimo supplicio feriendus; sed potius (sibi pariendo pro illa vice, & non amplius) in villa tali, vbi deliquerat, præfatos errores ac hereses publice prædicando, publice illos ac omnem heresim generaliter abiuraret: & postmodum spoliatus omnibus priuilegijs sui ordinis, & nudatus in conuentu tali sui ordinis, pro carcere perpetuo resideret, & ita fuit in eius præsentia condemnatus. Ipse autem tamquam canis ad vomitum rediens, nouissima peiora prioribus committens, dolores doloribus adiciens, noua vulnera corpori Christi mystico grauius imprimens; quod mentis nostrę præcordijs tamquam res cogitatu terribilis actuque horribilis, Deo nimum abominabilis, & omnibus Christianis delibus odibilis, grauem pertulit vim doloris. Nam ipse frater N. qui videbatur aliã penitere, quem sancta mater Ecclesiã satagebat eius misericordiã vberibus enutrire, cum de eius fuga nullus aliquid cogitaret, ipse medicinam refutas salutarem, ve agrotus freneticus & insanus, timens vino & oleo eius vulnera confoueri, tamquam rebellis & inobediens, matri nostrã Ecclesiã sanctã Dei, & eius Inquisitori iudici delegato præmissa complere contempsit, & quodlibet præmissorum; vulpi-

Id est: opido seu ciuitate
Maluimus hunc locum ita corruptum relinquere, quam ex nostro capite quisquã ad dero, vel mu-

Cap: excõmunicamus. 1. §. Creden. res. extra de hæret.

ne fugiens, per diuersas partes regni & prouinciarũ discurrendo, & hoc quali per annum in latibulis habitando; nunc autem cum, quod malignus spiritus duxerit, ignoramus. Idcirco cupientes nos, & nostris totis conatibus inhiantes, qui in officio Inquisitionis sanctę præfate, quamuis immeriti, prælidemus, ipsum Fratrem N. dicti ordinis, vt ouem perditam oberrantem ad ouile Dominicum reuocare, exemplo illius, qui dimissis nonagintanouem in deserto, centesimam venit requirere, ne periret: Citamus, monemus, & requirimus, primo, secundo, & tertio peremptorie per præsentem, quatenus infra tot dies à monitione ista nostra proxime computandos, in tali loco, vel vbi fuerimus, compareat personaliter coram nobis, abiurationem prælibatam facturus, & aliã per nos pro suis demeritis puniendus: Et hoc ei mandamus in virtute sanctę obedientiã, & sub poena excommunicationis infra terminum prætaxatum. Si autem (quod Deus auertat) nobis in hoc inobediens extiterit, & rebellis præfatis nostris mandatis & monitis, immo verius Apostolicis non parendo, sciat se excommunicationis sententia innodatum; quam sententiam nos I. N. Inquisitor præfatus nunc vt ex tunc, & tunc vt ex nunc auctoritate Apostolica, & iniuncti nobis officij contra Fratrem N. supradictum ferimus in his scriptis: quam sententiam si sustinuerit animo pertinaci, contemnendo abiurationem facere prælibatam, iudicabimus eum tradendum curię seculari tanquam hereticum pertinacem, prout nobis mandant canonicę sanctiones. Lata est hęc sententia, & cetera.

Forma alia ad hoc idem.

Vniuersis & singulis Christianis delibus, in terris serenissimis talis domini Principis iurisdictioni subiectis, & alijs quibuscunque Christi imagine insignitis, & fonte baptismatis renatis F. N. in præfatis terris Inquisitor hereticę prauitatis à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus: Salutem, & ad æthereos choros victricem palmam fidei reportare.

Ad extirpanda zizania venenosa de medio populi Christiani, vbi dignoscuntur claris vestigijs excreuille, seminante illa zizaniorum satore Satana, humani generis pestifero inimico, tanto studio sius inuigilandum existit, quanto perniciosius (si negligantur de medio catholici seminis eradiciari) in tantũ superexcreverunt, quod segetẽ triticis iam albã, ad messem fidei splendoribus re-

lucentẽ, in agro dominico suffocaret. Hi sunt subdoli ac fallaces heretici, Christiani populi mortiferi inimici, subuerfores catholicę fidei, & cõtemptores Ecclesię sanctę Dei. Hi sunt vulpeculę sãsonis facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, qui vineam Domini Sabaoth, Ecclesiam videlicet catholicam, diffusam per orbem hæc illac discurrentes, conantur totis viribus demoliri. Hi sunt, qui circumeuntes mare, & aridam, & occulta conuenticula facientes, segregant se à communi conuersatione fidelium,

Iudic. c. 15.

Excomunicamus. 1. §. adijcimus de hæret.

Pulchra hereticorum cum rebus factis, & venenatis comparatio.

Al. per uicax

† cap. Veritas. §. nos igitur. de dolo & contu.

delium, uita & habitu dissidentes. Hi sunt apri de sylua motu uelocissimo, & morsu amarissimo fructus fidei uerbes deualtantes. Hi sunt qui prætendunt quandam fictam & simulatam exterius speciem ac imaginem sanctitatis, per quam facilius persuadeant & seducant, sed sunt ueraciter ut sepulchra exterius deaurata, quæ interiori plena sunt spurcitij & cadaueribus mortuorum; nam omnis cogitatio eorum intenta est ad malum omni tempore. Sunt enim serpentes hæresis virus efflantes, qui eos lethaliter inficiunt, ad quos accedunt: suntque uenosi ac mortiferi scorpiones gestu & habitu simplices, qui nisi de medio extirpentur, uenena sua infundent, inficient, & maculabunt. San e nouissime diebus istis, peccatis exigentibus nostris, in partibus istis, ille humani generis pertinax inimicus, qui ab initio nisus est omnifaria sua perfidia & inuidia, salutem hominis impedire, per quemdam suum ministrum nequitia, & operarium iniquitatis sparsit mortifera uenena, dum Frater talis ordinis, tali habitu obfuscat, ausu nefario prædicauit publice in tali Ecclesia talis ciuitatis vel loci, damnatas hæreses, & errores intolerabiles, quæ sequuntur: Primus, & c. **Inseratur**, prout testibus legitimis est conuictus, & etiam iudicialiter est confessus: Verum post multas catholicas informationes, & post crebras vexationes carcerales, & calamitates frequentes, adhærens consilio saniori, tandem acquisiuit dictos errores & hæreses reuocare, ac publice abiurare; sed post antefati humani generis inimici infano ductus persuasum pariter & seductus, & mala malis accumulans, peioribus se fordians, errores erroribus coadunans, tamquam canis ad uomitum rediens, damnatas hæreses pristinas est amplexus; quod nimum nostra interiora præcordia sauciuit: Nam cum iungeret penitere, ac uelle assertas ac prædicatas per eundem damnatas præfatas hæreses & errores reuocare, ac publice abiurare & abnegare, & de eius fuga nullus aliquid cogitaret; ipse carcerem fregit, nosque, immo sanctam Ecclesiam delulit pariter & aufugit, & quod eum duxerit antefatus malignus spiritus, cuius applausu sic egit, totaliter ignoramus: Nosque, & non immerito, metuentes, ne uenena sua peruersa antefata doctrina alibi diffundat, cordaque simplicium inficiat pariter & deludat, cupientes simplices ab huiusmodi prauis incurfibus præseruare, ipsumque reducere ad gremium Ecclesie Dei sanctæ, atque ad unitatem fidei orthodoxe: Nos illi absens corpore, præfens autem mente, illi absenti ut præfenti, auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, in uirtute sanctæ obedientie præcipimus & mandamus, & mandando monemus pariter & citamus; quatenus infra tres menses, quorum primum pro primo, secundum pro secundo, tertium pro tertio, & peremptorio termino assignamus, in domo Fratrum Prædicatorum talis loci, facturus prælibatam abiurationem, reuocationem, & abnegationem publicam hæresum prædictarum, & aliis responsurus de fide, compareat personaliter coram nobis, ac etiam recepturus secundam suam tanta

A demerita penitentiam salutarem: aliter elapso termino præfate assignato, sciat se excommunicationis mucrone percussurum: quam excommunicationis sententiam nos Inquisitor præfatus, in eum ut in contumacem, inobedientem, & rebellem nobis, immo re uera domino nostro Patre, & Ecclesie sancte Dei, præfata trina monitione canonica præeunte, nunc ut ex tunc, & tunc ut ex nunc iustitia exigente, & eius inobedientia requirente, ferimus in his scriptis: notificantes eidem, quod si antelata sententia se permiserit contumaciter innodari, procedemus contra eum ad uiteriora, eius contumacia non obstant, prout uoluit canonicæ sanctiones. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

B Si autem citati huiusmodi non comparuerint, sed promiserint se excommunicationis vinculo innodari, publicabuntur excommunicati in omnibus illis Ecclesiis atque locis, in quibus fuerunt citati per litteras tenoris sequentis.

Forma denunciandi excommunicatum, qui citatus responsurus de fide, vel abiurationem facere, noluit comparere.

C Frater N. ordinis Fratrum Prædicatorum, in terris talis domini ditioni subiectis, Inquisitor hereticæ prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus, dilectis nobis in Christo rectori talis Ecclesie, ac Vicario talis Ecclesie, & alijs quibuscunque, ad quos præfentes peruenerint: Salutem in Domino, & mandatis nostris, immo uerius Apostolicis firmiter obedire.

A D uestram, & uestrorum cuiuslibet notitiam deducimus, nostrarum tenore præfentium litterarum, quod nos talem, de tali loco, iustitia suadente, secimus moneri & citari in uestris præfatis Ecclesijs, quatenus sub pena excommunicationis compareret infra certum terminum assignatum, responsurus de fide, & alijs acturus & facturus, ut ratio suaderet, personaliter coram nobis, ut in nostris litteris uidebitis plenius contineri: quarum tenor sequitur per hæc uerba: Frater, & c. **Inserantur totaliter, & ex toto, & sequatur.**

Verum cum ductus malo consilio & seductus, non comparuerit, nec excusationem miserit, sed contumaciter renuerit comparere, pariter & parere nostris, immo re uera Apostolicis monitis & mandatis, propter quod est excommunicationis vinculo innodatus: Ea propter uobis, & cuilibet uestrum, auctoritate Apostolica supra dicta dicimus; & in uirtute sanctæ obedientie præcipimus, & mandamus, & mandando vos requirimus, & monemus, uno pro terno edicto, alijs excommunicationi uolumus vos subiacere; quatenus prima die Dominica immediate sequenti, & alijs extunc, omnibus & singulis diebus Dominicis, & festiuis, in uestris Ecclesijs, dum Missarum solemnias celebrantur, & inibi erit cleri, & populi multitudo, ipsum talem excommunicatum alta uoce & intelligibiliter publicetis, ac eum uicetis, & uicari

138

† Al. priores

† De multis in eodem & penes contumacie Vi de Hostien. Ioan. And. & alios in c. excommunicatus. §. qui autem, de heret.

tari à uestris subditis faciatis, tantum & tamdiu, quousque de eius absolutione uobis per nostras litteras constiterit manifeste: Reddatis litteras portatori, diem & horam receptionis, & publicationis continentis, & testes etiam coram quibus uestris subscriptionibus positus in eisdem. Datum, & cetera.

Forma alia ad hoc idem.

139

Frater N. ordinis Prædicatorum in terris ditioni talis domini subiectis, Inquisitor hereticæ prauitatis à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus, Venerabilibus & nobis in Christo dilectis Rectoribus talis & talis Ecclesiarum: Salutem in Domino, & mandatis nostris, immo uerius Apostolicis firmiter obedire.

C V M talis de tali loco, & c. de mandato nostro, ac per litteras nostras fuerit citatus peremptorie & canonicè in uestris Ecclesijs, & alijs in domibus proprijs, in quibus consueuit communiter commorari, quia præfens non poterat personaliter inueniri, cum diceretur & esset ueraciter fugitiuus, nec sciremus, sicut nec in præfentiarum scimus, quod cum duxerit malignus spiritus humani generis inimicus: ut certa die & loco compareret personaliter coram nobis, super quibusdam articulis hæreticis, de quibus erat publice diffamatus, uel nobis delatus, uel in tali Ecclesia publice prædicauit, uel confessus extitit, & alijs de fide catholica responsurus, & acturus, ac recepturus quod iustitia suaderet, sub pena excommunicationis, quæ si contra faceret, eum innodari uolumus ipso facto: ipse uero infano consilio acquiescens, & mala malis adiiciens, & peiora peioribus subnectens, contumaciter renuit comparere; nec pro eo tunc comparuit aliquis excusator; nec postmodum, quamuis diutius fuerit expectatus, sed subterfugiens, & hinc inde latitans, in causa fidei se contumaciter absentauit. Nos igitur Inquisitor præfatus, attendentes quod secundum canonicam instituta, pena contumacibus debetur, & crescente contumacia, crescere debeat & ipsa pena, ipsum talem pro hæresi fugitiuum, ac parere subterfugiens, in causa fidei contumacem, & excommunicatum habuimus & habemus, & talem ab omnibus haberi uolumus, ac etiam reputari: Ea propter auctoritate Apostolica, uobis & uestrum cuilibet in uirtute sanctæ obedientie, & sub pena excommunicationis præcipimus & mandamus, quatenus prædictum talem in uestris Ecclesijs publice, alta uoce & intelligibili, singulis diebus Dominicis & festiuis, ibidem ad audienda diuina clero & populo congregatis, excommunicatum, ut contumacem pro hæresi, & fugitiuum publice nuntietis, & uos eum uicetis, ac faciatis à uestris subditis euitari, tantum, & tamdiu, quousque uobis plene constiterit, quod sit à prædicto excommunicationis uinculo absolutus: monentes nihilominus parochianos uestrorum semel, secundo & tertio, canonicè & peremptorie ex parte nostra, & sub excommunicationis pena, ne prædicto tali, aut

A cum eodem excommunicato participent quousque modo: sed ipsum tanquam uere excommunicatum habeant & euitent, ac tanquam fugitiuum pro hæresi, si ipsum alicubi esse sciuerint, nobis detegant & reuelent; alioquin in eos, qui legitime ac canonicè moniti scienter contra fecerint, excommunicationis sententiam, hac nostra competenti monitione canonica præeunte, ferimus in his scriptis: uolentes, ut in signum ac testimonium recepti & completi per uos mandati nostri, sigillum uestrum præfentibus apponatis. Datum, & cetera.

COMMENT. XXXVI.

Num. 139.

Contumaciter renuit comparere, nec pro eo tunc comparuit aliquis excusator. *Multa mihi probant Emericum præter theologiam, utrumque etiam in non leuiter calluisse, cum in hoc præclaro opere plurima passim inserat, quæ cum iuris regulis penitus conueniant: quamuis ipse iura non citet. & qui dicunt eum nihil præter rudem praxim intellexisse, longe absunt à ueritate: quos ita dicere puto, uel quia eum non legerunt ut oportuit diligenter, uel ut furta sua occultarent, cum ita se sit hodie natura comparatum, ut eum magis uisuperent, à quo plura acceperint, aut saltem nolunt nominare.*

Sed in uiam reuertor. *Hic locus inter cetera mihi suadet uerè esse quod paulo antea dicebam. nouerat Emericus ex iuris traditionibus, non posse in causis criminalibus interesse procuratorem, præsertim in grauioribus, neque ad agendum pro absente, neque ad defendendum eum. l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudi. cap. ueniens. de accusatio. cap. 1. in fine. capit. in criminalibus. §. quest. 3. cum similibus allatis per Antonium Rubenm Alexandrinum in tracta. de potest. procurato. in causis criminalibus. num. 54. & sequen. & Ioannem Rojam in singularibus fidei, singul. 170. incipien. Procurator. & Reptorium Inquisito. uerbo, procurator. & ratio est: quoniam sicut sententia capitalis non potest ferri in absentem, ita nec in eius procuratorem, cum procurator non deliquerit. Rursus, quoniam necessaria est reorum confessio, præsertim in crimine hæresis, cum consistat in mente eius, qui id scelus commisit, de quo nemo melius quam delinquens ipse potest respondere. Hæc inquam intuitus auctor hoc loco, non dixit, nullum pro hoc absente fugitiuum eius nomine comparuisse procuratorem, quia is non fuisset admissus ob rationes allatas: sed dixit, non comparuisse aliquem excusatorem.*

Atque hoc uerissime & doctissime dixit, quoniam cum reus est absens, potest aliquis de innocentia eius coram iudicibus dicere, non uelut procurator, sed ut quilibet. ita Bartolus in extrauaganti, ad reprimendum. uerbo legitime. quem sequitur Carverius tracta. de hæres. num. 113. & Simancas de catho. instit. tit. 52. num. 1. & Ioannes Rojam in singularibus fidei, singul. 170.

Sed hæc omnia ita accipienda esse docent præcitati, ut uera sint, cum absens est reus; item cum solus est in fide suspectus: secus autem si uere hæreticus esset; tunc enim nullus pro eo excusator, aut defen-

In causis criminalibus cur non possit interuenire procurator.

Pro reo absente, an excusator admittendus & quando.

for esset audiendus, iuxta c. si aduersus de heret. quo omne hereticis patrocinium denegatur. neque hec Emericum latuerunt hoc loco, cum solum agat de ostendo suspecto in fide, non autem de eo, quem vere esse scabas hereticum esse, vt series disputationis ostendit a. num. 138. vsque ad nu. 140. exclusiue.

Excusatoris partes quales,

Huius autem excusatoris partes erunt allegare probabiles & iustas absentie seu fuge causas, verbi gratia, reum tedio carceris, aut tormentorum metu; cum esset delicatus, aut falsorum testium prejudicio recessisse, que si verisimilia iudicentur, sententia differenda est, donec omnia maturius expendantur, ne inauditus reus, aut indefensus condemnentur.

Heretici banniti & diffidati: & quid bannire & diffidare,

¶ Sed ipsum tanquam vere excommunicatum habeant, & eitent, ac tanquam fugitiuum pro heresi, & c. Sed non videtur hic auctor iuxta legum sanctiones loqui, cum hereticos propria auctoritate capere, spoliare, ac etiam interficere liceat: sunt enim banniti & diffidati. auctor. Gazaros C. de heret. ibi: diffidamus atque bannimus. hec enim verba: diffidare, & bannire significant statuere, vel precipere, vt impune possint interfici. cap. felix. de pœnis. lib. 6. docent Angelus de Perusio consil. 13. que sequitur Gemianus in c. 1. de homicid. lib. 6. circa finem versi. quæro quid importent. & alij eodem loco. & Petrus Godofredus in dicta auctor. Gazaros, C. de heret. verbo, diffidamus. & Ioannes Rojas in singul. fidei. 5. num. 31. in octaua ampliatione. & alij per hos relati.

Banniti & diffidati, an impune occidi possint.

Diffidatos vero & bannitos, non modo per iudicem, sed etiam per priuatos impune posse occidi Marianus videtur permittere. l. 3. in fine. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs, ibi: transfugas licet vbicunque inuenti fuerint, quali hostes interficere. & ratio esse videtur, quoniam banniti & diffidati à Papa, vel Imperatore, vel à legibus iam conditis per eos, sunt extra beneficia ipsorum disfidantium: iam in diffidatos & bannitos publice bellum inditum esse videtur, vt pulchre docet Conrardus Brunus lib. 5. de heret. cap. 14. in fine.

Hereticos an quilibet propria auctoritate capere possit & spoliare.

Sed hæc sententia saltem de capiendis, ac spoliandis hereticis propria auctoritate aperte statuta est rescripto quodam Innocentij IIII. incipiente: Ad extirpanda. s. idem quoque. in hæc verba: Idem quoque Potestas, seu Rector cuiuslibet ciuitatis, vel loci, in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata, banno ciuitatis, vel loci supponat tanquam pro maleficio omnes hereticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur: & teneatur bannum huiusmodi à suis prædecessoribus positum confirmare: præcipue autem

A quod nullus hereticus, vel heretica, de cetero habitet, vel moretur, aut subsistat in ciuitate, seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem; & quicumque ipsum, vel ipsam inuenit, libere capiat, & capere possit impune: & omnes res ipsius, vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure. hætenus ibi. Quæcum ita sint, non videtur debuisse loqui Emericus prefato modo, sed oportuit eum dixisse, vt quilibet caperet & spoliaret eum, qui pro heresi fugiat.

¶ Verum tamen hanc in Emericum obiectionem bifariam diluimus. Primum dicimus, superiorem allatam à nobis sententiam accipiendam esse, cum constat vere hereticos esse eos, qui fugiunt, aut latitant, vel quia damnati sunt, vel quia alias constat eos in manifestis heresibus esse, iuxta textum in cap. super quibusdam. extra de verb. signi. tunc enim iure & capi propria auctoritate, & spoliari, ac etiam si resisterent violenter, impune occidi possent. is autem de quo hic agebat auctor, nondum damnatus erat, nec fortassis conuictus, ideoque velut excommunicatum vitandum asseruit, non vt hereticum capiendum, aut interficiendum, sed reuelandum, & detegendum admonuit.

Rursus addo, quod etiam si constaret hereticum eum esse, tutius tamen est & securius, vt iudicis auctoritate & capiatur (si commode hoc fieri possit, & absque periculo euasione ipsius rei) & spoliatur, vt optime docuit Godofredus in sum. tit. de heret. s. sed nunquid catholici. quem sequitur Archidiaconus in cap. si vos. 23. q. 5. in principio, in hæc verba: Sed nunquid catholici propria auctoritate possunt hereticos spoliare? dic cum Godofredo satis esse tutum, vt hoc fiat auctoritate Ecclesie vel principis. hæc ille. idem tradit glossa in c. si aduersus de heret. verbo, auxilium. in fine. quod etiam videtur sentire conciliū Tolosanum, quod mox citatur, & Ambrosius de Vignate tract. de heret. quest. 16.

¶ Si ipsum alicubi esse scierint nobis detegant, & reuelent. Ita fieri iussit iam olim conciliū Tolosanum c. 2. in hæc verba: Et si quos repererint hereticos, credentes, fautores, & receptatores: seu defensores eorum adhibita cautela ne fugere possint, Archiepiscopo, uel Episcopo, uel dominis locorum, seu balliuis eorundem: cum omni festinantia studeant intimare, ut animaduersione debita puniantur. hæc ibi.

Ibidem. Reperit heretici detegendi ne fugiant, & iudicibus indicandi.

IN TRE-

IN TREDECIM MODOS PROCESSVM in causa fidei debite terminandi observatio.



HAEC pars, quæ nunc sequitur, est valde necessaria: in primis verò admirabilis, multoque iudicio & prudentia constituta, cum Emericus rem alioquin per se difficilem, fusam & late patentem ad certa quædam capita deduxerit, quibus omnis hæresis causa possit terminari. quem fuerit in hac re auctor secutus, ignotum est mihi: coniectura tamen assequor, cum acri iudicio, multo labore, & diligentia, vsu rerum accedente, ex concilio Tolosano, Biterrensi, & Narbonensi olim in partibus Gallicanis contra hereticos editis, & ex consultationibus Guidonis Fulcodii ad Inquisitores, hos terminandi processus modos collegisse, & in hanc methodum absolutissimam & exactissimam redeigisse. neminem inuenio qui ante Emerici tempora hæc docuerit: multos tamè reperio, qui ipsum penitus fuerint postea secuti, nec verbis quidem mutatis: nam inter ceteros Iacobus Sprengerius in mallo maleficarum in 3. parte à quæstione 20. vsque ad quæstionem 34. totam hanc tractationem transcripsit. Idem fecit Tabienfis, breuius tamen in sum. verbo Inquisitor. 5. 12. num. 13. & multis sequentibus. & Postremo Reuerendissimus Vmbertus Locatus in fine sui operis iudicialis, tit. De formulis in sancto inquisitionis officio agendorum, eundem in hac parte Emericum est imitatus.

Emerici methodus in cõtinuendis modis finiendi fidei processum, & qui eum fuerint imitati.

Hæc tamen non sunt furti nomine censenda. nam vt vere de hac etiam re differens Bartholomæus Riccius, vir latine peritus dicebat: nõ sunt ea furta putanda, quæ fiunt non inuitis dominis. honestius tamen & laudabilibus est ingenue profiteri per quos profecerimus: nam & hinc quandoque iniuria auctori fieri potest: qui enim ignorant tempora, quibus quisque scripserit, facile putabit, eum à quo ceteri acceperunt, vice versa à ceteris accepisse. & propter hanc causam compellimur quandoque (vt cuique honos illæsus conferuetur) aperte dicere, quibus locis alij Emericum penitus sequantur. tametsi alia quoque inde nascatur utilitas: quoniam veriora & firmiora putantur, quæ multi, præsertim viri graues & docti vno consensu sequuntur. itaque quo plures sunt qui ab Emerico acceperint, eo magis credendum est eius doctrinam sanam esse, tutam esse, & multa æquitate, ac prudentia niti.

Quomodo & qualiter processus in causa fidei est terminandus: & sunt treddecim modi processum in causa fidei debite terminandi.

- A omnis processus fidei, uno treddecim modorū est debite terminandus. Nam delatus de heresi iuris & diligenter discussis omnibus actis & acti-tatis, & in causa productis, & habitis varijs consilijs peritorum,
- 1 Vel reperitur absoluendus, & ab heresi totaliter immunis.
- 2 Vel reperitur solum diffamatus de heresi generaliter,
- 3 Vel reperitur quæstionibus & tormentis supponendus aliquo modo.
- 4 Vel reperitur suspectus de heresi leuiter.
- 5 Vel reperitur suspectus de heresi uehementer.
- 6 Vel



Xpedito primo, quomodo & qualiter processus fidei sit initiandus, & secundo, quomodo & qualiter sit continuandus: tertio nunc uidentū existit, quomodo & qualiter sit fine debito terminandus. Vbi est considerandum, quod

- 6 Vel reperitur suspectus de hæresi violenter.
- 7 Vel reperitur diffamatus de hæresi, & suspectus infimul & communiter.
- 8 Vel reperitur confessus hæresim & pœnitens, & non relapsus probabiliter.
- 9 Vel reperitur confessus hæresim & pœnitens, sed relapsus veraciter.
- 10 Vel reperitur confessus hæresim, & impœnitens, sed non relapsus realiter.
- 11 Vel reperitur confessus hæresim, & impœnitens atque relapsus certitudinaliter.
- 12 Vel reperitur non confessus, sed conuictus de hæresi legitimis testibus, & aliis iudicialiter.
- 13 Vel reperitur conuictus de hæresi, sed fugitiuus, vel absens contumaciter.

Et sicut dictum est de hæresi, sic & dicendum est de hæreticorū receptatione, defensione, vel fauoraria. Nam delatus de receptatione, defensione, vel fauoraria hæreticæ prauitatis, vel reperitur absolueudus, & immunis totaliter, vel diffamatus generaliter, & sic de alijs, vt de hæresi est prædictum.

De primo modo finiendi fidei processum quando delatus est absolueudus.

141

Rimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de hæresi processus meritis diligenter discussis cum bono consilio peritorū reperitur ab obiecto hæresis crimine immunis totaliter: & hoc est, quando delatus non conuincitur, nec confessione propria, nec facti euidencia, nec testium productione legitima; nec alijs suspectus, nec diffamatus publice de prædicto crimine reperitur.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim per Episcopū & Inquisitorem coniunctim, vel diuisim, quia in hoc casu vnus solus potest, iuxta gloss. Ioan. And. super c. Multorum querela. de hæret. in Clem. §. duro tamen. & versic. procedere contra illos, in alijs autem non; absolueatur per sententiam tenoris sequentis.

Forma absolueudi delatum de hæretica prauitate, cum nihil probatur legitime contra eum.

142

NOS frater N. ordinis fratrum Prædicatorum, Inquisitor hæreticæ prauitatis in terris talis domini à sancta sede Apostolica specialiter delegatus: Attendentes quòd tu talis de tali loco, & talis diocesis fuisti nobis delatus de tali hæretica prauitate, scilicet quòd, &c. Attendentes etiā illa esse talia, quæ nõ valebamus, nec debebamus conuincere oculis pertransire, descendimus ad inquirendum si prædicta fulcitur aliqua veritate; testes recipiendo & examinando, defensiones etiam concedendo, & alia faciendo, quæ decebant, secundum canonicas sanctiones: Ea propter visis & diligenter examinatis omnibus

actis & actitatis in hac causa, omnibusque æqualiter liberratis, habitoque consilio peritorum in iure, ac etiam in Theologia facultate, illoque facilius repetito, sedentes pro tribunali, more iudicis iudicantis, ac habentes præ oculis solum Deū & negotij veritatem, sacrosanctis Euangelij positis coram nobis, vt de vultu Dei nostrum iudicium prodeat, & oculi nostri videant æquitatem. Ad nostram diffinitiuam sententiam procedimus in hunc modum.

CH R I S T I nomine inuocato. Quia per ea, quæ vidimus & audiuius, & producta & oblata, acta & actitata sunt coram nobis, in presenti causa, non inuenimus aliquid contra te legitime fore probatum de his, quibus delatus fueras coram nobis; pronuntiamus, declaramus, ac sèctialiter diffinimus, contra te non esse, nec fuisse aliquid actū legitime coram nobis, propter quod possis, vel de beas hæreticus iudicari, nec suspectus haberi aliquo modo de hæretica prauitate; quare te à presenti instantia, Inquisitione, & iudicio totaliter relaxamus. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Alia forma ad hoc idem.

NOS frater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor, &c. Visis & diligenter discussis omnibus & singulis in presenti causa actis & actitatis, habitoque solemniter consilio super illis, maturò pariter & digesto, in sacra theologia, ac iure peritorū sedentes pro tribunali more iudicis iudicantis, habentesque præ oculis solum Deum, sacrosanctis Euangelij positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, ac die, hora, & loco tibi tali, de tali loco, talis diocesis ad audiendam diffinitiuam sententiam assignatis, sententialem declaramus, pronuntiamus, & diffinimus contra te nõ esse coram nobis legitime probatū aliquid de his, de quibus delatus fueras coram nobis, scilicet quod dixeras, vel feceras, &c. propter quod debeas hæreticus, vel suspectus de hæresi reputari. Quare te absolueudus per presentem nostram sententiam, à presenti instantia, ac nostro iudicio relaxamus. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Caucatur quòd non ponatur in sententia, quòd est insons, vel immunis, sed quòd non fuit probatum legitime contra eum. vnde si postmodum, temporis processu iterum deferatur, & legitime probetur, potest non obstante prædicta absolutoria sententia condemnari.

Eodem modo absolueudus est quis, quòd est delatus de receptatione, defensione, seu alijs fauoraria hæreticorum, seu hæreticæ prauitatis, cum nihil probatur contra eum legitime.

C O M M E N T. XXXVII.

Idem prorsus Iacobus Sprenger in malleo maleficarum 3. par. q. 20. et Locatus in fine operis iudicialis in formula absolueudi delatum, quando nihil est legitime contra eum probatū, et Zanchinus c. 41. in fine. & Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 12. nu. 13. et Syluester de strigibus lib. 3. c. 4. puncto. 3.

Num. 141. Defententij proferendis in hoc crimine qui disse-ruent.

Et

Et de sententijs in causa hæresis pronuntiandis vt de Conradum Brunum lib. 4. de heret. c. 10. & Ioannem Rojan in singularibus fidei. singul. 177. cum aliquot sequen. Gondissaluum tract. de heret. q. 20. nu. 8. & seq. Franciscum Squillacensem de fide catholica c. 44. Simancas de catho. instit. tit. 60. & Archidiaconum & Ioannem And. copiose in c. vt commissi de heret. lib. 6.

An solus Inquisitor vel solus Episcopus possit absolueudus. **T**alis enim per Episcopum, & inquisitorē coniunctim, vel diuisim: quia in hoc casu vnus solus potest, &c. **E**t hæc sententia, quòd cum reus est absolueudus, vel solus Episcopus, vel solus Inquisitor ipsum possint absolueudus de iure verior est: quauis cõtraria sit tutior: sed de hoc articulo ex professo disputat Emericus infra hac par. 3. q. 48. vbi dixi copiose.

Num. 142. **A**ttendentes, quòd tu talis de tali loco, &c. fuisti nobis delatus de tali hæretica prauitate, scilicet quòd, &c. **H**ic videtur non obscure indicare Emericus in sententia absolutoria exprimentas esse hæreses, aut delicta eius qui est absolueudus, ob quæ fuit accusatus sine denuntiatione; quod tamen nullo iure cautum est: & propterea crederem salubrius esse nullis erroribus recitari, cum non fuerint aduersus ipsum probati, pronuntiamus esse sententiam absolutoriam publicam, siue contra defunctum, siue contra viuentem, quod valde prudenter cautum inuenio per Madrilianam instructionem anni MDLXI. cap. 62. in hac verba à nobis latina reddita. Quando defensor memoriae & famæ alicuius defuncti legitime causam defenderit, fueritque defunctus ab ea iudicij instantia absolueudus, sententia eius pronuntiabitur in publica actione, cum edicta publicata fuerint contra ipsum. quamquam non debet hoc casu produci statuta defuncti qui absoluitur in publica actione: neque etiam debent recitari in particulari errores, de quibus fuit accusatus, cum probati non fuerint. atque hoc ipsum debet obseruari circa illos, qui personaliter fuerunt capti & accusati, & absolueuntur ab instantia iudicij, si fuerit hoc ab ipsis petatum. **hætenus ibi.** Quæ propterea mihi ubique obseruanda videntur, quoniam multa æquitate nituntur, & rationi sunt valde consona.

In sententia absolutoria, an sint errores exprimentes. **H**ic videtur non obscure indicare Emericus in sententia absolutoria exprimentas esse hæreses, aut delicta eius qui est absolueudus, ob quæ fuit accusatus sine denuntiatione; quod tamen nullo iure cautum est: & propterea crederem salubrius esse nullis erroribus recitari, cum non fuerint aduersus ipsum probati, pronuntiamus esse sententiam absolutoriam publicam, siue contra defunctum, siue contra viuentem, quod valde prudenter cautum inuenio per Madrilianam instructionem anni MDLXI. cap. 62. in hac verba à nobis latina reddita. Quando defensor memoriae & famæ alicuius defuncti legitime causam defenderit, fueritque defunctus ab ea iudicij instantia absolueudus, sententia eius pronuntiabitur in publica actione, cum edicta publicata fuerint contra ipsum. quamquam non debet hoc casu produci statuta defuncti qui absoluitur in publica actione: neque etiam debent recitari in particulari errores, de quibus fuit accusatus, cum probati non fuerint. atque hoc ipsum debet obseruari circa illos, qui personaliter fuerunt capti & accusati, & absolueuntur ab instantia iudicij, si fuerit hoc ab ipsis petatum. **hætenus ibi.** Quæ propterea mihi ubique obseruanda videntur, quoniam multa æquitate nituntur, & rationi sunt valde consona.

Caucatur quòd non ponatur in sententia, quòd est insons, &c. **I**dem hoc obseruant Tabiensis in sum. verbo. Inquisitor. §. 12. nu. 13. versic. caueatur. & Sprenger in malleo maleficarum 3. par. q. 20. in fine. quod est custodiendum ob rationem hic ab Emerico allatam. quam obrem minus bene fortassis Zanchinus tract. de heret. c. 41. in fine posuit in sententia absolutoria hæc verba: Idcirco te tanquam penitus innocentem, per nostram diffinitiuam sententiam in his scriptis absolueimus à dicta Inquisitione & contentis in ea.

Sed quid si absolueatur tanquam penitus innocens & immunis, & postea de eodem crimine deferatur, poterit ne non obstante sententia absolutoria, iterum iudicari, & condemnari? Respondeo posse; quoniam in hoc crimine fauore fidei sententiæ quæcunque nunquam transeunt in rem iudicatam, vt singulariter docuit Lucas de Penna in l. vnica. verbo, notum. C. de sentent. aduersus fiscum latis, retract. lib. 10. quæ

Sed quid si absolueatur tanquam penitus innocens & immunis, & postea de eodem crimine deferatur, poterit ne non obstante sententia absolutoria, iterum iudicari, & condemnari? Respondeo posse; quoniam in hoc crimine fauore fidei sententiæ quæcunque nunquam transeunt in rem iudicatam, vt singulariter docuit Lucas de Penna in l. vnica. verbo, notum. C. de sentent. aduersus fiscum latis, retract. lib. 10. quæ

Sequitur Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. assertio. 49. & idem in eadem parte de privilegijs Inquisitorum, nu. 449. & Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 13. quæ sententiã videtur probare rextus in c. vt commissi. §. nec non. de heret. lib. 6.

Verum omisis iam antiquis conueneris, nouissime Pius V. Pont. Max. rescripto quodam incipiente: Inter multiples curas, quod est impressum inter litteras apostolicas pro officio Inquisitionis in fine huius operis, iussissime cauit, ne sententia in causa fidei vnquam transferretur, aut deinde transiret in rem iudicatam.

Atque ex his penitus refellitur opinio Decij cõf. 137. incipien. Diligenter pro tenui facultate. Contra di Bruni lib. 4. de heret. c. 8. in fine, assertentis, hæretico prodesse exceptionem rei iudicate: nullis ergo diffinitiuarum absolutoriarum sententiarum exceptionibus obstantibus, quoties noue probationes, aut iudicia accesserint, de eodem crimine & inquisitio et condemnatio fieri poterit.

Quod vero paulo antea dicebam cum Emerico, videlicet, neminem esse pronuntiamum innocentem, aut immunem in sententia absolutoria; tunc non crederem procedere, quando per testes falsos fuit conuictus, aut per iniquos & maleuolos, et inimicos capitales, vel conspiratores delatus, qui postea penitentia ducti dixerunt se falso detulisse, aut falsum testimonium contra delatum dixisse consuevit: hoc enim casu cum constat de manifesta innocentia delati, & de aperta iniquitate testium & delatorum, optime poterit in sententia absolutoria pronuntiarī insons, & penitus immunis, vt etiam Emericus ipse indicat faciendum in 2. modo processum terminandi. nu. 208. in fine, ibi: Ipso delato vt immuni à iudicio relaxato. & hac fortassis ratione locutus censeo potest Zanchinus, quem paulo antea merito refellebamus. sed cum testes, aut denunciatores retractant dictum suum, videndum est diligenter ne id faciant, quia corrupti fuerunt prece, vel pretio, vel à delato, vel à consanguineis & amicis delati, de quo dixi alibi plenius.

De secundo modo finiendi processum in causa fidei per purgationem canonicam.



Ecundus modus processum fidei terminandi, & finiendi est, quando delatus de hæresi, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio peritorum, reperitur solummodo de tali hæresi diffamatus in aliqua villa, ciuitate, vel prouincia: & hoc est quando delatus non conuincitur, nec propria confessione, nec facti euidencia, nec testium productione legitima, nec quæcunq; alia indicia probantur legitime contra eum: nisi præcise sola infamia.

Circa istum talis practica est seruanda in tali casu. Quia sententia non potest ferri pro delato, absolueudo eundem, sed contra, indicendo sibi purgationem canonicam, Episcopus & Inquisitor coniunctim, & non diuisim (nisi vnus committat alteri

Sententiæ in causis fidei nõ transeunt in rem iudicatam.

Quando quis possit in sententia absolutoria innocens pronuntiarī.

144

alteri vices suas,) iuxta cap. Multorum querela. de heret. in clemen. ferant sententiam per hunc modum, vel similem in effectu.

Forma purgationem canonicam diffamato indicendi.

145 Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum in terris talis domini, Inquisitor hereticę prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus: Cõsiderans, quòd meritis processus facti per nos cõtra te talem, talis diocesis, nobis delatum de tali hæretica prauitate, scilicet quòd, &c. non inuenimus te confessatum, nec conuictum de prædicta labe, nec aliàs suspectum, nisi quòd te reperimus legitime ac veraciter in tali villa, ciuitate, vel dice-

Id est, opido.

Al. tanta manu ordinis tui

146 Hic autem considerandum est, quòd cum aliquis reperitur legitime de aliqua hæresi publice diffamatus, & contra eum aliud non probatur nisi infamia ipsa sola, sibi indicitur purgatio canonica: hoc est, qd habeat bonos aliquos viros septem, decem, viginti, vel triginta, secundum quòd plus, vel minus, & in locis pluribus, vel paucioribus, magis, vel minus insignibus fuerit diffamatus, qui sint sue conditionis, vel ordinis: vt si diffamatus est religiosus, & illi sint religiosi: si clericus sæcularis, & illi clerici sæculares: si miles, & illi milites, qui purgēt eum à crimine, de quo est diffamatus: qui compurgatores debent esse homines fide catholici, & vita probati, qui & illius conuersatione & vitam, non tã moderno tempore cognouerint, quàm antiquo, vt habetur extra de purg. cano. c. Inter sollicitudines.

Quales esse debeant compurgatores.

147 Si autem se purgare noluerit, excommunicetur: quam excommunicationem si per annum sustinuerit animo indurato, ex tunc vt hereticus condemnatur, iuxta c. Excommunicamus itaque. §. qui autem. de heret.

Pœna deficientis in compurgatione.

Si autem se purgare decreuerit, sed in purgatione defecerit, hoc est, quòd purgatores tales, & tantos, prout est ei iniunctum, qui eum purgent, non inuenerit, pro conuictio habetur, & sicut hæreticus condemnatur, vt habetur extra de heret. Excommunicamus §. adiciamus, & versic. qui nisi se, & de purg. cano. c. Cum dilectus.

148 Considerandum est etiam hic est, quòd quando dicitur quòd indicatur diffamato, quatenus purget septima vel quarta manu ordinis sui, quòd ordo sumitur ibi in genere, & non in specie: vnde si

A Episcopus purgandus est, non negatur, quin cum Episcopis, in purgatione possint admitti abbates, & religiosi presbyteri, & in alijs pari forma: de purg. cano. cap. Quotiens. Purgabit autem se diffamatus per modum, qui sequitur, vt colligitur extra de purg. cano. cap. Quotiens. §. porro. & cap. Accipimus.

Forma purgationis canonice à diffamato de heresi faciendę.

AD VENT E autem termino eidẽ diffamato ad se purgandum canonicè assignato, comparebit personaliter purgandus cum suis compurgatoribus coram Episcopo, seu Inquisitore, in loco vbi noscitur infamatus: & ille qui diffamatus est ponens manum super librum Euangeliorum ante eum positum dicit sic: Ego iuro super quatuor ista euangelia sancta Dei, quòd talem heresim: exprimendo eam, de qua est diffamatus: nunquam tenui, nec credidi, nec docui, nec teneo, nec credo. Negabit, scilicet, cum iuramento illud, de quo est diffamatus, quid quid sit illud: Quo facto omnes compurgatores ponent manum super prædictum librum Euangeliorum, & quilibet dicit ita: et ego iuro super ista sancta Dei euangelia, quòd credo ipsum verum iurasse. Et tunc canonicè est purgatus.

Considerandum est etiam, quòd diffamatus de hæresi, ibi est purgandus, vbi noscitur diffamatus: & si in multis locis fuerit diffamatus, imponatur sibi, quòd in omnibus illis fidem catholicam publice profiteatur, & detestetur heresim, de qua ibi noscitur infamatus. de purg. cano. c. Inter sollicitudines.

Nec contemnat qui canonicè de heresi se purgavit: nam si post purgationem incidit in heresim iam purgatam, pro relapso habetur, & tunc vt relapsus est tradendus curi seculari, iuxta c. Excommunicamus §. adiciamus. & versic. vel si post purgationem, &c. Ad abolendam. §. illos quoque. Secus autem si in aliam heresim incidit, de qua se ante non purgauerit, iuxta c. allegatum.

COMMENT. XXXVIII.

Observandum hic est primum, hunc modum secundum finem processum fidei differre à seipso in quo etiam agit auctor de indicenda canonica purgatione ipsi diffamato, sed ille amplius ibi, ex alijs indicis de heresi erat suspectus, & propter ea non modo purgationem, sed etiam abiurationem simul est subire coactus, hic vero solum erat infamatus de heresi.

E Et que ad hunc modum spectant, repetunt Tabien sis in sum. verbo, Inquisitor. §. 13. nu. 14. & Sprengerius in malleo maleficarum. par. 3. q. 21. Locatus in opere iudiciali verbo, purgatio. & in fine operis in forma ferendi sententiam contra diffamatum de heresi, vt purget se canonicè, plenissime etiam Repertorium Inquisitorum verbo, purgatio. Syluester de strigibus lib. 3. c. 4. puncto 4. de qua multa quoque extant in consilio Tarracouensi relato ab Emerico supra par. 2. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. cap. 3. 2. & dixi multa de canonica purgatione in hoc

149

150

Num. 144.

De purgatione canonice in hoc crimine qui dissuadent.

in hoc crimine omnino cognoscenda supra parte. 2. super cap. inter sollicitudines. de purg. cano. que sunt omnino videnda ad tollendas omnes huius loci difficultates.

Vsus canonice purgationis in crimine heretico.

Et cum in omnibus fere criminibus abolutus fuerit & extinctus vsus canonice purgationis: in crimine tamen heretico, etiam nunc restitutus est, & in sacro Inquisitionis tribunalis frequentatus. quamuis enim in alijs multis delictis sinistra suspicio, præsertim à maleuolis orta, aut tolerari possit, aut interdum negligi, in crimine tamen heretico ferenda non est, nec dissimulanda, sapienter enim scribit Rufinus lib. 1. inuentionum in Hieronymum: Gloriosum quidem esse Christi exemplo iniurias tolerare patienter, at vnã hereseos notam qui ferat, aut dissimulet, non esse Christianum. & beatus ipse Hieronymus ad Pamachium epistola. 61. aduersus errores Ioannis Hierosolymitani altissima clamat voce in hæc verba: Nolo in suspitione hereseos quemquam esse patientem: ne apud eos, qui ignorant innocentiam, eius dissimulatio, conscientia iudicetur si taceat. hæc ille, quod retulit Albertinus in repetitione rubricæ de heret. lib. 6. quest. 14. num. 75 huc spectant que tradit Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 140.

Num. 144.

An solus Episcopus, vel Inquisitor in dicere possit purgationem canonicam.

Infirmis ergo Catholica & sanctissima mater Ecclesia, respiciens quã graue & periculosum sit hæc heresis infamia laborare, varios modos excogitauit ad excludendam sinistram hereseos suspensionem, quotiens aut dictis, aut factis fidelis quispiam eã contraxisset, varijs etiam penis coercens. inter ceteros vero modos vnus est canonica purgatio.

Quia sententia non potest ferri pro delato, absolueno eundem, sed contra indicendo sibi canonicam purgationem, Episcopus & Inquisitor coniunctim, &c. Sed videbatur quòd vnus si ne altero posset indicere canonicam purgationem nã cum delinquentes in hoc crimine ad abiurationem, vel purgationem recipiuntur, non videtur pronuntiar sententia cõtra eos, sed pro eis: quare potius videtur favorabilis & absolutoria, quàm cõdemnatoria: vn de iuxta sententiam Emerici in modo superiori, & infra q. 48. huius 3. partis non videtur necessarium quòd simul conueniant ad hæc exercenda Episcopus & Inquisitor: & plane quamuis hæc sententia de ratione iuris stricta, fortassis verior videatur, at cõtraria est tutior, quam hic proficitur auctor, vt dixi infra in hac 3. parte super dicta q. 48. vbi hanc difficultatem plene declarauit. interim videto Campegium apud Zanchinum c. 8. verbo, diffinitiuam. & Syluestrum de strigibus lib. 3. c. 4. puncto 4. Mibi magno tempore probatur contraria sententia, iuxta id quod dixi paulo post hoc ipso commentario. §. hæc quidem.

Et in Hispania, Abulensi quadam instructione anni MCCCCXCVIII. cap. 1. postquam statutum esset, vt in qualibet Inquisitione duo constituantur Inquisitores subdit in hæc verba: Qui (scilicet Inquisitores) simul, & non vnus sine altero cedant ad capturam, torturam, compurgationem canonicam, &c. similiter ergo iustissimum est, vt in locis vbi vnus tantum est Inquisitor Apostolicus, is non indicat canonicam purgationem sine Episcopo loci.

Considerandum etiam hic est, &c. quòd ordo sumitur ibi in genere, & non specie: vnde si Episcopus, &c. Est omnino obseruandum hoc Emerici documentum: nam si in specie inueniendi essent tales compurgatores, qualis est purgandus, aut nunquã posset se purgare, aut facile deficeret in purgatione: nusquam enim, verbi gratia, Episcopus purgandus posset inuenire duodecim, vel viginti Episcopos, qui ipsum purgarent: ac de ceteris idem est iudicium: nam si dux belli esset purgandus, difficulter posset inuenire tot alios duces bellicos, qui ipsum purgarent. ergo sufficit ad satisfaciendum iuri postulanti in purgatione tantam manum, hoc est tantum numerum ordinis eius, cuius est ipse purgandus, vt habeantur illi, de quibus in genere vere prædicetur illa qualitas, que est in purgando. que latius hic persequi non est presentis instituti, nec necessarium. videndus interim Albertinus in repetitione c. quoniam de heret. lib. 6. quæstione prima, & nonnullis sequentibus, qui multam lucem huic Emerici documento dabit.

Num. 148.

Qualiter intelligendum, Compurgatores esse debere eundem ordinis cum purgando.

Adueniente autem termino, &c. comparebit personaliter purgandus cum suis compurgatoribus, etc. supra par. 2. super cap. inter sollicitudines. vbi egimus de canonica purgatione, praxim omisimus, que in ea solet obseruari: quoniam eam Emericus hoc loco docebat: verum nimis breuiter persecutus est rem difficile, et periculosam, qua non debet nisi cum maxima fieri consideratione, vt ibi diximus. Quare vt hic locus illustretur, & suppleamus que deficiunt, tota hæc praxis indicenda purgationis erit hic præscribenda: nulli autem luculentius (quos ego viderim) rem hanc tradiderunt, quàm Auditor repertorij Inquisitorum verbo, purgatio. §. forma. & Simancas de catho. instit. tit. 56. nu. 25. & seq. sed Simancas ordinatius loquitur, cuius verba hic transcribere placuit, cum nec melius à me, nec elegãtius dici possit, & vt viro docto suus honos habeatur. dicit ergo ita:

Num. 149.

Ritus & ordo in purgatione canonice obseruandus.

In causa purgationis canonice hoc ordine & ritu procedi solet. Conueniunt in vnum Inquisitores, Episcopus, aut eius Vicarius, & assessores, seu consultores periti, & excusis probationibus, reũ condemnant, vt se purget septẽ plus minus te stibus: hoc addito, vt si defecerit in vno, duobus tribus aut pluribus, exinde conuictus plene de crimine censetur. Hæc autem sententia reo dicenda est, & ab ea potest puocare, & post appellatorem causa referenda est ad Senatam, nisi forte friuola fuerit appellatio: quia tunc ei ab Inquisitoribus deferendum non est, vt generaliter Clemens iij. constituit, & specialiter epistola quadã Senatus sanctæ Inquisitionis plenius continetur. [1. 2. C. de decurio. lib. 10. l. 1. de appellatio. c. cum appellationibus friuolis. de appellatio. lib. 6.

Num. 25.

Deinde si à sententia non fuerit appellatum, vel post appellationem sententia confirmata sit, vel appellatio friuola reiecta fuit ab Inquisitoribus: tunc reus ad se purgandum debet nominare tot viros bonos, testes expurgatores, quot in sententia Inquisitorum continetur. Illi autem testes vocari seorsum debet ab Inquisitoribus, & ab eis tria sunt inquirẽda. Primum, an reum cognoscãt, & à

Num. 26.

& à quo tempore: secundum, an reus, vel eius cõsan guinei, vel affines dederint, aut promiserint ali- quid ipsismet testibus, vt reo fauerent: tertium, an testes ipsi se obtulerint ad reum purgandum. Quæ omnia quodam instructionu capite plenè cauta sũt.

Num. 27.

Post hæc testes omnes conuocantur in auditorium Inquisitoru, & reus ad tribunal ducitur, et ab Inquisitoribus interrogatur, an homines illos cogno- scat, & an illi sint, quos ipse in testes purgato- res nominauit: qui respondere solet, se illos cogno- scere, & eosdẽ esse, quos nominauit. sunt autẽ hæc omnia coram Inquisitoribus solis, ac tabellione, seu notario, qui litteris mãdare singula debet: nec alius quispiam p̄sens esse huic purgationi per- mittendus est: ne ipse quidẽ vicarius Episcopi or- dinarij, vt quadã epistola Senatus sancte Inquisi- tionis continetur: à sententia vero purgationis ex- cludi non potest ordinarius, aut eius vicarius, vt di- xi titulo de ab iuratione. [consert c. 1. §. 1.]

Num. 28.

Deinde Inquisitor ad expurgatores conuersus, talia dicere solet: Scitote, fratres, q̄ Acacius reus de hoc & illo crimine accusatus, & suspectus est: quam ob rẽ ab ea suspicio ne se purgare tenetur, & vos nominati estis in teste innocentia sue. Tu ve- ro Acaci per Deũ & sacrosancta Euangelia respõ- de, an ea crimina cõmiseris: & statim reus coram illis iurat, se nihil eorũ dixisse, aut fecisse. Deinde reus abire iubetur: & Inquisitor interrogat purga- tores, an ea omnia probe intellexerint: qui respon- dent, se intellexisse: Mox testes omnes secedũt: & singulis seorsum vocatis, & ab eis solempni iura- mẽto exacto, querit Inquisitor, an credant Acaciũ iurasse verũ, vel falsũ: & quidquid responderint, à notario fideliter scribendum est. hæc tenentur de ri- tu purgationis canonicæ.

Cum indici- tur canonice purgatio, aut Episcopus, aut eius vica- rius adesse debet.

Itẽ quidem Jacobus Simaneas, in quibus id in primis sibi videtur notatu dignum, quod dicit num. 27. videlicet, huic purgationi non posse interuenire Episcopi vicarium: quod licet in Hispania custodiat- ur per priuatas eius Inquisitionis instructiones, ali- bi fieri facienda crederem, quod est iuri communi magis consonum & doctrinæ EymERICI hoc loco con- ueniens, qui scribit in purgatione iniungenda Episcopum & Inquisitorem simul cõuenire debere quod non solua puto locum habere in promouenda senten- tia. sed etiã in toto purgationis actu exercendo: & hoc videtur esse tutius, & obseruandum donec alij meliora doceat. quibus libentissime acquiescam nam cum reus si deficiat in purgatione, possit vt hereti- cus condemnari, quod non potest fieri sine Episcopo, oportet omnino ut ei etiã actũ ex quo tantus effectus facile sequi potest, Episcopus, aut saltem eius vica- rius adsit p̄sens.

Postremo, hoc mihi præterea videtur addendum, ipsi compurgatoribus, distincẽ & clare legendum esse processum, id est summarie, & delicta, & indi- cia esse illis declarãda, ob quæ purgandus ipse captus est, & compulsus canonicam subire purgationẽ: nisi enim hæc intelligant compurgatores non poterunt iu- re, & debite ipsum purgare.

Hispalensi quadã instructione anni M D. post cap. 4. forma obseruanda in canonica purgatione præscribitur in hæc verba à nobis latine reddita:

A Qui compurgandus est in p̄sentia compurgato- rum iuret in forma iuris super Crucem & Sancta Dei Euangelia de dicenda veritate, super his de quibus fuerit interrogatus. Et p̄stito p̄dicto iuramento, Inquisitores dicant ei: Tu, N. fuisi accusatus de tali & tali delicto (specificatis ei so- lum illis delictis, quæ sapiunt hæresim) de quibus es vehementer suspectus, meritis processus conti- deratis: percontamur à te sub debito iuramenti, quod emisisti, an commiseris, vel feceris, vel credideris hæc delicta, vel aliquid ex eis? Et ha- bita responsione ipsius rei in p̄sentia compur- gatorum, reducatur ad carcerem: Et postea re- ciptur iuramentum à compurgatoribus in for- ma iuris, &c. & quilibet seorsum interrogetur sub debito iuramenti, an credat quod dicitur. N. reus carceratus dixerit veritatem: & scribatur in processu quidquid dixerint: & quidquid actũ fue- rit suo ordine. hæc ibi.

Ex his que dicta sunt hæc tenentur videtur consequi canonicam purgationem in secreto esse faciendam, videlicet, in auditorio Inquisitorum, aut in palacio Episcoporum.

Admonebo tamen solitum olim fuisse indicare publicè canonicam purgationem, cap. illud. 2. dist. 8. constat ex perueniẽto codicẽ manuscripto, qui penes me extat, in quo plurima continentur ad sanctum officium spectantia, vbi cum agitur de for- ma indicendæ purgationis canonicæ ipsi infamatis, præscribitur, vt is qui se purgat, p̄sente multitudine copiosa id faciat.

Sed in hac difficultate ita videtur dicendum, si- quis publice de hæresi diffamatus est, sane publice quoque purgare se debet, vt eis publice satisfaciẽt se purgando, quos publice per ingratum infamie of- fendit odorem: imo quidem in fauorem eius, qui se purgat hoc tendere videtur, vt publice si purgatio- nem præstiterit, honori & famæ restituatur, quod si publice non fuerit diffamatus, tunc in priuato præ- stabit hæc canonicam purgationem. hæc distinctio- nem asserit gloss. 2. quæst. 5. in summa. verbo, co- genus. gloss. in cap. 1. verbo, publico. 15. quæst. 5. Archidiaconus in cap. illud. 22. dist. Repertorium Inquisitorum verbo, purgatio. si enim est infama- tus, & alij, à quibus non videtur dissentire hic EymERICUS nu. 150.

Sunt autem quidam, qui cogi non possunt, vt in publico purgentur, de quibus Archidiaconus præ- cato loco. hæc indicasse sit satis: nam diligentiori fortassis indigent consideratione, & vberiore ex- plicatione.

E Considerandum est etiã, quod diffama- tus de hæresi, ibi est purgandus, vbi noscitur diffamatus, &c.] Quia medicina morbo debet esse contraria, & ideo per purgationem debet ibi satisfacere, vbi per malam famam offendit, & deli- quit. Sed amplius obseruari iubet auctor, vt qui in pluribus locis diffamatus est, in pluribus satisfaciat, non quidem per purgationem, quam cum semel adimpleuerit, non debet iterum subire, sed per præ- dicationem: quod qualiter accipi debeat, dixi supra par. 2. sup. cap. inter sollicitudines. §. præcipias in- super.

An purgatio canonica in publico fieri debeat.

Num. 150.

In pluribus locis diffama- tus in illis debet satisfacere.

Num. 150. An recidens in hæresim de qua se purgavit, sit vt relapsus puniendus.

e ¶ Nec contemnat qui canonicè de hæresi se purgavit: nam si post purgationem incidit in hæ- resim iam purgatam, pro relapso habetur, &c.] De hac difficultate varijs locis varie sensit EymERICUS. nam par. 2. q. 58. in fine. nu. 7. vers. eodem modo si quis diffamatus. dixit de hoc casu iura non loqui aperte, & propterea Pontificem summum esse con- sulendum. & 3. par. in 7. modo processum fidei ter- minandi. tit. De forma hysim ad iurandi. §. ratio- ne autem purgationis. num. 184. non admodum de- terminate videtur asserere sententiam, quam hic au- dacter adstruit, dum dicit, dubium esse an is qui in- cidit in hæresim de qua se purgavit, velut relapsus cu- ri sit seculari tradendus: quamuis subiungat, quod videtur tradendus.

Et quoniam supra par. 2. super q. vlcima. promisi me hanc difficultatem hoc loco explicaturum, ideo quanta fieri poterit et breuitate et perspicuitate, quid mihi dicendum videatur, explanabo.

Ac primum de iure nulla videtur esse dubitatio, quin is qui se purgavit, si iterũ incidat in hæresim, de qua se purgavit (vt hic vult EymERICUS) debeat ut re- lapsus tradi curi seculari per textum in c. ad abo- lendam. §. illos quoque. de hæret. quæ hic citat auctor, cuius verba sunt: Illos quoque qui post abiuratio- nem erroris: vel postquam se (vt diximus) proprij antistitis examinatione purgauerint, deprehẽsi fue- rint in abiuratum hæresim recidisse, seculari iudi- cio, sine vlla penitus audientia decernimus relin- quendos. hæc ibi.

Idem videtur innuere textus in cap. excommu- nicamus 1. §. ad ieiunium. de hæret. cuius verba sunt: Ipse autem Episcopus ad p̄sentiam suam conuo- ce et accusatos: qui nisi se ab obiecto reatu purga- uerint; vel si post purgationem exhibitam, in pri- sinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè punian- tur. Idẽ apertius sancit Alexander in c. super eo. de hæret. lib. 6. ibi: Quodque ij, qui post abi- urationem erroris, vel postquam se proprij antisti- tis examinatione purgauerint, si deprehensi fue- rint in abiuratum hæresim recidisse, seculari decer- nuntur iudicio, sine vlla penitus audientia relin- quendi. hæc ibi.

Postremo eandem EymERICI sententiam compro- bare videtur non obscure conciliũ Narbonense, cap. 11. in hæc verba: Et illos qui post abiurationem er- roris, seu purgationem deprehensi fuerint in abi- urationem hæresim recidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia reuelationis animaduër- sione debita puniendos: cum sufficiat tales per- falsam conuersionem semel ecclesiam decepsisse: præsertim vbi tanta eorum inualuit multitudo, licet eis penitentibus nequaquam penitentia sit neganda. hæc tenentur ibi.

Ex his apparet sententiam EymERICI, aut veram esse, aut saltem multum probabilem. nam in his locis citatis videmus abiurantem & se purgantem in hoc equiparari, vt si iterum incidant in abiuratum erro- rem, seculari iudicio relinquuntur.

Quod si quis dicat his locis haberi sermonẽ de eo qui simul & abiurauit & se purgavit, hoc non vide- tur facile admittendũ: quoniam illa particula, vel, a- pte indicat casum sequentem, diuersum esse à præ-

A cedenti, cum eius natura sit distinguere & separare non coniungere aut copulare.

Ex his plane redditur hæc questio valde difficilis, nec video quid primo obturbis iuribus possit respõ- deri, quam ob rem omisiss hic multis cõtemplationi- bus, hanc putarem veram esse præfatorum rescripto- rum sententiam: Qui abiurauit de vehementi hære- si, verbigratia, hæresim: Romanus Pontifex non est caput Ecclesie, si postea vere in eã relabatur, tra- dendus est curi seculari: et hoc est sine controuersia, per textum in c. accusatus. §. eum vero. de hæret. lib. 6. quod procedit etiã in aliã hæresim à priori diuer- sam incidat iuxta præcitatum textum, cum generali- ter abiuret omnem hæresim.

Eodem modo si quis ob vulgatam & frequentam infamiam, quam ex diffis, vel factis seminauit, gra- uem & vehementem contraxit hæresim alicuius su- cionem, verbigratia, huius: Nõ esse purgatorium: aut huius: Errare eos qui hæreticos persequeun- tur, & dicunt fore puniendos: & coactus fuerit se de hac hæresi purgare tãquam vehementer suspectus, & grauius infamatus, si postea vere deprehendatur incidere in eandem hæresim de qua se purgavit, re ve- ra vt relapsus erit curi seculari tradendus, iuxta textum in dicto c. accusatus. §. ille quoque. de hæret. lib. 6. idque ob rationem quam adduxi supra parte 2. super q. 58. §. quartus casus est. quoniam per hanc se- cundam deprehensionem expressam declaratur, seu- mus illius, qui primo fuit in mala opinione contra fi- dem Christi, in qua semper p̄sumitur continuasse vsque ad secundam deprehensionem. & hæc mihi vi- detur vera et tuta sententia, cum post purgationem, quam quis vt grauius & vehementer infamatus se- cit, vere deprehendatur in hæresim lapsus. & in his terminis accipiendum videtur quod hic valde prudẽ- ter tradit EymERICUS.

Hanc EymERICI sententiam aperte profitetur Ho- stiensis in cap. Excommunicamus 1. de hæret. §. qui autem. verbo, euitentur. in hæc verba: Quod si post purgationem p̄stitam, vel abiurationem factam, in hæresim eandem reciderint, seculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquuntur. supra eod. Ad abolendam. §. illos quoque. hæc Hostiensis. Idẽ tenet in summa tit. de hæret. §. qualiter deprehenda- tur. vers. idem si iam purgauerat se. Hostiensem se- quitur Ambrosius de Vignate tract. de hæret. quest. 19. nu. 186. & in eandem opinionem consentit Hieronymus Gabrieliũ cõsil. 160. incipien. Purgatio ca- nonica. nu. 21. vers. Quoad tertium. & nu. seq. & gloss. in cap. accusatus. §. Eum vero. verbo, simplici- ter. de hæret. lib. 6.

Hoc tamen discrimen est inter eum qui abiurat de vehementi, & cum qui ut vehementer infama- tus de hæresi se purgat: qui abiurat de vehe- menti, si iterum vere incidat, siue in eandem, siue in aliam hæresim, curi seculari traditur, iuxta dict. c. accusatus. §. eum vero. de hæret. lib. 6. secus autem di- cendum est in eo, qui ut vehementer infamatus se pur- gavit: nam nõ censetur relapsus nisi recidat in eã- dem hæresim de qua prius se purgavit: ita docet hic EymERICUS, quod videtur apertissime velle iura pau- lo antea relata, & Hostien.

Quod si rationem discriminis quæras, dicam aus- non

Recidens in hæresim de qua vt vehe- menter suspec- tus se pur- gavit, vt rela- psus est puniendus.

Cur qui se purgavit nõ sit relapsus nisi in purga- tam hæresim recidat.

non facile reddi posse; sed ita voluisse legistatoves, cu non omnium que ab illis sancita sunt ratio reddi pos sit. l. non omnium. ff. de legibus. aut; quod verius e certius est; ideo qui incidit in alia haresim diuersam ab ea, de qua se purgauit, non punitur pena relapsio rum, nec traditur curie seculari; quoniam de illa solu aut illis haresibus se purgauit, de quibus fuit infama tus; non autem de omni haresi generaliter. qui vero abiurat haresim vt vehementer suspectus, omne hē resim abiurat, & propterea in quacunque postea la batur, relapsorum pena punitur. et hęc mibi videtur vera & solida discriminis ratio.

Dixi autem hanc sententiam veram mibi videri in eo, qui vt vehementer diffamatus de aliqua haresi se purgauit: nā si quis leuiter diffamatus esset, etiā si in haresim purgatam relaberetur, non putaretur re lapsus: sed perinde iudicandum esset de eo, ac de illo qui de leui abiurauit. sunt enim abiuratio et purgatio duo remedia ad excludendam haresis suspicionē val de apta, & inter se multum similia: vnde que de vna dicuntur, de altera possunt accipi, nisi in his, in qui bus ius nominatim aliud disponit.

Si quis vero non recideret in haresim purgatam, sed in aliam, quamuis non sit puniendus vt relapsus, acriter timē esset coercendus. quod si sepius post pur gationem recideret in aliam atque aliam haresis infamiam; tunc fortassis tradi posset curie seculari, iux ta id, quod diximus supra par. 2. super q. 58. s. hoc vnum postremo.

Que dicatur grauis hære sis infamia: & qualiter cognoſcatur.

Sed queret quisiam; quenam dicitur grauis hære sis infamia, & respondeo multis modis hoc posse de prehendi: nam si quis apud bonos viros seu plurios, seu passim notetur infamia, ea grauis, & vehemens censenda erit. Rursus, si quis propterea à bonorū con fortio repellatur, eumque viri probi euitent, acce dant que etiam indicia & suspensiones infamiam hære sis augentia, ea grauis infamia putanda erit. Præ te rea, si statim post magnum aliquod delictum comi sum, verbi gratia, post deletas Sanctorum imagi nes, combusta templa, violata sacramenta, & simi lia, statim aduersus aliquem oriatur infamia, illa plane grauis putabitur. Sed & alijs quoque modis immotescere id poterit, quos prudens iudex facile in spectis personarum, locorum, et temporum circumstā tijs rimabitur.

Purgatus ca nonice an re maneat in habilis.

Postremo vt nihil hic desideraretur eorum que ad canonicam purgationē spectāt, dicēdū erat de eius effectu, an scilicet is qui se canonicè purgauit, rema neat inhabilis ad officia & beneficia quecumq; ecclē siastica, an vero cōtra libere & absque vilo canonico impedimēto promoueri possit. Sed quia hęc tractatio copiosum requirit indaginem, et à nobis diffuse alibi disputata est, ideo hoc loco omittetur.

Hieronymus Gabrielius consilio quodam 160. in cipient. Purgatio canonica, purgatum canonicè nullo modo remanere impeditum, quominus libere promo ueri possit, ex multis probare contendit: ceterū eius sententia non puto indistincte subscribendum, et mul ta considerare oportet antequam in eam eatur: nam iura fere omnia, quibus ille vtitur, loquuntur de purga to iam promotō, non autem de purgato promouendo, & eius sententiam nihil magis confirmat quàm cap. illud 23. dist. quod tamen ille omisit.

A De tertio modo terminādi processum in causa fidei per tormenta.



ERTIVS modus processum fidei finiendi & terminandi est, quando delatus de haresi processum meritis diligenter consideratis, cum bono consilio peritorum, reperitur varius: vel habens indicia contra se ad quæstiones, vt sci licet exponatur quæstionibus & tormentis; vt si quæstionatus nihil concesserit, pro immuni & in nocente habeatur: Et hoc est, quando delatus non est deprehensus nec propria confessione, nec facti euidentia, nec testimonio legitima productione, nec sunt indicia ad talem suspensionem, vt habeat haresim abiurare: est tamen in suis confessionibus varius, vel alijs sunt indicia sufficientia ad quæstio nes & tormenta.

Circa istum talis practica est seruanda, In ba ta li autem casu quia sententia interlocutoria est contra delatum ferenda, & non pro eo, per Epi scopum & Inquisitorem, coniunctim, & non di uisum est ferenda, iuxta c. Multorum. in clem. In primis si talis steterit in negatiua firmiter, & nullatenus (licet indutus per probos viros) fateri voluerit veritatem, feretur sententia, que videtur sapere vim diffinitiuæ sententiæ per modum te noris sequentis.

Forma sententię interlocutorię ad supponendum aliquem quæstionibus & tormentis.

Nos N. misericordie diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. Inquisitor in terris di tioni talis domini subiectis, à sancta sede Aposto lica specialiter delegatus:

ATTENDENTE S meritis processum fa cti per nos contra te talem, talis loci, talis diocē sis, diligenter examinatis, quod tu es varius in tuis confessionibus, & sunt nihilominus indicia mul ta, que sunt sufficientia ad te exponendum quæ stionibus & tormentis: Ea propter vt veritas ab ore tuo proprio habeatur, & vt deinceps aures iu dicum non offendas; interloquendo declaramus, iudicamus, & sententiāmus die præsentis & hora ta li, te supponendum tormentis & quæstionibus. La ta fuit hæc sententia, & cetera.

E Instructio accuratissima circa quæstio nes reorum.

SI quæstionandus reperitur varius, & infi mul sint indicia alia ad quæstiones sufficientia, po natur vtrumque in sententia, vt in prædicta posi tum est. Si autem hæc duo non concurrant, sed v num tantum, vt pote varietas sine alijs indicijs, vel alia indicia sine varietate, ponetur in sententia vt inuenitur. Sententia autem lata mox exequetur, vel exequi simuletur.

Non

Non facile veniatur ad tormenta.

Non sit tamen Inquisitor multum volūtarius ad quæstionandum aliquem; nam quæstiones & tormenta non inferuntur, nisi in defectum aliarū probationū; & ideo perquirat alias probationes. Quod si non inuenierit, & tenet probabiliter, q delatus est culpabilis, sed metu negat veritatem, bonis modis & quandoque cautelosis, & interdū adhibitis eius amicis inducentibus ad veritatē dicendam, faciat suam diligentiam, vt ab ore eius habeat veritatem, & negotium non festinet: nam meditatio frequēs, & carceris calamitas, & replica ta informatio proborum virorum disponunt ad veritatem eruendam.

Notanda In quæstionibus.

154 Quod si delato conuenienter expectato, & tē pore congruenter prorogato, ac delato multipli citer informato, credant bona fide Episcopus & Inquisitor, omnibus consideratis, ipsum delatum negare veritatem, quæstionent eum moderate, si ne tamen effusione sanguinis, sciētēs quod quæ stiones sunt fallaces & inefficaces. Nā aliqui sunt ita molles corde & vecordes, quod ad leuem tor turam omnia concederēt quacunque falsa: aliqui autem sunt ita pertinaces, quod quantuncq; ve xentur, ab eis veritas non habetur. Aliqui sunt, qui fuerunt alijs quæstionati; & istorum aliqui melius sustinent quæstiones, quia statim brachia trahun tur & firmantur: aliqui autem remanent debilio res, & sic minus sustinēt quæstiones. Aliqui sunt etiam maleficiati, & in quæstionibus maleficijs vt untur, qui ante morentur, quàm aliquid faterē tur: efficiuntur enim quasi insensibiles. Quare in quæstionibus cum maxima prudentia est agendū, & ad conditionem quæstionandi quamplurimum attendendum.

155 Cum autem lata fuerit sententia, mox ministri se disponunt ad quæstionandum delatum: Et cum disponunt se, Episcopus & Inquisitor per se, & per alios bonos viros fidei zelatores, inducāt quæ stionandum ad fatendum libere veritatem: q si fa teri noluerit, mandēt ministris quod expolient eū, & illi statim obtemperant, non læti, sed quali tur bati, & expedite expolient eum; & dum spoliatur, inducatur fateri veritatem: quod si renuerit, per a liquos probos viros trahatur ad partem spoliatus & inducatur, & inducendo informetur, q non tradetur morti, sed iurabit ne de cetero reuertatur ad delictum; Nam de certo (vt experientia plu ries me docuit) multi faterentur veritatē, nisi me tu mortis terrentur: & si promittatur eis, quod non tradentur morti, faterentur; & audacter Epi scopus & Inquisitor promittāt ei, quia possunt cū veritate, nisi ageretur de relapsu: & tunc non est promittendum.

Alidum modo amplius non reuertatur ad delictum.

Quod si nec minis, nec talibus promissis fateri voluerit veritatem, sententiā exequantur, & quæ stionetur a consuetis modis, & non nouis, nec ex quisitis; leuius vel fortius secundū quod crimē exi git delinquentis. Et dū torquetur super certis arti culis, super quibus quæstionatur, interrogetur & frequenter, à leuioribus tamen incipiendo, quia ci tius concedet leuia, quàm grauiora.

156 Et dum hæc sunt, Notarius totū scribat in pro cessu, & quomodo quæstionatur, de quibus inter

rogatur, & quomodo respondetur. Quod si quæ stionatus decenter, noluerit fateri veritatem, ponā tur alia genera tormentorū coram eo, dicendo q oportet eum transire per omnia, nisi prodat verita tem: quod si nec sic, poterit ad terrorem vel etiā ad veritatē, secūda dies, vel tertia assignari, ad cō tinuandum tormenta non ad iterandum: quia ite rari non debent, nisi nouis superuenientibus indi cijjs contra eum; quia tunc possunt: sed continuari non prohibentur.

Assignatio ad cōtinuandum tormen ta.

Dicetur ergo sic: Et nos N. Episcopus & In quisitor præfati, assignamus tibi tali, diem talē ad quæstiones continuādum, vt à tuo ore proprio ve ritas eruatur. Et totum ponatur in processu, & in fra tempus eidem assignatū, & per se, & per alios probos viros inducent eum ad fatendum verita tem: quod si fateri noluerit, die assignata poterunt quæstiones continuari; & sic quæstionetur eisdem vel alijs generibus tormentorū fortius vel leuius secundum maiorem culpam vel minorem gra uitatem. Et poterunt iudices multas cautelas li citas adhibere, & in verbis & in factis, vt veritas habeatur, quas magis docebit experientia atque vsus, & negotiorum varietas, quàm ars alicuius, seu doctrina.

Vbi autem decenter quæstionatus & tormen tis expositus noluerit detegere veritatem, amplius non vexetur, sed abire libere dimittatur: Et si re quirat iudices, quod per sententiam expeditur, ei non poterunt denegare; & tunc feretur senten tia, quod de tali crimine, de quo fuit delatus, meritis processus diligenter discussis, non inuenitur probatum aliquid legitime contra eum, sicut in primo modo finiendi processum & terminandi di ctum est. Videatur ibi.

157 Tortus suffi ciēti, & per stans in ue gatiua, liber dimittatur.

Si autem in quæstionibus prodiderit verita tem, scribatur totum in processu, & post quæstio nes ducatur ad alium locum, in quo non sit aspe ctus ad tormenta, & legatur sibi confessio, quam fecit in tormentis, & interrogetur etiam diligen tius & semel, & pluries quousq; veritas habeatur. Quod si non perfliterit in prima confessione, im mo adhuc negauerit veritatem, & non est de cetero quæstionatus, poterit (ut dictum est) iterum supponni quæstionibus & tormentis, non iterando, sed continuādo. Si autē decenter quæstionatus est (ut dictum est) libere dimittatur: & si omnino requiratur per sententiam expediri, fiat sibi, ut dictū est statim.

158 Cum in tor mentis con fiteretur, quid agendum.

Si autem perfliterit in ipsa confessione, & pro diderit i veritatem, culpam propriam recognoscē do, & ab Ecclesia ueniam postulando, tamquam deprehensus in haresim propria confessione, sed pœnitens, iuxta c. Ad abolendam. s. præsentis. abire ret, & sententialiter ut deprehensus publice, con demnetur per modum, quo damnatur in haresim deprehensi propria confessione; ut dicetur infra in octauo modo expediendi huiusmodi deprehē sos. Videatur ibi.

159 Al. ratifica uerit

Vbi uero veritatem prodiderit, & non pœni tuerit, sed in haresim pertinaciter perfliterit, & relapsus nō fuerit, cōdemnabitur iuxta c. Ad abo lendam. s. præsentis. & expectatus competentem, & in

Si sit impœ nitens, trada tur curie se culari.

H h

& informatus decenter, tradetur brachio fœculari vltimo supplicio feriendus, vt dicitur infra in decimo modo. Si autem relapsus fuerit, condemnabitur per modum de quo dicitur infra in vndecimo modo processum terminandi. Videatur ibi.

160

Hic q̄ autem est diligentius attendendum, quod ille, qui quæstionandus est, ante quæstiones interdum contra se nihil confitetur; nec contra eum aliquid probatur, propter quod possit nec debeat hæresim abiurare, nec propter hæresim condemnari: & de talibus agitur hic, & dictum est statim.

Duranti in tormentis in negatiua quando iniungenda sit abiuratio.

Interdum autem ipse delatus est in hæresim deprehensus, vel aliàs sunt alia contra eum probata iudicia, propter quæ debet abiurare vt leuiter; vel vehementer de hæresi suspectus, propter quæ non est quæstionandus: sed vltra hoc negat aliqua, quæ non probantur, sed sunt iudicia sufficientia ad quæstiones. Et cum pro talibus quæstionatur, si nihil propter quæstiones confiteatur, iste non est absolvendus, sed secundum probata contra eum procedatur, & abiurabit velut suspectus; vel vt deprehensus, prout processus merita exigunt & requirunt. Si vero propter quæstiones cõfiteatur illa, vel eorum aliqua, propter quæ quæstionatur, tunc abiurabit hæc & illa, & pro istis & illis sententia cõtra eum est ferenda.

COMMENT. XXXIX.

Num. 151.

Dem tradunt Tabiensis in sum. uerbo, Inquisitorij s. 14. nu. 15. & Jacobus Sprengerius in maled maleficarum 3. par. q. 22. multa Vmbertus Locatus in opere iudiciali, verbo, tortura. Syluester de strigibus lib. 1. cap. 4. puncto 5. Simancas de catho. instit. tit. 65. de tormentis sed quantum ad hunc locum spestat de torquendis reus. & ex quibus indicij id face re liceat, videndus est Eymericus infra par. 3. q. 61. vbi dixi plenissime.

Tormentis quando sit locus ex Eymericus sententia.

Et hoc est quando delatus, &c. nec sunt iudicia ad talem suspensionem, vt habeat hæresim abiurare, &c. vel aliàs sunt iudicia sufficientia ad quæstiones & tormenta.] Hic locus est obscurus, ita vt vix percipiatur quid sibi velit Eymericus: hoc tamen videtur concludere, tunc locum esse tormentis, cum vel varius est reus, vel sunt iudicia ex quibus possit torqueri, quæ tamen non sufficiunt ad hæresim abiurandam, quæ doctrina non videtur vera. Primum enim sola quævis variatio non sufficit ad torturam, vt dixi infra super quæstio. 61. s. prima regula est. Rursus, quia eadem illa iudicia, quæ sufficiunt ad torturam, videntur etiam vt plurimum sufficere ad indicendam abiurationem: sicuti patet etiam mediocriter eruditus.

Ad suspiciõnem hæresis excludendam tria oportuna remedia, & qualia.

Quare hoc articulo ita clarius est dicendum: cum delictum est semiplene probatum, vel sunt talia iudicia aduersus reum, vt nõ possit simpliciter absolui ab instantia seu accusatione: tunc ad diluendam delicti suspensionem, tria sunt in hoc tribunali prodita remedia: purgatio canonica, de qua egit auctor in superiori modo processum fidei terminandi: abiuratio de vehementi, seu leni, de qua agit in sequentibus: & tormentum, de quo nunc disserit, hoc tamen postremum

accommodatus est ceteris ad eruendam veritatem: nam purgatio, & abiuratio non tam sunt apta & inducenda ad veritatem indagandam, quàm ad suspicionem, & infamiam hæresis excludendam.

Itaque hoc remedium per torturam nõ differt præcipue ab alijs penes iudicia aut suspensiones, vt hic videtur simpliciter velle Eymericus, ita vt quæ non sufficiunt ad abiurationem, sufficiunt ad torturam: quia generaliter id falsum videtur: sed differt quo ad modum infligendi, quamuis easdem vbique contingat adesse suspensiones & coniecturas. atq; hæc est vera & solida doctrina, comprobata etiam per Madrilianã instructionem anno Domini MDLXI. c. 46. 47. et 48. quæ suis locis retulimus.

Non tamen propterea disteoret euenire sepe posse, vt talia iudicia concurrant contra reum, ex quibus non possit tuto imponi abiuratio de vehementi, aut alia grauior, cum ea sit grauißima pœna ob periculum relabendi: ea tamen iudicia sufficientia iudicabuntur ad torturam infligendam, quæ non est adeo periculosa, vt per eam indagetur veritas, & ab ore ipsius met delinquentis, si fieri potest, habeatur, vt tunc securius possit procedi ad iniungendam abiurationem, & alias penitentiã. immo sepißime hoc fieri est necessarium, & hac fortassis ratione loquitur Eymericus.

Iam quando sit locus quæstionibus, trado copiose infra par. 3. super dicta q. 61. ex quibus tractatio hæc lumen accipiet, cui non est facile fidendum sine his adnotationibus.

In tali casu, quia sententia interlocutoria est contra delatum ferenda, &c. per Episcopum & Inquisitorem coniunguntur, &c.] Hæc est vera & sana sententia, quam in terminis probat textus ab Eymericus citatus. illud addo non modo ad pronuntiandam tormenti sententiam, interuenire debere Episcopum & Inquisitorem: verum etiam ad executionem eius, nisi per infirmitatem, aut aliam iustam causam alter excusaretur: hoc enim tutius est, & cantum etiam in Hispania Madriliãna instructione anno MDLXI. cap. 48. in hæc verba: Ad pronuntiandam tormenti sententiam interueniant Inquisitores, & ordinarius, & eodem modo ad eius executionem, ob varios casus, qui in tortura accidere possunt. hæc ibi. Quod cum sit tutissimum, vbique mihi videtur obseruandum; quod etiam apertissime velle videtur auctor paulo post nu. 155. ibi: Et cum disponunt se, Episcopus & Inquisitor per se, &c. inducant quæstionandum ad fatendum libere veritatem, quod est obseruatione dignissimum.

Si quæstionandus reperitur uarius.] Hic sentit apertissime auctor ob varietatem solã reus posse torqueri: quod qua ratione sit accipiendũ, explicui infra super dicta q. 61. s. prima regula est. quod omnino videas, ne se hic locus decipiat, qui sano modo intellectus veram doctrinam continet.

Non sit tamen Inquisitor multum voluntarius ad quæstionandum.] Hoc est saluberrimum documentum: quamuis enim iudicia, ex quibus ad torturam deuenitur, sint arbitraria, non tamen proinde temere & in qualibet causa sunt tormenta usurpanda; iudicia enim talia esse debent, quæ iure

Et in sententia torturæ, & in eius executione debet interuenire Episcopus cum Inquisitoribus.

Nõ facile reuocandum ad torturam, & qualia debent esse iudicia.

substant & approbentur, aliter reiicienda sunt, vt plene dixi super dict. q. 61.

Iam tota hæc tractatio & obseruatio, quam hic tradit Eymericus de torquendis reus absolutissima est, & multa prudentia, ac iudicio constituta.

Num. 154.

Tortura res fragilis & incerta.

Tal. criminatur.

Maleficia quæ reuertuntur ad torturam, & qualiter diluantur.

Scientes quod quæstiones sunt fallaces & inefficaces, &c.] Insignis est hic locus desumptus ex Vlpiano in l. 1. s. in causa tributorum. vers. quæstioni ff. de quæstionibus. vbi ita scriptum est: Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam, constitutionibus declaratur: Etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat: nam plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientsia, vt quoduis mentiri quàm pati tormentis velint. ita fit vt etiam uario modo fateantur: ut non tantum se, uerum etiam alios committentur. hæc tenus ibi. Hic perinet locus cõmunis ad quæstionibus, & contra quæstiones, de quo eleganter Quintilianus lib. 5. orato. inquit. circa principium. & Cicero lib. 2. de inuentione. & lib. 2. Rhetor. ad Herennium.

Aliqui sunt etiam maleficiati, &c.] Ipsemet explicat quid sibi velit esse maleficiatus, hoc est ipsi sponte deserunt maleficia, vt non sentiant sciantur tormentorum. nec putes hæc prorsus vana esse: nam Paulus Grillandus causarum criminantium acer quondam index, in tract. de quæstionibus & tortura, q. 4. num. 13. & sequen. refert se experitum hæc esse; idem testatur sibi contriße Hippolytus Marsilius in repetitione ff. de quæstio. Solent autem magna ex parte huiusmodi malefici vti verbis & orationibus sumptis, vel ex Psalmis Davidicis, vel ex alijs sacra scriptura locis, que miris interdum modis & superstitionibus describunt in chartis membraneis puris, quas ipsi chartas virgines vocant, intermixtis quadoque incognitis Angelorum nominibus, qualia nos superiori anno vidimus ad quodam vili homine, dum ad carcerem duceretur, abstracta, in quibus insitanti quidã erant circuli, chartæ res, & figura prorsus admiranda, & valde superstitiosa.

Hæc omnia interdum in aliqua secreta corporis parte recondunt, vt cum torture admoventur, sicut quasi insensibiles: interdum vero solo verbo profertur quadam voce submissa, ita vt proculdubio quandoque contingat quæ hoc loco commemorat Eymericus.

Aduersus has fraudes & incantamenta, quæ remedia opem ferant, nondum sum expertus: inuabit fortassis cunctas vestes detrahere cum quæstionibus admoventur huiusmodi homines, quibus sepe has figuras scriptas occultant.

Num. 155.

Locus animaduertendus.

Solita tormenta vlturpanda.

Quod non tradetur morti, sed iurabit ne de cetero reuertatur ad delictum.] Ita Barcinonensis impressus, Bononiensis item & codex Cardinalis de Gambara, sed Sabellanus ita: Quod non tradetur morti, si confessus fuerit, dummodo amplius non reuertatur ad delictum.

Et quæstionetur consuetis modis.] Hic locus est valde notandus: neque enim debent noua tormentorum genera excogitari, sed solita & vsitata

sunt adhibenda, vt pulchre docet Antonius Gomez tomo. 3. varia. resolu. cap. 13. nu. 5. & dixi plene infra super q. 61. vbi totum hunc locum de tormentis copiose declarauit.

Num. 156.

Locus de tormentis apud Eymericum, explicatur.

Quod si quæstionatus decenter noluerit fateri ueritatem, ponantur alia genera tormentorum coram eo, &c.] Prima fronte videtur absurdum quod hic tradit Eymericus, dum ait eum qui deceter est quæstionatus, debere perterrefieri appositis coram eo nouis tormentis, ac etiam iure torqueri, quod est iniquum. quando enim quis decenter est tortus, iam vicit ac superauit tormenta, & ideo liberandus est, non amplius terendus, nec torquendus; quare ex sequentibus verbis & tota horum verborum serie hæc colligitur Eymericus fuisse sententia, cum reus primo die decenter est quæstionatus, iuxta qualitatem tormenti, quod indicatum est primo sufficere ad eruendam veritatem, licet non sit datum cum debito rigore, vt fieri solet: nam semper a leuioribus tormentis incipiendum est, nec factus fuerit veritatem; licet pro illa vice ac die decenter sit quæstionatus, non tamen est sufficienter tortus: & tunc ostendi illi poterunt noua tormenta, quibus amplius in sequentibus sit torquendus nisi fateatur: atque hoc consilium est laudabile & securum. non ergo loquitur de eo, qui iuxta qualitatem iudiciorum omnia iam tormenta superauit, sed de illo qui licet semel fuerit pro illa vice sufficienter tortus, adhuc tamen secundum iura remanet torquendus, quod indicant apertissime illa verba: Ad continuandum tormenta, non ad iterandum.

Scio quæsitum esse, an qui iure torqueri non possunt, terri saltem possint, velut milites, doctores, equites et alij nobiles. Sed hæc quæstio in hoc crimine locum non habet, cum omnes priuilegiati & exempti a tortura in alijs delictis, in hoc torqueri possint, vt dixi infra super dict. q. 61.

Qui iure torquenti nõ possunt, an possint saltem terri.

De illis vero qui vel propter immaturam etatem & corporis debilitatem, quales sunt impuberes, aut propter senectutem non torquentur, dubium est an saltem terri possint. & verius est posse, cum leuiter etiam & cum moderamine, iuxta personæ & temperamenti corporis qualitatem, torqueri possint, iuxta textum singularem in l. 1. s. impuberi. ff. ad senatus C. Syllanian. cuius verba sunt: Impuberi autem utrum in supplicio tantum partimus, an uero etiam in quæstione? & magis est, ut de impubere nec quæstio habeatur, & aliàs solet hoc in usu obseruari, ut impuberes non torquantur: terri tantum solent, & habena, uel scutula cædi. hæc ibi. Et tenet Simancas de catho. instit. tit. 65. num. 45.

Impuberes & lenes terri possunt & leuiter torquentur.

Si quis autem alterius gratia iure torqueri prohibeatur, vt mulier prægnans propter periculum partus; tunc nec terri potest: quoniam ex terrore & comminatione posset sequi abortus: expectanda igitur est donec pariat, si veritas aliter quàm per torturam aut terrorem haberi non possit. de quo alibi fusius diximus.

Mulier prægnans nec terri quenda nec terrenda.

Illam vero est cognitu necessaria, & huius loci propria disputatio, An confessio facta per terrorem & comminationem, absque ratificatione sit valida, & fidem faciat. in quo articulo, qui valde singularis est

Cõfessio per terrorem facta an ratificanda & quãdo pulchra disputatio.

ris est & notandus in hac causa, ita distinguere oportet: Aut terror, & comminatio realis est, & actui propinqua, utpote, cum reus accusatus vel inquisitus erat ligatus, vel spoliatus prope tormentum, aut sane in loco tormentorum: Aut terror remotus est à tormento, & verbis tantum illatus per iudicem comminantem reo, se miris modis cum excruciatum, nisi veritatem fateatur.

Si primo modo per terrorem extracta sit confessio; tunc non valebit sine ratificatione: quia paria sunt confiteri in tormentis vel metu tormentorum. ita Baldus in l. nouissime ff. quod falso tutore aucto. que sequitur ibidem Raphael Cumanus. Idem Baldus in l. interpositas. C. de transactio. tradit Gadinus tract. de malef. in rubrica. De questionibus. vers. qua confessio dicatur facta formidine tormentorum. & alij quos libens omitto. & hec sententia vera est et tuta, & obseruanda. hoc ergo casu, vt confessio valeat, ratificatio & perseverantia exigitur, perinde ac si in tormentis facta esset.

Si autem quis secundo modo per terrorem factus confiteatur, valet tunc confessio absque ratificatione, & tamquam spontanea & sine tormentis facta cenferi debet: nam regula que dicit, paria esse torturam & errorem, de qua Baldus in dict. l. nouissime. ff. quod falso tut. auct. locum habet in terrore primi generis, qui actui propinquus est, vt vere & singulariter adnotauit Antonius Gomez 3. tomo. varia. resolutio. c. 13. num. 4. vers. & ita debet procedere. tenet Bart. in l. 1. §. dicitur Severus. num. 2. ff. de questio. & Gadinus tract. de malef. precipitato loco. hec autem verba de terrore factio cuiuslibet & indistincte fieri potest, atque ex his puto hunc Emerici locum claram lucem accepisse.

Torturam & terrorem paria esse qualiter intelligendum.

Num. 156.

¶ Quod si nec sic, poterit ad terrorem, vel etiam ad veritatem secunda dies, etc. assignari ad continuandum tormentum, non ad iterandum. Singularis est & tutissima, & penitus obseruanda hec Emerici doctrina de non iterandis tormentis, nisi noua indicia superueniant. quam sententiam tradunt communiter Doctores. Bartolus in l. vnus. §. 1. ff. de questio. Odofredus. Cynus, & Salycetus, in l. fin. C. de quest. Alexander lib. 1. consil. 3. incipien. In casu Inquisitionis. nu. 5. vers. quartum notandū. Franciscus Casonus tract. de tormentis, cap. 14. nu. 1. & seq.

Tortura noua indicia accedentibus, an & quando iteranda.

Noua autem indicia uoco, que à primis differunt specie & substantia, vide Alexandrum in pre. citato consil. 5. lib. 1. & Franciscum Casonum tract. de tormentis, cap. 14. Et noua indicia sunt, siue procedant ex dicto eius qui torquetur, siue aliunde, vt not. in l. per banc. C. de tempor. appel. & tradit Casonus precipitato loco.

Verumtamen quamuis noua superuenierint indicia, non est retorquendus reus, nisi in corporis fortitudine durauerit. l. vnus. §. 1. ff. de questio. tradit Guido de Suzaria precipitato loco, quod est obseruandum, ne forte reus in tortura, dum retorquetur, exanimatus concidat, nec refert etiam si leniter primo fuerit tortus. sunt enim multi ita debiles, vt ex prioribus tormentis ita remaneant infirmi, vt probabiliter credatur eos non posse alia nondum inflicta etiam le-

uora sustinere sine graui iactura & periculo vel animi vel corporis. meminerint ergo iudices se non esse carnifices, & fallaces esse questiones, vt paulo antea monuit auctor.

Ceterum, vt hic locus amplius lucem accipiat, videndum est, quando tormenta repeti possint. que licet vulgaris sit questio, at est valde vitiosa, & cognitum necessaria.

Sit ergo hac prima regula: Cum reus fuit leniter & molliter tortus, repeti potest in tormentis, ita vt sufficiēter torquatur. quo casu iudices solēt cū iubēt reum deponi à prima tortura, iubere notario vt scribat, se illum deponi iubere animo repetendi: & hec non tam dicitur repetitio torture, quam continuatio, quoniam vere & proprie loquendo repeti tunc dicitur tortura, quando reus fuit sufficiēter tortus, ita quod priora indicia plene diluerit, & superauerit: quod si reus fuit sufficiēter tortus, & nihil est confessus, tunc non possunt repeti tormenta, vt optime docuit idem Emericus, nisi noua indicia superueniant. ita Albericus in rubrica C. de questio. nu. 8. vbi ita seruari asserit. & hanc opinionem vocat communem Alexander lib. 1. consil. 5. num. 5. & alij quos refert & sequitur Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 64. vers. vltimo videndum est. atque ita potest accipi hoc Emerici dictum.

Sit secunda regula: Quamuis ex primis indicijs nemo debeat in tormentis repeti, quod communiter teneri tradit Alexander in dict. consil. 5. nu. 5. hoc tamen fallit, quando prima indicia sunt multum vrgentia & manifesta: nam quamuis hoc casu secundū alios quos de iure tortura repeti nō possit, nihilominus de consuetudine seruatur, vt tormenta repeti possint. Bart. in l. vnus. §. reus. nu. 2. ff. de q. quem alij sequitur, quos precipitato loco refert Iulius Clarus. sed cauendum hic est, ne quid nimis seuerum ratione huius opinionis committatur. sepe enim contingit ob seuitiam tormentorum multos faceri que non commiserunt. ego tutius putarem hoc casu non esse repetenda tormenta, si reus sufficiēter tortus fuerit, nec aliquid falsus fuerit: quamquam non ambigo in hominibus multum facinorosis, & robustis cum exquisitissima tamen consideratione, hanc regulam quandoque locum habere posse.

Sit tertia & postrema regula: Cum reus in tortura fuerit confessus delictum, et deinde ductus ad ratificandum, confessionem factam renouauerit, tunc repeti potest in tortura, etiamsi alia indicia non superueniant, quia ea confessio primum facta in tormentis, dicitur nouum indicium. Bartolus in l. vnus. §. reus in fine. ff. de questio. & hanc opinionem dicit communem Bosius tit. de tortura, & alij quos refert & sequitur Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 21. vers. vltimus quero. & q. 64. vers. vbi vero. & vers. vltimo videndum est. in fine. verum hoc casu vitanda est iudicum quorundam crudelitas, & immanis plusquam carnificum seuitia, qui tamdiu reum detinent in tormentis, donec perseueret: hoc enim fieri non debet, nec potest, vt optime precipitato loco scripsit Iulius Clarus.

Quotiens autem fieri possit hec repetitio tormentorum ob renouatam confessionem factam in tormentis, paulo post aperiam.

¶ Vbi

¶ Vbi autem decēter questionatus, & tormentis expositus noluerit detegere veritatem, amplius non vexetur, sed abire libere dimitatur. Hic locus est obseruatione dignissimus contra sententiam Caradialis in clemen. 1. de vsuris. & Francisci Squillacensis tract. de harret. cap. 31. nu. 1. & quorumdam aliorum asserentium, reum prius questionandū: & si nihil fateatur, purgandum; tandem ad abiurationem compellendum: que sententia velut nimis seua explosa fuit à nobis supra par. 2. super c. inter sollicitudines. §. atque ex hac. & §. seq. & Emericus hoc loco sapientissime more suo sentit reum sufficiēter tortum liberandum esse absque alijs penitentijs. in quo quid sit obseruandū, docui precipitato loco, quod omnino videas in hac causa.

Reus sufficiēter tortus, si nihil fateatur, liberandus.

Tortura pro parte quando dicitur repeti.

Tortus sufficiēter quis dicitur.

Num. 158.

Quanto tempore transactio debeat ratificari confessio in tormentis facta, & qualiter.

Tunc autem dicitur reus tortus sufficiēter, quando ita rigida inflicta est sibi tortura, vt iudicio prudentum considerata indiciorum qualitate ea ipsa indicia purgauerit, et nihil fuit confessus, sed in tortura semper mansit in negatiua. vt ergo intelligatur quado per torturam indicia sint purgata, commensuranda est qualitas rigiditatis inflictæ torture, cum qualitate grauitatis indiciorum.

Si autem in questionibus prodiderit veritatem, scribatur totum in processu, & post questiones ducatur ad alium locum, &c. Post inflictum tormentum & confessionem in eo extortam, vt virtute eius reus possit condemnari, necessarium est vt eam ratificet extra locū torture, quantum autem tempus transire debeat in hac causa nullo communi iure (quod ego sciam) prescriptum est. Bartolus, & alij in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de questio. & alij alijs locis in arbitrio iudicis hoc esse positum videntur sentire. Ceterum Antonius Gomez tomo. 3. variar. resolut. cap. 13. num. 24. recte admonet id spatium esse debere vnus diei naturalis: quam sententiam comprobare videtur instructio Madriliana anno MDLXI. cap. 53. quam paulo post referam: sed hoc spatium ad minus debet transire. benignius tamen est, vt hec ratihabitio fiat post duos, vel tres dies postquam inflicta fuit tortura, ne adhuc tormentorum dolor & rehemens animi perturbatio durare videatur.

Hæc ratihabitio quibus obseruatis fieri debeat, tradit hoc loco Emericus, & prescripsit luculenter Madriliana instructio cap. 53. in hæc verba à nobis latina facta: Transactis vigintiquatuor horis post tormentum, debeat reus confessionem suam ratā habere. quod si eam renouauerit, vtendum erit iuris remedijs. & quo tempore tormentum infligitur, notarius debet horam scribere, & similiter faciat hoc tempore ratificationis, ne si frequenti die fiat ratihabitio dubitetur, an sit facta post vigintiquatuor horas, vel ante. quod si reus confessio nem in tormentis factam ratam habuerit, & Inquisitoribus fuerit satisfactus de bona reorum confessione & conuersione, poterunt ipsum admittere ad reconciliationem; quamuis in tormentis confessus fuerit, prudenter tamen animaduocare debent, qualiter huiusmodi homines recipiāt, & considerare oportet heresum quas confessi fuerant, qualitates, an eas didicerint ab alijs, vel eas ipsi alios docuerunt ob periculum quod inde

consequi potest. hæc ibi. adde omnino Antonium Gomez precipitato loco.

¶ Et interrogetur etiam diligentius, & semel, & pluries, &c. Modus autem interrogationis talis esse solet, Recordaris eorum que heri, aut ab hinc dies duos in tormentis dixisti? nunc dic libere veritatem. & notarius scribat responsum, quod si ratam habuerit confessionem, plenissima tunc ei fides habetur, vt hactenus dictum est. & cauetur. l. 4. sep. i. partita. par. 7. tit. 30.

¶ Quod si non perfiterit in prima confessione, immo adhuc negauerit veritatem, & non est decēter questionatus, &c. Hic locus de reuocante confessionem factam in tormentis non est sine adnotatione omittendus, cum sit res vsæ frequens, & cognitum necessaria. Emerici sententia talis esse videtur: si is qui reuocat confessionem non est sufficiēter tortus, iterum potest torqueri, non iteratis tormentis, sed continuatis: quod si sufficiēter est tortus, & reuocet confessionem, dimitendus est. Sentire ergo apertissime videtur Emericus, ob reuocam confessionem factam in tormentis non posse reū iterato torqueri, si sufficiēter est tortus: sed circa hoc tene quod diximus paulo ante §. sit tertia & postrema regula.

¶ Maior tamen difficultas est, cum reus confessionem reuocat, quotiens repeti ad tormentum possit, aut debeat. Iulij Clari sententia esse videtur in pract. crimin. §. fin. q. 21. vers. vltimus quero. in fine. & Antonij Comenij 3. tom. varia. resolut. c. 13. nu. 27. & Carverij in pract. crimin. nu. 194. & aliorum, quos refert Boerius decisione 163. incipien. Dico, precipitando. nu. 19. & seq. & Pauli Grillandi tract. de quest. & tortura. q. 7. in fine. horum inquam sententia esse videtur, quod cum reus bis tortus, bis confitetur & renocat, tertio possit torqueri, & de integro questio haberi. Ceterū hæc sententia multis videtur nimis crudelis, ac multis rationibus refelli potest. Primum, quia nulla lege certa nititur: vtriusque, quia confessio secunda facta in tormentis non generat nouum indicium, cum sit eadem cum prima confessione: tandē, quoniam qua ratione ter torquetur, possit & pluries torqueri, cum nulla diuersitatis ratio commoda assignari possit.

Quare benignius et seuerius est, ne quis ob renouatam confessionem tertio torquatur: nam hoc præterquam quod nulla certa lege cauetur, crudele etiam nimis, & inhumanū videtur. atq; hæc sententia placuisse quoq; videtur Iacobo Simanco de cathol. institut. tit. 65. nu. 82. nam nonnulli alij eorū, quos ille citat in hanc sententiam, aperte contrariam tuentur. addit tamen, quod & nos approbamus, tunc demum fortassis recipi posse superiorem sententiam de tertia torture repetitione, cum reus bis fuerit lenissime tortus, & in posteriore illa confessione, aliqua noua signa priori confessioni addiderit: quorum alterum si desit, nullo modo tertio torquendus est reus. et hec videtur mihi in hoc articulo diligenter obseruanda, & hic Emerici locus idem indicare videtur, si diligenter inspicatur.

¶ Et si omnino requiratur per sententiam expediti, fiat sibi, &c. Et hæc est vera sententia, quamuis enim Salycetus in l. si sibi. C. de adulter.

Num. 158.

Num. 158.

Reuocans confessionem factam in tormentis retorquendus est.

Quotiens re torqueri possit reus ob reuocatas confessiones.

Num. 159.

Reus sufficiēter tortus, si

nihil eſſitea tur, abſque fideiſſorib' liber dimitte-
 & in l. 3. C. ad l. Iuliam maiſtatis. & in l. ea qui-
 dem. C. de accuſatio. & Paris de Puteo in tract.
 ſyndicat. in parte, viſo de repetitione tortura. &
 alij, quos refert Antonius Gomez tom. 3. varia. re-
 ſolut. cap. 13. num. 28. teneant rei pluries torti
 negari delictum, cauſam indeciſam relinquentiam;
 at verior ſententia eſt hoc caſu, reum eſſe expedi-
 dum, & cauſam eius decidendam, & debito ſine ter-
 minandam. quia vulgaris eſt regula: quod actore nō
 probante reus debet abſolui. Lactor. C. de probatio.
 l. qui accuſare. C. de edendo. quod tenet & probat la-
 tiſſime Antonius Gomez præcitato loco. & Paulus
 Grillandus tract. de quæſt. q. 7. nu. 11. & alij, quos in
 re aperta libenter omitto: neque ab hac ſententia re-
 cedendum eſt; quam intellige iuxta ea quæ dixi paulo
 antea. §. vbi autem decem. & par. 2. ſuper c. inter
 ſollicitudines. §. atque ex hac. & §. ſequenti.
 ¶ Hic eſt diligentius attendendum, &c. ¶ Hoc
 eſt accipiendum iuxta ea quæ diximus ſupra in prin-
 cipio huius commentarij §. & hoc eſt, quando delat-
 tus. Atque ex his, & illis quæ copioſe dicturus ſum
 cum Eymérico infra q. 61. declarantur (niſi fallor)
 maiores & grauiores difficultates, quæ in hac mat-
 ria contingere poſſunt.

De quarto modo terminandi proceſſum
 fidei per abiurationem de leui.

161



Virtus modus proceſſum fidei finiē
 di & terminandi eſt, quādo delatus
 de hæreſi proceſſus meritis diligen-
 ter diſcuſſis, cum bono conſilio, in
 iure peritorum, reperitur tantum ſu-
 ſpectus de hæreſi leuiter: & hoc eſt quando delat-
 us de hæreſi non deprehenditur nec confeſſione
 propria, nec facti euidentia, nec teſtium produ-
 ctione legitima, nec alijs ſunt indicia fortia ſeu
 vehementia de illa hæreſi contra eum: ſed tan-
 tummodo modica & leuia, & talia eſſe per con-
 ſilium iudicata, propter quæ vt ſuſpectus de hæ-
 reſi poteſt & debet, vt talis, illam hæreſim, de
 qua delatus extitit, abiurare: & talis ſi relaba-
 tur, pœna relapſis debita nō punitur; licet grauius
 tunc fuerit puniedus, quā ſi non in antea abi-
 uiaſſet, iuxta cap. Accuſatus. in princip. de hæ-
 ret. lib. 6.
 ¶ Circa iſtum talis practica eſt ſeruāda. Talis e-
 nim ſi habetur ſuſpectus publice, abiurabit publi-
 ce in Eccleſia; & ſi nō, abiuret in palatio epifcopa-
 li, vel in capitulo conuentus Fratrum, vbi Inqui-
 ſitor morā trahit, vel in camera Epifcopi vel Inqui-
 ſitoris, ſecūdum quōd apud plures vel pauciores
 ſuſpectus de dicta hæreſi eſt habitus & reputatus.
 Modus autem diſponendi ad abiurationem ta-
 lis erit.

Forma diſponendi ad abiurationem pu-
 blice faciendam.

162

Veniet namque abiurandus ad Eccleſiā vbi
 ſit determinatum per conſilium quōd de-

Qui abiura-
 uit de leui, ſi
 relabatur, nō
 punitur pœ-
 na relapſo-
 rum.

A beat publice abiurare: in dicto tamē primitus per
 Eccleſias Dominica præcedenti, quōd omnes in-
 terſint tali die ſermoni, quem Inquiſitor faciet de
 fide & pro fide: & ponetur in loco congruo vnū
 piannaculum, vel poſticum, ſeu cadafal ꝛ iuxta al-
 tare in medio populi, & ipſe abiurandus ſu pra il-
 lud ſtans & non ſedēs, vt ab omnibus videatur, ca-
 pite denudatus, ſtantibus cuſtodibus circa illum:
 Et factō ſermons in Miſſa, populo & clero inibi
 cōgregato, ac in illo impugnata hæreſi, de qua abi-
 urandus eſt delatus; Inquiſitor dicet publice, quo-
 modo ille ibi poſitus in alto baſtimento, ꝛ eſt habi-
 tus ſuſpectus ex talibus indiſijs atque factis, de
 tali expugnata in ſermonē hæretica prauitate; &
 ideo dignum eſt quōd purget ſe de illa, eam vt
 ſuſpectus leuiter abiurando. Quo dicto pone-
 tur liber Euangeliorum coram illo, qui debue-
 rit abiurare; quō poſito, ipſe talis ponet manus ſu-
 per illum, & abiurabit illam hæreſim per modum
 qui ſequitur.

Forma abiurandi hæreſim quando dela-
 tus eſt ſuſpectus leuiter.

Ego talis, diceceſis talis, habitator ciuitatis vel
 loci talis, in iudicio conſtitutus coram vobis
 domino Epifcopo talis ciuitatis, & Fratre N. In-
 quiſitore hæreticæ prauitatis in terris ditioni talis
 domini ſubiectis, ſacroſanctis Euangelijſ poſitis
 coram me, & proprijs manibus meis per me ta-
 ctis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam
 ſanctam fidem catholicam & Apoſtolicam, quā
 ſacra Rōmana Eccleſia credit, profiteor, prædi-
 cat, & obſeruat. Item iuro, me credere corde, &
 profiteor ore, quōd dominus Ieſus Chriſtus: ex-
 primatur articulus catholicus contra hæreſim, de
 qua leuiter eſt ſuſpectus: verbi gratia, ſi eſt de pro-
 prio, vel communi: dicetur ſic: Iuro me credere cor-
 de, & profiteor ore, quōd dominus Ieſus Chri-
 ſtus, & eius Apoſtoli, dum erant in vita mortali
 præſenti, habebant & habuerunt in communi ali-
 qua; quæ dicit ſacra ſcriptura illos habuiſſe, &
 quod in illis habuerunt ius donandi, vendendi,
 & alienandi. Et poſt abiuret hæreſim contrariam
 ſic: Et confequenter abiuro, abnego, & renouo
 illam hæreſim, de qua me habetis ſuſpectum vos
 domini Epifcopus & Inquiſitor, quæ mendaciter
 aſſeuerat, quōd dominus Ieſus Chriſtus, & eius
 Apoſtoli non habuerunt aliquid in proprio nec
 in communi, & etiam quōd non habuerunt in
 aliqua re ius illam donandi, vendendi, & alie-
 nandi. Item iuro, quōd nunquam prædictam
 hæreſim credidi, neque credo; nec illi adheſi,
 nec adhareo de præſenti; nec vnquam credam,
 nec adharebo; nec illam docui, neque docere
 intendo. Quōd ſi aliquid prædictorum fecero
 in futurum (quod Deus auertat) pœnis iuris
 taliter abiuranti debitis prompto animo me ſub-
 mitto, paratus ſubire omnem penitentiam ꝛ,
 quā pro his quæ feci & dixi, pro quibus merito me
 habetis ſuſpectum, volueritis mihi iniungere; &
 illā ſtudebo pro viribus adimplere, & nullatenus
 contra

¶ Cadafal,
 vox Hiſpani-
 pro tabularo
 in quo ten-
 ſiſſimus.

¶ Baſtimen-
 tum, vox Ca-
 thalana pro
 tabulato.

¶ Al. pœnam

164
 Admonitio
 ſciēda poſt
 abiurationē.

contra veniēſic me Deus adiuuet, & hæc ſacro-
 ſancta Euangelia.
 Prædicta autem abiuratio fiat in vulgari, vt ab
 omnibus intelligatur, qua facta Inquiſitor poterit
 ſibi dicere publice in vulgari talia verba, vel ſimi-
 lia in effectu; Fili, ſuſpicionem, quam de te habe-
 bamus, & non immerito, purgaſti per abiurationē
 prælibatam; de cetero caueas tibi, vt non incidas
 in hanc hæreſim abiuratum licet, ſi peniteres,
 non tradereris brachio ſæculari, quia abiuraſti
 tamquam ſuſpectus leuiter, & non vehementer;
 tamen tunc multo fortius punireris, quā ſi non
 abiuraſſes, & amodo pro modico habereris ſuſpe-
 ctus vehementer, & vt talis abiurares; & ſi prola-
 bereris, pœna relapſis debita punireris, & abſque
 miſericordia tradereris curiæ ſæculari, vltimo ſup-
 plicio ſericidus.
 Si autem abiurat ſecrete in palatio Epifcopi,
 vel camera cuiusdem Inquiſitoris (quando ſcili-
 cet, factum non eſt publicum) modo conſimili
 abiurabit. Quibus peractis feretur ſententiā in
 hunc modum.

165

Forma ferendi ſententiā, ſeu iniuri-
 gendi penitentiam ei, qui abiura-
 uit vt ſuſpectus leuiter.

Nos N. miſeratione diuina Epifcopus talis
 ciuitatis, & Frater, &c. vt in prædictis. Attē-
 dentes, quōd viſis & diligenter conſideratis pro-
 ceſſus meritis per nos facti, contra te talem dela-
 tum nobis de hæretica prauitate, reperimus te ta-
 lia, & talia commiſiſſe: dicamur illa: quæ te red-
 dunt leuiter ſuſpectum de hæreſi, & propter quæ
 te talem merito nos habentes, te facimus vt le-
 uiter ſuſpectum de prædicta labe, eandem hære-
 ſim abiurare: verum ne prædicta per te commiſ-
 ſa remaneant impunita, & vt efficiaris cautior
 in futurum, de multorum & magnorum conſi-
 lio in iure peritorum, ac etiam religioſorum, in
 & ſuper his habito maturo conſilio pariter & di-
 geſto, habentes præ oculis ſolum Deum, ac irre-
 fragabilem ſanctæ fidei catholicæ veritatem, ſa-
 croſanctis Euangelijſ poſitis coram nobis, vt de
 vultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi no-
 ſtri videant equitatē: Sedent eſq; pro tribunali, mo-
 re iudicium iudicantium, te talem hic in noſtra
 præſentia perſonaliter cōſtitutum, per ꝛ modum,
 qui ſequitur condemnamus, ſententiamus, ſeu po-
 tius penitentiamus, ſcilicet, ne de cetero vnquam
 ſcienter legas, teneas, ſeu habeas talem librum, &
 etiam ne deinceps, &c. Ponantur illa, quæ commi-
 ſiſſi, propter quæ ſuſpectus habitus fuit de prædicta
 hæretica prauitate. Lata eſt hæc ſententia, ſeu pe-
 nitentia, & cetera.

Caveat autem notarius, quōd in proceſſu po-
 nat, ꝛ talis abiuratio eſt facta per talem, tanquam
 per ſuſpectum habitū de hæreſi leuiter, & non ve-
 hementer, aliās periculum magnum eſſe poſſet.

Qua ſententia ſic perlecta, Inquiſitor poterit
 conferre indulgentiam xl. vel xx. dierū, iuxta pri-
 uilegium, Præ cūctis ꝛ omnibus, qui prædictis ſer-

Iniungatur
 quod expe-
 diēs videatur
 contra ea ex
 quibus orta
 eſt ſuſpicio.

Indulgentia.
 ¶ Relat. ſu-
 pra pag. 137.

A moni, & abiurationi interſuerunt; addendo, quōd
 quicumque præſtitit conſilium, auxilium & fauo-
 rem, vt prædictus abiuratus taliter abiuraret, habet
 tres annos de indulgentia.

COMMENT. XL.

¶ Va ad intelligendos hos tres modos ſequentes,
 videlicet quartum, quintum & ſextum maxi-
 me ſunt neceſſaria, tradita ſunt copioſe ab Eymérico
 ſupra par. 2. q. 55. vbi diſſeruit de præſumptionibus
 leuibus, vehementibus, & violentis: quo loco et nos
 plurima ad eū illuſtrandū addidimus. his vero locis
 de abiurationibus iniungendis ad purgandas vel ex-
 cludēdas, aut ad lædās pœnas pro illis ſuſpicionibus
 diſſerit ſingillatim, præxim docēs, quæ in ſingulis de-
 beat obſeruari: cuius occaſione tractanda à nobis hic
 eſt abiurationis materia.

Quantum autem ad hunc modum ſpeſtat, eū tran-
 ſtulit in ſuam ſummam Tabienſis verbo, Inquiſitor.
 §. 15. Iacobus Sprenger in malleo maleficarū 3. par.
 q. 23. Locatus in fine operis iudicialis in forma ſen-
 tentiæ contra leuiter ſuſpectum de hæreſi. nonnulla
 Zanbhinus tract. de hæret. c. 41. Sylueſter de ſtrigi-
 bus lib. 3. c. 4. puncto 6.

Sed iam nos de abiuratione dicamus, vt hi modi
 ſequentes facilius percipiantur; de qua agunt Zan-
 chinus tract. de hæret. cap. 20. nu. 2. & ibidem Cam-
 pegius. Repertorium Inquiſitorum et Locatus in ope-
 re iudiciali, & Bernardus Comenſis in lucerna, ver-
 bo, abiuratio. Petrus Godofredus in l. 2. C. de hæret.
 Albertinus tractat. de agnoſ. aſſertio. q. 30. nu. 66.
 & ſeq. Turcremata in ſumma de eccleſia, lib. 4.
 parte 2. cap. 22. Simancas de catho. inſtitu. tit. 1. idē
 in enchyridio tit. 53. copioſe Ioannes Rojas in ſingu-
 laribus fidei, ſingulari. idem tract. de hæret. par. 2.
 aſſertione 41. nu. 331. Conradus Brunus lib. 3. de hæ-
 ret. c. 6. Doctores cōmuniter in c. accuſatus. in prin-
 cipio, de hæret. lib. 6. et alijs varijs locis, quos prudēs
 omitto: nam hi ceteris copioſius rem tractāt. extat-
 que etiam de abiuratione hac, de qua diſſerēdum eſt.
 Singularis locus in concilio Tolofano cap. 11. & in
 concilio Narbonenſi cap. 6. & in concilio Biterren-
 ſi cap. 29.

Eſt autem abiuratio (quantum pertinet ad hunc lo-
 cum, nam ceteras huius vocis ſignificationes libet
 omitto) ſolemnis hæreſum deteſtatio, cum aſſertione
 catholicæ veritatis, & obligatione, iuramento & pœ-
 na munita permanendi in fide Chriſtiana. ita colligi-
 tur ex c. ego Berengarius. de conſecratio. diſt. 2. &
 ex c. ad abolendam. §. illos quoque. de hæret. & ex c.
 ſuper eo. & ex c. accuſatus. de hæret. lib. 6. & ex
 c. inter ſollicitudines. de purga. canon. & ex pluri-
 bus alijs Iuris canonici & Conciliorum, ac ſanctorū
 Patrum locis.

Abiuratio res eſt antiquiſſima, contra quā
 ſentiant imperiti quidam vetuſtatis, & Eccleſiæ
 inimici: nam & in prima Nicæna ſynodo c. 8. ita ſeri-
 ptum inuenio: Si qui voluerint venire ad Eccle-
 ſiam catholicam ex Nouatianis, placuit ſancto cō-
 cilio vt ordinentur, & ſic maneat in clero. Ante
 omnia autem hanc habeant ab eis confeſſionem,
 quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateatur ſe
 cum omni cōſenſu Eccleſiæ catholicæ & Apoſto-
 licæ ſtatuta obſeruaturos, id eſt, cōmunicatuſ ſe
 Hh 4 et his,

Num. 161.

Abiuratio
 niſtraſtatio.

De abiuratio-
 ne qui diſſe-
 ruerint.

Abiuratio
 quid.

Abiuratio,
 res antiquiſ-
 ſima.

& his, qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt: quibus tamen lapsis penitentia modus, & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea, quae in Ecclesia catholica & Apostolica observantur. hacten' ibi.

Eiusdem abiurationis meminit concilium Ephesinum sub Celestino primo celebratum, & concilium Laodicenum sub Liberio cap. 7. & alibi saepe ab apostolicis concilijs, & sanctis Patribus, & usurpata, & visitata scimus abiuratione. Et Leo Papa, refertque Gratianus in cap. saluberrimum. & in canonatum. l. 9. 7. nullum haereticum ad unitatem Ecclesiae recipiendum iubet, nisi prius haeresim abiuret, & anathematizet. huc spectant, quae docet Nicephorus lib. 6. cap. 9. historia ecclesiastica. tandem laudentibus saeculis idem est semper cum haereticis, redeuntibus observatum, ut in concilio Constantiensi sessio. 19. cum Hieronymo de Praga, & in concilio quodam sacerdotali temporibus Nicolai. 1. 1. cum Berengario, & refertur in cap. ego Berengarius. de consecratio. distinct. 2.

Abiuratio nis r'us cur olim instituta.

Quid continere debeat abiuratio.

Fuit vero olim salubriter instituta abiurationis r'us, ob continuas frequentesque haereticorum fraudes, & intercipientes, ut abiurationis robore adacti, & quasi vinculo constructi, & alligati cogentur in catholice Ecclesiae unitate permanere, ne liberum eis esset impune quocumque vellent recedere, ac Ecclesiam deludere, ut graviter, & vere constituit Leo primus epistola 48. cuius initium est: Relatione sapientis fratris. & refert Conradus Brunus libro 3. de haeret. cap. 6.

Iam quid continere debeat abiuratio luculentè prescripsit olim idem Leo eius nominis Papa primus in dicta epistola 84. ad Nicatam Aquileiensem Episcopum in haec verba: Damnent apertis professionibus suis superbi erroris auctores, & quidquid in doctrina eorum universalis Ecclesia exhorruit, detestentur: omniaque decreta synodalia, quae ad excisionem huius haereseos Apostolica sedis confirmavit auctoritas, amplecti se, & in omnibus approbare, plenè, & apertè, ac propria manu scriptis protestationibus eloquantur. nihil in verbis eorum obsecrum, nihil inveniatur ambiguum: quoniam novimus hanc istorum esse veritatem, ut in quacunque particula dogmatis execrandi, quam à damnandorum societate discreverint, nihil sibi sensuum suorum exultiment esse non saluum. hac ibi. Insignis est locus, & ob id non fuit omittendus: in quo illud est diligenter observandum, totam abiurationem propria manu esse scribendam: quod si fieri commode potest, omnino est custodiendum, & praesertim cum abiurant viri insignes, nobiles, litterati, doctores, praedicatores, aut similes.

Quotuplex abiuratio.

Abiurationem hanc quadruplicem colligimus, ex hac EymERICI tractatione, Aut enim est de leui, aut de vehementi, aut de violenta suspitione, aut de iure de haeresi formali: quae particula aptissime convenit abiurationi, cum omnis cui subeunda est abiuratio, aut leuiter suspectus sit in fide ob modicas, & leues mala credentiae suspiciones: aut vehementer, ob vehementia infidelitatis, aut haeresis alicuius indicia: aut violentè ob violenta indicia, & iuris, &

A de iure praesumptiones: aut vere, & formaliter sit haereticus.

Quamquam vero huiusmodi abiurationes, praesertim de leui, de vehementi, & de violenta (nam in formali manifestior est discriminis ratio) ratione finis non differant, cum in id potissimum referantur, ut abiurantes virtute earum adacti in catholica unitate contineantur: at quo ad effectus valde sunt dissimiles: primum enim differunt formulae seu conceptione verborum, neque enim eisdem verbis concipiuntur, ut ex utriusque formula apparet.

Abiuratio de leui, & de vehementi quo modo differant.

Praeterea differunt ex quorundam sententia ratione loci ubi fiunt: quoniam abiuratio de leui fit in domo Episcopi vel Inquisitionis: at abiuratio de vehementi fit in publico, in conspectu populi ad hoc convocati, ut voluit Ioannes Rojas in singularibus fidei, singulari. 1. nu. 26. ubi dicit ita voluisse hoc loco EymERICUM, cum auctor hic nu. 161. vers. circa istum. apertissime sentiat, hanc abiurationem de leui non modo secreto, verum etiam publice fieri posse, cum is qui sic abiurat, publice est de haeresi suspectus, item abiurationem de vehementi, esse, & publice, & secreto ob eandem rationem fieri posse, docet paulo post EymERICUS in 5. modorum. 166. §. circa istum. vers. & abiurabit publice vel secreto.

Tametsi vero in abiuratione de vehementi cum EymERICI sententiam, eam scilicet publice fieri posse, immo addo, & ita fieri debere, nisi ea rationabilis aliud suadeat: quantum ad leui attingit, benignius est, & receptius ut prius in auditorio Inquisitionis fiat, ut refert ait Iacobus Simancas de cath. instit. tit. 1. nu. 24.

Sed EymERICI sententia olim observabatur, cum acris punirentur, quàm nunc, redeuntes ad Ecclesiae gremium. & concilium Biterrense cap. 29. & Narbonense cap. 6. apertissime comprobant hanc EymERICI sententiam: nam in Narbonensi ita scriptum est: Omnes vero faciatibus culpas suas clero & populo convocatis publice confiteri, & abiurare, atque iurare, prout in mandatis Apostolicis, & statutis Domini Romani plenius continetur: nisi ubi culpae leuitas, & scandali enormitas, & rigo ri etiam huic quicquam ostenderent detrahendum, hae ibi. quod EymERICUS secutus nunc publice ratione publica suspitionis, nunc secreto propter secretam suspicionem docuit hanc abiurationem faciendam: sed mitius est, ut dixi, ut ea semper in privato fiat, & occulto.

De hac vero antiqua severitate alibi plenius diximus, & tradit multa opportune Repertorium Inquisitionum verbo, publice.

Tertia inter has abiurationes differentia est, quo ad penitentias iniungendas abiurantibus: quoniam de leui abiurantibus non imponitur tam acris penitentia, quàm abiurantibus de vehementi.

Denique ultima, & potissima differentia est, quoniam qui de vehementi abiurat, si relabatur in haeresim, relapsorum poena punitur, & curi seculari traditur: qui vero de leui abiurat, quamvis relabatur in haeresim siue abiuratam siue aliam: nec putatur relapsus, nec relapsorum poena plectitur, quamvis acris ob secundum lapsum puniatur. cap. accusatus, in prin. ubi Doctores de haeret. lib. 6. Simancas de cath. instit. tit. 1. num. 19. Ioannes Rojas in di-

Abiurantes de vehementi si recidat relapsorum poena plectitur.

in dicto singulari. nu. 26. & tradit etiam hoc loco EymERICUS nu. 161. & hanc sententiam veram esse contra Ancharanum, & alios demonstravi supra par. 2. super quaest. 64. §. vel post constituit.

Qualis autem sit abiurationis formula, seu quibus verbis concipiatur, copiose tradunt praecitati in principio huius commentarij, & EymERICUS in his modis finiendi processum fidei.

Initio cuiuslibet abiurationis generalis fit protestatio fidei

In quo tamen hoc est diligentissime observandum, commune esse omnibus abiurationibus, ut is qui abiuratur, in principio generaliter seu universalius profiteatur se credere, & tenere eam fidem, quam tenet sancta Romana, & Apostolica Ecclesia: verum tamen in sequenti clausula detestationis, & anathematizationis est differentia: nam qui abiurat de leui, cum descendit postea ad detestandos errores, & haereses exsententia EymERICI non profert clausulam illam universalem, videlicet hanc: Et consequenter abiuro, & abnego omnem haeresim extollentem se adversus sanctam Romanam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam: Sed protinus post universalem fidei protestationem descendit ad particularem eius haeresis, aut earum haeresum detestationem, in quibus est habitus leuiter suspectus, sic: Item iuro me credere, & ore profiteor (verbi gratia) summum Pontificem Romanum esse militantis Ecclesiae visibile caput: aut quid simile. & post detestatur haeresim huic articulo contrariam, sic: Et consequenter abiuro, abnego, & detestor illam haeresim, quae falso asserit, summum Romanum Pontificem non esse militantis Ecclesiae visibile caput. Quam differentiam inter abiurationem de leui, & inter abiurationem de vehementi, ac de violento, ut adnotaret auctor, in sexto modo processum fidei terminandi nu. 176. posuit titulum, De forma abiurandi omnem haeresim, ab eo faciendam, qui est suspectus habitus violentè.

Abiurans de leui ex sententia EymERICI non detestatur omnem haeresim.

Abiuratio de leui prima cum fiat, non publice.

In hanc opinionem putarem descendisse auctorem per textum in cap. accusatus. §. cum vero. de haeret. lib. 6. ubi narratur dicitur formaliter haereticum simpliciter vel generaliter abiurasse: ex quo loco puto auctorem collegisse suspectos de haeresi leuiter, non debere detestari seu abiurare omnem haeresim, sed solum eam, aut eas de quibus leuiter habentur suspecti.

Ceterum, ut in hac re, quae non est levis momenti, quid fieri debeat indicemus: dico, primum in abiuratione de leui omitti posse secure clausulam illam generalem detestationis, & anathematizationis de omni haeresi, quia etiam si apponeretur, nihil operaretur, cum is qui abiurat de leui siue incidat iterum in haeresim abiuratam, siue in aliam, non censetur relapsus: nihilominus tamen posset apponi, siue in principio post universalem protestationem, siue post abiuratas particulares haereses, sic: Et postremo abiuro omnem haeresim extollentem se contra dictam sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam.

Et diu haec scribo Romae, anno Dni MDLXXVIII. die 12. mensis Octobris, consulens in sacrosancto universali Romano Inquisitionis officio formulas abiurationis de leui, inveni hanc generalem detestationem omitti quandoque solitam, quandoque vero apponi placebat Petro Dufinque affessori sanctae Romanae In-

quisitionis, ut semper apponeretur: quod mihi etiam magnopere probatur, & ita observatur hodie Romae, ut eodem die mihi asseruit Frater Thomas Zobinus Sacrosanctae generalis Romanae Inquisitionis Commissarius. atque hoc etiam velle videtur Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 1. num. 12. & tit. 57. nu. 7. dum ait, omnibus abiurandi formulis contineri, ut qui reuertitur ad Ecclesiam, omnes haereses abiuret, & valde videtur rationi consentaneum, ut is qui quocumque modo fidem visus est offendere, & protestetur se tenere omnem illam fidem, quam profiteatur sancta Romana Ecclesia, & detestetur omnem haeresim adversus eam fidem se extollentem.

In abiuratione vero de vehementi nulla dubitatio est, quin praedicta generalis detestationis clausula apponi debeat post praemissam protestationem: idque siue fiat ante particularem haeresim in processu delinquentis contentarum detestationem, sic: Et consequenter abiuro, abnego, & reuoco omnem haeresim extollentem se adversus sanctam Romanam Ecclesiam: siue post abiuratas particulares haereses, sic: Et postremo abiuro omnem haeresim, &c. ut indicat faciendum Locutus in fine operis iudicialis, in forma abiurationis suspecti vehementer: nam cum abiuratur de vehementi, necessaria est haec clausula propter relapsus delinquentium, ne si illi relabantur in aliam haeresim ab ea quam in particulari abiurarunt, iuceantur se hac exceptione, dicentes, se non incidisse in haeresim abiuratam, sed in aliam quam non abiurarunt: quod est diligenter observandum.

Neque EymERICUS contrarium sentit, quamvis in forma abiurationis de vehementi clausulam detestationis generalem non apposuerit, cum ipse paulo post in septimo modo finiendi processum fidei nu. 184. vers. aduertendum hic tamen, nominatim docuerit, suspectos de haeresi vehementer, debere generaliter omnem haeresim abiurare. quod ipsum ibidem iterum adnotavit nu. 186. vers. Dicatur, omnem haeresim, si abiuravit ut suspectus vehementer. Hac volui paulo susius fortassis adnotare: quoniam saepe vidi apud doctos haec solite queri.

Ad id autem quod quaesitum est, an in abiurationis formula, qua utitur Sacrosanctum tribunal sanctae Romanae, & generalis Inquisitionis, videlicet: quos errores, & haereses, simul cum omni alio errore, & haeresi contraria sanctae matri Ecclesiae catholice, & Apostolicae Romanae, abiuro, & detestor: an in qua in hac abiurationis formula verba illa, error, & haeresis, accipiantur pro eodem, nempe pro assertione seu propositione haeretica, iuxta ea quae diximus supra par. 2. super quaest. 3. breuiter respondemus, nomine erroris eo loco non modo haereticam, verum etiam quamlibet aliam propositionem in fide peccantem esse intelligendam, scilicet propositionem erroneam, sapientem haeresim, piarum aurium offensivam, temerariam scandalosam, blasphemam, schismaticam, seditionis, & alias similes: is enim qui abiurat non modo haereses, sed etiam quidquid suspicionem haeresis continet, detestari debet. Rursus quia si pro eodem sumerentur, inutilis, & vana esset repetitio. quare nomine erroris latiori significatione id accipiemus.

In abiuratione de vehementi generalis omnium haeresum sit detestatio.

E

accipiendum est, quod proxime diximus; & valde prudenter in abiurationis formula ea dictio apponitur. Ex quo efficitur, vt si is qui abiurauit, post abiurationem incidet in aliquam speciem harum propositionum proxime dictarum, etiam virtute abiurationis, & obligationis, grauius puniri possit. argumen. cap. accusatus. in principio de heret. lib. 6.

Qui debeant abiurare.

His ita positis, videamus iam quis debeat abiurare: respondeo in vniuersum omnes qui ab heresi reuertuntur: item omnes de heresi suspectos abiurare debere vel canonice se purgare: quoniam iura de abiuratione loquentia generaliter loquuntur, ac proinde generaliter intelligi debent. l. i. s. generaliter. ff. de legat. prout. & per consequens omnes predictos comprehendit. itaque ab hac abiuratione facienda nullus in fidei delinquens, & ad eam reuertens, etiam aliis privilegiatus, vel in quacunque dignitate constitutus excusabitur, nisi per purgationem aut torturam indicia, & suspiciones purgauerit, vt supra monuimus: quod probat apertissime concilium Tolosanum, quod paulo post citabo.

Qua etate possunt homines abiurare.

Sed qua etate fieri debeat abiuratio, a paucis (quos ego viderim) differitur: ideoque hoc erit etiam obiter indicandum. Primum qui tenent cum glossa in c. i. verbo grandiusculis. extra de delictis puerorum. de iure canonico post septem annos, homines esse doli capaces, etiam fortassis affererent ea etate compelli posse ad abiurationem: idem dicerent multo magis qui iure civili aiunt capacem doli esse masculum in decimo anno cum dimidio, & feminam in nono cum dimidio, vt tradit glossa in l. impuber. ff. de furtis. & in l. i. c. de donatio. & in l. pupillum. ff. de regulis iuris. & in s. pupillus. verbo, proximus. in s. de inutilibus stipulatio.

Sed iudicio meo, quamuis in ceteris delictis hec recipi possint, in crimine heresis non credendum habere locum cum crimen heresis mente concipiatur, nec enim sit spirituale tam facile appareat esse crimen, quam furta, homicidia, rapina, & similia scelera: ideoque grauius, & durissimum mihi videtur hac etate quemquam ad abiurationem compellere, cum vix in eam etatem crimen heresis cadere possit: quod si tale quid quandoque contingeret, plurimum spectanda esset pueri puellae conditio, & quid in ea etate de dogmatibus fidei scire teneatur vel praesumatur. sunt enim nunquam multi hac etate adeo acris ingenij, & iudicij, vt ratio naturam facile vincere, videatur, nec qui intra pupillarem etatem abiurare, publice id facere deberet, vt admonuit Simancas de catho. inslit. tit. i. nu. 24.

Decretum concilij Tolosani, & Bituricensis de etate qua fieri possit abiuratio.

Sed haec difficultas olim iam proposita, & diffinita mihi videtur in concilio Tolosano anno Domini M C C X I X. in hereticos celebrato, vbi cap. i. ita scriptum est: Vniuersi tam mares quam feminas, masculi a decimo quarto anno, & supra, feminas a duodecimo abiurent omnem haeresim extollentem se aduersus sanctam, & catholicam Romanam Ecclesiam, & fidem orthodoxam, quibuscunque nominibus censeatur. haec ibi. Idem paucis post annis cauit concilium Bituricense cap. 11. his verbis: Praeterea vniuersos tam mares quam feminas, masculos a quatuordecim, feminas a duodecim annos, & supra, faciat abiurare om-

nem haeresim, & iurare quod fidem seruent, & defendent catholicam. haec ibi. Quae sententia tutissima mihi plane videtur, cum tot praetorum doctissimorum fuerit iudicio comprobata. Si quis ergo infra hanc aetatem in fide deliquerit, alij pueris erit coercendus, non autem ad abiurationem compellendus, vt ex his verbis colligitur: & hoc tutius esse credo.

Instructio tamen quaedam Valladoliana facta anno Domini M C C C L X X V I I I. cap. 12. indicare videtur ante hanc aetatem posse pueros abiurare si doli capaces fuerint, non tamen publice in hac verba a nobis latine reddita: Item constituerunt, vt minores aetate discretionis tam masculi, quam feminae, non teneantur publice abiurare, nisi post dictos annos discretionis: qui est annus duodecimus in femina, & quartuodecimus in masculo: atque ita intelligatur statutum ordinationum Hispanensium, quod de hoc disponit: cumque praedictos annos exceperint, abiuret quod deliquerint dum essent in minori etate constituti, si fuerint doli capaces. haec tenus ibi.

Sane mea haec est sententia, grauissimam esse abiurationis penitentiam, propter poenas, ad quas se obligant, qui abiurant, & propterea in hac etate non facile esse imponendam abiurationem, nisi de malitia pueri ac ceteris quae solent delictum comitari in hac causa, velut de errore intellectus, & notitia contrariae veritatis constaret.

Sed vbi admiserimus, in pupillari etate cogi pueros posse ad abiurationem, abiurant ne vt rehemeter suspecti, aut vt heretici formales, aut tantum de leui? Grauis est haec difficultas, & maturam indiget consideratione: & cum prematura etas plurimum in causa heresis delicto detrahatur, vt dixi supra par. 1. super l. si quis. C. de sanct. baptis. iure s. si tamen criminis, fortassis non inepte quis diceret de leui tantum iniungendam esse abiurationem: nam fragilis etas iudicium inconstans, rationabilis, ignorantia crederetur, & alij circumstantiae multum detrahunt delictis puerorum, & plurimum etiam minuunt heresis suspiciones.

At si de heresi formali constaret, nec excusarent que proxim. diximus, abiuratio de formali heresi esset facienda.

Iam vt constat cum qui abiurauit, qualiter abiurauit, publicum fieri debet de abiuratione instrumentum: quod sepius inculcat Eymericus in his tribus modis, quibus de abiuratione differit: id quod luculenter cauit olim concilium Narbonense cap. 6. in haec verba: Omnes vero faciat culpae suas, cleuro, & populo conuocatis, publice confiteri, & abiurare, atque iurare prout in mandatis Apostolicis, & in statutis Domini Romani plenius continentur: nisi vbi culpa leuitas, & scandali enormitas, & rigor etiam huic quicquam ostenderent detrahendum: & de singulis fiant publica instrumenta continentia culpas, abiurationes, promissiones, & penitentias eorundem, ne vterius perire possit, vel latere veritas diu celata; nunc autem a Domino tam mirabiliter, quam misericorditer reuelata. haec tenus ibi.

Postremo, vt nihil in hac abiurationis causa desideres, videamus an qui abiurat, debeat se subsciberet.

Impuberes an de leui tate abiurare debeant.

De abiuratione constare debet per publicam scripturam.

Fortassis legendum, et si guitas.

An abiurans debeat se subsciberet.

bere? & sane qua diximus paulo antea cum ageremus de origine abiurationis, subscribendum esse, probare videntur Syluester in sum. verbo, heresis i. s. 13. num. 19. & Pontinibus tract. de lamis, nu. 89. de abiuratione constare debere per scripturam aiunt: quod est verum, sed nihil de subscriptione dicunt, vt quidam falso eos citantes asserunt. Petrus Godofredus in l. 2. c. de heret. s. hereticorum autem vocabulo. & Campegius apud Zanchinum cap. 20. vers. abiuratio, subscriptionem non esse de essentia abiurationis autumant, & satis esse aiunt, vt de eo actum constet per testes, & publicam scripturam, praesertim cum non omnes aut scribere possint, aut sciant, id quod ex longa huius tribunalis consuetudine Campegius dixit comprobari.

Campegius apud Zanchinum c. 20.

Verumtamen in hac re hoc videtur penitus obseruandum, si scribere sciat reus, abiurationi a se factae addere subscriptionem debet: quod si nesciat, aut non potest scribere, tunc Inquisitor, & notarius se subscribent. & hoc est tutissimum, & Inquisitoribus Hispanis prescriptum per Madrilianam instructionem anno M D L X I. cap. 42. in haec verba: Abiuratio, quam rei fecerint, apponatur in fine sententiae, & pronuntiationis illius, cui, si sciunt rei scribere, subscribet, appositus nominibus suis: sed si nesciant, tunc vnus ex Inquisitoribus, & notarius subscribent. haec ibi. idem cautum est per eandem instructionem cap. 46. in fine.

Quoniam vero si abiuratio fiat in loco publico, tunc reus non potest ei subscribere: curabunt Inquisitores, vt vel ante, vel sequenti die in suo auditorio, rei subscriptiones suas apponant eo modo, quo dictum est.

Id etiam erat hic dicendum, an abiuratio ante sententiam, vel post eam fieri debeat, de quo agam paulo post super quinto modo processum fidei terminandi. atque ex his, nisi fallor, manebit illustrissima EymERICI doctrina in his modis abiurandi.

Nu. 162.

Aboluto sermone, quid facere possit Inquisitor.

¶ Et facta sermone in Missa, &c. Inquisitor dicit publice quomodo ille ibi positus est habitus suspectus, &c. Sed hoc hodie vsus non obseruat, neque est necessarium, cum antequam sententia pronuntietur in reum, publice legatur totius causae summa, & explicentur delicta, ob quae Inquisitores processerunt contra eum, itaque hac molestia se poterit Inquisitor absque vilo periculo liberare.

In vetusto tamen illo codice, cuius nobis copiam fecit Illustrissimus Cardinalis Sirletus in fine, haec praxis, quam hic tradit Eymericus, praescribitur, nam ita iubet dicere Inquisitorem: Magnifici domini rectores, nobiles, & generosi, iste qui est hic in alto positus, incidit in hereses, contra quas est vobis praedicatum, & illas tenuit, & circa illas multum offendit. & mox iubet notario, vt legat.

Nu. 163.

Nu. 165.

¶ Paratus, &c. subire omnem penitentiam, &c. Haec est solennis obligatio, quam praestat reus cum abiurat, quae quid contineat, & quid in ea sit obseruandum, dixi plene supra hac 3. parte nu. 18. vbi videas quae ad hunc locum spectant.

¶ Forma ferendi sententiam, seu iniungendi penitentiam, &c. In toto ordine iudiciario post perfectum iam, & completum processum, & post causam debito iuris ordine seruato terminatam, dua-

postremo loco requiruntur. sententia diffinitiva, & executio sententiae, seu rei iudicata: in quibus quis ordo in hac heresis causa obseruandus sit, breuiter est hoc loco dicendum. trademus vero more nostro receptiora, & securiora.

Ergo postquam in crimine heresis diligens facta fuerit Inquisitio, & examinatio, & data sua defensionis delato, Inquisitor cum Episcopo, vel eius vicario, ac consilio peritorum de sententia deliberabunt: vt si reus innocens fuerit reuertus, absoluetur, contra vero damnetur, vbi vel confessus, vel conuictus legitime reperiat. Goddissaluis tract. de heret. qst. 15. nu. 1. Simancas de catho. inslit. tit. 60. nu. 2. & alij.

Ac qua ratione absolutoria sententia, sit proferenda, paulo antea docuit Eymericus, & nos cum eo in primo modo processum fidei terminandi, & ideo de condemnatoria nunc est agendum.

Rursum, cum decretum fuerit quo die, & qua hora, & quo loco pronuntianda sententia sit, citandus est reus, ac vocandus, vt personaliter sententiam audiatur, recepturus debitam pro delictis poenam. Goddissaluis tract. de heret. q. 15. nu. 1. Ludouicus Carreterius tract. de heret. nu. 128. & haec praxis communiter obseruatur, nec ab ea est vilo pacto recedendum. Iulius Clarus in praet. crim. q. 31. versic. sed hic quae ro. textus in clem. sepe. de verb. signifi. circa finem, ibi: Sententiam vero diffinitiuam (citatis ad id licet non peremptorie partibus,) &c. proferat.

Ac de hac citatione vide plene per gloss. in verbo, non obstantibus. in extrauagan. rem non nouam. tit. de dolo, & contu. inter communes.

Nec valerit citatio si diceretur reo, vt ad audiendam iudicium voluntatem veniat, sed dicere oportet, vt veniat ad audiendam sententiam. gloss. in cap. cum contumacia. de heret. lib. 6. verbo respondeat. glossa in dict. clem. sepe. verbo, ad id. Bernardus Comensis in lucerna verbo, sententia. s. 10. adde Courradum Brunum lib. 4. de heret. cap. 10.

Neque hac citatio omitti debet, aliis sententia non consisteret, quam sententiam stando, non sedendo reus audire debet nudo capite.

Ad haec, sententia condemnatoria proferenda non est per Inquisitorem nisi praesente ordinario, vel eius vicario. clem. i. s. propter quod. versic. duro tam. de heret. nisi vnus alteri commiserit vices suas, vel adesse non potuerit, vel legitime expectatus non venerit intra terminum dict. clem. i. de heret. tradit Eymericus 3. parte quaest. 49. sed consultius erit, vt semper vel ordinarius (praesertim cum publice ferenda est sententia) vel eius vicarius adsint; vocandi quoque sunt consultores, de quorum consilio ad sententiam ventum est, quamuis sine ipsis ferri possit.

Praeterea in scriptis ferri debet, & recitari, ne deinceps ex defectu scripturae contingeret occultari veritatem semel pro palatam, & in iudicio definitam, vt optime docuit glossa in dicta clem. sepe. de verb. signifi. verbo, in scriptis. cui sententia, vt ibi dem docet glossa, non aduersatur textus eius clem. tina. l. i. c. de senten. ex breuiloquo recitan. Syluester in sum. verbo, sententia. q. 4. versic. tertium. quod etiam nominatim in hac causa videtur sanciuisse concilium Narbonense cap. 6. quod retuli paulo ante in hoc

In ferenda sententia contra reos huius criminis quis ordo seruandus.

Citandus reus ad audiendam sententiam.

Sententia condemnatoria praesente Episcopo proferenda.

In scriptis proferenda sententia.

hoc eodem commentario. Sicut et constat. Et ita nominatim faciendum docet in hac causa, quocumque modo in delicto fuerit processum, Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 10.

Inquisitores per alios possunt pronuntiare sententias. Et quamquam in alijs causis iudex ipse, non alius sententiam pronuntiare debeat, Inquisitores tamen hereticæ prauitatis per alios possunt eas recitare. Et ut commissi. in principio. de heret. lib. 6. ubi notant Ioannes And. Dominicus, et Alij. tradit Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 10. et Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 94. in principio. Nam Inquisitores sicut Episcopi sententias possunt per alios recitare, ut dicit Gemianus in cap. ult. de re iud. et Bernardus in lucerna verbo, sententia. §. 9. idem verbo, Inquisitor. §. 28.

De die proferenda sententia. Iam sententia reorum de die non de nocte proferenda debent. Panormitanus in c. consului. de officio legati. et ibi Felypus fieri tamen potest quandoque, ut ob multitudinem reorum, et prolixitatem processuum, et delictorum non possint commode aliquorum sententia interdum in hoc crimine pronuntiare, praesertim quo tempore ad actionem fidei publicam plures rei simul producuntur, quo casu quamuis de nocte nonnullorum sententia proferantur, non ideo reddentur vanæ, aut nullæ melius tamen erit, et securius propter alia pericula, quæ ob tenebras intervenire possunt, interdum omnia absolueri.

Qualiter ordinanda sententia condemnatoria. Postremo, sententia condemnatoria ita formabitur, ut in ea primum qualitas heresum, et errorum a reo assertorum declaratur: inde diligens criminum inuestigatio, citationes, admonitiones, confessiones, probationes legitime, inducuntur ad penitentiam competentes datæ, obduratus in erroribus reorum animus, et reliqua, quæ ad iustum processum conficiendum attinent, enumerantur; tandem pro qualitate criminis secundum leges, et regulas in hoc crimine obseruandas subiungatur ipsa sententiæ dispositio. Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 10. Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 2.

Cetera vero, quæ ad particulares quorundam reorum sententias spectant, veluti impenitentium, et relapsorum, paulo post suis locis dicam: hic enim in genere tantum ostendimus, quæ in pronuntiandis sententijs sunt obseruanda. et multa consilio omisimus, quæ vel in hoc crimine locum non habent, vel facilia sunt, et cuique vel mediocriter erudito, nota.

Sed iam alterum susceptæ disputationis caput ab soluamus, videlicet, de sententiæ pronuntiatæ executione, in quo hæc summa est: Si rei contra quos sententia lata est, relapsi fuerint, aut impenitentes, curie seculari relinquuntur, nec in his vllæ amplius sunt Inquisitorum partes, sed illi per iudices seculares statim debent ultimo affici supplicio, ut alibi fufius dictum est.

Admonitio Inquisitorij ad penitentes. Quod si penitentes, et reconciliati fuerint, et in publicum spectaculum producti eo die, quo sententiæ in eos sunt prolata ad solitos sancti officij carceres reducendi sunt, et sic sequenti producantur in auditorio Inquisitorum, et admonebuntur eorum quæ per sententias fuerunt illis iniuncta, et quàm graues penas sint habituri, nisi humiliter iniunctas penitentias adimpleant. quibus peractis, vniquemque mittent ad locum, quem ei per sententiam assignauerunt.

A Illos vero, quos ad penam irremedium condemnauerunt, ad carceres iudicum secularium transmittendos curabunt. in his denique quibus laudabilem suæ Inquisitionis consuetudinem obseruabit, quamuis superiora tuta sint, et quæ facile possint, aut debeant in hoc iudicio obseruari.

¶ Per modum qui sequitur condemnamus, sententiamus, seu potius penitentiamus. Penitentiamus dicitur, non punimus, quoniam quæ redemptiuibus imponuntur penitentis, non sunt proprie pænæ, sed salutare medicinæ, et penitentia quidē eius qui leuiter abiurauit, arbitrio Inquisitoris imponitur, iuxta personarum, et delicti qualitatem; in quo hoc est obseruandum, quod hic indicat Eymericus, ut videlicet contraria eorum quæ commiserunt, reis iniungantur: quod etiam plenius explicui supra in hac 3. par. commentario. 7. num. 18. §. et dicitur eis sic; traditq; singulariter Zanchinus tract. de heret. cap. 20. ubi valde prudenter docet quomodo sint imponendæ penitentiales pænæ iuxta personarum, et delictorum qualitatem.

B hoc est obseruandum, quod hic indicat Eymericus, ut videlicet contraria eorum quæ commiserunt, reis iniungantur: quod etiam plenius explicui supra in hac 3. par. commentario. 7. num. 18. §. et dicitur eis sic; traditq; singulariter Zanchinus tract. de heret. cap. 20. ubi valde prudenter docet quomodo sint imponendæ penitentiales pænæ iuxta personarum, et delictorum qualitatem.

De quinto modo terminandi processum fidei per abiurationem de vehementi.

Virtus modus processum fidei finiendi, et terminandi est, quando delatus de heresi, processum meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur suspectus de heresi vehementer: et hoc est quando delatus de heretica prauitate, non reperitur legitime deprehensus, nec confessione propria, nec facti euidentia, nec testium production legitima: sed sunt magna, et graua probata indicia contra eum, et talia per consilium iudicata, quæ illum reddunt suspectum vehementer de prædicta heretica prauitate.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis namque debet, ut suspectus vehementer de tali heresi, abiurare illam hereticam prauitatem; ita quod si postmodum relabatur, pænâ relapsi debita puniatur: hoc est, quod tradatur brachio seculari ultimo supplicio feriendus, iuxta c. Accusatus. in princip. de heret. lib. 6. Et abiurabit publice, vel secrete, secundum quod suspectus est habitus publicæ, vel secrete, et apud plures, vel pauciores, et graues, vel leues, ut dictum est statim de illo, qui est suspectus leuiter de heresi, et habet ut talis heresim abiurare.

E Modus autem disponendi ad abiurationem talis erit.

Forma disponendi ad heresim abiurandam eum, qui est suspectus de heresi vehementer.

Si enim determinatum est per consilium, quod delatus ille debeat in cathedrali, vel alia solemniori ecclesia publice abiurare, per aliquot dies ante

ante ex parte Episcopi, et Inquisitoris, vel eorum alterius, per omnes ecclesias illius ciuitatis, vel loci, in quo fienda est abiuratio antedicta, populo publice indicatur, quod tali die, et in tali ecclesia, Inquisitor de fidei fermonem debet facere generalem: et quod non erit sermo in illa ciuitate, vel loco, nisi ibi; et sic quod veniant, et habebunt indulgentiam consueta. Et eadem die Inquisitor notificabit ad conuentus religiosorum, quod tali die non erit sermo in illo loco nisi suus. Interim Inquisitor sit diligens ad componendum sermonem suum, formando secundum materiam, de qua agitur, informando populum de veritate fidei catholice, contra illam heresim, quam delatus ille habebit abiurare, et ad formandum abiurationem, et sententiam cum episcopo, vel vicario ipsius, illius ciuitatis, vel loci: et etiam ut die præcedenti abiurationem, de sero ordinet, quod ponatur in medio in ecclesia vna sedes alta, in qua abiurandus ponatur.

Adueniente autem die Dominica ad abiurationem faciendam, et ad audiendam sententiam, seu penitentiam abiurando imponendam, Inquisitor sermonem faciet generalem, quo facto, legantur publice per notarium, vel aliquem Fratrem, vel clericum, ea de quibus ipse abiurandus est conuictus, et alia, ex quibus habitus est suspectus de heresi vehementer: post dicitur sibi per Inquisitorem: Ecce ex hic recitatis tu es nobis suspectus de tali heresi vehementer; quare oportet quod tu purges te, et abiures heresim supra dictam: et tunc ponetur coram abiurando liber Euangeliorum, et ipse ponet manus super illum: et si scit legere competenter, tradetur sibi sequens abiuratio in scriptis, et leget coram omnino populo. Si autem nesciat legere competenter, notarius, vel aliquis religiosus, seu clericus, leget ea spatiosè, et abiurandus respondebit alta voce, et intelligibili per hunc modum. Nam notarius, seu religiosus dicit sic: Ego talis de tali loco, et ipse respondebit per eadem verba: et ille, in iudicio constitutus; et iste respondebit per eadem verba semper in vulgari, et sic quousque abiuratio sit finita, et abiurabit per formam tenoris sequentis.

Forma abiurandi heresim, quando delatus est suspectus vehementer.

Ego talis de tali loco, talis diocesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis venrandis dominis Episcopo talis ciuitatis, et fratre tali, Inquisitore hereticæ prauitatis, in terris ditioni talis domini subiectis, sacrosanctis Euangelijs positus coram me, et proprijs manibus per me tactis, iuro me credere corde, et profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, et Apostolicam, quam sacrosancta Romana Ecclesia docet, profiteretur, prædicat atq; tenet. Item iuro me credere corde, et profiteor ore, et c. Explicetur articulus catholicus contrarius illi heresi, de qua vehementer est suspectus, ut verbi gratia, si est suspectus

A de processione Spiritus sancti à Patre, et Filio; dicitur sic. Iuro me credere corde, et profiteor ore, et æqualiter tanquam ab vno principio, et non à duobus: et post abiuret heresim contrariam sic: Et consequenter abiuro, abnego, et reuoco illam heresim, quæ falso, et mendaciter affirmat, quod Spiritus sanctus non procedit à Patre, et Filio simul, tãquam ab vno principio, sed à duobus. Item iuro, quod nunquam prædictæ heresi credidi, neque nunc credo, nec credam, nec illi adhæsi, nec adhæreo de præsentibus, nec ad hæerere intendo; nec docui, nec docere intendo; nec docebo. Item iuro, et promitto, quod talia, et talia, exprimantur, propter quæ habetis me suspectum de huiusmodi heresi vehementer, nunquam faciam, nec operâ ut fiant, dabo. Quod si aliquid de prædictis fecero in futurum (quod Deus auertat) pænâ de iure relapsi debitis, prompto animo me submitto, paratus subire omnem penitentiam, quam pro his quæ feci, et dixi propter quæ habetis me suspectum de dicta heresi vehementer, decreueritis mihi iniungere; et illam iuro, et promitto pro viribus adimplere, et nullatenus contraire: sic me Deus adiuuet, et hæc Euangelia sacrosancta.

Prædicta autem abiuratio fiat in vulgari, ut ab omnibus capiatur, nisi fieret solummodo coram personis ecclesiasticis, qui linguam latinam intelligerent competenter. Si autem abiurauerit secrete, scilicet in palatio Episcopi, vel in capitulo fratrum, vel camera Episcopi, vel Inquisitoris, quando scilicet factum non est publicum; modo consimili abiurabit.

Facta autem prædicta abiuratione, Inquisitor poterit dicere ei, qui abiurauit, talia verba ibi publice, vel similia in effectu: Fili, tu suspitionem, quam de te, et merito habebamus, purgasti per abiurationem, quam fecisti; volo tamen te reddere cautiorem: Cauetas tibi deinceps quomodo ages: nam si de cetero talia agas vel dicas, propter quæ probetur, quod incideris in futurum in heresim abiuratam, sine misericordia pænâ relapsi debita punieris, et ut relapsus traderis brachio seculari ultimo supplicio feriendus; quare super omnia elonges te à consortio hominum, vita, et moribus ab alijs communiter dissidentium, ne te faciant recidere in relapsum.

Sit cautus notarius, quod ponat in actis, quomodo talis abiuratio facta est per talē ut per suspectum de heresi vehementer, et nõ solū leuiter, ad hoc, ut si relabatur, sciatur qualiter puniretur: quia pænâ relapsi debita. Quibus peractis ferretur sententia, seu penitentia in hunc modum.

Forma sententiandi eum, qui abiurauit ut suspectus vehementer.

Nos N. Episcopus talis ciuitatis, et Frater N. Inquisitor hereticæ prauitatis in terris talis domini ditioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES quod tu talis de tali loco, et talis diocesis, talia, et talia commisit, dicantur.

† Cap. 1. de sum. trin. et fid. catho. li. 6.

169.

Abiuratio fiat in vulgari, et quando possit fieri aliter.

Admonitio faciendæ ab Inquisitore post abiurationem.

† Al. puniri debeat.

170.

dicantur illa, vt ex processu meritis diligenter discussis legitime nobis constet, propter quos, & merito habentes te suspectum vehementer de tali heretica prauitate, illam vt taliter suspectum te fecimus abiurare de magno consilio in iure peritorum iustitia suadente: verum vt efficiaris cautior in futurum, & ne reddaris procliuor ad consimilia peragenda, & ne crimina remaneant impunita, & vt sis ceteris delinquentibus in exemplum, de multorum magnorum in iure peritorum, ac etiam in sacra theologia magistrorum, seu doctorum, in & super his habito maturo consilio pariter & digesto, habentes prae oculis solum Deum, ac sanctae fidei catholicae, & Apostolicae veritatis, sacrosanctis Euangelij positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & nostri oculi videant aequitatem: Sedentesque pro tribunali more iudicium iudicantium: te talem hic in nostra praesentia personaliter constitutum, forma, qua sequitur condemnamus, seu potius penitentiamus, videlicet, ne deinceps talia, vel talia facere, vel dicere praesumas.

Ponantur illa, quae conuincitur commississe, propter quae fuit suspectus habitus de praedicta heresi vehementer, & non illa, propter quae si committeret, incideret leuiter in relapsum, sed alia sibi imponantur prout negotij varietas exposulat, & requirit; vt pote, quod nunquam scienter habeat tales libros, vel ne eos, quos sciuerit abiurasse; & receptet, & similia. Lata fuit haec sententia, & cetera.

171 Quia sententia sic lata pariter & perfecta, Inquisitor poterit facere tria. Primum est, quod reducat penitentiam ad certa puncta, & penitentiato exponat illa vt cautior reddatur, informando eum, quod obseruet penitentiam sibi iniunctam, alias incideret in relapsum, & posset impenitens merito iudicari. Secundum est, quod conferat indulgentiam xl. vel xx. dierum, iuxta priuilegium, Prae cunctis i. omnibus, & singulis, qui sermone suo, vel abiurationi praedictis interfuerunt. Tertium est, quod exponat populo, quod omnes, qui praesentem consilium, auxilium, vel fauorem, quod praedictus talis abiurauerit hereticam prauitatem, vt pote, qui eum denuntiarunt, deposuerunt, consilio interfuerunt, abiurationem, vel sententiam legerunt, habent tres annos de indulgentia; concludendo, & monendo populum, quod quicumque scierit aliquem haeticum, vel de heresi suspectum, seu diffamatum, debet Episcopo, vel eidem Inquisitori, seu eorum vicarijs intimare, & habebunt etiam tres annos de indulgentia, iuxta priuilegium allegatum, & vltra hoc praemium in caelis in aeternum.

† Al. qualitas

† Al. hereticos.

† Habetur supra pag. 131.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

† Penitentia suspectorum de heresi.

Ari, iuxta. c. Vt commissi. de heret. lib. 6. Nec huiusmodi suspecti sunt crucibus consignandi. Nam cruces sunt insignia haeretici penitentis: suspecti autem non fuerunt haeretici habitus, quare non sunt consignandi; potest tamen eis imponi, quod stent certis diebus solemnibus in valuis talium ecclesiarum, vel circa altare dum Missarum solemnia celebrantur, habentes in manibus cereum ardentem tanti ponderis; vel quod vadant ad talem peregrinationem, & similia, prout negotij qualitas expegit, & requirit.

COMMET. XLI.

Endem hunc modum paucis mutatis prescribunt Tabiensis in summa verbo, Inquisitor. s. 16. & Iacobus Sprenger in malleo maleficarum 3. par. q. 24. & Locatus in fine operis iudicialis tit. De forma sententiae contra vehementer suspectum de heresi. Syluester de strigibus lib. 3. cap. 4. puncto 7. nonnulla Zanichinus tract. de heret. cap. 41. & Repertorium Inquisitorum verbo, sententia. s. alij sententiae. versic. quia nobis constat. & alij quos libens omitto. & circa hunc modum nulla fere occurrit difficultas, quam non abunde explicauerimus supra in modo 4. finiendo processum.

C Hoc tamen loco illud occurrit declarandum, quod in praecitato commentario consulto omiseram ob prolixitatem: An scilicet prius debeat fieri abiuratio, deinde vero pronuntiari sententia, an e conuerso? & Emericus, vt series eius indicat, in his modis semper abiurationem praefert sententiae: neque absque ratione. cum enim sententia supponat processum completum, & absolutum, rationi consentaneum videtur, vt priusquam sententia pronuntietur, cuncta debito ordine expediantur, iuxta doctrinam Speculatio. tit. de senten. s. nunc videndum restat. haec fortassis respiciens Emericus abiurationem vbiq; praemisit, inde sententiam pronuntiauit.

D Veruntamen Romae Illustrissimus sacrosanctae & generalis Inquisitionis Senatus contrarium obseruat: prius enim profertur sententia, inde penitens abiurat, quod prudentissima, & consultiissima ratione fieri crederem: quoniam abiuratio inter penas re deuntibus imponenda solet numerari, neque ab hac consuetudine crederem recedendum. videto Campegius apud Zanichinum cap. 41. versic. circa ordinem vero.

a Post dicitur sibi per Inquisitorem: ecce quod ex hic recitatis tu es nobis suspectus, &c.] **N**o credo necessarium hoc Emerici documentum, nec vsus Inquisitionum hoc nunc obseruat, quod ego sciam: veruntamen cum hanc publice admonitionem reis fieri voluerint Inquisitores, honorificentius, & magnificentius videtur, vt decretum legi iubeant, quo contineatur, talem iuridice deprehensum in leuitas hereses incidisse, aut habitum fuisse de illis vehementer suspectum, & velut haeticum, & impenitentem indicandum, nisi eas, & alias omnes detectur hoc loco, hac die, hac hora, quo edito publicato reus clara voce, dicit se penitere, & paratum esse ad abiurandum. Campegius apud Zanichinum cap. 41. versic. circa ordinem vero. nihil damno, quique in his laudabilem suam Inquisitionis sequatur consue-

Num. 166.

An prius debeat fieri abiuratio, quae sententia pronuntietur.

Num. 167.

Edictum an praemittendum ante abiurationem.

consuetudinem: aut si irreprehensibilis vult agere, supremi Senatus sacrosanctae Romanae, & generalis Inquisitionis ritum sequatur.

Num. 168. **h** ¶ Forma abiurandi haeresim, quando delatus est suspectus vehementer.] Pulchra sunt ista formae, quas Emericus praescribit, sed si per tempus licuerit, legito illam, quam concilium Constantiense praescripsit Hieronymo de Praga sessio. 19. alteram, quam fecit Berengarius, habes apud Gratianum in c. ego Berengarius. de consecratio. dist. 2. quam retulit Emericus par. 2. q. 6. vbi ego aliam eiusdem Berengarii retulisti aliam abiurandi formulam refert Ioannes Turcremata lib. 4. de ecclesia. par. 2. c. 22. & aliam Alfonso Castris lib. 1. cap. vltimo. de iurisdictione hereticorum punicio. & Ioannes Rojas singulari 1. c. alij, quas velut notas, & cuique obuias omitto. ex quibus quaedam haeticis aduocantibus, quae vehementer suspectis competunt.

Num. 169. **c** ¶ Quod incidit in futurum in haeresim abiuratum, &c.] Idem sentiendum est etiam si non recidat aut relabatur in haeresim abiuratum, sed in aliam speciem haeresis. cap. accusatus. s. cum vero. de heret. lib. 6. quoniam hodie de recepta sancti officij consuetudine omnis haeresis abiuratur, vt dixi supra parte 2. super quesi. 40. circa finem.

Num. 171. **d** ¶ Secundum est, quod conferat indulgentiam quadraginta, vel viginti dierum, &c.] De his indulgentijs conferendis omnibus, qui actui fidei interfuerunt, plenissime differit Emericus in hac 3. par. q. 127. cum aliquot sequentibus. vbi, & nos etiam multa adiungemus.

Num. 172. **e** ¶ Attendendum autem, quod suspecti de heresi, &c. non debent perpetuo immurari.] Optime iura hoc loco per Emericum adducta probare videntur hanc suam sententiam, de quo dicam plene infra super decimo modo processum fidei terminandi. extatque singularis de hac re doctrina in concilio Biterrensi cap. 23. & 24. quam afferam praecitato loco. interim videto Zanichinum tract. de heret. cap. 20. hoc vero Emerici documentum retulit, & secutus est Locatus in opere iudiciali verbo, suspicio. nu. 21. versic. suspectis de heresi.

f ¶ Nec huiusmodi suspecti sunt crucibus consignandi, &c.] Hoc ipsum documentum, quod & verum est, & obseruandum, refert, & sequitur Campegius apud Zanichinum cap. 20. versic. portet crucem. & Repertorium Inquisitorum verbo, crux. s. qualiter redeunt. & de his crucibus extat insignis locus in concilio Tarraconensi relato apud Emericum supra par. 2. & in concilio Tolosano cap. 9. & in concilio Biterrensi cap. 26. de quo differam plene commentario sequenti, vbi est proprius locus. interim videto Zanichinum tract. de heret. cap. 20. & Repertorium Inquisitorum verbo, crux. & verbo, penitentia. s. item si quis publice.

Suspecti de heresi redeuntibus non imponuntur vices crucibus signatae.

De sexto modo terminandi processum fidei in casu violenter suspecti.

173.



Extus modus processum fidei finiendi, & terminandi est, quando delatus de heretica prauitate processus meritis diligenter discus-

Asis, cum bono consilio in iure peritorum, reperitur suspectus de heresi violenter; & hoc est quando delatus ipse non reperitur legitime deprehensus confessione propria, nec facti euidentia, nec testium productione legitima; sed sunt indicia non leuia solum, vel vehementia, sed fortissima, & violenta, quae ipsum delatum reddunt merito suspectum de heresi violenter, propter quae talis debet vt suspectus violenter de heresi abiurare: Vtpote, propter aliquid, quod dixit, vel egit, vt quia sustinuit excommunicationem per annum, vel plus in causa fidei. Qui enim sustinet excommunicationem per annum, vel plus; licet non in causa fidei, est suspectus leuiter de heresi: quia hoc non caret scrupulo haereticae prauitatis. de poenis. c. Grauem. Et si citatus responsum de fide non compareret, sed renuit contumaciter comparere, propter quod excommunicatur; tunc fit suspectus de heresi vehementer: nam leuis suspicio transit in vehementem. Sed si sustinet illam excommunicationem per annum animo pertinacis; tunc fit suspectus de heresi violenter: nam vehemens suspicio transit in violentam, contra quam non admittitur defensio; immo ex tunc talis est vt haeticus condemnandus, quae omnia praedicta patent per cap. Cum contumacia. & not. ibidem; de heret. lib. 6.

C Circa istum talis practica est seruanda. Iste enim licet fortasse in re non sit haeticus, vt pote, quia non habet errorem in mente, nec de illo errore tenendo pertinaciam in voluntate: vt not. argu. cap. supra allegato: Nihilominus est vt haeticus condemnandus propter praedictam suspensionem violentam, contra quam non est probatio admitenda. Haeticus autem taliter condemnatur, quod si nolit resilire, & haeresim abiurare, & satisfactionem congruam exhibere, traditur brachio seculari animaduersione debita puniendus, iuxta c. Ad abolendam. s. praesenti. Si autem velit, & consentiat cum effectu, abiurat haeresim, & carceri perpetuo mancipatur, iuxta c. Excommunicamus. 2. de heret.

D Pari forma ille, qui sic est suspectus de heresi violenter, & est vt haeticus iudicandus, si nolit resilire, & ad gremium Ecclesiae aduolare, nec haeresim abiurare, nec satisfactionem congruam ad arbitrium Episcopi, & Inquisitoris exhibere, traditur brachio seculari vltimo supplicio feriendus. Si autem velit haec facere, & consenserit cum effectu, abiurabit, & sententialiter perpetuo carceri condemnabitur.

E Modus autem disponendi ad abiurationem talis erit.

Forma disponendi ad haeresim abiurandam eum, qui est suspectus de heresi violenter.

NAm, vt dictum est in quarto, & quinto modo praecedentibus processum fidei terminandi; Episcopus, & Inquisitor concordabunt de aliqua die Dominica, vel festiua, in qua fiat abiuratio antedicta. Quo facto facient intimari per omnes

174. Practica circa violenter suspectos seruanda.

Violenter suspectus si renuet abiurare, traditur brachio seculari.

175.

omnes ecclesias illius ciuitatis, vel loci, in qua fienda est abiuratio antedicta, suspendendo omnes sermones ciuitatis, vel loci pro die illa ad abiurationem huiusmodi assignata, & monebitur populus in ecclesijs antedictis, quod veniant ad sermonem Episcopi, vel Inquisitoris in causa fidei faciendum, & quod habebunt indulgentiam conseruatam.

Prouideat etiam Inquisitor, quod interim faciat fieri vnam vestem habentem duas pecias ante, & retro ad modum scapularis religiosorum, sine capucio tamen, in qua sint duae cruces de panno croceo, vno ante, & alia retro, longitudine trium palmorum, & latitudine duorum, facientque parari locum, seu sedem in alto in populi medio, vt stet abiurandus taliter, quod a populo videatur.

Adueniens autem die praefixa, & facto sermone per Episcopum, vel Inquisitorem, legentur culpe publice ipsius abiurandi, per notarium, vel religiosum, vel clericum aliquem; propter quas abiurandus est suspectus habitus de heresi violenter.

Quo facto dicetur sibi sic per Episcopum, vel Inquisitorem: Fili, ex his quae recitata sunt te commississe, nos te habemus suspectum de heresi violenter, propter quae de iure tu es vt haereticus condemnandus; Consideres ergo, & attendas quae dicam tibi: si tu vis ab huiusmodi haeresi, vel heresibus sic resiliere, quod velis eas hic nunc publice abiurare, & penitentiam, quam tibi iniungemus, pariter sustinere, Ecclesia, & Nos tamquam Vicarij Christi, recipiemus te ad misericordiam; sed iniungemus tibi penitentiam, quam bene poteris tolerare, & absoluemus te a sententia excommunicationis, qua teneris inuolutus, & poteris saluus fieri, & habebis gloriam in futurum. Si autem nolueris abiurare, nec penitentiam sustinere, statim trademus te brachio saeculari, & infimul perdes animam, & corpus. Quid igitur vis, abiurare, & saluari; vel renuis abiurare, & damnaberis? Si dixerit, nolo abiurare, & in hoc steterit, tunc tradetur curiae saeculari per modum infra expressatum in decimo modo processum fidei terminandi. Si autem dixerit quod vult, ponetur liber Euangeliorum apertus coram eo, & abiurabit omnem haeresim per modum, qui sequitur.

Forma abiurandi omnem haeresim generaliter, ab eo qui est suspectus habitus de heresi violenter.

176 **E**go talis, de tali loco, talis diocesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis venerabilibus dominis N. Episcopo talis ciuitatis, & fratre N. Inquisitore haereticae prauitatis in terris talis domini, a sancta Sede Apostolica specialiter delegato, sacrosanctis Euangelijs positus coram me, & eiusque proprijs manibus corporaliter per me tactis; Iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, & Apostolicam, quam sacrosancta Romana Ecclesia tenet, profiteor, credit, praedicat, atque docet; & consequenter abiuro, abnego, & reuoco omnem haeresim extollentem se

Suspectus violenter abiurat generaliter omnem haeresim.

A aduersus sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam, cuiuscunque sectae fuerit, vel erroris. Item, iuro me credere corde, & profiteor ore, quod sic, & sic, explicetur articulus catholicus, contra viros illi haeresi, de qua ipse qui abiurat, est suspectus habitus violenter: vt verbi gratia, si est suspectus habitus de virginitate Beatae Mariae Matris Domini nostri Iesu Christi, dicit sic:

Item iuro, me credere corde, & profiteor ore, quod gloriosa Beata Maria Mater Domini nostri Iesu Christi fuit toto tempore vitae suae semper virgo, ante partum, & in partu, & post partum; & consequenter abnego, reuoco, & abiuro illam nefandissimam haeresim, quae falso, ac mendaciter asseuerat, quod mater Domini nostri Iesu Christi aliquando non fuit virgo; sed quod ante partum, in partu, vel post partum fuit corrupta, & amisit virginitatem, de qua haeresi sum vobis dominis praedictis suspectus habitus violenter: Et si de pluribus haeresibus est suspectus habitus, & non tantum de vna, abiurabit quemlibet articulum singillatim per modum statim dictum.

Item iuro, quod nunquam praedictae haeresi, seu haeresibus adhaesi, nec adhaereo de praesenti, nec de diuini, nec credo; licet propter culpam meam, & ex his, quae male egi, vos me habeatis, & merito suspectum de huiusmodi haeresi, seu haeresibus, quod illi, seu illis crederim corde firmo.

Item, iuro, & promitto, quod praedictam haeresim nunquam dogmatizabo, nec praedicabo, nec docebo; immo si inquam sciuerim aliquem, qui illa haeresi sit infectus, teneat seu doceat, vel aliam qualemcunque, quod vobis dominis Episcopo, & Inquisitori, seu alicui vestrum seu vestris Vicarijs, vel alteri eorum vel successoribus vestris, citius quam commode poterit, denuntiabo.

Item iuro, & promitto, quod talia, expressantur illa, quae egi seu dixi, propter quae ex culpa mea habetis me suspectum de dicta haeresi violenter, deinceps nunquam faciam, vel dicam; nec quod fiant, operam dabo.

Item iuro, & promitto, quod omnem penitentiam, quam mihi iniungere volueritis pro praedictis, pro viribus adimplebo, nec contraveniam in aliquo; sic me Deus adiuuet, & ista Euangelia sacrosancta. Quod si contra abiurata vel iurata fecero in futurum, diabolo infligante (quod Deus auertat) poenis de iure relapsis debitibus, nunc pro tunc me obligo, & adstringo, quatenus illis feriar, cum legitime conluerit me contrafecisse.

Sit cautus notarius, quod inscribat in actis, quod dicta abiuratio est facta per talem tamquam per habitum suspectum de heresi violenter, vt si pro baretur abiurans relapsus iudicaretur, & vt talis traderetur brachio saeculari.

Praedicta abiuratio fiat (vt dictum est alius) in vulgari, vt a vulgaribus capiatur, nisi fieret tantum coram personis ecclesiasticis, & ipse abiurans latinum intelligeret competenter; tunc enim posset fieri in latino. Si autem praedictus abiurans ab iuraret in secreto, hoc est, in camera Episcopi vel Inquisitoris, seu in palatio Episcopi, vel Capitulo canonicorum, vel Fratrum religiosorum, nihilominus

Iuramentum de penitentia implenda.

Pro Notatio

Al. quatenus si probaretur contrauenire abiurans, &c.

minus per modum praehabitu abiurabit.

177 **F**acta autem praedicta abiuratione, Inquisitor statim ibi publice poterit abiuratum informare per haec verba vel similia in effectu: Charissime, tu haereses, de quibus habebaris merito suspectus violenter, vt debuisti, in forma consueta Ecclesiae abiurasti: & in hoc bene fecisti; caueas tamen tibi quod non facias contra antedictam a te factam abiurationem, incidendo in aliquam haeresim qualemcunque generaliter, seu alias: nam scias de certo, quod (sicut te obligasti) sine vlla misericordia traderis brachio saeculari, vltimo supplicio ferendus: quare consulo quod sis cautus.

Abiurans sic abiurans ab excommunicatione.

Quibus sic actis, absoluat eum a sententia excommunicationis, de qua est suspectus habitus violenter, quod incidit in haeresibus supra dictis: vnde sicut haereticus, cum redit & abiurat, est a sententia excommunicationis absolendus: quia omnis haereticus est excommunicatus, iuxta cap. Excommunicamus, l. & 2. de heret. & etiam iuxta c. Ad abolendam. in principio: Sic talis, de quo agitur, cum sit vt haereticus condemnandus, vt dictum est prius, postquam abiurauerit, est ab excommunicationis sententia absolendus: absoluetur ergo per hunc modum.

Forma absoluendi ab excommunicatione.

178 **N**AM dicitur Psalmus; Deus misereatur nostri. vel alius; quo dicto addetur, Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater noster. Et ne nos inducas, &c. Saluum fac seruum tuum, &c. Dominum vobiscum, &c. Oremus.

PRAETENDE Domine famulo tuo dexteram caelestis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quae digne postulat, assequatur. Oremus.

PRAE STA quaesumus Domine huic famulo tuo dignum penitentiae fructum, vt Ecclesiae tuae sanctae, a cuius integritate fidei deuiauerat delinquendo, dono tuae gratiae reformetur. Per Christum dominum nostrum. Amen. Et post addat sic: Ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo te a sententia excommunicationis maioris, qua fueras innodatus, pro eo quia talia contra fidem commisitisti, propter quae habitus fuisti suspectus de heresi violenter; & restituo te Sacramentis Ecclesiae. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Et si fuerat citatus responsurus de fide, & quia renuerat contumaciter comparere, fuerat excommunicationis vinculo innodatus, in qua steterat per annum animo pertinaci, & propter hoc vt suspectus de heresi violenter, & vt haereticus condemnandus, ab ista excommunicatione absoluetur in speciali, quae fuit sententia hominis, & non iuris, dicendo sic: Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo te a vinculo excommunicationis maioris, qua per me fueras innodatus, pro eo quia citatus legitime responsurus de fide, renueras contumaciter comparere: & restituo te sacramentis Ecclesiae. In nomine Patris, &c.

A Qua absolutione facta feretur sententia seu penitentia per modum tenoris sequentis.

Forma ferendi sententiam, siue iniungendi penitentiam ei, qui fuit habitus suspectus de heresi violenter.

179 **N**os N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor haereticae prauitatis, in terris talis domini, a sancta Sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES, quod tu talis de tali loco, talis diocesis, fuisti nobis delatus de talibus & talibus fidem sanctam tangentibus; exprimitur illa, & quod nos processimus ad informandum nos super illis, vt iustitia suadebat, & meritis processus diligenter examinatis, & omnibus actis & actitatis in causa praesenti, inuenimus te talia & talia commisisse, explicetur illa: Ea propter, & non immerito de tali haeresi, explicetur illa, te suspectum violenter habentes, fecimus te vt taliter suspectum omnem haeresim generaliter, publice abiurare, prout nobis mandant canonice sanctiones. Sane cum secundum eadem canonica instituta omnis talis sit vt haereticus condemnandus, & tu saniori consilio inharendo, & ad gremium sanctae matris Ecclesiae redeundo, abiuraueris vt praemittitur omnem haereticam prauitatem: propter quod absoluumus te a sententia excommunicationis, qua vt obnoxius Dei Ecclesiae astrictus merito tenebaris, si tamen de corde vero & fide non ficta reuersus es ad Ecclesiam vnitatem; idcirco deinceps inter penitentes computaberis, ad misericordiam: nisi tu te sacrosancta Ecclesia recipiente de praesenti. Verum quia indignum valde existit offensas diuinas & conuenientibus oculis impunitas pertranlire, & iniurias hominum castigare: cum grauius sit diuinam quam humanam ledere maiestatem: & ne inulta crimina incentiuum existant alijs delinquendi, & vt tu efficiaris cautior in futurum, ac minus procliuus reddaris in posterum ad praedicta seu similia committenda, & vt in futuro saeculo leuius patiaris: Nos Episcopus & Inquisitor praefati, praehabito in & super his sano ac maturo consilio peritorum; sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, habentes praesentis oculis solum Deum, & sanctae fidei irrefragabilem veritatem, sacrosanctis Euangelijs positus coram nobis; vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant aquitatem, te talem in nostra praesentia personaliter constitutum, hac die & hora tibi in antea assignatis, sententialiter per modum, qui sequitur condemnamus, seu potius penitentiamus.

Excoicamus a. s. qui aut. & c. Cui contumacia. de heret. 11.6

Vergetis. de haeret.

Vestis penitentialis.

In primis quod statim induaris super omnes vestes, quas defers, veste liuida, ad modum scapularis monachi sine capucio facta, ante & retro habente cruces de panno croceo longitudinis trium palmorum, & latitudinis duorum: quam vestem deferre habeas super omnes vestes alias portantur.

† Al. exegerit

tantū tempus; exprimatū minus anni vel duorum vel plus vel minus prout culpa exiger...

† c. v. cōmiffi. s. illorum. de hęc. li. 6.

180

† Al. lecta.

Monitio Inquisitorum.

Quo factō poterit Inquisitor taliter monere sententiarum, & penitentiarum, & inducere ad patientiam...

Indulgentia.

Concedat etiam indulgentiam quadraginta seu viginti dierum omnibus qui sermōi, & talibus actibus fidei interfuerūt.

† Al. qd si fecerit, consequentia indulgentia tūc augetur.

COMMENT. XLII.

Num. 173.

Referunt etiam hunc modum Tabienfis in sum. verbo, Inquisitor. §. 17. Sprengerus in maleo maleficarum...

Cur ponatur gradus violentæ suspitionis.

In hoc vero sexto modo, si quis querat cur Eymericus ponat violentæ suspitionis gradum...

ve nullum in mente habuerit errorem, & propterea si reuerit voluerit, (dummodo non sit relapsus) recipitur ab Ecclesia.

Quoniam vero is ipse, qui ita reuertitur, fitione iuris hereticus reputatur, hinc fit, ut Eymericus...

Tam quecumque in hoc modo repetit de violenta suspitione, dum ait eam non recipere probationem...

¶ Prouideat etiam Inquisitor, quod interim faciat fieri vnam vestem, &c. in qua sunt due cruces, &c.

¶ Hęc vestis penitentialis, qua, qui reuertuntur ab heresi, induuntur, antiquissimam originem habere videtur...

In crimine vero heresis usurpatum esse, ac visitatum hunc penitentialem habitum etiam protinus ab initio delegata inquisitionis contra hereticos...

Sed concilium Tolosanū anno Dñi MCCXXXIX. aduersus hereticos celebratum, de his crucibus in veste penitentiali gestandis ita cauit: In detestatione quoque veteris erroris, duas cruces portent...

Sed quoniam dubitabatur, qua ratione eiusmodi cruces, & cuius coloris essent conficienda & gerenda, paucis post annis concilium Biterrense...

Habitus penitentialis, cuius signa, origo antiqua.

Vestis crucis signata, initio delegata inquisitionis visitata.

Vestis crucis signata, cuius coloris & qualiter concilii debeat.

† id est, et visitatio probatur in duos palmos.

aliā posteriore inter spatulas, vestes in quibus cruces portauerint coloris croci non habentes, superiori veste intellecta, supra quam in domo, vel extra alia non portetur.

Et si fuerint Vestiti heretici, vel Damnati, portent crucem tertiam competentis quantitatis, seu coloris eiusdem in capucio, vel in velo.

Et si forte deierauerint, aut induxerint alios ad deierandum, portent in superiore parte duarū crucum (quas portare habent in pectore, & inter spatulas) brachium transversale palmi vnus, vel circa.

Qui autem transiret debent, portent cruces prædictas donec applicuerint ultra mare, & eas ulterius non teneant portare donec in litore tranfinarino nauem ad redeundum intrantes, eisdem circa mare & in mari, & in insulis eas perpetuo portent.

Mos antiquus in gestandis vestibus crucis signatis.

Illud est tamen obseruatione dignissimum, quod de his crucibus in his locis traditur: nam concilium Tarracoense præcitato loco has cruces paulo aliter portandas iubet...

Sed hoc postea fuit introductum ea ratione (ut credo) ut penitentes patentius & manifestius omnium oculis obicerentur, sine aduersi, sine auerfi essent.

Erant autem due illę cruces, que iure veteri ante pectus deferri iubebantur ita dispositę in pectore, ut vnaquęque sue papillę responderet, ut constat ex præcatis beati Dominici litteris...

Harum quoque crucū siue huius habitus penitentialis frequens mentio fit in instructionibus inquisitionis Hispanie, veluti in instructione Abulensī anno Domini MCCCCXCVIII. cap. 6. & in instructione Madriliāna anno Domini MDLXI. cap. 41. & cap. 81.

De crucibus gestandis qui meminerit.

Earundem crucum meminere etiam qui aduersus hereticos latas penas tradunt. Zanchinus tract. de heret. cap. 20. num. 3. & ibi Campegius. & Repertorium Inquisitorum verbo, crux. §. qualiter redeunt. & verbo, penitentia. §. item si quis publice. & verbo, signum. §. nota, quod bonum esset. & Simancas. de catho. instit. tit. 47. nu. 12. & seq. & Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 1. nu. 23. & seq. & alij.

Appellatio varia vestis cruce signata.

Hoc palliamentum Itali Abitello vocant, Hispanorum autem quidam Samarreta, alij Sant benito appellant, quasi sacrum benedictū, propterea quod sit aptus ad agendam penitentiam, per quam benedicimur, & saluamur.

He cruces ad tempus perpetuū quandoque, quandoque vero ad præfinitum imponi solent, ut indicat Eymericus paulopost in hoc eodem modo, num. 179. super quarum depositione interdum etiam dispensatur, ut dicam in octauo modo processum terminandi. qua omnino videas.

¶ Adueniente autem die præfixa, &c. legatur culpa publice ipsius abiurandi. Audiri quandoque eos, qui dicerent, non expedire, ut in conspectu popularis multitudinis reorū delicta nominatim legantur, quia multi inde arripiunt occasionem perpetrandi similia. sed horum iniquę sunt voces, nec villo pacto ferende: actus quidem huiusmodi bonus est, qui non propterea fit malus, quod in malum finem scelerati eum conuertant.

Ac salubriter has populorum feri cōgregationes ad audiendas sententias hereticorum, & eorum delicta, pulchre docet Ioannes And. in cap. v. cōmissi. de heret. lib. 6. non procul ab initio in hac verba: Ista conuocationes fieri solent ad audiendas sententias, & penas, quas Inquisitores infligunt, ad videndos aliquos cruciari, & expedit fidei talia publice fieri ad instructionem, ac etiam ad terrorem. hac ille.

Hoc ipsum etiam fieri sua sit iam olim Guido Fulcodius in cōsultationibus ad Inquisitores. quęst. 15. cap. 20. in hęc verba: Sed illud adicio, quod omnes errores suos singulatim profiteri & abiurare publice faciatis: quia nihil magis in confusionem hereticę prauitatis redundat, & gloriam nominis Christiani. hac ille.

¶ Quo factō dicitur sibi sic per Episcopum, vel Inquisitorem, &c. Iam monui supra super 5. modo processum terminandi. §. post dicitur sibi, non esse necessarium hoc EymERICI documentum: sed cū ita fieri decreuerit Inquisitor, aliter poterit rem honorificentius expedire, ut ibi dixi. nunc addo propterea hoc non fore necessarium: quoniam priusquam ad tabulatum producat reus, iam sunt omnia diligenter adhibita remedia ad ipsum cōuertendum, qui si vere cōuersus fuerit, absque ista præmonitione abiurabit, & hac consuetudine nunc vtimur.

Si autem impnitens extiterit, aut negatiuus modo antequam producat, verum etiam & in ipso tabulato induendus est, ac sepius & instantissime commonendus, ut errores deponat & abiuret. idque fieri poterit hoc ordine: penitentium & conuersorū sententię prius pronuntiantur, si tales assuerint, & ultimo loco impnitentium & negatiuorum, si qui fuerint: sed priusquam proferantur, coram omni populo admonentur huiusmodi heretici, ut respiciant, & tandem conuertantur, quoniam adhuc durat tempus misericordię, quod si conuersti se velle dixerint, ad carcerem sunt reducendi, & ad penitentiam admittendi: quod si in sua pertinacia, & impnitentia perseverauerint, legenda est sententię, & tradendi sunt curię seculari, ut igni in conspectu populi combusti, debitas impnitentię penas lauant. ita Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 11. addens cum Lutheranis omnium pessimis hereticis aliter esse faciendum.

Iis adiungo, plurimum esse considerandum qualiter recipi debeant hi qui in tabulato, aut in Ecclesia post-

Num. 175. Expedit in hoc crimine publice legi delinquenti culpas.

Num. 175. Nō est necessarium publicè monere teū, an velit abiurare.

Impnitentes sepe etiā publice monendi vt conuertantur.

Diligenter videndum, qualiter recipi

pianur, qui coertuntur postquam in publicis sunt producti.

sta postquam in publicam fidei actionem sunt producti... qui potius metu instantis mortis quam amore vere penitentia conuerti videntur...

Nollem certe vnquam ab hoc sacro tribunali misericordiam excludere; veruntamen vbi malitiam perfidorum huiusmodi contemplan, auderem dicere iustissime fieri si locus misericordiae solus pateret...

Num. 176

Qui abiurat, an obligare se debeat ad heticos denuntiandos.

Immo si vnquam sciuerit aliquem, qui illa heresi sit infectus, &c. vobis Episcopo & Inquisitori, &c. denuntiabo. Hec clausula ommissa est in superioribus abiurationis formalis, quam fortassis expedit in omni abiuratione adiungere...

Num. 179

Locus varius

Ad misericordiam finum te sacrosancta Ecclesia recipiente de praesenti. Ita Barcinonensis impressus. Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara ita: Ad misericordiam finum sacrosancta Ecclesia te recipiens de praesenti. Sabellanus ita: Ad misericordiam finum sacrosancta Ecclesiae, & recipimus te de praesenti.

Num. 179

Et ne multa crimina in centium existant aliis de Inquedi. Ita Barcinonensis impressus. Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara ita: Et ne impunita, &c. sed Sabellanus ita: Et ne impunita criminum aliis in centium prebeat delinquendi.

Num. 179

Conuersi ab heresi quo riu olim agerent penitentiam.

Et nihilominus quod cu dicta veste & crucibus lites in porta talis Ecclesiae, &c. Desumptum videtur ex concilio Biterrensi cap. 26. vbi grauioribus penitentiae imponuntur. nam cum premisset, penitentes singulis diebus Dominicis & festiuis interesse debere diuinis officijs, subdit: Et in Missa cuiuslibet dici Dominica, ac festiua, inter Epistolam & Euangelium, veste superiori & velo, siue capucio depositis (nisi & in velo, seu capucio portent crucis) sacerdoti Missam praesente populo celebranti, cum virgis in manu publice se praesentent: ibique data illis disciplina exponat sacerdos, quod propter culpam labis haeretica penitentiam illam agunt. hactenus ibi. Ut vel ex his intelligas antiquam in coercendo crimine heresis severitatem.

Insignis Ioannis Scholastici locus.

Hic vero penitentius, quem hoc loco praescribit Emericus, antiquissimus videri potest: nam Ioannes Climacus gradu 4. de obedientia, differens de penitentia iniuncta monachis colloquentibus dum ceteri orarent, quia contra deuotionis regulas eo loco praesentibus nobis, animaduertit pater sanctus (id est, qui ceteris praeparat) quosdam inuicem colloquentes, quos ante fores Ecclesiae statuens,

A iussit vt per septem dies cunctis intrantibus, & exeuntibus prosterneretur, siue clerici, siue presbyteri fuissent. hęc ille.

Num. 179

Retinentes nobis ex certa scientia, &c. quatenus dictam possimus mitigare, aggravare, &c. Hęc clausula magnum tribuit Inquisitoribus priuilegium, & valde utilis est, & vsu frequens in hoc tribunali, de qua dicam infra super octauo modo processum fidei terminandi, & super q. 86. & alibi.

De septimo modo terminandi processum fidei per canonicam purgationem, & abiurationem.



Optimus modus processum fidei finiendi & terminandi est, quando delatus de haeretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio peritorum in iure, reperitur suspectus de heresi, & etiam diffamatus; & hoc est quando delatus ipse non reperitur legitime deprehensus, nec propria confessione, nec facti euidencia, nec testium legitima productione; sed reperitur publice diffamatus, ac etiam reperitur indicia contra eum, quae ipsum reddunt suspectum aliis de haeretica prauitate: utpote, quia habuit magnam familiaritatem cum haeticis, qualis fuit ille, de quo agitur in cap. Inter sollicitudines. de purg. cano. Et tali ratione infamiae est indicenda canonica purgatio, & ratione suspicionis debet haesim abiurare, iuxta alleg. cap. Inter sollicitudines.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim sic publice de heresi diffamatus, & ultra infamiam ex aliis indicijs suspectus habitus de haeretica prauitate, in primis purgabit se publice per hunc modum.

Forma disponendi ad purgationem canonicam, & abiurationem faciendam ab eo, qui est diffamatus, & aliis suspectus de haeretica prauitate.

NAM indicto sermone generali per aliquos dies ante, in omnibus Ecclesiis illius ciuitatis, seu loci, in quo purgatio & abiuratio sunt factae: & suspensis sermonibus omnibus pro illa die assignanda, & adueniente die ad huiusmodi assignata, & ipso purgando & abiurando in medio populi in alta sede & eleuata constituto, & facto sermone de fide per Episcopum, vel Inquisitorem, vt dictum est supra in aliis modis processum fidei terminandi: His, inquam, praehabitis; legentur culpa ipsius purgandi & abiurandi per notarium seu religiosum vel clericum: quibus lectis, purgabit se diffamatus per hunc modum, qui sequitur.

FORMA

Forma purgationis canonice à diffamatio de heresi faciendae.

A inuisibilem. Et si de pluribus articulis haereticalibus est suspectus habitus, abiurabit quemlibet singillatim per modum praedictum.

182

Comparebit namque personaliter ipse purgandus cum suis compurgatoribus, eidem in certo numero generaliter coeclis: talibus, qui eum, & eius vitam & mores nouerint moderno tempore & antiquo, & sint suae conditionis seu ordinis, vt dictum est in secundo modo praedicto processum fidei terminandi, vbi agitur de purg. cano. huiusmodi: & stabunt coram Episcopo & Inquisitore; in loco tamen vbi purgandus ipse noscitur de illa heresi infamatus, & ponetur liber Euangeliorum coram eis, ipseque diffamatus ponet manus super eum sic dicens: Ego iuro super ista quatuor Dei Euangelia sacrosancta, quod talem haesim, exprimendo eam, de qua sum diffamatus, nunquam tenui, nec credidi, nec docui, nec teneo, nec credo, negabit, scilicet, cum iuramento illud, de quo est diffamatus, quidquid illud sit: Quo facto omnes compurgatores ponent manum super illum librum Euangeliorum, & quilibet dicet ita: Et ego iuro super ista quatuor Dei Euangelia, quod credo ipsum verum iurasse: & tunc canonicè est purgatus. Qua purgatione expleta per ipsum diffamatum, mox idem diffamatus vt suspectus aliter, & ex alijs indicijs, haesim, de qua est suspectus habitus, habens praedictum libellum Euangeliorum coram se, abiurabit per hunc modum.

Forma haesim abiurandi per illum, qui est de heresi diffamatus, & suspectus aliis de eadem.

183

Go talis, de tali loco, talis dioecesis coram vobis Venerabilibus dominis meis N. Episcopo talis ciuitatis, & Fratre N. Inquisitore haeretice prauitatis in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter delegato, in iudicio personaliter constitutus, sacrosanctis Euangelis positus coram me, eisque propriis manibus corporaliter per me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, quam Romana Ecclesia credit, profiteor, praedicat & obseruat: & consequenter abiuro, detestor, abnego, & reuoco omnem haesim extollentem se aduersus sanctam & Apostolicam Ecclesiam cuiuscunque sectae fuerit seu erroris.

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quod sic & sic: exprimaturs articulus catholicus contrarius illi heresi de qua est diffamatus, & aliis suspectus, vt si est suspectus habitus & diffamatus, quod non credat Deum esse visibilem creatorem, vt faciunt Manichaei, dicet sic:

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quod Deus est verus creator omnium, tam visibilem quam inuisibilem. Et consequenter abiuro, detestor, abnego, & reuoco illam haesim, quae falso & mendaciter asserit & affirmat, quod Deus non est generalis omnium creator, sed tantummodo

Item iuro, quod nunquam praedictae haesim seu haesibus, si plures sint, adhaesi, nec credidi, nec adhaereo, nec credo de praesenti, licet propter culpam meam ex his, quae male egi, sum diffamatus, propter quod habui me purgare, & aliis sum suspectus merito coram vobis, quod illis haesibus crederem corde firmo.

Item iuro, quod praedictam haesim seu haeseres nunquam dogmatizabo, nec praedicabo; nec docebo, nec aliquē instruem in illis, seu de illis: immo iuro & promitto, si vnquam sciuerit aliquē, qui aliquam haesim de praedictis, vel aliquam aliam teneat, credat, seu doceat, quod vobis dominis meis Episcopo & Inquisitori, seu alteri vestrum seu vestrorum Vicariorū, seu successoribus vestris protinus quo citius potero, intimabo.

Item iuro & promitto, quod talia & talia, quae egi, propter quae & merito sum de tali heresi diffamatus, & ultra, vos me habetis suspectum, exprimaturs illa, nunquam deinceps faciam, seu dicam, nec operam dabo, quod fiant.

Item iuro & promitto, quod omnem penitentiam, quam mihi iniungere decreueritis, pro praedictis, pro viribus adimplebo, nec contrariam in aliquo: Sic me Deus adiuet, & ista Euangelia sacrosancta. Quod si contra praedicta iurata & abiurata fecero in futurum (quod Deus auertat) penis talibus de iure debitis, me nunc pro tunc libere suppono, obligo, & adstringo, quatenus illis plectar cum probatum legitime extiterit me talia commisisse.

Aduertendum hic tamen, quod si indicia sint talia & tam fortia, quod cum infamia praedicta vel absque ea reddant praedictum diffamatum suspectum de heresi vehementer; tunc abiurabit omnem haesim generaliter, vt habitum est; & si relabatur in quamcunque haesim, poena relapsis debita punietur, vt in cap. Inter sollicitudines. de purg. cano. & in c. Accusatus. de haeret. lib. 6. Si autem indicia illa sint ita modica & leuia, quod etiam cu praedicta infamia non reddant eum suspectum de heresi vehementer, sed solum leuiter; tunc sufficet quod abiuret non generaliter, nec simpliciter, sed singulariter haesim, de qua habitus est suspectus: ita quod si prolabatur in aliam speciem haesim, poena relapsis debita non punietur ratione abiurationis; quia scilicet vt suspectus leuiter abiurauit: licet punietur durius, quam si aliis non abiurasset. Et omnia haec patent in c. Accusatus. in princ. de haeret. lib. 6.

Ratione autem purgationis canonice est dubium; an si post purgationem canonicam in eandem speciem haesim, de qua se purgavit canonicè, prolabatur, poena relapsis debita, hoc est, ultimo supplicio feriaturs: Et videtur quod sic, per cap. Excōmunicamus. §. adiciamus. vers. vel si post purgationem, & per cap. Ad abolendam. §. illos quoque. de haeret.

Sit cautus notarius, quod scribat in actis, an talis abiurauerit tanquam suspectus de haeresi leuiter,

184 Suspectus vchementer omnem haesim debet generaliter abiurare.

Leuiter suspectus non abiurat generaliter.

vel vehementer, quia multum interest, ut aliis su-
pradictum est.

185 Prædictæ autem purgatio & abiuratio fiant in
vulgari, si fiant publice, & coram vulgaribus; si
autem tantummodo coram viris litteratis, & à lit-
teratis, poterunt fieri in latino. Et si fiant publice
(vt videtur fiendum ratione infamiae, & quia est
publice diffamatus) fiant cum solemnitate in Ec-
clesia, de qua dictum est frequenter, scilicet, in
die festiva; & facto sermone per Inquisitorẽ prius
indictio in Ecclesiis parochialibus, & religiosorũ
& sermonibus aliis suspensis pro illa die; & post-
to abiurando in populi medio, vt ab omnibus vi-
deatur; & lectis primitus ibidem publice eius cul-
pis per notarium, seu aliquem religiosum, seu cle-
ricum seculares.

Factisque antedictis purgatione & abiuratio-
ne, Inquisitor (vt aliàs dictum est pluries) indi-
cet sibi publice periculum, quod sibi imminet, si
in hæresim prolaturus: de cuius periculo dictum
est statim: quibus sic actis, feretur sententia seu
penitentia per formam tenoris sequentis.

*Forma ferendi sententiam vel iniungen-
di penitentiam diffamato de hæresi,
& suspecto aliàs de eadem.*

186 N Os N. Episcopus talis ciuitatis, & frater N.
ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreti-
cæ prauitatis, in terris tali ditioni, talis domini sub-
iectis, à sancta sede Apostolica specialiter dele-
gatus: Diligentius attendentes, quod tu de tali
loco, & talis diocesis, fuisti delatus nobis de tali
hæretica prauitate, exprimat illa, Nos volentes,
vt tenebamur, iudicialiter informari, an tu inci-
distes in prædictam hæresim condemnatam, ad ir-
quirendum, testes examinandum, teque citandũ,
& interrogandum medio iuramento, & ad alia fa-
cienda, quæ fienda erant per nos, descendimus &
processimus, vt decebat. Quibus peractis, visis
& diligenter inspectis pariter & discussis, proces-
sus meritis huius causæ & omnibus & singulis
productis, actis, & actitatis aqua lance libratis, ha-
bitoque in & super illis, theologorum, ac in iure
peritorum pluries maturo consilio, ac digesto, re-
perimus te de prædicta hæresi in tali loco, seu ta-
libus locis apud bonos & graues publice diffama-
tum: propter quod, vt nobis mandant canonica

† c. Inter so-
licitudines.
de purg. ca-
no.

instituta, indiximus tibi purgationem canonicam,
qua coram nobis hic publice te purgasti, & ipsi cõ
purgatores pariter te purgarunt. Inuenimus etiã
te talia commisisse, exprimat illa, propter quæ,
& non immerito, te suspectum habuimus vehe-
menter, seu leuiter: dicatur si est istud, vel illud,
& hoc de hæretica prauitate: propter quod feci-
mus te vt taliter suspectum hæresim abiurare, di-
catur, omnem hæresim, si abiurauit vt suspectus
vehementer; vel, hæresim supradictam, si vt sus-
pectus leuiter: Verum quia non possumus, nec de-
bemus, talia quæ peregisti, vltatenus tolerare, sed
cogimur ea vitare t iustitia suadente, ad hoc vt
reddaris cautior in futurum, & vt crimina non

† Al. vindi-
care.

A remaneant impunita. & vt ceteri non reddantur
procliuiores ad similia committenda, & vt Crea-
toris iniuriæ non æquanimitè tolerentur: Ea pro-
pter te talem prædictum purgatum, & abiuratum,
hic in nostra præsentia personaliter constitutum,
in hoc loco, & hora tibi in antea assignatis; Nos
Episcopus & Inquisitor præfati sedentes pro tri-
bunali more iudicum iudicantur, sacrosanctis
Euangelis politis coram nobis, vt de vultu Dei iu-
dicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant
equitatem: sententiamus, seu penitentiamus per
modum, qui sequitur, scilicet, quod tenearis, &c.

Ponantur illa quæ videbuntur magis ad honorem
fidei esse, & ad exterminationem hæreticæ prauitatis,
vt pote, quod certis diebus Dominicis & festiuis, ha-
beat stare ad portam talis, vel talis Ecclesia cum ce-
reo tanti ponderis in manu, dum Missarum solènia
celebrantur, capite discooperto, & pedibus nudatis,
& offerre ad altare cereum antedictum, & quod hæ-
beat sextis feriis ieiunare, & quod certo tempore lo-
cum illum non audeat exire, sed certis diebus hebdo-
mada se habeat episcopo, vel Inquisitori præsentare,
& similia, quæ iniungenda videbuntur secundum
culparum exigentiam & varietatem; quia non po-
test dari vna regula generalis. Lata fuit hæc senten-
tia, seu penitentia, &c.

Qua lata, exequatur: poteritque dispensari,
vel mitigari, vel commutari, secundum quod ne-
gotium, & penitentis correctio, & humilitas hoc
requirunt: quia potestatem habent Episcopus, &
Inquisitor, etiam si non retineant, & hoc de iure,
vt in cap. Vt commissi. de heret. lib. 6.

187
Penitentia
salutares sã-
tate.

COMMENT. XLIII.

I Am monui supra super 2. modo processum termi-
nandi, hunc modum septimum eo nomine à secũ-
do differre, quia ibi de solo diffamato, hic vero de dif-
famato simul & suspecto agitur.

Ac de hoc modo agit etiam breuiter Tabienfis in
sum. v. rbo, Inquisitor. §. 18. & Iacobus Sprenger
in malleo maleficarũ 3. par. q. 26. Syluester de Stri-
gibus lib. 3. cap. 4. puncto 9. & alij.

Quæcumque autem necessaria sunt ad intelligen-
dum hunc modum, plenissime dicta sunt à nobis su-
pra super dicto 2. modo processum fidei terminandi.

Hoc solum præterea admonere lectorẽ, ne for-
tassis dum hæc legit apud Emericum, quid vnquam
durius in reos huius criminis statuat, animaduerten-
dum esse id, quod docuimus supra par. 2. super cap.
inter sollicitudines. §. ita tamen. & sequentibus, nec
facile & frequenter purgationem indicat, cum sit re-
medium valde dubium & periculosum, sed ad alia
iuris remedia confugiat.

¶ Ita quod si prolaturus in aliam speciem hæ-
resis, pœna relapsus debita non punietur ratione
abiurationis, & cetera. Videtur hic Emericus sen-
tire, quod si is qui abiurauit de leui, postea manife-
ste incidat in eam hæresim, quam prius vt leuiter sus-
pectus abiurauit, debeat censeri relapsus. quæ sen-
tentiã videtur fuisse Ancharani in cap. accusatus. no-
tabili 6. de heret. lib. 6. quod tamen est falsum, vt
docui supra par. 2. super quæst. 58. s. vel post cõstitit.

Num. 181.

Ad indica-
dã purgatio-
nem raro de-
ueniendum.

Num. 184.

Abiurans de
leui incitẽs
in eãdem hæ-
resim abiura-
tam non est
relapsus.

ubi

ubi ostendi apertissime Emericum vere tenere cõ-
trariam opinionem. quare hic locus ita est accipien-
dus: Qui leuiter abiurauit, si relabatur in aliã hæ-
resim ab ea, quam abiurauit, non erit relapsus; quia
non abiurauit omnem hæresim: adde, neque erit re-
lapsus ad hoc vt relapsorum pœna puniatur: etiam
si in eãdem hæresim, quam leuiter abiurauit, inci-
disse deprehendatur. Dixi; ad hoc vt relapsorum
pœna puniatur: quoniam si vocis proprietatem spe-
ctemus, re vera erit dicendus relapsus, cum in prio-
rem lapsum recidat. nec putandum est virum egre-
gie eruditũ aliter sensisse. Nec video quomodo ali-
ter possem hunc locum accipere, quem non sum aus-
sus immutare, quia omnes codices penitus conuenie-
bant. ceterum ita putabã legendũ, vt ex serie aucto-
ris colligitur: Ita quod si prolaturus in eãdem spe-
cie hæresis. siue ita: Ita quod si prolaturus in ean-
dem, vel in aliam speciem hæresis, &c.

Num. 184.

¶ Ratione autem purgationis canonicæ est du-
bium, &c. Admonui supra in hac 3. par. super 2.
modo processum terminandi. §. nec contemnat. Eyme-
ricum varijs locis, varie scripsisse de hac difficulta-
te: sed ne actum agam, quid mihi in hoc dubio sen-
tiendum videatur, dixi copiose præcitato commen-
tario, ubi omnino videas.

*De octauo modo terminandi processum
fidei per abiurationem faciendam
ab hæretico penitente.*

188

Octauus modus processum fidei ter-
minandi & finiendi est, quando de-
latus de hæretica prauitate, meritis
processus diligenter discussis, cum
bono consilio in iure peritorum re-
peritur confessus hæresim, sed penitens, & aliàs
non relapsus veraciter; & hoc est quando delatus
ipse constitetur iudicialiter coram Episcopo, vel
Inquisitore medio iuramento, fore verum quod ipse
tãto tempore stetit, & perseuerauit in illa, seu alia,
de qua delatus est hæretica prauitate, & illi credi-
dit & adhefit; sed postmodum ad informationem
Episcopi, & Inquisitoris tandẽ vult resiliire, & ad
gremium Ecclesiæ redire, & illam ac omnem aliã
hæresim abiurare, & satisfacere prout ipsi volue-
rint ordinare; & non reperitur, quod vnquã aliàs
hæresim aliquam abiurauerit, sed nunc abiurare
prompto animo est paratus.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis
enim esto quod multis annis steterit in hæresi præ-
dicta, ac etiam aliis quibuscunque, illas credide-
rit, & dogmatizauerit, multo que induxerit in er-
rores; si tandem cum effectu illas hæreses consen-
serit abiurare, & satisfactionem congruam ad ar-
bitrium Episcopi & Inquisitoris exhibere; nõ est
tradendus brachio seculari vltimo supplicio fe-
riendus; nec si est clericus, deg. adandus, sed est
ad misericordiam admittendus, iuxta cap. Ad abo-
lendã. §. presentia. extra de heret. & abiurata pri-
mitus hæretica prauitate, est in perpetuum carce-
rem detrudendus, iuxta c. Excommunicamus 2.
§. si quis, & absolutionis beneficio imperito, &

Hæretici pe-
nitentes non
relapsi reci-
piuntur mis-
ericorditer.

iniuncto eidem, quod talibus iniungi consuevit,
iuxta c. Vt officium. prouiso tamen solerter, ne si-
mulata fictione redeat fraudulenter, & Episcopi
& Inquisitorem, immo seipsum fallẽdo, sub agni
specie lupum gerat.

Providendũ
ne ficta sit hæ-
reticorũ con-
fessio.

Modus autem disponendi ad abiurationem ta-
lis erit.

*Forma disponendi ad abiurationem fa-
ciendam per illum, qui est propria con-
fessione in hæresim deprehensus, et
penitet, & aliàs nõ relapsus.*

189 I N primis Episcopus & Inquisitor inter se cõ-
cordabunt de prædicta abiuratione fienda pu-
blice, aliqua certa die Dominica, vel festiua, quæ
quidem non sit Dominica de Aduentu, vel Qua-
dragesima, vel aliàs dies multum solemnis, vt dies
Natiuitatis Domini, vel festum Paschæ, & simi-
les, quia prædictis diebus honestum est sermones
non suspendere, & quemlibet accedere ad eccle-
siam suam parochialem; quod fieri non posset si
in illa fieret abiuratio antedicta: tum quia suspen-
derentur sermones; tum etiam quia omnes con-
fluere ad ecclesiam, in qua fienda foret abiura-
tio supradicta. Concordata igitur de tali certa die
Dominica, vel festiua, mandabitur præcedẽti die
Dominica, seu alia festiua, per dies aliquos ante
præfixam diem ad abiurandum præcedentes; ex
parte Episcopi & Inquisitoris, curatis omnibus
ecclesiarum illius ciuitatis, vel loci, in quo prædi-
cta abiuratio est fienda, vel religiosi, qui habent
illa die populo prædicare, quod insinuent publi-
ce populo, ac clero, quod tali Dominica, seu die
festiua, Inquisitor in tali ecclesia pro fide & de fi-
de sermonem faciet generalem; & sic quod qui-
libet vadat illuc ad videndum, & audiendum ea
quæ fient, & habebunt ex parte domini nostri Pa-
pæ Indulgentiam consuetam, scilicet, quadragin-
ta dierum, indicando etiam, quod illa die nõ erit
alius sermo in loco illo. Quo factõ, mittatur ex
parte Episcopi & Inquisitoris ad domos religio-
forum; qui prædicant communiter verbum Dei,
& intinabunt eorum superioribus, quod die Do-
minica sequenti, seu tali die festiua, Inquisitor ser-
monem faciet pro fide in tali ecclesia generalem,
& quod suspendit omnes alios sermones: & ideo
quod nullus in loco illo prædicet illo mane, sed
quod quilibet superior mittat quatuor fratres, vel
duos prout videbitur, qui interfint sermoni, &
abiurationi, & sententiæ ferenda.

Medio autem tempore Inquisitor sermonem
suum ordinabit, iuxta materiam fidei, de qua pro-
tunc est agendum; ordinabit etiam cum Episco-
po de culpis in scriptis redigendis, abiuratione for-
manda, & sententiã, ac etiam de loco & sede, seu
bastimento ponendo in alto in ecclesia antedicta
in medio, in quo possit poni abiurandus & sen-
tentia dũs, vt ab omnibus videatur. ordinabit etiã
sine tñ capucio, quæ sit de pãno luuido, vel alterius
coloris, & habeat insertas cruces ante & retro de

Vestis pœni-
tentialis.

Panno, seu tela crocea longitudinis trium palmorum, & ex transverso duorum, & latitudinis medij palmorum.

Practica:

Quibus omnibus sic dispositis, & adueniente die ad abiurandū præfixa, statim in principio Missæ ponetur abiurandus in sede seu bastimento prædicto in alto, in populi medio, seu in loco, in quo possit libere ab omnibus intueri, circumstantibus eum curiæ secularis, seu ecclesiasticæ ministris: & stabit discooperto capite, & dicto Euangelio (vt est moris) Inquisitor prædicabit, detestando & reprobando illam hereticam prauitatem, seu illas in qua, vel in quibus abiurandus confessione propria est deprehensus. Quo sermone finito, Inquisitor dicit hæc verba, vel similia in effectu: **Iste, qui est hic in alto positus, incidit in heresim, contra quam vobis prædicauit, & illam tenuit, & circa illam multum offendit: quod autem ita sit, vos audietis. Quibus dictis mandet notario statim ibi, vel religioso, vel clerico ibi in ambone præfenti, cui tradidit cedulam, culpas illius abiurandi continētem, quod legat illam, & ille statim obtemperabit: Cedula autem, seu scriptura erit tenoris sequentis.**

Forma cedule legende in publico criminali illius continentis, qui habet heresim abiurare.

190 **I**stæ sunt culpa: & mala opera contra fidem catholicam, quæ gessit talis hic præfens, quæ confessus est in iudicio se commisisse ore proprio, medio iuramento.

In primis confitetur ore proprio & medio iuramento, quod tot annis stetit, & perseverauit in ista heresi, & errore: *exprimantur.*

Item confitetur, quod in dictam heresim incidit in hunc modum: *dicitur.*

Item confitetur, quod dogmatizauit, & pluries induxit plures ad eandem heresim per hunc modum: *dicitur, & sic explicentur eius culpe omnes.*

Quibus lectis si Inquisitor videat eum certis indicij bene conuersum ad fidem, & præsumat quod veritatem interrogatus publice non negabit, interrogabit eum dicens: *stant ne ista omnia in veritate sicut lecta sunt? & eo respondente quod sic, adiungat: Vis tu in istis hæresibus perseverare; quod si feceris, damnaberis in æternum, & perdes etiam nunc corpus tuum: vel eas abnegare & abiurare, vt possis animam tuam saluare & vitam corporalem præseruare? Quo dicente, nolo in istis stare; sed volo libenter illas abnegare, & reuocare; dicit Inquisitor, sano consilio adhesisti.*

Si autem Inquisitor hæsitet, an ille sit bene conuersus, & dubitat, quod si interrogetur lectis culpis, an ita stetit in veritate, quod ipse commiserit illas, quod negaret veritatem, & se ibi excusaret propter verecundiam, & populus scandalizaretur; in illo casu non curet eum interrogare, an illa quæ sunt lecta ita stent in veritate nec ne: sed illis lectis interroget eum (vt est dictum) si vult in illis hæresibus stare, vel ipsas abnegare, & abiurare; & responso, quod abnegare, & abiurare: tunc pone-

A tur coram ipso abiurando liber Euangeliorum: quod factum, deposito capucio, & genibus ibi flexis, ac manibus ad librum positus, leget ipse, si scit legere, abiurationem: alius notarius, vel religiosus aliquis, seu clericus, per orationes breues illo eadem replicante per hunc modum: *Nam notarius dicit in vulgari: Ego talis, de tali loco, talis diocesis: & abiurans replicabit: Ego talis de tali loco, illa exprimendo. Notarius coram vobis dominis Episcopo & Inquisitore: Et abiurans eadem replicabit: & sic de aliis. & quilibet dicat ita alta voce, vt quilibet discernatur. Abiuratio autem talis erit.*

B *Forma omnem heresim abiurandi per illum, qui propria confessione est in heresim deprehensus. & penitet, & alias non est relapsus.*

Ego talis de tali loco, talis diocesis in iudicio **191** personaliter constitutus, coram vobis dominis Venerabilibus N. Episcopo talis ciuitatis, & Fratre N. Inquisitore hereticæ prauitatis in terris talis domini ditioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegato, sacrosanctis Euangelij positus coram me, eiusque propriis manibus per me tactis; iuro me credere corde, & profiteor ore illam sanctam fidem catholicam & Apostolicam, quam sancta Romana Ecclesia credit, profiteatur, prædicat, & obseruat: & consequenter abiuro, reuoco, detestor, & abnego omnem heresim cuiuscunque sit conditionis & sectæ extollentem se aduersus sanctam & Apostolicam Ecclesiam.

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quod sic: *explicetur articulus catholicus, contrarius illi heresi, in quam se confessus est incidisse. vt verbi gratia, si confessus est incidisse in illam heresim, quod dominus noster Iesus Christus non fuit verus Deus, sed homo purus, abiuret sic:*

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quod dominus Iesus Christus beatae Mariæ semper virginis filius, fuit verus Deus, genitus de Deo patre aeternaliter, & verus homo ex Maria virgine conceptus, & natus temporaliter: Et consequenter abiuro, abnego, detestor, & reuoco illam heresim damnatam per sacrosanctam Ecclesiam, quæ falso ac mendaciter asseruerat, quod dominus Iesus non fuit verus Deus, sed homo merus & purus, in quam heresim ego miser incidi, eamque tenui, & illi credidi per annos tot, atque dogmatizavi, docui & defenſaui: Cuius rei me penitet corde toto. *Et si in plures hereses se incidisse est confessus, abiurabit quamlibet singillatim per modum statim dictum.*

Item iuro pariter & promitto, quod deinceps nullam heresim prædicatarum, seu aliam qualemcunque tenebo, credam nec adhærebo, nec dogmatizabo alicui, nec docebo, nec instruam quemcunque de aliqua heresis prauitate, nec libros hereticos scienter habebō: immo iuro & promitto, quod si sciuerō aliquem esse infectum aliqua heretici labe, seu aliquem dogmatizare, docere, aut

aut quemquam instruere in aliqua heresi, vel errore, seu libros, vel scripturas hereticas habere, quam citius commode potero vobis domino Episcopo, vel Inquisitori, seu alteri successorum vestrorum, vel alicui vicariorum vestrorum, vel illorum, denunciabo & intimabo.

Item iuro pariter & promitto, quod penitentiam per vos mihi iniungendam prædictis non refutabo, nec contraueniam in aliquo, immo pro viribus adimplebo.

Item iuro pariter & promitto, quod non fugiā, nec absentabo me, nisi de vestro beneplacito, licentia & assensu; immo iuro & promitto, quod quodocunque & quotiescunque requisitus fuerō per vos, seu alterum vestrum, seu vicariorum vestrorum, ac successorum vestrorum, aut eorū vicariorum alterius nomine, vel mandato, quam citius commode potero, me personaliter præsentabo: sic me Deus adiuet, & hæc Euangelia sacrosancta. Quod si contra prædicta iurata, vel abiurata, seu eorum aliquod (quod Deus auertat) fecero in futurum, haberi volo protinus pro reposito; ac poenis relapsi de iure debitæ, me nunc tunc obligo & adstringo, quatenus illis plectar, si & quādo probatum exiterit legitime in iudicio, seu me confessum, contra nunc iurata & abiurata, aliqua commisisse.

Sit autem circumspectus, & cautus notarius, quod scribat in actis, seu processu, quod prædictus abiurauit tanquam deprehensus in heresi propria confessione, vt si relabatur, poena relapsi debita puniatur.

192 **M**onitio Inquisitoris.

Facta autem prædicta abiuratione Inquisitor poterit ei qui abiurauit, talia verba dicere in effectu: *Charissime, in eo quod abiurasti, sano consilio adhesisti, quia euasisti infernum, & introibis, Deo adiuuante si volueris paradysum: sed præmoneo te, quod sis cautus, & in agendo, loquendo & conuersando: nam si de cetero prolabi inuentus fueris in quamcumque heresim, vel errorem; vel eis, vel ei, quos vel quem sciueris esse in aliqua heresi vel errore, de cetero fauorem in heresi præstiteris, si ne misericordia traderis curiæ seculari, ultimo supplicio feriendus: quare tibi consulo, quod sis cautus, & fugias hereticos & suspiciones, & semper te associes viris catholicis atque bonis, & qui respectu de fide nullatenus habeantur.*

193 Et quia iste, qui est sic deprehensus in heretica prauitate, est excommunicatus, iuxta cap. Excommunicamus. 1. & 2. de hæret. Et per abiurationem rediit ad gremium Ecclesiæ, ideo est ei absolutio beneficium impendendum, iuxta cap. Vt officium, in princip. de hæret. lib. 6. Quare post prædictam abiurationem poterit ei dicere Inquisitor: *Fili, quia tu credidisti & adhesisti hæresibus supradictis, tu fuisti excommunicatus: quia omnis talis de iure est excommunicatus: sed nunc huiusmodi hæreses abiurasti, abnegasti, & reuocasti, ideo videris penitens, & conuersus, propter quod ego absoluo te Ecclesiæ sacramentis, & amodo eris particeps bonorum Ecclesiæ; dum tamen attendas bene, quod de corde vero, & fide non si-*

Acta reuersus sis ad Ecclesiæ unitatem, & serues ea quæ tibi iniuncta per nos fuerint & mandata; aliās non esses absolutus: sed confido quod veraciter es conuersus, & tibi iniungendam penitentiam obseruabis; ideo volo te absolue, flecte genua. Quo factum dicatur psalmus, Deus misereatur nostri. Kyrie eleison, &c. Pater noster, &c. Et ne nos, &c. Saluum fac seruum tuum, & cetera. Deus meus, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

PRAET ENDE Domine famulo tuo dexteram caelestis auxilij, & vt te toto corde perquirat, & quæ digne postulat, assequatur.

Oremus.

PRAESTA quæsumus Domine huic famulo tuo, dignum penitentiae fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate fidei deuiauerat in heresim incidendo, dono tuæ gratiæ, reformetur, Per Christum dominum nostrum. Amen.

Et addat sic: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo te à sententia excommunicationis maioris, qua fuisti innotatus, pro eo quia in damnatam heresim credendo incidisti, & restituo te sacramentis Ecclesiæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.*

Quibus peractis dicat sibi Inquisitor: *Fili, modo Ecclesia sancta Dei recepit te ad misericordiam, & es factus vnus de numero filiorum eius: sed vt melius caueas in futurum, & Deus indulgeat tibi tantum quod commisisisti peccatum, & sis ceteris in exemplum, dominus Episcopus & Ego iniungemus tibi penitentiam, non tantam quantā meruisti, sed talem qualem valeas sustinere: & ne terrearis si tibi dura videatur, quia si bene perseueres, nobiscum misericordiam inuenies. Et tunc Inquisitor iniungat notario, vel illi religioso, seu clerico, cui sententiam tradidit perlegendam ibi in ambone præfenti, quod legat eam, & statim ferretur sententia per hunc modum.*

D *Forma sententiæ contra eum, qui abiurauit vt hereticus penitens.*

NOS N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater **194** ordinis Prædicatorum Inquisitor hereticæ prauitatis, in terris talis domini ditioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES, quod tu talis de tali loco, talis diocesis, fuisti nobis publica fama referente, ac fide dignorum insinuatione, delatus de heretica prauitate, & quod illa infectus fueris multis annis, in magnum tuæ animæ detrimentum: quæ delatio præcordia nostra acriter vulnerauit: Nos, quibus incumbit ex officio nobis tradito, sanctam fidem catholicam in cordibus hominum cõplantare, ac prauitatem hereticam ab eorum mentibus eneruare, & volentes vt tenebamur & tenemur in & super his certius informari, & videre si clamor ad aures nostras peruenerat, veritate aliqua fulciretur, vt si sic veritas se haberet, prouideremus de salubri remedio opportuno; descendimus ad inquirendum, testes examinandum, & que vocandum;

† al. externi hære.

dum; ac vt congruentius potuimus, in & super contra te denunciatis te interrogandum medio iuramento; & ad peragendū omnia & singula, quæ per nos erant fienda, iustitia exigente, ac vt nobis mandant canonicæ sanctiones. Sane cū vellemus causæ tuæ huiusmodi congruum dare finem, & videre clare, quod comperum fuerat, an scilicet, ambulares in tenebris, vel in luce; & an fores infectus hæresis labe nec ne: processus meritis actitatis, solemne tam in sacra theologiæ facultate, quàm in iure canonico & ciuili peritorum coram nobis consilium ordinauimus congregari, scientes quòd secundum canonica instituta, integrum est iudicium f, quod plurimorum sententiis confirmatur. Et habito in & super omnibus & singulis actis & actitatis in causa præsentis, sano, maturo, ac digesto consilio prædictorum; visisque ac diligenter inspectis processibus meritis, omnibusq; & singulis in eo contentis aqua lance libratis, inuenimus te propria confessione in iudicio recepta per nos medio iuramento, in multiplici prauitate hæretica deprehensum. Nam inuenimus quòd tu per annos tot credidisti corde, & affirmasti ore sæpe & sapius, quòd sic & sic; explicetur omnes hæreses, in quibus incidit singillatim, verbi gratia, scilicet, quòd dominus Iesus Christus non fuit Deus & homo, sed tantum homo purus. Item quòd beata Maria mater præfati domini nostri Iesu Christi non fuit semper virgo, sed postquam Christum virgo peperit, ipsa de Ioseph alios filios generauit, & cet. exprimentur omnes quæcunque sint illæ, & etiam explicentur omnia, quæ contra eum legitime sunt probata. Et post sequatur sic. Verum cum misericors & miserator Dominus nonnullos prolabi permittat aliquando in hæreses & errores, non solum vt viri catholici & literati in sacris eloquijs exercitentur; verum etiam vt sic lapsi humiliores deinceps fiant, ac in penitentia operibus exerceantur, eiusdem processus a meritis diligenter discussis reperimus, quod tu ad informationem frequentem nostram, & aliorum proborum, adherendo consilio saniori ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ, & ad eiusdem vnitatem salubriter euolasti; prædictos errores & hæreses detestando, ac fidei sanctæ catholicæ agnoscens irrefragabilem veritatem tuis intimis visceribus infigendo, propter quod te admittimus ad abiuratoriam & adiuratoriam publicam cautionem, faciendū te in præsentiarum præfatas hæreses, & omnem aliam hæresim publice abiurare; qua expleta absoluiumus te à sententia excommunicationis maioris, qua ex lapsu in hæresim extiteras innodatus, & te reconciliando, sanctæ matris Ecclesiæ restituiumus ecclesiasticis sacramentis: dum tamen de corde vero, & fide nõ ficta redieris ad Ecclesiæ vnitatem, prout te fecisse credidimus & speramus. Sane cum indignum valde existat dominorum temporalium iniurias vlciscij, Dominique calorū & creatoris omnium iniurias æquanimiter tolerare, cum multo grauius sit æternam f, quàm temporalem ledere maiestatem; & vt ipse peccatorum miserator, tui miseretur; & vt his ceteris in exemplum, & vt crimin-

† c. Prudentia. de offic. delega.

† c. Vergentis de hæret.

na non remaneant impunita, & vt efficiaris cauetior in futurum, & vt non reddaris procliuor, sed difficilior ad prædicta, & quæcunque alia illicita committenda: Nos Episcopus & Inquisitor iudices in causa fidei antefati, sedentes pro tribunali more iudicij iudicantium de prædictorum in sacra theologia, atque iure consilio peritorum, sacrosanctis Euangelij positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, habentesque præ oculis solum Deum, ac fidei orthodoxæ irrefragabilem veritatem, te talem in nostra præsentia constitutum in hoc loco, die, & hora tibi ad audiendam diffinitiuam sententiam, seu iniungendam penitentiam in antea assignatis, sententialiter & taliter damnamus ac penitentiamus, solam tibi vitam de misericordia relinquentes: In primis, quòd mox induaris veste liuida facta ad modum supersigni militum, seu scapularis absque capucio monachorum, habente cruce de panno croceo, vnam ante, & aliam retro, longitudinis trium palmorum, & ex transuerso duorum palmorum, & latitudinis medij palmi; quã vestem & cruce super vestes alias deferre habeas toto tempore vitæ tuæ in signum penitentis; & si destruat, habere & deferre aliam tenearis, cum cruce sint insignia hominis penitentis: quod abhorre non debes, sed diligere, quia Dominus Iesus crucē in suis humeris humiliter baiulauit. Item te condemnamus, ac penitentiamus, quod mox hac prædicta veste indutus, ponaris cum prædicta veste & crucibus in porta tali huius ecclesiæ, tali in scala, in alto, & ibi stes vsque ad horã prandij, taliter vt videri possis ab egredientibus & ingredientibus euidenter, & post reducaris ad eundem locum & scalam indutus veste prædicta & crucibus, in prima pulsatione Vesperorum, & illic taliter stes vsque ad solis occasum. Item te sententialiter condemnamus, quod tali die Dominica seu festiua stes in porta talis ecclesiæ in scala in alto, à principio Missæ maioris vsque ad finem, cum veste & crucibus supradictis, & tali die Dominica vel festiua per modum consimilem in porta talis ecclesiæ, & tali: exprimentur omnes, vel multi a ecclesiæ parochiales & religiosorum, & præsertim illæ, in quibus maior populi constituit multitudo, & assignentur dies solemniore anni, sicut Christi Natiuitatis, Apparitionis, Pasche, Ascensionis, Pentecostes, & quatuor festiuitates Virginis gloriosæ, plus vel minus, vt culpa exegerit delinquentis. Item te sententialiter cõdemnamus carceri tali ad perpetuum, vt ibi semper pane doloris & aqua angustia crucieris. Retinentes nobis ex certa scientia, & expresse, quod possimus libere dictã sententiam seu penitentiam mitigare, aggravare, commutare, tollere totaliter vel in parte; si & quãdo & prout nobis, & cotiens quotiens videbitur faciendum. Lata fuit hæc sententia. Qua lata Inquisitor assumet per puncta, & dicet sententiato hæc vel similia in effectu: Fili, sententia vel penitentia tua stat in hoc, quod tu scilicet portes toto tempore vitæ tuæ cruce, & stes in scala

195

scala cum eis in porta talium ecclesiarum, & quod sis in carcere perpetuo ad panem & aquam: sed fili, non sit tibi graue, quia certifico te, quòd si patienter toleres, misericordiam apud nos inuenies; nec dubites, nec desperes, sed firmiter speres. Quibus dictis, sententia executioni debita demandetur: & statim vestis prædicta sibi induatur, & in scala in alto ponatur, vt ab egredientibus euidenter videatur, circundantibus eum ministris curiæ, hora autem prandij ducatur à ministris ad carcerem; & post sicut alia prout ponatur in sententia. Dum autem ipse induitur, & ad portam ecclesiæ ducitur, Inquisitor faciat tria. Primo largiatur quadraginta dies de indulgentia omnibus, qui prædictis actibus fidei in ecclesia interfuerunt. Secundo indicet ibi publice, quod omnes qui præstiterunt consilium, auxilium, vel fauorem, quod ille abiurauerit hæresim, & ad Ecclesiæ vnitatem redierit, sicut fuerunt denuntiantes, testificantes, cõsistantes, culpas, abiurationē, & sententiã legētes, ac ministri eum custodientes, habuerunt ex parte domini nostri Papæ tres annos de indulgentia. Tertio insinuet etiam omnibus, quòd quicumque scit aliquem hæreticum, seu de hæresi diffamatum & suspectum, & denunciauerit ipsi Inquisitori, quòd etiam habebit ex parte domini nostri Papæ tres annos de indulgentia, & sic considerent & denuntient, si aliquid sciuerint vel audiverint de prædictis. & sic est finis. Considerandum autem est, quod Episcopus & Inquisitor possunt in dicta sententia seu penitentia auspicare, mitigare, & commutare prout maior vel minor correctio, patientia, vel humilitas apparuerit delinquentis, iuxta c. Vt commissi, in princ. Attendendum tamen est, quod tales in hæresim deprehensi, postquam redeuntes conuersi sunt, in sua conuersione differentes sunt. Quidam namque sunt, qui licet hæresibus crediderint, ac eas dogmatizauerint, tamen cõtinuo vt ab Episcopis seu Inquisitoribus deprehensi sunt, & de fidei catholice veritate, ac contrario eorū, quæ ante crediderunt, informati sunt, à suis erroribus resiliunt, & abiurare errores illos consentunt, ac de facto faciunt, & cum his mitius est agendū, & quo ad sententiam & penitentiam, & quo ad imagationē eiusdem penitentia seu dispensationē ipsius: vnde cū talibus leuius dispensatur, præsertim quo ad carceris perpetui detractionē, & panis & aque perpetuam macerationē. In alijs autē etiã aliquantulum, sed non totaliter, maxime in portatione crucum, Multum congruum est & vtile talibus, totã ciuitatē seu locū eis pro carcere assignare: sed cruce longo tempore deferre. Deportatio. n. crucum publica, & potest esse deferentibus multum satisfactoria, immo esset multum meritoria propter verecundiã, quam deferētes sustinent fati magnam, & potest esse & est ceteris plurimum in exemplum, & sic in depositione earum difficiliter dispensatur. Quidam autem alij sunt, qui & hæresibus crediderunt, & eas dogmatizauerunt, ac deprehensi ab Episcopis vel Inquisitoribus in eisdem sunt, &

Indulgentia

196 Mitigari & mutari potest penitentia hæreticorum

Redemptio hæreticorum differentia.

De effectibus portandi crucem habitus penitentialis.

De sero redemptio, qui bus minus sit sciendū.

de earū prauitate & cõtraria catholica veritate plenus informati, resiliere ab erroribus nolūt, sed per tempora contumaciter persistunt, & tandem fortasse plus metu mortis, quàm amore veritatis resiliunt, seu potius resiliere se fingunt, & abiurant: tales rarissime veraciter conuertuntur, sed fiste, & sub agni specie gerunt lupum: quare talibus sic difficiliter abiuratis, non est fides magna adhibenda de eorum conuersione, propter quod cum eis cautius est agendum, nec sunt facilliter à carcere liberandi, sed potius per annos plures, seu perpetuo in eisdem detinendi, ne alios inficiant; nec debet permitti intrare ad eos mulieres, quia fragiles sūt, & facilliter peruertuntur, nec viri simplices, sed tantū viri catholici & approbati zelatores fidei, nullatenus de fide suspecti: tales namque multos de ceperunt, multosque infecerunt, & fraudes quã plurimas commiserunt, ac frequentius, & vt in plurimum reciduarunt, & ad vomitum redierunt, & relabentes & impænitentes ignibus sunt consumpti, vt experiētia rerum magistra docet, & docuit in diuersis mundi partibus euidenter.

B

COMMENT. XLIIII.

Retulit hunc modū etiam Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 19. & Iacobus Sprenger in malleo maleficarum 3. par. q. 27. & Syluester lib. 3. de strigibus cap. 4. puncto 10. & Locutus in sine operis iudicialis, in forma ferendæ sententiæ, seu iniungendæ penitentia ei qui per testes cõuictus est in hæresi incidisse, sed penitet, nec est relapsus, & alij. Illas crediderit, dogmatizauerit, multosque induxerit in errores. Hic locus manifeste indicat Emericum sentire, dogmatizantem, siue magistrū errorem conuerti volentem, recipiendum esse ad Ecclesiæ gremium: quam sententiam non esse simpliciter explodendam, (vt quidam putant) ab eodem docuimus supra par. 2. super quæst. 39. Interrogabit eum dicens: stant ne ista omnia in veritate sicut lecta sunt? Sane siue presumat Inquisitor reum libere dicturum veritatem, quia bene conuersus videatur, siue negaturum, nullo pacto debet eum interrogare, an crimina obiecta & publicata ita se habeat, nec ne: quoniam grauissimū inde posset nasci incommodum. si. n. reus malo spiritu agitatus, coram populo negaret ea ita se habere, in dubiū reuocarentur quæ magno labore sunt inuenta, & inquisita; ac multitudo plebeia non leuiter etiam commoueretur. ergo seis speret confessurum, seu secus, tutius est semper talem omittere interrogationem. vidi ego quandoque eos qui coram vno, aut altero libere recitauerant suos errores, postea ob verecundiã fortassis, aut alios affectus magnopere expauescere eos dē coram alijs, aut pluribus referre. Ad hæc: quamuis qui ita interrogaretur, nõ negaret probata crimina; posset tamen se excusare, aut alio modo se fingere innocentē: quod omnino vitandum esse in hac causa monuit iam olim frater ille Inuentus sæpe citatus in sum. par. 5. cap. 2. cuius fragmentum extat in codice illo bibliothecæ Vaticanæ; vbi tit. Qualiter examinatur hæretici, ita habet: Et cauatur ne permittatur excusare se, vel alio modo se innocentem fingere, ne populus scādalizetur putantes

Pulchra auctoris doctrina, diligenter aduertenda.

Num. 188.

Dogmatista ex sententia Emerici recipiendus si cõuertatur.

Num. 190.

Num. 194.

tantes eum iniuste damnatum. hac ille. Verum cum misericors & miserator Dominus nonnullos prolabi permittat aliquando in hæreses, &c.] Sape monui Emericum recondita eruditionis suæ semina ubique spargere: nam hoc loco quasi aliud agēs breuissime indicat quæ utilitates ex hæresibus oriuntur, de quibus grauius & vere beatus Tho. 2. 2. q. 11. art. 3. ad secundum argumentum. plene quoque differit Ioannes Turrecrem. in sum. de ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 5.

Quot & qualia cõmoda ab hæresibus oriuntur.

Insignis Augustini locus de cõmodis quæ oriuntur ab hæresibus.

Ac in summa tria potissimum commoda pariunt hæreses, quorum duo tantum hic recitet Emericus: primum est, intelligentia diuinarum scripturarum, & fidelium exercitatio in illis percipiendis, dum vigilanter inquirunt Spiritus sancti recondita mysteria, de quo multis locis differuit Augustinus, sed nusquam luculentius, quàm tom. 8. in psalmum 67. super illo versiculo: Congregatio taurorum, &c. quem locum, quia valde est in hac causa insignis, referre placuit, habet autem ita: Multi sensus scripturarum sanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti sunt, nec asseruntur commodius & acceptabilius, nisi cum respondendi hæreticis cura compellit. Tunc enim etiam qui negligunt studia doctrinæ, soppore discusso, ad audiendi excitantur diligentiam, vt aduersarij resellantur. Denique quàm multi scripturarum sanctarum sensus de Christo Deo asserunt sunt contra Photinum, quàm multi de homine Christo contra Manichæum, quàm multi de Trinitate contra Sabellum, quàm multi de vnitatem Trinitatis cõtra Arianos, Eunomianos, Macedonianos, quàm multi de catholica Ecclesia toto orbe diffusa, & de malorum commixtione vsque in finem sæculi, quæ bonis in sacramentorum eius societate non obliuiscunt, aduersus Donatistas & Luciferianos, alioque si qui sunt, qui simili errore à veritate dissentiant: quàm multi contra ceteros hæreticos, quos enumerare, vel commemorare nimis longum est, & presenti operi non necessarium. quorum tamen sensuum probati assertores aut prorsus laterent, aut non ita eminent, vt eos enuncere fecerunt superiorum contradictiones. hætenus ibi Augustinus. quibus adde id quod idem docet in libro de vera religione, cap. 8. in hæc verba: Quapropter multi, vt diem Dei videant, & gaudeant, per hæreticos de somno excitantur. Vtatur igitur etiam hæreticis, non vt eorum approbemus errores, sed vt catholicam disciplinam aduersus eorum inuidias asserentes, vigilatioribus & cautioribus simus, etiam si eos ad salutem reuocare non possimus. hæc ille. quæ Emericum hoc loco non latuerunt.

Alterum commodum ostendit hic auctor, dicit autem: Verum etiã vt sic lapsi humiliores deinceps fiant, ac penitentiam operibus exerceantur. fit enim saepe multos eorum, qui in hæreses labuntur, & vere conuertuntur, ita penitentiam operibus insistere, ac vetera demum opera detestari, vt & ipsi non modo sibi, verum etiam humilitatis & vere penitentiam exemplo alijs prosint vehementer. Tandem illud est ingens & hæresibus commodum, quod diuus Paulus commemorat 1. ad Corinth. cap. 11. dicens: Vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. quasi dicat, constantia fidelium roboratur,

vt interpretatur præcitato loco diuus Thomas. & hoc plane commodum ex hæresibus proueniens aperissime testantur insignia & clarissima supplicia Martyrum, ab exordio nascentis Ecclesie vsque ad nostra tempora, qui potius miris carnicum cruciatibus affici se passim sunt, quàm Christi fidem violare, vel negare.

Dogmata præterea fidei catholice, quæ hæretici subuertere nituntur, firmitus roborantur & stabiluntur. vnde apud Euagrium lib. 1. hist. Ecclesiasticæ, cap. 11. de hac re legimus ita: Et ob hanc causam dictum est ab Apostolo planissime: Oportet hæreses in vobis esse, vt qui probati sunt manifesti fiant. Atque in hoc etiam arcanam Dei sapientiam licet admirari ad diuum Paulum sic loquentis: Virtus mea in infirmitate perficitur. Ex quibus namque rebus Ecclesie disrupta sunt membra, ex eisdem recta dogmata, quæ in nullam reprehensionem possunt incurere, accuratius limantur, & reponuntur integrius, & Ecclesia catholica indices crescit, & ad cælum quodammodo extollitur. hæc ibi. Alia cõmoda refert Turrecremata præcitato loco, sed illa facili ad hæc tria enumerata referri possunt.

Eiusdem processus meritis diligenter discussis, reperimus, quod tu ad informationem frequentem nostram, & cet. adhærendo consilio saniori, & cet. ad gremium sanctæ matris Ecclesie, &c. euolasti. Ex his verbis, & ex illis paulo antea appositis, videlicet: Nam inuenimus, quod tu per annos tot credidisti corde, &c. videtur aperissime sentire Emericus, quod sententia, qua lapsi in hæresim reconciliantur, debeat continere talem conuersum hæreticum fuisse. de hac enim re non mediocriter olim inter viros insignes extitit controuersia. nam primus omnium, quod ego sciam, Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores. q. 1. 5. cap. 19. tales re leuantes non esse pronuntiandos hæreticos, scripsit in hunc modum: In ferendis autem sententijs, seu potius penitentis iniungendis in eos, vel eis qui redierint, non credo quod sint hæretici, vel credentes pronuntiandi: quia non sunt tales, vt probatur 2. q. vlt. dixit Apostolus. in fine capituli, nec pronuntiandum est fuisse, quia nec est modus pronuntiandi in iure. dicitur ergo sic: quia te inuenimus per testium, vel tuam confessionem hæreticum, vel hæreticos adorasse, vel familia pertractasse; nunc vero saniori consilio vsus, ad vnitatem Ecclesie (prout asseris) de corde bono & fide non ficta vis redire: ideo te, in primis abiurata à te omni hæretica prauitate secundum formam Ecclesie ab excommunicationis vinculis, quibus tenebaris astrictus, absoluiimus; si tamen ad eam ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata seruaueris. hæc ille. cuius sententiam eisdem prorsus verbis sequitur Archidiaconus in c. vt commissi. de heret. lib. 6. & Zanchinus tract. de heret. cap. 4. 1. §. dictum fuit. & Gondissaluis tract. de heret. q. 2. o. nu. 8. & Squillacensis tract. de fide catho. cap. 27. & quidam alij.

Sed verior sententia est, quam videntur sequi hoc loco Emericus, & tenent Ioannes And. & Gemianus in dict. cap. vt commissi. dicentes, Inquisitores nostri temporis bene pronuntiare illum fuisse hæreticum,

Num. 194.

Sententia conuersorum ab hæresi, an debeat continere eos hereticos fuisse.

Qui ab hæresi redeunt ad Ecclesiam, pronuntiantur in sententia hæretici fuisse.

Circumstantia conuersorum, sub conditione profectæ.

Num. 194.

Pronuntiata sententia durat Inquisitorum iurisdictione, & penitentias possunt aggravare, & minuere, &c.

reticum, neque aliquid esse quod obstat; immo Si mancas de catho. instit. tit. 6. nu. 5. qui hanc sententiam amplectitur, addit prima instructione Hispanensi cap. 10. cautum esse, vt qui reincorporantur, vel reuincuntur Ecclesie, declarentur fuisse hæretici, vel apostati, & incidisse in pœnas à iure statutas: quia tamen dicunt se velle puro corde & fide non ficta redire ad Ecclesiam, iudices absolunt eos ab excommunicatione, & reconciliant eosdem Ecclesie, si ita est, vt asserunt, quod absque vlla simulatione vere conuertuntur. & hanc sententiam comprobant cõmunis Inquisitionum vsus.

Cur autem apponantur illæ conditiones: si tamen ad eam ex corde redieris, & fide non ficta, & iniuncta tibi mandata seruaueris, docet idem Fulcodius præcitato loco in hæc verba: Nec miremur de illis conditionibus, si tamen, &c. causa enim tollendæ questionis expedit eas poni: vt si forte non seruauerint, appareat eos non fuisse absolutos. hæc ille. Idem Gemianus, & alij in dict. cap. vt commissi. §. necnon, de heret. lib. 6.

Retinentes nobis ex certa scientia, & expresse, quod possimus libere dictam sententiam, seu penitentiam mitigare, aggravare, commutare, &c. Hoc est insigne Inquisitorum priuilegium, vt etiã post sententiam pronuntiatam iurisdictione eorum in eadem causa non expiret, vt copiose docet Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 13. quem sequitur more suo Archidiaconus in cap. vt commissi. de heret. lib. 6. licet ea, quæ dicunt, indigeant animaduersione.

Et valde æquum est, vt inter cetera Inquisitores aggravare quandoque possint iniunctas penitentias, ne delinquentes facilitate fortassis & exiuitate iniunctarum penitentiarum elati, aut in deuoti effecti facile relabantur; asperitate enim facilius in debito iustitiam officio continebuntur.

Quod vero hic docet Emericus non est temere ab ipso confectum, cum & olim in concilio Narbonensi idem cautum fuerit cap. 7. in hæc verba: Illa semper retentione caute adhibita, vt liceat vobis, seu alijs Inquisitoribus, seu quibus hoc Romana Ecclesia, vel illi cui ex officio competit, duxerit committendum, pro vestro & illorum arbitrio, ac voluntate, iniunctis penitentis addere, vel detrachere ex causa rationabili quandoocunque. hætenus ibi.

Immo & concilium Biturrense cap. 22. addit posse quandoque absque causa expresse augeri pœnas, cum negotio fidei visum fuerit expedire. ait enim ita: Ac semper vobis potestate retenta, vt si videritis negotio fidei expedire, sine noua etiam causa positis ad carcerem reducere supradictos. hæc ibi. quod ita est accipiendum, vt pœna penitentibus augetur, aliqua semper causa rationabilis, iuxta dispositionem concilij Narbonensis interuenire debet; non tamen necesse est, quod illam causam præbeant semper ipsi penitentes: satis enim erit quandoque si hoc fidei negotio expediat. nam si ex liberatione alicuius penitentis damnati ad perpetuum carcerem, timeretur probabile aliquod periculum, quod in detrimentum fidei posset redundare; sane tunc is in carcerem iterum detrudi posset: atque hoc vult concilium Biturrense: quod non est contemnendum, cum quandoque hi casus accidere possint. neque tunc iniuste quidquam committitur, cum causa religionis et fidei (quæ cunctis rebus preferenda est. l. sunt personæ. ff. de religiosis & sumpt. fune.) hoc ita fieri postulet, ac persuadeat.

limum Biturrense: quod non est contemnendum, cum quandoque hi casus accidere possint. neque tunc iniuste quidquam committitur, cum causa religionis et fidei (quæ cunctis rebus preferenda est. l. sunt personæ. ff. de religiosis & sumpt. fune.) hoc ita fieri postulet, ac persuadeat.

Diligenter tamen est obseruandum, quod dicit concilium, videlicet: vt si videritis negotio fidei expedire: nam nisi causa fidei id postulet, non potest iniuste Inquisitor ob alias causas eum cui semel condonauit carceris pœnam: iterum in carcerem detrudere. Quæ autem sint causæ rationabiles ad augendam, seu minuendam, vel penitus tollendam penitentiam, prudens Inquisitor considerabit, spectata penitentiam, seu conuersorum conditione, natura, & humilitate: nam, verbi gratia, detrachere poterit iniunctis penitentis, easque minuere, seu etiam tollere ob infirmam valetudinem, vel etiam ob insignem penitentis humilitatem & veram conuersionem. sunt enim quidam, qui post lapsum ita vetera scelera detestantur, vt asperissimam sponte agant penitentiam, & etiam maiorem quàm illis fuerit iniuncta: his enim tunc aut minui poterit, aut mutari in aliam leuiorem, aut tolli: quod eleganter ostendit Emericus paulo post. nu. 196. vers. considerandum autem est.

publica referente, ac fide dignorum insinuatione, de heretica prauitate, scilicet, quod asserbas & affirmabas publice, quod sic & sic explicetur hereses: & quod tu in illis heresibus persisteras multis annis in tuę animę detrimentum: Nosque quibus ex officio incumbere prauitatem hereticam extirpare, volentes, prout tenebamur, in & super his certius informari, & videre, an ambulares in tenebris an in luce: diligenter inquisuimus de predictis, teque citantes, ac efficaciter interrogantes reperimus te predicta insectum heretica prauitate, ac eandem defendentem coram nobis animo pertinaci. Sane cum presentis nostrę mentis desiderabilibus cordi nostro insidat fidem sanctam catholicam & Apostolicam in populorum praconidijs complantare, eradicata heretica prauitate, modos diuersos, varios, & congruos tam per nos, quam per alios adhibuimus, quatenus resilires ab heresibus & erroribus antedictis, in quibus steteras atque stabas, prout nunc stas, contumaciter, ac pertinaciter animo indurato; Verum cum humani generis inimico tuis precordijs assistente, teque in dictis erroribus volente & inuolente, nolueris neque velis a sæpe dictis heresibus resiliere, plus eligens mortem animę incurere gehennalem, & corporis temporalem, quam antefatas hereses abiurare, & ad gremium Ecclesię aduolare, & animam lucrari, in reprobum sensum datus: ea propter cum sis ab Ecclesia sancta Dei excommunicationis vinculo innodatus, & merito; immo a grege Dominico separatus, ac participatione bonorum Ecclesię priuatus, & Ecclesia non habeat circa te ultra quid faciat, cum ad te conuertendum fecerit iuxta posse: Nos Episcopus & Inquisitor iudices in causa fidei sapefati, sedentes pro tribunali more iudicij iudicij, sacrosanctis Euangelijs positus coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & vt oculi nostri videant æquitatem: habentesque præ oculis solum Deum, & sanctę fidei veritatem, ac extirpationem hereticę prauitatis; hac die, hora, & loco tibi in antea assignatis ad audiendam sententiam definitiuam; cõdemnamus, ac sententialiter iudicamus, te esse veraciter hereticum impenitentem, & vt veraciter talem tradendum & relinquendum brachio seculari; & sicut hereticum impenitentem per hanc nostram sententiam de foro ecclesiastico te proiecimus, & tradimus, seu relinquimus brachio seculari, ac potestati curię secularis; dictam curiam secularem efficaciter deprecantes, quod circa te citra sanguinis effusionem, & mortis periculum, suam sententiam moderetur. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Et tunc Inquisitor conferet indulgentiam consueta, scilicet quadraginta dierum, omnibus & singulis, qui predictis sermoni & sententię interfuerunt; notificando etiam cunctis, quod omnes qui presterunt consilium, auxilium, vel fauorem, vt hic hereticus impenitens ad manus Ecclesię adueniret, per extirpanda heretica prauitate, habet tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Pape.

Et tunc Inquisitor conferet indulgentiam consueta, scilicet quadraginta dierum, omnibus & singulis, qui predictis sermoni & sententię interfuerunt; notificando etiam cunctis, quod omnes qui presterunt consilium, auxilium, vel fauorem, vt hic hereticus impenitens ad manus Ecclesię adueniret, per extirpanda heretica prauitate, habet tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Pape.

Et tunc Inquisitor conferet indulgentiam consueta, scilicet quadraginta dierum, omnibus & singulis, qui predictis sermoni & sententię interfuerunt; notificando etiam cunctis, quod omnes qui presterunt consilium, auxilium, vel fauorem, vt hic hereticus impenitens ad manus Ecclesię adueniret, per extirpanda heretica prauitate, habet tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Pape.

204

Et dum curia secularis suum officium exequatur, poterunt aliqui viri probi, & fidei zelatores ipsum associare, eundemque inducere ad fidem catholicam, & exhortari adhuc, vt resiliat ab erroribus.

Et si forsitan tunc post latam sententiam, ac postquam traditus est curiæ seculari, dum ducitur ad comburendum, vel ligatur ad palum, vt comburatur, dicat se velle resiliere, & penitere, ac hereses ab iurare; crederem h de misericordia posse recipi vt hereticum penitentem, & perpetuo immurari, per gloss. de heret. cap. Ad abolendam. §. præfenti. & vers. audientia. & c. Excommunicamus 2. quamuis non inueniatur (vt puto) iure cautum; nec tali conuersioni sit magna fides adhibenda.

Et de facto sic contigit in Cathalonia in ciuitate Barchinon. vbi fuerunt tres hæretici vt impænitentes, sed non relapsi, traditi brachio seculari, & cum vnus eorum, qui erat sacerdos, fuisset igni expositus, & ex vno latere iam aliquater adustus; clamauit quod educeretur, quia volebat abiurare, & penitebat, & factum est: verum si bene vel male, nescio: vnum scio quod post quatuordecim annos accusatus, inuentus est in hæresim permanentem continue, & multos infecisse; nec conuerti voluit, sed vt impenitens & relapsus iterum est relictus brachio seculari, & ignibus consumatus.

COMMENT. XLVI.

Referunt Iacobus Sprengerius in malleo maleficarum 3. par. q. 29. & breuiter Tabiensis in summa, verbo, Inquisitor. §. 23. Syluester de strigibus lib. 3. cap. 4. p. 112. & Locatus in fine operis iudicialis in forma tradendi brachio seculari hereticum impenitentem. & Repertorium Inquisitorij verbo, sententia. §. sequitur sententia cõdemnatoria. & Campegius apud Zanclinum cap. 16. in principio. & alij quos suis locis paulopost referemus.

Num. 201.

Circa istum talis practica est seruanda. Idem sentiuunt præcatori, & Simancas de catho. instr. tit. 48. nu. 32. vbi testatur multis instructionum capitibus id esse cautum in Hispania.

Cap. autem. 43. Madriliense instructionis anni MDLXI. quam ille omisit, de hac re ita cautum est: Cũ reus extiterit negatiuus, & legitime fuerit de crimine heretis, (de quo fuit accusatus) conuictus: vel extiterit pertinax, manifestũ est in iure, qd debet tradi curiæ seculari: ceterum in tali casu Inquisitores multum debent eius conuersionem procurare, vt saltem in gratia Dei moriatur. in quo Inquisitores facient quidquid pie poterunt. hæc ibi.

Quid seruandũ circa hæreticos impenitentes priusquam tradantur curiæ seculari, præscripta sunt olim Inquisitoribus per concilium Biterrense cap. 17. ex quo eam videtur accepisse EymERICUS. is locus insignis est, & ita habet: Conuerti nolentes, vbi commode poteritis, damnare tardetis: ipsos frequenter tã per vos, quam per alios ad conuersionem mouentes, tã tandem in suam alinitia pertinaces, faciatis errores suos ad eorum detestationem publice confiteri; & sic eos damnatos præsentibus Potestatibus secularibus, eorumue Bailiuis, secundum mandatum Apostolicum relin-

¶ mouentes

quentes, hætenus ibi. Sed quod in genere fieri præcipit concilium, qua ratione singulariter & in specie fieri debeat prudenter docet auctor hoc loco.

¶ Et informabunt de veritate fidei, &c. adducendo auctoritates sacrę scripturę. Atque hic modus est optimus, præsertim ad conuincendos hereticos litteratos, vt docuit EymERICUS paulo ante, nu. 87. vers. quidam nanque, prodest etiam multum ad eosdem conuertendos, vt hic indicat auctor: neque temere aut imprudenter: quoniam paucissimi sunt heretici impenitentes, qui non tueantur suam perfidiam aliqua scripturæ sacrę auctoritate prauè intellecta, quę vbi vere declarata fuerit, sperandum est, hæreticum, qui ea iniicitur, suum errorem defendere, cum depositurum & conuertendum fore, nisi profusus deliret, & clarissime veritatis luci tenebras offundere conetur, quod est proprium eorum qui perit naces sunt.

Et certum est ac exploratum apud eruditos ex praua scripturę intelligentia multa hæretica dogmata & perniciose profusa, vt optime indicat Beatus Augustinus tom. 4. in lib. de catechizandis rudibus. cap. 8. & lib. 1. cap. 2. contra Iulianum Pelagianum. & nos asserimus copiose lib. 2. de causis vn de hereses oriuntur.

In primis vero heresiarchę, omnes suorum errorum occasiones ex scriptura male intellecta acceperunt, vt grauius docet Epiphanius in secunda synodo Nicena, actione 6. & habetur nunc in 3. tomõ conciliorum Colonienfis editionis anno MDLXVII. pag. 157. ait enim: Quoties recta dogmata homines iuxta suam opinionem subuertere conantur, non miretur aliquis, si scripturę verba vsurpent: nam & omnes heresiarchę suorum errorũ occasiones è diuina scriptura colligerunt: & quę recte à Spiritu sancto dicta erant, peruerse animi sententia conuellunt. hæc ille. quod & multis exemplis euidenter ostendit. Optimum est ergo vel ad conuertendos, vel saltem ad conuincendos hæreticos auctoritatibus scripturæ vt i, vt pulchre docet hic EymERICUS.

Vetus illud autem esse, & approbatum in sancta Dei Ecclesia morem, vt ad hunc modum agatur cum hereticis pertinacibus, vt conuertantur & resipiscant, apertissime indicat textus in cap. conuenientibus. 1. q. 7. vbi quid huiusmodi factum esse cernitur. desumptus est is locus ex prima actione 7. synodi, quę est secunda Nicena, vbi Petrus presbyter Hadriani Papæ Romani Vicarius loquitur in hæc verba: Et Romę quoq; extorris erat Macarius, hæreticus à sancta synodo sexta designatus: Verum pie memoratiõis pater noster Benedictus, deliberandi spatium per xxx. dies illi cõcessit, & quodam tempore Bonifacium consiliarium ad eum misit, quo verbis admonitione plenis ex sacra scriptura illum instrueret: verum ad meliorem mentem haud quaquam perducere potuit. Id autem pater beatus ob id egit, quo rursus illum in pristinum statum reciperet. hæc ibi, habeturq; tom. 3. conciliorum Colonienfis editionis anno MDLXVII. pag. 60. c. ¶ Si non, interrogent cum in quo se fundet, & videantur eius rationes, &c. & soluantur sibi, &c.] Hunc locum & cõsilium saluberrimũ de dilen-

Num. 201.

Ex praua scripturę intelligentia hæretice prodire.

Hæreticorum rationes solvendę vt cõuertantur.

Num. 201.

Hæretici impenitentes per scripturæ sacrę conuincendi, & conuertendi.

Num. 201.

Hæretici pro martyribus adorari cupiunt; & id olim prohibuit.

dis hæretici impenitentis rationibus, & contraria veritate ei ostendenda, vt tandem conuertatur, desumpsisse mihi videtur valde prudenter EymERICUS ex extrauaganti Ioannis xxij. incipiente, Vas electionis. relata supra par. 2. vbi summus Põrifex ad conuertendum Ioannem de Poliaco simili methode vsus est. is vero Poliacus intellecta veritate respicit: ¶ Si autem conuerti noluerit, non festinetur; nec mox radatur brachio seculari, etiam posito quod ipse petat, &c.] Obseruandum est penitus hoc cõsilium. est autem hæc vsitata hæreticorum impenitentium insania, & grauissima miseria, qui cum à diabolo decepti pro ipso moriantur, tamen Christi martyres se esse dicunt, ac velut tales coli, & adorari cupiunt: hæc enim via se saltem in hoc seculo credunt fore immortales. quod non est recens nostrorum inuentum: nam & hoc iam olim fieri ab ipsis est consuetum, vt colligitur ex beato Cypriano in libro de veritate ecclesiæ in hæc verba: Quam sibi pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? An secum esse Christum, cum collecti fuerint opinantur; qui extra Christi Ecclesiam colliguntur? Tales etiam si occisi fuerint in confessione nominis, macula ista nec sanguine abluitur; inexpressibilis & grauis culpa discordia; nec passione purgatur: esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est. hæc ille. & paulo post subdit ita: Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimos noluerunt. Ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestiis, animas suas ponant: non erit illa fidei corona, sed prænata perfidia; nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. occidi talis potest, coronari non potest. hætenus Cyprianus. hæc ergo martyrij laudem affectant sæpe heretici, & velut tales coli desiderant: & propterea ne id fiat sub anathematis pena grauius interdicitum est in concilio Laodiceno can. 34. in hæc verba: Quod non oportet omnem Christianum Christi martyres relinquere, & ad falsos martyres, hoc est, hæreticos abire. hi enim sunt à Deo alieni. sint ergo anathema qui ad eos abeunt. hætenus ibi.

Num. 202.

Ex his qui conuertuntur qui sunt perpetuo immurandi.

Intellectus concilij Tolosani.

¶ Et facta abiuratione, quia illa conuersio, & abiuratio presumuntur esse facta plus metu mortis, quam amore veritatis, ille est perpetuo immurandus.] Desumptum videtur ex concilio Tolosano cap. 10. vbi ita scriptum est: Hæretici autem, qui timore mortis, vel alia quacunque causa, dummodo non sponte redierint ad catholicam vnitatem, ad agendam penitentiam per Episcopum loci, in muro cum tali includantur cautela, qd facultatem non habeant alios corrumpendi. hæc ibi.

Sententia vero huius concilij talis est: Qui valde difficulter, & post multas admonitiones, & magnũ temporis spatium conuertuntur, in carcere perpetuo sunt recludendi, quia non omnino sponte & voluntarie conuertuntur, & propterea non sunt liberi demittendi, ne si sicte fuerint conuersi, quod est facile presumendum, alios corrumpere possint.

Atque in hunc sensum intelligere quoque oportet bit textum in l. commissi. §. 2. Federici Imperatoris relatum in bullario litterarum Apostolicarum in fi-

ne huius operis. vbi ita scriptum extat: Si qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, terribi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum penitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. hæc ibi. Et eodem modo videtur accipiendus textus in cap. excommunicamus. el. 2. §. si qui autem, de heret. sed vide Simancam de catho. instr. tit. 47. num. 27. & sequen.

Nec modo hi qui valde difficulter ab heresi conuertuntur, in perpetuum sunt carcerem detrudendi, verum etiam & alij quidam, quorum insignia sunt delicta in causa fidei commissa, quos singulatim enumerat concilium Narbonense paucis post Tolosanum annis celebratum cap. 9. in hæc verba: De hæreticis autem seu credentibus, præfata immunitate, quia veritatem de se, vel de alijs suppresserunt, vel quia infra tempus indulgentiæ non venierunt, seu alijs indignis, paratis tamen absolute mandatis Ecclesiæ obedire, & recognoscere quæ vel suppresserant, vel negauerant, veritatem; quamuis tales proculdubio sint secundum statuta domini Papæ, in perpetuo carcere detrudendi: quia tamen intelleximus vos de his tantam in pluribus partibus multitudinem inuenisse, vt ne dum expense, sed vix etiam lapides, aut cements sufficere possint ad carceres construendos; consulumus vt eorum immurationes, vbi expedire videbitur, differatis: donec ipse dominus Papa de illorum multitudine plenius sit consultus: nisi forte aliqui essent tam facinorosi, vt de ipsorum impenitentia, vel fuga, vel relapsu, vel corruptione, seu turbatione aliorum nimium timeretur; tales enim sine vlla prorsus dilatio- ne firmo, & perpetuo carceri deputetis. hætenus ibi. Qui ergo prædictis modis deliquerint, perpetuo sunt immurandi, vbi nulla talium fuerit multitudo, ob quam sit rigori detrahendum, cum cessante tunc causa, effectus cessare debeat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. c. cum cessante. de appellatio.

Iam ex his duobus conciliorum decretis aperte colliges, eandem prorsus esse penam immurationis & carceris perpetui, contraquam quidam huius antiquitatis ignari censeant.

Quamquam verò hodie aut rarius, aut nullus antiquæ immurationis seu carceris perpetui vsus reliquus esse videatur: nam, vt ait Auctor repertorij Inquisitorum verbo, carcer. §. item nota qd loco carceris perpetui. hunc Episcopi & Inquisitores possunt commutare in detrusionem in monasterium, quod & sepe faciunt: quia tamen ex causa potest optime vsurpari, præsertim his turbulentis temporibus, quibus nihil non audent hæretici; operæpretium erit referre ex concilio Biterrensi, quo ritu, quibusque seruatibus immuratio fiet, seu perpetua carceratio. ibi ergo cap. 23. 24. & 25. ita scriptum est.

Curetis tamen, vt talibus immurandis fiat iuxta sedis Apostolicæ ordinationem, separata & occultæ camarula sicut fieri poterit in singulis ciuitatibus dioceseum corruptarũ, vt alterutrum vel se vel alios peruertere queant: & eos enormis rigor carcerũ nõ extinguat: quos ab illis, qui bona eorũ

Qui graui ter deliquit contra fidem, immutandi, & qui sint illi.

Quis ritus antiquus immurationis, seu perpetui carceris.

Cap. 23

Cap. 24. Quando remittenda p[er]na carceris perpetui.

Cap. 25.

Perpetuo carceris vnde prouidendi.

In carcere perpetuo dicitur dispensari.

Num. 202

Clericus immutatus de gradat. prius.

tenuerint, fieri, & in necessarijs prouideri faciatis eisdem secundum statuta concilij Tolosani.

Hec autem perpetui carceris p[er]na, seu p[en]itentia nulli ab initio de p[re]fatis culpabilibus remittatur, aut in aliam commutetur: nisi vel hereticos redderet, vel propter eius absentiam euidentis mortis periculum eius liberis, vel parentibus immineret: vel propter aliam causam, quae multum iusta, & rationabilis videretur.

Sit autem liber accessus vxori ad virum immutatum, & e conuerso, ne cohabitatio denegetur eisdem, siue ambo immutati fuerint, siue alter, haecenus ibi.

Quod vero dicit hoc concilium in cap. 23. vt immutatis prouideatur secundum statuta concilij Tolosani, id in dicto concilio Tolosano cap. 10. in fine ita cauetur: Quibus (scilicet immutatis) ab illis qui bona eorum tenuerunt, prouideatur in necessarijs secundum dispositionem p[re]lati. Si vero bona non habuerint, eis prouideatur per praelatum. haec ibi, de eisdem eadem ferme traduntur in concilio Narbonensi cap. 4.

Præterea quæ de difficultate dispensandi in carcere perpetuo tradidit concilium Biterrense cap. 24. luculentius expressit concilium Narbonense postea, vt mihi sit verisimile celebratum cap. 19. in hac verba: Circa incarcerationis etiam duximus hoc addendum, vt ad carcerem nec vir propter vxorem, licet iuuenem, nec vxor propter virum, nec quicumque propter liberos seu parentes, seu aliter necessarios, aut propter debilitatem vel senium, vel aliam similem causam excusetur absque indulgentia sedis Apostolicæ speciali. haecenus ibi.

Hec omnia ex causa diligentissime mihi videntur custodienda suo tempore, & loco, licet alicubi in vsu non sint, quia fortassis temporum iniuria dilatauerunt, sed de dispensatione in carcere perpetuo dicam infra in hac parte super q. 96.

Cetera omnia, quæ cum intrasis in carcerem perpetuum obseruari debent, consulo hic omitto, cum non sit proprius locus: de illis agam infra super q. 99. vbi videas.

Et consequenter primitus à suis ordinibus degradandus, iuxta cap. quoniam, de heret. lib. 6. Olim valde fuit dubitatum in principio de legat. inquisitionis constituta: An sacerdos, qui ob crimen hæresis erat detrahendus in perpetuum carcerem, iuxta predictum ritum, prius foret à suis ordinibus actualiter degradandus; verum tamen hanc dubitationem sustulit Urbanus III. in rescripto incipiente: Consultus, s. quæstioni vero, relatum supra par. 2. vbi ita scriptum est: Quæstioni vero, qua queritur, vtrum constitutus in sacris deprehensus in hæresi, & propter hoc immutandus perpetuo, prius sit ab ordinibus à suo Episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi p[en]itentiae: respondemus, quod talis qui est perpetuo immutandus, prius debet à suis ordinibus degradari. haec ibi.

Ne quis autem putet hæc accipienda esse de verbali degradatione, hoc est, de suspensione ab ordinum executione, nõ autem de degradatione reali & actuali, cum talis non tradatur curiæ seculari, sed solum carceri perpetuo, propterea valde prudenter Eyme-

ricus ad tollendam hanc dubitationem ait, ab officio & beneficio esse deponendum: quod est verbaliter degradare: item ab ordine esse degradandum, auferendo sibi ea quæ sunt officij, quod est proprie actualiter degradare, vt patet ex c. degradatio, de p[en]is lib. 6. & hanc sententiam videtur profiteri Paulus Grillandus tract. de heret. quæst. 7. & Albertinus in c. quoniam, de heret. lib. 6. in principio nu. 55. & Campegius apud Zanchinum cap. 20. vers. obserua denique.

Quod si quis querat, cur perpetuo immutandus degradari debeat: respondebo propterea fortassis, ita constitutum fuisse: quoniam talis immutatio perpetua morti equiparatur, vt ait Innocentius in cap. qualiter, & quando, el segundo, de accusatio, quem refert, & sequitur Auctor repertorij Inquisitorum verbo, carcer. s. quoduplex sit carcer: & Philippus Francus in Rubrica de testam. lib. 6. nu. 27. vers. decimo prohibetur testari. vbi citat Bartolum in eadem sententiam in l. 2. ff. de publi. iudic. atque hanc opinionem summo iure veram esse credo, licet consuetudo aliud nunc communitur obseruet, vt mox dicam.

De eo vero qui in perpetuum ad triremes damnatur, quæ sit ratio, an debeat actualiter degradari, sed verisimum mihi videtur actualiter degradandum fore, cum par sit vbiq[ue] & p[en]is similis ratio; & propterea idem erit statuendum. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. quam sententiam Campegius quoque asserit apud Zanchinum c. 20. circa finem, vers. obserua denique.

Tametsi vero hæc de iure vera sint, nihilominus tamen cum regulariter dispensari soleat cum illis, qui vel in perpetuum carcerem, vel in perpetuum ad triremes condemnantur; ideo non solent condemnandi ad has p[en]as actualiter degradari; sed solum verbaliter: quod benignitas huius tribunalis laudabiliter introduxit. Sed post quot annos soleat hæc p[en]a remitti, alibi dixi copiose.

Forma tradendi hereticum pertinacem alijs non relapsum curiæ seculari. Hæc forma visitata est, & probata viris doctis: consimilem habes apud Zanchi. c. 41. verum si aliam cupis, accipito illam, qua concilium Constantiense sessione 15. Ioannem Husz velut hereticum pertinacem, & heresiarum damnat, & curiæ seculari prius degradatum tradendum decernit: in qua multa licet animaduertere notatu dignissima in hac causa; sed illud est præcipuum, quod vanam eius appellationem reiecit, apertissime indicans, eam in hoc tribunali non recipi à sententia definitina, vt alibi plenius diximus.

Crederem de misericordia posse recipi, & c. Sed tutius est, vt nullo modo recipiatur, etiamsi milites promittat veram conuersionem, tum quia, vt optime scribit hic Eymericus, nullo iure id videtur cauetum; tum quoniam experientia docuit, hos ita receptos, raro bonos euasisse: ergo nullo modo recipiantur, vt dixi supra par. 2. super quæst. xj. §. postquam traditus. & quod hic dicit auctor, repetit etiam paulo post in duodecimo modo terminandi processum fidei, in fine.

Ac tales quidem nullo pacto esse recipiendos ex multis probare contendit Arnaldus Albertinus in repeti-

Perpetuo in murâ, cui degradetur.

Ad triremes perpetuo dicitur, an debeat degradari.

Num. 203

Num. 204

Qui traditus est curiæ seculari, nullo modo recipiendus, est conuictus, & conuictus sit.

repetitione, cap. quoniam, de heret. lib. 6. quæst. 12. circa finem, num. 16. vers. sexto, & septimo casu. cuius sententia ob easdem rationes, quibus illeritur, & ob eas, quas proxime retuli, libenter subscribo.

De undecimo modo terminandi processum fidei per condemnationem heretici impenitentis ac relapsi.

205

Undecimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de heretica prauitate, processus merito diligenter discussus cum bono consilio in iure peritorum, reperitur confessus hæresim ac impenitens, & relapsus: & hoc est quædo ipse delatus ore proprio confitetur iudicialiter, talia, & talia se credere, coram Episcopo, & Inquisitore: quæ tamen sunt hæreticalia manifeste: & licet informetur per Episcopum, & Inquisitorem, quod illa sunt hæreticalia, non vult eis credere; immo coram eis illa defendit esse catholica, nec ad mandatum eorum vult ea abiurare: sed persistit in eis contumaciter, & pertinaciter animo indurato, & reperitur legitime, quod aliis vt deprehensus in hæresim, vel vt suspectus vehementer, omnem vel illam hæresim abiurauit: secus si vt suspectus leuiter abiurasset: & iste talis est veraciter impenitens hereticus, & relapsus.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim (quia in omni casu, p[en]iteat vel non p[en]iteat, tradendus seu relinquendus est brachio seculari vt relapsus) teneatur in duro carcere atque iuto in firmis compedibus, & catena, ne possit euadere, & alios inficiat: nullus ad eum ingrediatur nisi custodes, qui sint viri probi, & de fide non suspecti, & qui à relapso non possunt trahi faciliter in errorem. Episcopus, & Inquisitor eum sibi faciant frequentius p[re]sentari, & exerceant vires ad eundem à suis hæresibus conuertendum, nunc inducendo auctoritates sacræ scripturæ, nunc determinationem Ecclesiæ, nunc soluendo relapsi rationes, & eneruando sui erroris fundamenta; nunc mittendo sibi viros literatos, & religiosos, seu clericos, ac laicos, qui faciant illud idem, loquendo illi nunc coniunctim, nunc diuisim. Quod si conuertatur, diuina gratia peragente; nihilominus est informandus per aliquos probos viros, p[re]sertim religiosos eidem non ingratos, ex parte Episcopi, & Inquisitoris missos, quod non potest mortem euadere temporalem; & ideo quod disponat de salute animæ, & confiteatur, & accipiat Eucharistiæ sacramenta: quæ sacramenta, si humiliter petat, non sunt ei deneganda, iuxta c. Super eo, de heret. lib. 6. P[en]iteat autem, vel non p[en]iteat, congruo tempore expectatus (vt dictum est) vt vere relapsus tradendus est curiæ seculari.

Al. ita, perceptis igitur sacramentis si p[en]iteat, & competet.

mandabunt per cedulam, seu nuntium Balliuo, seu potestati, quod tali die, & tali hora, sit cum sua familia in tali platea, seu loco extra ecclesiam (vt dictum est) & tradent sibi quendam relapsum, & nihilominus quod faciat publice p[re]conizari in vicis illis, seu locis, in quibus consueuerunt fieri aliæ p[re]conizationes, indicado omnibus ex parte Episcopi, & Inquisitoris, quod tali die, & hora sint omnes in tali loco, quia ibi Inquisitor faciet sermonem pro fide; tradendo quendam relapsum curiæ seculari, & habebunt indulgentiam consuetam.

Adueniente autem die, & hora p[re]fixis, Episcopus, & Inquisitor erunt ibi, & tradendus stabit ibi in alto, vt ab omnibus videatur, circumdantibus eum ministris, p[re]sente populo, atque clero, ac Potestate curiæ seculari.

Quod si tradendus sit in sacris ordinibus constitutus, vel cuiusquam ordinis, seu religionis obumbratione fuscatus, stabit dispositus, & indutus, ac si deberet in suo ordine ministrare. Quibus sic dispositis Inquisitor faciet ibi sermonem pro fide, detestando hæreses, pro quibus relapsus ille est tradendus, & facto sermone, Episcopus in pontificalibus indutus, ac assistentibus sibi suis diaconibus p[re]latis, viris religiosis, ac in iure peritis, iuxta c. Quoniam, de heret. lib. 6. degradabit eum secundum quod de iure, & consuetudine est fiendum, auferendo ea, quæ sunt officij sui, incipiendo ab ordine ultimo vsque ad primum, vtendo aliquibus verbis contrarijs illis, quibus in collatione ordinum Episcopi vti consueuerunt: quæ degradatione expleta, p[en]iteat, vel non p[en]iteat, relinquendus est brachio seculari: sed si p[en]iteat, vt hereticus p[en]itens, sed relapsus, per modum quo agitur supra in nono modo processum fidei terminandi, vbi agitur de talibus: si non p[en]iteat, vt hereticus impenitens, & relapsus: & hoc per formam tenoris sequentis.

Forma relinquendi, seu tradendi impenitentem hereticum, & relapsum brachio seculari.

Os N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor hereticæ prauitatis, in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

AT T E N D E N T E S, quod tu talis de tali loco, talis diocesis fuisti nobis, seu talibus p[re]decessoribus nostris delatus de multiplici heretica prauitate, explicentur, in quibus, vt legitime est cõpertum, fuisti cõfessione propria ac iudicialiter, & fide dignis testibus deprehensus, & quod in illis per literas tanto tempore a[n]no indurato, dicatur prout fuit, sed post sano cõsilio inhærendo, illas hæreses publice abiurasti in tali loco in forma Ecclesiæ cõfueras, p[ro]pter quæ p[re]dicti Episcopus, & Inquisitor, credentes te veraciter resiliisse ab erroribus antefatis, & ad gremium Ecclesiæ credendo catholicæ aduolasse, tibi absolutionis beneficium impertierunt,

ti tempore expectatus Episcopus, & Inquisitor dicitur se, &c.

Appellatio ne h[er]eti per sonari, qui continetur copiose doct Albertinus in repetitione cap. de heret. lib. 6. quæstio. 1. & seq.

206

runt, absolventes te ab excommunicationis sententia, qua adstrictus in antea tenebaris, si tamen de corde vero, & fide non ficta conuersus existeres ad sanctae Ecclesiae unitatem, tibi que salutarē penitentiam iniungentes, ad misericordiam receperunt, quia Ecclesia sancta Dei non claudit gremium reuertenti. Verum post omnia antedicta, fuisti nobis delatus (quod displicenter accepimus) quod interim incideras in damnatas haereses per te publice in antea abiuratas, seu talia, & talia commisti contra abiurationem praebitam, in tuae animae detrimentum, *explicentur*. Nosque quamquam displicentia fauciati, quod de te talia audissemus: nihilominus iustitia nos cogente, descendimus ad inquirendum, testes examinandū, teque vocandum, & interrogandum (vt decebat) medio iuramento, & ad faciendum omnia, & singula, quae per nos fienda erant secundum canonica instituta. Sane cum vellemus praesentem causam sine debito terminare, soleme tam peritorū in theologiae facultate, quam in iure canonico, & ciuili consilium fecimus congregari, & habito cum praedictis in & super omnibus, & singulis in praesenti causa productis, deductis, actis, & actitatis consilio maturo pariter, & digesto, ac etiam replicato, viliisque ac diligenter inspectis processibus meritis huius causa, ac omnibus aquilance libris, prout ius, & iustitia suadebant, reperimus legitime tam per testes dignos fide, quam per tuam confessionem propriam pluribus per nos iudicialiter receptam, te incidisse ac recidisse in haereses abiuratas: Nam reperimus, quod talia dixisti, & egisti, *explicentur omnia*, propter quae, & merito de praedictorum consilio te habemus tuis exigentibus excessibus pro relapso secundum canonicas sanctiones: quod dolenter referimus, & referendo dolemus, nouit ille qui nihil ignorat, qui cordium intima omnium intuetur: Et cum totis nostris praecordiis cuperemus, prout adhuc cupimus, reducere te ad sanctae Ecclesiae unitatem, ac eneuare a tuis viscibus praefatam haeticam prauitatem, vt sic saluares tuam animam, ac mortē euaderes corporis, & animae gehēnalem, conatus nostros exercuimus ad te salubriter conuertendū, modos congruos varios adhibētes, sed tu in reprobū sensum datus, maligno spiritu ductus pariter & seductus, praeelegisti torqueri diuis, & perpetuis cruciatibus in infernū, & hic temporalibus ignibus corporaliter consumari, quam adherendo consilio saniori, ab erroribus damnabilibus ac pestiferis resilire, & ad gremium ac misericordiam sanctae matris Ecclesiae aduolare. Ea propter cum ecclesia Dei ultra non habeat erga te quid faciat, cum ad te conuertendū totum exercuerit posse suū: Nos Episcopus, & Inquisitor iudices in hac causa fidei memorati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantiū, sacrosanctis Euāgelijis positis corā nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videāt aequitatem: & pra oculis habentes solum Deum, & honorē sanctae fidei orthodoxae: hac die, hora, & loco, ad audiendam sententiam diffinitiuā tibi in antea assignatis, te talem in nostra praesentia cō-

A stitutum sententialiter condemnamus, & condemnando iudicamus, te esse veraciter impenitentem haeticum, & relapsū, & vt talem realiter tradendum seu relinquendum brachio seculari, & sicut vere haeticum impenitentem pariter & relapsū per hanc nostram sententiam diffinitiuam de foro nostro ecclesiastico te projicimus, & tradimus seu relinquitur brachio seculari, ac potestati curiae secularis: deprecantes efficaciter curiam secularem praedictam, quod citra sanguinis effusionem, & mortis periculum, erga te sententiam suam moderetur. Lata fuit haec sententia, & cetera.

B Et tunc Inquisitor conferet omnibus, qui praedictis sermoni, & sententiae interfuerint, quadraginta dierum indulgentiam confectam, ac intimet, quod omnes qui dederunt consilium, auxilium, vel fauorem, quod praedictum factum fidei sine debito terminaretur, habent tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Papae.

Et dum curia secularis suum officium exequatur, poterunt ipsum relapsū associare aliqui probi viri, fidei zelatores, qui cum informare non desistant, ac conatum suum exerceant, vt conuertatur ad fidē catholicā, ac resiliat ab erroribus suis.

C Resiliat autem vel non resiliat, Ecclesia tamen eum ad suum forum deinceps non admittet. crederem tamen, quod si tunc ad fidem catholicam conuerteret, adhuc sacramenta Penitentiae, & Eucharistiae non essent ei petenti humiliter deneganda, iuxta c. Super eo. de haeret. lib. 6. non autem esset aliter ad misericordiam ab Ecclesia admittendus.

COMMET. XLVII.

In hoc modo nihil fere occurrit notatu dignum, aut difficile, quod in alijs modis non sit copiose explicatum. Eam nihilominus referunt Locatus in opere iudiciali in fine, in forma sententiae contra impenitentem, & relapsū, & Iacobus Sprengerius in Malleo maleficarum par. 3. quae. 30. Repertorium Inquisitorum verbo, sententia. sequitur sententia eiusdem etiam meminit Syluester lib. 3. de strigibus cap. 4. puni. 13.

Tam hic modus eadem ratione absoluitur, qua non fuit tractatus, in quo actum est de praxi tradendi seu relinquendi relapsū curiae seculari.
Quantum vero ad formam ferendi sententiam contra impenitentem, & relapsū attinet, eam possimus accipere ex concilio Constantiensi sessio. 21. vbi condemnatus fuit Hieronymus de Praga, qui relapsus extiterat, & impenitens, in hac verba.

E Teneor sententiae diffinitiuae latae contra Hieronymum de Praga.

In nomine Domini, amen. CHRISTVS Deus, & Saluator noster vitis matura, cuius pater agricola est, discipulos, ceterosque fideles suos in illis instituens, inquit: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmas, & arefcet. Cuius summi doctoris, & magistri doctrinam sequens, & precepta exequens haec sancta Constantiensis Synodus in causa Inquisitionis haeticae prauitatis per eam-

Num. 205

† Alvera. Ioan. 15.

Qualitates articuloz damnatorū, quos profitebatur Hieronymus de Praga.

Abiuratio Hieronymi de Praga.

Hieronymi de Praga relapsus in haesim.

eandem sanctam Synodum mota, fama publica referēte, & clamorosa insinuatione demonstrāte, contra magistrum Hieronymum dictum de Praga, dictum magistrū in artibus, laicū, ex cuius causa actis & processibus constat, eundem Hieronymum tenuisse, asseruisse, & dogmatizasse nonnullos articulos haeticos & erroneos, dudum a sanctis Patribus reprobatos, quosdam vero blasphemos, & alios scandalosos, & alios parū auriū offensiuos, temerarios & seditiosos, dudum per dānatā memoriē viros Ioannem Vvicleff, & Ioannē Hufz assertos, predicatos & dogmatizatos, ac in nonnullis eorum libris & opusculis insertos. Quia doctrina & libri praedictorū Ioannis Vvicleff, & Ioanis Hufz, ac Vvicleff, memoria, dictiq; Ioanis Hufz persona, per eandem sanctam Synodum & eius sententiam de haesi damnati & damnatae fuerunt. Quamq; damnationis sententiam idem Hieronymus postmodum, pendente huiusmodi Inquisitionis causa, in eadem sancta Synodo cognoscens & profitens verā, Catholicā & Apostolicam fidem approbavit, & eidem consensit, anathematizauitq; omnem haesim, praecipue eā, de qua erat infamatus, & se constitebatur infamatus, & quam praeteritis temporibus dogmatizauerunt & tenuerunt Ioānes Vvicleff & Ioannes Hufz in suis opusculis, sermonibus & libellis, & propter quam seu quas cum suis dogmatibus & erroribus ab eadem sancta Synodo damnati fuerunt tanquam haetici, & eorum doctrina similiter damnata, praemissorumque omnium damnationem professus, & iurauit se in hac fidei veritate permanurum. Et si ipse quicquam contra sentire, vel praedicare praesumpserit, canonum severitati subiacere, & aeternae poenae voluit obligari: Necnon suam professionem manu sua conscripsit, eidem sanctae Synodo obtulit atq; dedit. Post quas professionē & abiurationem multis diebus transactis, sicut canis ad vomitum rediens, vt virus pestilentissimū, quod in suo latitabat pectore, publice euomeret, audientiam publicam sibi dari in eadem sancta Synodo postulauit. Qua sibi concessa, coram eadem Synodo publice congregata asseruit, dixit, & professus est in effectu, quod praefate sententiae dānationis dictorū Ioanis Vvicleff, & Ioannis Hufz inique consenserat, & illam sententiam approbando mentitus fuit: Nec verebatur se confiteri mentitū, quinimō confessionem, approbationē & professionē suas super illorū damnatione reuocabat nunc & in aeternū, asserens, se in libris Ioannis Vvicleff, & Ioannis Hufz nullam vquam haesim vel errorem legisse, licet ante fuerit confessus, & probatum sit euidenter, ipsum libros eorum diligenter studuisse, legisse, & dogmatizasse, & in quibus constat plures errores & haereses contineri. Vnde idem Hieronymus de sacramento altaris & transubstantiatione panis in corpus professus est, se tenere & credere quod Ecclesia tenet, dicens se plus credere Augustino & ceteris Ecclesiae doctoribus, quam Ioanni Vvicleff, & Ioanni Hufz. Constat insuper ex praemissis, eundem Hieronymum praedictis Vvicleff & Hufz damnatis, & eorum erroribus adherere,

A illorumq; fauorem fuisse & esse, propter quae eadem sancta Synodus eundem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit, ipsumque haeticum, & in haesim relapsū, excommunicatum, anathematizatum pronuntiat, et declarat, atque damnat. *haecenus ibi.*

Haec formula mutatis mutandis, paucis additis, et detrahis deservire poterit ad ferendam sententiam contra impenitentes relapsos.

Nemo vero miretur, cur non sit in hac sententia nominatim dictum, sancta Synodus decernit praedictum Hieronymum de Praga tanquam impenitentē et relapsū iuxta canonicas sanctiones relinquendū esse curiae seculari, quoniam satis id non obscure continetur sub illis verbis: foras mittendum decernit, ipsumque haeticum, et in haesim lapsū, excommunicatum, anathematizatum pronuntiat, et declarat, atque damnat. Ex quibus verbis protinus intelligitur, eos qui tales esse declarantur, iuxta legum sanctiones per seculares magistratus esse plendendos.

De duodecimo modo terminandi processum fidei per condemnationē conuicti de haesi, & persistētis in negatiua.

Duodecimus modus processum fidei terminandi & finiēdi est, quādo delatus de haetica prauitate, processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur in haesim deprehensus facti euidētia, seu testium productione legitima, non tamen confessione propria; & hoc est, quādo ipse delatus conuincitur legitime de aliqua haetica prauitate, vel facti euidētia: vt pote, quia haesim publice praedicauit, vel per testes legitimos, contra quos excipere delatus legitime non potuit; tamē ipse sic conuictus & deprehensus, persistit firmiter in negatiua, & constitetur constanter catholicam sanctam fidem.

Itē talis quādiu sic persistit in negatiua, haeticus impenitens est cōsensus, iuxta notata per Hostien. in summa. tit. de haeret. 8. Qualiter quis in haesim deprehendatur, vt patuit supra par. 2. q. 34.

Circa istū talis practica est seruanda. Talis duro carcere est tenendus in compedibus et catenis, frequēter ab Episcopo et Inquisitore conuictim et diuisim, et per se, et per alios est efficaciter admonendus, quod eis detegat veritatem, indicādo ei, quod si faciat et constiteatur errorē suum, quod ad misericordiam admittetur, abiurando primitus illam haeticam prauitatem: si autem noluerit, et steterit in negatiua, quod ad finem relinquatur brachio seculari, et mortem non poterit euadere temporalem.

Quod si diutius informatus et expectatus, steterit in negatiua, Episcopus et Inquisitor modo conuictim, modo diuisim, nunc per se, nunc per alios

207

Negans crimen, de quo est conuictus, censetur impenitens.

alios probos viros trahat ad se modo vnū testem, modo alium informando eum, quod attēdat quid deposuit, & si dixerit verum vel non: quia si non, damnat se ipsum eternaliter, & alium temporaliter; & quod non vereatur saltem secrete eis dicere, ne ille delatus moriatur iniuste; & verba talia studeant dicere, vt clare videant si deposuerunt veritatem, nec ne.

¶ Quod si testes sic informati steterint in affirmatiua, & delatus in negatiua, nec ex hoc statim velint Episcopus & Inquisitor negotium per sententiam determinare, tradendo taliter deprehensum brachio seculari; sed diutius eum teneant, nunc inducendo deprehensum ad affirmatiuam, nunc testes, diuisim tamen, ad executendam beneficentiam suam: & singulariter attendant Episcopus & Inquisitor ad illum testem, quem viderint melius dispositū ad bonum, & qui videatur melioris conscientie; & circa illum instent diutius, si res ita se habuerit, vt deposuit nec ne, eius conscientiam onerando.

208
De teste va
cillante.

Et si viderint testem aliquē vacillare, vel aliās habeant indicia cōtra eum, propter quę suspectus, quod falsitatem dixerit, merito habeatur, de bono consilio peritorum arrescent eum, & procedant vt iustitia suadebit. Comperitum namque est frequenter & frequentius, quod sic deprehensus testibus fide dignis, postquam in negatiua diu persistit ad cor reductus, presertim veraciter informatus, quod non tradetur brachio seculari, sed ad misericordiam admittetur, si suam detegat prauitatem; & veritatem, quam diutius negauit, tunc libere constitetur. Et frequenter reperitum est, quod testes malitia agitati, ac inimicitia superati, se adinuicem colligarunt ad imponendum infanti hæreticam prauitatem; postea vero ad informationē frequentem Episcopi & Inquisitoris, remorsu conscientie fatigati, reuocant quod dixerunt, & fatentur malitiose se illi imposuisse tantam labem, propter quod talis & taliter deprehensus non est per sententiam festinandus, sed diutius, quia per vnū annum, vel plures expectandus, antequam sic tradatur curię seculari.

Si talis eandē
errorem susti
nereatur ab
iure, &c.

Quo expectato tempore competenti, & adhibita diligentia concedenti, si sic delatus ac legitime deprehensus recognouerit culpam suā, ac confessus fuerit iudicialiter se fuisse illaqueatum tanto tpe p̄fata hæretica prauitate & illam ac omnem hæresim non cōtempserit abiurare, & satisfactio nem ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris congruam exhibere, tanquam in hæresim deprehensus & propria confessione, & testū legitima productione, vt hæreticus penitens, abiuret omnē hæresim publice, per formam, de qua agitur in octauo modo supra posito processum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Si vero sit confessus, quod incidit in hæresim, sed nec omnem, nec illam voluerit abiurare, sed steterit in illa animo pertinaci, relinquatur brachio seculari, & agatur circa illum per modū, de quo supra agitur in decimo modo processū fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Si autem ipse deprehensus steterit constanter

A in negatiua: sed ipsi testes resilierunt à sua affirmatiua, suum testimonium reuocando, ac culpam suam recognoscendo, quia infanti tantam labem falso imposuerunt, rancore & odio agitati, prece seu pretio seducti, ipso delato vt immune à iudicio relaxato, punientur ipsi vt falsi testes, accusantes seu deferentes, vt notat Paulus super c. Multorum. & ver. illos, in prin. de heret. in cle. & feretur sententia seu penitentia contra eos per formam tenoris sequentis.

Forma puniendi ac condemmandi falsos testes, vel falso seu malitiose imponētes innocenti crimē hæreticę prauitatis.

Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor hæreticę prauitatis in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES, quod tu talis de tali loco, talis diocesis, veniens per teipsum spontanea voluntate, aliās non citatus nec vocatus, ac cōparēs personaliter corā nobis Inquisitore predicto, seu Episcopo & Inquisitore predictis in iudicio constitutus accusasti, seu denunciasti, ac testificatus fuisti medio iuramento, quod talis, de tali loco, & talis diocesis, talia dixit seu fecit contra sanctam fidem catholicam, ac in fauorem hæreticę prauitatis, *exprimantur illa*: Nos merito presumes te nō falso cōtra predictū talem talia deposuisse, nec ex odio vel rancore, neque ex animo malignandi, sed zelo fidei orthodoxa, quantū prima facie apparebat: dictum talem vocari fecimus coram nobis, & in iudicio constitutum, iuratumque de dicenda veritate requisuimus, quatenus de predictis super facto hæresis quæcunque sciret tam de se quam de alijs plenam & meram nobis diceret veritatem: quo constanter negante predicta: & in negatiua diu & continue persistente, suspicantes eundem negare veritatem contra proprium iuramentum, eundem fecimus tanto tempore in carcere detineri: seu aliās arrestari, credendo te & alios eundem nobis zelo fidei detulisse: Demum tam ex negatiua ipsius delati talis, (in qua persistit, & persistit medio iuramento, & multo tempore expectatus) quam ex quibusdā verisimilibus coniecturis merito suspicantes, quod tu malitiose & calumniose cōtra talem predictum deponens, eum inuoluere nixus fueris in crimine tam nefando; te citari, & ad rostram presentiam adduci, ac predictum talem coram nobis fecimus confrontari: & cum predictus talis delatus in negatiua persistit, & tu in affirmatiua; & vterque medio iuramento, te iussimus detineri donec de predictis (prout nos decuit) fuisset plenius informati; & compertis talibus & talibus, *exprimantur*, te de carcere educi fecimus, & coram nobis in iudicio constitutum iuratumque, iterum monuimus & requisuimus canonice, quod nobis aperires & diceres an ea, quæ contra talem predictum deposueras, continerent in aliquo veritatem: tu vero ductus consilio sanio

D si, tuæ

E si, tuæ

si, tuæ malitię conscius, & ad cor rediens, constitutus in iudicio coram nobis sponte & libere recognouisti, quod omnia & singula quæ deposueras contra eum, non fidei zelo, nec veritatis amore hoc feceras, sed potius typo malitię & rancoris, & liuore iracundię, & odio cōcitarus, & quod talia, quæ deposueras contra eum, non continebant in aliquo veritatem, sed simpliciter erant falsa: petens tu humiliter pro præmissis tibi misereri, ac tibi iniungi penitentiam salutarem: Nos igitur Episcopus & Inquisitor præfati, pensatis præmissis ac circumstantijs alijs, quibus motus animus noster & cuiuslibet iudicis potuit merito informati; certiores effecti quod veritatem, quę sola in negotio fidei queritur, denigrasti, synceritatem sancti officij Inquisitionis corrupisti, & nos tuos iudices delusisti, in præiudicium fidei orthodoxa, & in scandalum ac graue periculum predicti talis innocentis, quem in tam detestabili crimine malitiose & fraudulenter inuoluere nitentibus, falsum ferendo testimonium in iudicio coram nobis: Ea propter ne (sicut nec debet nec expedit) tale & tā graue crimen remaneat impunitum, & vt tui pena transeat ceteris in exemplum, & alij à consimilibus arceantur, sedentes pro tribunali more iudicium iudicantium, sacrosanctis Euangelij, positus coram nobis, vt de vultu Dei omne iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant equitatem, habentesque præ oculis solum Deum, de multorum peritorum in theologiæ facultate, & in iure canonico & ciuili maturo consilio pariter & digesto, te talem in causa fidei falsum testem, seu delatorem ad carcerem perpetuum talem, in his scriptis per nostram definitiuam sententiam condemnauimus: in quo sub vinculis ferreis in pane doliis & aqua angustię, quamdiu vixeris, agas penitentiam de præmissis, solam vitam tibi de misericordia relinquentes; & nihilominus quod statim ponaris & eleueris in scala, in tali porta huius ecclesie, in qua stes ligatis manibus, & capite discooperto, & in camisia spoliatus, vsque ad horam prandij; & modo consimili tali die Dominica in porta talis ecclesie, & tali in tali, &c. *panantur alia, vt visum fuerit, & culpa maior vel minor exegerit delinquentis*: Reuertentes nobis ex certa scientia & expresse, quatenus dictam penitentiam libere valeamus mitigare, relaxare, aggravare, & mutare, si & quando, & totiens quotiens, nobis visum fuerit faciendum, Lata fuit hæc sententia, & cetera.

210

Si autem taliter deprehensus, per annū seu plus, vel alio maiori congruo tempore expectatus persistit in negatiua continue, & testes legitimi in affirmatiua; disponant se Episcopus & Inquisitor ad relinquendum eundem brachio seculari, mittendo eidem aliquos probos viros fidei zelatores, & presertim religiosos eidem non ingratos, sed familiares & gratos, qui sibi indicent, quod mortem non potest euadere corporalem, dum stat in negatiua; sed tradetur tali die vt hæreticus impunitus brachio seculari: Et nihilominus Episcopus & Inquisitor, mittant balliuo, seu potestati curiæ secularis, quotiens tali die & hora ac loco, extra

A ecclesiam tamen, veniat cum familia sua ad recipiendum quendam hæreticum impunitum, quæ tradent ei; & etiam quod faciat publice preconizari in locis illis, in quibus preconizationes alię fieri consueuerunt, quod omnes sint tali die & hora in tali loco ad audiendum sermonem, quem Inquisitor faciet de fide, & tradent Episcopus & Inquisitor quendam hæreticum pertinacem brachio seculari.

Adueniente autem die predicta ad ferendam sententiam assignata, erūt Episcopus & Inquisitor in loco predicto, ipso tradendo ibidem existente in alto, & clero & populo congregato, vt eminenter ob omnibus videatur: ac præfate Potestate curię secularis, stante ipso tradendo, si fuerit in sacris ordinibus constitutus, vel cuiuscumque religionis seu ordinis obumbratione fuscatus, induto, ac disposito ac si deberet in suo ordine ministrare. Et facto sermone per ipsum Inquisitorē, si (vt dictum est) relinquendus ipse fuerit in sacris ordinibus constitutus; Episcopus in pontificalibus indutus, cui de gradabit, ea quæ sunt officij sui retrogrado ordine auferendo, incipiendo à supremo: & poterit vti verbis contrariis his, quibus in conferendo talem ordinem Episcopi vti consueuerunt.

Qua degradatione expleta, si tradendus fuerit in sacris ordinibus constitutus, vel si nō fuerit, facto sermone predicto, legantur culpæ tradendi seu relinquendi brachio seculari: quibus lectis feretur sententia per hunc modum.

Forma tradendi seu relinquendi brachio seculari eum, qui conuictus est de hæresi per testes legitimos, & stat pertinaciter in negatiua, licet fidem catholicam profiteatur.

Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor hæreticę prauitatis, in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus: 211

ATTENDENTES, quod tu talis, de tali loco, & talis diocesis, fuisti nobis delatus de tali hæretica prauitate, *exprimatur*, & vellem⁹ certiorari, an ea quę de te, et contra te nobis dicta fuerint, veritate aliqua fulciantur, et an tu ambulares in tenebris vel in luce, descendimus ad nos informandū, testes diligentius examinandum, teque vocandum ac interrogandum sapius medio iuramento, defensionemque exhibendum, et ad omnia et singula faciendum, quæ per nos facienda erant secundum canonicas sanctiones. Verum cum vellemus presens tuum negotium sine debito terminare, solēne consilium tam in theologiæ facultate, quam in iure canonico et ciuili coram nobis fecimus congregari; et visis ac diligenter discussis, processus meritis, ac omnibus et singulis in presenti causa productis, deductis, actis, et a citatis aqua lance librat, predictorū consilio digesto pariter et maturo, reperimus contra te probatum legitime, quod fuisti tanto tempore infectus hæretica prauitate: nā reperimus

eperimus quod dixisti & fecisti talia & talia, **ex primantur**, ex quibus apparere manifeste quod es legitime deprehensus in predictam hereticam prauitatem. Sane cum cuperemus (prout adhuc cupimus) te veritatem fatendo resiliere ab heresi antedicta, & reduci ad gremium Ecclesie sancte, & ad sancte fidei vnitatem, vt sic saluares animam tua, & tam animę quam corporis mortem euaderes gehennalem; tam per nos, quam per alios nostram diligentiam exercentes, ac te per longa tempora expectantes; ru in reprobum sensum datus contempstisti acquiescere nostro consilio saniori, immo persististi & persistis in negatiua pertinaciter animo indurato: quod doler referimus & referendo plangimus & dolemus. Verum cum Ecclesia Dei tanto tempore te expectauerit, quatenus resilires recognoscendo propriam tuam culpam, & nolueris neque velis; & non habeat vltra quid tibi gratie faciat atque mercedis: ea propter vt sis ceteris in exemplum, & alij ab huiusmodi heresibus arceatur, & tanta facinora non remaneant impunita: Nos Episcopus & Inquisitor, iudices in causa fidei memorati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis Euangelij positus coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant equitatem, habentes prae oculis solum Deum, & sancte fidei gloria & honorem: te talem in nostra presentia constitutum hac die, & hora, & loco, tibi ad audiendum sententiam diffinitiuam assignatis: diffinitimus, declaramus, ac sententiamus, te esse hereticum impenitentem, & tradendum, seu relinquendum, vt talem, brachio seculari, & per hanc nostram sententiam, vt vere hereticum pertinacem, ac impenitentem, a foro ecclesiastico te proscimus, & tradimus, seu relinquimus brachio seculari, ac potestati curie secularis: Eandem curiam seculari rem efficaciter deprecantes, quatenus circa te, citra sanguis effusionem & mortis periculum, suam sententiam moderetur. Lata est hęc sententia, & cetera.

Et tunc Inquisitor conferet omnia, qui predictis sermoni & sententia interfuerunt, quadraginta dies de indulgentia ex parte dñi nostri Papę indicando etiã pu lice, p omnes qui prestiterunt auxilium, consilium, vel fauorem in facto fidei ante lato, habuerunt tres annos de indulgentia.

Poterunt autē Episcopus & Inquisitor disponere, quod aliqui probi viri fidei zelatores, ipsi relicto curie seculari non ingrati, sed familiares & grati, associent dictum relictum, dum curia secularis in eum suum officium exequetur, qui eum consolentur, & adhuc inducant, quod fatendo veritatem, ac recognoscendo culpam suam, resiliat ab erroribus suis.

Quod si forsitan post sententiam, & iam relictus, & ad locum vbi est comburendus, deductus, dixerit se velle fateri veritatem, & recognoscere culpam suam, & ita fecerit, & paratus fuerit huiusmodi heresim & omnem aliam abiurare: licet presumatur, quod hoc faciat plus morte, quam amore veritatis, crederem (vt dictum est supra in decimo ibi scriptum): modo processum fidei terminandi, quod de mi-

† Vox Hispana, id est beneficij.

† Iuxta cap. Nouimus, de verb. sig.

De associantibus relaxatum.

† Vide que ibi scriptum.

sericordia possit recipi vt hereticus penitens, et perpetuo immurari, iuxta gloss. super c. Ad abolendam. §. presentem. et ver. audientia. et c. Excommunicamus 2. de heret. quauis non, vt puto, de rigore iuris, nec tali conuersioni (vt dictum est ibi) est magna fides adhibenda à iudicibus fidei.

COMMENT. XLVIII.

De hoc modo agunt Tabienfis in sum. verbo, Inquisitor. §. 2. 4. Jacobus Sprenger in malleo maleficarum par. 3. q. 3. Syluester lib. 3. de strigibus c. 4. puncto 14. & Locatus in fine operis Iudicialis in formula tradendi brachio seculari hereticum impenitentem, fidem tamē catholicam profitentem. & Repertorium Inquisitorum verbo, sententia.

In hoc autem modo præter præxim, que absolutissima est in hoc casu, duo potissimum offert Emericus examinanda: quorum primum ad reum negatiuum spectat, alterum vero ad testes, de quibus, ac plerisque alijs occurrentibus singillatim receptiora, & securiora trademus.

a ¶ Tamen ipse sic conuictus et deprehensus. Jta hunc locum imprimendum curauimus ex tribus manuscriptis Sabellano, Bononiensi, & codice Cardinalis de Gambara: nam in Barcinonensi impresso ita legebatur: Cū ipse sit conuictus, et deprehensus, que lectio non multum cum antecedentibus & consequentibus cohæret: quare manuscriptos secuti sumus, quorum planior et facilius est lectio.

b ¶ Iste talis quamdiu sic persistit in negatiua, hereticus impenitens est censendus. Juxta hęc verba, & illis que profert Emericus paulo post, num. 210. ibi: Qui sibi indicent, quod mortem non potest euadere corporalem, dum stat in negatiua. Itē ex quest. 3. 4. partis secundæ, nu. 7. & deniq; ex tota serie huius disputationis, videtur dirimi questio illa anceps & controuersa, de qua valde olim fuit dubitatum: An qui accusatur de heresi, de qua legitime conuincitur, & negat se talia dixisse vel fecisse, profatur tamen se omnino credere & tenere, quod tenet et credit sancta Romana Ecclesia, sit velut hereticus impenitens tradendus curie seculari.

Et non obstat ante prædicta protestatione, proculdubio tradendus est, vt his locis docet apertissime Emericus, cuius sententia vera est et communis, quã tradidit decisio Rotę antiquę 875. tit. de heret. que incipit: Accusatus, tenet etiam Hostiensis hoc loco ab Emerico citatus. Calderinus consil. 2. tit. de heret. Ioannes Anselmi in cap. excommunicamus. §. adijcimus. de heret. & alij quidam ex antiquioribus. Recentiores autem fere omnes, qui de puniendis hereticis scripserunt, hanc ipsam sententiam auidacter profitentur: Repertorium Inquisitorij verbo, negatiua. §. si tamen accusatus. Albertinus tract. de agnoscent. assertio. q. 8. nu. 7. & 8. q. 3. 4. nu. 51. idem videtur tenere Boerius decisio. 3. 43. incipien. Quia in præcedenti. contra id, quod male prius differuerat de cis. 341. incipien. Inquisitus de heresi, tenet etiã Simancas de catho. instit. tit. 48. nu. 2. 5. et 26. et Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. nu. 69. & seq. et ceteri bene sentientes vno consensu.

Et quamquam non desint rationes, pinguis quidem & effi-

Num. 207.

Quid potissimum tradet Emericus in duodecimo modo.

Num. 207.

Locus emendatus.

Num. 207.

An negatiuus professans sit credere vt credit Ecclesia, sit tradendus curie seculari.

& efficaces ad hanc sententiam comprobendam, de quibus paulo post agam; hoc mihi videtur iam olim initio constitutę delegatę Inquisitionis definitiue concilium Biterrense, & Narbonense, in quorū primo videlicet Biterrensi cap. 6. 7. 8. & 9. de hac facti specie, ac etiam de ordine procedendi in tali casu ita scriptum est:

Cap. 6. Illos qui cum sint culpabiles, contemnunt comparere infra tempus gratie, aut malitiose supprimunt veritatem, citetis suo tempore nominati.

Cap. 7. Eisque si veritatem contra se inuentam confiteri noluerint, exponatis capitula super quibus inuenti sunt culpabiles, et dicta similiter testium publicetis:

Cap. 8. Ac datis dilationibus competentibus, et defendendi facultate concessa benigne admittatis exceptiones, et replicationes legitimas eorumdem.

Cap. 9. Et si quidem in sua defensione defecerint, nisi culpam probatam gratis confiteri voluerint, assignato ad sententiam termino peremptorio competentis, damnetis eosdem: non enim sunt ad misericordiam admittendi, dū in sua negatione persistunt, quantumcumque voluntati Ecclesie se supponunt. hætenus ibi.

Iã concilium Narbonense apertius eandem sententiam comprobans c. 26. ita cauit. J Si quis tamē culpam suam, ex qua possit credens vel hereticus iudicari, de qua plene per testes seu aliam probationem constat, pertinaciter negare non meruit, quamdiu in huiusmodi negatione persistit, licet aliàs conuersionem præcedat, hereticus absque dubio est censendus: euidenter namque impenitens est, qui peccatum nec vult etiam confiteri. hætenus ibi.

Iam in Hispania prima instructione Hispalensi anni Domini MCCCCXXXIII. cap. 14. apertissime declarata est eadem sententia, simulque prouisum, ut quotiens talis casus occurrerit, Inquisitores vitam & mores testium diligentissime perscrutentur, quod & ab Emerico quoque hoc loco copiose & vere traditum est.

Illud vero præ ceteris est adnotandum, quod euidenter videtur indicare præcitatum concilium Narbonense, videlicet, hanc conclusionem de damnando tanquam impenitente eo qui heresim contra se probatam negat, licet protestetur se credere, locum habere non modo cum quis conuincitur de heresi, quam dixit; verum etiam de facto aliquo hereticali, ex quo possit vel hereticus, vel credens hereticorum iudicari: quod est valde singulare & notandum: que autem sint facta hereticalia, dixi supra in hac 3. par. num. 109. tit. de signis & indicijs, quibus diuersarum sectarum heretici cognosci possint. & que sint facta ex quibus homines iudicantur hereticorum credentes, docui parte 2. super q. 50. §. factis autem.

Rursus aduertendum est, hic haberi sermonem de eo, qui negat factum hereticale, de quo legitime conuincitur, non autē de illo, qui constituitur factum hereticale, prauam autem intentionem negat: nã in hoc alia agitur difficultas diuersa ab ea, quam hic tractamus, de qua vide in præcitato loco.

Rationes quibus superior

Quod si quis querat, quibus rationibus hæc sen-

tentia nisi possit, illę in promptu sunt. Primum, quoniam si heresis huius negatiui plene ac legitime probata est, iam Ecclesia constat hunc hereticum esse, qui nisi errores suos confiteatur ac detestetur, velut impenitens hereticus merito tradendus erit curie seculari.

Rursus qui legitime contra se probatos errores non concedit, quamuis protestetur, se restã fidem tenere, nihilominus non satisfacit Ecclesie, que in primis satisfactioem postulat de probatis heresibus, quas ipse se dixisse distinetur: quam ob rem cum non sit correctus, velut impenitens erit damnandus, quoniã peccati venia non datur nisi correcto.

Postremo, quia ad veram penitentiam necessaria est confessio, nec veniam consequi meretur qui peccatum non agnoscit. c. non potest, cum seq. de penitent. dist. 1. cum itaque is negantius non confiteatur, impenitens putatur, ac curie seculari propterea merito est relinquendus. plures alias rationes in eandem sententiam viuas sane & expirantes commemorat præfata decisio Rotę 875. quas breuitatis gratia omitto.

Ex his omnibus valide refellitur sententia Iulij Clari, qui in s. heresis. vers. & nota in hoc casu proposito de hac veritate dubitauit, quamuis Ecclesie iudicio se supponat. ceterum à superiori sententia nullo modo est recedendum, & hoc iure vrimur.

Nec quisquam dicat, iniuste se hac ratione condemnari, nec conqueratur de iudicibus Ecclesiasticis, vel de iudicio Ecclesie ita statuentis, que de occultis non indicat: sed si fortassis per iniquos testes est conuictus, ferat id equo animo, ac lateatur, quod pro veritate mortem patiatur.

Monebo tamen hoc loco apertioris doctrinę gratia, nonnulla esse necessaria, ad hoc vt prædicta sententia locū habeat, vt optime admonent Albertinus in dicto tract. de agnoscent. assertio. q. 8. nu. 8. et q. 34. nu. 51. & Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. nu. 84. & seq.

Primum, quod sit conuictus de vera & formali heresi, verbi gratia, de hac: Non esse purgatorij, non de assertionem scandalosa, temeraria, male sonante, aut similibus: idem forte dicas de factis, ex quibus insurgit heresis vel apostasia seu credentia, iuxta concilium Narbonense, vt paulo antea dicebamus, in quo multa prudentia opus est.

Alterum est, quod verba hereticalia, de quibus negatiuus conuincitur, sint certa & clara, non dubia vel ambigua, habentia duplicem sensum, hereticum vnum, catholicum alterum: quoniam tunc relicto sensu heretico, catholicus accipiendus est, vt late docet idem Albertinus tract. de agnoscent. assertio. q. 7. & Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. num. 366. dubia enim in meliorem & saniozem partem interpretari debemus, vt etiam docet sanctus Thomas 2. 2. q. 60. art. 4.

Tertium est, quod reus conuincatur de heresi, quã negat, per testes legitimos & idoneos, seu omni exceptione maiores, non per inimicos aut singulares, aut aliàs inhabiles.

Quartum est, vt illud factum seu dictum hereticale, de quo reus conuincitur, sit recens, non vetustum: ita

Sententia Iulij Clari reiecta.

Vt præfata sententia obseruetur, quousque requirantur.

stum; ita ut verisimiliter reus credatur eius fuisse oblitus, cum in factis antiquo oblitio presumatur: de quo quid sit sentiendum, abunde dixi supra in 2. parte, super quest. 34. §. sed in hac questione. & §. seq.

Postremum est, quod is negatiuus per testes conuincatur afferuisse se illa credere, & credenda alijs esse. nam cum testis deponit de verbis hereticis ab alio prolatis, debet etiam deponere de illius accusati credulitate: quia hoc in verbis necessarium est: cum aliquando talia verba possunt dici referendo aliorum opiniones, aut disputando, aut lapsu lingue, aut subito iracundia calore, aut alijs huiusmodi modis. hec omnia colliguntur debere concurrere ex principio, & tota serie predicta decisionis 875. ut optime praeclatit locis obseruauit Albertinus, quidquid dicit Ioannes Rojas, qui fortassis in hoc non bene perpendit verba Albertini.

Num. 209. c. ¶ Forma puniendi ac condemnandi falsos testes, etc. ¶ Quoniam in hoc duodecimo modo processum fidei terminandi potest contingere testium falsitas; ideo quasi incidenter de testibus falsis puniendis differit Emericus: nam ex professo hoc tractat infra par. 3. q. 73. ubi diximus copiose, id solum hoc loco admonere, dubitatum fuisse olim, an Inquisitor possit testes falsos punire, & qua pena. sed hac questio hodie penitus cessat, ut experientia ipsa quotidie testatur. Adde Zanclinum tract. de heret. c. 14.

Inquisitor falsos testes punire potest. ¶ Iam quantum attinet ad formam ferendi sententiam contra falsos testes, diligenter eam hic profertur Emericus, quem per omnia sequuntur reperiuntur Inquisitorum verbo, sententia, §. sequitur forma sententiae. & Locutus in fine operis iudicialis, in formula sententiae contra falsos testes, seu falsum deponentes.

Num. 209. d. ¶ Te citari, et ad nostram presentiam adduci, ac predictum tale coram nobis fecimus confrontari. ¶ Hoc ipsum in eadem facti specie consulit faciendum Emericus supra tit. De cautelis Inquisitorum contra hereticorum cauillationes. §. tertius; cautela. nu. 101. ubi diximus hanc rerum et testium conciliationem non facile esse admittendam.

Ceterum, quia in hunc locum leflorem remisit, dum querebat, nunquid in aliquo casu locum haec confrontatio habere possit: nunc dico, prima fronte videri aequi et rationi consentaneum in hoc casu, ut rei negatiui et testium affirmantium conciliatio fiat, ut sic veritas habeatur, ne innocens negatiuus curiae seculari vi ultimo supplicio afficiendus tradatur.

Veruntamen quia grauis est haec causa de confrontatione facienda, ideo in ea multum circumspecte loqui oportet, ne ex dictis nostris quis arripiat occasionem; & inconsiderate quandoque agat.

Confratio testiu & reorum in crimine heretico, an & quomodo locum habeat. ¶ Sit ergo in hac re hoc primum axioma: Ubi magna affuerit causa, & omne periculi cessauerit, recto iudicium arbitrio quandoque fieri potest haec confrontatio. ita Simancas & vere in enchyridio violata religionis tit. 35. nu. 16. quam ob rem etiam in hoc casu, de quo hic Emericus agit, cum reus in negatiua perseuerat, non aliter fieri poterit confrontatio, nisi procul absit omne periculum: quod si affuturum crederetur ipsi testibus, nullatenus esset facienda ad explorandam veritatem; sed tunc ad condemnationem

A negatiui possent Inquisitores deuenire, nec dicentur iniuste eum condemnare, cum legitimis testibus sit conuictus: quia si facile permitterentur huiusmodi confrontationes, proculdubio redundaret in fidei detrimentum: nam homines a testificando contra hereticos propterea auerterentur, quod est omnino praecaudendum, ne publicum commodum ob priuatum vnius, aut alterius vtilitatem ledatur.

Sit secundum axioma: Confrontatio tunc secure fieri potest, quando testes complices sunt eiusdem criminis cum reo: hoc enim casu manifestum est ad conuincendum reum negantem nominados ei esse complices, cum quibus dicitur deliquisse: quare similiter poterit ei confrontari. neque enim tunc tam confrontantur ut testes, quam ut complices.

Sit tertium axioma: Cui vilissimi sunt testes & rei, qui parum curant bonam vel malam habere famam, quales sunt vilissime meretrices, & vilissimi homines, qui humeris onera deserunt, & si qui sunt similes; tunc fieri fortassis poterit confrontatio. sed hoc casu omnem periculi suspicionem procul etiam abesse oportet: ac in alijs etiam forsan casibus poterit admitti, qui recto iudicium arbitrio relinquuntur.

Iam in confrontatione facienda haec mihi videntur obseruanda. primum ne solus Inquisitor eam decernat, quia res magni momenti est: adhibeat ergo consilium Episcopi & peritorum, sine quorum assensu nullo pacto credorem decernendam; quod si non conueniant, maiores Inquisitores consulant. certe in supremo Senatu Sacrosancti & generalis Inquisitionis Romae nunquam sunt huiusmodi confrontationes, nisi re cognita, et decreto interposito per Illustrissimos Cardinales in tota Christiana reipub. Inquisitores generales; ut vel hinc ceteri intelligant quam caute in re tam periculosa sit progrediendum.

Postremo ubi decreta fuerit confrontatio, cauendum est, ne simul duos testes, aut omnes quotquot testificati sunt contra reum negantium producant coram ipso, sed singulos per se existant, et vtriusque dicta notarius scribat: nam si diuersi fortassis in tempore vel loco commissi delicti deprehendantur, aut in alijs substantialibus eius delicti, de quo agitur; tunc magna praesumptio erit eos esse falsos, exemplo coram qui falso Susannam accusarunt, ut legitur Daniel. c. 13. sed hoc non erit obseruandum cum testes & reus sunt eiusdem criminis complices: tunc enim omnes simul produci poterunt.

Quantum vero attinet ad negatiuum, priusquam ut impunitus condemnetur, plurima considerare oportet: & rationem diligentem esse habendam et rei negatiui et testium affirmantium facile suadet grauitas huius negotij: nam si reus negatiuus ex vita anrecta, bonis moribus, et bona fama procul ab heresi sibi obiecta abesse videatur, iniquo testimonio urgeri praesumendum erit: quod tunc magis erit suspicandum, cum testes non sunt per omnia probati, aut aliquando accusato fuerunt inimici: quod Inquisitor ex officio debet inuestigare.

Contra vero, reum negantem iniquum praesumere licebit, & in isto testimonio conuinci, cum male vita & fame fuerit, & testes probati sunt & graues. haec inquam et alia huiusmodi sunt aduertenda priusquam ad condemnationem deueniatur.

In confrontatione facienda, & ubi iudicium sit factum, quod obseruandum.

Quid obseruandum sit circa negatiuum priusquam condemnari.

Num. 209. e. ¶ Te talem in causa fidei falsum testem seu delatorem ad carcerem perpetuum tale, etc. condemnemus. ¶ Ex hoc loco aperte colligimus sentire Emericum testes falso testificantes in causa fidei non esse puniendos pena talionis, nec tradendos curiae seculari, cum ad carcerem perpetuum daret, de quo quid sentiat, dicat copiose infra super dicta q. 73.

Ad haec, illud hoc loco obseruabis, Emericum quoad penam equiparare delatorem, & testes, & recte quidem: quoniam licet in alijs criminibus mitius puniatur qui falso defert, quam testes: at cum in hoc crimine delator seu denuntiator testibus annumeretur, ut aiunt Abbas & Felynus in c. in omni, de testibus, & Albertinus in tract. de secreto nu. 177. & Simancas in enchyridio tit. 23. nu. 7. consequitur aperte delatoris & testis falsi parem futuram penam, & qualemque vindictam, ut subtiliter, & breuiter indicat hoc loco Emericus.

Num. 210. f. ¶ Qui sibi indicent, quod mortem non potest euadere corporalem dum stat in negatiua, etc. ¶ Horum verborum occasione diluenda est hoc loco pulchra difficultas, quae doctis etiam possit negotium exhibere: An huic ita conuicta per falsos testes, qui vera crimen heresis sibi obiectum non admisit, liceat illud fateri, & agnoscere, sequi infamare, ut mortem euadat temporalem, & misericordiam impetrandam ad Ecclesiae gremium penitentiamque admittatur.

Ac primum quidem cum fama inter bona temporalia numeretur, quamuis externorum bonorum maximum censetur. cap. deterior. 6. quest. 1. Aristoteles lib. 4. ethicorum cap. 3. B. Thom. 2. 2. q. 129. art. 1. traditque copiose Dominicus Sotus lib. 4. de iust. & iure quest. 2. art. 3. conclus. 4. & alij Theologi communiter, poterit utique quilibet arbitrio suo ita famam ut pecunias & cetera bona temporalia profundere, praesertim ad vitam redimendam, quae cumctis rebus etiam pretiosissimis anteponenda videtur.

Rursus quamuis honor seu bona fama res praestantissima sit, opinione tamen hominum, qua honor consistit, pluris estimatur ingens auri pondus, quam tenuis honor & fama: vita autem fama esse praesertim secundum essentiam valoris vtriusque, nullus vnquam (quod ego sciam) dubitauit. licet itaq; videtur vel ad conseruandam vitam, uel etiam ad seuitiam tormentorum euadendam; neglecta fama crimine fateri quod non commissum.

Multa in eandem sententiam afferri possent, quae libenter omittemus, atque in hac difficultate sit haec prima conclusio: Quamuis homo sit dominus suae famae, & se quandoque infamando, prodendo, & detegendo crimen quod commissit, non peccet contra iustitiam, neque illi iniuriam irroget; nihilominus saltem veniale peccatum committit contra sui ipsius charitatem: quod plane multo magis tunc contingeret, quando ad euadendam seuitiam tormentorum id diceret quod non commissit: nam tunc culpam mendaciam admitteret; mendacium autem licet ex suo genere non sit peccatum mortale, dictum tamen in iudicio coram iudice legitime interrogante, et cum iuramento praecedenti, mortale peccatum est: quod si veniale etiam tantum culpa esset, nec tunc

quidem admittere licebit, quia mentiri suo genere malum est.

Sit secunda conclusio: Quotiens quis conuincitur de nefandissimis quibusdam horrendissimisque flagitijs, quae aures exhorrescunt, veluti de crimine vtriusque maiestatis laesae, adulterio, & similibus, ipseque re vera haec non commisit, si vel ut mortem euitet, vel tormentorum seuitiam, vel aliud simile periculum infamet se fatendo quod non fecit, vix potest a mortali peccato excusari, etiamsi non iuratus et extra iudicium talia diceret, propter grauissimam infamiam, quam sibi imponeret. has duas conclusiones colligo ex sententia Soti lib. 4. de iust. & iure. quest. 2. art. 3. conclusione 4. circa finem, quem per omnia sequitur Couarruias lib. 1. varia. resolutio. cap. 2. num. 8. cui sententia libentissime subscribo, quia & iustissima est, & omne peccati periculum excludit.

Quam ob rem, cum crimen heresis inter nefanda & horrenda delicta connumeretur, immo sit grauissimum & maximum, nullus ut mortem euitet debet de eo se infamare, quemadmodum enim grauius peccaret, qui de eo crimine alterum infamaret; ita quoque peccaret qui infamaret se ipsum, iuxta doctrinam Archidiaconi in c. non est. 23. q. 5. Panormitani in c. ex parte. el. 2. de sepulturis. Syluestri in sum. verbo, detractio. q. 3. Caietani 2. 2. q. 73. art. 2. & aliorum asserentium perinde esse peccatum mortale infamare se ipsum, ac infamare proximum.

Quare in hoc casu, quamuis huic negatiua durissimum videatur innocentem mori, & propterea fortassis credat sibi licere ad mortem euadendam crimina obiecta fateri; nullo tamen modo id est permitendum, quam ob rem eorum theologorum & confessoriorum, qui negatiuum talem consolantur, & ad supplicium comitantur, minus erit eum inducere, ut veritatem prodatur, sed caueat omnino ne sibi crimen, quod non commisit, imponat, ut temporalem mortem euitet, memineritque, se si patienter eam iniuriam & supplicium toleret, velut martyrem esse coronandum.

Iam non obstant rationes initio adductae, quibus vno verbo respondemus, quod tamen concedamus homines dominos esse famam (quod tamen multi negant) ac de ea velut de pecunijs sibi disponere licere: certissimum tamen est tunc prohiberi cum praeter famam iacturam peccatum committitur, ut in casu proposito.

Ac praesente potestate curiae secularis, etc. ¶ In omnibus sententijs coram qui curiae seculari relinquantur, Emericus secutus iura de hereticis in hac causa tractantia, semper meminit praesentiae curiae secularis: quare non infrugifera hinc nec inutilis oritur dubitatio: An Episcopus, vel Inquisitor possint ad talem sententiam diffinitiuam procedere, absente iudice seculari: vel contra, ita eius praesentia exigatur, ut sententia aliter lata nulla sit.

Ac prima quidem fronte dicendum videtur praesentiam secularis iudicis requiri; quoniam ubi certa forma, seu modus adimgitur iurisdictioni alicuius iudicis, cessante eo modo, iurisdictione cessare videtur. l. cum hi. §. si praetor. ff. de transactio. facit textus

Ut mortem fugiam? non licet fateri crimine quod non fecimus.

Contellarij quid agere debeant circa negatiuum.

textus in cap. quia propter de electio. at a iure praeseribitur Inquisitoribus certus modus promulgandi sententias aduersus haereticos, videlicet, vt eas pronuntient relinquentes damnatos praesentibus Potestatis secularibus animaduersione debita puniendos. c. excommunicamus. 1. in principio, de haeret. c. ad abolendam. s. illos. de haeret. & c. nouimus. de verb. signifi. fit ergo, vt aliter nequeant sententias pronuntiare.

Rursus, cum aliquid est inductum a iure pro solemnitate sententiae, si illud praetermittitur, non valet sententia. 2. q. 1. in summa. cap. nihil. & c. Primates. eadem causa. & q. quare in casu proposito necessaria videtur iudicis secularis praesentia, cum velut certa quaedam solemnitas a iure praescripta esse videatur.

Præsentia iudicis secularis quatenus exigatur.

Verum hic non obstantibus, certior & verior sententia est, valere sententiam condemnatoriam aduersus haereticos latam in absentia iudicis secularis, dummodo interueniant alia substantialia, quamuis enim iura requirant in tali sententia, seu actu condemnandi, praesentiam iudicis secularis, seu Bailiuorum suorum, non ita postulant, vt absq; illis nihil utile geratur, sed vt illi velut ministri sententiam latam debita executioni madaent: nã omnis actus alius praeterea illis interdicitur in hoc crimine, quod mere est ecclesiasticum. c. vt inquisitionis. s. prohibemus. de haeret. lib. 6.

Iam si praesentia Potestatis secularis necessaria esset in proferenda sententia condemnatoria contra haereticos impenitentes, vel relapsos, facile ob hanc causam posset impediri officium inquisitionis, dum magistratus secularis, aut nullus, aut si sita interdum quasi ta causa, suam praesentiam denegaret.

Postremo ita iudicandum videtur de praesentia iudicis secularis in hac causa, ac de adhibendo & requirendo peritorum consilio sine quo Inquisitores iudicare possunt, cum non teneantur necessario peritorum, aut consiliorum iudicium aut opinionem sequi, vt dixi infra in hac 3. parte super quest. 78. itaque quemadmodum sententia lata, vel contra suffragium peritorum, vel non requisitis eorum suffragiis iure valet, eodem modo valebit non adhibita praesentia iudicis secularis.

Sed cum Inquisitor & Episcopus in reum sententiam tulerint, vbi suam praesentiam, aut noluerit, aut non potuerit prestare secularis magistratus, ea quidem valida erit, & sufficiet per legitimam personam, publica si opus fuerit scriptura interueniente (quod est tutius) intimare iudici seculari talem, verbi gratia Caluinum, pertinacem haereticum & impenitentem, seu relapsum esse indicatum: ipseque magistratus secularis, quamuis praesens sententiae non assuerit, fidem huic intimationi debet adhibere, & haereticum sibi traditum ultimo supplicio afficere, nisi velit tãquam haereticorum fautor, & sacri officij impeditor grauius coarctari: nec processus copia sibi est tradenda, vt late alibi differui.

Hic ita vere constitutis, non obstant adducta in contrarium, quibus vnica solutione satisfacimus, dicentes ex sententia glossae in clemen. 1. verbo, inbibentes, circa medium de iure patronatus. quod vbi mandatur aliquid sub certo modo faciendum ei, qui

aliã habet super ea re ordinariã iurisdictionẽ, etiã si procedat illo modo, & forma non seruata, vel omiffa, valet nihilominus, & tenet actus, manifestum est autem, Episcopos iurisdictionem ordinariam habere ad coercendos haereticos: quamuis ergo non obseruent in hoc casu istam solemnitatem de adhibenda praesentia iudicis secularis, cum reos damnãt, nihilominus sententia valebit.

De Inquisitoribus vero, qui aliã non habent ordinariam iurisdictionem contra haereticos, dubium maĩus esse posset: nihilominus tamen dicimus idem in eis locum habere, quoniam in negotio haereticæ prauitatis eorum potestas & iurisdictione equiparatur potestati ordinariã: immo non inepte quidem asserunt, maiorem eorum esse iurisdictionem in causis fidei, vt alibi examinabimus. quare quod de vno dicitur, de altero penitus accipi potest. & hanc sententiam olim etiam inuenio comprobata in responso quodam de hac re edito, quod extat in vetustio illo codice Marcelli secundi Pontificis Maximi, cuius nobis copia fecit Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Guilielmus Sirletus, a qua nullo pacto crederem recedendum.

De tertio decimo modo terminandi processum fidei per condemnationẽ conuicti de haeresi contumaciter absentis, vel fugitiui.



Ertius decimus & vltimus modus processum fidei terminandi & finendi est, quãdo delatus de haereticæ prauitate, processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur conuictus de haereticæ prauitate: est tamen fugitiuus, seu absens contumaciter, sed congruo tempore expectatus: & hoc est in tribus casibus.

Primus est, quando ipse delatus est deprehensus in haeresi, vel confessione propria, vel facti euentia, vel testium productione legitima: sed fugit, vel se absentauit, & citatus legitime noluit comparere.

Secundus casus est, quando aliquis est delatus de haereticæ prauitate, & recepta informatione aliquã contra eum, habetur aliquãliter, seu leniter suspectus de haeresi, & sic citatur responsurus de fide; & quia reuult contumaciter comparere, excommunicatur, & excommunicatus sustinet illam excommunicationem per annũ animo pertinaci, & semper contumaciter se absentat.

Tertius casus est: quando aliquis impediuit di recte iudicium, sententiam, seu processum fidei Episcopi, vel Inquisitoris; vel qui ad hoc dederit auxilium, consilium, vel fauorem, & contumaciter se absentauit. Talis est excommunicationis mucrone percussus, quam si sustinuerit per annũ animo indurato, ex tunc est vt haereticus condemnandus, per c. Vt inquisitionis. s. prohibemus. de haeret. lib. 6.

In primo casu ille talis est impenitens haereticus condemnandus, iuxta c. Ad abolendam. s. praesenti.

fenti. In secundo casu, & tertio non est haereticus impenitens iudicandus, sed tamquam seu vt haereticus impenitens condemnandus, iuxta c. Cũ contumacia, & per c. Vt inquisitionis. s. prohibemus. de haeret. lib. 6.

Circa quemlibet istorum talis practica seruanda est. Talis enim congruo tempore expectatus citetur per Episcopum, vel Inquisitorẽ in Ecclesia cathedrali illius diocesis, in qua deliquit, & in alijs Ecclesijs illius loci, vbi domicilium contrahebat, & specialiter vnde fugit, & citabitur per formam tenoris sequentis.

Forma citandi conuictum de haeresi absentem, vel fugitiuum contumacem ad sententiam.

213

Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor haereticæ prauitatis, in terris talis domini ditioni subiectis, a sancta sede Apostolica specialiter delegatus, tali, talis diocesis, seu talis ordinis, seu religionis, Spiritum consilij prioris.

PRAE cunctis nostræ mentis desiderabilibus illud potissimum infigitur cordi nostro, ne temporibus nostris in dicta tali diocesi vberẽ, florẽtẽq; vineam, Ecclesiam, inquam vineam Domini fabricauit, quam summi Patris dextera virtuosius colplantauit, quam eiusdem Patris Filius proprij, ac viuifici vnda cruoris vberius irrigauit, quam ipse almus Spiritus paraclitis miris ineffabilibusq; donis intimius fecundauit, quam tota ipsa incomprehensibilis, atq; inattingibilis Trinitas beata, grandissimis, varijsque priuilegijs sanctius dotauit pariter & ditauit, Aper de fylua, q̄ est & dicitur haereticus quilibet, absorbeat & depascat, fructus fidei vberes deuastando, ac lacerantes, haereticum vepres palmitibus inserendo, serpẽsq; tortuosus nostri improbus humani generis inimicus, efflans virus, qui est Satanas & Diabolus; eiusdẽ vineę Dominicae palmites inficiat, atq; fructus, virus prauitatis haereticę immittendo. † Ne etiam ager ipse Dominicus, populus inquam catholicus, ad quẽ excolendum pariter & ferendum descendit de summorum polorum arce, Dei Patris vnigenitus atq; primogenitus, seminauit miris sanctisq; praedicationibus, discurret per villas & castella docēs non sine magnis fatigationibus, elegit Apostolos viros vtique operarios industrios, ac conduxit ditans illos aternis retributionibus, expectans ipse Dei filius de agro isto magno illo die iudicij extremo vberes manipulos colligere, & per manus sanctorum angelorum recondere in caelesti horreo sancto suo, Sampsonisque vulpeculae intricatae, quę sunt personae labe haereticæ deprauatae facies quidem habentes diuersas, sed caudas ignitas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum, fegetem Dominicam iam albam ad messẽ, splendoribus fidei relictam, morsu amarissimo demoliantur, ac discursu subtilissimo † perdant, impetuque validis

† Subintelligendum hic videtur aliquid verbum, nempe, arce, aut a. hinc simile.

† Al. velocissimo

fimo accedant, pariter & accendant, dissipent & deuastent, sinceritatem sanctę fidei catholice subtiliter & damnabiliter subuertedo: ea propter cum tu talis incidaris in damnatas haereses manifeste, illas publice in tali Ecclesia praedicando, seu taliter, dicatur, seu fueris per testes legitimis conuictus de haeretica prauitate, siue deprehensus propria confessione in iudicio per nos recepta, & post captus fugeris, medicinam refutans salutarẽ: Nos vero citauerimus te vt de & super his coram nobis manifestius responderes, tuque ductus ma ligno spiritu pariter & seductus reueris comparere; Vel sic: Ea propter cum tu talis delatus nobis de haeretica prauitate, & recepta informatione contra te aliã de eadem effes nobis suspectus leuiter, quod fores infectus labe praedicta, citauimus te, quatenus corã nobis personaliter cõpareas de fide catholica responsurus: Cumq; citatus reueris contumaciter comparere, excommunicauimus te, ac excommunicatũ fecimus publicari, in qua excommunicatione steteris per annũ, seu annos tot animo pertinaci, latens, & fugiẽs hinc & inde, ita q̄ nunc quõ te duxerit malignus spiritus ignoramus, et cũ te expectauerim misericorditer & benigne, vt reuertereris ad gremiũ Ecclesię sanctę Dei, & ad sanctę fidei vnitatem; tu facere contempsisti in reprobum sensum datus. Sane cũ velimus (vt tenemur, iustitia nos cogente) causam tuam huiusmodi, sine debito terminare, nec valeamus tam nefanda crimina conuenientibus oculis tolerare: Nos Episcopus & Inquisitor iudices in causis fidei supra dictis, te talẽ saperatũ latitantẽ, profugum, & fugitiuum per praesens nostrũ edictum publicum requirimus pariter & citamus per remptorie, quatenus tali die, talis mensis, de tali anno in tali Ecclesia cathedrali talis diocesis hora tertia, comparcas personaliter coram nobis diffinitiuam sententiã auditorus; significantes quõd siue comparueris, siue nõ, procedemus ad nostrã sententiã diffinitiuam contra te, prout ius, & iustitia suadebunt. Et vt praesens nostra citatio perueniat ad tui notitiam, nec valeas ignorantie vela mine te tueri, praesentes nostras litteras, dictas requisitionem & citationem nostras in se continentes, volumus & mandamus affigi in valuis publicae talis praedicta Ecclesię cathedralis, in quorum testimonium singulorum, praesentes nostras litteras impressione nostrorum sigillorum iussimus communiri. Datum, & cetera.

Adueniente autem die praefixa ad audiendam diffinitiuam sententiã assignata, si profugus conparuerit & consenserit publice omnẽ haereticum ab iurare, humiliter panitẽs, admitti ad misericordiã postulando, si relapsus non fuerit, admittetur; & si fuerit deprehensus propria confessione, vel testium legitima productione, ab iurare & panitebit vt haereticus panitens, secundum modum de quo agitur supra in octauo modo processũ fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Sed si fuerit suspectus violẽter, quia citatus responsurus de fide noluit comparere, & fuit ex hoc excommunicatus, & stetit in excommunicatione per annum animo pertinaci, & panitebit, admittetur

214. De citatis absentibus post annum.

L I mittetur

mittetur & abiurabit omnē heresim, & penitebit A vt hereticus suspectus de heresi violēter penitēs, secundū modū de quo agitur supra in sexto modo processum fidei terminandi.

Si autem comparuerit & non consenserit ab- iurare, tradetur vt verus hereticus impānitens p̄fens brachio s̄culari, per modum de quo di- ctum est supra, & agitur in decimo modo proces- sum fidei terminandi.

Si autem contumaciter renuerit comparere, fa- cto sermone per Inquisitorem, iuxta materiam, si talis profugus fuerit in sacris ordinibus constitu- tus, seu aliās cuiuscunque religionis, seu ordinis obumbratione fuscatus, Episcopus in pontifi- calibus indutus, degradabit eum, non realiter ea quę sunt sui officij ab eo personaliter auferendo, cum non sit p̄fens: sed verbaliter & per senten- tiam eundem ab officio deponendo, iuxta c. Ver- ritatis est verbum, de dolo & contu. & agitur su- pra parte 2. q. 40.

Deponet autem eum Episcopus, seu degrada- bit per sententiam tenoris sequentis.

215 Forma degradandi verbaliter absentē condemnandum vt impānitentem.

Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & cetera.

ATTENDENTES, quōd tu talis in sacris ordinibus constitutus, exprimat̄ur, vel talis reli- gionis obūbratione fuscatus, exprimat̄ur, tuis de- meritis exigentibus, es mox per nos & venerabi- lem Inquisitorē hereticę prauitatis impānitens he- reticus iudicandus, & vt talis per nostram senten- tiā relinquendus brachio s̄culari: propter iu- stitiam exigentem, & vt nobis mandant canonica san- ctiones, sententiam depositionis, ac degradationis in & contra te ferimus in his scriptis, te ab omni officio sacerdotali, & sacris ordinibus, ac predica- tione, atq; confessioni tū audientia deponentes. La- ta sunt hæc sententia, & cetera.

Formatur depositionis sententia secundū q̄ in tali sacro ordine, vel tali fuerit cōstitutus. Qua la- ta, Episcopus & Inquisitor forment sententiā cō- tra eum, iudicādo eū hereticum pertinacem, & si volunt, etiam relinquendo eum per sententiam brachio s̄culari: hoc est à foro ecclesiastico ex- pellendo, licet non realiter tradendo, quia nō est p̄fens; & si volunt, etiam possunt se habere mi- tius, scilicet, q̄ declarent eum fore hereticum im- pānitentem, sed non relinquant brachio s̄culari, nec à suo foro expellant ad finem q̄ si adhuc vo- luerit penitere, possit libere & absque quæstione admitti ad misericordiam, & abiuret.

Feretur autem sententia per modum tenoris sequentis.

Forma ferendi sententiam contra absen- tem, vel fugitiuum declarandum hæ- reticum impānitentem.

16 Nos N. Episcopus miseratione diuina talis ciuitatis, & frater N. Inquisitor hereti-

ce prauitatis, in terris talis dñi ditionis sub- iectis, à sancta sede Apostolica specialiter de- legatus.

ATTENDENTES, quōd tu talis de ta- li loco, talis diocesis, fuisti nobis delatus de multi-plici hæretica prauitate, fama publica referētē, seu fide dignorum insinuatione: Nos publica ex offi- cio incumbit, descendimus ad videndū, ac inqui- rēdū, an clamor, qui ad aures nostras peruenerat, veritate aliqua fulciretur, & an tu sic delatus am- bulares in tenebris, vel in luce: verū eū inuenisse- mus te in hæresim deprehensum, deponentibus contra te quāpluribus testibus fide dignis te, corā nobis aduocatū iussumus detineri, ac te interrogā- tes medio iuramento, confessus es nobis iudiciali- ter, quōd fuisti tanto tempore infectus prædicta hæretica prauitate: & quōd eras paratus penitere, ac dictam heresim abiurare, & facere quæ tibi fo- rent per nos imposita & mandata, dicatur vt fuit: Sed post maligni spiritus consilio ductus pariter & seductus, metuens tua vulnera vino & oleo sa- lubriter confoueri, carcerem & arrestum fregisti pariter & aufugisti, latitans hinc & inde; & quōd te malignus spiritus duxerit antefatus totaliter ignoramus. Velsic: Verum cum inuenissemus contra te (taliter, vt prædicatur, nobis delatum de heretica prauitate) multa indicia, propter quæ suspectum leuiter de prauitate prædicta te meri- to haberemus, citauimus te per publicum edi- ctum in talibus, & talibus ecclesijs talis diocesis; quatenus infra certum terminum tibi per nos præ- fixum, coram nobis in tali loco personaliter com- pareres, in & super prædictis contra te depōsi- tis; & aliās de fide catholica, & eius articulis re- spōsurus: Tu vero infano cōsilio inherēdo, renui- sti contumaciter comparere: Cūque iustitia exi- gente te excommunicauerimus, ac fecerimus ex- communicationem publice denunciari; tu medicinam salutarem, dictam excommunica- tionem ultra quam per annum sustinuisi, & ad- huc sustines in reprobum sensum datus: animo pertinaci; & profugus latitans hinc & inde, ita vt quōd te malignus spiritus duxerit, ignoremus. Sane cū longo tēpore quia tamdiu, t̄ te expectaue- rit Ecclesia sancta Dei misericorditer & benigne quatenus ad eius misericordiæ gremiū euolares, ab erroribus resiliēdo, & fidē catholicā p̄stēdo, ipsaq; te clemētia vberibus enutrirer; malignorū seductus consilio, acquiescere recusasti, in tua p̄tinacia persecueras. Verum cū vellemus, prout volumus, & debemus, iustitia nos cogēte, causam tuam sine debito per sententiam terminare, citau- mus te; quatenus hac die, & hora, & hoc loco, cō- pareres personaliter corā nobis, diffinitiuam sen- tentiam auditurus: & quia renuisti contumaciter comparere, merito te ostendis velle perpetuo in in tuis heresibus & erroribus remanere, qđ dolen- tes referimus, & referendo dolemus. Sed cū non possimus, nec velimus iustitiā subterfugere, nec tantā inobedientiam & contumaciam ad Dei Ec- clesiam tolerare, ad exaltationem fidei catholicę, & ad extirpationem prauitatis hereticę iusti- tia exigente, & tua inobedientia ac contumacia requi-

requisita hac die, hora, & loco tibi in antea ad audiendū diffinitiuam sententiā peremptorie assi- genatis, præhabito consilio multorū peritorū tam in iure canonico, quā in theologie facultate, si- ue in iure ciuili, p̄cessus meritis visis & diligēter discussis, omnibusq; in eis contentis equa lance li- bratis: Nos sedentes pro tribunali more iudiciū iu- dicantium, sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis, vt de vultu Dei iudiciū nostrum prodeat, & oculi nostri videant equitatē, habentesq; præ o- culis solum Deum, & sanctę fidei irrefragabilem veritatē, contra te talem absentem, vt presentem, beati Pauli Apostoli vestigia imitantes, sententiā diffinitiuam taliter ferimus in his scriptis.

CHRISTI NOMINE INVOCATO.

NOS Episcopus & Inquisitor iudices in cau- sa fidei memorati, attendentes in causa ista fidei, ac processibus inde cōfectis, ordinē iuris fore ser- uatum: attendentes etiam q̄ legitime citatus non comparuisti, nec per te nec per aliū te aliquatē excusasti: attendentes etiam, quōd in præfatis he- resibus longo tempore contumaciter persististi, & adhuc etiā perseueras, ac ex cōmunicationē per tot annos in causa fidei sustinuisi, prout & nunc sustines animo indurato: attendentes etiam quōd Ecclesia sancta Dei non habet ultra erga te quid faciat, cum perseueres, & perseuerare velis in ex- communicatione, & heresibus prælibatis: Ea propter beati Pauli vestigia sectātes, declaramus, diffinimus, ac sententiamus, te talem absentem, vt presentem, esse hereticum pertinacem, & vt ta- lem relinquendum brachio s̄culari, & per nostrā sententiam diffinitiuam te à foro ecclesiastico expellimus, ac relinquimus potestati curiæ s̄culari- s: eandē curiam affectuosius deprecantes, vt si quando te habuerit in sua potestate, erga te citra sanguinis effusionē & mortis periculū suā senten- tiā moderetur. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Considerandum est hic, quōd si iste profu- gus & contumax fuerit deprehensus in heresim, vel propria confessione, vel testibus legitimis, & ante abiurationem aufugerit, est per sententiam vere hereticus impānitens iudicandus; & ita in sententia ponendum.

Si autē aliter non fuerit deprehensus, nisi quia delatus & suspectus habitus fuerit citatus de fide responsurus, & quia renuit comparere, fuit excō- municatus, & i excōmunicatione stetit ultraquā per annū animo indurato, & tandem noluerit cō- parere: iste non est iudicandus hereticus, sed vt hereticus, & vt talis condemnandus; & ita ponen- dum est in sententia, vt dictum est prius.

COMMENT. XLIX.

Referunt Iacobus Sprengerius in malleo male- ficarum 3. par. q. 32. Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 25. et Locatus in fine operis iudicialis in formula sententię contra hereticū fugitiuū contu- macem, et congruo tempore expectatū. & Syluester tract. de Strigibus lib. 3. c. 4. p̄m̄cto. 15.

Est autem totus hic EymERICI locus planus et fa- cilis, et in praxi velut præcedentes maiori ex parte

etiā nunc susceptus et v̄s̄tatus, paucis exceptis, quæ ob temporū varietatem sunt addita, vel immutata: quę qualia sint, suis locis explicabuntur. iam quę ad hunc locū spectant, copiose tractauit Simacas de ca- llo. insit. tit. 2. & in enchiridio tit. 4. §.

a ¶ In secundo casu & tertio non est hereticus impānitens iudicandus: sed, tanquam; seu, vt, hereticus impānitens condemnandus.] Optime loquitur EymERICUS, & secundum iuris regulas: & ratio differentię est, quia in primo casu de heresi cō- stabat (vt ipsemet auctor docet hic in principio ver- si. primus est.) per confessionem, vel facti euidentiā, vel testium depositionem: in secundo vero & tertio solum per iuris præsumptionem.

Hoc vero discrimen dū vult auctor adnotare, ad- dit illas voces, tanquam; &, vt: quę licet quandoq; veritatem significant, at vt plurimū similitudinem includunt. c. cum dudum 1. de electio. & alibi sæpe, quæ velut nota omitto.

Archidiaconus, Ioannes And. et Francus in c. cum contumacia. de heret. lib. 6. veritatem significa- re putat: sed re vera EymERICI sententia hoc loco ma- gis videtur secundum iura: quoniam ista dictiones, et alię similes in materia præsumptionum aut nunquā, aut raro significant veritatem. præsumptio enim non est veritas ipsa, quamuis sepius super veritate s̄i- detur. quam ob rem benignior est EymERICI sententia hic dicentis, absentem in secundo et tertio casu non esse condemnandum sicut vere hereticum, sed tan- quam hereticum, aut vt hereticum. iuris enim præ- sumptione hereticus putatur, licet fortassis re vera hereticus non sit; quod ipsum docuit paulo antea EymERICUS in sexto modo terminandi processum, num. 174. §. circa istum. & ita obseruandum (& recte iudicio meo) admonet in postremis verbis huius 13. modi. num. 217.

Neque his aduersatur elegans decisio Bellamey 676. incip. Contumax vt hereticus. probantis hūc contumacem absentem verum hereticum esse repu- tandum, quod nos non negamus: nam re vera iuris s̄i- ctione hereticus verus creditur, quia talis suspicio violenta est; nihilominus tamen probationem potest recipere in contrariū. c. nec aliqua. 27. q. 1. c. causam. & c. proposuisti. de probatio.

b ¶ Forma citandi conuictum de heresi absen- tem, &c.] De citandis absentibus satis multa dixit EymERICUS supra 3. par. nu. 130. in quinto impedi- mento, quod prorogat Inquisitoris iudicium & sen- tentiam, vbi nos diximus satis copiose. hic vero op- portune addit, quomodo sint citandi contumaces ad audiendam sententiā contra eos ferendam, nisi intra terminum præscriptum accesserint, ac sui copiā fe- cerint in iudicio Inquisitorum.

Quantum vero ad hæc citationis formā attinet, tamen receptum est, vt breuius concipiatur citatio- nū formulę omisiss his longis quamuis eruditus exor- dijs: in qua re quisq; suo iudicio, seruatis tamē sub- stantialibus, potest citandi formulam componere.

Obseruandum est autē hoc loco diligentissime an tequam pronuntietur sententię contra absentes in causa heresis, plurimū referre, an absens contumax plene cōuictus sit de vera et formali heresi eo modo, quo di-

Num. 212. Absentes con- tumaces, an damnandi si- cut heretici, vel tanquam heretici.

Distictes, vt: &, tanquam an significet fidionē, vel veritatem.

Num. 213.

Priusquam ferantur sen- tentiæ con- tra absentes, quis ordo ser- uandus.

quo dixit Emericus in principio huius modi, verfi. primus est. an vero solū heresis suspitione laboret.

Si primo modo quis in causa fidei contumax sit et absens, nec cōprehendi potest, tunc hoc ordine res est gerenda: edictis publicis est vocandus reus, quibus ei denuntiatur, vt verbi gratia intra triginta dies cōpareat demonstraturus suam innocentiam. ea vero dilatio peremptoria esse debet, id est, vna pro tribus, in qua citatus est reus ad omnia et singula iudicij acta, illo addito iudices violata religionis de sua causa cōgnituros, et sententiā pronuntiaturos contra ipsum, nisi compareat, iuxta textum in l. ad peremptorium. cum legibus sequentibus. ff. de iudicij. c. de illi c. 24. q. 3. cum similibus.

His peractis, si reus non comparuerit, accusata eius contumacia in singulis edicti terminis, fiscalis sancta Inquisitionis libellum accusatorium edet, iuxta ordinem traditum à nobis supra in hac parte nu. 67. quo exhibito, ordine iudiciario procedetur, obseruata sancti Officij consuetudine et legibus, quibus absolutis, si de crimine vere constiterit, de quo in casu proposito raro non constat, sententiā in reum pronuntianda est, quandocumque processus rite et legitime fuerit absolutus. Bernardinus Diaz practica crimi. cano. c. 142. Simancas de catho. inslit. tit. 2. nu. 6. et 7. Et hoc casu ne frustra sententiā ferri videatur, statua absentis produci solet in publicum, et comburenda tradi ministris secularibus, vt paulo post plenius dicam.

Quod si is qui absens est in causa fidei, solū est de heresi suspectus, citandus est, vt accedat de fide respōsurus intra certū tempus ei prescriptum, vt alibi scripsimus, qui si non accesserit intra prescriptum tempus, pronuntiandus est excommunicatus, in qua si per annum extiterit animo pertinaci, eo completo tū quam hereticus est damnandus. c. cū contumacia. de heret. lib. 6. Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 11. nam expleto anno iam est factus vere contumax, et tunc debito iuris ordine seruato velut hereticus damnabitur, vt paulo antea diximus ac talis quidē ordo est in vrisque seruandus, vt breuiter in hac causā certis regulis quid sit faciendū intelligatur, praxim ab Emerico hic accipe.

Num. 214.

Anno elapso non auditur contumax quoad bona, sed bene de crimine.

Adueniente autem die prefixa, & c. si profugus comparuerit, & c. & confenserit publice omnem heresim abiurare, & c. admittetur, & c. Sed nomine post annum velut hereticus est condemnandus, c. cum contumacia, de heret. lib. 6. et propterea videtur ei audientia deneganda? Respondeo, non audiri expleto anno quoad hoc ut bona recuperet, nisi vel de innocentia eius, uel de iusto impedimento legitime constiterit: auditur tamen quantum attinet ad excusandum crimen, et probandam innocentiam quocumque tempore, non obstante, quod quinis terminis sibi assignatus fuerit elapsus, vt vere docet glossa cōmuniter recepta in c. excommunicamus. §. qui autem, verbo, condemnentur. de heret. per textum in l. annus. ff. de requirendis reis, ibi: In summa sciendum est, nulla temporis prescriptione à causā defensionis summoueri eum, qui requirendus adnotatus est. hęc ibi. Simancas de catho. inslit. tit. 2. nu. 20. et tit. 14. nu. 10.

Ex quibus intelliges, iniqua esse et valde iniusta

earum ciuitatum statuta, quibus cauetur, vt certo tempore expleto post latam sententiā in absentia ob contumaciam reus nullatenus audiatur, etiā quoad crimen: hęc enim omnia statuta, velut contra naturalem rationem condita, qua defensionem cuique permittit, delenda penitus essent: sed non est nostrū hac emendare.

Forma degradandi verbaliter absentem condegnandum, vt impenitentem. Multa hoc loco commemorat Emericus notata digna; inter que dubia sunt aliqua, queque necessario declaratione indigeant. primum dicit, absentem contumacem si fuerit in sacris constitutus ordinibus, verbaliter degradandum; nam realiter, seu actualiter non potest, cum sit absens: et in hoc nulla est controuersia. subiungit postea, posse hunc ita verbaliter degradatum relinqui per sententiā brachio seculari, non realiter, cum non sit presens, seu sicte. addit etiam, mitius posse rem tractari, si non tradatur curi seculari, vt quotiens ille reuertī voluerit, possit ad misericordiam admitti.

In his verbis illa occurrit grauissima dubitatio, et huius loci propria, et obseruatione dignissima: An clericus in sacris constitutus ob contumaciam condemnatus in absentia, addo etiam verbaliter degradatus, (vt cum Emerico hic rem proponam) ubi fide traditus fuerit curi seculari, possit absq; reali degradatione puniri à iudice seculari, quotiens illum inuenerit et ceperit. Emericus hoc loco nō obsecure videtur indicare id posse facere iudicem secularē, ait enim: Sed nō relinquat brachio seculari, nec à suo foro expellat, ad finē, qd si adhuc voluerit penitere, possit libere et absq; questione admitti ad misericordiam, & abiuret, hęc Emericus, Sentire ergo videtur, quod si expulsus fuerit de foro eclesie, iudex secularis potest tunc in eum omne suū imperium exercere: nec erit locus penitentię etiam si reuertī voluerit, sed quod poterit cum punire etiam non secuta reali degradatione.

Et pro hac sententiā facit doctrina Ioannis Lupi doctoris Hispani tractatu de libertate Ecclēsię q. 9. afferentis quod in quocumque delicto, propter quod clericus degradari meruisset, si absens citatur et non comparet, et condemnatur in absentia, et legitime conuincitur, verbi gratia testibus, et datur facultas ab ecclesiastico iudice iudicij seculari, vt capiat eum, et secundum suas leges iudicet, quod ex hac sola sententiā, sine alia actuali degradatione, talis clericus habetur pro realiter degradato ad hoc vt non gaudeat privilegio clericali, per textum in c. cum non ab homine. de iudi.

Rursus, eandē sententiā probare potest cōmunis illa Doctorū opinio in c. 1. de homicidio. lib. 6. asserētū, clericū de assassinio imputatū, ubi probatū hoc fuerit et declaratū, posse iudicem secularē ipsum punire nulla precedere actuali degradatione: et hęc esse testatur communem opinionem Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 36. ver. sed quęro. quod multo magis videtur habere posse locū in clerico heretico, qui grauius crimen cōmiserit. c. vergentia. de heret.

Postremo, quāuis per verbalem degradationem iudex laicus nullā asequatur iurisdictionē in clericum ita degradatū: hoc tamen fallit, quando preter verbalem

Num. 215.

Verbaliter tantum degradatus, an possit puniri per iudicē secularem.

In sententiā contra clericos cōtumaces in hoc delicto, qd obseruandū.

verbalem degradationem relictū est amplius curi seculari: nā tunc perinde ac si esset actualiter degradatus, subest iurisdictioni iudicis secularis. et hęc etiā testatur esse cōmunem opinionē Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 36. ver. scias autem.

Ex his et alijs multis sit valde probabilis hęc Emerici sententiā. mihi tamen (quamuis grauissima sit hęc questio, et fere naucleris destituta, cum nusquam viderim in his terminis tractatā) in hoc casu ita sentiendum videtur. Primū quotiens sine in clericos, siue in laicos absentes huius criminis reos pronuntiat sententiā, mitius est et benignius, (vt hic obseruat Emericus,) ne ecclesiastici iudices eū expellat de foro suo, ob rationē, quam adducit, vt videlicet, si cōuertī voluerit, sine questione, hoc est, absq; controuersia, possit ab Inquisitoribus recipi, ne iudex secularis dicat se acquisiuisse super eū, per talem scitā traditionē sibi factam, iurisdictionem et potestatem.

Preterea dico, qd quamuis clericus in sacris constitutus verbaliter degradatus et sicte relictus curi seculari, iure posset puniri per iudicem secularē, et vt rimo supplicio affici: tamen est et humanus, ut actualiter degradetur: quoniā intra loquentia de degradatione ad effectum tradendū aliquid curi seculari, ut per iudicē secularē puniatur, de actuali omnino videtur accipiendū. c. quoniā. de heret. lib. 6. c. degradatio. de penis. c. excommunicamus. el. 2. de heret. quibus locis degradationem nomine vere et proprie actualē degradationem accipimus: nā verbalis degradatio, de positio solet vocari, vt optime tradit Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 74. in principio. et nisi ita fieret, populus commoueretur vehementer, dicēs indignū fieri facinus absq; actuali degradatione clericū in sacris constitutū vltimo supplicio affici: quod aliquando contigisse scio.

Tandem addo quod, quamuis superior sententiā vera sit in alijs criminibus, pro quibus clericus potest degradari, vt in eo qui commisit crimē falsi, et in eo qui intulit calumniā Episcopo suo, iuxta glossam in c. ad abolendam. verbo, relinquatur. de hereticis. et in assassinio, in quo ipso iure dicitur degradatus. c. 1. de homicidio. lib. 6. quibus casibus postquam de crimine constituit, et in potestatem iudicis secularis clericū redacti sunt, non audiuntur, et si conuerti velint: in crimine tamen heresis in proposta nostra difficultate, non videtur ita sentiendum, cum sit crimen occultum, et in mente consistens, et propterea non crederentur, vt absenti contumaci redeunt etiam degradato (vt hic scribit Emericus) audientia de negaretur: itaque melius est, vt semper admittatur ad proponendam excusationem de crimine, et ad misericordiam etiam, si humiliter petierit. et hęc sententiā tum maxime obseruanda esset, cum is qui in absentia condemnatus est per fidei iuris presumpiones tantum esset conuictus de crimine, vt quia per annum sustinuit excommunicationem in causa fidei, nec comparuit ad se defendendum, iuxta textum in c. cum contumacia. de heret. lib. 6.

Iam magistratus seculares non obstante verbali degradatione, et traditione sibi facta in hoc crimine melius facient si clericū capum Inquisitoribus afferant, vt ab ipsis audiatur, et quid sit faciendū, iudicetur. quod ipsum et circa laicum quoque putarē

Absenti contumaci degradato reuertenti, non videtur audientia deneganda.

obseruandum: et idco melius esset, vt in talibus sententijs ferendis Inquisitores nominatim dicerent, ac iuberent magistratibus secularibus, vt quotiens tales in absentia damnatos inuenerint, et ceperint, id sibi significare debeant in hęc, aut similia verba. Et contra eundem de capiēdo ipsum personaliter vbicumque locorum officio nostro subiectorum reperitus fuerit, & c. mandatum executiuum decernendum fore, & esse, quemadmodum nunc decernimus et relaxamus, et exequi mandamus, ipsumque captum carcerandum esse per quencū que iustitię ministrū: ac eius carcerationē nobis significari debere, vt quod iustitia postulerit exequi valeamus: & c. Quę verba et pronuntiandę sententię modum vidimus in quodam manuscripto libro, quo continebatur forma sententię contra tales ferendę.

Sententiā diffinitiuam taliter ferimus in his scriptis. Est tamen questio, An elapso anno requiratur sententiā condemnatoria, vel censeatur iā ipso iure lata. et Hostiensis, Ioannes And. Ioannes Anania, Panormitanus, Felynus, et ceteri communiter in c. excommunicamus. §. qui autē de heret. et Philippus Frachus in c. cū contumacia. de heret. lib. 6. nu. 2. vers. secūdo nota. vno cōsensu autē, post exactū annū nō requiri sententiā iudicis condemnatoriā, sed ipso iure in eos iam intelligi latam, cum lex ipsos cōdemnet. aut hęc. Gazaros. c. de heret. ubi ita scriptum est: Ita quod si licet per annum peccauerint, ex tunc omnes tanquam hereticos condemnamus. hęc ibi. quo loco verbum, condemnamus, quod est presentis temporis, ipso iure iam esse factā condemnationem demonstrat. atque hęc sententiā vera est.

Neq; huic opinioni obstitit textus in c. excommunicamus. el. primo. §. qui autē. et in c. cum contumacia. de heret. lib. 6. ubi non lata ipso iure sententiā, sed potius ferenda indicatur, dū dicitur: Ex tunc velut heretici condemnentur: quoniam, vt præcitatī Doctores, et vere asserunt, prædicta aut hęc. Gazaros. per Ecclesiam fuit in hoc crimine approbata. c. vt Inquisitionis. in principio. de heret. lib. 6.

Dum autem Emericus hic et Inquisitores singuli has in absentes cōtumaces sententiās ferunt, nihil de nouo statuunt, sed potius declarant, quod est contra ipsos per leges statutum. quare hęc sententię declaratorię potius sunt, quā de nouo cōdemnatorię, necessario tamen ferendę, vt his certis personis, quę per tales sententiās hereticę sunt declaratę, pōne à iure statutę applicentur.

Verum hoc est obseruatione dignissimum, quod receptissima consuetudine solet in hoc crimine custodiri, dum in absentes contumaces sententiā diffinitiuā pronuntiat: nam ne frustra lata esse videatur, et coram omni populo publicari solet, et amplius imago absentis, quam Statuam vulgo dicimus, in publicum producitur, cui titulus affigitur continens nomen et cognomen absentis cōtumacis qui damnatur, eaque statua seculari potestati traditur, in quam cōbustionis sententiā et pōnam exercet, ac facturus esset in absentem ipsum si presens affuisset, (nisi cōuertī voluisset) aut aliās esset relapsus. Simancas de catho. inslit. tit. 2. nu. 8.

Num. 216.

An elapso anno in hoc crimine requiratur sententiā condemnatoria.

Absentis imago quando produceda.

Ritus comburendi statuas in hoc crimine quado coepit.

Quando coepit hac laudabilis consuetudo comburendi statuas reorum absentium, qui ob contumaciam damnantur in hoc crimine, incertum est mihi...

Quis imago absentis sit combusta, si coepit, auditus est.

Atque hic est vnus casus, in quo statua eius qui damnatur pro hoc crimine, producitur in publicam actionem...

IN QUÆSTIONES CENTVM ET TRIGINTA super practica officij Inquisitionis obseruatio.



Aboluta praxi, non adhuc omnino fuit absoluendum opus. nam cum ingentes interdum difficultates in hoc negotio oriantur...

QUÆSTIONES CENTVM TRIGINTA

SUPER PRACTICA OFFICII INQUISITIONIS eidem officio congruentes.

QUÆSTIO PRIMA.

De conditione Inquisitoris.



PRIMA quæstio est: Inquisitor hereticæ prauitatis cuius debet esse conditionis? Respondemus, quod Inquisitor debet esse conuersatione honestus,

Enchyridio violata religionis tit. 45. num. 16. & si misericordiam petierit, admittendus erit ad Ecclesie gremium...

Atque ex his remanent iudicio nostro satis declarata ea, quæ pertinent ad ordinandos & absolucndos quoslibet processus...

Prudentia in Inquisitore maxime necessaria.

Fidei doctrina quæ dicatur.

Inquisitores iurisperiti, an theologici sint eligendi.

Prudentia in Inquisitore maxime necessaria.

Fidei doctrina quæ dicatur.

Inquisitores iurisperiti, an theologici sint eligendi.

Prudentia in Inquisitore maxime necessaria.

Fidei doctrina quæ dicatur.

Inquisitores iurisperiti, an theologici sint eligendi.

serio prafata partes ab huiusmodi contagijs expurgentur. Et infra: quatenus in charitate Dei, hominū timore postposito, virtutē Spiritus induentes ex alto, prædictum officium, & cetera.

COMMENT. L.

In causa fidei duo iudicium genera ordinarij, & delegati.

Vo sunt genera iudicium in causa fidei, Ordinarj, vt sumus Romanus Pontifex, & Episcopi locorum, qui cum ordinantur, seu consecrantur, iure diuino in hereticos accipiunt potestatem...

De Inquisitoribus qui tradantur.

Alij sunt iudices delegati, quibus à sede Apostolica hoc munus iudicandi hereticos in specie datū est, quos iura, Inquisitores, vocant: quæ appellatio vulgaris etiam facta est, cum vulgus quoque ita appellat.

Prudentia in Inquisitore maxime necessaria.

Ac de his quidem inquisitoribus delegatis multa multi tradunt. Repertoriū Inquisitorum, Locatus in opere iudiciali, Bernardus Comēsis in lucerna, et Tabienfis in summa verbo, Inquisitor. Simancas de catho. instit. tit. 34. idē in enchyridio tit. 7. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singulari 94. 95. & seq. & eleganter Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. & alij passim, qui cū de qualitate Inquisitorū differunt, quantum ad hunc EymERICI locum illustrandum spectat, eadem penitus tradūt: licet mutatis verbis: quæ tamen omnia hoc loco ab EymERICO breuiter recensentur.

Prudentia in Inquisitore maxime necessaria.

Prudentia circumspēctus. In omnibus iudicijs prudentia virtus penitus requiritur: sed maxime desideratur in Inquisitoribus hereticæ prauitatis cum plurima sint in hac causa, quæ prudentiæ potius quàm legū regulis debeant expediri.

Fidei doctrina quæ dicatur.

Sacra doctrina fidei eminenter eruditus. Vox Sacra, deest in Bononiensi et Sabellano, quam habent Barcinonensis & codex Cardinalis de Gābara. sed sine desit. sine ad sit per doctrinam fidei vere & proprie theologiæ cognitionem accipere debentur: inuis prudentia enim non dicitur fidei doctrina.

Inquisitores iurisperiti, an theologici sint eligendi.

Vnde videtur sentire EymERICUS, Inquisitores theologos potius quàm iurisperitos esse eligendos: et ita plane contendit Melchior Canus theologus & ipse non vulgaris lib. 8. c. 7. de locis theologicis. vers. quæ cum ita sint. & videtur etiam velle Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. quibus fauet doctrina Illustrissimi Cardinalis Caietani apud beatum Thomam 2. 2. q. 185. art. 3. & Augustini de Ancona in summa de potestate ecclesiastica q. 3. art. 5. afferentium omni tempore theologum iurisperito, vt Episcopus fiat, esse preferendum.

Fidei doctrina quæ dicatur.

Manifestum est autem in hac causa animaduerti in hereticos, Inquisitores in locum Episcoporum substitui: eligendi itaque videtur theologici. Quod si queratur, an Inquisitor hereticæ prauitatis debeat necessario esse sacerdos, Respon-

pondetur quod non, licet contrarium velit Franciscus Aretinus conf. 58. incipien. Diligenter nu. 6. vers. Restat igitur. nec valet ratio Aretini, quia Inquisitor absolutus redeunt, sed nō in foro penitentiæ.

Simancas tamen de catho. instit. tit. 4. 1. nu. 3. iurisperitos esse eligēdos relictiis theologis contendit. nec desunt grauisimæ rationes pro vtraque parte, quas studio breuitatis consulto omitto.

Veruntamen hoc est certum, quod solus theologus, aut solus iurisperitus non facile dirimet hanc litem, cum quisque causam suam tueatur, & pro se sententiam dicat.

Ego ita sentio, si fieri possit, vt esset eligendus Inquisitor omnino, qui vtraque studia & theologiæ & iurisperiti colisset: sin minus, ritus cuiusvis prouinciæ obseruetur: tamen si maiori ex parte in Italia Inquisitores Apostolici delegati, theologi eligantur; non propterea causæ fidei tractantur ineptæ, aut contra iuris regulas.

Hoc tamē esse debet exploratum, Inquisitores in primis diuinarum litterarum et sacrorum canonum peritos esse debere, vt grauius & vere docet Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. & Campegius apud Zanchinum in præfatione verbo, circa.

Illud adiungam, consultissimū mihi videri, vt in illis ciuitatibus, in quibus duo sūt Inquisitores, vnus eligatur probatissimus & doctissimus theologus, alius constituatur iurisconsultissimus & canonū peritissimus: graui enim sunt fidei negotia, & res, quas tractant, magna: & propterea per iudices integerrimos & doctissimos esse peragendū.

QUÆSTIO II.

De ætate Inquisitoris.



Ecūda quæstio est: Inquisitor cuius debet esse ætatis?

Respondemus, quod quadraginta annorum sic, quæ inceptit quadragessimum annum. Ita habetur in c. No. lentes. de heret. in clem. vbi sic dicitur: Nolentes splendorem solitum negotij fidei per actus indiscretos & improbos quorumuis Inquisitorum hereticæ prauitatis quali tenebrosi fumi caligine obfusari, hoc sacro cōcilio approbāte, statuimus nullis ex nunc, nisi qui quadragessimum ætatis annum attigerint, officium Inquisitionis prædictæ committi Inquisitoribus. Hæc etiā ætas requiritur in Inquisitorum commissarijs, vt dicit Ioā. And. in gloss. super c. allegato.

Fidei doctrina quæ dicatur.

Supra pag. 113.

Inquisitorum ætas, an nonum 40.

COMMENT. L. I.

Respondemus, quod quadraginta annorum, & c. l. Atque in hac ætate nihil adhuc immutatatum inuenio, licet in Commissarijs Inquisitorum triginta anni sufficiant, vt dicemus paulo post super quest. 16.

Simancas de catho. instit. tit. 34. num. 12. generali decreto Pontificis maximi constitutum dicit, vt qui tricesimum annum attigerit, in Hispania Inquisitor esse possit. id decretum nodum vidimus.

nec scimus cuius Pontificis sit. & quamuis id in ea Prouincia fiat, alibi ius commune omnino obseruandū censetur; nam & experientia docet, in tam iuuenili ætate non facile contingere tam acceffe iudicium, & tantam prudentiam, quanta ad hoc grauissimum officium exercendum requiruntur.

Non tamẽ ambigo ex causa spectata personę probitate, doctrina & prudentia, super hac ætate à iure communi requisita, dispensari posse.

Cur in Episcopo 10. anni sufficiant, nõ sic in Inquisitore.

Quod si quis quærat, cur in Episcopo, qui est Inquisitor ordinarius solū postuletur annus tricesimus. c. cū in cunctis. §. 1. de electio. in Inquisitore autẽ quadragesimus, causam docet Panormitanus in dicto. c. cum in cunctis. §. 1. nu. 6. dicens: Sed forte hoc contingit, quia promouendi in Episcopo transeunt cū magna Inquisitione: nam recipiuntur testes, & discutitur prius promotio in cōsistorio Papæ: in collegio Cardinalium. Itẽ quia promotus ad tantam dignitatẽ præsumitur ex omni parte idoneus, sed officium Inquisitionis non cõmittitur cum tanta indagacione, & ideo voluerunt iura, vt sit maturus ætate. hæc tenet Panormitanus.

Glossularius in clement. nolentes. de heret. §. 1. verbo, quadragesimū, dicebat hæc esse de arbitrarijs: de quibus rationem reddere nõ cogimus, iuxta dictū iuriconsulti in l. non omnium. ff. de legibus.

Ceterum hæc 40. annorū ætas Inquisitoribus statuta et requisita uideri potest, vel quia hoc tẽpore solẽt prudentissimi esse homines, vt ait Dionysius lib. 2. Rom. antiquitat. vel quia tunc potissimū viget mens & intellectus, vt ait Aristoteles lib. 7. politico c. 6. vel denique ob alias causas, quas grauitè inquire Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 1. sed vide Tabiẽ sem in sum. verbo, Inquisitor. §. 1. et Locatū eodẽ verbo, nu. 4. et Simancam de catho. instit. tit. 34. nu. 1. 1.

DE INSTITUTIONE Inquisitoris.

QVAESTIO III.

De auctore potestatis Inquisitorum.

A Papa est Inquisitorū potestas.

Tertia quæstio est: Inquisitor à quo potestatem habet, vt tale officii exequatur? Respondemus, quia domino nostro Papa, qui interdū immediate Inquisitorem instituit oraculo viuę vocis, et per suas litteras Apostolicas, vt fecit de multis: interdum committit alicui domino Cardinali, seu eius Legato: regulariter tamẽ cõmittit Magistro & Prioribus Prouincialibus Ordinis Prædicatorū; Generali ac Prouincialibus Ministris Ordinis Minorū, quatenus in partibus eis traditis, valeant de fratribus sui Ordinis de Inquisitoribus prouideresita habetur in eorū priuilegijs Apostolicis.

COMMENT. LII.

Respondemus, quia domino nostro Papa. Et hoc est commune omnium decretum, Locati in opere iudiciali verbo, Inquisitor. nu. 5. Reperitur Inquisitorum verbo, Inquisitor. §. itẽ an Inqui-

sitores. & ceterorum. quod est apertissime definitum Apostolico rescripto Clementis IIII. incipiente: Catholica fidei, relato apud Emericum supra par. 2. §. nam si prædicta sedes, quod refert iterum Emericus paulo post in hac parte, q. 6.

Regulariter tamen committit Magistro & Prioribus Prouincialibus, & c. Ratio vero potissima, cur summi Pontifices tribuerint hanc potestatem eligendi Inquisitores Apostolicos Magistris Generalibus & Prouincialibus ordinis Prædicatorū, et Minorū, ea fuit: quonia ipsi maiorẽ notitiã presuntur habere de Fratribus suis, et propterea facilius iudicant, qui sine magis idonei, ut tãto muneris præficiantur adde Syluestrum in summa verbo, heresis 2. q. 1.

Multis vero Pontificū rescriptis constat de hac potestate Magistris Generalibus & Prouincialibus vtriusq; ordinis memorati concessa: Prædicatoribus quidem rescripto quodam Innocenti IIII. incipiente: Licet ex omnibus, quod est impressum in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. Item alio Alexandri IIII. quod incipit: Olim presentis, quæ nos authentica vidimus in Archiua Inquisitionis Bononiensis.

Minoribus vero eandem potestatem tribuit Clementis IIII. rescripto incipien. Licet ex omnibus, & Alexander IIII. rescripto item incipien. Licet ex omnibus, quorum, & multorum aliorum ad hæreticam prauitatem coercendam Spectantium, aut hæreticorum quidem cum prædenti ptumbeo, nobis copiã nuper humanissime fecit Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Frater Felix Perrettus de Mõrealto vir pierrissimus, & hereticorū hostis acerrimus, quę suis locis sunt notata.

Hodie in tota Italia Apostolici Inquisitores non eliguntur à Prelatis Ordinum Prædicatorū, sed à Reuerendissimus Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus in vniuersa republica Christiana, qui diligenti inuestigatione facta eos eligunt in Hispania etiã præses inquisitionis Inquisitores constitunt.

QVAESTIO IIII.

Inquisitor sit ne iudex ordinarius, an delegatus.

Varta quæstio est: Vtrū Inquisitor sit ordinarius vel delegatus? Respondemus, quod non est ordinarius, sed delegatus domini nostri Papæ: quia nullam habet iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus, nec in causis nisi vbi, quantum, & circa quos ei confert dominus noster Papa, vnde licet Episcopi vtantur potestate ordinaria in non exemptos, & delegata in exemptos, iuxta c. Ad abolendam. §. si qui vero. de heret. & c. Per hoc. §. siue autem ordinaria. de heret. lib. 6. Inquisitores tamen non ordinaria, sed semper delegata vtuntur, quia auctoritate Apostolica; ita habetur supra in secunda parte, in litteris Apostolicis præfatis Vrbani IIII. & Clementis IIII. Prę cunctis. & infra. Vt autem Inquisitionis officium contra hæreticos in præfatis partibus possit efficacius adimpleri: discretioni vestrę per

Varta quæstio est: Vtrū Inquisitor sit ordinarius vel delegatus? Respondemus, quod non est ordinarius, sed delegatus domini nostri Papæ: quia nullam habet iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus, nec in causis nisi vbi, quantum, & circa quos ei confert dominus noster Papa, vnde licet Episcopi vtantur potestate ordinaria in non exemptos, & delegata in exemptos, iuxta c. Ad abolendam. §. si qui vero. de heret. & c. Per hoc. §. siue autem ordinaria. de heret. lib. 6. Inquisitores tamen non ordinaria, sed semper delegata vtuntur, quia auctoritate Apostolica; ita habetur supra in secunda parte, in litteris Apostolicis præfatis Vrbani IIII. & Clementis IIII. Prę cunctis. & infra. Vt autem Inquisitionis officium contra hæreticos in præfatis partibus possit efficacius adimpleri: discretioni vestrę per

Cur tribu potestas pre latis ordinis vt Inquisitores eligant.

Supra pag. 106

¶ Nunc est Sixtus V. dicitur de in cetera Pont. Opt. Max.

¶ Al. negotium

strā per Apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito, virtutem Spiritus induentes ex alto, prædictum officium, in dictis partibus simul vel separatim, aut singulariter, prout negotij utilitas suadebit, ad extirpandā de ipsis partibus hæreticam prauitatem sub spe mercedis æternæ sic efficaciter prosequi, & exequi studeatis, vt per sollicitudinis vestrę prudentiam de partibus ipsis radix iniquitatis hæreticæ succidatur. Expressius habetur in. c. Ne aliqui. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Ne aliqui dubitationem sollicitam excitantes, in dubium reuocent, an officium Inquisitionis hæreticæ prauitatis, sollicitudini vestræ infra certos limites ab Apostolica sede commissum expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit, & c. Ad idem in cap. Multorum. in princip. de heret. in Clementinis.

COMMENT. LIII.

Inquisitores non sunt iudices ordinarij sed delegati.

Vtrum Inquisitor sit ordinarius vel delegatus, Archidiaconus in cap. ne aliqui. de heret. lib. 6. in fine libenter admittit, Inquisitores hæreticæ prauitatis esse iudices ordinarios, cum sint, inquit, à Principe ad vniuersitatem causarum deputati. Ceterum sententia quam hic profertur Emericus, præualuit, videlicet, eos delegatos esse, eamq; communi voto amplectuntur glossa singularis in clement. nolentes. de heret. verbo, ipsorum commissarijs. Ioannes And. Geminianus, & ceteri communiter in dicto cap. ne aliqui. de heret. lib. 6. Lapis allegatione 32. incipien. An frater Minor. Federicus de Senis consil. 145. incipien. Ioannes Episcopus nu. 1. Syluester in sum. verbo, heresis 2. quæst. 1. Abbas in cap. causam matrimonij. nu. 7. de offic. delegati. Idem in c. fin. de sentent. & re iud. Gondissaluis tract. de heret. quæst. 23. nu. 6. Alciatus, qui hanc dicit communem opinionem in rubrica de offic. ord. nu. 19. Simancas de catho. instit. tit. 34. num. 13. Locatus verbo, Inquisitor. nu. 5. & sequen. Bernardus Comensis in Lucerna verbo, Inquisitor. §. 16. Ioannes Rojas in singularibus fidei 44. & 97. & alij quos libenter in re manifesta omitto.

Inquisitores delegati sunt ad vniuersitatem personarū

Illud tamẽ obseruatione dignum est, quod tamen si Inquisitores non sint dati ad vniuersitatem causarum, quo fit vt non dicantur ordinarij, cum sint dati ad specialem hæresis causam tractandam; sunt tamẽ dati ad vniuersitatem personarum, cum in hac causa fauore fidei aduersus omnes personas (paucis qui busdam exceptis, de quibus suo loco dicemus) procedere possint. ita & vere Geminianus in dicto cap. ne aliqui. de heret. lib. 6. atque ex hoc capite efficitur, vt parum ab ordinarijs distare videantur.

Inquisitorū iurisdictione ad quæ se extendat.

¶ Quia nullam habent iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus, nec in causis, & c. Hęc est probatio illius axiomatis, videlicet, Inquisitores non esse iudices ordinarios, sed delegatos, quia nullā, inquit auctor. habet iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus & ceter. quæ verba ita sunt accipienda ac si dixissent eos non habere vniuersalem iurisdictionem, ita vt aduersus omnes personas præter

committentes in fidem inquirent, & de omnibus delictis præter hæresim cognoscant, & de omnibus causis præter eas, quæ ad fidem spectant, se introrittant: quoniam hoc ordinariarum est, & potestas Inquisitorum hanc habet qualitatem annexam, vt non nisi ad ea quæ negotij tangunt fidei, pertingat.

QVAESTIO V.

De comparatione Episcopi & inquisitoris.

SVMMA RIVM.

- 1 Episcopus & Inquisitor pares sunt, cum potestate delegata procedunt.
2 Citatus ab eis pro temporibus diuersis debet vtrique parere.
3 Si vero pro eadem hora citetur, veri maluerit, obediat.
4 Inquisitor maior est Episcopo potestate ordinaria procedente.
5 Quare coram illo potius comparere debet citatus, & c.
6 Ordinarij potestatem Inquisitoris nequit phibere.



Vinta quæstio est: Vtrum Inquisitor sit maior Episcopo ordinario in officio Inquisitionis, ad quod ipse Inquisitor est delegatus?

Respondemus, quod Episcopi, & prelati, vt dictum est supra, q. proxima. & patet c. Per hoc. extra de heret. lib. 6. Quandoque procedunt contra hæreticos, suspectos, seu diffamatos auctoritate delegata, quandoque auctoritate ordinaria.

Quando procedunt auctoritate delegata, pro ut faciunt semper ipsi Inquisitores, tunc pares sunt: quia & isti & illi ab eodem, & ad idem delegati sunt. Vnde quando Episcopus & Inquisitor procedunt cõtra aliquem exemptum, pares sunt; & vnus maior alio non est, nec impedire eum potest. arg. 21. dist. Inferior.

Quare si Episcopus & Inquisitor eum citet, vnus pro die vna, & alius pro die alia, seu pro eadem die, sed vnus pro hora Tertiarum, & alius pro hora Vesperorum, tenetur coram vtroque humiliter comparere: quia vterque potest eum citare, iuxta c. Multorum. de heret. in Clement.

Vbi autem quilibet eorum eundem talem citet pro eadem die & hora, sed ad loca diuersa, in quibus non potest insimul esse, compareat coram illo, de quo placuerit, & liberatus est de rigore iuris. Si tamen compareret horā assignata coram vno, & coram alio alia hora etiam non assignata protestando quod comparuit etiam corā alio, & non potuit coram vtroque pro hora eadem comparere; putarem quod prudenter ageret, & suspicionem, pro qua citatur, aliquantulum purgaret: licet ad huiusmodi minime teneretur.

Si autem Episcopi & prelati procedant auctoritate ordinaria, cum Inquisitor semper procedat auctoritate delegata, certe maior est Inquisitor

tor Episcopo; quia delegatus est: omnis enim dele-

gatus in officio sibi commissio maior est quocun-

Sed ponatur qd quilibet eundem citet de fide...

Ordinarius processu Inquisitoris non potest prohiberi.

Sed nonne potest ordinarius processum Inqui-

COMMENT. LIIII.

EX tota quaestione huius serie colliguntur qua-

Inquisitor eius maior Episcopo in causa fidei.

Principia huius quaestione conclusio est, Inqui-

gati concordat textus in c. studuisti. de officio legati.

Ubi autem quilibet eorum eundem talem citet...

Iam quantum ad hanc assertionem attinet, eam probat...

Num autem huiusmodi praelationis, seu superioritatis...

Observandum est ergo duo esse genera vicarioru.

Quidam enim sunt vicarii constituti ab ipsomet iudice...

Num. 3. Citatus ab Episcopo & Inquisitore coram Inquisitore comparat.

Privilegia Inquisitoris, an competat eorum communitati.

Duo vicariorum genera.

nus in Rub. de maioritat. & obedient. Iason in l. 1. n. 7.

Vicarius Inquisitoris a Papa constitutus prius legibus Inquisitorum gaudet.

Quare in proposito nostro, si vicarius aut commissarius...

Num. 6. Citatus ab Episcopo, & ab Inquisitore coram quo debeat comparere.

Et Guido Fulcodius, postmodum Clemens III. Guidonis autem huius verba ex duobus illis...

QVAESTIO VI.

Inquisitor a Prelatis ordinis sui institutus, cuius sit delegatus.



EXta quaestio est: Vtrum Inquisitor, qui est institutus ab ordine suo...

nistri Generalis, seu Provincialis, qui eum instituit. Respondemus, qd tantum domini nostri Papae...

Supra pag. 365.

COMMENT. LV.

QVae ad hanc quaestionem spectant facile intelliguntur...

DE DESTITUTIONE Inquisitoris.

QVAESTIO VII.

An defuncto Romano Pontifice exipret Inquisitoris potestas.



Eptima quaestio est: Vtrum defuncto Romano Pontifice, qui Inquisitorem instituit...

Supra pag. 106.

Per mortem Romani Pont non exipiat Inquisitoris potestas.

edicto, ipsum officium non solum quo ad nego-
tia viuente mandatore incepta, immo etiam quo
ad integra, & non cepta; & (quod plus est)
quantum ad ea, quae tunc nequaquam emer-
serant in fauorem fidei, post committentis obi-
tum perdurare.

COMMENT. LVI.

Mortuo Pa-
pa officij In-
quisitorij no-
expirat.
E hac questione simul & ex textu quem au-
tor citat, duo colliguntur axiomata. Primum
est: Inquisitorum officium morte concedentis non
expirare.

Alterum est: Eorum officium extendi ad nego-
tia nondum cepta, & de nouo exorta, cum manda-
tor, scilicet Romanus Pontifex, moritur.

Vtrumque axioma fauore fidei est inductum, &
maximam habet aequitatem: de quibus agunt com-
muniter Doctores in cap. ne aliqui. de haeret. lib. 6.
quod hic citat Eymericus. & Nicolaus Arclatani-
nus tract. de haeret. notabili 4. Ioannes Rojas tract.
de here. par. 2. num. 436. idem in singularibus fidei,
singul. 114. & 115. incipien. Iurisdictione. de catho.
instic. tit. 3. 4. nu. 14.

Verum Geminius in dicto cap. ne aliqui. de he-
ret. lib. 6. num. 4. vers. quid si isti Inquisitores. tunc
dicebat morte Pontificis non expirare officium In-
quisitorum, quando immediate a summo Romano
Pontifice essent creati: scilicet a Cardinalibus, Epi-
scopis, seu Magistris ordinum Generalibus, Pro-
uincialibus, aut quibusuis alijs: quam sententiam
persuadere conatur ex illis verbis in dicto cap. ne
aliqui. Ab Apostolica Sede committitur: quasi
aliud sit sentiendum, cum ab alijs, quam a Romano
Pontifice Inquisitoribus est officium commissum.

Geminius
sententia re-
iecta.

Sed huius sententia tamquam falsa merito ab al-
ijs expulsa est: quoniam a quocumque eligantur
Inquisitores, si imper ab Apostolica Sede habent au-
thoritatem, ut questione 1. & 2. in huius partis aper-
tissime docuit Eymericus, & alijs a nobis super eis
locis citati, quod est verum: nec debet huc
ignorasse Geminius.

Ioannis And.
& Arclatani
opinio reie-
cta.

Ad hoc, Nicolaus Arclatani in dicto notabili
4. nu. 3. secutus Ioannem And. in dicto cap. ne aliqui.
de haeret. lib. 6. vers. in glossa 1. in fine primum axio-
ma dicebat verum esse, cum Inquisitor simpliciter
erat datus: scilicet autem si in privilegio poneretur hu-
iusmodi clausula: Ad beneplacitum Romani Pon-
tificis: Nam tunc, inquit, mortuo Papa expiraret
Inquisitoris officium, cum voluntas Papae delegan-
tis & concedentis per mortem expirauerit, per tex-
tum in c. si gratiose de rescriptis lib. 6.

Sed ut verum fatear, hoc etiam in hac causa fal-
sum est, ut alibi copiose ostendimus. & summa haec
est: quocumque modo sit Inquisitor constitutus, sine ad
beneplacitum Sedis Apostolicae, sine ad beneplacitum
Romani Pontificis, non expirat eius officium morte
delegantis, donec aut expresse, & nominatum fuerit
renocatus: aut nisi in litteris creationis contrarium
caneatur. & hoc propter singularem fidei fauorem,
ne incidamus in aliquem casum, in quo, aut in haeretico
eos non inquiratur, aut eorum puniatio omittatur, seu
differatur, neque ab hac sententia puto recedendum,
& ex his remanet declarata haec quaestio.

QVAESTIO. VIII.

An defuncto praelato instituento
Inquisitorem, spiret potestas
Inquisitoris.



Quaestio est: Vtrum defuncto
promotore, seu amoto Magistro
Prouinciali, seu Ministro, qui In-
quisitorem instituit auctoritate A-
postolica, seu etiam Cardinali, vel Le-
gato, spiret potestas Inquisitoris taliter instituti?

Respondemus quod non: nam (ut dictum est supra
statim q. 6.) talibus fuit data potestas personam
eligendi, sed non auctoritatem, nec potestatem a-
liquam, sic electis conferendi: Vnde potestatem
habent Inquisitores a domino nostro Papa imme-
diatè, & eius funguntur auctoritate, non ab alio
quocumque. Et etiam quoniam si defuncto Ro-
mano Pontifice, qui Inquisitorem instituit, & ei
officium commisit, non spirat potestas Inquisito-
ris, ut dictum est statim supra q. 7. & habetur in
c. Ne aliqui. de haeret. lib. 6. quanto minus spira-
bit defuncto Magistro, vel Ministro, qui auctori-
tate, non sua, sed Apostolica personam elegit, &
nullam electae personae potestatem contulit?

Neque per
mortem pre-
latorum, a
quibus iurisdic-
tionem
suntur.

COMMENT. LVII.

Nulla super hac questione occurrit notatu digna
difficultas. rectissime autem argumentatur
hoc loco Eymericus, quoniam si defuncto Papa, a
quo habent auctoritatem, iurisdictionem & potesta-
tem, non expirat Inquisitorum potestas, ut dictum
est in questione proxime precedenti, multominus ex-
pirabit defuncto praelato, qui solum habebat ministe-
riam eligendi seu nominandi.

An autem Inquisitor durante officio possit ab in-
feriore a Papa promoueri ad aliquod aliud officium
seu dignitatem, quaestio est, nec huius loci, nec nostrae
breuitatis. vide Lapum allegatione 32. incipien. An
Frater Minor.

QVAESTIO IX.

A quo possit Inquisitor ab offi-
cio remoueri.

Quaestio est: Vtrum solus domi-
nus noster Papa, possit Inquisito-
rem ab officio remouere?

Respondemus quod dominus nos-
ter Papa, & etiam alius a Papa, quia Magister
Prouincialis, & Minister Generalis, vel Prouin-
cialis, & Vicarius Prouincialis possunt, auctori-
tate tamen Apostolica, Inquisitores suorum ordi-
num ab officio remouere. Ita habetur in privile-
gij ordinis Praedicatorum, quae incipiunt: Virtute
cōspicuos. & infra dicitur sic: Illos vero ipsius
ordinis Fratres, qui ad praedicandum crucem, vel
inquirendum contra haereticam prauitatem, seu
ad alia huiusmodi negotia sunt, vel fuerunt vbi-
cunque a sede Apostolica deputati: Tu fili Magi-
ster, tuique successores remouere, ac reuocare,
peni-

Inquisitores
etiam a pre-
latis ordinis
possunt am-
oueri.

A cet.) Inquisitores remouent, mutant, ac de vno, cum
expedit, ad alium locum transferunt.

QVAESTIO X.

An Inquisitores ex mera praelato-
rum suorum voluntate remo-
ueri queant.



Quaestio est: Vtrum presiden-
tes ordinum Praedicatorum & Mi-
norum possint Inquisitores suorum
ordinum ab officio remouere vo-
luntate libera absque causa legitima
atque iusta?

Respondemus, quod non mera & libera volunta-
te, sed exigente causa rationabili, legitima, atque
iusta. Ita habetur supra quaest. proxima in clausu-
la privilegiorum praedictorum ordinis allegata,
vbi dicitur sic: Tu fili Magister, tuique successo-
res remouere, ac reuocare, penitusque transferre,
ipsisque quod superfedant iniungere, aliosque
substituere, cum expedire videritis, licite & libe-
re valeatis. In hoc, quod dicitur: cum expedire videri-
tis: iudicium dicit & iustitiam, & non volunta-
tem meram. Et in c. Nolentes. de haeret. in clemen-
tiis, loquendo de Inquisitoribus & commissarijs pe-
cunias extorquentibus, committitur prelati eor-
um, & dicitur sic: Qui equidem prelati Inquisi-
tores & commissarijs praedictos, reos inde reper-
tos, ab officijs amouere, & amotos alios punire
debite, seu corrigere teneantur. Videant tamen
prelati gloss. Ioannis And. Pauli, & Genzellini,
quid est pecunias extorquere: nam poenas pecu-
narias applicandas officio non prohibet, sed illi-
citas exactiones, ut videbitur infra quaest. 104.

Relat. supra
pag. 113.

De penis pe-
cuniarum.

COMMENT. LIX.

Nunc prosequitur secundum caput, eorum triu-
m, quae superiori quaest. circa remouendos Inqui-
sitores diximus esse consideranda.

Secundum autem caput est: ex quibus causis pos-
sint Inquisitores remoueri: & in hac quaestione Eym-
ericus solum in genere docet non posse remoueri In-
quisitores, nisi ex causa iusta, rationabili, seu legiti-
ma; quod apertissime indicant verba rescripti a no-
bis citati in superiori commentario.

Quae autem sint causae legitime & rationi consen-
taneae ad remouendos Inquisitores, explicabitur a
nobis infra super q. 12. Eymericus vero subtiliter
hoc loco ex illius rescripti a se citati verbis, cum ex-
pedire videritis: docet causas has iustas & equas
esse debere: nam haec verba: cum expedire: equita-
tem & utilitatem continent. c. non solum. de regula.
lib. 6. notat Archidiaconus in cap. cum expedit. de
electio. lib. 6. tradit Albericus in l. 1. §. 1. ff. de aqua
quotidiana & aestina.

Quid signifi-
cent haec ver-
ba, cum expe-
dire videri-
tur.

Rursus haec verba: cum visum fuerit expedire:
important arbitrium boni viri, ut pulchre tradit
Decius consil. 493. nu. 17. ut vel hinc colligas, quam
vere & secundum legum decreta Eymericus sem-
per loquatur.

Hanc

penitus transferre, ipsisque quod superfedant iniun-
gere, aliosque substituere, cum expedire videritis, li-
cite, ac libere valeatis; & in eo si contra venerint,
censuram ecclesiasticam exercere: ac quilibet
Prior Prouincialis, vel eius Vicarius eiusdem ordi-
nis in sua Prouincia, circa Fratres ipsius ordi-
nis, quibus ab eadem sede familia contingeret in il-
la committi, facere possit.

COMMENT. LVIII.

Circa remouendos Inquisitores tria potissimum
sunt tractanda. Primum, quis possit eos re-
mouere, de quo in hac quaestione differitur: Alteru-
m, quibus ex causis possint remoueri. quod tractatur
q. 10. & 12. Tertium est, quis possit remouere In-
quisitores Commissarios seu Vicarios, de quo agitur
q. 17. De duobus posterem suis locis dicitur: nunc
de primo videamus.

Optimo consilio haec tractat Eymericus: nam cum
remouere Inquisitorem a tanto officio & dignitate
sit valde odiosum, iure dubitatur a quo possit remo-
ueri. & plane nisi auctoritate Pontificia cautum es-
set, ut Magistri Generales & Prouinciales, aut alij
quibus id ius datum est possent eos remouere, solus
id Papa facere posset.

Quantum vero attinet ad hoc privilegium, quod
hoc loco citat Eymericus, cuius initium est: Virtute
conspicuos: id nobis nondum contigit videre, nec
circumferretur in impressis ordinis Fratrum Praedica-
torum privilegij: sunt tamen alia, quae nos vidimus
in inquisitione Bononiensi eiusdem roboris Innocen-
tij III. quod incipit: Licet ex omnibus. Item
aliud eiusdem, quod incipit: Odore suauit. Quod
etiam ipsum continetur in privilegij Clementis III.
& Alexandri III. missis ad Magistrum Prouin-
cialium ordinis Minorum, quae habuimus ex bibliothe-
ca Illustrissimi Felicis Peretti Cardinalis de Monte
alto. quo loco in eo rescripto quod incipit: Licet ex
omnibus: haec sunt verba: Si vero quemquam eo-
rundem Inquisitorum, eius causa videris aliquan-
do amouendum, alium illo amoto substituas pari
potestate futurum, quotiens id faciendum, delibera-
tio: ac cum discretis Fratribus perhabita, tibi vel Vi-
cario tuo te absente, visum fuerit expedire. haec ibi.
ceterorum rescriptorum de hac re eadem est sententia.

Atque haec quidem ante EymERICI tempora, post
EymERICUM vero annis ferme centum, Sixtus III.
anno Domini MCCCCLXXIX. idem renouauit
in bulla aurea incipiente: Sacri Praedicatorum &
Minorum. & si in aliquo. quae habetur in libro pri-
uilegiorum ordinis Praedicatorum fol. 163. pag. 2.

Propterea autem, ut credo, his prelati data est
facultas remouendi Inquisitores: quoniam facilius
ipsi intelligunt quando remouere expedit, cum suos
quisque cognoscat Fratres, & cuiusque notas habeat
vires, & an sufficiant ad tantum officium exercen-
dum: haec enim non tam facile intelligeret supremus
Pontifex. verum non temere ac pro libero volunta-
tis arbitrio remouere possunt Inquisitores, sed ex
causa, ut paulo post aperiam.

Hodie nulla sunt horum praelatorum partes in re-
mouendis Inquisitoribus, nam Reuerendiss. Domini
Cardinales Inquisitores Generales in vniuersa re-
pub. Christiana, ex causa, re mature cognita (ut de-

Cum data cer-
tis personis
facultas re-
mouendi In-
quisitores.

Hanc questionem habes etiam apud Locatum in A. opere iudiciali verbo, Inquisitor. s. Inquisitor non tantum. nu. 28. adde Campegius apud Zanchinum tract. de heret. in praefatione.

Q V A E S T I O X I.

Mandari ne possit Inquisitoribus a suis praelatis, ut superfedent ab executione officij.



Undecima quaestio est: Vtrum praelati Ordinum Praedicatorum, possint mandare Inquisitoribus suorum Ordinum, superfedere quo ad certos articulos, certaeque personas, seu eos suspendere, ne suum officium exequantur?

Respondemus, quod olim sic, per clausulam privilegiorum ordinum praedicatorum in quaest. duabus supra proximis allegatam, ubi dicitur sic: Ipsi quoque superfedent in iungere, & cetera. Hodiernam non, & bene: hoc patet supra in secunda parte, in Privilegio Alexandri iij. Clementis iij. & Urbani iij. directo Inquisitoribus Praedicatorum & Minorum, ubi dicitur sic: Catholicae fidei. & infra: Et si forsitan Magister & Minister Generales, alique Priores & Prouinciales, ac custodes, seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum Ordinum, praetextu quorumcumque privilegiorum, seu indulgentiarum eiusdem sedis, dictis ordinibus concessorum, aut concedendorum in posterum: vobis vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quoquomodo praeeperint, ut ad tempus vel quo ad certos articulos, certaeque personas in negotio superfedatis eodem: Nos vobis vniuersis & singulis auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne ipsi obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet praesumat: Nos enim privilegia, seu indulgentias huiusmodi quantum ad hunc articulum tenore praesentium reuocantes, omnes excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas proflus decernimus, & inanes.

Relat. supra pag. 136.

COMMENT. LX.

Referunt hanc Emerici doctrinam Locatus in opere iudiciali verbo, Inquisitor. s. nota quod, nu. 29. Ioanes Rojas tract. de heret. par. 2. nu. 418. & Campegius apud Zanchinum cap. 31.

Hoc autem privilegium, ut praelatis suorum ordinum non teneantur obedire Inquisitores in spectantibus ad suum officium: favore fidei ipsis tributum est. nam cum Romani Pontifices sacrum Inquisitionis officium ab omni impedimento liberum & immuno constituisse sapienter & religiose decreuerint, vniuersae ac praecipuum impedimentum nasci potuerit a praelatis religionum, si cum Regulares Inquisitores creantur, suis praelatis obedire in suo officio tenerentur, propterea prudentissima ratione cautum fuit, ut ab eorum quo ad hoc iurisdictione eximerentur: nec praelati ordinum super Inquisitionis negotio vel-

lam habent potestatem; immo vero tamquam impeditores sancti officij acriter possent coerceri, iuxta qualitatem impedimenti, si quid eorum committerent, quae in hac questione recensentur, ac prohibentur illis ne faciant.

Et profecto ob eandem causam tollendorum scilicet cet omnium impedimentorum Pontifices summi omni aetate ac tempore varijs privilegijs & praesidijs sanctum Inquisitionis officium munire studuerunt, ut ex multis constitutionibus in eius sanorem editis manifeste constat.

Q V A E S T I O X I I.

An Inquisitores teneantur reddere rationem praelatis ordinis de spectantibus ad officium suum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Inquisitores subduntur praelatis ordinis in concernentibus religionem suam.
2 Non autem in ijs quae sunt officij Inquisitionis.
3 Ab Inquisitore ad praelatos ordinis non potest appellari.
4 Diluuntur obiecta quaedam contra praefata.
5 Quae sint causae legitimae remouendi Inquisitorum.



Undecima quaestio est: Vtrum praelati ordinum Praedicatorum possint mandare Inquisitoribus suorum ordinum quatenus eis, seu Capitulo Generali, vel Prouinciali reddant rationem de his, quae spectant ad eorum officium Inquisitionis hereticae prauitatis?

Respondemus quod non: Inquisitores enim & sunt religiosi, & sunt domini nostri Papae delegati, iuxta c. Ne aliqui. de heret. lib. 6. In quantum sunt religiosi suis praesidentibus, ac domino nostro Papae sunt subditi; vnde quo ad ea quae concernunt suam religionem subiecti sunt domino Papae, & etiam praesidentibus suae religionis: & ideo si Inquisitores committunt contra vora, seu regulam, aut alias obseruantias regulares, & denuntiantur, & interrogantur, & inquiruntur, tenentur veritatem dicere de his, & de alijs etiam concernentibus religionem, ut si inquiratur quid, ubi, & quantum habent, & similia, tenentur praesidentibus eorum inquirentibus reddere rationem. extra de stat. mon. cap. Cum ad monasterium.

Inquisitores in quibus subduntur praelatis ordinis.

In quibus vero non sunt eis subiecti.

Ab Inquisitore ad praelatos ordinis appellari nequit.

venti ut sibi respondeat de citationibus, captionibus, processibus, ab iurisdictionibus, ac sententijs per eum latis, & alijs ad suum officium pertinentibus tenetur ei in aliquo obtemperare, sed soli domino nostro, cuius immediate gerit vices. Quis enim sanae mentis diceret, quod visitator, seu vicarius Magistri Ordinis Praedicatorum, seu Ministri Generalis Minorum, ad aliquam prouinciam visitandam destinatus, teneretur reddere rationem eorum quae reperit atque concernunt suum vicariatum, seu visitationem, alteri praesidenti illius religionis, nisi soli Magistro, vel Ministro; qui eum ad huiusmodi destinauit? Et certe si aliquis alius a Magistro, seu Ministro ei mandaret, & ille obtemperaret, vterque ignoranter ageret, & dignus poena foret, quanto magis si praesidentes ordinum Praedicatorum mandarent Inquisitoribus suorum ordinum, quatenus eis de concernentibus illorum officium redderent rationem, & illi obtemperarent, & isti & illi agerent ut ignorantes, ac digni poena, tanquam usurpantes iurisdictionem domini nostri Papae haberentur?

Et si dicatur, quod aliquando sic factum est, respondetur, quod male factum est, & contra ius factum est, & non est curandum quid factum est, sed quid sciendum est. Nam quae contra ius sunt, debent pro infectis haberi. Nec ad consequentiam est trahendum, si illi, qui hoc fecerunt, magni fuerint; nam in hoc magni in iure non fuerunt, quia a iure communi exorbitauerunt: quae autem a iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahendae, extra de reg. iur. Nec etiam obuiat supradictis quod in c. Nolentes. de heret. in clem. mandatur praelatis Inquisitorum, quod si eos reos reperiant, modis scilicet illicitis pecunias extorquendo, quod eos deponant, & depositos puniant: hoc autem (ut videtur) requirit prauitatem inquisitionem, in qua si interrogetur Inquisitor, tenetur super huiusmodi respondere: Nam dicitur quod hoc factum est ad correctionem Inquisitoris, & ista est sola culpa vna, in qua conceditur praelatis deponere Inquisitorum in cap. allegato. a particulari, autem ad vniuersalem, consequentia est nulla. Et etiam quia modis licitis pecunias extorquere, non est actus officij Inquisitoris, immo est contra officium Inquisitoris: quia a Papa in cap. allegato Nolentes, est eis interdictum. Et si tenetur Inquisitor praelato suo requirenti, an modis illicitis a talibus extorserit pecunias respondere, non tamen sequitur quod tenetur de alijs quibuscunque respondere, ut pote, quos processus fecit, si contra talem processit, quis & quid talis testificatus fuerit, & similia. Nec valet si dicatur, quod iuxta privilegia ordinum praedicatorum, Magistri & Priores Prouinciales, ac Ministri Generales, & Prouinciales possunt Inquisitores suorum ordinum remouere seu reuocare, cum eis visum fuerit expedire, quod denotat dictorum praesidentium non meram voluntatem, sed causam rationabilem & exigentem; quod requirit iudicium prauitatis in inquisitione. Nam verum existit quod eos possunt reuocare, cum viderint expedire, & non libera voluntate.

Expedire autem videtur Inquisitorem ab officio remouere, cum eum praesidentes facti euidencia ad laborandum viderint impotentem, infirmitate, senectute; & quod deterius est, ignorantia; seu alijs, cum facti euidencia ad laborandum viderint eum negligentem; & tunc ante debent eum sollicitare, & ad diligentiam excitare. Quod si tempore congruo expectatus noluerit vacare, possunt eum licite reuocare, vel si euidenter eis constiterit, quod pecunias extorserit modis illicitis, visodigeste quid est de iure, & secundum gloss. c. Nolentes. alleg. modis illicitis pecunias extorquere. His modis & similibus expedit Inquisitores per dominum nostrum Papam, ac per eorum praesidentes ab officio reuocare.

Sed quod ipsi eorum praesidentes inquirant cum eisdem, contra quos, & qualiter processerunt, qui & quae testificati fuerunt, & similia directe officium contingentia, nequaquam tenentur eorum praesidentibus in & super his inquirentibus respondere, quia subiecti eis in huiusmodi non existunt, sed tantummodo domino nostro Papae, in quibus auctoritate eius agunt, ac vices eius gerunt, ut not. 2. q. 6. Si Episcopus, & locum eius obtinet. 93. dist. cap. vlt. quare maiores in officio eis tradito ordinum praesidentibus sunt, ut in c. Sane. de offic. iudic. deleg. Minor autem in maiorem non habet imperium, immo neque in parem. argum. 21. dist. Inferior. & ff. ad Trebelli. ille a quo, quare in his obedire Inquisitores talibus praesidentibus non debent, sed Papae, quia potius est obediendum maiori potestati quam minori. 1. quaest. 3. Qui resistit.

COMMENT. LXI.

Totam hanc Emerici disputationem transulit Locatus in suum opus iudiciale verbo, Inquisitor. s. reddere autem rationem nu. 40. retulit etiam, sed breuius, Campegius apud Zanchinum, c. 31. vers. secundum quod ad superiores attinet. meminit etiam eundem privilegium, de quo hic differitur, Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. nu. 418. tota per se est facilis, nec fere indiget interpretationis lumine: verum more nostro insigniora illustrabimus.

A particulari autem ad vniuersalem consequentia est nulla. Axioma est Aristotelis lib. 1. Prior. Anal. cap. 7. dicentis, in nulla syllogismo figura ex sumptionibus particularibus. siue sint aetres siue negantes, effici necessariam conclusionem.

Expedire autem videtur Inquisitorem ab officio remouere, cum eum praesidentes, & c. Hac disputatio de causis, quibus remoueri possunt Inquisitores, propria erat quaestio decima sed quoniam occasio non inepta oblata hoc loco fuit, ad hanc disputationem habendam, propterea res fuit hic ab Emerico tractata. persequitur autem tum breuiter, tum diligenter singulas remotionis causas: sunt vero in genere tres, impotentia, negligentia, iniquitas, dolus seu fraus praetextu officij commissa, de quibus suo ordine dicam.

Ac de causis quidem remouendi iudices singulavis extat constitutio in l. si quos. C. de offic. praesentis praetato.

Causae amouendi Inquisitorem.

Num. 4.

Num. 5.

Causae ex quibus possunt Inquisitores remoueri.

prato. Orient. in hac verba: Si quos iudices vel propter aduersam & longinquam corporis valetudinem; vel propter negligentiam, aut furum vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutilis esse reperit: his ab administratione remotis, & vice eorum alijs subrogatis, furibusq; penis legitimis subactis, ad nostram mansuetudinis scientiam, non crimina, sed vindicta referatur. hęc ibi. Sed ad Eymericum reuertor.

Sub impotentia ad exercendum officium Inquisitionis contra hereticos ponit & recte, infirmitatem senescitatem, ignorantiam, siue imperitiam: quamuis enim quod ait hic Eymericus de imperitia Inquisitorum, non sit in Barcinonensi impresso, nec in Bononiensi, nec in codice Cardinalis de Gambarara, in Sabelano tamen recte ponitur, vt paulo post aperiam.

Ob quam infirmitatem possit Inquisitor remoueri.

Sed iam percurramus singula. de infirmitate distinguendum est: nam quedam est temporalis, alia vero perpetua. ob temporariam, siue transeuntem infirmitatem non est Inquisitor remouendus; nam tunc ipsemet Inquisitor infirmitate durante, potest sibi vicarium seu commissarium institueri, cui conferat plenarie vices suas; quod iure fieri posse alibi docuimus: nam cum sit principis delegatus, ob istam causam potest subdelegare. infirmitatem vero & absentiam iudicis delegati, instans esse subdelegandi causas explorati iuris est. l. 1. vbi committitur Doctores. ff. de officio eius cui mand. est iurisdicte. vbi vero liberatus fuerit a morbo, poterit ad se subdelegatam iurisdictionem reuocare, vt optime docet Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. s. 2. cuius sententiam veram esse aduersus Panormitanum in c. venerabili. nu. 6. notabili. 9. de officio delegati. & Locatum in opere iudiciali verbo, Inquisitor. nu. 6. copiose alibi probauit.

Quod si infirmitas, aut perpetua sit, aut talis vt Inquisitorem vel omnino impediat, aut certe ineptiam rem reddat; tunc remouendas erit. argumento textus in l. morbus fonticus. vbi glossa & Doctores. ff. de verb. signifi. Et eorum que docet sanctus Thomas 2. 2. quest. 7. l. art. 2.

Inquisitores quando ob senectutem possint remoueri.

De senectute idem sentiendum arbitror, cum morbo comparetur, iuxta illud Terentianum: Senectus ipsa morbus est. & ideo de senibus etiam distinguendum arbitror. Quidam enim sunt adeo senio confecti, vt nec memoria valeant nec iudicio; qui quamuis fuerint prudentissimi, interdum tamen vel delirant, vel non sunt eorum consilia tuta ob rationis & iudicij imbecillitatem, de quibus vere accipitur illud: Bis pueri senes. & hi iuste, immo necessario remoueri debent.

Sunt alij consistentes, & mente & iudicio validi, qui & ob multam etatem, & rerum experientiam, multa prudentia decorantur: & hi non modo remoueri non debent, verum in officio sunt confirmandi; quamuis illi id tractare recusent. hi enim ad regendum & gubernandum aptissimi sunt, vt grauius & vere docuit Aristoteles lib. 7. politicorum, & beatus Hieronymus Epistola quadam ad Nepotianum, traditque optime Archidiaconus in cap. tanta. distin. 36.

Iam qui dicantur senes, docet Speculator tit. de teste. s. nunc tractemus. versic. sed quos vocat

A senes. & Felinus in cap. quoniam. extra vt lite non contest.

Quod vero ad imperitiam spectat, exploratis simum est ob eam posse Inquisitores amoueri. si enim non sunt quales docuit Eymericus paulo ante quęst. 1. velut inepti reijci debent. & generaliter quidem cautum est, iudices omnes peritos esse oportere: imperitos vero remouendos. in authent. de iudicibus. s. 1. consentit textus in c. ex lit. teris. s. ceterum. de cōsan. guinit. & affinit. cuius verba sunt, Ceterum tuam prudentiam volumus non latere, quod non sunt causę matrimonij tractandę per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi & statuta canonum non ignorent. hęc tenus ibi. Quod multo magis obseruari debet in causis fidei, que causis matrimonij preponderant. facit textus in s. 1. inst. de officio iud.

Iudices ob imperitiā remouendi.

Debent autem Inquisitores, si fieri potest, theologię, iuris canonici, & ciuilibus periti esse: nam & peritorum nomine hos intelligimus, vt docet Ioannes And. in c. vt commissi. de heret. lib. 6. q. 9. si cum eliguntur (vt sepe contingit) non plene intelligunt quę ad exercendum hoc grauisimum officium exiguntur: at deinde oportet eos diligentissimos esse in cognoscendis omnibus his, sine quibus vix possunt suo numeris satisfacere; & nisi ita faciāt, non dubito quin grauisime peccent.

Peritorum nomine qui intelligantur.

Nunc vero huic incommodo satis occurrere poterunt Inquisitores, cum in vno hoc Directorij volumine demus illis quidquid ad eorum officium secure exercendum attinet. nam quod non est apud Eymericum tractatum, in nostris hęc exiguis laboribus videtur fortassis non male explicatum.

De negligentia, nulla dubitatio est, quin ea causam prebeat ad Inquisitorem remouendum, cū generaliter quilibet prelati iurisdictionem habentes possint ob negligentiam circa officium suum remoueri, c. si qui Episcopi. 1. quest. 1. Glossa, Hostiensis, & committere Doctores in c. excommunicamus 1. s. vlt. de heret. & negligentia dolo equiparatur. Speculator. tit. de reslit. in integrum. s. 1. vers. vt autem. iam quanto tempore inducatur & quomodo probetur negligentia, tradit Bart. in tract. de testibus, & Felinus in c. si autem. de rescript. nu. 3.

Ob negligentia remouendi Inquisitor.

Monebo hic, vt Inquisitores in hac fidei causa negligentiam omnino euitent: quoniam etsi in omnibus iudicibus negligentia circa officium suum graue peccatum sit; in Inquisitoribus tamen ingens est scelus, & non caret fautorie hereticorum suspitione, iuxta tradita per Eymericum par. 2. quest. 53. nu. 1. hinc grauisime olim pena statuta sunt in Episcopos negligentes procedere aduersus hereticos, vt accurate docet Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 1. & tradit textus in cap. excommunicamus 1. s. vlt.

Inquisitores omnino negligentia euitent.

Generaliter autem cum appello negligentem, qui aut non exercet, aut debito tempore non exercet que ad munus suum spectant. itaque non modo dico negligentem eum, qui non procedit contra hereticos, verum etiam illum, qui non debito tempore procedit; vt si procedat quando capi non possunt, aut quando iam hereses docuerunt, cum potuerit, si diligenter egiisset, hęc incommoda preuenire. & de ne-

Quis dicat negligentem.

de negligentia Inquisitorum extat textus in clem. 1. de heret. s. verum quia. vers. quod si odij.

Inquisitores iniqui remouendi, & ex quib; causis.

Denique ob iniquitatem possunt etiam remoueri Inquisitores, de qua loquitur hic Eymericus num. 5. dum ait: vel si euidenter eis constiterit, quod pecunias extorsit modis illicitis. sub iniquitate ergo pono cum auctore primum auaritiā, & extorsionē illicitam pecuniarum sacri officij pretextu. per textum in clem. 2. s. 1. de heret. & facit textus in l. illicitas. ff. de officio presid. & in c. in tantum. & in c. audimus. de simo. tradit Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. s. 10. & Fraciscus Squilacensis tract. de fide catho. cap. 53.

Nomine Pecunie quid intelligatur.

Nomine vero pecunia (vt obiter id dicam) hoc loco non solum intelligimus pecuniam numeratam aut cussam, sed rem etiam quamcumque pretio estimabilem, vt ait optime Zabarella in dicta clem. 2. de heret. quod apertissime docet Hermogenianus in l. pecuniarum nomine. ff. de verb. signifi. dicens: Pecuniarum nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res, tam soli quam liberes, & tam corpora quam iura continentur. hęc ille.

Rursum sub iniquitate colloco prauitatem, qua imponunt alicui crimen, vel suspitionem heresis. de qua in clem. 1. s. 1. vers. quia. de heret. traditque Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. s. 9. & alij communiter tum ibi, tum alijs locis.

Alijs quoque modis possunt per iniquitatem Inquisitores in grauisimo & integerrimo tribunali delinquere, quos singulatim tradere non est artis. atq; vt tandem finiam, nullę sunt causę ob quas possunt Inquisitores remoueri, quę ad hęc tria generalia capita non referantur.

Inquisitores delinquentes a quo puniendi.

Quod si queras a quo puniri debeant Inquisitores, cum in causa sancti officij deliquerint, respondebo iure cautum esse in clem. 2. de heret. s. qui equidem. vt a suis prelati puniantur in hęc verba: Qui equidem prelati, Inquisitores & commissarios predictos reos inde repertos ab officis amouere, & amotos alia punire debite seu corrigere teneantur. hęc ibi.

Ceterum hodie sicut nec Prelati ordinum constituant, aut desoluant seu remouent Apostolicos Inquisitores, vt supra q. 9. dictum est, ita nec eos puniunt, sed ea res ad Cardinales Inquisitores generales in vniuersa republica Christiana delata est, ipsi enim culpabiles puniunt.

In Hispania preles Inquisitionis (quem Maiorem Inquisitorem vocamus) Inquisitores delinquentes coercet, quod iure videtur posse facere per textum in dicta clem. 2. de heret. quem paulo ante retulimus, & refert Eymericus supra q. 10. huius partis. nibilominus diplomate quodam Leonis X. Pontificis maximi id ei expressius indultum est.

Quibus tamen minime obstantibus quoties domino Pape visum fuerit ad Rom. curiam libere potest quoslibet Inquisitores quorumcumque regnorum vocare, citare, & punire: cum sit omnium iudex, & Inquisitores ab eo sint delegati, & ad eum spectet eorum causas delictaq; cognoscere & coercere. quod si alij de eis cognoscant, id ex potestate a Papa concessa contingit, quam quotienscumque voluerit, & auferre poterit, & ad se negotium auocare.

A Ex quibus fit consequens, minus decenter & re Ioannem Rojam tract. de heret. par. 2. tit. d. uilegij Inquisitorum, nu. 4. 17. vers. item Inquisitores non posse ad Rom. curiam; id enim absolute & simpliciter falsum est dem non possunt Inquisitores a quibusuis iudicibus & pro quibusuis causis sicut alij quilibet ad Rom. curiam euocari, at a Romano Pontifice proprio & immediato iudice, & possunt quid rari. & debent ipsi (nisi rebelles haberi velin obedire & comparere, nullis indultis aut priu obstantibus, quorum ope nullo pacto a Romani tificis iurisdictione eximi possunt.

Postremo cum de puniendis Inquisitoribus sancti officij delinquentibus agitur, id obsequio qđ beatus Thomas admonet 2. 2. art. 2. ad 3. argum. edifferens de coercendis Catholicis Rom. Ecclesie, vt scilicet caueatur ne e. demnatione, aut punitione alicuius eorum deri in opinione hominum dignitati & auctoritati officij sacrosanctę Inquisitionis, quod est peris, quam impunitum relinquere aliquem perem: nisi tale esset delictum vnde scandalum ori ac propterea non esset impunitum relinquendum enim Inquisitores Apostolici multis ac pre sceleratis hominibus sint formidabiles & intucile ac publice puniuntur, non diffculter conuicta a populo stulto & insana plebe in odium decus sancti officij traherentur. itaque cum n tas punire Inquisitores cogit, caute id fieri de in superiora incommoda prolabamur.]

c ¶ Et quod deterius est, ignorantia. Hęc in solo codice Illustri. Cardinalis Sabelli v bantur, que nullo pacto visa sunt mittenda. e est verisimile hęc scripsisse Eymericum, vt pr preceptis consentanea tradat. cum. n. supra q. 1 partis dixerit, Inquisitorē debere esse eminentum, consequitur eum propter ignorantia, peritiam remoueri posse, vt paulo antea dixi

DE INSTITVTIO Commissarij Inquisitoris.

QVAESTIO XIII.

An Inquisitor possit institui sibi Vicarium.



Erti decima questio est: Vt Inquisitor possit sibi Vicarium commissarij auctoritate Apostolice instituire?

Respondemus quod sic: legatus est domini nostri Papa, vt dictum pra in hac par. 3. q. 4. & patet in c. Ne aliqui reticis lib. 6. Delegatus autem potest subdelegare. C. de iudicij. A iudice. & extra de offi. iudic. Super questionum. Possunt igitur Irres subdelegare, & commissarios seu vicarios vel instituire, & hoc supponitur in c. Mul heret. in clem. s. verum. vbi dicitur sic: infra: Episcopo & Inquisitori predictis, a

dicti executionem officij substituendis ab eis in virtute sanctae obedientiae, & sub interminatione maledictionis aeternae praecipimus, &c. & supra eo.c.s. porro. & eo.tit.in c. Nolentes. s. & tam ip forum: vbi dicitur sic: Et tam ipsorum quam Episcoporum, seu capitulorum sede vacante, super hoc deputatis commissariis quibuscunque, districtius iniungentes, &c. & infra: Notarij vero, & officiales dicti officij, nec non Fratres & socij Inquisitorum, & commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut commissarios, &c.

COMMENT. LXII.

Non inepte hanc questionem proposuit Emericus: quia olim & initio constitutus delegatus inquisitionis, & pauco post tempore dubitatum fuit, An Inquisitores possent sibi vicarios, seu commissarios constituere. hodie tamen haec res omni dubitatione caret, non modo per canones in hac questione ab Emerico citatos; verum etiam ex sequentia Pontificia rescripta: in primis vero per bullam Pij II. incipientem: Cum iam dudum. missam ad Gabrielem de Barchinona Inquisitorem Bononiensem, quam vidimus in Archivo inquisitionis Bononiensis. & per Bullam Clementis VII. missam ad Paulum Butigellam, quae incipit: Cum sicut. vbi ita scriptum extat: Decernimus insuper, ut vestros vicarios siue commissarios instituere valeatis; viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo aetatis trigessimum annum attigerint. haec ibi. Refertur in libro privilegiorum ord. Praedicatorum fol. 201. pag. 2. & in bullario litterarum Apostolicarum pro officio inquisitionis in fine huius operis.

Quod si plura huc spectantia videre cupis, ea tradunt Decius in cap. cum causum. de appella. notabili 3. Antonius Butrius, Panormitanus, & ceteri in cap. super questionum. s. si vero. de officio deleg. Bonifacius VIII. in clement. 2. de hereti. num. 30. & seq. Condissalvus tract. de heret. q. 7. nu. 13. Zanichinus de heret. cap. 30. & ibi Campegius. Repertorium Inquisitorum verbo, Inquisitores. s. an inquisitor. & verbo, commissio. Ioannes Rojas in singularibus fidei. singula. 97. Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. s. 2. Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 29. & alij, ex quibus intelliges & delegatum posse subdelegare, & Inquisitorem plenarie posse committere vices suas: quod & verum est, & sequenti commentario fusius ostendemus.

QVAESTIO XIII.

An vicarij Inquisitoris ab ipso solo institui possint, & non ab eius praelatis.



Varta decima quaestio est: Vtrum solus Inquisitor possit in officio sibi tradito vicarios seu commissarios instituere; vel etiam Magistri & Prouinciales Ordinis Praedicatorum; Ministri Generales & Prouinciales Ordinis Minorum illud possint?

A Respondemus, quod solus potest Inquisitor, & non dictorum ordinum praesidentes; quia praesidentibus nulla attribuitur potestas, seu iurisdictionis praerogativa: officium exequendi: sed tantum attribuitur eis ministerium Inquisitorum personas eligendi; quia praesumitur, eos habere suorum fratrum notitiam plenioram, vt dictum est supra parte ista. q. 10. Quare ipsi Inquisitores, & non dictorum ordinum praesidentes, sunt in dicto inquisitionis officio delegati, & consequenter ipsi Inquisitores solum possunt sibi commissarios substituere, & subdelegare.

COMMENT. LXIII.

Praeficam creandi Vicarios seu Commissarios luculenter ostendit Emericus supra in principio huius 3. partis nu. 37. & multis sequentibus: at ex illis non liquet huius difficultatis solutio, et propterea hoc etiam fuit declarandum. Vnica vero conclusione rem absoluit, videlicet a solis Inquisitoribus, non ab eorum praelatis, de quibus hic, posse creari commissarios seu vicarios. ratio qua videtur auctor vera est & certa, nec indiget amplius declaratione nostra.

Hanc quoque questionem Locatus transtulit in suum opus iudiciale, verbo, Vicarius.

C Inquisitor non modo vnum aut alterum, sed plures interdum Vicarios aut Commissarios sibi constituere potest, cum eius diocesis seu provincia late patet, ac multae in ea ciuitates continentur: nam cum tunc Inquisitor singulis per se interesse non possit, necesse est Commissarios in eis constituere.

Creabit vero in singulis vnum commissarium virum prudentem, doctum, Christianum veterem, piū & negotio aptum atque idoneū, sui vel alterius ordinis religiosum, aut clericum seculare, verbi gratia aliquē in ecclesia principali eius ciuitatis in dignitate constitutum, aut canonicū, quem proculdubio credat negotia fidei diligenter & iuxta canonicas sanctiones esse curaturum. iam qualis esse debeat Inquisitoris Commissarius paulo post docet auctor quaest. 16.

QVAESTIO XV.

An Inquisitor vices suas alij plene committere valeat.

SVMMARIVM.

- 1 Inquisitor vices suas alij plene committere potest.
- 2 Vicarius Inquisitoris non potest vicarium substituere.
- 3 Quanam sibi reseruare consueverint Inquisitores.
- 4 Et communi & priuato iure licet Inquisitori plenarie committere vices suas.

Vintadecima quaestio est: Vtrum Inquisitor Vicario suo seu commissario, possit plenarie committere vices suas?

Respondemus quod sic; Nam Inquisitor (vt dictum est supra parte ista. q. 13.) est delegatus dñi nostri Papae, vt patet in c. Ne aliqui. de here. lib. 6. Et ois delegatus potest subdelegare, & alteri plenarie committere vices suas, vt extra de officio iudic.

A Panormitanus tamen in c. cū Bertholdus. nu. 25. extra de senten. & re iudi. hanc difficultatem distinctione tollebat. horum tamen sententias (cōmuniore & verisimiliora secuti) libenter omittimus.

Communis enim opinio est, delegatum principis, qualis est Inquisitor, subdelegando, non posse dare facultatem subdelegato suo seu vicario, vt iterum ille subdeleget. ita glossa singularis in c. super quaestio. s. porro. verbo, transfert. de officio iudi. delegati, & gloss. in c. cum causam. verbo, delegatus. de appellat. Archidiaconus in c. quamuis. & Ioan. And. in c. is cui. de officio deleg. lib. 6. Alexander in d. l. à iudice. C. de iud. quod ipsum sequitur expresse Albericus in l. more maiorum. ff. de iurisdic. om. iud. & Panormitanus in c. super quaestio. s. si vero. num. 2. de officio iud. deleg.

Probari potest haec sententia, quam hic sequitur Emericus vniū quidē nec obscuris rationibus. prima est Ioan. Ana. praecitato loco: quoniam si delegatus posset suo vicario aut subdelegato concedere facultatem subdelegandi, progressus esset in infinitum: nam & subdelegatus subdelegati id etiam posset, cū nulla diuersitatis ratio afferri cōmoda possit aut probabilis. progressus vero infinitos vitari leges iubēt. l. fideicommissum. s. si quis. ff. de legat. 3.

Altera ratio & vera esse potest: quoniam delegatus potestatem quam habet subdelegandi, à lege habet, quod est velut personale privilegium, quod cum personam, cui tribuitur, sequatur, in alterum transferri non potest, & cū persona extinguitur. cap. privilegium. de reg. iuris lib. 6. notat. Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. & glossa in c. quam sit. de electio. lib. 6. ex quibus sit perspicuum, doctrinā Emerici hoc loco securam & sanam esse, & cōmunibus interpretum votis iūti. quare Commissarius non potest sibi alium substituere commissarium.

Quam autem facultatem possit Inquisitor concedere suis commissarijs, copiose explicatum est supra in hac 3. parte num. 37. super tit. de institutione Vicarij seu Commissarij.

COMMENT. LXIII.

Ex hac quaestione duae potissimum colliguntur assertiones.

Prima est: Inquisitores Vicarijs seu Commissarijs à se institutis plene committere possunt vices suas.

Altera est: Commissarius tamen cum plena potestate institutus, non potest sibi alium Commissarium substituere.

Quantum ad primam assertionē attinet, ea abunde docuit Emericus paulo antea in hac 3. par. titu. De forma instituendi vicarium speciale. nu. 37. & dixi ibi. camque ostendunt etiam illi, quos citauimus paulo ante super q. 13. s. quod si plura. quibus adde Locatum in opere iudiciali verbo, Inquisitor, nu. 4. a. ¶ Non tamen sic plenarie, &c. ¶ Haec est secunda assertio, quam probat Emericus dicens, subdelegatum non posse subdelegare.

Hec tamen ratio valde est controuersa & anceps inter Doctores: nam Raphael Fulgosius in l. more maiorum. ff. de iurisdic. om. iud. quem videtur laudare Iason in l. à iudice. C. de iudic. subdelegatum posse iterum subdelegare ex multis contendit. cuius plene rationes non sunt fortassis debiles, nec contemnen dae, quas apud ipsos video. neque enim instituti nostri est scholastico more singula discutere, sed summam certiora tradere.

Condēnatio repletoꝝ & impenitentiu referuan da Inquisitoꝝ abus.

Inquisitor plures vicarios creare potest.

Quales vicarij constituantur.

Questionis summa.

Num. 2. Subdelegatus, an possit subdelegare, anceps quaestio.

Vicarius Inquisitoris nō potest alium Vicariū sibi creare.

A Panormitanus tamen in c. cū Bertholdus. nu. 25. extra de senten. & re iudi. hanc difficultatem distinctione tollebat. horum tamen sententias (cōmuniore & verisimiliora secuti) libenter omittimus.

Communis enim opinio est, delegatum principis, qualis est Inquisitor, subdelegando, non posse dare facultatem subdelegato suo seu vicario, vt iterum ille subdeleget. ita glossa singularis in c. super quaestio. s. porro. verbo, transfert. de officio iudi. delegati, & gloss. in c. cum causam. verbo, delegatus. de appellat. Archidiaconus in c. quamuis. & Ioan. And. in c. is cui. de officio deleg. lib. 6. Alexander in d. l. à iudice. C. de iud. quod ipsum sequitur expresse Albericus in l. more maiorum. ff. de iurisdic. om. iud. & Panormitanus in c. super quaestio. s. si vero. num. 2. de officio iud. deleg.

Probari potest haec sententia, quam hic sequitur Emericus vniū quidē nec obscuris rationibus. prima est Ioan. Ana. praecitato loco: quoniam si delegatus posset suo vicario aut subdelegato concedere facultatem subdelegandi, progressus esset in infinitum: nam & subdelegatus subdelegati id etiam posset, cū nulla diuersitatis ratio afferri cōmoda possit aut probabilis. progressus vero infinitos vitari leges iubēt. l. fideicommissum. s. si quis. ff. de legat. 3.

Altera ratio & vera esse potest: quoniam delegatus potestatem quam habet subdelegandi, à lege habet, quod est velut personale privilegium, quod cum personam, cui tribuitur, sequatur, in alterum transferri non potest, & cū persona extinguitur. cap. privilegium. de reg. iuris lib. 6. notat. Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. & glossa in c. quam sit. de electio. lib. 6. ex quibus sit perspicuum, doctrinā Emerici hoc loco securam & sanam esse, & cōmunibus interpretum votis iūti. quare Commissarius non potest sibi alium substituere commissarium.

Quam autem facultatem possit Inquisitor concedere suis commissarijs, copiose explicatum est supra in hac 3. parte num. 37. super tit. de institutione Vicarij seu Commissarij.

QVAESTIO XVI.

De aetate & conditionibus Vicarij Inquisitoris.



Extadecima quaestio est: Inquisitoris Vicarius seu Commissarius cuius debet esse conditionis, & praesertim aetatis?

Respondemus, quod debet esse vir litteratus, constans & firmus, multum circumspectus, fideique zelator feruidus, vt litteratura atque scientia sciat discernere inter lepram & lepram, haeresim & haeresim, catholicam veritatem & hereticam prauitatem, vt constanter aduersitates & labores toleret patienter, nec trepidet, sed constanter & viriliter negotia fidei exequatur, vt circumspectione sit prouidus atque prudens, & sciat prouidere quomodo & qualiter sit agendū, & vt fidei zelo & feruore sit deuotus, ac sub spe mercedis aeternae negotia fidei deuotius exequat.

Quantum vero est de etate, non est in iure exp...

COMMENT. LXV.

Quales esse debeant Inquisitorij Vicarij.

Qua sunt partes, una est de qualitate commissarij, altera de eius etate.

Quantum ad primam attinet, eadem ferme dicit Eymericus de qualitate Vicarij Inquisitoris, quae supra quaest. 1. de ipsomet Inquisitore tradiderat; nec immerito: nam cum subrogatum seu substitutum debeat sapere naturam eius in cuius locum subrogatur.

Triginta anni sufficiunt in Vicariis Inquisitorum.

Quantum vero est de etate, &c. De etate commissariorum, ut vere scribit hoc loco Eymericus, iure nihil cautum nominatim ostenditur: quod quidam annos quadraginta natum esse debere ut Inquisitorem volebant. quam opinionem, quamvis non refellat auctor, non tamen videtur approbare.

Verumtamen hodie haec controuersia sublata est per rescriptum Clementis VII. quod incipit: Cum licet. S. decernimus. quo loco et commissariorum qualitas, & eorumdem triginta annorum etas luculenter praescribitur.

QVAESTIO XVII.

De destitutione commissarij Inquisitoris.

SVMMARIVM.

- 1 Vicarij Inquisitoris amouere non possunt Praelati ordinis. 2 Electio personae Inquisitoris cur sit Praelatis commissaria. 3 Verba canonis non sunt in poenalibus extendenda. 4 Locus a maiore non habet semper locum in iure. 5 Vicarios & Notarios Inquisitorum mutare non licet Praelatis. 6 Quales se praestare debeant Praelati erga Inquisitores, & contra.

Decima septima quaestio est: Vtrum Inquisitoris Vicarium seu commissarium, possint Magistri seu Priores Prouinciales ordinis Praedicatorum, vel Ministri Generales seu Prouinciales ordinis Minorum, infra eorum ordinem amouere? Respondemus, quod non: Nam eius est destitueri...

tuere, cuius est instituere: & omnis res per quamcunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. extra de reg. iur. Magistrorum autem, Priorum Prouincialium, seu Ministrorum, non est Vicarium seu Commissarium Inquisitoris instituere, sed solius Inquisitoris, ut patet supra hac parte 3. q. 1. 4. vbi de hoc quaeritur: Igitur nec illorum praesidentium, sed solius Inquisitoris est Vicarium suum destituere. Et ultra: Delegati enim est subdelegare: & illius solius in officio, ad quod est delegatus. C. de iudicijs. A iudice, & extra de offi. iudi. deleg. Super quaestione. Inquisitor autem domini nostri Papae est delegatus, ut patet in cap. Ne aliqui. de haeret. lib. 6. & non Magistrorum, nec Ministrorum, nec Priorum, ut patuit supra parte 3. q. 6. vbi de hoc quaeritur: Igitur Inquisitoris solius est sibi Vicarium subdelegare, & subdelegatum tenere, & a subdelegatione, cum ei videbitur, reuocare.

Et amplius: Licet enim Magistrorum, Ministrorum, & Priorum Prouincialium sit personam Inquisitoris eligere, ut patet in eorum priuilegijs & indultis; hoc ideo fit, quia plenioris notitiam de idoneitate suorum Fratrum videntur habere, quam dominus noster Papa; & ideo commisit eisdem personam eligere, ut de hac causa patet in priuilegijs Inquisitorum Vrbanum III. & Clementem III. Catholicae fidei. & paruit supra hac parte 3. q. 1. 1. Nullam tamen potestatem seu iurisdictionem super dicto inquisitionis officio tribuit praesidentibus antedictis, ut patet expresse in priuilegijs, & quaest. praedictis, sed personam ab eis electam, scilicet Inquisitori, cuius tantum est auctoritate Apostolica Vicarium sibi instituere, & subdelegare, in causa fidei procedere, inquirere, testes cogere & examinare, & sententiam cum diacefano ferre. Sicut igitur praedicti praesidentes non possunt in causa fidei procedere, nec testes ad testificandum cogere, nec processum Inquisitoris deruicere, nec reuocare, nec eius sententias mutare, nec testes prohibere ne deponant; sic nec possunt Vicarios in officio instituere, nec institutos destituere, nec eis mandare ne procedant: quod si fecerint, tamquam impeditores officij inquisitionis, excommunicationis mucrone eo ipso sunt percussa, in qua si iste terint, per annum animo indurato, ex tunc sunt ut heretici condemnandi, ut patet in c. Vt inquisitionis officium. de haeret. lib. 6. Et ultra hoc contra eos ut contra fautores haereticorum, per ipsos Inquisitores est procedendum, iuxta priuilegium Vrbanum III. & Clementem III. Prae cunctis. in §. ceterum vero. quod habetur supra par. 2. Vicarium igitur Inquisitoris instituere & destituere est Inquisitoris solius, & non alterius nisi domini nostri Papae, qui habet super istum & illum plenitudinem potestatis.

Nec valet quod allegatur ab eorum quibusdam, quod eis committitur potestas Inquisitorum instituendi & destituendi, & consequenter eius Commissarium per locum a maiori, qui cui conceditur quod est plus, videtur & concedi quod est minus: Nam commissio facta alicui tantum valet, quantum verba sonant, nec sunt verba extendenda praesertim

Inquisitorij Vicarij non possunt remouere eius Praelati.

Electio personae Inquisitoris cur sit Praelatis commissaria.

Relat. supra pag. 116.

Relat. supra pag. 119.

Authent. multo magis C. de sacros. eccles.

Cap. odia. de reg. iur. lib. 6.

ferunt in odiosis & poenalibus, quia odia restringi, fauores autem congruit ampliari. extra de reg. iur. In priuilegijs autem praedictorum praesidentium, & commissariorum eis factis, & si sit mentio de Inquisitoris destitutione, non tamen de destitutione eius Vicarij; quare cum destitutio sit odiosa, non est ad Vicarios extendenda.

Nec a locus a maiori in iure habet locum. Si enim Papa aliquem delegat ad inquirendum de vita, moribus & regimine alicuius Magistrum vel Ministri Generalis cum potestate etiam deponendi, de quibus est informatus seu deformatus, nulla facta mentione in commissione de Prioribus, vel Ministris Prouincialibus, seu Guardianis, nunquid poterit de eis inquirere ac eos deponere nequaquam. Sic enim in proposito. Destitutio ergo dicti Vicarij ad Inquisitorem & non ad praedictos noscitur pertinere.

Et ultra: Si enim dominus Papa male, sed vere informatus de malo regimine, vita, & moribus Archiepiscopi per eius bonos suffraganeos & Ecclesiae zelatores, delegat aliquem ut inquireat de Archiepiscopo, cum potestate eum suspendendi vel deponendi, nulla facta mentione in literis delegationis de inquisitione, suspensione, seu depositione fidei de suffraganeis antedictis, poterit ne delegatus agere ad suspensionem vel depositionem suffraganeorum praedictorum? nequaquam: sic & in proposito; cum in litteris Apostolicis praedictis praesidentibus directis fiat mentio tantum de destitutione Inquisitoris, & non eius Vicarij; poterit illum ex causa legitima, & non voluntate libera deponere, ut habetur supra parte ista 3. q. 10. sed non eius Vicarium: sed amoto Inquisitore spirat statim potestas Vicarij antedicti.

Minusque valere videtur quod ab eorundem quibusdam replicatur; quod praesidentes praedicti possunt Fratres suos de loco ad locum, ab officio ad officium transferre ad libitum voluntatis; quod nequaquam fieret, si non possent Vicarios & Commissarios Inquisitorum destituere libera voluntate: Nam ab illo eodem, scilicet a domino nostro Papa, cuius est religiones condere, & approbare, & sustinere, & priuilegiare; a quo dicti praesidentes habent quod praesideant, & quod Fratres eis subiaceant, ab eodem habent Inquisitores, & eius Commissarij, & Fratres, qui antequam intrarent ordinem, habebant auctoritatem officij notariatus exequendi, quod in causa fidei procedat, Inquisitor ut delegatus & Commissarius ut subdelegatus, & Frater dudum notarius, si per Inquisitorem fuerit requisitus, quod sit eius notarius auctoritate tunc Apostolica fultus, ut in cap. Vt officium. §. ad conscribendas. de heret. lib. 6. Quare praesidentibus non licet eos in officio eis tradito, impedire, eos de loco ad locum transferendo, vel de officio ad officium transfundendo, per quod ipsi in causa fidei ne procedant, valeant impediri; nec ipsi dictis praesidentibus in huiusmodi sunt subiecti, sed domino nostro Papae; & ideo illi & non istis debent obedire: nam potius est obediendum maiori potestati, quam minori. 1. 1. quaest. 3. Qui resistit,

Al. conce. de.

Notarij Inquisitorum a praelatis non possunt amoueri.

Debent igitur Praesidentes praedicti, Inquisitores, eorum Commissarios & socios ac notarios fouere, & causam omnem licitam praestare, ut tam salubre officium diligentius exequantur, & ad contrarium nullatenus causam dare debent.

Et etiam Inquisitores salua sui officij libera executione, Fratribus materia non praestare, ut a sua obedientia resiliant salutari. Igitur illi & isti suis terminis sint contenti, cum sint infimul diuinis obsequijs mancipati.

Saluberrima admonitio.

COMMENT. LXVI.

In tota hac quaestione vni praecipue axioma tractatur, videlicet: Solum Inquisitorem posse Commissarium a se institutum deponere, & nullo modo id posse religionum suarum praefectos. quod axioma probat multis eiusdemque viuis quidem ac spirantibus rationibus: inde vero obstantia diluit argumenta, ibi: Nec valet quod allegatur ab eorum quibusdam.

Tota hac tractatione retulit Campegius apud Zanchinum, breuius tamen, cap. 30. vers. denique dicit. & Locutus in opere iudiciali, verbo, Vicarius. nu. 1. & alij. Est autem tota quaestio facilis, & per se perspicua, adeoque dilucide loquitur auctor, ut nulla nostra fusiore interpretatione indigeat, vno excepto, quod mox explanabo.

Nec locus a maiori in iure habet locum, &c. Depositionem Commissariorum esse odiosam, ut in proximis praecedentibus verbis ostendit Eymericus, certissimum est, & exploratissimum: at locum a maiori in iure non habere locum, paradoxon videtur esse & improbabile, cum communis sit theoricum, argumentum a maiori & forte esse in iure, & frequens, & utile. c. licet vniuersis. vbi glossa extra de testibus. l. nec ex vera. C. de acquiren. possess. l. 1. C. de negotijs gestis. glossa, Ioan. And. & Panorm. in c. cum in cunctis. de electio. & copiose Euerardus in locis argumentorum legalibus in loco a maiori.

Sed quo aperius haec intelligas, sige Eymericum huic argumento respondere: Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus. c. cui licet. de regul. iur. lib. 6. at praelatis ordinum licet remouere Inquisitores, quod videtur plus: ergo licebit Commissarios eorum, quod est minus. Eymericus respondet maiori propositioni dicens, praedictam regulam in iure non habere locum, id est, non semper habere locum; quod est verum: nam argumentum a maiori tunc solu procedit, quando minus continetur sub maiori tanquam species vel pars. cum itaque Vicarius Inquisitoris non sit eius pars, aut species subiecta; non mirum, si is qui remouet Inquisitorem, non possit remouere eius Vicarium.

Rursus dico, sepe eos qui possunt maiora, non posse agere minora, quatenus ius, consuetudo, vel priuilegium repugnant. Sed vide Hostiensem & Prepositum in cap. per venerabile. extra qui filij sint legit. glos. singularem in Clem. vlt. verbo, defensor. de rebus Eccles. non alienan. Paulum Castrensem in authent. multo magis. C. de sacros. eccles. & Zabarellum in clem. ne Romani. in 4. oppositio. de electio.

Multis quoque alijs modis praefata regula non procedit, quos refert Euerardus in loco a maiori num. 4.

Solus Inquisitor deponit Vicarij sibi substitutum.

Locus a maiori in iure validum.

Locus a maiori ad minus, quando non procedat.

ex quibus intelligimus prudenter fuisse locutum auctorem. qui, ut alibi monui, hoc habet familiare, ut non citatis legibus secundum leges loquatur, & ob id nobis fuit valde molestum has in eum adnotationes perficere.

Q V A E S T I O XVIII.

De creatione Notarij inquisitionis.

Decima octava quaestio est: Vtrum Inquisitor possit sibi notarium creare? Respondemus quod non, nec de iure communi, nec priuato, nec in priuilegijs Inquisitoru de hoc aliquid reperitur. Habeat ergo notarios publicos Episcoporum, locorum, vel dominorum temporalium illarum terrarum vel regnorum, in quibus officium est sibi commissum, qui processus conficiant, & alia, quae ad negotia fidei pertinent, exequantur; vel petat a domino nostro Papa creari sibi tres vel quatuor, quos sibi nominauerit in notarios; quod sibi non negabitur, qui auctoritate Apostolica in partibus Inquisitoribus traditis, negotia fidei exequantur; dummodo hoc toleret dicti domini temporales, quod male libenter communiter faciunt: quare tutius est, cum notarijs Episcoporum, locorum, vel dominorum temporalium illarum terrarum vel regnorum, quod processus fidei conscribantur.

COMMENT. LXVII.

Prætabit aliquis imprudenter loqui hic Emericu, dum dicit non posse Inquisitorem sibi notarium creare, cum aliud videatur esse statutum in e. ut officium. s. veru quia. de heret. lib. 6. & in litteris Urbani IIII. incipien. Licet ex omnibus. s. ad conscribend. is. verum tamen non est ita: nam illis locis, solum canetur, ut qui iam notarij erant, ab Inquisitoribus compellantur ad id munus exequendum. tamen si religiosi facti sint: nec vllum vidimus antiquu rescriptum, quo tribueretur Inquisitoribus potestas creandi notarios: ideoque olim notarij deficientibus, quia notarios creare non poterant, duos viros idoneos assumere poterant ad acta inquisitionis conscribenda, ut alibi susius diximus.

Ceterum hodie quodam Pij IIII. rescripto incipiente: Pastoralis officij cura. dato Romae. apud sanctum Petrum anno Domini MDLXI. sexto Calen. Septemb. quod refertur in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis, cautum est, ut Inquisitores & eorum commissarij in quibusuis fidei causis cum viderint expedire, auctoritate Apostolica possint vnum vel plures etiã clericos seculares, vel quorumuis ordinum regulares in notarios eligere, as sumere, atque creare.

Sed in hac causa hoc animaduertere oportet, non propterea religiosum, aut clericum notarium creari, quod ab Inquisitoribus iussus sit officij sacri acta conscribere, sed ut cuncta valida sint, coram alio notario huic religiosum notarium creare oportet, testibus adhibitis, tradito sibi de more calamo & atramentario, additoque solemniter iurando, & verbis consuetis, videlicet: Ego notarius & fidelis, adde

Olim Inquisitores non poterant sibi notarios creare, hodie tunc.

In creando notario quid obseruandū.

Campegium apud Zanchinum. cap. 9. vers. adde rursum. & Locatum in opere iudiciali, verbo, notarius. nu. 4. & 5. cetera huc spectantia dicam seq. quaest.

Q V A E S T I O XIX.

An Inquisitor cogere possit ad exequendum tabellionatus officiu clericos, & alias personas idoneas.

Decima nona quaestio est: Vtrum Inquisitor, clericu seu religiosum etiã sacerdotem, aliã notarium, vel alias personas idoneas, possit cogere ad exequendum tabellionatus officiu, quo ad ea, quae concernunt inquisitionis officium hereticae prauitatis?

Respondemus quod sic, iuxta cap. Vt officiu. de heret. lib. 6. s. Ad conscribendas. vbi dicitur sic: Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quae in commissio vobis officio ad scriuarij, seu tabellionatus officium pertinent, teneri districte precipimus, cum per vos fuerint requisiti, omnes & singulos vestri ordinis Fratres, qui dum essent in saculo tabellionatus officium habuissent aut exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officiu ratione praefati negotij fidei, fuit ab Apostolica sede commissum, & in posterum committetur, concedentes huiusmodi Fratribus, necnon & alijs religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in saculo, tabellionatus officium habuerunt & exercuerunt, quibusuis etiam clericis secularibus officium ipsum habuissent (etiam si iidem Fratres religiosi & clerici sint in sacris ordinibus constituti) exercendi libere officium ipsum, quo ad praemissa, non obstante statuto aliquo contrario canonis vel ordinis quocumque vallato munimine potestatem. Et eo. c. s. verum, dicitur sic: Volumus & mandamus, ut in examinatione testium, quos recipi super crimine praedicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum praesentia per publicã (si commode potestis habere) personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Eadem verba habentur in priuilegijs praedictis Urbani IIII. & Clementis IIII. Prae cunctis. s. verum.

COMMENT. LXVIII.

Personas religiosas cuiusuis ordinis, quae dum essent in saculo notarij fuerant, posse per Inquisitores compelli ad hoc officium exequendum ob singularem fidei fauorem, cauit etiam Urbanus IIII. in rescripto incipien. Licet ex omnibus. s. ad conscribendas. relato in bullario litterarum Apostolicarum. & Alexand. IIII. rescripto incipiente: Ne commissis. s. ad hec. relato item in bullario in fine huius operis. quae sub pendenti plumbeo authentica videmus in archiuo inquisitionis Bononiensis: quo loca in hac

Relat. supra pag. 107.

Inquisitor quoslibet idoneos potest compellere ad scribenda inquisitionis acta.

In hac causa hunc ordinem obseruandum videtur inuere Papa, ut primum laici notarij vocentur, & illis deficientibus, persona religiosa, quae dum essent in saculo officium tabellionatus exercuerant, accersantur: quibus denique deficientibus: alij duo viri idonei clerici vel laici ad acta officij scribenda accedere iubeantur. sed hodie, ut superiori commentario docui, notarij creari possunt, ne ex defectu scribentiu quicquam omitatur, quod ad fidei negotium propagandum spectet.

A notario scripturo inquisitionis acta, de quo iuramentu est requisitendum.

Illud est tamen hoc loco diligenter obseruandum, ut quotiens Inquisitores notarios quoslibet de nouo aduocant ad conscribenda acta sacri officij, denno ab illis exigant iuramentum de officio fideliter exercendo, & custodiendo secreto, non obstante, quod fideliter semel iurauerint cuncta exercere, cum primum notarij fuerint creati: quod est in causa fidei particulare, ut notat glossa in clem. 1. s. porro. verbo, iurabunt de heret. & ibidem Paulus, Ancharanus, & Imola. Nicolaus Arrelatanus tract. de heret. notabili 36. incipien. Nota quod quamuis. Ioan. Rojas singulari 141. incipien. Notarius. Bernardus Comensis in lucerna verbo, notarius. s. 1.

Cetera huc spectantia tradunt Repertoriu Inquisitorum, Bernardus Comensis in lucerna, & Locatus in opere iudiciali verbo, notarius. Campegius apud Zanchinum cap. 9. vers. omnia faciet. & Simon cas de catho. instit. tit. 41. num. 7. & sequen.

Q V A E S T I O XX.

De socijs Inquisitoris.

S V M M A R I V M.

- 1 Non potest Inquisitor ad libitum sui ordinis Fratres in socios assumere.
2 Sunt ei tamen a praelatis socij grati & idonei consignandi.
3 Ad Romanam curiam ire possunt Inquisitores cum socio sine praelatorum ordinis licentia.
4 Gregorius XI. de hac facultate littera.

Decima quaestio est: Vtrum Inquisitor possit sibi libere Fratres sui ordinis in socios assumere, ad se associandum, comorandum, & ad exequendum officium hereticae prauitatis, & cum eisdem procedere hinc & inde, etiam ad Romanam curiam, & ibi causas sui officij ducere, non habita nec petita sui ordinis praesidentiu licentia speciali? Respondemus duo: Primum est, quod licet in c. Nolentes. s. notarij. de heret. in clem. fiat mentio de socijs Inquisitorum, & eorum Commissariorum: tamen nec in iure communi, nec priuato inuenitur, quod Inquisitor regulariter, nisi ut dicitur, possit sibi assumere, absque sui ordinis licentia socium, vel socios sui ordinis Fratres ad se associandum, secum comorandum, & ad exequendum officium hereticae prauitatis.

Al. realiter.

Bene tamen inuenitur, quod praesidentes eorum tenentur eis concedere socios, de quibus merito consolitur: Vnde in priuilegijs Urbani IIII. & Clementis IIII. directis Prioribus Prouincialibus Com-

uentualibus, ac Subprioribus & Vicariis ordinis Praedicatorum, dicitur sic: Ne catholice fidei negotium dilectis filijs Fratribus vestri ordinis, infra designatos eis limites, sedis Apostolica auctoritate commissum, & in posterum committendum, ex personarum defectu contingat (quod absit) quomodolibet impediri, volumus & praesentium auctoritate vobis districte precipiendo mandamus, quatenus tu fili Prior Prouincialis, singulis ex praedictis Fratribus, singulos socios, Fratres videlicet ipsius ordinis, prouidos & discretos, ac eidem negotio congruentes, de quibus hi quibus consignati fuerint, merito valeant consolari, si blata difficultate qualibet, assignare procures; & nihilominus tam tu, quam vos alij Priores, Subpriores, Coeuentuales, ac Vicarij quotiens ab eisdem Fratribus, quibus dictum est commissum negotium & committetur in posterum, fueritis requisiti, & dicto negotio fuerit opportunum, de alijs etiam Fratribus eiusdem ordinis praeter illos, qui eis in socios deputati fuerint, cum omni proutudine providere curetis; ita quod praefatum negotium, nullum ex vestra negligentia suscipiat detrimentum.

Inquisitoribus assignari debent socij officio congruentes, & eis gratia.

In autographo ita, nullam ex negligentia vestra dilationem capiat, sed potius ex diligentia contentum suscipiat incrementum.

Secundum est: quod confertur Inquisitoribus libera potestas, ad curiam Romanam eundem ac morandi, & socium assumendi absque licentia sui ordinis, ut patet in litteris Gregorij XI. impetratis per me Inquisitorem Fratrem Nicolaum EymERICI, tenoris sequentis. Ad perpetuam rei memoriam. Catholice fidei negotium per Nos ipsos promouere, & per alios promoueri facere (pro vt ad id tenemur) plenius desideris affectantes, vniuersis & singulis Praedicatorum & Minoru Fratribus Inquisitoribus hereticae prauitatis, vbi libet constitutis, praesentibus & futuris veniendi libere ad Romanam curiam, & in eadem morandi cum vno socio sui ordinis, non obtenta, vel petita licentia quoruncumque suorum superiorum, seu praelatorum; & huiusmodi socium mutandi, & alium de sua Prouincia assumendi, & secum tenendi quotiens fuerit opportunum, non obstantibus quibuscunque prohibitionibus, seu constitutionibus eorundem praelatorum, seu capitulorum generalium, seu Prouincialium, ordinum praedictorum, quorumcumque tenorum existant, contrarijs plenam licentia tenore praesentium impartimur.

COMMENT. LXIX.

Magna habet equitate quod hic docet Emericus, cum non sit equus, Inquisitoru solu in magnis rebus et negotijs tractandis ac peragendis degere. Sive ergo Inquisitores ipsi socios sibi eligant, siue a praelatis suis eis conferantur, eos eligi oportet, quorum prudentia & consilio in arduis vti possint, & aduersa superare.

Quales esse debeant Inquisitoru socij.

Quantum vero attinet ad primum rescriptum, quod hic citat Emericus, id integrum extat, & authenticum in archiuo inquisitionis Bononiensis, quod etiam curauimus imprimendum in Bullario litterarum Apostolicarum, in fine huius operis.

Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. tit. de priuilegijs

ilegijs Inquisitorum. num. 418. versitem Inquisi-
tores Monachi. huius privilegij de quo hic Eymeri-
cus meminisse etiam videtur.

DE EXCOMMUNICATIONE
Inquisitoris, eius socij, & notarij.

Q V A E S T I O XXI.

Excommunicari ne possit Inquisi-
tor, & eius notarij ab Aposto-
licæ Sedis delegatis.

Vicesima prima quæstio est: Vtrum sedis
Apostolicæ delegatus, aut ab eo sub-
delegatus, cõservator, aut executor,
à sede Apostolica deputatus, possit
Inquisitorem, & eius notarios excommunicare?

Habetur su-
pra pag. 132.

Respondemus quod non, ut patet in literis pre-
dictis domini Urbani iij. tenoris sequentis: Ne in-
quisitionis negotium contra damnatam hæresim
prudentiæ vestræ cõmissum, impediri (quod ab-
sit) propter aliquorum astitiam, vel etiam recar-
dari contingat: vobis auctoritate præsentium in-
dulgemus, ut nullus sedis Apostolicæ delegatus,
vel subdelegatus, ab eo cõservator, aut etiam exe-
cutor à sede Apostolica deputatus eadē, seu etiā
deputandus, in vos, vel quatuor notarios siue scri-
ptores vestros, super his vobis fideliter obsequē-
tes, quamdiu in prosecutione huiusmodi negotij
vos & ipsi fueritis, possit excommunicationis, vel
suspensionis, aut interdicti sententiam promulga-
re, absque speciali mandato prædictæ sedis facien-
tem: decernentes irritum & inane, si secus fuerit
attentatum. Nulli ergo, &c.

COMMENT. LXX.

Inquisitores
nequeunt ab
inferioribus
excommuni-
cari.

In fine hoc est & præclarum privilegium favore
fidei concessum, ne causa religionis propter ex-
communicationem Inquisitorum, aut aliorum officij
ministrorū deferatur, aut impediatur; & interim
impeditis indicibus hæretici impune grassentur.

Cõcessit Urbanus hoc privilegium Inquisitoribus
anno Domini MCCLXI. idem prorsus tribuerat pau-
cis antea annis Alexander III. anno Domini
MCCLIX. Anagnia. xiiii. Cal. Maij. referturque in
libro privilegiorum ord. Prædicat fol. 49. pag. 1. idē
concessit etiam Clemens III. rescripto incipiente:
Catholica fidei. vers. nos enim eorum. quod refer-
tur supra apud Eymericum par. 2. & huius etiā pri-
vilegij meminit Campegius apud Zachinum cap. 31.
vers. secundum autem.

Vel quatuor notarios siue scriptores vestros. J
Quod hic de quatuor notarijs dicitur, de pluribus e-
tiam intelligendum est, si plures constituerentur: &
quatuor expressit, quoniam tunc illi sufficiebant.

An ministri
Inquisitorū,
sicut eorum
notarij ne-
queant exco-
municari.

An autem hoc privilegium de non excommunica-
ndis Inquisitoribus vel eorum notarijs, competat etiā
nunc alijs Inquisitorum & sacri officij ministris, ve-
luti advocatis, promotori fiscali, consultoribus, car-

Acerum custodibus, & similibus dubitari potest: &
posset quis fortassis satis probabiliter dicere alijs
quoque ministris cõpetere, tum quia favores amplia-
ri debent, non restringi. cap. odia. de rex. iuris lib. 6.
tum favore fidei: tum postremo quoniam eadem etiā
in his ministris ratio reperiri videtur, quare idē sta-
tui oporteret. l. illud. ff. ad leg. Aquilian. ac sane quo-
modocunque res se habeat, satis videtur æquum, ut
Sanctitas sua etiam ad alios ministros extenderet.

Verum id est notandum quod in rescripto conti-
netur, videlicet: Quamdiu in prosecutione huius-
modi negotij vos & ipsi fueritis: ut intelligatur nō
tribui hoc privilegium ministris amotis ab hoc offi-
cio: quoniam cessante causa privilegij privilegij ces-
sat. l. adigere. s. quamvis. ff. de iure patronat. c. cum
cessante. de appellatio.

Atque ex his rescriptis, quorum cum Eymericō
meminimus, respondetur ad dubium nobis aliquando
propositum, an scilicet Inquisitor hæreticæ pravitatis
obligatus in forma camere ad solvendam pensio-
nē, aut ad quodlibet aliud possit virtute obligationis
excommunicari ob non solutionem, nam non posse in
personam ipsius Inquisitoris intentari aliquam a-
ctionem, aut excommunicationem ferri, durante
officio per hæc rescripta videtur esse certum: nec ap-
paret inter privilegia præfecti Cameralis, ut etiam
contra Inquisitores possit censuras proferre. quare
favore fidei ne in officio impediatur absque expres-
sa Romani Pontificis facultate, faciente de hoc pri-
vilegio mentionem, ac illud revocante, nullus cuius-
vis auctoritatis, aut potestatis existat, potest Inqui-
sitores censuris ecclesiasticis inmodare.

Nec obstat, si dicatur, Inquisitorem obligando se
in forma Camere huic privilegio renuntiasse; quoniam
respondetur, quod cum aliquod beneficium seu privi-
legium concessum est toti potius alicui ordini, quàm
privatis personis eius ordinis, tunc tunc privilegio re-
nuntiare non potest. cap. si diligenti extra de foro cõ-
peten. & ibi communiter glos. Hostien. Ioan. And. &
alii. quare cum privilegium prædictum sit concessū
toti ordini & collegio Inquisitorum: item propter pu-
blicam utilitatem, nempe ob fidei favorem, & ut hæ-
retices extirpentur, consequitur plane, ut ei renuntia-
ri non possit.

Quod si dicas ex hoc damnificari contrahentes cũ
Inquisitoribus, cum non possint ius suum consequi,
respondebo id non esse ita, cum vel ad sanctissimum
dominum Papam, qui quoslibet privilegiatos coer-
cet, vel ad supremos Inquisitores recursus haberi
possit, qui re cognita inbeant, atque decernant, ut In-
quisitores & iuri & debitis suis satisfaciant: non e-
nim debent officij ac privilegiorum suorum prætextu
quemquam ledere. Clemens. 1. §. 1. de hæret. ubi com-
muniter Doctores.

Q V A E S T I O XXII.

An Inquisitor absque incurfu excõ-
municationis requirere possit
Dominos tēporales ex-
communicatos.

Vicesi-

Q V A E S T I O XXIII.

An Inquisitor & eius socius se mu-
tuo absolvere possint ab ex-
communicatione,

Vicesima tertia quæstio est: Vtrum In-
quisitor, ac eius socius, si forsan reco-
gnoverint se esse excommunicationis
vinculo innodatos, aut etiam irre-
gularitate ligatos, possint se mutuo
absolvere, & in irregularitate etiam dispensare?

Respondemus quod sic, ut patet in literis Ur-
bani iij. tenoris sequentis:

Vt negotium fidei valeatis liberius promotē-
re, vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut
si vos, & Fratres vestri ordinis socios vestros ex-
communicationis sententiam, & irregularitatem
incurrere, aliquibus casibus ex humana fragilitate
cõtingat, vel recolatis etiā incurrisse: quia pro-
pter iniunctum vobis officium ad Priores vestros
de leui super hoc recurrere non potestis, mutuo
vos super his absolvere, iuxta formam Ecclesiæ,
& vobiscum auctoritate nostra dispensare possi-
tis in casibus, in quibus dictis Prioribus, ut dicitur,
est ab Apostolica sede cõcessum: Nulli ergo, &c.

COMMENT. LXXII.

Magnum est etiam hoc privilegium, & est du-
plex. unum ut ab excommunicatione se pos-
sint absolvere: alterum ut super irregularitate seculi
possint dispensare. concessit hæc Urbanus anno Do-
mini MCCLXI. idem refert Repertorium Inquisito-
rum verbo, irregularitas. s. si tamen. & Campegius
apud Zachinū cap. 31. in princ. Ioannes Rojas tract.
de hæret. par. 2. num. 423.

Inquisitores
mutuo se ab-
solvunt, &
secū in irre-
gularitate di-
spensant.

Observanda tamen sunt illa rescripti verba:
Quia propter iniunctum vobis officium ad Prio-
res vestros de leui super hoc recurrere non pote-
stis: Nam à cõtrario sensu optime videtur sequi, In-
quisitores non posse, aut non debere se mutuo absol-
vere ab his censuris, si facile & sine fidei & sacri of-
ficij detrimento ad suos possint recurrere superiores,
à quibus mutuo absolvantur.

Et quāvis hæc sententia summo iure sustineri pos-
sit, altera huic adversa benignior est, & fortassis re-
rior, cum sit favorabilis; nec argumentum à contra-
rio sensu semper locum habet, ut late docent Do-
ctores in rub. ff. de offic. eius cui mandata eēt in iud.

Num autem hoc privilegium Commissarijs etiā
Inquisitorum competat, dubitari potest, & verius
est competere favore fidei. sed de hoc alibi plenius
scripsimus.

Q V A E S T I O XXIII.

Quibus casibus Inquisitores excom-
municationem Papæ refer-
uatam incurrant.

S V M M A R I V M.

In tribus casibus excommunicationem Papæ re-
servatam



Vicesima secunda quæstio est: Vtrum
Inquisitor absque incurfu pœnæ
excommunicationis, possit requi-
rere dominos temporales, eorumque
officiales excommunicatos,
quatenus iuxta officium suum præstent sibi auxi-
lium & favorem?

Relatum su-
pra pag. 105.

Respondemus quod sic, ut patet in cap. Præsi-
dentes. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Præsiden-
tes regimini alicuius regni, Prouinciæ, siue loci
(licet excommunicati, vel de facto tantum, & nō
de iure iurisdictionem habentes, ac eorum offi-
ciales ad requisitionem ordinariorum, vel delega-
torum ipsorum, aut Inquisitorum hæreticę pravi-
tatis non valentium sine morę dispēdio, vel nego-
tij periculo, recursum habere ad superiores, qui
legitime in locis ipsis possint iustitiam exequi)
possunt & debent contra hæreticos, credentes, fau-
tores, receptatores, & defensores eorum, iustitiā
& suum officium exercere. Nec requirentes hu-
iusmodi excommunicatos, propter hoc sententiā
excommunicationis incurunt. Non tamen præ-
sidentibus prælibatis, vel officialibus eorundem,
propterea in alijs casibus intelligatur concessum
aliquid, vel permissum.

COMMENT. LXXI.

Alexandri III. est hoc rescriptum, quo propo-
sita quæstio dirimitur, quod dedit Anagnia
V. Calend. Iunij, Pontificatus sui anno sexto, qui in-
cidit in annum Dom. MCCLIX. incipiebat: Que-
siuissis. id vidimus integrum & authenticū in Ar-
chiuio inquisitionis Bononiensis.

Inquisi-
tor
participans
cum excom-
municatis,
quatenus nō
excommuni-
cetur.

Favorem fidei respicit, & etiam Inquisitoribus
privilegium tribuit non vulgare: quoniam partici-
pans cum excommunicato maioris excommunica-
tionis vinculo inmodato, minori excommunicationi
supponitur. c. nuper. & c. si quidem de sent. excom.
c. quoniam multos. 1. 1. q. 3. quod tamen incommo-
dit hic favore fidei evitant Inquisitores.

Notant hoc privilegium Gondissalvus tract. de
hæret. quæst. 19. num. 8. Ioannes Rojas singul. 59.
incipien. Excommunicatus est. & singul. 72. in-
cipien. Gestā per regem. idem tract. de hæret. par. 2.
num. 441. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. no-
tabili 40. incipien. Quamvis tyrannus. quibus lo-
eis dicitur hoc esse speciale favore fidei, ut notat etiā
glossa in cap. 1. de offic. Vicarij lib. 6.

Est aliud etiam speciale: quoniam gesta per ty-
rannum ipso iure sunt nulla. c. fundamenta. §. quod si
secus. de electio. in 6. clemens. pastoralis. de re iudi.
l. decernimus. c. de sacros. ecclesijs. at favore fidei si
iussu Inquisitorum quid in hæreticos exerceat tyran-
nus, aut alius iniustus dominus, validum est. ita
præcitati.

Monebo tamen hæc tunc locum habere, cum In-
quisitores nō possunt sine morę dispēdio superiores
consulere: quod patet ex illis verbis: Non valen-
tium sine morę dispēdio, &c. aliter enim in ex-
communicationem inciderent. glossa in c. præsi-
dentes. verbo, dispēdio. de hæret. in lib. 6. & notat no-
minatim Gondissalvus præcitato loco.

- 1. *seruatam incurrunt Inquisitores.*
- 2. *Si contra iustitiam & conscientiam ex odio, vel amore omittant procedere, &c.*
- 3. *Si modis illicitis pecunias extorqueant.*
- 4. *Si bona Ecclesie ob delictum clericorum scienter fisco applicent.*



Iccesima quarta quaestio est: Vtrum sint aliqui casus speciales excommunicationis, à quibus Inquisitor nō possit absolui si incurrat, nisi per dominum nostrum Papam?

Relat. supra pag. 111.

1. Respondemus quod sic: & sunt tres, vnus qui ponitur in cap. Multorum. §. verum. de heret. in clem. vbi dicitur sic:

2. Verum & infra. Quod si odij, gratiae, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam, & conscientiam suam omiserint contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendū super huiusmodi prauitate: aut obtentu eodem, prauitatem ipsam, vel impedimentum officij sui alicui imponendo, eum super hoc presumpserint quoquo modo vexare (praeter alias poenas pro qualitate culpa imponendas eidem) episcopus, aut superior, suspensionis ab officio per triennium; alij vero excommunicationis sententias, eo ipso incurrant. A qua quidem excommunicationis sententia, qui eadem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem nequeant (praeterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione praemissa) absolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte privilegio suffragante.

Supra pag. 113.

3. Alij casus duo ponuntur in cap. Nolentes. §. Et tam ipsorum. de heret. in clem. vbi dicitur sic: Et tam ipsorum, quam Episcoporum, seu capitulorum sede vacante, super hoc deputatis Commissarijs, quibuscuque, districtius inungentes, ne pretextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecunias extorqueant:

4. Nec scienter attentent ecclesiarum bona ob clericorum delictum, praedicti occasione officij, fisco etiam ecclesie applicare. Quod si fecerint in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententia eos subiacere decernimus ipso facto: A qua non possint absolui praeterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorserint, plene satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis privilegijs, praetis, aut remissionibus super hoc valituris.

COMMENT. LXXIII.

Quibus casibus non possint Inquisitores se mutuo absolue- re.

Haec quaestio superiorē limitat, & eius summa est: Tres esse casus, in quibus Inquisitores mutuo se non absolunt.

Primus est: cum omiserint procedere contra quē procedere debuerant.

Secundus est: cū alicui haereticos crimen falso imposuerint: aut dixerint eos impediuisse sacrum officium, qui re vera non impediuerunt. & hi duo continentur in clem. 1. de heret. §. verum quia. hoc loco ab auctore relata, quamvis Eymericus vnum hic tantum casum contineri dicat.

Tertius est: cū illicitis modis pretextu officij pecunias extorserint; vt in clem. nolentes. §. Et tam

A ipsorum. de heret. ex quo loco auctor hic ponit duos casus, vnum de illicita extorsione pecuniarum, alterum de confiscandis ecclesiarum bonis ob delictum clericorum. & ita re vera erunt quatuor casus, duo in clem. 1. & alij duo in clem. 2. & horum meminit Campegius apud Zachinum cap. 31. in principio. & Caiet. in summa verbo, excommunicatio. casu seu cap. 3. in his ergo casibus Inquisitores non se absolunt mutuo.

Rursus etiam ab illis casibus nō se possunt absolue, quorum absolutio non est suis superioribus concessa. quod indicant non obscure illa rescripti verba relata in quaest. 23. proxime praecedenti in fine dicitur: In casibus, in quibus dictis Prioribus (vt dicitur) est ab Apostolica sede concessum. Ergo à contrario sensu aliud est in casibus nō concessis: quod est verum, & diligenter obseruandum.

Obseruandum tamen est, qd ad hoc vt Inquisitor subiaceat praedictae poenae ex omissione procedendi contra quos procedere debuerat, requiritur nō solum vt illa omisso sit contra iustitiam, sed etiam contra conscientiam & scientiam ipsius Inquisitoris: Papa enim noluit praedicta poena plebei Inquisitores omittentes procedere, ex ignorantia. sed eos, qui cum intelligerent ac scirent esse procedendum, odio, gratia, amore, pretio vel prece, contra iustitiam & conscientiam propriam omiserunt procedere vbi fuerat procedendum, aut contra processerunt, cum non debuissent. ita colligitur non obscure ex textu in dicta clem. 1. §. verū, de heret. & docet nominatim Caietanus in summa verbo, excommunicatio. casu seu cap. 3. quod etiam videtur posse colligi ex B. Antonino par. 3. titu. 24. cap. 7.

CONTRA QVOS POTEST procedere Inquisitor.

QV AESTIO XXV.

An Inquisitor vel quisquā alius procedere possit contra Papam deprehensum in haeresi.



Iccesima quinta quaestio est: Vtrum Inquisitor, vel quis possit procedere contra Papam deprehensum in haeretica prauitate?

Respondemus, qd Inquisitor nō: qd delegatus eius est, & consequenter inferior; inferior autē in superiorem non habet potestatem, vt 22. distin. Inferior. & ff. ad Trebel. l. Ille à quo.

Quis autem sit illius iudex, vel generale concilium, vel Cardinalium cōsistorium, nihil ad praesens negotium: sed de hoc vide Archidiaconum in cap. In fidei. de heret. lib. 6. in principio.

COMMENT. LXXIII.

Gravis est difficultas, quae hoc loco proponitur tractanda, quae nec huius est loci, nec temporis, nec nostrae breuitatis.

Qui tenent summum Pontificem (postquam rite & legi-

& legitime electus est Pontifex Romanus. & Ecclesia caput) posse incidere in haeresim, mox de iudice querunt, vt hic facit Eymericus. Primum ergo querendum erat, an Papa haereticus fieri possit, inde de iudice erat inuestigandum.

Papā in haeresim posse incidere qui concesserint.

Quantum ad primum attinet, Eymericus aperte sentit, Papam in haeresim posse incidere: cuius sententia communi Theologorum & Canonistarum voto recepta est: quam tenent Turcremata in sum. de Ecclesia lib. 2. cap. 93. & multis seq. Caietan. in opusculo de auctoritate Papae & cōcilij. Cardinalis Hieronymus Albanus Iuriscōsultus celeberrimus in libro de potestate Papae, par. 1. Dominicus Sotus lib. 4. sentent. dist. 22. q. 2. art. 2. verste. dubium autē est. Alfonso Castus lib. 2. cap. 23. in princip. de iustitia heret. puniitio. Melchior Canus lib. 6. cap. vlt. de locis theologicis. Syluester in sum. verbo, Papa. q. 4. num. 4. Canonista communiter in c. si Papa. 40. dist. Ioānes Rojas singula. 146. incipit. n. Papa de crimine heretis. Augustinus de Ancona in sum. de potestate ecclesiastica. q. 5. per totam quaestionem. Simancas de catho. instit. titu. 12. nume. 13. & titu. 45. de Papa. nu. 35. & alij quos longum esset recētere. quorum frequentiori sententia, Papa effectus haereticus concilio velut legitimo iudici supponitur.

Papam non posse incidere in haeresim aliter Alberti Pighii.

Sunt alij qui intrepide asserant, Papam non posse fieri haereticum, inter quos est Albertus Pighius Cāpens lib. 4. cap. 8. de ecclesiastica Hierarchia, cuius sententia satis probabilis videtur, & consona rationi, & fortassis etiam antiquorū Patrum dictis. quae si vera sit, omnes superiorum Doctorum longissimae altercationes facile cessabunt.

Hoc certū putat Albertus Pighius praecitato loco, omnes Romanos Pōifices, qui in haeresim incidit se commemorantur, posse ab haeresi notaliberari, ostēdique rem aliter habuisse, ac à multis referatur.

Et haec sententia illo potissimum nititur fundamēto, quod Christus orauit pro Papa ne deficiat fides sua, vt ipse fratres suos in fide nutantes confirmaret; quasi videatur hoc privilegium personale esse, & annexum ei qui rite & canonice electus est Pontifex Romanus, ex assistentia Spiritus sancti nō permitten- tis eum in haeresim labi; quamuis in quavis alia delicta possit ex humana fragilitate incidere. sed de his alibi plura.

Interim Locutus hęc eadem, quae ab Eymericō dicuntur, refert in opere iudiciali verbo, Papa. num. 6. vbi addit extare bullam Pauli IIII. de hac materia diffuse loquentem.

QV AESTIO XXVI.

An Inquisitor possit procedere contra officiales Papae.



Iccesima sexta quaestio est: Vtrum Inquisitor possit procedere, contra officiales, seu nuntios domini nostri Papae, si deserantur de haeretica prauitate?

Relat. supra pag. 125.

Respondemus quod nō; vt patet in litteris domini Ioan. xxij. tenoris sequentis: Cū Matthaeus de Pontiniano ordinis Praedicatorum, Inquisitor

haeretica prauitatis in Regno Siciliae auctoritate Apostolica deputatus, friuola occasione quatuor, ac nostra, & Apostolicę sedis reuerentia & honore postpositis in dilectum filiū magistrum Guilielmum de Baeto Archidiaconum Foroliuē. capellanum nostrum, Campaniae marinaeque re- gorem, excommunicationis sententiam, inconstitulis motibus non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cetero talium presumptionibus obuiare: vniuersis & singulis tam ordinarijs quam delegatis iudicibus, ac Inquisito- ribus prauitatis eiusdē, & alijs vniuersis & singulis quacumque auctoritate fungatur, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus expresse, ne contra nostros & Apostolicę sedis officiales, vel nuntios, aut ipsorum aliquem quauis occasione, vel causa, absque nostra, & Apostolicę sedis licentia speciali, eis per sedis ipsius literas cōcedenda, plenam faciente de tenore praesentium mentionem, procedere quoquo modo praesumat, aut in eos, vel ipsorum aliquem excommunicationis, vel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare: Nos enim ex nunc decernimus irritū & inane, quicquid contra inhibitionem & mandatum huiusmodi contigerit attentari. Volumus tamen qd dicecesani & Inquisitores praedicti super his quę negotium tāgunt fidei, alij vero super his, quae rem tangunt, vel publicam, vel priuatam, siue ordinarij, siue delegati quacumque auctoritate fuerint, prout possent ad eorum officium pertinere, si quid per officiales & nuntios ipsos in debite forsan attentatum extiterit, se plenius informare: idque nobis significare studeant, vt prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auinione xij. Cal. Ianuarij. Pontificatus nostri, anno vndecimo.

Al. praesum- ptionibus.

COMMENT. LXXV.

Dplex axioma colligo ex hac quaestione. Primum est: Inquisitores non procedunt contra officiales, & nuntios sedis Apostolicae.

Alterum est: Possunt tamen talium delicta sedi Apostolicae denuntiare.

Et quoniam alibi promisi me hoc loco de hac re disputaturum; idco quamuis tractatio sit late patens, breuissime tamen eam expediam.

Per hanc quaestionem videtur ampliari definitio c. Inquisitores. de heret. lib. 6. & limitari Inquisitorum potestas: quia nēdum contra Episcopos, sed neque contra officiales, & nuntios sedis Apostolicae possunt procedere.

In hac quaestione tota difficultas posita est in intel- ligendo quis dicatur nuntius, aut officialis sedis Apostolicae. & quāuis nomen nuntij sit generale, quo significamus eū, per quem quid alijs denuntiamus, nobisque vicissim quid alijs denuntiant. l. 1. ff. de procu- rato. l. qui autē. 14. §. vlt. ff. de constit. pecunia. at hic per nuntium, seu officialē sedis Apostolicae accipi- mus, qui nuntium eius siue mandatum profert, quī & Legatus dicitur. 97. distin. cap. nobilissimus.

Rursus obseruandum est, duo esse genera nuntio- rum, officialium, seu delegatorum sedis Apostolicae. Quidam sunt, qui dati sunt ad decidendam causam aliquam

Quis dicatur officialis vel nuntius sedis Apostolicae.

Officialium sedis Apostolicae duo genera, & cetera quos nō procedat Inquisitores.

aliquam inter partes, que ad sedem Apostolicam no pertinet, sed priuatorum utilitate respicit. Alij sunt ab ipsa sede constituti, circa ea que honorē & dignitatem sedis Apostolicę respiciunt: & qui vices Pontificis Summi in aliquibus causis, seu causa gerunt, quorumque officium circa negotia sedis Apostolicę versatur. primi no gaudent privilegio immunitatis, de quo hic Emericus; postremi omnino illo privilegio fruuntur; neque enim Inquistores possunt procedere contra eos. ita voluit Lopus de Castillione antiquus iuris interpres quodam responso de hac re edito incipien. Factum super quo. versio. Ad secundum vero dicendum est. quod responsum nunc circumscribitur post consilia Oldradi, Lapum sequitur Decius in Rub. ff. de officio eius. num. 8. & in rub. extra de officio deleg. nu. 9. quorum sententia vera est, & tenenda; nam cum hoc privilegium sit tributum ob reverentiam & honorem sedis Apostolicę, valde equum est, ut illi solio utantur, qui negotia immediate ad dictam sedem spectantia tractant: quado vero liceat absolute Inquistoribus contra hos procedere, dicam in quest. sequenti. & ex his brevissime dictis remanet tota hęc questio clarissima.

Q V A E S T I O XXVII.

An Inquisitor procedere possit contra Episcopos.



Icesima septima questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere cōtra Episcopos & Pralatos alios superiores seu per heretica prauitate?

Respondemus q non: vt patet in c. Inquistores. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Inquistores hereticę prauitatis, ab Apostolica sede, seu alio, vel alijs quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine inquirere contra Episcopos nequeunt, aut eius pretextu procedere contra eos: nisi in libris cōfessionis Apostolicę, q hoc possint, continetur expresse. Si tamen Inquistores ipsi, Episcopos, vel alios superiores Pralatos fecerint, vel inuenerint circa crimen hæreticos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere, vel suspectos, id tenentur sedi Apostolicę nuntiare.

COMMENT. LXXVI.

Privilegiū est Episcopalis dignitatis, cui semper plurimū tribuitū est, vt Inquistores non inquirant in Episcopos. & tradit Gondissalvus tract. de heret. q. 7. nu. 15. Simancas de catho. in situ. tit. 2. nu. 7. & 8. Repert. Inquist. verb. Episcopus. §. ad secundum. Carreus tract. de heret. nu. 74. versi. prohibentur autem tales. & alij communiter.

Quid possit Inquisitor cōtra Episcopos hereticos

Monendi tamen sumus, posse Inquistores recipere dicta testium aduersus Episcopos, vt eorum delicta sedis Apostolicę possint denuntiare. ita Simancas & Repertorium præcitatis locis; quod & verū pnto. & id sensisse etiam videtur Ioānes Monachus in c. Inquistores. de heret. lib. 6.

Num quandoque liceat Inquistoribus in Episcopos procedere.

Num autē aliqui sint casus, in quibus liceat Inquistoribus agere aduersus Episcopos, no erit inutile inuestigare, & Repertorium inquistorū verbo, Episcopos

scopus. §. ad secundum. & Gondissalvus tract. de hæret. q. 7. num. 15. dicunt, quod licet Inquistores non possint cognoscere de hoc crimine contra Episcopos: si tamen id specialiter illis à Papa committeretur; tunc proculdubio possent procedere. idem Simancas in enchyridio tit. 8. nu. 1. neque de hoc est aliqua dubitatio, cum id expressum esse videatur in dicto cap. Inquistores. de heret. lib. 6. ibi, nisi in litteris cōmissionis Apostolicę quod hoc possint continetur expresse. hęc ibi.

Rursus, si Episcopus hereticus esset suspectus de fuga; tunc Inquistores possent eum incarcerare, vt ad Papam remitteretur: ita dicunt se credere posse fieri Repertorium & Gondissalvus præcitatis locis.

Quod si verū est, multo magis tunc procederet, cū Episcopus aliquid moliretur, quod in manifestū fidei detrimentum, & fidelium perniciem conuerteretur, vt si hereses prædicaret, & fideles seduceret, aut quid simile graue & horrendum patraret: tūc enim expedit Episcopos capere, & custodire. donec Romanus Pontifex certior redderetur.

Ceterum, quia video generaliter prohiberi Inquistoribus, ne contra Episcopos procedant. c. Inquistores. de heret. lib. 6. & generaliter causę criminales grauiores etiam heresis contra Pralatos sedi Apostolicę reseruentur, vt sancit concilium Trid. sess. 24. de reformat. c. 5. parcellime & rarissime videndū est hac facultate, nec aliquid molendum pnto in hac causa contra Episcopos, nisi ex vrgentissimis & exquisitissimis cōsiderationibus. & cauere omnino debent Inquistores ne pretextu superioris sententię & facultatis aliquid committant incautum. ne quod in amplificationem fidei est concessum, in detrimentum ministrorum eius conuertatur, itaque vbi tales casus acciderint, si consulere Papam commode non possunt, prudentissime id gerant quod fidei fauorem & utilitatem respicit, & caueant ne scdulum aliquod inde ruinofum consequatur.

Iam quod de Episcopis diximus, eadem putamus habere locum ob easdē causas in officialibus & nuntijs sedi Apostolicę, aduersus quos ob reuerentiam & dignitatem Apostolicam nec temere, nec facile in hoc casu est procedendum.

Num autē vice versa non possit Episcopus procedere contra Inquistorem, grauis est questio, de qua Emericus paulo post quest. 30. vbi dicam.

Sed ad Episcopos reuertor, quorū huiusmodi causę si quandoque necessario extra Romanam curiam committenda sint, quibus personis committi debeant, & quanta cum cautela id fieri debeat, diligenter cauit concilium Tridentinum sessio. 24. de reformat. cap. 5. & sic committantur siue non committantur, semper diffinitiuā sententia sanctissimo domino Papę reseruetur.

Illud postremo adiungam, quod Pius Papa V. Romę sancitū per extrauagantem incipien. Romanus Pontifex. anno Domini MDLXIII. vt scilicet Reuerendissimi Cardinales Inquistores generales in vniuersa republica Christiana procedere possint contra Episcopos, & quoslibet alios Pralatos de quibus ibi, eosque moncant, cident, & requirant vt intra certum terminum personaliter compareāt, idque sub grauius panis in dicta extrauaganti cōtentiis

rentis, vt cum processus confectus fuerit sanctissimo domino nostro referatur, vt debita & iusta sententię contra tales promulgetur. hæc autem extrauagans refertur inter litteras Apostolicas pro officio sanctissimę Inquisitionis in fine huius operis.

Q V A E S T I O XXVIII.

An Inquisitor possit procedere contra religiosos exemptos.



Icesima octaua questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere cōtra religiosos exemptos, & præsertim cōtra Prædicatores & Minores, & maxime Inquisitor de ordine Prædicatorū, contra Fratrem Minorem: & Inquisitor de ordine Minorū, contra Fratrem Prædicatorē.

Respondemus q sic: vt patet in c. Vt officium. §. denique. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Deniq; vt circa præmissa plene vobis & singulis vestrum coertionis expedita & inuolabilis adsit auctoritas; volumus vt ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij secularis: cōtradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: Non obstantibus aliquibus priuilegijs vel indulgentijs, quibuscunque personis cuiusuis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis, cōmunitatibus vel vniuersitatibus ciuitatum & locorum, specialiter vel generaliter, sub quacunque verborum expressione vel forma, à memorata sede concessis, vel in posterū concedendis, cum ex huiusmodi vel alijs priuilegijs vel indulgentijs, nullum vobis in tanta pietatis negotio velimus obstaculum interponi.

Et in c. Accusatus. de heret. lib. 6. in fine, vbi dicitur sic: Religiosi etiā sunt immurationis pœna, vel alia grauius puniēdi, quàm sæculares: si inuenti fuerint in hæresi vel cōsimilibus deliquisse. Eadē verba habentur in priuilegijs Alexandri iij. & Urbani iij. quod supra habetur etiā magis expresse in literis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. in quibus de hoc dicitur sic: Denique vt circa præmissa plene vobis & singulis vestrum, coertionis expedita & inuolabilis adsit auctoritas, volumus vt ea omnia viriliter exequamini; inuocato (si opus fuerit) auxilio brachij secularis: contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs quibuscunque personis cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, & præsertim Cisterciens. Prædicatorum, & Minorum, seu Eremitarum, siue cōmunitatibus, & c. Sequitur generalis clausula sicut prius. Et si inueniantur litterę Clementis iij. quod Prædicator non inquirat cōtra Fratrem Minorem, & econtra, per eundē fuerunt postmodum reuocata, & post per Bonifacium viij. in Sexto.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

sunt & procedere, quia quo ad crimen heresis omnis exceptionis cessat immunitas, licet olim in hac re aliter quandoque fuerit statutum.

In hac causa multa antiquis temporibus fuit varietas circa facultatem procedendi cōtra exemptos: nam Alexander iij. rescripto quodam incipiente: Ne commissa vobis. anno Domini MCLX. statuit, vt indistincte Inquistores contra quoslibet religiosos & exemptos procederent: idem ipsum & alij sancierunt. verum ea res mutationem passa est: nam Pius secundus circa annos Domini MCCCCLX. generali Vicario ordinis Fratrum Minorum concessit, vt ipse Inquisitionem & punitionem suorum Fratrum in fide, vel heresi suspectorum exerceret, inde post aliquot annos Sixtus per bullam auream incipientem: Sacri Prædicatorum. que habetur in libro priuilegiorum ordinis Prædicatorum fol. 163. sancit, ne Prædicatores contra Fratres Minores, aut Minores contra Fratres Prædicatores in locis in quibus exercent Inquisitionis officium, procederent. Inde vero aliquot annis interiectis Innocentius octauus omnibus Inquistoribus interdixit, ne cōtra Fratres Minores quomodolibet procedere, vel inquirere auderent, vt patet in litteris Apostolicis de hac re conscriptis & relatis in libro, cui titulus est: Fundamentum trium ordinum beati Francisci.

Verum, cū ex his immunitatibus manifesta quandoque in fidem pericula sequerentur, posteriores Pontifices valde salubriter omnes religiosos etiam aliā exemptos in causa fidei (sicut olim) Inquistoribus hereticę prauitatis subiecerūt, vt Clemens septimus rescripto incipiente: Cum sicut. relato in bullario literarum Apostolicarum pro officio sanctę Inquisitionis in fine huius operis: & Pius Papa Quartus rescripto incipiente: Pastoris æterni. quod est etiā impressum in bullario literarum Apostolicarum in fine Directorij.

In nonnullis religionibus ordo præscribitur, qui seruari debeat in Fratribus hereticis, aut suspectis denuntiandis: nam (vt alias omitam) in constitutionibus Fratrum beate Marię Seruorum in rubrica de Prædicatoribus, cap. 25. & in rubrica de Visitatoribus, cap. 30. de hac re cauetur, & postremi loci verba ita habēt: Si qui fratres de fide suspecti inueniantur, vel libros habeant ab indice prohibitos, Prior conuentus Prouincialis, & Prouincialis Generali, & Generali sanctissimo officio inquisitionis denuntiet. hæc ibi. sed vt hic circuitus euitetur, vbi commode superiora obseruari non poterūt, ne causa fidei differatur, solus Prior poterit denuntiare, aut eo absente alius loco eius.

Tametsi vero in præcitato rescripto Pij Quarti cōtineatur, vt Inquistores possint in hac causa procedere contra quoslibet religiosos & exemptos, diu modo à suis superioribus non fuerint prauenti, vnde consequitur non obscure posse religiosos contra fidē delinquentes, si eorum superiores iudiciū & causam præoccupent, ab eisdem suis superioribus iudicari: nihilominus tamen quoad hanc partem illa extrauagans non videtur fuisse in usu recepta, & quamquā aliquando recepta fuerit, nunc sancti tribus styli & consuetudo contrariū obseruat; nulli enim superiores audent suos subditos religiosos in hac causa iudicare

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

De procedēdo cōtra exemptos in hoc crimine variā olim statuta sunt.

Omnes religiosi in causa fidei subducuntur potestate Inquistorum.

Pralati religiosi hodie non iudicant suos subditos in causa hæreticis.

iudicare, aut punire, sed protinus ad sanctum officium causam deferunt, nec aliud agentes bene facerent.

Iustissime vero atq; rectissime huius causa cognitio contra quoscumque à ceteris abdicata est, & ad solos Inquisitores sine delegatos, sine ordinarios delata: nam in horum tribunali magis iuridice cuncta geruntur, & cum maiori secreto: & cum ex cotidiana experientia notos habeant hereticorum mores, melius intelligunt modum & ordinem interrogandi, examinandi, & convincendi reos, quam quilibet alij religionum superiores, qui tamen si essent utriusque iuris peritissimi, tamen ob non frequentatum hunc iudicandi morem non possent ita diligenter processus fabricare sicut iudices fidei in suo tribunali, ac ob has quidem & alias causas fortassis grauiiores, quas prudens omittit, non debent contra suos subditos procedere.

Cōtra praelatos religioni caute procedendum.

Postremo hoc admonedo, qd tamen Inquisitores, ut proxime dictum est, contra quoscumque religiosos etiam exēptos procedere possint, nihilominus tamen certi quidam sunt religiosi, contra quos ob prerogatiuam dignitatis non facile debent priuati Inquisitores procedere, sed fere cum eis eadem obseruanda conferem, quę paulo antea custodienda dixi cum agerem de causis Episcoporum.

In hoc numero reponi possunt Magistri ordinum Generales, veluti Generales ordinis Predicatorum, Minorum, & similes: item Magistri Generales religionum militarium. contra hos enim cum procedendum est, res prius nuntianda videtur Generalibus Inquisitoribus, qui causa cognita decernant quid factio opus sit.

Q V A E S T I O XXXIX.

An Inquisitor procedere possit contra sacerdotes.

Decima nona quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra sacerdotes?

Relat. supra pag 105.

Respondemus quod sic: ut supra patet. quæst. proxima & in c. Accusatus. §. sacerdotes. extra de heret. vbi dicitur sic: Sacerdotes in super & alij clerici, qui negotium Inquisitionis instruedo citatos hereticos, vel eorum credentes, de celanda veritate, vel dicenda falsitate, seu eos indebite liberando, inuenti fuerint impedire (cum non sit dubium eos ipsa facere in fauorem hereticæ prauitatis,) per Inquisitores à talibus compesci possunt, & poena debita castigari, tam per captionem personarum, quam aliis, prout culpa exegerit delinquentis. Eadem verba habentur in priuilegijs prædictis Alexandri iij. & Urbani iij. quæ sunt supra.

COM MENT. LXXVIII.

Utrum de sacerdotibus puniendis tum in hoc, tum in alijs criminibus agitur, duo potissimum obseruanda sunt. Vnum est, ut caute admodum ad actus iudiciales veluti ad capturam, & ad publicam poenitentiam procedatur, tum ob prerogatiuam sacerdotum

A talis dignitatis, tum ob iniuriam totius ordinis sacerdotalis: laici enim, quos infestos esse clericis iura, & experientia testantur, cap. laicos. & cap. laici in accusatione. 2. q. 7. magnopere latantur in peccatis & punitione eorum. & tales esse ceteros facile suspicantur & iactitant.

Alterum est, ut cum in hac causa de eorum constiterit crimine, quod facile excusationem non admittat acrius & seuerius quam laici puniatur. argumēto textus in cap. accusatus. §. sacerdotes. vers. religiosi. de heret. lib. 6. & eorum quæ docet Andreas Tiraquellus in tract. de penis temperan. aut remittendis, causa 31. nu. 25. quem retulimus supra par. 2. super cap. grauem. de penis. §. volentes tamen. quis enim neget sacerdotem, qui tantæ dignitatis nobilitatem potissimum Deo debet, si in fide & religione ipsius errauerit, multo magis in cum peccare, quam laicum.

Q V A E S T I O XXX.

An Episcopus vel Inquisitor procedere possit contra alium Inquisitorem.

Ricesima quæstio est: Vtrum Episcopus vel Inquisitor possit procedere contra alium Inquisitorem delatum vel suspectum de heretica prauitate?

Respondemus, quod Episcopus non: quia Episcopus (ut supra dictum est) inferior est, Nec etiam Inquisitor, quia par est: Inferior autem in superiorem, & par in parem non habent dominium. 2. r. distinct. Inferior. & etiam ipse Inquisitor est officialis, vel saltem nuntius domini nostri Papæ: quia delegatus eiusdem, ut patet in cap. Ne aliqui. de heret. lib. 6. contra officiales autem & nuntios domini nostri Papæ non possunt Episcopus & Inquisitor procedere, ut patet supra par. 2. in extrauagan. domini Ioan. xxij. Cuius Matthæus. vbi reprehenditur Inquisitor, quia processerat contra G. capellanum domini nostri Papæ, vbi dicitur sic:

Nec Episcopus nec Inquisitor potest contra Inquisitorem procedere.

Relat. supra pag. 105.

Nos volentes de cetero talium præsumptoribus obuiare, vniuersis & singulis tam ordinarijs quam delegatis iudicibus ac Inquisitoribus prauitatis, eiusdem, & alijs vniuersis & singulis quacunque auctoritate fungantur, auctoritate Apostolica distrius inhihemus, & mandamus expresse, ne contra nostros & Apostolicæ sedis officiales, vel nuntios, aut ipsorum aliquem, quauis occasione vel causa absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali eis per sedis ipsius litteras cōcedenda, ple nam faciente de tenore præsentium mentionem, procedere quoquomodo presumat, aut in eos vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspensionis, seu quauis alias sententias promulgare, Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane quidquid contra inhibitionem & mandatum huiusmodi contigerit attentari.

Crederem tamen, quod sicut ibidem dicitur de officialibus & nuntijs domini nostri Papæ, & de Epi-

de Episcopis dicitur in c. Inquisitores. quod Inquisitores non possunt procedere contra eos, sed possunt & debent se plenius informare, & significare domino nostro Papæ: quod ita possit fieri in proposito, quod informant se, & significant domino nostro Papæ.

COM MENT. LXXIX.

Ex hac quæstione vna potissimum colligitur conclusio, videlicet: Neque Episcopi, neque alij Inquisitores possunt procedere contra Inquisitorem hereticum, aut de heresi suspectum, sed recipere debent informationes contra eum, & summo Pontifici denuntiare.

Hęc quæstio longe difficilior est, quam illa, quæ à nobis tacta est supra, super q. 27. quonia in hac nulla nominatim reperitur summi Pontificis definitio; & ob id et à pluribus, & maiori rationū robore hinc & inde tractatur: de qua breuiter etiam dicam, quia facile potest huiusmodi factum incidere, de quo Zanchinus tract. de heret. cap. 8. nu. 9. vers. sed pone. & ibidem Cæpegius. Locutus in opere iudiciali verbo, Inquisitor, nu. 15. & verbo, Episcopus, nu. 2. Gemianus in c. Inquisitores. de heret. lib. 6. nu. 5. vers. sed quæro, an Episcopi. & ibidem Abbas & Lapus. Gondissaluis tract. de heret. q. 7. nu. 17. Repertorium Inquisitorum verbo, episcopus. §. 1. Ioannes Roias singulari 109. incipien. Iudices si sunt duo. Alfonso Guerrerus in thesauro religionis Christianæ, tit. de heret. num. 9. & alij plerisque locis.

An Episcopus possit agere contra Inquisitorem, vaxia opinio.

An Episcopi quandoque possint agere contra Inquisitores.

Hi vero inter se dissentiunt: nam Zanchinus, Repertorium, & Gondissaluis posse Episcopum contra Inquisitorem procedere, libenter admittunt. Sed Locatus, Campegius & nonnulli alij id Episcopis licere negant. ceteri de crimine distinguunt: nam si Inquisitoris esset manifesta heresis, tunc Episcopus posset contra Inquisitorem procedere; secus si esset occulta, tunc enim summo Pontifici esset nuntianda.

Nos in hac controuersia dilucenda, eadem fere illa obseruanda credemus, quę tradidimus supra super q. 27. §. num. autem. & sequen. nam neque temere in Inquisitores delegatos irruendum est. quamuis n. nō sint Episcopali dignitate decorati; at proculdubio sunt officiales summi Pontificis, & proinde continentur sub dispositione extrauagan. cū Matthæus. de heret. de quo Eymericus paulo antea q. 26. Quare sicut Episcopis plurimum in hac re defertur propter priuilegium episcopalis dignitatis: ita & Inquisitoribus plurimum deferri debet, ac tribui, propter reuerentiam sedis Apostolicæ, cuius sunt officiales, & propter summi Pontificis eminentem honorem, cuius personam Inquisitores representant. itaque si hereticus fuerit Inquisitor, aduersus eum Episcopus aut alius Inquisitor informationes secreto recipere poterit, ut summo Pontifici denuntiet, ut optime docet hoc loco Eymericus §. crederem. at ad capturam realem accedere non credo tutum.

Quod si manifestissima esset Inquisitoris heresis, & malitia effrenis; ut si contra fidem predicaret, aut scriberet, aut predicari & scribi permetteret, aut hereticos captos impunitos dimitteret, & his similia perpetraret, quæ in manifestum fidei detrimentum conuerterentur, nec facile summus Pontifex posset consuli, & interea fides periclitaretur; liceret tunc

A Episcopo in Inquisitorem agere. Gemianus in cap. Inquisitores. de heret. lib. 6. nu. 5. Locatus, Repertorium, & Ioannes Roias præcitatæ locis.

Verum in hac quoque re cauti & prudētes debent esse Episcopi, & cauere debent, ne ad has punitiones & capturas descendant absque exquisitissimis considerationibus, & causis maturo consilio pensatis; & cum aliter fides defendi non potest. nam magnus honor habendus est ei, quem summus Pontifex idoneum iudicauit, ut tanto muneri præficeretur: est enim & dicitur Inquisitor, fidei defensor. cap. ut inquisitionis. de heret. lib. 6. tradit. Albertinus super rub. de heret. lib. 6. q. 5. nu. 3.

Iam id rescripimus, quo vtitur auctor in hac quæstione, optime conuenit Inquisitoribus: quauis enim in eo nominatim de Inquisitoribus mentio non fiat; at proculdubio sub rescripti verbis continentur. cū sint officiales summi Pontificis immo personam eius representent, ut alibi diximus, & docuit etiam singulariter Lapus responso de hac re conscripto, quod habetur post consilia Oldradi.

Et quod diximus de Episcopis, idem sentimus de Inquisitore contra Inquisitorem; nam vnus aduersus alium procedere non facile posset, nisi prædictis modis fauore fidei.

Idem fortassis etiam dici posset de Commissarijs Inquisitorij Apostolica auctoritate constitutis iuxta id quod differuimus supra in hac 3. parte super quæst. 5. §. num. autem.

Quid de commissarijs Inquisitorum.

Q V A E S T I O XXXI.

An Inquisitor possit procedere contra reges & omnes laicos indistincte.

Ricesima prima quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra principes, & omnes laicos indistincte in heresi irretitos, suspectos, vel difamatos?

Respondemus quod sic: ut patet in c. Ut officii. §. denique. de heret. lib. 6. §. apius allegata ibi: Cuiuscunque sint conditionis, dignitatis vel gradus: Patet etiam in litteris Clemētis, & Urbani iij. quę incipiunt: Præ cunctis, in quibus eadem clausula est inserta, ut visum est supra quæst. 28.

Relat. supra pag. 107.

Confulerem tamen, ut contra reges & regales personas publice non procederent Inquisitores: sed ut cautijs & tutius negotium fidei possit agi, informaretur primitus dominus noster Papa, ut procederetur eius consilio & mandato, & secundum modum, quem ipse decreuerit obseruandum.

Relat. supra pag. 109.

COM MENT. LXXX.

Utrum sunt assertiones, & verba ambæ, & communiter receptę.

Prima est: Inquisitores aduersus quoslibet, quacunque auctoritate decoratos procedere possunt.

Secunda est prioris veluti declaratiua: Quauis in omnes procedere possint, tutius tamen est, cū procedendum est aduersus principes, & magnates hereticos,

reticos, aut de hæresi suspectos, vt summus Pontifex consulatur, cuius arbitrio & modo ab eo perscripro aduersus eos procedatur.

Prima conclusio nullam habet difficultatem: nam si possunt Inquisitores agere contra exemptos, vt docuit paulo antea q. 28. multo magis procedent in eos qui nominatim non sunt exempti. adde Carverium tra& de here. nu. 85. versi. item potest procedere cõtra quasunque personas.

Quantum ad secundam assertionem spectat, eam tenet etiam Ioannes And. in cap. Inquisitores. de heret. lib. 6. quem sequuntur ibidem Gemianus versi. quero an indistincte. & Philippus Francus circa finem cap. versi. Et dicit hic Ioannes And. & horum sententia vera quidem, & prudentia plena talis est. Prædictum cap. Inquisitores. de heretic. lib. 6. quo prohibentur Inquisitores procedere contra Episcopos, prohibere etiam ne procedant contra laicos inconsulto Romano Pontifice, quoties vel magnæ sunt persona, & dignitate conspicue; vel tanta est hereticorum multitudo, vt si contra illos procederetur, aut ingens periculu, aut gravis populi turbatio prouentura crederentur.

Non tamen intelligas eadẽ ratione vtrũque prohiberi: nam ob prerogatiuam Episcopalis dignitatis, Inquisitores in Episcopos non inquirunt: sed in viros potentes & illustres, ideo non inquirunt, ne ob id scandalum oriantur, nõ quod in hoc casu aliquid nobilitati deferatur, que propter heresim amittitur. Adde Simancam de catho. insit. tit. 23. num. 8.

Viros autem regales vocat hic Eymericus, vel Regulos, quales sunt Duces, Marchiones, & similes: vel eos qui Regibus adstant, vt consiliarios & Senatores vel denique potentes Barones cuiuslibet ciuitatis, qui regali luxu viuunt, & opibus abundant, quos velut vates omnes multum nobiles, tum plebei se partur in omnibus ferme ciuitatibus: vel denique intelligere potest per viros regales ciuitatũ magistratus, vt Gubernatores, Potestates, Consules, & similes: in hos enim, si publice vellent Inquisitores animaduertere, facile impediuntur, præsertim in locis suspectis, & vbi Inquisitores sunt pauperes et imbelles.

Illud postremo moncho, vt quando ob multitudinem hereticorũ Inquisitor non potest procedere; tũc quia heretici suscipiunt incrementum, & fideles corumpuntur, Inquisitores in publicum prodire debent, & audacter verbum Dei prædicare: quamuis intelligant graue sibi periculum imminere, vt nutantes in fide confirmet; quo casu necessaria est in Inquisitore theologia cognitio.

Q V A E S T I O XXXII.

An Inquisitor cogere possit ciuitatum rectores ad iurandum de defendenda Ecclesia contra hæreticos.



Ricesima secunda quæstio est: Vtrum Inquisitor possit & debeat in speciali procedere contra Comites, Barones, Potestates, Capitaneos, Balliuos, ac ciuitatum & locorum Con-

Quando nõ debeat Inquisitor contra laicos procedere.

Quos appellat auctor viros regales.

Abundante hereticorum multitudo, ne, quid facere debeat Inquisitor.

fules & Rectores, quatenus iurent corã eo de defendenda Ecclesia contra hereticam prauitatem?

Respondemus, quod iuxta c. Ad abolendam §. statuimus. de heret. & in c. Vt officium. §. statuimus. de heret. lib. 6. omnes prædicti tenentur ad requisitionem Episcoporum vel Inquisitorũ, iurare Ecclesiam defendere cõtra hereticos fideliter & efficaciter, bona fide iuxta posse & officiu suum: & obseruare & obseruari facere toto tempore sui regiminis, in terris suo regimini seu iurisdictioni subiectis, constitutiones cõtra hereticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorum filios & nepotes, à sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas. Quod si iurare noluerint, debet Inquisitor procedere contra eos, secundum tenorem illorum capitulorum, & ad pœnas ibi contentas in cap. alleg. Ad abolendam vbi dicitur sic: Statuimus insuper, vt Comites, Barones, Rectores & Cõsules ciuitatum & aliorum locorum iuxta commonitionem Episcoporum, prestito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter & efficaciter, cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hereticos & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur: & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdicto ecclesiæ supponendis. Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & Episcopali se nouerit dignitate priuatum.

In c. Vt officium. §. statuimus. dicitur ita: Statuimus insuper, vt Potestas, Capitaneus, seu Rector vel Consules, seu quicuis alij, qui ciuitati præfunt, vel loco alteri ad præfens, aut præerunt in futurum, ad requisitionem diocesanoꝝ vel Vicariorum suorum, seu Inquisitorum heretica prauitatis, iurent præcise attendere inuolabiliter, & obseruare, ac facere à suis subditis obseruari toto tempore sui regiminis, in terris suæ iurisdictioni, regiminiue subiectis constitutiones contra hereticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, ipsorũque filios & nepotes à sede Apostolica promulgatas; ac etiã approbatas: quas qui iurare noluerit & seruare, vt infamis & tamquam hereticorum fautor, ac de fide suspectus officio & honore sui regiminis spoliatur: nec vltcrius Potestas, Capitaneus, Consul, vel Rector habeatur in aliquo, aut de cetero in aliquam dignitatem vel officium publicum vltcrius assumatur: & quæ vt Potestas, Balliuus, Consul, vel Rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

COMMENT. LXXXI.

DE compellendis ciuitatum magistratibus ad præstandum hoc iuramentum de defendenda Ecclesia ab heretica prauitate, & custodiendis legibus in hæreticos latis, copiose egit Eymericus supra initio tertiæ partis num. 9. & sequent. quo etiam loco nos ea abinde tradidimus, quæ ad hanc quæstionem illustrandã spectant. adde Simancam de catho. insit.

Relat. supra pag. 107.

Relat. supra pag. 107.

insit. tit. 23. nu. 8. & 9. & copiose Repertoriũ Inquisito. verbo, iuramentum. Et Campegius apud Zachinum c. 31. ex quibus accipies quæ hanc quæstionem & sequentem illustrabunt.

Q V A E S T I O XXXIII.

De iuramento a Dominis tẽporalibus præstando in initio officij de extirpandis hereticis.



Ricesima tertia quæstio est: Vtrũ Inquisitor debeat compellere seu monere dominos temporales, perpetuã vel temporalem iurisdictionẽ habentes, quatenus in eorum nouitate antequam eorum officium exequantur, iurent corã Inquisitore hereticos per Ecclesiã denotatos pro viribus à suis terminis extirpare?

Relat. supra pag. 101.

Respondemus quod sic iuxta c. Excommunicamus itaque. de heret. §. moneantur. vbi dicitur sic: Moneantur autem & inducantur, & (si necesse fuerit) per censuram ecclesiasticam compellantur sæculares Potestates, quibuscunque fungatur officijs, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publice iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hereticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus extirpare studebunt: ita quod amodo quãdocunq; quis fuerit in potestatẽ siue perpetuam siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. hæc ibi. & non solum in sua nouitate, immo semper, vt patet in c. Ad abolendam. §. statuimus. de heret. & c. Vt officium. §. statuimus. de heret. lib. 6. & patet expresse supra parte ista tertia, q. 32. proxima.

COMMENT. LXXXII.

DE hoc iuramento præstando, ac de eius formula copiose actum est supra cum Eymericus in principio huius partis nu. 9. & seq.

Interest autem secularium magistratũ et principum nõ modo requisitos, sed etiam spontaneos hoc iuramentum præstare, & hereticos debellare, cum facile corrumpantur principatus & regna, in quibus heretici impune permittuntur habitare. equidẽ multa in hac sententiã conferri poterant, quæ gratia breuitatis omitto. illud tamen quod de regibus Hispaniæ legitur in cõcilio Toletano 6. c. 3. quod habitũ fuit era 686. non est silentio prætereundũ, videlicet, vt cum sortiti fuerint regni apicem, non ante descendant regiam Sedem, quã inter reliqua conditionum sacramenta polliciti fuerint se non permissuros habitare in regno suo eos, qui non fuerint catholici. quod vti nam nunc vbi; & in vsu renouaretur, & inuolabiliter custodiretur.

Regum Hispaniæ iuramentum de compellendis infidelibus de regno suo.

Q V A E S T I O XXXIII.

An Inquisitor cogere possit ad reuocandum statuta impediẽtia officium sanctę Inquisitionis.



Ricesima quarta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere cõtra dominos temporales, seu eorũ officiales condentes statuta, per quæ inquisitionis negotium seu officium, directe vel indirecte impediatur, seu quomodo libet retardetur?

Respondemus quod sic; vt patet in c. Statutum. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Statutum ciuitatis, castri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium inquisitionis heretica prauitatis directe vel indirecte (ne in eo libere procedi valeat) contigerit impediri, vel quomodo libet retardari, nullius existerit firmitatis, ipsiusque ciuitatis vel loci dominũ, Potestatem, Capitaneũ, Consules vel Rectores, per quem vel quos eadem ciuitas seu locus regitur, quocunq; nomine censeantur, ad statutum huiusmodi loci diocesano vel eius Vicario, aut Inquisitori, seu Inquisitoribus labis præfata sine more dispendio exhibendum; & si tale inuentum fuerit, reuocandum omnino, vel saltem eatenus moderandum, quod per illud inquisitionis processus non impediatur, vel aliquatenus retardentur: per censuram ecclesiasticam decernimus compellendum.

Supra pag. 106.

Statuta, per quæ officium inquisitionis impeditur, reuocari debent.

COMMENT. LXXXIII.

OMnia impedimenta, quibus iurisdictioni Inquisitorũ poterat cohiberi, quominus libere in hereticos possent animaduertere, sustulerit vbiq; summi Romani Pontifices. quia vero vnum poterat esse, idque maximũ, statuta seu leges municipales cuiuslibet oppidi: ideo hæc deleri iubentur, cũ directe vel indirecte sacro huic officio opponuntur.

Præuilegium de delendis statutis negotio fidei oppositis, sepius cõfirmatum.

In eadem sententiã extat elegans rescriptum Alexandri III. quod incipit: Implacida relatio. quæ vidimus authenticã in archiuo Bononiensũ inquisitionis, & retulimus in bullario litterarũ Apostolicarũ in fine huius operis. idẽ cauit Innocentius III. ante Urbanũ III. rescripto incipiente: Ad extirpanda. Sæcerum teneatur relato item in litteris Apostolicis pro officio sanctę Inquisitionis. idem quoq; constituerunt et alij Romani Pontifices vno cõsensu. de quo agit etiã Carverius tra& de heret. nu. 92. versi. item potest tollere. Campegius apud Zachinum c. 31. versi. cessat præterea. circa finem Repertoriũ inquisito. & Locatus verbo statutum.

Quamuis autem rescriptum hoc, quo vtitur Eymericus, indicet statuti nomen sumi stricte siue presertim pro iure primato cuiuslibet ciuitatis, vel oppidi, iuxta notata per Bartolũ & Doctores in l. omnes populi. ff. de inst. et iure. quasi hoc solum deleri debeat, si negotio fidei opponatur, non autem ius commune: nihilominus tamen id ipsum locum habet fauore fidei aduersus ius commune: quare si in iure communi reperiretur aliqua lex, per quã negotium inquisitionis impediatur directe vel indirecte, eam etiam inbere possent Inquisitores cessare.

Idem locum habet aduersus ius commune.

Adde nomen statuti quandoque generale esse, & ius commune etiam complecti. l. quãuis. C. de iuris & facti igno. c. decessorum. 25. q. 2. & quod dico de statutis & legibus delendis, cum hæc negotium impediunt, idem intellectum volo de consuetudine, quamuis esset vetus & immemorabilis. si enim per

Item aduersus consuetudinem.

eam negotium inquisitionis impediretur, per Inquisitores possit aboleri; nec consuetudo ceteri debet, sed abusus, & prava corruptela.

Leges & statuta impedientia negotij fidei, ipso iure nulla.

Illud tamen obiter dixerim, huiusmodi statuta, seu leges directe vel indirecte officium inquisitionis impedientia ipso iure nulla esse, & prorsus inuvalida, ita quam edita contra Ecclesiam catholicam libertatem, vt constitutione quadam Federici Imperatoris tit. de statutis & consuetud. contra libertatem Ecclesie editis in principio, plenius continetur, & refertur in authent. cass. & irrit. c. de sacrosan. Eccles. vbi glosa & communiter Doctores, adde Tabielem in sum. verbo, Inquisitor. nu. 10.

Quid autem sit directe, vel indirecte negotium, si dei impedire, tradit Emericus supra par. 2. q. 54. vbi dixi in §. quidam namque sunt.

QUESTIO XXXV.

An Inquisitor procedere possit contra Dominos temporales negantes ei debitum auxilium.

S Y M M A R I V M.

- 1 Domini temporales requisiti ab Inquisitore, tenentur illi parere in captione hereticorum, & c.
2 Inmittendo captos ad loca designata intra districtum dominij eorum.
3 Et in recipiendo sibi relictos, ac puniendo debita pena.
4 Nec possunt de hoc crimine cognoscere, vel iussu Inquisitoris captos liberare:
5 Neque eius iudicium, sententiam, vel processum illo modo impedire.

Ricesima quinta questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra dominos temporales, & eorum officiales, qui requisiti per eundem non iuuant eum iuxta posse & officium suum, seu eidem non obtemperant prout debent?

Respondemus quod sic; vt patet in c. Vt inquisitionis. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt inquisitionis. & infra.

Relat. supra pag. 110.

Vniuersos seculi Potestates & dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorum rectores quibuscumque dignitatibus vel officijs, aut nominibus censeatur, requiramus & monemus, vt licet reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei diocesanis Episcopis, & Inquisitoribus hereticæ prauitatis, à sede apostolica deputatis, aut in posterum deputandis, pareant & intendant in hereticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti.

Et vt præfatas personas pestiferas in potestate seu carcere Episcoporum, aut Inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi vel aliqui ex eis mandauerint, infra eorundem dominorum Potestatis vel Rectorum districtum ducant vel duci faciant si-

ne mora: vbi per viros catholicos à præfatis Episcopis seu Inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos sub archa & diligenti custodia teneantur donec eorum negotium per Ecclesie iudicium terminetur.

Vtque de heresi à diocesano Episcopo vel Inquisitore, seu Inquisitoribus condemnatos, præfati potestates, domini temporales, siue rectores, vel eorum officiales seu nuntij sibi relictos statim recipiant indilate animaduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus prædictorum nequitie filiorum: cum tamen secundum ordinationem prædecessorum nostrorum, quam secundum legem imperialem appellationis & proclamationis beneficium expresse sit hereticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum.

Prohibemus quoque districtius Potestatibus, dominis temporalibus, & Rectoribus, eorundemque officialibus prædictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absque dictorum Episcoporum siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia vel mandato à carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diocesano, vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, præsertim ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent: vel aliàs diocesano aut Inquisitorum iudicium, sententiam seu processum directe vel indirecte impedire præsumant.

Si quis vero de prædictis Potestatibus, dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum officialibus, seu Balliuis, contra prædicta fecerit, aut præfatis fidei negotio sepelatis diocesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire: necnon & qui scienter, in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se novent mucrone percussum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hereticus condēnetur. In litteris vero Urbani iij. & Clementis iij. Præcunctis, de hoc habetur sic: Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscumque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem: immo nisi seu requisiti id fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiosè, contra eos tamquam hereticorum fautores, & defensores secundum sanctiones canonicas stricti eadem auctoritate intrepide procedatis.

Relat. supra pag. 119.

COMMENT. LXXXIII.

Materia huius questionis eò etiam spectat, vt Inquisitores muniat, quo liberius & validius officium suum exequantur.

Multis quoque Pontificum scriptis et extraneis tributum est privilegium de quo hic agitur Inquisitoribus hereticæ prauitatis, quæ referuntur inter litteras Apostolicas sine huius operis. de quo Carrerius tract. de heret. nu. 93. vers. item potest cogere. Locatus in opere iudiciali, verbo, domini temporales. Simancas de catho. instit. tit. 2 §. de dominis tempo-

temporalibus. nu. 8. & 9. Mathæus de Afflictis in proemio constitutionum regni Siciliae nu. 50. et multis sequens. et alij plerisque in locis, quæ prudens omittit.

QUESTIO XXXVI.

An Inquisitor possit procedere contra impedientes eius officium.



Ricesima sexta questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra dominos temporales, eorumque officiales, eius processum, iudicium, seu sententiam directe vel indirecte impedientes, seu retardantes; vel ad hoc præstantes auxiliium, consilium, vel fauorem?

Relat. supra pag. 110.

Respondemus quod sic; iuxta c. Vt inquisitionis. §. prohibemus, lib. 6. vbi dicitur sic: Prohibemus quoque districtius potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus, eorundemque officialibus prædictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent: siue captos pro eodem crimine, absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltè alterius eorundem licentia, vel mandato à carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diocesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, promptè (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent, vel aliàs diocesano aut Inquisitorum iudicium, sententiam, seu processum, directe vel indirecte impedire præsumant. Si quis vero de prædictis potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, seu balliuis contra prædicta fecerit, aut præfatis fidei negotio sepelatis diocesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire: necnon & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum: quàm si per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hereticus condēnetur.

Relat. supra pag. 119.

In litteris vero Apostolicis Urbani iij. & Clementis iij. Præcunctis. §. ceterum. dicitur sic: Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscumque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiosè, contra eos tamquam contra hereticorum fautores, & defensores secundum sanctiones canonicas stricti eadem auctoritate intrepide procedatis.

COMMENT. LXXXV.

Ex hac questione licet multæ conclusiones possint colligi; cum tamen Emericus ad vnum solum institutum citet rescriptum pontificium ex c. vt officium. §. prohibemus. de heret. lib. 6. ideo vnum simplex axioma colligemus, videlicet, Inquisitores posse coercere magistratus seculares impedientes processum, aut sententias in hereticos latas, aut eorum punitionem differentes: quoniam cum hoc crimen sit mere ecclesiasticum, de eonullus laicus directe vel indi-

recte se debet intromittere.

Ex hac assertione, quæ vera est & auctoritate pontificia roborata atque declarata, validissime refellitur opinio multorum Iuriconsultorum assertentium, posse iudices seculares, postquam ipsi traditi, vel relictii sunt rei hereticos relapsi, vel impunitos, ultimo supplicio ferendi, iterum examinare processum et causam, & corrigere vel mutare, si opus fuerit, aut etiam nullam dicere sententiam. nam, vt alios omittam, hoc asserunt Bartolus, Fulgosius, Paulus Castrensis, & multi alij iuris civilis interpretes in l. magistratibus. ff. de iurisdic. om. iud. idè Bartolus in l. nõ dubium. et in l. diuus. ff. de iust. reo. Marcus Mantua singul. 274 incipien. Crimen hereticis, & alij quos omittit consulto.

Index laicus abfq. reuisione processus facti per inquisitorem debet sibi relictum punire.

Sed Canonistæ per dict. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. veram sequuntur sententiam. Abbas et Ancharanus in c. at si clerici. de iudicij. Ioannes Imola in c. 1. de officio ord. Iason in dict. magistratibus. de iurisd. om. iud. Cassaneus in consuetud. ducat. Burgun. Rubrica des Justices. §. 8. circa finem nu. 14. Albericus tract. de agnos. assertio. q. 2 §. nu. 43. cum seq. Bernardinus Diaz in præf. crim. cano. c. 141. 102. nes Anania in c. excommunicamus. lo primo. de heret. nu. 27. Alfonso Castrens lib. 1. de iust. heret. puni. c. 23. Bernardus Comensis. in lucerna verbo, executio. §. 6. vers. sed queritur. quod ipsum tenent etiam vicii veritate multi iuris civilis Doctores, quos refert Fernandus Vasquius lib. 1. de successio. num. creatione. §. 6. nu. 16. vers. denique. (quamuis ipse eo loco more suo contra communem et veram opinionem feratur) & Simancas de catho. instit. tit. 36. num. 5. Ioannes Rojas singula. 107. incipien. Index de qua re. idem in tract. de heret. par. 2. num. 450. Campegius apud Zanchinum cap. 8. vers. sed quid si laicus. Mathæus de Afflictis in proemio constit. regni Siciliae num. 56. vers. secunda conclusio sit ista. Aegidius Bossius tit. de foro competen. num. 160. vers. & ideo in crimine heresis. idem tit. de heret. num. 10. vers. non potest autem. Salicetus in l. ea quidem. c. de accusation. Iulius Clarus in præf. crim. quest. 96. vers. Quero etiam. idem in §. heresis. vers. hoc crimen. & vers. Et scias. & plerique alij, quos longum & molestum esset singulatim recensere. atque hac sententia definita fuit per Innocentium octauum rescripto quodam incipiente, Dilectus filius. quod curauimus imprimendum inter bullas Apostolicas pro officio sanctissimæ Inquisitionis in fine huius operis.

Inquisitor compellere non debet, sed magistratus seculares, vt in ecclesiasticis debet executioni mandare: quod si id facere omittat, aut executionem præter morem solium sine vlla legitima causa differat, compelli potest ad exequendum per inquisitorem per censuram ecclesiasticam. & ita cautum asserit Bernardus Comensis in lucerna verbo, executio. §. 7. vers. immo Inquisitor. quodam rescripto Urbani III. incipiente: Cum licet. quod nondum vidimus.

E

Ergo Inquisitor iudici laico processum à se factum ostendere non debet, sed magistratus seculares vis indilate & sine mora sententiam iudicis ecclesiastici debet executioni mandare: quod si id facere omittat, aut executionem præter morem solium sine vlla legitima causa differat, compelli potest ad exequendum per inquisitorem per censuram ecclesiasticam. & ita cautum asserit Bernardus Comensis in lucerna verbo, executio. §. 7. vers. immo Inquisitor. quodam rescripto Urbani III. incipiente: Cum licet. quod nondum vidimus.

Sed paucis antea diebus quam hæc scriberemus, Illustrissimus & Reuerendissimus Felix Perettus Cardinalis de Montealto Venetijs (vbi multis an-

Nunc est SIXTUS V. Pont. Opt. Max.

nis multa cum laude viriliter, ac prudenter exercuit officium inquisitionis contra hereticam prauitatem) affervi iussit authenticū rescriptū Alexandri IIII. quod incipit: Ad audientiam: cuius ob publicam utilitatē nobis humanissime copiam fecit, quo aper- tissime deciditur hęc sententia, tribuiturq; plenissi- ma potestas Inquisitoribus aduersus magistratus negligentes, aut differentes sententias latas in hęc- reticos executioni mandare. id rescriptum breuitatis gratia hic omittimus, nam in fine huius operis cura- nimus imprimendum. Qui vero tam graue & imma- ne scelus commiserint, velut factores hereticorum puniendi sunt, vt alibi diximus.

Varia con- fuerudo in puniēdo eos qui tradun- tur curie se- culari.

Tam hereticos curie seculari traditos indilate, et statim puniendos iubet Romanus Pontifex in dicto c. vt inquisitionis. s. prohibemus. que verba, id est, li- ne mora, interpretatur ibidem glossa.

Verum in hac re consuetudo prouinciarum spe- ctanda est. Solēt in Hispania quamprimum lecta est sententia relapsorum, aut impenitentium, aut quoru- cunque qui traduntur curie seculari, iudices secula- res costem statim in suum forum recipere, et ad sup- plicij locū pronuntia mortis seu combustionis sen- tentia recta deferre. In Italia in multis vrbibus, quas vidimus, iudices seculares reos sibi per inqui- sitores relictos, aut traditos, per tres, vel quatuor dies, antequam ultimo supplicio afficiant in suis car- ceribus detinent: inde certo die non festino publice educunt & comburunt: quod videtur fieri auctorita- te Innocenti IIII. in bulla incipiente: Ad extirpan- da. relata in bullario in fine huius operis, vbi ita scri- ptū est: Damnatos vero de heresi per diocelanū vel eius Vicariū, seu per Inquisitores predictos, Potestas, vel Rector, vel eius nūtius specialis, eos sibi relictos recipiat, statim vel infra quinque dies ad minus, circa eos constitutiones contra tales e- ditas terantur. hatlemus ibi.

Ex quibus declaratur pulebra difficultas, videri- cet, non esse negligentes, nec velut factores heretico- rum puniendos magistratus, qui per quinque dies dif- ferunt hereticorum supplicium. nec etiā si differret per sex dies, vt in rescripto Innocenti octauo, inci- piens. Dilectus filius. cuius hęc sunt verba: Eisdem officialibus secularibus sub excommunicationis pena, & alijs censuris ecclesiasticis precipiatis at- que mādētis, vt infra sex dies, postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuū, per vos agitatorum visione, sententias per vos la- tas contra huiusmodi hereticos prompte exequā- tur appellatione remota. hęc ibi.

Quæsitum est, quid facere debeat Inquisitor sine ordinarius sine delegatus, si videat indicem secula- rem ita negligentem, vt etiam post transactos hos quinque, vel sex dies absq; legitimo impedimento, non curet hereticos sibi traditos vel relictos ultimo sup- plicio afficere? dicebat mihi quidam non imperitus posse tūc Inquisitorem precipere iudici seculari, vt combustionis vel mortis penam exerceat in hęc- reticos sibi assignatos, cū ea pena solita sit in tales exer- ceri: neque propterea incidere in irregularitatem, si- cut Felino placuit in c. ad abolendam. circa finē ex- tra de abret. quem sequuntur Tabienfis in summa verbo, irregularitas. 2. §. 9. nu. 10. et §. 15. nu. 16.

A & Maiolus lib. 2. de irregularitate, c. 10. & pro hac sententia facit quod diximus supra parte 2. super c. nouimus. de verbor. signif. s. Quamquam autem.

Ceterum idem Felinus in c. vergentis. de heret. cū de eadem difficultate differeret, anceps hęstrauit, et profecto tutum non videtur, vt Inquisitor in hoc ca- su penam combustionis, aut mortis nominatim expri- meret, precipiendo iudici seculari vt eam impone- ret: nam fortassis in irregularitatem incidere, ob- quam euitanda cum consignat hereticos iudici se- culari, facit solitam protestationem, de qua in c. noui- mus. de verbor. signif.

Quare omisso hoc modo dicendi, tutius est, vt in genere iubeat & precipiat iudici seculari sub pena excommunicationis, aut alijs censuris, vt sententias ad se latas executioni mandet. hic modus dicendi con- tinetur in rescripto Alexandri IIII. incipiens. Ad au- dientiam. cuius paulo antea mentionem fecimus, itē in rescripto Leonis X. incipiente. Honestis potentium votis. & hic modus secure vsurpatur, & sufficit ad euitandam irregularitatem, c. Episcopus. ne clerici vel Monachi, lib. 6.

Potest etiam Inquisitor in proposito casu, iubere magistratui seculari sub censuris ecclesiasticis, vt ser- uet constitutiones et leges contra hereticos editas. et hic modus prescribitur non obscure ab Innocentio IIII. in extrauagan. Ad extirpanda. §. dānatos vero. cuius verba paulo antea retulimus in hoc eodē com- mentario. Atq; hi quidem modi tuto seruari possunt.

Quod si nec ita index secularis induci velit ad pu- niēdos hereticos sibi assignatos, ad grauiiores penas erit, procedendum: quod vt maturius peragatur, se- nutur Inquisitionis erit significandum.

Q V A E S T I O XXXVII.

An Inquisitor in aliquo casu possit compescere quæstuarios.

Ricesima septima quæstio est: Vtrum Inquisitor possit & debeat in aliquo casu procedere contra quæstuarios prædicantes?

Respondemus qd sic: vt patet in c. Vt officium. §. compescendi. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Compescendi præterea monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita prædicatores quæstuarios (vbi cōtigerit pro inqui- sitionis seu fidei negotio congregationem fieri, vel alijs eidem negotio quomodolibet ex hoc im- pedimentum aliquod afferri) à prædicationis offi- cio; quoad ipsos nullatenus pertinet (quorū in- terest tantum charitatiua subsidia suppliciter pe- tere, ac indulgentiam, si forte habent, exponere) li- beram vobis & singulis vestrum concedimus au- ctoritate presentium facultatem.

Idē habetur per omnia etiā de verbo ad verbū in litteris prædictis Apostolicis Urbani, Clementis & Alexandri iij. Præ cunctis. §. compescendi.

C O M M E N T. LXXXVI.

Facilis est huius quæstionis tractatio. potest e- nim Inquisitor procedere contra quæstuarios imponendo illis silentium ne prædicent, quotiens a- ctionem fidei sunt celebraturi.

Idem

Idem penitus cauetur rescripto Urbani IIII. in- cipiente: Licet ex omnibus. §. compescendi. & alio rescripto Gregorij noni incipiente: Ille humani ge- neris. que vidimus in archiuo Inquisitionis Bononiē- sis, et curauimus imprimenda in bullario litterarum Apostol. in fine huius operis. Idem hoc Inquisitorū priuilegium tradit Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 11.

Sed hodie in quæstuarijs iam hęc locū non habent, cum eos sustulerit concilium Tridentinum sessio. 4. c. 2. in fine. & sessio. 21. de reforma. c. 9.

In ceteris tamen prædicatoribus & nunc et olim habet hæc EymERICI, seu potius Romani Pontificis doctrina, que licet de solis quæstuarijs loquatur, ad alios etiam trabenda est, cum par sit vbiq; ratio, nē- pe fauor fidei. erit ergo idē statuendū. l. d. Titio. ff. de verbo. obligat. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. notat Zaba- rella in clem. dudum. §. ab olim. q. 12. in fine. de se- pulc. tradit Tabienfis in summ. verbo, Inquisitor. et Bernardus Comēsis prædicato loco et notant Ioānes And. Geminiannus, Francus in c. vt officij. §. com- pescendi. de heret. lib. 6.

Q V A E S T I O XXXVIII.

An Inquisitor prohibere possit lai- cis disputare de fide.

Ricesima octaua quæstio est: Vtrum Inquisitor possit excommunicare, vel alia procedere contra laicos de fide catholica disputantes publice vel pri- uate?

Respondemus qd tales sunt excommunicandi, vt patet in c. Quicumque. de heret. lib. 6. §. inhi- bemus. vbi dicitur sic: Inhibemus quoque, ne cui- quam laicę personę liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Eadem verba sunt in priuilegio Alexand. iij. Nouerit vniuersitas, &c. de hoc habet plenius supra parte prima, q. 10. Vtrū liceat de fide publice disputare.

C O M M E N T. LXXXVII.

De materia huius quæstionis copiose dictum est supra parte 1. super q. 10. præter Doctores in c. quicumque. §. inhihemus. de heret. lib. 6. vbi de hoc agitur abunde, vide B. Thomā. 2. 2. q. 10. art. 7. Al- fonsum Castrium lib. 1. c. 19. de iusta heret. punitione, & Conradū Brunum lib. 3. de heret. c. 1. 13. & seq. & alios quos super dicta quæstione retuli.

Q V A E S T I O XXXIX.

An Inquisitor procedere possit con- tra aduocatos & notarios patroci- nantes hæreticis, &c.

Ricesimanona quæstio est: Vtrū In- quisitor possit procedere contra ad- uocatos, notarios, seu scriptores, præ- dicantes hæreticis, creditibus, recepta- toribus, defensoribus, ac fautoribus

eorundē, patrocinium vel iuamē; & contra eos, seu alios homines, libros vel scripturas auctori- tate Apostolica, seu legatorū eius factas, in quibus processus facti contra prædictos, continentur, & eos cogere quatenus tradant eis?

Respondemus qd sic: & primo patet de notarijs & aduocatis præstantibus prædictis patrocinij & iuamen: vnde in c. Si aduersus. de heret. dicitur sic: Si aduersus nos terra confurgeret. & infra: Quia plus timeri solet quod specialiter iniūgitur, quam quod generaliter imperatur: vobis aduoca- tis, & scriuarijs firmiter inhihemus; ne hereticis, creditibus, fautoribus, vel defensoribus eorundē in aliquo præstetis auxiliū, consiliū, vel fauorē; nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus ligan- tibus sub eorū examine vestrum patrocinij præ- beatis, & pro ipsis publica instrumēta, vel scripta- facere nullatenus attentetis. Quod si contra præ- sumperitis, ab officio vestro suspensos perpetuę vos decernimus infamie subiacere.

Et secundo patet de habentibus processus, seu scripturas prædictas. vnde in c. Vt commissi. de heret. lib. 6. dicitur sic: Vt commissi vobis. & in- fra: Necnō faciendi à quibuslibet assignari vobis libros seu quaternos, & alia scripta, in quibus in- quisiones factę ac processus per quoscunq; au- ctoritate sedis Apostolicę, vel legatorum eius ha- biti contra hæreticos continentur.

Idem habetur per omnia de verbo ad verbū in præfatis litteris Apostolicis, Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Præ cunctis. §. necnon.

C O M M E N T. LXXXVIII.

Ex hac quæstione duę potissimum colliguntur as- sertiones.

Prima est: Inquisitores procedere possunt contra eos qui hereticis, vel eorū complicibus præstant au- xilium, fauorem, aut patrocinium.

Altera est: Inquisitores compellere possunt eos qui habent processus, aut quelibet alia instrumēta facta contra hereticos, vt sibi ea assignent.

Quantum ad primā assertionem spectat, videnda sunt que scripsimus supra parte 2. super c. si aduer- sus. de heret. et alibi super postremis quæstionibus secundę partis. que hic nō sunt inutiliter repetēda. & ideo altera nunc est breuiter declaranda.

Ac ante Bonifacium VIII. quinquaginta fe- re annis sanciuit hoc ipsum de assignandis scriptu- ris quibuslibet, & processibus factis contra hęc- ticos Alexander IIII. rescripto quodam inci- piente: Cupientes. misso Fratribus Prædicatori- bus Inquisitoribus hereticę prauitatis in Lombard- ia & Marchia Ianuensi: quod ipsum vidimus in archiuo inquisitionis Bononiensis. Et paucis antea diebus quam hęc scriberemus ex Assisio allatū est idem authenticum rescriptū missum Fratribus Mi- noribus ab eodem Alexandro IIII. in quo plenius quędam continentur. ea vero pars, que de hoc disse- rit, quia huic loco lucem est allatura, transferenda huc fuit. habet ergo ita:

Alexāder Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Fratribus de ordine Minorum Nn 3 Inqui-

Relat. supra pag. 99.

Aduocatis & notarijs ve- tatur patro- cinari hære- ticis.

Relat. supra pag. 108.

Inquisitor quilibet in- strumēta ad- inquisitionē spectantia si- bi iubet assi- gnari.

inquisitoribus hæreticæ prauitatis in adminiftratione sancti Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVPIENTES, vt inquisitionis negotium cõtra hæreticam prauitatem sollicitudini vestræ commiffum ad Dei gloriam & augmentum fidei catholice, in vestris manibus feliciter prosperetur, compellendi appellacione remota per censurâ ecclesiasticâ per vos, vel per alios, quos ad hoc idoneos, vos vel alter vestrum duxeritis eligēdos omnes illos qui scripta, vel instrumēta inquisitionis, vel ad eius officium pertinentia, per quoscunq; hæctenus factæ, ac etiã faciendæ contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, seu defensores eorum habent vel habuerint, vt ea sine cuiuslibet difficultatis, seu dilationis dispensio, vobis vel alteri vestrum exhibeant, &c. auctoritate præsentium, vobis & cuiilibet vestrum concedimus facultatem. hęc ibi. Huius etiam priuilegij meminit Geminianus, Franchus, & alij in c. vt commissi. de heret. lib. 6. Bernardus in lucerna verbo, Inquisitor. §. 2. 2. Repertorium inquisit. verbo, libri. §. nota quod Inquisitores.

Propria instrumēta cõtra se edenda & causa fidei.

Ex hoc priuilegio Perusinus, Franchus, & alij primum inferunt, et recte, in causa hæresis teneri reū edere contra se Fiscali agenti propria instrumenta, ad intentionem suam & accusationem fundandam; quamuis regulariter de iure sit contrarium statutum l. qui accusare. & l. vlt. c. ubi notatis per Doctores. C. de edendo. & hanc sententiam tenet Purpuratus in dict. l. fin. C. de eden. nu. 20. & Nicolaus Arrelanus tract. de heret. notabili 21. incipit. Magnificus. Ioannes Rojas singulari 54. incipit. Edere instrumenta. & faciunt nota per Angelum in l. per hęc. C. de tempo. appellatio.

Item eden la cõtra teitū.

Rursus hoc sentit, quod quis teneatur edere in causa hæresis Fiscali agenti propria instrumenta, libros, & alias quaslibet scripturas, non modo habet locum, cum agit Fiscalis contra te sed etiam cū agit contra quemlibet alium: tu enim poteris copulā edere contra illū tertium quidquid ad id negotiū spectās habes. ita videtur probare glossa in dicto. c. vt commissi. verbo, quibuslibet. et quamquam id glossa non sentiret. adhuc verum est fauore fidei: & qui: si quis cõtra se edere teneatur propria instrumenta, multo maiori ratione, aut saltē pari tenebitur edere contra tertium. ergo si Titius captus pro heresi, librum hæreticum, aut quid simile dedisse dicatur Sempronio, compellendus est Sempronius id non modo contra se, sed contra Titium edere.

Item eden dum quidquid iuuare potest.

Denique non modo libros et scripturas, sed quidquid iuuare potest ad veritatem inueniendam, fauore fidei exhibendum est: quia dum Papa iubet, vt quelibet instrumenta exhibeantur, plane iubet, vt exhibeatur quidquid ad causam instruendā spectat: nam nomine instrumenti id intelligimus. l. i. ff. de si de instrument itaque imagines, statuas, marmora, et similia. per quæ in hac causa aut inuestigari veritas, aut haberi potest, edendum est: cur autem olim ita sancitum fuerit, alibi docui, quæ nunc breuitatis gratia omitto.

An Inquisitor possit procedere contra scienter sepelientes hæreticos in loco sacro.



Vadragesima quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere cõtra eos, qui hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorū præsumpserint scienter tradere ecclesiasticæ sepulture.

Respondemus qd sic iuxta. c. Quicumq; in principio. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Quicumq; hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum, scienter præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulture, vsq; ad satisfactionem idoneæ excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere: nec absolutionis beneficiū mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulēt, & proiciāt huiusmodi corpora damnatorū: & locus ille perpetua careat sepultura.

Eadem verba habentur in priuilegio Alexandri iij. Nouerit, & cetera.

COMMENT. LXXXIX.

Vnica est conclusio, videlicet, Inquisitores posse procedere contra illos, qui hæreticos, credentes, fautores, & ceteros huiusmodi tradiderint ecclesiasticæ sepulture.

Duo sunt in hac quæstione breuiter tractanda. Vnum erit de priuatione sepulture: nam sepultura caret hæretici, & qui illis fauent.

Alterū erit, qua ratione possint Inquisitores procedere contra sepelientes.

Quantum ad primum spectat de priuatione ecclesiasticæ sepulture, cum textu allato hic ab Emerico, consentit textus in c. sicut ait. de heret. vbi Alexander III. in concilio Lateranensi multis annis ante Alexandrum IIII. hæreticos & eorum fautores & alios similes sepultura priuauit. quod ipsum & multi alij Romani Pontifices aut sanciuerunt, aut comprobauerunt.

Priuantur autem hæretici, eorum credentes, fautores, & ceteri ecclesiastica sepultura multis rationibus. Primum, quoniam excommunicati discedūt, & in peccato mortali; et propterea in locis sacris nõ sunt sepeliendi. 3. q. 3. c. quibus.

Rursus, quoniam illi indigni sūt sepultura, pro quibus orare non licet, vt late profectur beatus Augustinus in libro de cura pro mortuis gerēda: at pro hæreticis orandū non est, cum constet eos in peccato decedere. optima ergo ratione sepultura priuantur. Potissima enim causa cur ante Ecclesias constituta sunt cœmeteria & defunctorū sepulchra est, vt viuētes introeuntes & exeuntes, pro illis ad Deū preces fundant: hinc sepulchra (vt docet Augustinus præcitatō loco) dicta sunt monumenta, quia moneant viuorum mentes, vt defunctorum recordentur.

Iam priuatio sepulture magna pœna est et ignominia. l. vnica. c. de his qui parentes, aut lib. occid. Bald. consi. 426. incipiente: Prætermittendū. nu. 5. versi.

Supra pag. 104.

Hæretici sepultura priuati, & quare.

Priuatio sepulture magna pœna.

versi. item quia corpus nõ traditur sepulture. lib. 1. et Franchus Ripa tract. de remedijs cõtra pestē nu. 139. quibus addit de hac pœna loquentes. Repertorium inquisit. verbo, sepultura. Alfonso Casiri lib. 2. c. 18. de iusta heret. punitio. versi. ex ista pœna. Syluestrum & Tabiensem in sum. verbo, sepultura. amplius de hac differunt Ioannes Rojas in singularibus fidei, singul. 181. incipit. Sepultura ecclesiastica. Gondissalvus tract. de heret. q. 2. nu. 7. Paulus Fuscus lib. 1. de visitatione eccles. c. 25. nu. 4. & alij per hos relati.

Exhumandi hæretici, & comburendi.

Quod si quādoq; de facto sepulci fuerint hæretici, exhumari debent, & procul abijci: immo nunc cõburi, dummodo discerni, seu separari possint eorū cadauera, vel ossa ab ossibus et cadaueribus catholicorū. c. sacris. de sepult. et locus politus debet reconciliari. c. consuluisti. de consecrat. ecclesie, vel alt.

Qui priuant sepultura.

Item si post mortem alicuius detectum est eum hæreticū decessisse, qui velut catholicus erat sepultus, cum eius crimen in vita fuisse occultum, exhumari debet, vt dicemus paulo post super q. 43.

Item non modo hæretici formales, verum etiam credentes, fautores, receptatores, et defensores eorū sepultura priuantur; quod ipsum ad quoslibet suspectos, aut diffamatos de hæresi decedentes tradendum est ob eandem causam.

Postremo, hoc ipsū de priuatione sepulture multo magis quàm in proxime citatis, locū habet in illis, qui in carceribus pro heresi, aut hæresis suspicione detenti, se ipsos occiderunt, quoniam impenitentes censentur, & in manifesto mortali peccato decedunt.

Quid autē sit tradi ecclesiasticæ sepulture, aut ea carere, docet Archidiaconus in c. quicūq; de heret. lib. 6. in verbo, ecclesiasticæ sepulture.

Contra sepelientes hæreticos quare priuantur.

Sed alterum iam caput susceptæ disputationis est declarandum, videlicet, quomodo sit accipiendum quod hic tradit Emericus, dum dicit, Inquisitores posse procedere aduersus eos qui hæreticos scienter sepeliunt: nam textus per Emericum citatus ex c. quicūque. de heret. lib. 6. solū iubet, vt is qui hæreticos et ceteros de quibus ibi, sepeliunt, eosdem publice extumulēt, nec ulterius videtur quidquā Inquisitoribus concedere.

Sane neminem hæctenus vidi, qui hac dilucit ac primum posset hic quispiam dicere, Emericum hoc velle, vt Inquisitores possint procedere contra eos qui sepeliunt hæreticos, cogentes eos, vt proprijs manibus extumulēt huiusmodi damnatorum cadauera, quæ expositio quamuis textui conueniat, non tamē conuenit instituto auctoris, cum hoc ipsemet Emericus nominatim deinceps doceat q. 118. & imprudens esset bis idem repetere.

Qui scienter sepeliunt hæreticos, suspensi de heretici, & quare.

Quare verius est hoc velle hic auctorem, vt scilicet Inquisitor possit contra sepelientes procedere, tamquam contra suspectos de hæresi: nam præterquā quod illi qui ita hæreticos sepeliunt, sunt ipso iure excommunicati, & tenentur proprijs manibus exhumare quos sepeliuerunt, amplius ex hoc facto incurrunct hæresis suspensionem: nam qui scienter sepeliet eos, quos Ecclesia, vt hæreticos, aut de heresi suspectos persequitur & damnat, quamuis aliud animo gerat, hoc facto indicare, ac profiteri videtur, aut non debuisset Ecclesiam tales sepultura priuare, aut

pro hæreticis, & eorum credentibus & ceteris esse orandum, cum more catholicorum eos sepeliat, aut aliud simile, vnde suspicio hæresis proculdubio oritur. atque hæc sententia colligi potest ex illis textibus verbis: Vique ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere. tandiu enim sunt excommunicati, donec idonee satisfecerint. per satisfactionem autem idoneam & abiurationem, & canonicam purgationem possumus intelligere. c. ad abolendam. §. præsentis. & c. excommunicamus 1. §. qui autem. de heret. nam qui abiurat, vel se purgat, et iniuncta sibi mandata adimplet, idonee satisfacit. manifestum est autem, abiurationem et canonicam purgationem non indicari nisi suspectis, vel diffamatis de heresi. et hoc videtur sentire Archidiaconus in dicto c. quicūque. de heret. lib. 6. verbo, idoneam. dum citat. dict. §. qui autem. in c. excommunicamus. de heret.

Quid sit idonee nec satisfactio.

Num autem hæc suspicio sit tantum leuis, an etiã vehemens, ex personarū qualitate pensandū erit iudicio peritorum. hoc tamē pro explorato habeo, eum vehemēt fore de heresi suspectum, qui de facto hæreticum aut suspectum ab Ecclesia notatum, et vt talem persecutum scienter sepeliret, nisi probabilis aliqua ratio in eius excusationem afferri posset.

Apud Archidiaconū est in verbo, condigna.

Si quis vero hæreticum, aut credentem, aut fautorem, aut ceteros huiusmodi mortuos deprehendat in his locis, in quibus non possit facile eos ad legitimos iudices deferre; tunc terra non sacra condere potest, ne cadauera insepulta aerem corrumpant: neque ex hoc merebitur vllam pœnam, nec cõtrahet vllam hæresis suspensionem: nam in bonum facit finē; et hoc non est tradere ecclesiasticæ sepulture, vt præcitatō loco docuit Archidiaconus: rem tamen cū poterit, ad iudices fidei referre debet, vt illi quid factō opus sit, statuatur.

Quando hæretici licite possint terra condi.

Postremo eadem illa suspensiones, quæ oriuntur, quotiens quis sepeliet hæreticum, credentem, aut alium huiusmodi, nascuntur aduersus eū, qui celebrat eorū exequias more catholicorū, quando is hæreticus, aut suspectus alibi est defunctus, verbi gratia Genæ, aut alibi, vbi hæretice viuunt & creditur.

Celebrās exequias pro hæreticis, & eorum ossa custodiens, suspectus de hæresi.

Idem sentias de illo, qui hæreticorum combustorū cineres, ossa, vestes, aut similia furatur, & custodit: hic enim verisimiliter putatur credere, eum qui iudicio Ecclesie damnatus est, sanctum esse; quod inducit hæresis suspensionem, de quo vide Emericum par. 2. q. 15. versi. vigesimus nonus error. et que scripsi super q. 53. supra par. 2. circa finem. versi. Quintū est. Atque hoc esse videtur proculdubio Emerici institutum in hac quæstione.

An Inquisitor possit procedere contra renuentes iurare in causa fidei, &c.



Vadragesima prima quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra illos, qui iurare coram eo de dicēda veritate in causa fidei requisiti, contumaciter renuerint?

Supra pag. 101.

Respondemus quod sic iuxta c. Excommuni camus itaque extra de haeret. s. adijcimus vbi lo quendo qd testes compellatur iurare, sequitur sic: Si qui vero ex eis iuramenti religionē obstinatio ne damnabili respuentes, iurare forte noluerint, ex hoc ipso tamquam heretici reputentur. De hoc Ioan. And. in nouella super eod. c. Iste enim est er ror Valdensium, qui dicunt iuramentum esse pec catum mortale: secus si dubitant iurare ex quadā honestate, tandem obtemperant.

COMMENT. XC.

Recusantes iurare, quan do heretici, & quando non.

Ex hoc solo quod contumaciter iurare renuunt, contrahunt heresis suspensionem, immo vero tā quam heretici reputantur, vt dicit textus hic ab Eymerico citatus: videntur enim sentire iuramentū esse illicitum, quod sentiunt Valdenses, quod patuit apud Eymericum par. 2. q. 14. vers. tertius error.

Quem errorem grauius cōstat beatus Thomas 2. 2. q. 89. art. 2. & Dominicus Sotus lib. 8. de iust. & iure. 1. art. 2. Syluester in sum. verbo iuramen tū 1. et eodē verbo Tabiensis. Nauarrus in manuali c. 12. nu. 4. et alij, quos in re manifesta omitto.

Et profecto textus in c. excommunicamus 1. s. adijcimus vers. Si quis vero ex eis de Valdensibus accipiendus omnino videtur, qui tempore Innocētiij III. (sub quo in concilio Lateranen. factū est decretū eius canonis) iam erant exorti, vt dixi copiose supra parte 2. super q. 14. et tenaciter hunc errorem profite bantur de nō iurādo in aliquo casu. Ad cognoscendū ergo aliquē hereticum de secta Valdensiu hoc erat euidentis argumentū, sicuti Hostiensis et ceteri cōmuniter canonistae docent in prædicto c. excommunicamus 1. s. adijcimus. de haeret.

Non tamen essent heretici qui ex quadā honestate recusarent iurare, vt docet hic Eymericus in fine, quales sunt clerici, et religiosi ceteri, si quadam simplicitate putarent non esse licitum eis iurare etiā in causa fidei coram Inquisitoribus absq; superiorū suorum licētia; cū tamen fauore fidei iurare debeāt, & etiā in alijs casibus, quos refert Raynerius in sum. verbo, iurare. et Syluester verbo, iuramentū 2. q. 3. nu. 2. et in causa fidei omnes compelli possunt ad testimonium ferendum, & ad iurandum de veritate dicenda, vt alibi plene diximus, & tradit Eymericus paulo post q. 62.

QVAESTIO XLII.

An Inquisitor possit procedere contra delatos, qui aliō se transtulerunt, &c.



Vadragesima secunda questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra eos, qui extra partes iurisdictionis Inquisitori subiectas, domicilium transtulerunt, vel aliās se absentarunt, delatos de haeretica prauitate, vel extra iurisdictionem Inquisitoris delinquentes, in sua nunc existentes?

A Respondemus quod sic iuxta c. Vt commissi. in principio, & iuxta c. Cū contumacia, de haeret. lib. 6. In c. Vt commissi, dicitur sic: Vt commissi. & infra: Et contra illos quos in prouincia, in qua vobis inquisitionis officium est commissum, heresis crimen constiterit commississe (licet ad alias partes se transferendos duxerint) procedendi.

Idem habetur per omnia de verbo ad verbū in præfatis litteris Apostolicis, Clementis & Urbani iij. Præ cunctis. s. Etiam contra illos.

In cap. Cum contumacia, dicitur sic: Cum contumacia (in causa praesertim fidei) suspicioni praesumptione adijciat vehemēte, si suspectus de heresi vocatus à vobis vt de fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo, qd parere subterfugit, aut contumaciter se absentat) per vos fuerit innotatus: quā si per annum animo sustineat pertinaci, extunc velut hereticus condemnatur.

Etiā potest procedere contra eos, qui licet extra iurisdictionem Inquisitoris istius deliquerint, nunc autem in sua sunt: quia hereticus vbi inuenitur, ibi conuenitur. ad hoc Ioan. And. in c. Vt commissi. in principio.

COMMENT. XCI.

Duo axiomata complectitur hic Eymericus. Primum est: Inquisitores procedere possunt contra eos, qui in sua prouincia deliquerunt, & ad aliam se transtulerunt.

Alterum est: Item possunt procedere contra eos, qui cum alibi deliquerint, in sua prouincia nunc morantur, ibi: Etiam potest procedere.

Quae in hac questione traduntur ab Eymerico ex citatis Pontificum responsis collecta, fusius explicatur in concilio Narbonensi c. 19. 20. & 21. vbi et potestas procedendi contra absentes, & modus quo procedatur, luculenter tribuitur, et praescribitur in hac verba: Si qui vero culpabiles, vel suspecti ad vestram pertinentes inquisitionem, praesentes nec sint, nec fuerint, & infra competentem terminum eisdem à vobis peremptorie assignatum, & per ecclesias publicatum non curauerint comparere, vel se legitime excusare, contra eos tamquam contra praesentes non dubie procedatis.

Ad Inquisitionem quippe vestram eos intelligimus pertinere, qui vel infra eiusdem inquisitionis limites deliquerunt, vel domicilium ibi habent, seu habebant, quādo inquisitio caepa fuit, vel cū ibi morarentur occasione officij cuiuscunq; publici, seu priuati, vel certū domicilium non habentes ibidem inuenti, citati fuerunt à vobis, siue illis per quamcunq; cautionem adstrictis; siue nō, Inquisitionem contra eos facere incēpistis, vel eis purgationem forsitan indixistis. Si quidem contra tales praesentes, vel absentes potestis procedere, ac debetis: nisi forte ratione delicti maioris, seu minoris commissi alibi, vel ratione domicilij, vel alia de praedictis, Inquisitores alij procedere ceperint contra illos. Et enim cum in locis diuersis, & per Inquisitores diuersos Deo auctore inquisitio celebretur, tutius & salubrius est, vt quisq; culpabilis in quibuscunq; locis deliquerit, vni & illi Inquisitori permaneat

Supra pag. 108.

Supra pag. 105.

Inquisitor potestas in absentes.

Cap. 19.

Cap. 20.

ratione

quocunq; loco

Cap. 21.

permaneat obligatus, à quo primo ex aliqua de causis praescriptis, sine fraude, & sine periculo negotij & animarum fuerit occupatus.

Ita tamen vt Inquisitores ceteri, quidquid de illo nosse poterunt, inquirant nihilominus, & scribant inquisitoribus illis, quibus idem culpabilis sit adstrictus: sic enim qualis vir vnus pugnabit, & vincetis, haecenus ibi.

Huc spectant quae tradit Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores: quest. 5. quem retuli supra tit. de forma citandi absentem nu. 133. s. Si autem reperitur vbi tradidimus multa ad hanc questionem intelligendam spectantia.

Quoniam vero nec proxime citato loco, nec in 13 modo processum fidei terminandi quanta forsatis oportebat distinctione egimus de modis procedendi contra absentes, proinde breuiter id est hic explicandum.

Res hęc tota Hispanensi quadam prima instructione cap. 9. praescripta est Inquisitoribus Hispaniae, quam latine tamen redditam referre placuit, nec enim puto verius in hac causa à me, aut ordinariis quicquam dici posse, habet autem ita:

Inquisitores procedunt contra absentes multis modis

Similiter decreuerunt, vt contra culpabiles in dicto haereticis crimine si absentes forent, Inquisitores procedant, citando praefatos absentes per publica edicta, quae publicari faciant, & affigi ianuis Ecclesie principalis illius loci, vel locorum, in quibus morabantur.

Primus modus procedendi contra absentes.

Possunt autem Inquisitores fabricare processum contra absentes vno ex tribus modis. Primo secundum formam cap. Cum contumacia, de haeret. lib. 6. videlicet citando & admonendo absentes, vt compareant ad se defendendum, & respondendum de iure suo super certis articulis fidei causam contingentibus, & super certo heresis crimine, &c. sub poena excommunicationis cum suis admonitionibus in forma. Quod si non comparuerit, iubeant promotorij Fiscali, vt accuset eius contumaciam, & petat litteras seu libellos magis aggrauantes, quibus denuntientur, qd si per spatium vnus anni perseverauerint in sua pertinacia & contumacia, declarēt illos hereticos in forma iuris. Et hęc processus est magis tutus & minus rigidus.

Secundus modus procedendi contra absentes.

Secundus modus est, qd si Inquisitoribus visum fuerit delictum contra aliquem absentem debere plene probari, citent illum per edicta, sicut dictū est, vt veniat responsurus & dicturus super iure suo, & ostensurus suam innocentiam infra triginta dies in tribus terminis diuisos, vnicuique termino decem dies tribuendo: vel cōcedant illis aliud longius tempus, si expedire viderint iuxta distantiam seu locorum intercapedinem, in quibus praesumitur, vel praesumi debet habitare praedictos citatos: quos citare debent ad omnia processus acta vsque ad sententiam diffinitiuam inclusue: quo casu si reus non comparuerit, accusabitur eius contumacia in omnibus edicti terminis: recipientque Inquisitores eius denuntiationem & accusationē à Fiscali, conficiantque processum in forma: quibus absolutis, si delictum visum fuerit sufficienter probatum, poterunt absentem condemnari, eo amplius non expectato.

Tertius modus, qui in conficiendo processu contra absentes obseruari potest, hic est, vt si in inuestigatione processus facti in Inquisitione reperitur praesumptio haereticis contra absentem, tamen delictum non videatur plene probatum, possunt Inquisitores decernere edictum contra talem absentem notatum & suspectum de crimine heresis, & iubere ei, vt infra certum tempus compareat ad se liberandum & canonicè purgandum a dicto errore, seu delicto: eo addito, quod si non compareauerit ad recipiendam & praestandam praedictam canonicam purgationem, vel non se liberauerit, vel purgauerit, habebunt ipsum pro conuicto, procedentque ad faciendum, quod iure fieri debeat. Atque hęc processus forma est aliquantum magis rigida: ceterum iure recte nititur, & Inquisitores prudentes & litterati eligent modum, quem magis tutum iudicauerint, & melius viderint in practica posse vsurpari iuxta diuersitatem causarū, quae sese offerre poterunt. haecenus ibi.

Tertius modus procedendi contra absentes.

Quod si quaras, an expediat, cum absentes sunt rei, diuersos à diuersis fidei iudicijs fieri processus contra eos; breuiter respondeo id non expedire: quia si diuersi processus fierent, posset quandoq; contingere, vt quidam iudices absoluerent, alij vero damnarent, unde facili discordia oriretur, aliaque non leuia incommoda, quae diligēter sunt in hac causa praecauenda. Quare tutius est, vt is Inquisitor processum conficiat, qui praueuerit in iudicio, ceteri vero ad illum transmittant quicquid habent actorum in suis Inquisitionibus aduersus illum reum. ita prudenter ac salubriter cautum est Valladolitana quadam instructione anni Domini MCCCCXXXVIIII. cap. 8. & praescriptum etiam non obscure concilium Narbonense cap. 21. cuius verba paulo ante retulimus in hoc eodem commentario.

An expediat fieri diuersos processus contra aliquem.

Iam quantum spectat ad secundam conclusionem de puniendo, et capiēdo haeretico, qui alibi deliquit, obseruandum est, generalem esse regulam, delicta ibi esse punienda vbi sunt commissi, non alibi: itaque committens homicidium Bononiae, tutus erit Ferrariae, nisi ibi habeat domicilium. c. vlt. de foro cōpet. c. 1. de raptō. c. ibi semper causa. 3. q. 6. et in authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. quia in quo loco quis per delictum dedit malum exemplum, ibidem debet per punitionem debitas luendo panas, satisfacere.

Vbi quis deliquit, ibi puniendus.

Hęc tamen regula multis modis fallit, de quibus Socinus & alij. Sed omnis ceteris, qui non pertinet ad hoc institutum, non habet locum in heresi; quia vbiq; heretici capi possunt & puniri, Bald. in l. est excepta. C. de malef. & mathe. Cardinalis in clement. 2. s. denique. q. 9. de re iud. Carrerius tract. de heret. num. 153. item quia hereticus. Socinus regula 220. incipiente: Delicta extra territorium. in prima fallentia. Iacobus de Rauēna in l. 1. c. de sum. trinit. & fid. catho. gloss. in cap. vt commissi. de heret. lib. 6. verbo procedendi. Repertorium Inquisitorum verbo, absens. Simancas de catho. instit. tit. 2. num. 12. ex quibus patet veram esse hanc Eymerici conclusionem.

Hereticus vbi que capi, & puniri potest.

Nunc autem in hoc casu reus sit remittendus dicitur est abunde supra in hac 3. par. nu. 131.

QVAEST.

An Inquisitor possit procedere contra mortuos.



Vadragesima tertia questio est: Vtru Inquisitor possit procedere contra mortuos, qui ante mortem, vel post delati sunt eidem de heretica prauitate?

Relat. supra pag. 104.

Antonius Gomes 10 mo 3. variat. resolut. cap. 1. num. 71.

Respondemus q sic, iuxta c. Filij. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Filij vel heredes illoru, qui dum in egritudine lecto decumberent, petierunt hereticos consolaturus, vt ab eis per manus impositionem consolationem recipere...

Idem habetur de verbo ad verbum in litteris predictis Apostolicis Urbani & Alexandri iij. Olim. & in c. Accusatus. §. in eo vero. de heret. lib. 6. De hoc plenius Archidiaconus super cap. Filij. de heret. lib. 6.

COMMENT. XCII.

Num est axioma, videlicet, Inquisitorem posse procedere contra mortuos huius criminis reos: quod quibus modis contingat, paulo post aperit in hac eadem questione.

In hac questione tria mihi sunt breuiter tractanda. Primum, quanto tempore duret hæc actio procedendi contra mortuos in hac causa, aut intra quantum tempus extinguatur: est enim hæc res cognitiu necessaria, & valde frequens.

Alterum est, in quibus locum habeat, an in solis hereticis, an etiam in fautoribus, receptatoribus, & similibus: nam hæc proprie spectant ad Emerici institutum hoc loco.

Tertium est postremum erit, cum proceditur contra mortuos, quis sit ordo seruandus, & qualiter sententiæ pronuntientur.

Quantum ad primum attinet, animaduertendum est, regulã esse generalẽ q morte delinquentiu extinguatur etiã delictum, & omnis actio contra illud siue intentata iam siue intentanda vacat, ita vt postea nullus aut accusari aut puniri possit. l. 2. & 3. c. si reus vel accusator mort. sue. l. vlt. c. de bonis eoru qui sibi mort. consc. l. in senatus. §. si propter mortẽ. ff. ad senatus con. Turpillia. c. peruenit. c. causam que. el. secundo. qui filij sint legit. c. quorundam. dist. 23. & ratio est, quoniam mors omnia soluit. auct. de nuptijs. §. deinceps. l. defuncti a. ff. de pub. iud.

Delicta morte extinguuntur, secus tamen in hereticis.

In crimine tamen lese maiestatis diuine vel humane speciale est, vt morte non extinguatur, idque ob immanitatem facinoris ad maiorem eius detestationem. c. accusatus. §. fin. de heret. lib. 6. c. filij. vbi glossa eo. tit. & c. si quis Episcopus. extra de heret. vbi communiter Doctores, & concilium Biterrense c. 18 quod paulo post citabo.

His ita positis, videamus intra quot annos possit Inquisitor contra hereticos defunctos procedere. sed vt questio hac melius intelligatur, aperioris doctrinæ gratia distinguendum est: nam bifariam potest procedere Inquisitor aduersus defunctos. Primo, ad effectum confiscandi bona, seu potius declarandi iam confiscata, vt à tertio possessore auferantur, & sacro Inquisitionis officio applicentur. Secundo, potest agere ad effectum & finem damnandi memoriam defunctorum, declarando eos hereticos decessisse, & velut tales pœnas hereticorum incurrisse, ex quo tandem sequitur alius effectus, vt eorum cadauera seu ossa exhumantur, & extra locum sacrum projiciantur, aut comburantur.

Quantum ergo attinet ad primam partem, videlicet, cum agitur ad effectum confiscationis bonoru, Bartolus & Salycetus in l. 2. c. de apostatis. Hippolytus Marsilius singul. 307. incipien. Bona delinquentis, & alij quos ibi refert, dicunt Inquisitores non posse inquirere contra hereticos defunctos, quoad bonorum publicationem post quinque annos, à morte delinquentis computados. Hos sequitur Romanus singul. 4. §. 6. incipiente: De crimine. Idẽ tenet glossa in l. Manichæos. c. de heret. verbo, subire. & Angelus in §. interdũ. in l. de her. q. ab intest. de ser.

Verum Panormitanus in c. cũ nobis. de prescriptio. nu. 8. & ibidem Felinus nu. 11. & Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. c. 1. q. m. 5. versic. nec obstat textus. ita distinguunt: Cum bona hereticorum defunctorum applicentur fisco seculari, post quinque annos non possunt Inquisitores procedere contra hereticos defunctos, quo ad hunc effectum, iuxta textũ in l. 2. c. de apostatis. & in l. 2. c. de vctigalib. com. q. si bona adiudicentur fisco ecclesie, tunc spatio quadraginta annorum durabit hæc actio, atque ita mouent intelligendum textũ in c. 2. §. 1. de prescriptio. lib. 6. vbi sancitur, bona hereticorum defunctorum prescribi per filios vel heredes catholicos spatio quadraginta annoru, dummodo ea possederint bona fide.

Hac tamẽ distinctione non obstante, verior mihi sententia videt, indistincte asserere durare hæc actionẽ quo ad effectũ confiscandi bona per quadraginta annos, siue applicanda sint fisco seculari, siue fisco ecclesie. Primum, quoniam in delictis ecclesiasticis coercendis dispositio iuris canonici standum est, potius quã iuris ciuili: manifestum est autem hoc crimẽ mere esse ecclesiasticum. c. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de heret. lib. 6.

Rursus, quoniam cum in detestationem tanti criminis constitutum sit, vt bona etiam post mortẽ publicentur, sane dicendum erit ad quadraginta annos hoc extendi, iuxta textum in dicto c. 2. de prescriptio. lib. 6. vbi indistincte loquitur Papa de hac confiscatione, nulla facta mentione de fisco seculari vel ecclesiastico: quare indistincte est is textus accipiendus. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. prestand. quoniam

Ob duplici causam, prout dicit Inquisitor contra defunctos.

Quãto tempore duret actio contra hereticos defunctos.

Durat p. quadraginta annos.

nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. 3. ff. de officio presid. l. de pretio. ff. de publi. in rem actio.

Et hæc sententia aperitissime est diffinita in prima instructione Hispanensi, c. 20. vbi tamen si bona defunctorum hereticorum applicentur fisco seculari, nihilominus spatio xl. annorum durare hæc actio declaratur, non modo ad damnandam memoriam defunctorum, sed etiam ad confiscanda bona, vt à quibuscunque possessoribus auferantur.

Neque obstat l. 2. c. de apostatis. vbi quinquennũ tantum post mortem datur ad procedendum contra defunctos: quia non est absurdum dicere ius canonici, quod postea superuenit, ei derogasse, maxime in crimine mere ecclesiastico.

Rursus addo, leges ciuiles in hoc crimine in his habere locũ, quæ non sunt à sacris canonibus promissa, item in pœnis alijs, quæ per Ecclesiam, aut iudices ecclesiasticos non possunt irrogari, quale est hereticos ultimo supplicio asficere. quam ob rem hanc putor veram sententiam, & in praxi obseruandam, vt Inquisitores indistincte procedant contra hereticos defunctos, quo ad effectum publicationis bonorum integro quadraginta annorum curriculo durante, siue fiat applicatio fisco Ecclesiæ, siue fisco seculari, aut cuilibet alij.

Filij vero vel heredes defuncti tunc bona fide dicuntur possidisse bona defuncti, cum & tempore mortis eius, & toto quadraginta annorum spatio crediderint, & intellexerint defunctum catholicum decessisse: nam si intra hos quadraginta annos quocunque intelligant defunctum hereticum decessisse, cum iam incipiant esse in mala fide, nunquam prescribent: nã ad prescriptionem inter cetera requiritur saltem de iure canonico omni tempore bona fides. c. fin. de prescriptio. ibi: Vnde oportet, vt qui prescribit, in nullo temporis parte rei habeat conscientiam alienẽ. hæc ibi. itaque si mala fide possederint, etiã post quadraginta annos fisco officij Inquisitionis talia bona occupabit vide Zanclinum tract. de heret. cap. 24. & 25.

Quod si plures de hac re videre cupis, de ea differunt Conradus Brunus lib. 5. de heret. c. 17. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 54. Simancas de catho. instit. tit. 18. nu. 11. & seq. Zanclinus de heret. c. 24. & 25. nu. 4. Repertorium Inquisitorum. Baldus in margarita verbo, memoria. verbo, bona. §. sed an sint. Petrus Godofredus in l. 2. c. de apostatis. Bald. in margarita verbo, memoria. Marsilius singulari 307. incipi. Bona delinquentis. Ioannes Rojas singul. 50. incipi. Delictum defunctorum. Baldus consil. 70. tom. 4. gloss. in c. accusatus. de heret. li. 6. verbo post mortẽ. Carrerius tract. de heret. nu. 142. vers. sed infra quantum tempus, et alij.

His ita positis, videamus iam alterã partẽ propositionis difficultatis, videlicet, Cum Inquisitores agunt ad effectũ & finem damnandi memoriam defunctorum, an aliquibus temporũ metis circumscribantur, vel contra, quocũq; tempore, nulla annoru prescriptione obstante, eos pronuntiare possint hereticos decessisse.

In qua difficultate breuiter dico, nullis temporũ spatijs hanc actionẽ impediri aut finiri, immo etiam post quadraginta et plures annos, quocũq; tempore detectum fuerit, ac legitime consilierit, quempiam

Ad damnandam memoriam hereticorum omnino tempore procedat inquisitor.

hereticum decessisse, poterunt Inquisitores agere contra eum, ad memoriam eius damnandam, & vt declarent excommunicatum decessisse, atque vt inibeant ne quisquam pro illo oret, & vt extumulentur ossa, si fieri possit, & comburantur: nam cui viuõ communicare non licet, nec mortuo licebit.

Iura vero prescripti tempus quadraginta annorum prescribentia, iura quod contra defunctos hereticos agi potest, intelliguntur quoad effectũ confiscationis bonorum, non de damnanda memoria: nã in hoc nulla prescriptio currit. ita videtur sentire Felinus in dicto c. cum à nobis. extra de prescript. nu. 12. & nu. 13. & Conradus Brunus lib. 5. de heret. c. 17. in fine. & Simancas de catho. instit. tit. 18. nu. 14. tamen si valde obscure loquantur interdum non distinguentes hos duos fines, sed simul de vtroque loquentes. sed quidquid alij senserint, ita tenendum putamus.

Et ex hoc capite nascentur multi & magni effectus: nã excepta confiscatione bonoru, quã filij euitã bũt, si bona fide per annos quadraginta possederint, ceteras iuris pœnas incurret, quã filijs danatorũ iura decernũt, nẽpe infamiã, & inhabitationẽ ad officia publica & beneficia. & hæc sententia summo iure vera est, quãuis illud sentiat, facile cum his esse dispensandum, quia aliena culpa & delicto torquetur.

Alterũ caput præcipuũ in hac questione declarandum erit. An scilicet, hæc actio procedã contra defunctos in hoc crimine locum habeat aduersus hereticos solum, an etiã contra credentes, fautores, receptatores & defensores eorum. Philippus Francus in c. accusatus. §. si vero. notab. vlt. nu. 2. Gondissalvus tract. de heret. q. 22. nu. 8. Simancas de catho. instit. tit. 4. de accusationibus. nu. 5. & tit. 18. de defunctis nu. 13. & Ioannes Rojas in singularibus fidei, singulari 134. incipien. Morte delinquentium, nu. 11. & 12. non posse contra hos post mortem procedi scribit. quoru plane sententia verissima est, & iure aperto nititur in c. accusatus. §. si vero. de heret. li. 6. ibi: eius heredibus non est satisfactio, pro extincto iam crimine iniungenda. hæc ibi.

Et ratio quidẽ vera et solida esse potest, quoniam in hoc crimine suspiciones quãtumuis reberentes morte eorum extinguuntur. Simancas de catho. instit. tit. 46. de pœnis. nu. 77.

Ceterũ si predicti aut heretici fuerint, aut errores defenderint, etiã post mortẽ inquiruntur, quia tunc pari iure cũ hereticis censentur, neq; de his est aliqua dubitatio. Adde Zanclinum de heret. c. 24.

Sed in credentibus dubitari potest, An post mortẽ eoru inquiri in eos possit. & Gondissalvus in dicto tract. de heret. q. 22. nu. 8. neq; in credentes hereticoru defunctos dari hanc actionẽ asseruit, quod tamen absolute non credet verũ: nã credentes hereticoru, hereticis ipsis exsequantur; quã ob rẽ aduersus eos defunctos procedi poterit: & hanc sententiam videtur sanciuisse conciliũ Biterrense c. 18. in quo ita scriptum est. Ad hereticorum seu creditium condemnationem, qui nõ fuerunt reconciliati canonicè ante mortẽ, citatis eoru heredibus, siue alijs, qui de iure citãdi fuerint, & cõcessa eis dẽ oportuna copia defendẽdi limiliter procedatis. hæc ibi.

Et huic sententiã multũ quidẽ adspulatur textus in dicto cap. accusatus. §. si vero. de heret. lib. 6. vbi nullum

Damnata hereticoru memoria, filij eorum iuris pœnas incurruunt.

An post mortem inquiri possit contra fautores, receptatores, & defensores hereticorum.

An contra credentes hereticoru post mortem procedatur.

nullum apparet verbum de credentibus, cum agitur de extincto crimine post mortem: sed tantum habetur, sermo de fautoribus, receptatoribus, & defensoribus, & precitati quoque doctores de hoc articulo differentes, nulla de credentibus mentionem fecerunt.

Mibi haec sententia verissima videtur, a qua non puto recedendum, dummodo accipiat in his, qui vere & proprie credentes hereticorum tam ex verbis, quam ex factis iudicantur: non in illis qui improprie dicuntur credentes, de quibus dixi supra par. 2. super q. 50. s. quidam alij sunt. ubi videas ad intelligendum hoc discrimen.

Sed veniamus iam ad tertiam & postremam huius disputationis partem, videlicet, quis ordo servari debeat cum proceditur contra defunctos huius criminis reos.

Quot modis corrigat post mortem hereticos damnati.

Primum quidem observandum est, multis modis posse contingere aliquem post mortem vel hereticum indicari: primum si antequam moreretur, capta fuit Inquisitio contra eum, & de eius crimine constitit, aut per propriam confessionem, aut per facti evidentiam, aut per testium legitimam probationem, & antequam processus finiatur, is reus moritur, vel confessus & impenitens, nolens & celestis reconciliari, vel negatiuus: hic enim post mortem est condemnandus.

Idem iudicium est de relapso, tamen si penitenti & conuerso, qui aliis iuxta canonum sanctiones, si viveret, tradendus esset curiae seculari, & antequam traderetur, mortuus est.

Quod ipsum in eo quoque locum habet, qui cum in carceribus esset pro heresi detentus, se ipsum occiderit, is enim ut paulo post dicemus, tanquam impenitens damnandus est; cum se interficiendo, crimen confiteri videatur, ut Cynus scripsit in l. 2. c. qui testamen. facere possunt. quest. 4. nu. 6.

Denique reum huius criminis post mortem damnari, potest contingere, qui cum dum viveret de eius heresi non constitit, aut de eadem non fuit accusatus post mortem tamen eius quocumque tempore constitit eum hereticum decessisse.

Constabit vero vel per aliorum dicta & attestaciones: vel per facta, opera seu libros ab eo compositos, quae excusari non possunt: aut per quamvis aliam rationem legitimam.

Multi post mortem hereticos detegunt.

Neque enim incognitum est, multos post mortem hereticos detegi, qui dum viverent, catholici habitii sunt. nam ut ceteros nunc omittam, quendam Hermandum Italum (ut scribit Præcolus lib. 8. cap. 11. de vitis & sectis hereticorum, & Bernardus Lutemburgus in catalogo hereticorum lib. 2. verbo Hermandus) scimus multis annis Ferraria pro sancto habitum & cultum, a Bonifacio octavo iussu exhumari, & comburi, quia constitit eum & hereticum vixisse, & impenitentem decessisse. Et Ioannem Vicleff eodem modo post mortem damnatum nominis in concilio Constantiensi sessi. 8. anno Domini M C C C X V.

De hac materia qui differunt.

His positis progrediamur ad illud. De materia huius questionis differit Zanchinus tract. de heret. cap. 24. Repertorium Inquisitorum verbo, de defunctis. Simancas de catho. inst. tit. 18. de defunctis. Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis lib. 1. tit. qualiter in crimine lese maiestatis procedatur, quest. 20. & aliquot sequentibus. Conrardus Brunus lib. 5. de heret. c. 17. Ioannes Rojas tract.

de heret. parte 2. assertione 14. idem in singularibus fidei, singul. 134. incipien. Morde delinquentium. glossa, Aretinus & alij in s. interdum. insti. de heret. que ab intest. deferuntur. doctores in l. 2. c. de apostatis. canonista in c. filij de heret. lib. 6. glossa 24. q. 2. in summa. Godissalvus tract. de heret. q. 22. Iulius Clarus in s. heresis, ver. sic. item de crimine heresis. Bellamera decisione 677. incipien. In tali processu. & decisione 678. incipien. Si apparent filij. & decisione 679. incipien. Conclusio supra præcedens, & decisione 688. incipien. proxima conclusio. In quibus multa eleganter tractat in hac materia. Adde alios ab his citatos, quos gratia breuitatis omitto.

Ordo procedendi contra hereticos defunctos desumi posset ex concilio Constantiensi sessione 8. ubi processum fuit adversus Ioannem Vicleffiam defunctum: sed ne quid in hac causa desideretur, singularem cuncta hac præstantia præscribemus, tum inde, tum aliunde collecta.

Observatione dignum est, quod Angelus Aretinus docet in s. interdum, insti. de heret. que ab intest. deferuntur. videlicet, quod cum proceditur contra defunctum reum lese maiestatis, non formatur processus adversus mortuum, qui cum defunctus sit, citari ad iudicium non potest. l. de qua re. s. 1. ff. de iudic. sed formadus est contra eius memoriam, quae per sententiam est damnanda.

Proceditur vero contra defunctos in hoc tribunali ob triplicem potissimum finem: primum ut memoria eius damnetur: Secundo ut bona illius per fiscum ab heredibus defuncti, seu a quibuslibet alijs possessoribus auferatur: tertio, ut defunctus exhumetur, & extra locum sacrum projiciatur, & comburatur. Zanchinus tract. de heret. c. 24. instructio prima Eliphalensis, anni M C C C L X X I I I I. cap. 20.

Primum itaque, non est leviter instituta actio seu accusatio contra aliquem defunctum, seu verius loquendo contra memoriam & famam eius, nec aliter damnanda, nisi plena probatio habeatur, sicut recte & salubriter sancit instructio Abulensis anni M C C C X C V I I I. c. 4. in fine cuius haec sunt verba, Nec vocetur in iudicium defunctus aliquis, nec procedatur contra eius memoriam & famam, nisi plena probatio habeatur, ut inde possit condemnari. hęc ibi.

Cum itaque, talia præcesserint iudicia & probationes, qualia diximus, proximus Fiscalis sancti officij petet instanter, ut contra eum reum procedatur, libello proposito & concepto per hęc, aut similia verba: Coram te Reverendo domino Inquisitore adversus hereticam pravitatem & apostasiam cõparet N. huius sancti officij promotor Fiscalis, qui de nuntiando, insinuando, & accusando proponit, talem defunctum, talis loci habitorem, dum vivet, contra catholicam fidem hæc aut illa dixisse vel cõmisisse, explicentur in libello hæc delicta, & nõ peracta penitentiam in eis erroribus decessisse: quam obrem petit eum declarari fuisse hereticum, eiusque memoriam damnari, ceterisque penis affici, quas contra tales statuerunt canonice sanctiones.

His quidem aut similibus verbis poterit cõcipi libellus accusatorius contra defunctos huius criminis reos. Repertorium Inqu. verbo, libellus. s. forma libelli.

Contra memoriam defuncti formadus processus.

Ob quem neminem procedatur contra defunctos in hoc tribunali.

Non est procedendum contra defunctos, nisi sufficienti probatio habeatur.

Fiscalis petitio, ut contra defunctum procedatur.

Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiest. li. 1. tit. qualiter in crimine lese maiest. procedatur. q. 22.

Accusatio contra defunctum quibus sit notificanda.

Hęc accusatio filijs, vel heredibus, vel alijs quorum interest memoria defuncti non damnari, notificanda protinus est, qua in re diligentissimos esse oportet Inquisitores, & videre omnino debent, an sint alij qui defuncti descendentes, ut personaliter citentur ad defendendum rei memoriam. instructio Madriliana anni M D L X I. cap. 61. Aretinus in s. interdum. insti. de heredit. que ab intest. deferuntur. Et prescripsit nominatim concilium Biterrense c. 18. in hęc verba. Ad hereticorum seu credentium condemnationem, qui non fuerunt canonice reconciliati ante mortem, citatis eorum heredibus, siue alijs, qui de iure citandi fuerint, & concessa eis opportuna copia defendendi, humiliter procedatis. hęc ibi.

Publica edita proponenda.

Ne quis autem accusationem aut ignorantiam causari possit, per publica edita, addito legitimo termino ad comparandum citandi quoque erunt filij, aut heredes defuncti, aut quicumque alij quorum interesse possit, ut ad defensionem legitimam proponendam accedant.

Et termino elapso si nullus ex præcatis comparuerit, Inquisitores defensorum cause constituent, viri pii, fideles, & negotio idonei, qui pro defuncto legitimas excusaciones & defensiones proponant, atque huic similiter accusatio & testificatio contra defunctum communicabitur, iniuncto ei ut secretum obseruet, negotiumque aduocatis sancti officij solum conferat. Ita fiet processus iure & ordine debito obseruato.

Quod si comparuerit, admittendus est ad memoriam defendendam nec referat an is qui comparuit ad defendendum in hac causa sit etiam de heresi notatus, aut inquisitus, aut in carceribus detentus: quia cum fieri possit, ut & defunctus, & hic qui cõparet inquisitus liberari possint ab ea iudicij & accusacionis instantia, profecto ne cui præiudicium fiat, concedendum huic est (cum sua quoque interfit) ut ad reum defunctum excusandum admittatur, quod Madriliana instructio præcitato loco recte constituit.

An quilibet sit admittendus ad defendendum.

Illud præterea quaesitum est, an quilibet sine delectu audiendus sit, qui velit memoriam & famam defuncti defendere. Simancas de catho. insti. tit. 18. nu. 15. quemlibet esse admittendum non improbat, si modo probabilem defensionis causam afferat: nam & vnicuique Deus mandauit de proximo suo: & natura inter omnes homines cognationem quandam constituit: & in omnibus rebus, præsertim fidei & religionis omnes sumus fratres in Christo: & postremo quia humanitatis ratione cuiuslibet appellatio pro homine ad mortem damnato admitti solet, nec queritur cuius interfit: multo ergo magis admittenda pro defuncto defensio est, qui se defendere nequit. Equidem huic sententię libenter accedo.

Defensorum cause breui tempore sunt finiendae.

Obseruandum etiam censio diligenter, quod capite quodam quarto Abulensis instructionis anni M C C C X C V I I I. sancitum extat, ut processus contra defunctum breui tempore consiciatur, nec in causa super sedeat Inquisitores ob defectum probationum; nisi forte sit verisimile quod intra breue tempus, alia probationum genera superueniant: cum vero plena probatione reus conuictus non fuerit, protinus absolendus est. Rationem huius decreti profecto instissimam addit præcitata instructio: quod

nia nisi ita fieret, filij forte & filia eius defuncti, cuius causa agitur, si diu in ea super sederetur, interim nõ inuenirent cum quibus matrimonia cõtraherent, nec possent disponere de bonis a defuncto relictis.

Quod si fortassis post absolutum defunctum alij contra eum testes superuenirent, tractari denuo causa posset: nam in hoc crimine fauore fidei (ut alibi copiose diximus) sententia late non transeunt in rem iudicatam. priora vero testimonia vim suam integram conseruabunt, & cum his que superueniunt conuicti poterunt ad faciendam plenam probationem.

Etiam abfoluto defuncto tractari de noua causa potest, si probatione superueniant.

Quamuis enim perempta instantia, pereant acta ordinaria, que instantiam illam respiciunt, ut fideius foris datio, citatio, litis contestatio, & id genus alia, l. proponendum. s. & si quidem. ubi Barrolus & alij c. de iudicij. l. cum lite mortua. ff. iudicatum solui. ea tamen acta, que concernunt litis decisionem, ut sunt confessiones, attestaciones publicatę coram iudice, & similia tendentia ad probationem iuris & merita cause, non pereunt. l. iubemus. c. de liberali causa. l. proponendum. s. vlt. c. de iudi. & propterea fidem faciunt in alia instantia, & causa tendente ad eandem effectum cum prima. ita singulariter & vere docet Alexander consi. 58. incipien. Visa petitione. lib. 1. & notant communiter canonista in cap. causam que. el. x. extra de testibus. & doctores in l. is apud quem. c. de edendo. & hęc est vera, communis, & vsu recepta sententia, quam profitentur, quos præcitato loco adducit Alexander.

Acta in vno iudicio a alio faciunt fidem.

In hac causa cum agitur contra defunctum, plenior & clarior probatio exigenda est, quam cum proceditur contra viuentem. & ratio in promptu est, quia defunctus se defendere nequit. quare in præcitata instructione Abulensi anni M C C C X C V I I I. c. 4. rectissime statutum est, ne absque plena probatione ad damnandam memoriam et famam defuncti procedatur.

Contra defunctum plenior exigitur probatio, si contra viuentem.

Tamen si vero sufficientes probatio habeatur contra aliquem defunctum ad eius famam & memoriam condemnandam, nihilominus tamen non debet fieri honorum sequestratio: quae cum sint iam apud tertios possessores, non debent illis spoliari donec defunctus fuerit hereticus declaratus, & possessores honorum in iudicio iuncti. atque hoc est iuri & rationi consonum, ut recte testatur Madriliana instructio anni M D L X I. cap. 61.

Honorum sequestratio cur non fiat.

Cum reus moritur priusquam eius causa esset absoluta, & finitus processus, quamquam ille cõfessus esset, si tamen talis confessio non plene satisfaciebat depositionibus contra eum in processu habitis, & propterea viuens non poterat ad reconciliationem recipi, similiter id notificandum est filijs, aut heredibus eius, aut alijs quorum interest eum defendere, & illis defendere volentibus, danda copia est accusationis, & testificacionis, ut supradictum est: et quicquid legitime ad defuncti defensionem proposuerint, audiendum & admittendum est. hęc spectant tradita per Aretinum in s. interdum. insti. de heredit. que ab intest. deferuntur.

Si reus moriatur antequam eius causa haberiatur, quid agendum.

His ita positis & rite obseruatis, aut absoludus est defunctus, aut contra memoria eius & fama condemnanda. si absoludus fuerit, sententia absolutoria publice pronuntiari debet, idque optima ratione fieri oportet, quonia cum captum est procedi contra defunctum, publica edita propofita fuerunt, ex quibus constitit populo, quod Inquisitores procedere volebant

Cum defunctus est absolutus, qualiter sit sententia pronuntianda.

Statua defū
cti abfoluen
di nō est pro
ducenda.

Statua defū
cti damnādi
producenda
est in publi
ca fidei actio
ne.

Statua defū
cti damnati
curiæ ſecula
ri traditur.

Statua eius
qui te occi
dit an p̄du
cenda.

Vfus produ
cti ſtatua
in ſaucto of
ficio.

ad damnandam famam & memoriam eius. vt ergo quoquo modo fieri poteſt ſamę reſtituatur, publice nuntiandus eſt abſolutus.

Ceterum hoc caſu nec defuncti ſtatua in publicū producenda eſt, nec errores de quibus accuſabatur, nominatim referendi ſunt, cum probati non fuerint. atque hęc reſtiſſime vt cetera, ſancit Madriliana inſtructio anni M D L X I. cap. 62.

Contra vero fiet ſi damnanda fuerit defuncti memoria: nam in primis imago ſeu ſtatua eius, qui damnatur, in publicum producenda eſt, (cui maioribus characteribus deſcriptum aſſignitur nomen illius defuncti, cuius memoria damnatur) & præterea corā illa, ac ſi defunctus ipſe viuens & præſens eſſet, recitantur omnes articuli erronei ſeu hereticales, facta item ſeu opera hereticalia, quę legitime probata fuerunt contra defunctū, eo modo quo geſta ſunt ab illo, qui damnatur, ſicut in concilio Conſtantienſi factum fuiſſe videmus, & obſeruatū contra Ioannē Vuicleſſ, cuius memoria damnata fuit, & articuli eius reprobatī ſeſſio. 8. vt paulo poſt apparebit.

Hęc defuncti ſtatua per ſententiam curiæ ſeculari traditur, quam inde ſecularis deinde comburit, ac combuſiſſe defunctum illum ſi vixiſſet, & peritiam deceſſiſſet.

De illo, qui in carcere pro hereſi detentus, ſe ipſum interfecit, dubium videtur, an eius ſtatua produci in publicum debeat, & curiæ ſeculari tradi: et verius quibusdam apparet, illius velut impenitentis ſtatua in publicam actionem producendam, & curiæ ſeculari tradendam: quod Ioannes Rojas aſſeruit tract. de heret. par. 2. aſſertione 14. nec ratione id caret: nam conſcientia criminis ſibi mortem cōſciſiſſe putandum eſt, & eo ipſo crimen conſiteri videtur, vt Cynus ſcripſit in l. 2. C. de his qui teſtamen. facere poſſunt q. 4. & Gonſiſſalvus tract. de heret. queſt. 22. nu. 1. & Simancas de catho. inſtit. tit. 18. nu. 31. & Montalua in legibus Hiſpanis ſeptipartitis. partit. 7. tit. 1. l. 2. 4. & ceteri per hos relati.

Quare niſi ſilij, aut heredes eius qui ſe interfecit, aut alij quorum intereſt, prohibuerint reum non ſe interfeciſſe criminis conſcientia (quod equidem iudicio meo diſticulte probari poteſt) ille perinde punietur, ac ſi eius hereſis plene probata fuiſſet, quod recte præcitatō loco Simancas ſenſit.

Atque hoc ipſum Simancas & Ioannes Rojas locum habere cenſent in eo, qui poſt plenam confeſſionē ſibi manus intulit: nam eius confeſſio poſt necem non valebit ad eum excuſandum aut euendum: nam & Iudas confeſſus fuit crimen, quia tamen laqueo ſe ſuſpēdit, neque confeſſio neque penitentia quidquam ei proſuit, cap. Iudas. & cap. nihil. de penit. diſtinct. 3.

Quod ſi quæras, an quæ de ſtatua producenda, et relicanda ſeu tradenda curiæ ſeculari, & comburenda prædiximus, aliquo iure ſint conſtituta, reſpondebo, id mihi non conſtare, nec videri rem admodū antiquam, vt dixi ſupra ſuper 13. modo proceſſum fidei terminādi, circa finem iure enim ſolum cauetur, vt defunctus exhumetur, eiusque oſſa eccleſiaſtica ſepultura priuentur. cap. quicumque de heret. lib. 6. et in concilio Conſtantienſi, ſeſſio. 8. nihilominus tamen res eſt valde apta ad defunctorum memoriam dam-

nandam, & timorem incutiendum; ideoque in hoc, vt in ceteris, quæ lege definita non ſunt, conſuetudo ſancti officij pro lege ſeruanda eſt, nec ſine piculo hæc reſcere licet, aut improbare, ſicut latius alibi de hoc differendo, oſtendimus.

Sed proponamus iam tandem formulam ſententię pronuntianđe contra huiusmodi defunctos. & omiſſis ceteris, quæ referri poſſent, de quibus Zanchinus tract. de heret. cap. 41. & Repertorium Inquiſit. verbo, ſententia ſ. ſupra viſum eſt. illam omnino recenſere placuit, quam protulit concilium Conſtantiense ſeſſio. 8. contra Ioannem Vuicleſſ, vnde totus ordo procedendū contra hereticos defunctos colligi poteſt. ea vero ita habet.

Sententia damnationis doctrine Joannis Vuicleſſ, & articulorum quadragintaquinque.

Idem catholicam, ſine qua (vt ait Apoſt. Heb. 11.) impoſſibile eſt placere Deo, à falſis eiusdem fidei cultoribus, immo peruerſis impugnationibus, & per ſuperbam curioſitatem intendentibus plus ſapere quàm oportet, mundi gloriam cupientibus, oppugnatam ſæpius, & contra illos per fideles Eccleſiæ milites ſpirituales oppoſito ſcuto fidei deſenſatam fuiſſe, ſanctorum Patrum ſcripturis atque geſtis inſtruumur. Hęc quippe bellorum genera, in bellis carnalibus Iſraelitici populi aduerſus gentes idololatriæ præſignata fuerunt. In his itaque ſpiritualibus bellis ſancta Eccleſia catholica in fidei virtute ſuperi luminis radijs illuſtrata, Domino prouidente & ſanctorum patrum opem ferente ſemper immaculata permans, erroris tenebris velut hoſtibus profugans, glorioſiſſime triumphauit. Noſtris vero temporibus vetus ille & inuidioſus hoſtis noua certamina (vt probati tēporis huius, manifeſti ſiant) ſuſcitauit, quorum dux & princeps extitit quondam Ioannes Vuicleſſ, pseudo Chriſtianus, qui dum viueret, aduerſus religionem Chriſtianam & fidē catholicam pertinaciter aſſeruit & dogmatizauit plures articulos, quorum X L V. huic paginæ diximus inferendos. hætenus ibi.

Et mox concilium ſubdit nominatim & expreſſe articulos hereticales & erroneos eiusdem Ioannis Vuicleſſ, & condemnationem eorum, & ceterorum tractatum & librorum eiusdem: inde vero eum pronuntiat hereticum, & memoriam eius condemnat, et oſſa ipſius exhumari mandat in hæc verba.

Inſuper quia auctoritate ſententię & decreti Romani concilij, mandatoque Eccleſiæ & ſedis Apoſtolicę, datis dilationibus debitum proceſſum fuit ſuper condemnatione dicti Ioannis Vuicleſſ & ſuę memorię, editis propoſitis denunciationibusque; ad vocandum eosque eundē, ſiue eius memoriam defendere vellent, ſi qui penitus exiſterēt. Nullus vero conparuit, qui eundem, ſiue eius memoriam deſenſaret. Examinatis inſuper teſtibus ſuper impenitentia finali pertinacięque dicti Ioannis Vuicleſſ, per cōmiſſarios deputatos per dominum Ioannem Papam, modernum, & hoc concilium

Heb. 11.

Formula ſententię damnatę memorię hereticę

Domus hereticorum lege diruitur.

Multis conſtrictionibus ſancitum, vt domus hereticorum diruantur.

cellium, ſeruatiſque ſeruandis, prout in tali negotio poſtulat ordo iuris, de eius impenitentia ac finali pertinaciã per euidētia ſigna teſtibus legitime comprobata, fuit legitime facta fides. Propterea inſtante procuratore fiſicali, edito quoque propoſito ad audiendum ſententiam ad hanc diem, hæc ſancta Synodus declarat, diffinit, et ſententiã eundē Ioannem Vuicleſſ fuiſſe notorium hereticū, pertinacem ac in herēſi deceſſiſſe, anathematizando ipſum pariter & ſuam memoriam condemnando, decernitque & ordinat, corpus & eius oſſa (ſi ab alijs fidelibus corporibus diſcerni poſſint) exhumari, & præcui ab Eccleſiæ ſepultura iactari, ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones. hæc ibi. Que omnia mutatis mutandis, paucisque additis & detractis, pro cauſæ varietate, facile poterunt quibusuis defunctis damnandis accommodari. Atque ex his omnibus copioſe, niſi fallor, explicata remanent quecūque in hac cauſa deſiderari poſſunt.

Quoniam vero contingere ſæpe ſolet, vt cum hereticus quiſpiam vel hereſiarcha vel viuens vel mortuus condemnatur, domus quoque eius ſeu turres et habitacula, in quibus ille hereticus aut hereſiarcha conuenticula & congregaciones perſidia celebrauerat, diruantur penitus, & ſolo æquantur, ne tantę impietatis vllum remaneat veſtigium: propterea hæc etiam formula ſententię diruendarum domuum, quę ab Eymeryco vbiq; fuit omiſſa, ſuppleri debuit. ea vero ita habet:

Formula ſententię, qua domus, in quibus heretici reperti ſunt, aut conuenticula celebrarunt, dirui iubentur.

CVM fida teſtium relatione, aut facti euidētia, vel propria confeſſione reorum nobis conſiterit legitime, in tali domo, ſeu turri ipſo domino ſciente & diſſimulante, aut non impediante, hereticos ſua conuenticula legibus vetita celebrare, aut eoſdem eſſe receptos, aut dānata, & falſa dogmata prædicari: eidecirco vt locus ille, qui fuit receptaculum, & latibulum hereticorum, ſit in ſordium putredinumque receptionem, ob deteſtationē tanti criminis perpetuo deputatus, aucto ritate, qua fungimur pronuntiamus, præcipimus & iubemus, præſatam domum funditus dirui, & ſolo æquare, ſine ſpe readditionis in futurū: pronuntiantes amplius & declarantes, omnes lapides, rudera, & cœmenta inde amota ad fiſcum noſtrum pertinere. Ita ſerē Zanchinus tracta. de heret. c. 41. & Repertorium Inquiſitorum verbo ſententia.

Hęc poena diruendarum domuum in deteſtationem huius criminis multis Eccleſiæ ſanctiōibus conſtituitur: nam in concilio Tolofano anno Domini

MCCXXXIX. contra hereticos celebrato, cap. 5. ita ſcriptum eſt: Illam autem domum, in qua fuerit iuuentus hereticus diruendam decernimus, & locus ipſe ſiue fundus conſiſcetur. Et paucis poſt annis in concilio Biterrenſi c. 35. idem eſt plenius cautum his verbis: Domo etiam in quibus inuenti ſunt vel fuerint heretici viui vel mortui, veſtiti ſeu damnati, ſcientibus & conſentientibus dominis domorum exiſtentibus legitime gratis, dirui faciatis, & bona omnium ibidem tunc habitantium conſiſcari: niſi ſuam innocentiam & iuſtam ignorantiam probare potuerint manifeſte. hætenus ibi. Et nō multo poſt tempore Innocentius III. hoc ipſum ſancitū reſcripto quodam incipiente: Ad extirpanda (cuius archiepiscopus extat in inquisitione Bononiensis) s. Domo autem in hæc verba: Domo autem in qua repertus fuerit aliquis hereticus vel heretica sine villa spe reſtificandi, funditus deſtruatur, niſi dominus domus eos ibidē procurauerit reperti. Et ſi dominus illius, domus alias domus habuerit cōtiguas illi domui, oēs illę domus ſimiliter deſtruantur. hæc ibi. Eandem hæc poenā cōfirmavit, & declarauit idē Innocentius paucis poſt annis per Bullam incipientē, Cum in conſtitutionibus. quam inferuimus in fine huius operis, de quo plenius diſſerui alibi: interim videto Zanchinum tracta. de heret. c. 39. vbi Cæpegius. & c. 40. Repertorium Inquiſitorum, verbo, domus. & Simancas de Catho. inſtit. tit. 46 nu. 88. & ſequen.

Illud hic addiderim, ſolere quandoque aream dirute domus ſale conſpergi ob ſterilitatem, cum dirorum prolacione ac imprecatione verborum, vt pulchre docet Bernardinus Miodes vir varia lectione lib. 2. commentariorum de ſale. nu. 43. & alibi in eodem opere, quod tamen nullo iure (quod ego legerim) cautum ſit, nihilominus laudabiliter iudicio noſtro, poterit in deteſtationem huius criminis uſurpari: quod cum fieri decreuerint Inquiſitores, in ſententia apponendū curabunt; videlicet vt & domus diruatur, & ſolum ſale conſpergatur.

Poſtquā autem domus vel turris diruta eſt et ſolo æquata, vt perpetuum extet infamie ac inſtę punitionis monumentum, in eadem area ſine ſolo ſolidus lapis vel marmorea columella quatuor aut quinque pedibus alta erigitur, inciſis in ea maiuſculis quibusdam characteribus continentibus nomen domini domus, deſtructioniſque cauſam indicantibus, & tempus ſignificatibus, ſub quo Romano Pontifice, & ſub quo Imperatore vel Rege imperante res acta eſt. cuius rei noſtris diebus celebre monumentum extat in Hiſpania in illuſtri oppido de Valladolid, vbi anno Domini M D L X. Auguſtinus Cazalla tametsi conuerſus & penitens velut dogmatista traditus fuit curiæ ſeculari, & domus eius diruta, in cuius nunc area, columella appoſita cernitur rem geſtam, ſicut prædiximus, indicans.

Queſtiones autem varias, quę dum huiusmodi domus dirui iubentur incidere poſſunt, explicuit copioſe in commentarijs concilij Biterrenſis, cap. 35. (ſi Deus conceſſerit) proxime edemus. interim vide de Albericum de Roſate tract. de ſtatutis par. 3. queſtio. 46. & ſeq.

Area dirute domus ſale conſpergitur.

In area dirute domus columella erigitur, iſtę geſtę indicans.

An Inquisitor possit procedere contra Blasphemos, Sortilegos, Necromanticos, &c.



Vadragesima quarta questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra blasphemos, sortilegos, necromanticos, per annum excommunicatos, apostatas, schismaticos, neophytos ad priorem perfidiam reuersos, Iudaeos, & infideles ceteros, in terris Christianorum conuersantes, demones inuocantes, seu alias fide catholicam peruersis dogmatibus corruptos?

Respondemus, qd ad hoc responsum est in secunda parte in 41. q. & sequentibus, in qua de his sunt formatę specialiter questiones: videatur ibi.

COMMENT. XCIII.

Cum auctor hoc loco non proponat materiam huius questionis ex proposito disputandam, cum multis iam explicauerit supra parte 2. questio ne 41. & seq. ut ipsemet testatur, frustra hic repetitur, que copiose sunt a nobis illis locis declarata. vide Tabientem in summa verbo, Inquisitor. §. 2.8. ubi consentit cum Eymérico.

QV AESTIO XLV.

Cotra quos generaliter ex officio suo possit Inquisitor procedere.



Vadragesima quinta questio est: Inquisitor contra quos generaliter ex suo officio potest procedere, & tenetur?

Respondemus, qd potest procedere contra de heresi suspectos, de heresi diffamatos, hereticos, credentes, receptatores, defensores, fautores, ac officij impeditores, ac directe, vel indirecte retardatores.

De hereticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hereticorum, habetur in c. Excommunicamus itaque, in §. credentes, de heret. Sed de omnibus his, ac etiam de diffamatis, & suspectis, habetur expressius in c. Ut officium in principi. de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: Ut officium inquisitionis contra hereticos in Prouincia, in qua vobis idem officium est commissum, auctoritate Apostolica possitis efficacius adimplere, discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in prefata Prouincia simul, vel separatim, aut singulariter, (prout negotij utilitas suadebit) contra hereticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, necnon contra infamatos de heresi, vel suspectos iuxta sanctiones canonicas, (hominum metu diuino timori postposito) procedatis.

Relat. supra pag. 129.

De impeditoribus officij, seu retardatoribus habetur in litteris Clementis, & Urbani iij. que

incipiunt: Pre cunctis in §. ceteris, ubi dicitur sic: Ceterum, si forte) quod non credimus) aliqui cuiuscunq; conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud presumserint aliqua tenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint (studiose, contra eos tamquam hereticorum fautores & defensores, secundum sanctiones canonicas freti eadem auctoritate intrepide procedatis.

COMMENT. XCIII.

Omnes contra quos procedere potest Inquisitor breuiter complexus est hic Eymericus, que Tabientis sequitur in summa verbo, Inquisitor. §. 2.8. Ego vero vt vno verbo rem late patentem comprehendam, dico inquisitorem posse procedere in hac causa contra omnes, paucis quibusdam exceptis, qui ab eius iurisdictione iure eximuntur, quales sunt Episcopi, & officiales Papae, & similes de quibus paulo antea dictum est. quamuis enim Inquisitor non sit iudex ordinarius, sed delegatus specialiter ad causam heretice prauitatis tractandam, nihilominus tamen in Prouincia sibi decreta datus est contra vniuersitatem personarum in ea causa, vt optimo Geminianus scripsit in c. ne aliqui. de heret. lib. 6. ergo contra illos omnes procedere poterit, qui excepti non reperiuntur. hanc tamen latentem potestatem iudicio & prudentia gubernare debet, vt alibi diximus.

Inquisitor potest procedere contra omnes qui non reperiuntur excopti.

DE MODO PROCEDENDI.

QV AESTIO XLVI.

An Inquisitores plures in eadē Prouincia delegati procedere possint vnus sine altero.



Vadragesima sexta questio est: Vtrum vnus Inquisitor possit procedere sine alio Inquisitore, quando sunt duo in eadem Prouincia, & sunt communiter auctoritae Apostolica delegati?

Respondemus quod sic, vt patet in c. Ut officium in principi. de here. lib. 6. ubi dicitur sic: Ut officium inquisitionis contra hereticos in Prouincia, in qua vobis idem officium est commissum auctoritate Apostolica possitis efficacius adimplere, discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in prefata Prouincia simul, vel separatim, aut singulariter, (prout negotij utilitas suadebit) contra hereticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum: necnon contra infamatos de heresi, vel suspectos, iuxta sanctiones canonicas (hominum metu diuino timori postposito) procedatis.

Relat. supra pag. 107.

COMMENT. XCV.

Ex tota hac questione vna conclusio precipue colligitur, videlicet, Inquisitores simul et separatim procedere possunt quotiens contingit duos esse in eadem Prouincia constitutos. c. vt officium. de heret. lib. 6. quo auctor vtriusq; hic ad probandam suam sententiam.

SVMARIUM.

- 1 Quatuor per se potest Episcopus sine Inquisitore & contra, citare, arrestare, &c.
2 Et tria non potest vnus sine altero: & quae.



Vadragesima septima questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere sine Episcopo sine diocesano ordinario, & Episcopus sine Inquisitore?

Respondemus qd sic; nisi in tribus casibus, in quibus vnus sine alio non potest, vt patet in c. Multorum. in pric. de heret. in clem. ubi dicitur sic:

- 1 Multorum querela. & infra: Vt negotium inquisitionis huiusmodi edesperetur felicius, quod deinceps eiusdem labis indago solemnitus, diligentius & cautius peragetur, ipsum tam per diocesanos Episcopos quam per Inquisitores a sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cuiuslibet comodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri: sic qd quilibet de predictis, sine alio citare possit & arrestare, siue capere, ac tute custodie mancipare, ponendo etiam in copedibus, vel manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum: super quo ipsius conscientiam oneramus: Necnon inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundum Deum & iustitiam viderit expedire.

Relat. supra pag. 111.

Quae possit Episcopus sine Inquisitore & Inquisitor sine Episcopo.

- 2 Duro tamē tradere carceri siue arcto, qui magis ad penam, quam ad custodiam videatur: uel tormentis exponere illos: aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano, aut eius officiali, uel Episcopali Sede uacante capituli super hoc delegato: si sui ad inuicem copiam habere ualeant, intra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisierint, non ualebit: & si secus presumpsum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure.

Et quae non possit vnus sine altero.

Quod autē vnus sine alio procedere ad sententiam non possit, ante istam Clementinam iam erat cautum in c. Per hoc. de heret. lib. 6. sed perfectius habetur hic in c. Multorum. allegato.

COMMENT. XCVI.

Quod Inquisitores & Episcopi possint simul et separatim procedere, etiam cauit Urbanus III. rescripto quodā incipiente: Licet ex omnibus §. non obstantibus aliquibus, vers. nec prae textu commissionis, quod est impressum inter litteras Apostolicas in fine huius operis.

Verum tamen neque in eo rescripto, neq; in c. per hoc. de heret. lib. 6. qua ratione id esset intelligendum, declaratum fuit, & cum non modica difficultas in hoc versaretur, cum saepe contigeret super eadē causa et eodem reo diuersos processus per Inquisitorem & Episcopum fabricari, indeque dubia non parua oriebantur, Benedictus XI. extraneaganti quadam incipiente: Ex eo. relata ab Eymérico par. 2. qualiter id esset accipiendum, declarauit. de quo agit paulo post Eymericus.

Inquisitor sine Episcopo, & vice versa Episcopus sine Inquisitore potest procedere.

In hac vero questione ista sunt in primis obseruanda, qua possunt facere Inquisitores sine Episcopis, et vice versa. de quibus Repertorium Inquisitorum verbo.

Simul duo Inquisitores & veram docet Ancharanus in dict. c. vt officium. quoniam habent, inquit, iurisdictionem in solidum, in quo sunt semiles ordinarij.

Decuit autem ita constitui in fidei fauorem, vt liberius fidei negotia tractarentur, et per plures heretici extirparentur, vt tradit Panormitanus in c. fin. de reud. et copiose Carreus tract. de heret. nu. 69. vers. & dicit Panormitanus. nu. 94. vers. Et nota de istis Inquisitoribus. cum Eymérico sentit etiam Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 25.

Quamuis autem simul, vel separatim procedere valeant, vnus tamen hereticos non punietur ab omnibus, sed ab vno. Angelus in l. si pluribus. in principio, vers. propterea dixit. ff. de legat. 1. Guido de Suzaria in l. si quia postea. ff. de iudi. Carreus in dict. tract. de heret. nu. 94. in fine. neq; enim iustus est pro eodem delicto quempiam pluribus poenis affici, cum ab vno legitimo iudice sufficienter fuerit punitus.

Sed obiter est hic nobis diluenda pulchra difficultas, An Inquisitores Prouinciarum, & diocesani, qui quodammodo vt iudices generales videntur vniuersalem habere iurisdictionem, saltem ratione personarum, vt alibi docuimus, possint procedere contra eum, contra quem a Papa specialis datus est Inquisitor. & omiſſis multis, breuiter respondeo, non posse, quia summus Pontifex causam alicuius delinquentis alicui specialiter committendo, censetur ad se, seu ad specialem iudicem datum aduocare, & ideo videtur potestas procedendi alijs interdicta. Decius consil. 137. in principio. facit textus in c. vt nostrum. de appellatio. & in c. studuisti. de officio. deleg. sequitur Ludouicus Carreus tract. de heret. nu. 83. vers. item non potest procedere. atque haec sententia vera videtur etiam si alij Inquisitores procedere inceperint: quia suspensa censetur eorum iurisdictione per specialem commissionem a Papa factam.

Verum qui constitutus est Inquisitor specialis, uti poterit omnibus attestatis & inuentis ab alijs Inquisitoribus, quos si necesse fuerit, poterit compellere ad exhibendum sibi omnes processus, scripturas, inquisitiones, testium depositiones, & cetera que forsassis iam fuerunt contra eum per alios Inquisitores inuenta, per textum in c. vt commissi. vers. necnon. de heret. lib. 6. & dixi supra super q. 39. quamuis modestius sit, vt hoc faciat superioris auctoritate, quando specialiter in litteris suę commissionis non est sibi hac facultas tributa.

Postremo tamen hoc mihi addendum videtur, qd si Inquisitor specialis vel ob malitiam, uel ob alias causas aut non procedat, aut non recte, & diligenter vt decet, procedat aduersus eum contra quem habet potestatem, tunc si periculum aliquod inde probabiliter fidei imminere uideatur, alij Inquisitores si deliter tenerentur rem Romano Pontifici indicare, vt is quid factu opus sit, statuat.

QV AESTIO XLVII.

An Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore procedere possit.

verbo Inquisitor. s. in quibus possit. Locatus in opere iudiciali verbo, Inquisitor. nu. 9. Carrerius tract. de heret. nu. 77. vers. item prohibentur carcerare. Zanchinus de heret. c. 8. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 23. nu. 62. Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. s. 13. & verbo, capere. s. penult. & alij quos omitto consulto.

QVAESTIO XLVIII.

An sententiam pro delato diffinitivam ferre possit Episcopus sine Inquisitore, & contra.

SYMMARIUM.

- 1 Sententiam absolutivam ferre potest Episcopus sine Inquisitore; & versa vice, Inquisitor sine Episcopo.
2 Quid de antiquo iure poterat Episcopus & Inquisitor.
3 Idem cum Eymérico tenent Ioan. And. & Paulus.



Vadragesima octava questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore, ad sententiam diffinitivam, quando est ferenda pro delato & non e contra?

Supra pag. III. Sententiam pro delato ferre potest Inquisitor sine Episcopo, & contra.

† I. Sancimus C. de testa.

Respondemus qd sic iuxta c. Multorum. de heret. in Clem. & in quest. supra proxime allegata. Nam exponendo tres casus, in quibus non potest vnus sine alio, vt dictum est, dicit sic: Duro tamē tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam, quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiã procedere contra eos, & c. Ergo sicut vnus sine alio potest tradere carceri, qui non magis ad pœnam, quam ad custodiã videatur, & fit quotidie: ita procedere potest ad sententiam pro eis: quia à iure veteri non recedimus, nisi in quantum inuenitur expressum in iure nouo.
2 De iure autem antiquo vnus poterat per totum sine alio: de iure autem nouo sunt expressi tantum tres casus prædicti, in quibus non potest vnus sine alio, de quorum numero non est iste de quo quaritur: igitur remanet ius antiquum, per quod vnus potest sine alio.
3 Istius intencionis est Ioanes And. in c. supra alleg. Multorum. in verbo, contra eos. Paulus etiã idē dicit super eodem c. & ver. Zenzellinus nihil dicit, nec Guillelmus de Monte Laud. in glos. suis.

COMMENT. XCVII.

Vna est conclusio affirmatiua, videlicet: Episcopus sine Inquisitore, & vice versa, Inquisitor sine Episcopo, quotiens reus est absoluehdus, potest sententiam absolutivam promulgare.

Hec conclusio valde est dubia et controuersa inter Doctores vtriusque iuris ob rationes nec vulgares nec infirmas, que hinc & inde afferri solent. mihi tamen breuitati studentis satis erit more meo summa

A rerum capita attingere, & communiora atq; certiora præscribere, ne vel lectori desuisse videamur, vel lucem huic questioni detraxisse.

Ac primum hoc statuendum est in hac lite diuina, non esse priuatas inquisitionum quarumlibet sanctiones inspiciendas, quibus sepe ex causa id cauetur quod iuri communi & communibus Doctorū dictis videtur aduersum.

His positis, hæc EymERICI sententia cōmunis est, quam sequuntur illustres vtriusque iuris interpretes, Ioannes And. hic ab Eymérico relatus in Clementorum. de heret. in glossa super verbo, cōtra eos. Paulus de Leazaris, Zabarella, Panormitanus, & alij in dict. clement. multorum, quos sequuntur Tabiēsis in sum. verbo, Inquisitor. s. 11. in fine. Iason in l. 3. ff. de re iudicata. Decius in l. nemo qui condemnare. ff. de regul. iuris. et alij in rubr. ff. de acquirē. posses. vbi late solet hæc questio à iurisperitis nostris disputari. Camillus Campogius apud Zanchinum cap. 8. vers. diffinitiuam. Bonifacius Petallinus in dict. clement. multorum. num. 173. & 174. Carrerius tract. de heret. nu. 72. vers. in præmissis autem querendum est. vbi tandem videtur Ioannem And. sequi. Zanchinus de heret. cap. 15. num. 2. idem videtur velle Archieidiaconus in cap. vt officium. de heret. lib. 6. Franciscus Bursatus consil. 24. incipien.

Quidam notatius. num. 3. vbi hanc dicit esse communiorē opinionem canonistarum. & EymERICUS hoc asserit tum hic, tum supra 3. par. in primo modo processum fidei terminandi. num. 144. vers. circa istum. & alij quos esse longum singulatim recensere. quorum vnanimis sententia est, posse Inquisitorē sine Episcopo, & vice versa sententiam absolutivam pronuntiare, cum nihil est aduersus aliquem legitime probatum.

Oppositam sententiã profitentur Ancharanus in dicta clement. multorum. & nonnulli iuris civilis interpretes. Arcetius & Bartholomæus Socinus in rubr. ff. de acquirē. poss. & Marianus Socinus ibidem nu. 66. & multis sequen. quos sequitur Simancas de c. th. in sit. tit. 3. nu. 9. & in adnotationibus ad Zachinum c. 1. & alij quidam, sed longe fortassis & numero, & auctoritate superioribus inferiores.

Ac plane sententiã prior summo iure verior videtur, & multis rationibus confirmatur. Primum, quia hoc non est nominatim interdicitum: rursus, quoniam fauorabilior est absolutio, quam condemnationis causa: præterea, ob rationem quam hic valde subtiliter asserit EymERICUS, que robore et firmitate ceteris præponderat. videlicet, quia à iure veteri non recedimus, nisi in quantum prohibetur, correctum, seu emendatum inuenimus: semper enim censetur in suis terminis permanere, nisi correctum inueniatur. authent. de non alienan. aut permutan. rebus ecclesiast. s. fin. quod enim non mutatur, stare non prohibetur. l. sancimus. C. de testamen. l. precipimus. de appellatio. & notatur in c. ad nostrā. de regula. manifestum est autem de iure veteri saltem Episcopos per se potuisse totum negotium tractare et definire, neque hodie contrarium est sancitum in absolutio: poterit ergo proculdubio absoluerē solus Episcopus aut Inquisitor. postremo si recte inspiciatur textus in dict. clement. multorum. de heret. aperitissime

Solū Inquisitor, aut solū Episcopus possit ab absolute ab iurisdictione iuris stricta.

vide-

videbitur hanc sententiam probare, inducēdo illum, sicut hac ipsa questione inducit EymERICUS. idem videtur posse colligi ex rescripto Urbani III. Præ cūctis. s. si vero. relato ab Eymérico par. 2. sed manifestius ex rescripto Clementis VII. incipiente: Cum sicut. relato in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. cuius verba sunt: Contra huiusmodi exemptos, vsque ad sententiam diffinitiuam, ad quam seredam (si fuerit condemnatoria) cum cōsensu ordinarij procedatis. hæc ibi. nam illa verba, si fuerit condemnatoria: indicare videtur, quod in absolutoria cōsensu ordinarij non requiratur.

Ex his omnibus apparet priorem sententiam veriorē esse, et propterea fortassis non erraret, qui eā in praxi vsurparet. ceterum posterior opinio tutior est. non enim quidquid iure permittente fit, id semper iusto fit. quare salubrius & tutius erit etiam in absoluto mutuum cōsensum vicissim requirere, sicut in condemnando, nequid vnquā incautum in hac causa committatur, cum maturius & sanius sit id consilium, quod plurimorum sententijs roboratur, neque aliter faciendum consulere.

An autem eodem modo solus Inquisitor vel solus Episcopus possit penitentibus aut suspectis abiurationem indicere, grauis est controuersia, & Antonius de Pandalis responso quodam de hac re edito, cui subscripserunt illustres iuriconsulti, quos refert & sequitur Campogius apud Zanchinum c. 8. vers. diffinitiuam. audacter tenuit abiurationem fieri posse coram solo Inquisitore, & quod solus Inquisitor potest abiuratum absoluerē, & penitentiam ei imponere.

Primum, quia tum c sententia ferri dicitur contra aliquos in hoc crimine, cum heretici pertinaces, aut impenitentes, aut relapsi declarantur, & ita declarati traduntur seu relinquuntur curie seculari: at cū indicitur abiuratio redeuntibus ab heresi vel suspectis, non videtur sententia ferri contra illos, sed pro illis, cum absoluantur à censuris, & Ecclesie reconciliantur. postremo, quoniam redeuntis non dicitur heretici, nec in sententiã heretici pronūciatur. In eadem sententiam adducit pleraq; alia Bernardus Comensis in lucerna verbo abiuratio. s. 4.

Vrunt vniū quamuis summo iure hæc fortassis sententiã defendi possit, vt indicam supra in hac 3. parte super primo modo processum fidei terminandi. s. talis enim. at contraria tutior est, et securior, & vsu recepta, quã etiam non obscure insinuas videtur Innocentius III. rescripto quodam incipiente: Tunc potissimē. s. si vero aliqui. relato inter litteras Apost. vbi ita scriptum est: Si vero aliqui heretica lahe pgnitus abiurata, redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesie consulti dicere sanis, eisdem beneficiū absolutiois impendens, iniungas eisdem quod iniungi talibus cōsuevit. hæc tenet ibi. Itaque consultius salubres putarem Inquisitores, vt semper in his exigant Episcoporum cōsensum, vt sine vilo erroris periculo, & abiuratio, & pane impositio statuatur. mea hæc est plane opinio. hæc sententias quibus redeuntē cōpelluntur ad abiurandum, proprie non posse dici absolutorias, & profecto magis participant de condemnationis, ac proinde non debere ferri per solum Episco-

An solus Episcopus vel solus Inquisitor possit te deontibus in dicere abiurationem.

Solus Inquisitor, aut solus Episcopus non imponat abiurationē.

pum, aut Inquisitorem. Et hæc sententiã videtur tueri Bernardus Comensis in Lucerna Inquisit. verbo, absoluerē. nu. 2. vers. aliqui tamen.

Neque obstant rationes in contrariū allatæ. Primum enim verissime dicere possumus, non modo ferri sententiam contra aliquos, cum illi curia seculari adiudicantur, verum generaliter contra eos pronuntiare dicitur, quotiens non absoluntur, et penitus liberantur, quod videtur verius iam in proposita causa: quis dicat cū omnino absolui, qui per abiurationē obligatur ad pœnas relapsi debitas? neminem sane credo id dicentem. Nec obstat secunda ratio: falsum enim est redeuntē ab heresi non pronuntiare in sententiã hereticos, vt ab hōe docuimus supra in hac 3. parte super 8. modo processum fidei terminandi. traditque Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 5.

In indicenda canonica purgatione hoc ipsū existimo obseruandū, idq; multo etiam magis, cū canonica purgatio sit res valde periculosa, de quo vide qua dixi supra super 2. modo processum fidei terminandi. Sit ergo hoc apud nos exploratū, non modo in ferendis sententijs, quibus heretici brachio seculari relinquantur, verū etiam in abiurationibus quibuscūque & purgationibus canonicis indicēdis, omnino iudicio nostro Episcopi et Inquisitorem simul interuenire debere, nec vnū solum hæc decerni oportere.

Atq; hæc videtur quoque esse non obscura EymERICI sententiã, qui in praxi modorū finiendi processus fidei, tam in indicendis purgationibus, quam in iniungendis abiurationibus, semper meminit Episcopi & Inquisitoris, indicans hæc potius sapere naturam sententiarum condemnatoriarum, quam absolutivā: aliter enim vnus tantum ex sententiã huius auctoritatis sufficere, vt ipse docet hac ipsa questione.

Quod si quæras, an censurã abiurationem redeuntium, vel canonicam purgationem infamatorum de heresi, corā Episcopo tantum, aut Inquisitore tantū factā, & prestam inuolidã esse & nullam, an vero contra viribus consistere responde primū iuxta prædicta, corā altero tantū hæc fieri non debere, hoc enim conati sumus proxime pro virili tueri.

Rursus dico, quod si vnus tantum ad abiurationem, vel canonicam purgationem quempiam admittat, talis abiuratio vel purgatio valida penitus videtur: primo quia non videtur aliquo iure nominatim cautum contrarium. præterea quia olim ante constitutos Inquisitores. Apostolicos coram solo Episcopo hæc peragebantur, & à veteri iure non receditur, nisi correctum inueniatur, s. fin. in Authent. de non alienan. rebus eccles. optima glos. in Clem. 1. in verbo, contra eos. de heret. & quod non mutatur stare non prohibetur l. sancimus C. de testamen. ergo nunc aut coram Episcopo, aut coram Inquisitore. vel eorum subdelegatis plenam ad hoc potestatem habentibus, fieri hæc poterunt: nam Inquisitorum potestas non fuit data priuatiue sed cumlatiue, cap. per hoc. vbi communiū doctores de heret. lib. 6. postremo quamuis aliquo pacto ex traditis paulo antea hæc vni eorum uiderentur esse prohibita, nihilominus putarem hæc esse de genere illorum prohibitorum, que si fiant facta tenent. cap. 1. extra de eo qui duxit in mat. quam pol. per adult. cap. rursus. qui cler. vel uen. cap. transiisse. de eo qui cognouit consang. & uxore

Solus Inquisitor, aut solus Episcopus non indicat canonicam purgationem.

An abiuratio facta coram Episcopo vel Inquisitore tantum, sit valida.

ris sue valebit ergo abiuratio facta, & purgatio canonica praestita a sciente et non contradicente, vel non appellante, coram altero tantum ex supradictis.

Ex his cõsequitur nobilis ille effectus, de quo Frãciscus Bursatus consil. 2.4. incipit. Quidã notarius. lib. 1. si quis enim, vt hereticus, aut vehementer suspicatus corã altero tantũ ex predictis abiurauerit, & postea in hæresim incidisse deprehendatur, velut relictus tradendus erit curi seculari: nec poterit se tueri opponendo nullitatẽ seu inualiditatẽ abiurationis, ob id quia corã altero tantũ ex predictis facta fuerit.

QVÆSTIO XLIX.

An Episcopus & Inquisitor possint procedere ad sententiã alter sine altero, quãdo nequeunt vel nolunt in eudẽ locũ cõuenire.

SVMMARIVM.

- 1 Episcopus et Inquisitor possunt sibi mutuo vices suas cõmittere in his qua neuter per se potest.
- 2 Debet vnus alterũ requirere quando simul conuenire nolunt.
- 3 Quot diebus vnus alterum expectare debeat.

Vadragessimãnona quæstio est: Vtrũ Inquisitor possit procedere ad sententiã sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore: quando nõ possunt, vel nolunt personaliter ad eundẽ locum inuicem conuenire?

Respondemus quod si non possunt, aut nolunt personaliter adinuicem conuenire, potest vnus alteri cõmittere vices suas: vel mittere Cõmissariũ, seu Vicariũ: vel suum significare per litteras cõsiliũ & assensum.

Quod si noluerit, vnus requirat aliũ, quatenus infra octo dierũ spatium adueniat, vel substitutũ, vel suum mittat cõsiliũ & assensum. ita habetur in c. Multorum, de heret. in Clemen. ibi in clausula allegata supra in prox. q. dicitur ita:

Supra pag. 111.

Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam, quã ad custodiam videatur: vel tormentis exponere illos, aut ad sententiã procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano aut eius officiali, uel Episcopali sede uacante capituli super hoc delegato: si sui adinuicem copiam habere ualeant infra octo dierum spatium, postquã se inuicem requisierint, non ualebit: Et si secus presumpsum fuerit, nullum sit, & irritũ ipso iure. Verum si Episcopus, uel eius capituli (sede vacãte) delegatus cõ Inquisitore, aut Inquisitor cõ altero eorũdẽ propter p̃missã nequeat, aut nolit personaliter cõuenire, possit Episcopus, uel eius, seu capituli (sede uacãte) delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo, uel eius delegato, seu sede uacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus super illis cõmittere uices suas, uel suum significare per litteras cõsiliũ & consensum.

Ue hoc loco traduntur nulla nostra indigent diligentiori explanatione, apertis enim iuris diffinitionibus nituntur. idẽ docent Tabienfis in summa verbo, Inquisitor, s. 5. Simancas de catho. instit. tit. 3.4. de Inquisitoribus Apostolicis. nu. 38. adde Zabarellam in Clemen. 1. s. Duro tamen, de heret. et ibidem Ioannem de Imola.

QVÆSTIO L.

Quid agendum cum Episcopus & Inquisitor discordant.

Vinquagesima quæstio est: Vtrũ Inquisitor sine diocesano Episcopo, uel Episcopus sine Inquisitore possit procedere ad sententiã, quãdo nõ possint adinuicem concordare, uel tunc in casu huiusmodi quid agendum?

Respondemus quod non, sed tunc negotium bene instructum uterque destinet domino nostro Papæ. Ita habetur in c. Per hoc, de heret. lib. 6. ubi sic dicitur: Per hoc, & infra: Per utrosque simul sententiã proferatur (scilicet per Episcopum & Inquisitorem, de quibus ibi loquitur) & sequitur: In qua ferenda si non conuenerint, per utrosque negotium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remittatur.

COMMENT. XCIX.

Ex hac quæstione hæc colligitur certa & uera conclusio: Cum Episcopus & Inquisitor non conueniant in ferenda sententiã, tunc non potest vnus sine altero eam pronuntiare, sed causam instructã ad summum Pontificem transmittere debent.

De materia huius quæstionis agit Zaneb. tract. de heret. c. 15. nu. 2. ubi textum ab Eymérico hic citatum ex c. per hoc, de heret. lib. 6. ita uidetur interpretari, vt tunc debeant consulere Papam, cum discordant in condemnando: secus si ageretur de absolucndo penitente: quoniam, inquit, si vnus solus processit, qui cognouit, posset absoluerẽ, etiam si consensus alterius non haberet.

Hæc sententiã si uera est, amplissimam tribuit Inquisitoribus potestatem. nobis, quibus nihil licet sine efficaci probatione & firma ratione quidquam in rebus grauibus statuere, ita uidetur dicendum, vt generaliter siue agant de condemnando, siue de absolucndo in causa discordiã superiorẽ cõsulere debeant: quia textus in c. per hoc, nullã indicat talẽ distinctionem qualẽ Zanchinus imaginatus est. quare succedit vulgaris illa & trita iuris regula: Quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; & quod lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. 1. s. generaliter. ff. de legat. p̃statis. l. 3. ff. de officio p̃sid. cum similibus. & hoc est etiam conuenientiũs ei sententiã, quã docuimus paulo ante super q. 58. dñi assereremus etiam in absoluteione equius et tutius esse, vt vnus sine altero non procedat.

Neque ab his est aliena EymERICI sententiã in hac quæstione, qui generaliter etiam loquitur, dicens: Vtrum Inquisitor sine diocesano Episcopo, uel Episcopus sine Inquisitore possit procedere ad sententiã, quãdo nõ possunt, vel nolunt in eundẽ locũ cõuenire?

Inquisitor & Episcopus discordantes siue in condemnando siue in absolucndo cõsulere debent.

In quocunq; casu Inquisitor & ordinarius discordant, supremus inquisitionis Senatus consulatur.

Hoc summe notandum.

Studeant Inquisitor & Episcopus, vt sint cõsoni.

Episcopus sine Inquisitore possit procedere ad sententiã. Quibus uerbis non distinguit de sententiã cõdemnatoriã uel absolutoriã. atq; hoc ipsum nominatim affirmat Repertoriũ Inquisitorum verbo, Episcopus. s. quãdo Episcopus. pag. 302. ex impressione Venet. ann. MDLXXV. quo loco ita interpretatur textum in dicto c. per hoc, adde notata in c. ult. de sent. & re iudicata.

Iam illud ulterius addo, non modo cum in cõdemnando uel absolucndo Episcopus & Inquisitores discordant, causam esse ad supremum inquisitionis tribunal remittendam; uerum etiam quotiens in alijs nõ ita arduis & grauibus reperuntur dissentientes, ut admonet Ioãnes Rojas tract. de heret. par. 1. nu. 437. de qua facti specie extat in Hispania pulchra doctrina in instructione Madriliana anno MDLXI. c. 66. in hæc uerba a nobis latine reddita: In omnibus casibus, in quibus contigerit suffragiorum discrepantia inter Inquisitores & Ordinarios, uel aliquem ipsorum, in definitione causę, uel in quocunq; alio actu, uel sententiã interlocutoriã, debet causa ad Senatum supremũ inquisitionis remitti. quod si Episcopus & Inquisitores concordauerit, quãuis periti seu consultores dissentiant, etsi numero sint plures, sententiã Episcopi & Inquisitorum executioni mandatur. uerum tamẽ in causis grauissimis nõ debet uota Inquisitori, ordinarij, & cõsultorũ executioni mādari, etiã si fuerit cõformis, incõsulato Senatu, sicut solitum est, & iustum fieri. habemus ibi. Est equidem hæc tutissima methodus, et ob id mihi ubique uidetur obseruanda.

Hoc postremo adiungam, emittendum omnino esse, ut inter se conueniant Episcopus & Inquisitores: quod facile eueniet si diligenter iuri dent operam, ut intelligat quid cuiq; casui et negotio secundũ regulas iuris in hac causa conueniat: nam ex iudiciũ discordiã ingentia solent oriri incommoda, ut tradit Simancas de catho. instit. tit. 3.4. nu. 19. sed hoc casu precipuum incommodum uergit in p̃iudiciũ reorum, qui non detinerentur tanto tempore in carceribus, si iudices cõsensissent. Ego ita puto, grauisime peccant qui uel ob negligentiam studendi, uel ob alias causas præbent occasionem ne in ferendis sententijs inter se conueniant: quare nisi uelint ex opere bono detrimentũ reportare, discordiã fugiant, quam euitabunt, si diligentissime studuerint. causa fidei grauis est et indices postulat diligentissimos.

QVÆSTIO LI.

De communicatione processuũ inter Episcopum & Inquisitorẽ.

Vinquagesimã prima quæstio est: Vtrũ Inquisitor & Episcopus teneatur sibi mutuo communicare processus, quando procedunt diuisim, & non coniunctim?

Respondemus quod sic, iuxta c. Per hoc, s. uerum, de heret. lib. 6. ubi dicitur sic: Verũ ut dictũ inquisitionis negotium efficacius, melius, ueluti que procedat: concedimus, quod per Episcopos ipsos, & per Inquisitores, de facto codẽ inquiri ualeat cõmuniter uel diuisim: & si diuisim processerint, teneatur sibi inuicẽ cõmunicare processus, ut per hoc possit melius ueritas inueniri.

Supra pag. 109.

COMMENT. C.

Nica est assertio, Communicationem processuum fieri debere cum diuisim processerint Episcopus, & Inquisitores.

Ratio huius assertionis in promptu est: nã quãdo procedunt coniunctim, apertũ est iam esse cõmunicatiõnem processuum factã; et propterea tunc fieri debet, quando diuisim proceditur.

Ideo autẽ cõmunicatiõ facienda est, quia res grauis est et ardua, ideoq; paria iudicia requirere oportet, ut absq; errore sententiã proferatur. Zanchinus tract. de heret. c. 15. nu. 1. copiose Cãpegius apud eundem Zanchinũ c. 8. ubi docet quando hæc processuũ cõmunicatiõ fieri debeat: quãuis id apertius cautiũ sit per extrauagantem incipien. Ex eo, de heret. relatum ab Eymérico supra par. 2.

Cetera huc spectantia tradit Repertoriũ Inquisitorum uerbis, communicare. s. sed quomodo. Aegidius Bossius tit. de heret. nu. 12. Carverius tract. de heret. nu. 128. uers. in ferenda tamẽ sententiã. Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 2. idẽ in encyridio tit. 64. nu. 1. et Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 10.

Cõmunicatiõ processuũ quãdo & cur fieri debeat.

QVÆSTIO LII.

Quando diuisim procedere dicatur Episcopus & Inquisitor.

Vinquagesima secunda quæstio est: quomodo intelligitur, qd Episcopus & Inquisitor procedunt diuisim, & nõ coniunctim?

Respondemus, qd intelliguntur diuisim procedere, non quando Inquisitor tantum, uel quando Episcopus tantum procedit, sed cum Episcopus per se procedit ex vna parte, & Inquisitor per se ex altera: ita qd fiunt duo processus de eodẽ facto, vnus per Episcopum, & alius per Inquisitorẽ. Ita habetur in extrauag. domini Benedicti XI. Ex eo, ubi sic dicitur: Nos autẽ de Fratru nostrorum consilio, intelligendo diocesanos & Inquisitores tunc demum diuisim procedere, cum ij & illi separatim, non quando Episcopi tantum uel Inquisitores tantum procedunt.

Supra pag. 125.

COMMENT. CI.

In cap. per hoc, de heret. lib. 6. Statutum erat, ut super eodem facto Episcopus & Inquisitor possent procedere communiter uel diuisim, uel proferre sententiã: id statutum quomodo sit intelligendum declaratum fuit per extrauag. domini Benedicti incipien. Ex eo, tit. de heret. qua uirtutis EymERICI in hac quæstione.

Quamquam uero super eodem facto aduersus vnũ & eundem reũ, & per Episcopum & per Inquisitorem diuersi processus fieri possint, cõmmodius tamen uidetur, ut in illis ciuitatibus & prouincijs, in quibus Apostolici Inquisitores sunt constituti, in quibus

ti(nam in alijs ad solos Episcopos id negotium spectat) per alterum eorum tantum, videlicet per Inquisitorem, qui carceres & ministros ad hoc habet destinatos. vnicus processus fiat: ita tamen vt Episcopus ad Inquisitorem secreto transmittat quidquid nosse poterit et habere contra reum illum inquisitum, sicut fieri oportere diximus paulo antea super questione 42. cum ageremus de ordine procedendi contra absentes. Et profecto nisi ita fieret, facile causa omnis & ordo procedendi confunderetur, ac perturbaretur: & propterea vix interdum posset veritas inueniri. Immo vero hodie iam vsu receptum esse videtur hoc ipsum quod nunc faciendum admonemus: solum enim Apostolici Inquisitores vnum faciunt processum, vocatis episcopis, aut eorum Vicarijs ad omnia illa iudicij acta, que sine ipsis iure expediri non possunt, iuxta decretum Clement. 1. s. propter quod. de heret. Ego ab hac consuetudine, non nisi ex magna causa, putarem recedendum.

QVAESTIO LIII.

Quando faciēda sit processuū cōmunicatio, in medio, an in fine.



Vinquagesima tertia questio est: Vtrum in medio causa, vel tantum in fine ista communicatio processuum sit faciēda?

Respondemus quod in fine tantum, quando nihil restat agendum, vt patet in predicta extranag. domini Benedicti XI. Ex eo. i. qua dicitur sic: Ex eo q. quadā nouella constitutio super negotio hereticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa viij. prædecessore nostro edita continet, q. in ipso negotio p. diæcesanos Episcopos & Inquisitores super eodē factō inquiri valeat cōmuniter vel diuisim: & si diuisim pcesserint, teneantur sibi inuicem cōmunicare processus: Nos cōsulere voluimus, quādo & quotiens sit ista processuū cōmunicatio faciēda: Nos autē de l. ratū nostrorū consilio, intelligendo diæcesanos & inquisitores tunc demū diuisim procedere, cum ij & illi separatim, non quando Episcopi tantū, vel Inquisitores tantum procedunt: Consultationi vestra: breuiter respondemus, q. quando vtriq. procedunt seuunctim, libi debent in fine rātum, dum nil restat agendū, nisi quod solum sententia promulgetur, cōmunicare processus. & infra: Vnum sane casum excipimus, si alter commode non possit procedere, nisi alterius actus visis: Ex hac enim causa femel tantum (vt fraudi locus nō fiat) in toto negotio copia tribuatur.

COMMENT. CII.

Vna est conclusio, videlicet, in fine rātum causę debet fieri processuū cōmunicatio, quādo nihil restat agendū: nisi alter commode procedere nō possit, nisi alterius actus visis: tunc enim semel processus copia esset tribuēda ante finem causę.

Hęc assertio nulla nostra indiget declaratione, cū sit per se apertissima. videto interim Campeginū apud Zanchinum c. 8. vers. processum. & Repertoriū Inquisito. verbo: communicare. s. sed quomodo.

Relat. supra pag. 125.

A Occurrit tamen hoc loco difficultas necessaria ad me diluenda, An cum diuisim proceditur, antequam fieri debeat processuū cōmunicatio. et verius est oportere fieri cōmunicationem, quoniam cum sententia interlocutoria super tormentis per vtrumq. simul, Episcopum scilicet & Inquisitorē profertur debeat. clem. 1. de heret. s. propter quod. vers. dūro tamen. necessarium est, vt iudicia, ex quibus reus torquendus est, ab vtroq. videantur: aliter enim non poterit iudicari, an sint sufficētia ad torturā nec ne, ita Repertorium Inquisitorū verbo, cōmunicare. s. sed quomodo. vers. & similiter. et Campeginus apud Zanchinum præcitato loco.

B Sed hoc intelligendum est, quando reus torquendus est: nam si testis esset torquendus, tunc nō oporteret processum cōmunicare, cū vterq. per se testes torquere possit in hoc tribunali, iuxta doctrinā traditam ab Emerico infra i. hac 3. parte, q. 7. vbi dixi. interim videto Zanchinum tract. de heret. c. 14.

QVAESTIO LIIII.

An in negotijs fidei summarie & de plano procedi possit, &c.



Vinquagesima quarta questio est: Vtrum inquisitor possit procedere in negotijs fidei summarie, simpliciter, & de plano, & absq. aduocatorū & iudiciorum strepitu & figura?

Respondemus quod sic, iuxta c. Statuta. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Statuta quadam felicitis recordationis Innocentij, Alexandrij, & Clementis prædecessorum nostrorū quibusdā declaratis & additis recensentes, concedimus, quod in inquisitione hereticæ prauitatis negotio procedi possit simpliciter, & de plano, & absq. aduocatorum ac iudiciorum strepitu & figura.

Idem habetur in priuilegijs antedictis.

COMMENT. CIII.

Possunt Inquisitores procedere simpliciter et de plano, vt statuit Bonifacius VIII. cuius est rescriptum in dicto c. statuta. de heret. lib. 6. quo vtitur hoc loco Emericus.

Verum ante Bonifacium multis annis idem sancuerat Alexander III. anno Domini MCCL. rescripto quodam incipiente: Cupientes, vt inquisitionis negotium. & Urbanus III. anno Dñi MCCLXI. alio rescripto incipiente: Licet ex omnibus. item Innocentius III. que vidimus authentica in archiuo Inquisitionis Bononiensis. & in bibliotheca Illustrissimi Cardinalis Felicitis Peretti de Montealto, que ex Assisio asserri iussit, vt alibi scripsi plenius.

Est autem magnum et singulare hoc priuilegium: quoniam iudex, qui potest procedere simpliciter & de plano, non cogitur omnem ordinem iudiciariū seruare: nā hęc verba inter cetera hoc operantur, vt si quid omisū sit ex ordine iuris, nō propterea processus vitietur, vt pulchre tradit glossa in dicto c. statuta. de heret. lib. 6. verbo, figura. dūmodo substantialia causę et iudicij non omitantur: nam tunc processus etiā in causa hæresis vitietur: neque enim possunt negari

An cum diuisim proceditur, debeat fieri ante torturam processuum cōmunicatio.

Testes i. hac causa vterq. torquere potest.

Supra pag. 111.

Nunc est Sixtus V. Pont. Opt. Max.

Iudex procedens simpliciter & de plano, quid possit.

negari appellationes ab interlocutoria, nec legitimas defensiones, & similia, quæ à natura potius quam à iure concedi omnibus videntur.

Iam huius priuilegij meminerunt Oldradus consil. 115. incipien. in iudicio. Cornuus consil. 315. lib. 2. & ceteris copiosus Gondissaluuus tract. de heret. q. 12. ex quo accipiet lucem hæc questio. cetera huc spectantia tradam sequenti commentario.

QVAESTIO LV.

De intellectu verborū, procedere summarie, simpliciter & de plano.

SVMARIVM.

- 1 Cum summarie proceditur, que nam omitti possint.
- 2 Probationes ac defensiones legitime nō pretermittendę.
- 3 Neque citatio & iuramentum de veritate dicenda.



Vinquagesima quinta questio est: Quomodo intelligatur ista verba, scilicet, procedere summarie, simpliciter, & de plano, & absq. aduocatorū & iudiciorū strepitu & figura?

Respondemus, quod hoc declaratur de verborum signifi. c. Sæpe. in clemen. vbi dicitur sic: Sæpe contingit, q. causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij procedi mādamus: de quorum significatione verborū à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur: Nos autem dubitationem huiusmodi (quātum nobis est possibile) decidere cupientes, hac in perpetuū valitura constitutione sancimus, vt iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellū non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure procedere valeat: amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breuiorē, exceptiones, appellationes dilatorias & frustratorias repellēdo, partiū aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia, testiumq. superflua multitudinem refrinendo:

2 Non sit tamen iudex litem abbreviet, quin probationes necessarię & defensiones legitime admittantur.

3 Citationem vero, ac præstationem iuramenti de calumnia vel malitia, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi.

Relat. supra pag. 120.

COMMENT. CIIII.

Docuit Emericus superiori questione, priuilegium esse Inquisitoribus tributum, vt in fidei fauorem, quod citius & absq. fraudibus negotia religionis tractentur, possint procedere simpliciter et de plano: nunc iure optimo docet, qua ratione verba hæc intelligi debeat. et summa disputationis est, ordinē et solēnitates à iure alijs requisitas nō esse necessario

Quid sit procedere simpliciter & de plano.

observandas: ille tamē omittēda nō sūt, que ad substantiam causę spectant, hoc est illa, sine quibus nec iuste, nec recte aut commode negotium tractari posset.

Olim ante tempora Clementis V. cuius est hæc cōstitutio, valde fuit controuersum de significatione harum vocum, nempe, Simpliciter & de plano, sine aduocatorum & iudiciorum strepitu, & figura iudicij. Et multa sunt ab Hostiensis, et alijs antiquis interpretibus, qui ante Clementē V. floruerūt, dicta in c. olim de accusatio. et in dicto c. statuta. vbi glossa verbo, figura. de heret. lib. 6. que per hoc rescriptum sunt aut declarata, aut penitus sublata: ideoq. cauendum in hac parte ab illis glossematis.

Nunc vero qua ratione hoc rescriptum in causa hæresis locum sibi vendicat, tradunt nostri (hoc est, illi qui aduersus hæreticos scribunt) multis locis, copiose Tabiēsis in summa verbo, inquisitor. s. 38. Carverius tract. de heret. num. 103. vers. Et an ordinem. Repertorium inquisit. verbo, ordo iudiciarius. s. sed quo ad telam iudiciariam. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 27. Ioannes Rojas singular. 145. incipi. Ordo iudiciarius. & omnes quos superiori commentario citauimus.

Itaq. cum summarie procedere possint Inquisitores, multa expedire possunt, quæ iuri cōmuni aduersantur. Primum enim non erit necessaria solēnitates requisita per l. libellorum ff. de accusatio. vnde si agatur in hoc crimine per viam accusationis, non se inscribet accusator ad pœnam rationis, vt copiose docui supra in hac 3. parte tit. de primo modo procedēdi in causa fidei per accusationem.

Rursus, conclusio in causa non erit necessaria, sed quotiens reus se defendere voluerit, audietur, vt tradit glossa i. clem. s. s. de verb. signifi. et notat Bart. in extrauaganti. Ad reprimendum. atq. vt vno verbo dicā, multa alia poterit omittere absq. vitiō, quæ in alijs causis sunt de iuris præscripto seruanda.

Admonebo tamē, processum in causa hæresis, quātū ad substantialia atinet, ita oportere bene formatū esse, ac si pleno iuris ordine procederetur, vt optime obseruauit Tabiēsis præcitato loco, quę sequitur Locutus in opere iudiciali verbo, processus, nu. 7.

Voco autem substantialia illa, sine quibus iudicium non potest iuste expediri, vt citationem, iuramenti præstationem de veritate dicenda, probationes legitimas, exceptiones vtilēs, appellationes necessarias, inducias seu terminos competentes, et alia huiusmodi, sine quibus aut vere delictum probari nō posset, aut reus non posset se iure defendere, & cetera, quæ reo competunt non tam civili iure, quā naturali ratione: hæc enim omnia & si quæ sunt similia, prohiberi non possunt ab Inquisitoribus virtute huius amplissimi priuilegij.

Quæ solēnitates possint omitti cum summarie procedit.

Processus in causis fidei quo ad substantia in rege jesse debet. Quæ dicatur substantialia.

QVAESTIO LVI.

An Inquisitor familiam armatam possit habere.



Vinquagesima sexta questio est: Vtrum Inquisitor possit procedere cum armatis, ad suum officium exequendum?

Respondemus quod sic, ad tuitionem suę personę, vel familię suę, & ad capiendū hereticos, credentes, receptores, defensores eorum, & fautores. Sed debet cauere ne huiusmodi abutatur, iuxta c. Nolentes, in clemen. 5. Porro, ubi dicitur sic: Porro Inquisitoribus ipsis districtus inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet concessione portationis armorum, nec officiales nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad suam cum Inquisitoribus ipsis officia exequenda.

De hoc Ioan. And. in cap. Statutum 1. de hæret. lib. 6.

COMMENT. CV.

Cur instituta vt Inquisitores familię armatam habeant.

Hoc singulare priuilegium, qd Inquisitores possunt habere officiales armatos, quotiens aut ad suam defensionem, aut ad capiendos hereticos opus esset, iustissimus causis illis ab initio delegatę Inquisitionis fuit tributum. cum enim tanta esset hereticorum seuitia, vt sapissime imbelles Inquisitores immaniter trucidarent, vt cum agerem de Beato Petro martyre indicauit supra parte. 2. super q. 13. his periculis omnino oportuit occurrere. itaque mox statutum, vt & armatam possent habere familiam, de qua re hic agit nunc E ymericus, & vt auxilium brachij secularis possent inuocare, de quo differit auctor questione sequenti.

Quonia vero sepe contingit, vt sub velamine priuilegię abusus sese infnuent, nisi prudenter priuilegium vsurpetur; ideo Clemens V. in concilio Viennę si circa annos Domini MCCXX. idem priuilegiū Inquisitoribus confirmauit: ab usum tamen, si quis irrepserat, abstrulit.

Idem priuilegium renouauit Ioan. xxij. rescripto quodam incipiente: Exigit ordinis vestri, quod vidimus in archiuo Inquisitionis Bononiensis, ac curauimus imprimendum in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. id edidit Auinionę anno Domini MCCXXXI.

Huius vero priuilegię quod Inquisitores familię armatę habere possint, meminit Gondissalvus trañt. de hæret. q. 11. nu. 15. et seq. Repertoriū Inquisit. verbo, arma. §. sed vtrū Inquisitores. Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 14. Simancas de catho. instit. tit. 41. nu. 15. Ioanes Rojas trañt. de hæret. parte 2. tit. de priuilegijs Inquisit. nu. 422. vers. item Inquisitores habent familiam armatę, & alij.

Iam hoc priuilegium ita competit Inquisitoribus fauore fidei, & in odium hæreticę prauitatis, vt corū officiales portare possint arma et de die & de nocte; idque non obstante quacunq; lege civili, vel municipali in contrariū edita vel edenda. immo quicumq; legem conderet, qua prohiberentur officiales Inquisitorum arma deferre, veluti impeditor sacri officij puniri possit, iuxta doctrinā glossę cōmuniter receptā in c. statutu. cl. primo. de hæret. lib. 6. de quo plene E ymericus par. 2. q. 54. vbi dixi.

Rursus, arma deferre non solum crederem competere illis Inquisitorum officialibus, quos vulgus Crucesignatos in Italia in Hispania Familiars appellat, qui destinati sunt ex officij sacri instituto vel ad denuntiandos hæreticos vel ad comitandum Inquisi-

Supra pag. 113.

Familia inquisitorum arma deferret, nulla lege obstantē.

Quibus competit deferre arma.

Atores, vel ad capiendos hereticos, si et quādo fuerint ab Inquisitoribus requisiti: sed etiā ceteris ministris, qui quauis alia ratione officio sacro inseruiunt, veluti aduocatis, notarijs, consultijs, custodibus, & alijs: ibi enim omnes ratione officij inuisi esse solent male credentibus, blasphemis, ac similibus peccatoribus, & ob id ob eandem rationem iustissimum est, vt vel ijdem vel eorum famuli armati incedant, maxime in illis partibus, in quibus vel heretici abundant, aut saltem de heresi sunt suspectę.

Idem dicendū existimare de illis, qui publice scribunt aduersus hereticos. hi enim non modo sacri officij ministri sunt: verum, quod amplius est, fidei sunt defensores, qui cū multos habeant inimicos, iustum videtur, ut hoc priuilegio delationis armorū utātur, aut saltem iustissimum esset, vt ad hos etiam benignitate pontificia extenderetur.

Quibus autē hominibus concedenda sint arma ab Inquisitoribus, eleganter prescripsit Ioan. xxij. in præcato rescripto: Exigit ordinis vestri, quo cauet, ne secleratis hanc facultatem concedant, sed nec alienigenis est concedenda nisi ex magna causa.

Idem putarem dicendū de neophytis ex Iudaismo vel Paganismo conuersis: tales enim non facile sunt creandi familiares, aut Crucesignati, neq; nunc in tanta veterum Christianorum copia necessario in his indigemus eorum auxilio; quamuis ex causa quādoque aliud recte fieri possit.

Tandē nec illis est vsus portationis armorū concedendus, qui verisimiliter hoc priuilegio abuti possint, ne sub fidei pretextu facinora committant.

Postremo in hac questione illa occurrit utilissima et scitu digna difficultas breuiter mihi hoc loco diluēda: An hoc idē priuilegiū habendi familię armatę Episcopis cōpetat. et Panormitanus in c. significasti de officio deleg. multis rationibus, debilibus tamē et infirmis, probare contendit Episcopis non cōpetere hoc priuilegiū: sed quidquid ille senserit, vera & cōmuni opinio est, Episcopos etiā hoc priuilegio decorari. ita Bald. in l. nā salutē. §. sm. ff. de officio p̄fecti celi vigil. copiose & recte Decius in dicto c. significasti. nu. 17. & seq. de officio deleg. Repertoriū Inquisitorum verbo, arma. §. sed nunc queritur. & §. sed supra dictum est. copiose Gondissalvus trañt. de hæret. q. 11. nu. 16. et sequen. & alij quos libens omitto: nā que ratio in Inquisitoribus est, eadem in Episcopis reperitur, ergo idem ius statueri oportet. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. cum similibus.

D Num autem cetera etiam priuilegia Inquisitoribus concessa, Episcopis quoque concessa esse intelligantur, grauis est questio, nec huius loci, nec nostrę breuitatis. mihi obiter hæc percurrenti hæc sententiā placebat: Omnia priuilegia, quę fauore fidei tributa sunt Inquisitoribus delegatis, cōpetere etiam & ordinarijs, nisi expresse illis denegentur, qualis est l. Etio librorum prohibitorum, quę conceditur Inquisitoribus & Episcopis denegatur, vt ostēdi supra parte 2. super c. fraternitatis, de hæret. non enim conferuntur ratione personarum, sed intuitu fidei: fauor autem fidei vbiq; vnus est.

Vtrum caute hoc accipere oportet, ne dissensio ex hac opinione consequatur, cum multa sint, quę solis Inquisitoribus delegatis competere videantur, crederem

An Episcopus competat priuilegium habendi familiam armatam.

An omnia priuilegia Inquisitorum Episcopis cōpetant.

derem ergo (ad remouendam nunc omnem dubitationem) absentibus aut mortuis Inquisitoribus, & nullo alijs in eorum locum substitutis, omnia priuilegia Inquisitoribus tributa Episcopis competere.

Idem dicas in illis locis, in quibus nunquam sunt adhuc delegati Inquisitores constituti. in illis enim Episcopi in eorum locum substituti poterunt, quę si adessent Inquisitores ratione suorum priuilegiarum prestissent: idque fauore fidei, qui est huius assertio nis potissima & certissima ratio: atque hinc patebit posse Episcopos sicut Inquisitores citare testes extra suam diocesim, vt dixi infra super quest. 74.

QVAESTIO LVII.

An Inquisitor brachij secularis auxilium inuocare possit.

Vinquagesima septima questio est: Vtrum Inquisitor pro capiendis hereticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, diffamatis de hæresi, vel suspectis, possit inuocare auxilium brachij secularis?

Respondemus qd sic, iuxta c. Vt officium, §. denique. vbi multis præmissis sic subiungitur: Denique vt circa præmissa plene vobis & fignulis vestrū correctionis expedita, & inuolabilis adsit auctoritas, volumus, vt ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij secularis.

Hęc eadem verba habentur per omnia in litteris Apostolicis sæpe allegatis Clementis, & Alexandri, & Urbani iij. Pra. cunctis.

Delegatus enim non potest ex officio suo inuocare auxilium brachij secularis, nisi ex speciali commissione, vt fit Inquisitoribus. De hoc arg. super cap. & §. allegatis.

COMMENT. CVI.

Non modo Inquisitores habent familiam armatam, sed quotiens ea non sufficit pro officij sacri executione, auxilium secularium magistratuum possunt inuocare. quod ipsum sancit iam olim Urbani III. rescripto quodam incipiente: Licet ex omnibus §. denique. quod vidimus in archiuo Inquisitionis Bononiensis, referaturque impressum in bullario litterarum Apostolicarum, tradunt etiā hoc priuilegium Repertoriū Inquisitorum verbo, brachium. Zanchinus de hæret. c. 37. nu. 1. Panormitanus in c. 1. de officio ord. Simancas de catho. instit. tit. 23. n. 8. Locatus in opere iudiciali verbo, Inquisitor. nu. 30. Ioan. Rojas sing. 2. 1. incipit. arma. et alij.

Atque hoc etiam priuilegium magnā habet equitatem: sepe enim est tanta hæreticorum multitudo, aut potentia, vt vires Inquisitorum, aut Episcoporum nō sufficiant, et propterea oportuit brachij secularis inuocare. l. si quis 10. C. de Episcopis & clericis.

Hoc amplius additum est huic priuilegio, vt possint Inquisitores per censuras ecclesiasticas compellere magistratus seculares, vt sibi auxilium hoc prebeant quotiens fuerint requisiti; vt multis Pontificum rescriptis cautum alibi docuimus, qui si in eo auxilio prestando, aut contumaces aut negligentes

A fuerint, & excommunicari possunt, & honore priuari, & alijs pœnis pro delicti qualitate coerceri. iuxta c. ad abolendam. §. penult. & c. excommunicamus. §. moneantur. de hæret.

a ¶ Delegatus enim non potest ex officio suo inuocare auxilium brachij secularis, & c. Hanc questionē late disputat Archidiaconus & Ioannes Fatuccius in c. administratores. 23. quest. 5. vbi multorum pugnantes referunt sententias. de eodem auxilio seculari prestando vide textum & ibi gloss. & doctores in c. 1. & in c. quoniam. extra de offic. iud. ordinarij. & Innocentium & doctores in c. significasti. de offic. deleg.

B Et quamuis communis sententia videatur contra E ymericum: nihilominus nihil est nominatim cautū, & fortassis probabilius est quod hoc loco asserit auctor, videlicet, delegatum, qualis est Inquisitor, non posse ex officio, & ratione solius delegationis auxilium seculari inuocare: quoniam aliās hoc non concederetur sibi tanquam priuilegium, dum vulgo in rescriptis delegatorum dicitur: Inuocato, si opus fuerit, auxilio seculari: Frustra enim fieret expressio eius quod inest, & concessio specialis eius, quod suo iure conuenit.

Itaq; hæc E ymerici sententia magis videri possit alicui ad veritatem accedere propter memoratā rationem, & curię consuetudinem: quam etiam videtur velle Repertoriū Inquisitorum verbo, brachij. §. sed an delegatus. & hanc E ymerici sententiam tenet Archidiaconus in c. vt officium. §. compescendi. de hæret. lib. 6.

Ceterum Federicus de Senis vir magnę auctoritatis, consil. sine quest. 163. incipien. Super inuocatione & petitione. ex multis contendit, delegatum etiam si non habeat expresse in mandatis, quod possit brachium seculari inuocare: nihilominus tamen posse inuocare; quia cum res aliqua conceditur, omnia etiam illa concessa intelliguntur & permissa. sine quibus ea res expediri non potest. quare vt delegatus re se exercere possit suam iurisdictionem, brachium seculari debet posse inuocare, quamuis id sibi expresse non concedatur, sane hæc sententia multum fauorabilis est, & mihi placet.

DE CARCERE Inquisitoris.

QVAESTIO LVIII.

An Inquisitor possit habere carcerem proprium.

SVMMA RIUM.

- E 1 Inquisitor potest habere proprium carcerem ad custodiam reorum.
- 2 Domini temporales in quibus parere tenentur Inquisitoribus.
- 3 Carcer ad penam Episcopo & Inquisitori debet esse communis.



Vinquagesima octaua questio est: Vtrum Inquisitor possit habere carcerem proprium, pro reis seu delictis ibidem detinendis ad custodiā seu ad penam?

1 Respon-

Supra pag. 107.

Priuilegium Inquisitorū vt brachium seculari inuocent.

Inquisitores compellunt magistratū vt auxilium sibi prebet.

Delegatus ratione solius delegationis au inuocet auxilium seculari.

Respondemus, qd sic ad custodiam, vt patet in c. Vt inquisitionis. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt inquisitionis, & infra:

Relat. supra pag. 115.

Vniuersos seculi potestates, & dominos temporales, ac puinciarum, terrarū, ciuitatū, aliorūq; locorū rectores quibuscūq; dignitatibus vel officijs, aut nominibus censeantur: requirimus & monemus, vt sicut reputari cupiūt et haberi fideles. Ita pro defensione fidei diocesanis Episcopis, & Inquisitoribus heretica prauitatis à scde Apostolica deputatis, aut in posterū deputādis, parcat & intendat in hereticorum, credentiū, fautorū, receptatorū, & defensorū ipsorū inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cū ab eis fuerint requisiti: & vt prafatas personas pestiferas in potestatem seu carcerem Episcoporum, aut Inquisitorum predictorum, & cetera.

Domini temporales Inquisitoribus parcat.

In c. etiam, Multorum. de heret. in clemen. in prin. loquendo de Episcopis & Inquisitoribus, dicitur ita: Sic quoque quilibet de predictis sine alio citare possit, & arrestare siue capere, ac tute custodie mancipare, ponendo etiā in compedibus vel mannicis ferreis, si eis visum fuerit faciendum.

Relat. supra pag. 111.

Ad penā autem nō: vnde carcer, qui est magis ad penā, quā ad custodiā, est Episcopo & Inquisitori communis, vt vnus non possit sine alio tali tradere carceri quemquā, iuxta c. Multorum. allegatum: vnde post predicta verba dicitur ita: Duro tamē tradere carceri siue arcto, qui magis ad penā, quā ad custodiā videatur, vel tormētis exponere illos, aut ad sententiā procedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano, aut eius officiali, vel Episcopali sede vacante capituli super hoc delegato, si sui adiuuicem copiam habere valeant, in hoc articulo dierum spatium postquam se inuicem requiserint, non valent.

COMMENT. CVII.

De assertionibus, quas hic ponit Eymericus de carcere proprio & communi, verissima sunt, vt patet per illud indicabo.

Carcer ad custodiendum, nō ad puniendū inuēctus, sed tñ de iure canonico.

Et quae de carcere hic quaestionibus traduntur ab Eymericus: aperiuntur intelliguntur, obseruandum est, carceres ad continendos homines non ad puniendos inuentos esse, Baldus in l. inuēctus C. de penis. Boscius tit. de carcere in prin. ip. Follerius in pract. cri. 1. par. 2. partis. vers. vel carceretur. num. 1. de quo est textus apertissimus in l. aut damnatum. s. solent. ff. de penis ibi: Solent praefatas in carcere continendos damnare, aut vt vinculis contineantur.

At iure canonico ad penam potest esse carcer. c. quamuis. de penis. lib. 6. c. tua. de penis. tradunt Conradus Brunus lib. 5. de heret. cap. 12. Locatus in opere iudiciali. Repertorium Inquisito. Bernardus Comensis in lucerna verbo carcer. & ceteri communiter, quibus adde Zanchinum tract. de heret. c. 10. & Syluestrum in sum. verbo, haeresis. 2. q. 7. nu. 9. & Simancam de catho. instit. tit. 16. nu. 14. & seq.

Et iuxta hanc iuris ciuilibis & pontificij differentiam de carcere vel ad custodiā, vel ad penam, loquitur hoc loco Eymericus, dum ait, Inquisitorē posse habere carcerem proprium, qui ad custodiā spectat: is vero qui ad penam est constitutus, Inquisito-

rium cum Episcopo debet esse communis.

Ratio autem primae assertionis in promptu est; nā si Episcopus potest habere proprios carceres, plane multo magis id poterit Inquisitor, cum maiorē aut saltem parē cum Episcopo habeat in causa haeresis iurisdictionem: verum hodie non solent carceres separati constitui, sed idem carcer qui est Inquisitoris, in quo vincit ad custodiā continentur, communis etiā est Episcopo, vt indicat Eymericus quaestione sequenti: q. salubrius est, ne frustra fiat carcerū multiplicatio, cū vnicus sufficiat, et cūcta aque bene tractetur.

Inquisitor cum carcerem proprium habere potest.

Alterius autē assertionis ratio est, quoniā condēnare non potest Inquisitor sine Episcopo, nec vice versa. clemen. 1. s. duro tamē. de heret. & propterea non poterit habere carcerē proprium, qui ad penā sit fabricatus, qualis est ille, in quem vel in perpetuū vel ad tempus heretici redeuntes detrunduntur.

Carcerē propriū, qui sit ad penā, carcer non habet Inquisitor.

Carceres ergo qui iuxta dict. clem. 1. de heret. s. sane. iubentur esse cōdes, vbi et muri dicuntur, quorū ibidē etiam iubentur esse duo custodes, non sunt ad custodiā, sed ad penā, vt voluerunt ibi Cardinales in prima oppositione et Ioannes de Imola super glossa, sub delegare. vers. sed akuerite, quos refert & sequitur Bernardus Comensis in lucerna verbo, carcer. s. 2.

Intellectus clemen. 1. de heret. s. sane.

Mibi vero paulo attentius seriem eius s. contemplant, verisimiliter videtur de carcere ad custodiā eo loco haberi sermone, non autem de carcere ad penam constituto. Primum, quia Papa videtur ibi statuere, non esse amplius necessarium separatos habere carceres in hęc verba: Nos volentes super hoc prouidere, statuimus, vt quilibet talis carcer, vel munus, quē de cetero Epō, & Inquisitori predictis volumus fore cōdem, duos custodes habeat, & c.

Rursus, hęc ratio mihi magnopere persuadet, non loqui ibi Papā de carcere ad penā: quoniā in eo nō adhibetur tanta diligentia in custodiendis & occludendis rejs, ne quis cum eis loquatur, quia iam tunc indicati sunt, & vt alibi docuimus, ad aduēdas damnatos ad carcerem perpetuū aditus patet alijs: scus autem in his qui carceribus ad custodiā detinentur, qui propterea tam diligenter custodiri iubentur, ne quis eos instruat de celanda veritate, aut de dicenda falsitate, aut de iusto iudicio declinādo. & hęc mihi sententia verissima videtur, quā fortassis etiam in dicat non obscure Eymericus quaest. seq. nu. 1. & 2.

Solus Inquisitor non dicitur ad carcerē qui sit ad totitiam.

Propterea hac sententia, quod videlicet Inquisitor non possit habere proprium carcerem, qui sit ad penā in quē sua sola auctoritate conijcere aliquē & dānare possit, non modo procedit quotiens per sententiam aliqui damnandi sunt ad carceres, vt predictimus: verū etiam cum ad torquendos & affligendos reos huius criminis, in deteriores & obscuriores carceres detrunduntur, vt acerbitate mansionis crimen detegant: nā cū Inquisitor sine Episcopo, & vice versa Episcopus sine Inquisitore non possit tormentis exponere delinquentes, vt in dict. clemen. 1. de heret. s. propter quod. vers. vel tormentis exponere illos. eodē modo non poterit conijcere reos in duriorē carcerē, qui magis ad penam quā ad custodiā videatur: & hac quoq; videri potest vera expositio, & sententia textus in dict. clem. 1. de heret. s. propter quod. ibi. Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad penam, quā ad custodiā videatur.

Est

Est autem quandoque necessarium hac fieri ob malitiam, et pertinaciam reorum, à quibus vix veritas extrahi potest, quos necesse est sepe in duos carceres detrundere, vt docuit Eymericus cum impunitibus faciendum. 3. par. in 10. modo processum fidei terminandi, nu. 20 1.

Et quamquā hac ita se habeant, vt predictimus, nihilominus tamen cum reus securus non est in locum mitti, tunc ad arctiorem per solum Inquisitorem potest transferri: quia tunc ad custodiā fieret. non ad penā ita Paulus de Leazaris, Zabarella, Imola & alij in dict. clemen. multorum. de heret. quare si verbi gratia, fuga, colloquij, aut peruersio aliorum, aut aliud quid huiusmodi, quod in detrimentum veritatis vergeret, immineret, tunc solus Inquisitor, nō requisito Episcopo reos posset durioribus locis & obscurioribus conclauibus occludere: & hac sententia vera mihi videtur, & obseruanda.

Veruntamen dum hęc sunt, quę in precedentibus tradidimus de tradendis rejs durioribus carceribus siue ad custodiā siue ad penam, illud cauendum est, ne tanta sit carcerum asperitas, vt delinquentes horrore, & malitia loci moriantur: quoniam tunc indices fidei, qui hęc decreuerunt subire reos, irregulares fierent. Laudamus & Zabarella in clemen. vnica de homicidio. Abbas in c. à nobis. de apostatis. & in c. qualiter & quando. de accusatio. traditq; Locatus in opere iudiciali verbo, carcer. nu. 6.

Et de hac re singulare decretum extat in concilio Biterrensi c. 23, in hęc verba: Curetis tamen, vt talibus immurandis fiant iuxta sedis Apostolicę ordinationem separatę & occultę camarulę, sicut fieri poterit in singulis ciuitatibus diocęsum corruptarum, vt alterutro, vel se, vel alios peruertere nequeant, & eos enormis rigor carcerum non extringat, hac ibi. quod tamen si de damnatis in carcerem ad penam loquatur, locum etiam habet in detrusis: aut detrundendis in carcerem ad custodiā ob eandem rationem. cetera hęc spectantia tradam copiose sequenti commentario.

Q V A E S T I O L I X .

An Episcopus & Inquisitor possint habere communem carcerē, & de custodibus carceris.

S V M M A R I U M .

- Proprios carceres possunt sibi communes facere Episcopus & Inquisitor.
 - Alicubi carceres sunt apud Inquisitorem.
 - Alicubi Episcopi ipsi carceres habent.
 - Quid de custodibus carcerum canones statuāt.
- Vinquagesima nona quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor possint carcerem habere communem pro rejs seu delatis ibidem detinendis ad custodiā seu ad penā: & tunc de custodibus qualiter fuerit prouidēdū? Respondemus, quod quilibet tam Episcopus quā Inquisitor potest habere carcerem proprium, vt patet in alleg. c. Multorum. & ponere

ibi delatos ad custodiā in manicis ferreis, & in compedibus, vt dictum est supra quaestione proxima. Et quilibet suum carcerem potest facere communem ambobus.

In aliquibus enim partibus, vt in Tolosa, & Carcaffona, Inquisitores habent in suis domibus carceres, quos vocant muros, quia domunculę illę adhærent muris loci, qui sunt Episcopo & Inquisitori communes, & de his habetur in cap. Multorum. alleg. de heret. in clemen. s. sane. vbi dicitur sic: Sane quia circa custodiā carcerum hereticalium, qui muri in quibusdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos volentes super hoc prouidere, statuimus, vt quilibet talis carcer vel murus, quem de cetero Episcopo & Inquisitori predictis volumus fore cōmunē, & cetera.

Supra pag. 111.

In quibusdam autem alijs partibus, Episcopi habent ipsos carceres, in quibus possunt detineri heretici siue suspecti, nō solum ad custodiā, sed etiam ad penam, & mox vt detinentur ad penā, fiunt carceres communes, quia absque Inquisitoris consensu, hoc fieri non potest, vt est dictum. Et de his habetur in c. Multorum. alleg. s. & quia, vbi dicitur sic: Et quia saepe contingit Episcopos proprios habere carceres sibi & dictis Inquisitoribus non communes, & cetera.

Qualiter autem est de custodibus prouidendum, statutum est in c. alleg. Multorum. per hunc modum, quod loquendo de carceribus siue muris predictis) sint duo custodes principales, discreti, & industrij, & fideles: & quod vni prouideat Episcopus, & alteri Inquisitor, & horum quilibet habeat substitutum, & quod sint ibi duę clauēs: Qui custodes iurabunt coram Episcopo & Inquisitore, quod suum officium fideliter exequentur, & non permittent, qd aliquis loquatur dictis captis in secreto, & qd ministrabunt eisdem prout per Episcopum, & Inquisitorem fuerit ordinatum.

Loquendo vero de carceribus Episcopi, qd custodes possit per Episcopum, iurabunt coram Inquisitore, qd suum officium exequentur.

Quia vero ordinatio ista de custodibus murorum & carcerum predictorum longa est, & verbalis, & non realis, quia non est prouisum (vnde Inquisitor prouidebit sibi & custodibus antedictis) non curauit totam inferere in praesenti; nam non seruatur: nec potest propter penuriam stipendiorum Inquisitorum commode obseruari.

COMMENT. CVIII.

In hac quaestione rursus Eymericus de carcere agit, addens id quod omiserat superiori quaestione, videlicet, Inquisitorem & Episcopum habere posse carcerem communem non modo ad penam, verum etiam ad custodiā.

Quaestio summa.

Sunt autem huius quaestiois tres potissimū partes: Vna est de carcere ad custodiā, altera de carcere ad penam, tertia de custodibus carcerum. de quibus singulis nimis breuiter agit auctor: sed nos ne quid parū explicatū reliquisse videamur, de singulis plenius differemus, ea summatim praescribentes, quae ad vsu sunt.

ad vsum nostrorum temporum sunt accommodata; A nam reliqua libenter omittimus.

Primum ergo de carcere ad custodiam constituto agendum est, de quo duo potissimum capita explicabimus. Primum erit de his qua precedere debent priusquam quis in carcerem custodiendus coijciatur. Alterum vero, quis ordo in carceratis custodiendis & collocandis debeat obseruari.

Quantum ad primum caput attinet, vbi de delicto constitit, & visum fuerit reum capiendum esse, ad realem capturam poterit deuenire Inquisitor, illis obseruatis, qua breuiter docuimus supra in hac 3 parte nu. 73. quibus adiungo sequentia diligenter in hac causa consideranda.

Si persona delata insignis alicuius fuerit auctoritatis, videlicet, religiosa, nobilis, aut litteris conspicua, queque incorrupta vitæ fama publica illustratur, non prius ad eam capiendam accedere vellem Inquisitores, quam superiores consulerint, & decreuerint, an is in carcerem sit mittendus nec ne.

Quoniam vero id superiores deliberare nequeunt nisi re cognita; ideo priusquam Inquisitores ad eos summarium mittent indiciorum, & delictorum informatione: eò vero amplius hoc facere debent, cum non omnes periti de captura cum Inquisitore consenserint.

Hæc aut his similia præscripta videntur Inquisitoribus Hispaniæ per Madrilianam instructionem anni MDLXI. cap. 5. in hæc verba à nobis latine facta: Si Inquisitores de captura consenserint, iubeant eam fieri sicut decreuerint, quod si negotium fuerit magni momenti propter personas insignes, vel ob alias causas, priusquam suū decretū executioni mandet, senatum consulant: vbi uero suffragia non fuerint conformia, res ad Senatū remittatur, vt eis prouideat quod fieri conueniat. hæc ibi.

Quæ propterea mihi vbiq; videntur obseruanda, quia valde sunt rationi consentanea, & multis consensant ad conferuandū honorem delatorū. quod in hac causa omnino fieri debere alibi dixi copiosius.

Verum hæc tam diligens & exquisita obseruatio tunc cessabit, cum vel delati fuga timetur, vel cum hereticus est manifestus tunc enim superioris expectare responsum imprudens esset & periculosum. & quamuis hæc vera sint, nec vlla probatione indigeant, videndi tamen erunt qui hæc latius persequuntur. Repertorium Inquisitorum verbo, carcer. §. viso de carcere & §. seq. & Locatus verbo, carcer. Simancas de catho. instit. tit. 16. Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. assertio. 1. Zanbinius tract. de hæret. cap. 10. nu. 1. & alij.

Iam vbi captura fuerit decreta, mandatum de capiendō reo exhibendum est ei ministro. qui ex consuetudine sancti officij reos capere solet, idque mandatū subscribendum est ab Inquisitoribus. quod si plures personæ fuerint eodem die, aut tempore capiendæ, de singulis singula mandata dabuntur: que deinde singulorum processibus inserentur, vt de actibus huiusmodi, que magni sunt ponderis, aperte constare possit.

His ita constitutis, quæ priusquam ad capturam deueniant, obseruanda videntur; nunc alterum primæ huius partis caput est explicandum, videlicet, Quis intra carceres ordo obseruari debeat; in quo id est primum animaduertendum, ne inquisitor omnibus re-

pares carceres assignet: nam pro delictorum & personarum qualitate nunc duriora conclauia & obscuriora, nunc vero letiora & amoniora assignabit: nam qui leuius deliquit, mitius tractari & lenius custodiri debet. l. diuus. ff. de officio præsi. l. x. ff. de cust. reo. tradit Simancas de catho. instit. tit. 16. num. 5.

Quando autem domus propria, vel ciuitas tota, aut certus aliquis locus pro carcere assignari possit, in superioribus docuimus.

Rursus id obseruandum est, ne in eodem conclauibus & faming concludantur. l. quoniam. C. de cust. reorum. ibi: Sexu tamen dispare diuersa claustrorum habere tutamina iubeantur. Tradit Thomas Grammaticus decisione 33. incipien. Magnifica Lucretia, nu. 12. Syluester in summa, verbo, heresis. 2. q. 7. vers. tertium. Simancas de catho. instit. tit. 16. nu. 6. quod obinet tam in carcere ad custodiam, quam in carcere ad penam constituto, cum sexuum commissio sit periculosa.

Hoc tamē fallit, præsertim in carcere ad penam dato, in marito et vxore, vbi vel ambo vel vnus tantum fuerint condemnati: nam & simul concludi possunt, vel vnus ad alterum accessus patere debet, vt cauit olim concilium Biterrense cap. 25. in hæc verba: Sit autem liber accessus vxori ad virum immuratum, & e conuerso, ne cohabitatio denegetur eisdem: siue ambo immurati fuerint, siue alter. hæc ibi.

Item id præcauere oportet, ne simul duo, vel plures in eodem cubiculo concludantur, nisi ex causa aliter faciendum statuerit Inquisitor: nam vincti præsertim scelerati & facinorosi, maiori ex parte secum inuicem consilia de celanda veritate, de fugiendo, de euadendis interrogationibus, & similibus, que multum solent quandoq; negotium Inquisitoribus, aut quibusuis iudicibus faceere: quod eò magis contingere solet, quia communis calamitas breuissimo temporis spatio solet magnam amicitiam inter reos conciliare: vnde non difficile secum deliberrant de inflanti miseria auertenda & euitanda.

Ad hæc, Inquisitores bis singulis mensibus tenentur visitare vinctos, et ab eis querere an illis necessaria ministrantur, et an bene vel secus habeat. ita Simancas de catho. instit. tit. 16. nu. 13. quod & recte probat. Verū si occasio, aut necessitas postulerit, et ter, & quater id facere non erit indecorum; immo quandoque est necessarium, vt cum reus impatienter fert carceris calamitatem, & infamiam: tunc enim sepius non modo per se ipse Inquisitor, verū & per alios eū curabit consolandum, dicens quod si consisteat libere, cuncta fore & cito & humaniter expedienda: quāuis enim quandoque reis terribilis esse soleat vultus iudicis, aliis tamen non mediocriter humana & mansueti eiusdem iudicis allocutio reos solet consolari.

Hæc amplius Inquisitores obseruare oportet, ne cum reis loquantur, vel cum examinantur, vel cū visitantur, nisi de his qua ad eorū negotium spectant: nec solus Inquisitor, vel dum visitat, vel dum aliter eos auscultat, esse debet; sed vel cum collega, vel saltem cum notario, vel alio fideli sacri officij ministro: quod tunc maxime obseruare debet, cū agendū est cū sceleratis quibusdā, & iniquis reīs, qui vndique calumniandi arripiunt occasionem, quod etiam cautum est Madriliana instructione anni MDLXI. cap. 1. 7.

In pri-

In capiendis reis quis ordo. seruandus.

Personæ insignes qualiter capiendæ in hoc crimine.

Personæ insignes inuito senatu quando capi possint.

Mandatum de capiendō reo dandum & qualiter.

Nō sunt omnibus reis pariter assignandi.

Rei non facile trāsferre di de vno cubiculo ad aliud. In primis vero id quoque custodiendum est, secū dum prouidum multorum peritorum Inquisitorum consiliū, ne rei ex vno cubiculo ad aliud transferantur, & cū alijs associetur: sed vincti, qui semel simul in vno conclauis clausi fuerint, vbi transferendi fuerint, simul etiam transferri conuenit: sic enim vitantur communicationes eorum, quæ intra carceres geruntur; nam experientia compertum est, reos ex vna societate ad aliam translatos, referre solere quæ ibi gesta sunt: at que hoc tunc maxime obseruandum est, quādo post translatos aliquos de vno conclauis, et vna societate in aliam, contingunt confessionum reuocationes: quare hoc velut præcipuum & maximum existimo præcauendum. cetera huc spectantia ab vsmagis quæ ab arte et præceptis nostris petenda sunt, præsertim cū sint quædā, quæ nō oporteat vel euulgare, vel docere, & sint Inquisitoribus satis per se nota.

De his autem qui in carceres ob heresim conijciuntur ad custodiam, donec causa eorum definiatur, questum est, an admitti debeant ad audiendam Missam, & ad alias orationes, quæ intra carceres dicuntur. Et Martinus Nauarrus in Manuali de oratione & horis canonicis c. 22. vbi hanc difficultatem ad vtrāque partem disputat, duo potissimū concludit, primū est, præfatos hereseos accusatos, vel inquisitos, non esse iure communi à Missa, nec ab alijs orationibus & sacramentis excludendos, plusquam alios accusatos & inquisitos, ob alia crimina excommunicationem annexam habentia. Alterum & postremū est, existimare se de re christiana fore, si prouideretur, vt qui causa fidei violatè conijciuntur in carceres, donec damnarentur, perinde ad sacramentorum & diuinorum participium admitterentur, ac alij ob crimina in bulla cænæ Domini prohibita capti. Atque hæc est veri docti & pijs sententia, quam multis rationibus probare nititur, quamuis libenter sanctissimi domini Papæ & prudentiorum sententiæ se supponat.

Ceterum omisso nunc eo capite, an de iure communi admitti debeant nec ne, breuiter dicimus, huiusmodi reos in carcerem coniectos, lite seu causa pendente, recte & prudenter per fidei iudices repelli ab audienda Missa & orationibus, quæ intra carceres Inquisitorum dicuntur.

Primum, quoniam ita hoc obseruat sacri tribunalis recepta consuetudo, quæ vt mox patebit, ratione non caret. Rursus res quodammodo horrenda fieri videretur, si illi ad hæc diuina mysteriamitterentur, qui pro sceleribus vel aduersus eadem, vel aduersus similia commissis capti detinentur.

Præterea, quoniam minora crimina, qualis est simonia, ab his mysterijs peragendis pendente lite excludit, c. accusatum, de simonia. & c. accusatum 2. q. 4. quod ex beati Gregorij Regesto desumptum esse videtur, lib. 5. epistola 3. vbi rescribens Maximo præsumptori & ecclesiæ Salonitang, quem per Simoniam ordinatum intellexerat, dicit ita: Peruenit itaque ad nos, quod per simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnū quāmaxime fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne missarum solemniam celebrare

Simoniacus à dicenda Missa excludatur.

Non sunt omnibus reis pariter assignandi.

debuisses: donec quid esset, verius potuissemus ad discere. hætenus Gregorius.

Ad hæc, excommunicatos vitare iubemur, vt est notissimum, c. nuper. extra de sent. excom. c. ad mensam. x. q. 3. cum multis similibus, ac magna præsumptio est, eos qui pro heresibus capiuntur excommunicatos esse, ergo tamen si inspecto communi iure ante sententiam vitare non teneremur, tutius tamen est, vt euitemus, cum plura argumenta suadeant eos tūc tales esse.

Item quia si vincti huiusmodi ad hæc audiendæ producerentur, (præterquam quod difficulter possent custodiri, præsertim vbi magna esset eorum multitudo) facile contingeret, vt saltem nutibus & signis complices, socij, & participes criminis sibi mutuo indicarent, qualiter esset iustum iudicium subterfugiendum, aut celanda veritas.

Postremo hæc Inquisitorum & sacri tribunalis consuetudo & receptus vsus, per quem isti ab audienda Missa repelluntur, prudentissima quidem & exquisitissima ratione nititur, quia cum in sancto officio non soleant comprehendere rei, nisi legitimis indicijs & sufficientibus argumentis precedentibus, videlicet receptis testibus & propositionibus qualificationis, & cum multa diligentia discussis, vt Abulensis quadam instructione anni MCCCXCVIII. cap. 3. & alia Madriliana anni MDLXI. c. 1. q. et 5. plene sancitū est, & tradit Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. assert. 1. nu. 12. & multis seq. et Simancas de catho. instit. tit. 16. nu. 1. et 2. inde consequitur aperitissime, vt rei ita comprehensæ et in carceres coniectæ, pendente iudicio, ab audienda Missa iuste arceantur: cum vtiq; per præcedentes probationes & ante habitas depositiones & informationes quasi notum & exploratum sit fidei iudicibus, reos illos comprehensos tales esse, quales denunciati sunt.

Et ex his non difficile potest responderi ad omnia argumenta, quæ pro contraria parte afferri possent: si quis enim pro alijs criminibus captus ab hæc audienda admittatur, non refert, quia minora sunt, nec solet per alios iudices ante capturam fieri tam diligens criminis inuestigatio.

Nec obstat si dicatur, quod per extrauagantem Martini V. solum tenemur euitare excommunicatos denunciatos, & manifestos percussores clericorum: nam tutius est, vt quos scimus aut præsumimus tales esse, euitemus, & hæc responsio nunc sufficiat, tamen si posset alijs modis responderi.

Item non est facile admittendum, quod pro aduersa sententia adducitur, videlicet, quia si rei carcerati admittentur ad supradicta, facilius confiterentur; quoniam non sunt adhuc id Inquisitores experiti: immo vero si non admittantur, videtur magis conserre ad expediendas reorum causas, quia hac ratione qui catholici & vere fideles sunt, facilius confitebuntur, & citius petent expediri, ne tanto tempore tantis bonis & suffragijs priuentur.

Immo vero frequenter Inquisitores hinc sumere possunt probabile signum & argumentum, aut culpæ aut innocentie ipsorum reorum: sunt enim quidam carcerati, qui tamen si multo tempore in vinculis contineantur, nihil curant, nec dolent, quod huiusmodi beneficijs carcant ac priuentur, quod eorum culpæ

In sancto officio non tenent comprehendere rei nisi si præcedat sufficientis in forma.

culpa indicium esse potest. alij contra se his privari...

Postremo non obstat si dicatur, plerisque ex his qui comprehenduntur...

Num. 3.

In quibusdam autem alijs partibus Episcopi habent ipsos carceres...

Carcer perpetuus inchoandus, & quare.

Quis ordo in eo servandus.

Cap. 79.

Cap. 80.

Inquisitores autem aliquoties in anno perpetuum carcerem visitabunt...

Quis observabit, an penitentes adimpleant penitentias.

verba: Observantia etiam penitentiarum curam proprijs eorum sacerdotibus committatis...

Mibi hoc consilium de committenda cura observationis penitentiarum proprijs sacerdotibus...

Postremo de commutatione pene perpetui carceris, seu de dispensatione est dicendum...

Quis sit tempus, post quantum tempus soleat in carcere perpetuo dispensari...

Quod si pena carceris irremissibilis fuerit imposita, elapso vel anno solet relaxari...

Qualiter autem de custodibus providendum, &c. Hec est postrema pars huius disputationis...

Ergo sine sit unus, sine duo carcerum custodes (tametsi hodie unus tantum esse soleat)...

al. commisit.

In carcere perpetuo qui dispensat.

Post quantum tempus in carcere perpetuo dispensat.

Num. 4.

Carcerum custos qui eligendus, & quid custodire debeat.

fere singularum inquisitionum sunt, petenda, inter qua hoc maxime observandum est...

Cetera huc spectantia tradunt Sylvester in sum. verbo, haeresis. 2. q. 7. nu. 9. Locutus in opere iudiciali...

QVAESTIO LX.

De iuramento notariorum & custodum carcerum.

Exagesima quaestio est: Vtrum Episcopi notarii, & eius carcerum custodes teneantur iurare...

Supra pag. 111.

Respondemus quod sic, iuxta c. Multorum. alleg. de haeret. in Clemen. in §. porro. de custodibus Inquisitorum...

De custodibus vero carcerum Episcoporum, dicitur ibi sic: Et quia saepe contingit Episcopos proprios habere carceres...

De notarijs sequitur sic: Notarij quoque inquisitionis coram Episcopo & Inquisitore vel substitutis ab eis...

COMMENT. CIX.

De iuramento prestando in sancto officio ab eius ministris generaliter sancitum est, ut tam Inquisitores ipsi, quam reliqui omnes officiales...

Custodes autem carceris coram Episcopo & Inquisitore iurabunt, quod in custodiendis rebus curam & sollicitudinem fidelem adhibebunt...

ter eorum alloquetur eos, nisi coram altero custode: quod nihil subtrahent ex alimentis...

De iuramento notariorum sancti officij similiter constitutum est, ut idem praestent iuramentum. non enim sufficit, quod quando notarij creati fuerint...

QVAESTIO LXI.

De quaestionibus & tormentis.

SUMMARYM.

- 1. Episcopus & Inquisitor simul tormentis exponere possunt.
2. Indicia ad torturam sufficientia sunt varietas & vacillatio.
3. Infamia cum vno teste de scientia.
4. Infamia cum indicij vehementibus vno, vel pluribus.
5. Testis de scientia cum vno vel pluribus indicij vehementibus.
6. Indicia plura vehementia seu violenta.
7. Infamia cum teste de scientia & indicij vehementibus.
8. Nullus torqueri debet ex sola infamia, vel propter unum testem seu indicium tantum.



Exagesima prima quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor possint aliquos exponere quaestionibus, & tormentis, & ex quibus indicij atque causis?

Respondemus, quod primum non est dubium, quin Episcopus & Inquisitor possint aliquos exponere quaestionibus & tormentis coniunctim, sed non diuisim...

Relat. supra pag. 111.

to, si sui adinuicem copiam habere valeant infra octo dierum spatium postquam se inuicem requirerint, non valebit.

In hoc autē quod negat, quod vnus non possit sine alio, concedit quod vnus possit cum alio.

De indicijs ad torturā.

Regula 1. Varius & vacillans torquenti potest.

Quibus autem indicijs, & causis sufficientibus possunt aliquos exponere quæstionibus & tormentis, non possunt perfecte atque infallibiles regulæ assignari: dantur tamen aliquæ. Prima regula est: quod si delatus de hæresi reperitur in suis confessionibus vacillans ac varius, negans tamen id, de quo principaliter inquiritur, quæstionandus est: vt patet in ijs, quæ notantur per Doctores in c. Cum in contemplatione. extra de regu. iuris. vide etiam de penis. Super his. & 5. q. 5. Illi qui. Nam præsumitur quod veritatem, quam nouit, vult celare: & quia non potest commode, vacillat & variat ad interrogatoria iudicis respondendo. Secus si crimen negaret in vna confessione, & post ductus penitentia & confessio, in alia fateretur. tunc enim non reputabitur varius, nec consequenter quæstionandus, sed penitens & condemnandus, iuxta c. Accusatus. §. licet perituri. de heret. lib. 6. Ad hoc facit not. in c. Litteras. de præsump. vbi prima facie videntur hæc litteraliter contineri.

Regula 2. Et contra quæ extat infamia & testis de scientia.

Secunda regula est: quod si quis reperitur de hæresi diffamatus, & cum hoc probatur habere contra se vnum testem de scientia, talis quæstionandus est, vt patet. 4. q. 3. c. Si testes. §. sepe. & cum notatis ibi. de testi. Sicut. quia vnus testis & fama dicuntur facere semiplenam probationem; immo vnus testis solus dicitur facere indicium competens, vt notat Azo in summa de quæstionibus. Nam hæc sunt duo indicia vehementia: duo autem indicia vehementia ad torquendum sufficientiunt, vt patet in his quæ notantur in c. Præterea. de testib. Et licet dicatur, quod testis vnus, est testis nullus; & dictum testis vnus, dictum nullus, verum est ad condemnandum, non autem ad præsumendum: quia licet duo, seu plures testes, & non vnus solus faciant probationem plenam, vnus tamen facit semiplenam, vt iamque superius est deductum. & hoc valet in ciuilibus: in criminalibus autem quamquam vnus testis semiplenam probationem non faciat, vt allegatur per Doctores. ff. de excu. tut. l. 2. † faciet tamen competens indicium, vt notat Azo in summa vbi supra.

† Notat ibi glossa in verbo legitimis. 3. Regula

Tertia regula est: quod si quis reperitur de hæresi diffamatus, & cum hoc probatur contra eum, vnum vel plura indicia vehementia aut violenta, talis quæstionandus est, vt patet: quia fama per se non est sufficiens, saltem quo ad quæstionandos clericos, notat Abbas in c. Grauis. de deposito. & dicit clericos non torquendos, nisi infames: secus si leue, vel leuia. Nam hic sunt plura indicia simul iuncta ad torquendum sufficientia, scilicet infamia, & vnum, vel plura alia indicia vehementia & fortia.

4. Regula

Quarta regula est: quod si quis reperitur super crimine hæresis habere contra se vnum testem de scientia, & cum hoc probantur contra eum vnum vel plura indicia vehementia aut violenta,

talis quæstionandus est. patet, & est dictum supra proxime in tertia regula: secus si leue, vel leuia. Nam in hoc casu sunt duo indicia ad torquendum sufficientia simul iuncta, scilicet, vnus testis de scientia, & vnum siue plura indicia de hæresi vehementia, aut violenta, vt dictum est supra.

5. Regula

Quinta regula est: quod si quis reperitur contra se habere plura indicia de hæresi vehementia & violenta, absque alia infamia, aut teste de scientia, talis est quæstionandus, vt patet ex prædictis: secus si leuia. Nam in tali casu sunt plura indicia ad torquendum sufficientia, scilicet, plura indicia de hæresi vehementia, aut violenta.

6. Regula

Sexta regula est: quod si quis reperitur de aliqua hæresi diffamatus, & cum hoc probatur habere contra se vnum testem de scientia, aut etiam vnum, vel plura indicia de hæresi vehementia aut violenta, talis quæstionandus est, vt patet ex præcedentibus. Nam in hoc casu sunt tria in genere sufficientia indicia simul iuncta ad torquendum, scilicet, infamia, testes de scientia, & plura alia fortia indicia.

7. Regula

Septima regula est: propter infamiam tantum, aut vnum testem de scientia tantum, aut vnus indicium vehemens, vel violentum tantum, nullus quæstionandus est:

nam nullum prædictorum indicatorum tantum, est sufficiens ad tormentum; & bene duo eorum vel omnia simul iuncta, vt patet ex præcedentibus: nam quæ singula non possunt, simul iuncta sufficientiunt, vt dictum est supra in quarta regula. de quo latius in summa Innocentii super hac materia compilata.

COMMENT. CX.

Nulla fere est in toto hoc opere hac utilior quaestio, nulla difficilius, nec quæ maiori & diligenti declaratione indigeat. In ea vero explicanda breuis commentarij sunt nobis metæ negligendæ, idque necessario; quoniam nisi ita fiat, obscurus remanebit hic locus, poteritque, quandoque, etiã mediocriter eruditos decipere, nisi cuncta singulatim declarantur declarabuntur autem, vt spero, multa facilitate.

Iam tota hac tractatio in duas potissimum partes est diuisa, in quarum prima docet, posse Inquisitores vnâ cum ordinarijs reos torquere; in altera septem regulis ostendit quando torquere liceat, ibi Quibus autem indicijs.

Et quantum ad primam partem attinet; olim in principio constitutę delegatę Inquisitionis, non videtur licuisse Inquisitoribus reos torquere ob periculum (vt credo) incurrende irregularitatis, sed tortura aduersus hereticos, aut suspectos per iudices laicos exercebat, nã in cõstitutione Innocentij III. incipiente. Ad extirpanda. §. teneatur præterea. ita scriptũ est: Teneatur præterea Potestas seu Rector omnes hereticos, quos captos habuerit, cogere citra mēbri diminutionē, & mortis periculũ, tantquam vere latrones & homicidas animarũ & fures sacramentorum Dei & fidei Christianæ errores suos expresse fateri, & accusare alios hereticos, quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures & latrones rerum temporalium accusare

Olim Inquisitores non torquebant reos.

accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt. hæc tenet ibi.

Cur statuti vt iudices si dei reos torqueant.

Ceterum cum hinc secreta sepius in hac causa reuelarentur, & non mediocria in fidem incommoda nascerentur, comodius postea & salubrius visum est statuere, vt cum totum hoc crimen mere ecclesiasticum esse, tota eius cognitio ac plena discrepatio ad Inquisitores pertineret: quæ cũ fieri saepe non possit sine quæstionibus, ideo cautũ est, vt Inquisitores & Episcopi possint reos huius criminis torquere: quod probant recentiora iura, quibus hic videtur Eymericus: concessitque; insuper illis est facultas, vt si contingeret quandoque irregularitatem contrahere, mutuo secum possent dispensare, vt patet in re scripto: Verba ni III. incipiente: Vt negotium. relato ab Eymericio supra par. 2. atque hoc iure nunc verimur, neq; modo vlla est controuersia, an Inquisitores possint reos torquere.

Num. 2.

Quibus autem indicijs & causis sufficientibus, &c. nõ possunt, &c. infallibiles regulæ assignari. Reffe plane loquitur: quoniam quando et quibus dari debeat tortura, & ex quibus indicijs et causis iudicium fere prudentię & arbitrio relinquatur, vt is pensata delictorum & personarum qualitate quæstiones adhibeat. Guido Suzaria tract. de indicijs & tortura num. 30. vers. quæ & qualia. & Bart. in l. vlt. ff. de quæstio. Salicetus in l. vlt. c. de quæstio. Panormitanus in c. cum in contemplatione extra. de regul. iuris. & alij.

Arbitrio iudicij relinquitur an & quando reus sit torquendus.

Quia vero hæc res vsu frequens est, & cognitio necessaria, vt in hac parte iudicibus fidei satisfaciamus obiter hæc spectantia in genere erunt a nobis afferenda, inde in specie ad indicia cũ auctore descendemus.

Præterquam reus torquetur, quid sit torquendum.

Primum ergo ad torturã non est accedendũ priusquam de delicto constiterit, seu in casu nostro de delicto, aut factõ hereticali: tortura enim non tam adhibetur ad inuestigandum factũ quam ad habendam veritatem ex ore ipsiusmet delinquentis, cũ factum vel dictum, quod dicitur esse commissum, diffidetur. ita & recte Franciscus Brunus tract. de indicijs et tortura par. 2. q. 5. nu. 10. quem sequitur Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 64. vers. debet autẽ index. & ceteri cõmuniter in hac autẽ causa de delicto cõstare dicitur ad hoc vt tortura possit infligi, cũ ad est semiplena probatio, vel sufficiens indicium ad torquendũ, iuxta id quod dixi supra in hac 3. parte super 3. modo terminandi processũ fidei. §. quare in hoc articulo.

Quando nõ torquendum.

Rursus, si delictum aliter quam per torturam probari potest, ad torturam accedere non debemus: quoniam regulariter non deuenitur ad torturam nisi in defectum aliarum probationum. est enim tortura subsidium quoddam extremum ad inueniendam veritatem: quamvis hodie de sanguinariõrũ quorũdam iudicũ consuetudine, facile non expectatis alijs probationibus, ad torturam protinus accedatur, in quo grauissime erratur. Angelus. l. fi. num. 4. c. de quæstio. Boerius decis. 163. incipien. An per torturam. num. 1. Marsilius in l. 1. in princip. num. 7. ff. de quæstio. vbi hæc fatetur esse communem opinionẽ, quam & ceteri Criminalistæ vno ore sequuntur, & Panormitanus in c. cum in contemplatione. q. 2. de regul. iuris.

In delictis

Ex hac vero proxime dicta doctrina cõsequitur,

in delictis manifestis torturam fere non habere locum, sed in occultis, cum occulta delicta sint difficili probationis, ideoque facilius in occultis quæstio vsurpatur, quam in manifestis. et hæc opinio communis etiam est, & vsu recepta. Iteus in l. 1. §. firmit. num. 75. ff. ad senatusc. Syllania. Bald. in l. nemo. c. de Episc. audient. quod sequitur, & multis modis atque exemplis illustrat Franciscus Brunus tract. de indicijs & tortura par. 2. q. 8. nu. 2. pro qua sententia facit textus in l. vlt. c. de quæstionibus, ibi: Et ex his ea quæ occulta sunt, reuelari, vnde cum crimen hæresis maiori ex parte sit occultum, cum in intellectu consistat, in eo frequenter tortura locum habebit, vt quid reus credat intelligatur, tamen si de eo constare dicatur quando ad sunt exteriora indicia sufficientia ad torturam infligendam, vt paulo antea dicebamus.

manifestis tortura raro habet locũ.

Ad hæc priusquam ad torturam deueniamus, indicia præcedere oportet: quoniam regula communis est, nõ esse à tortura inchoandũ. l. 1. ff. de quæstio. tradit Thomas de Piperata Bononiensis Bartolo vetustior, tract. de fama, nu. 58. Zasius cons. 19. nu. 3. l. lib. 1. Bologninus in additionibus ad tractatũ de tormentis Guidonis de Suzaria nu. 29. & hæc testatur communem esse sententiã Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 64. vers. dixi etiã. Itaq; tunc demũ ad torturam est deueniendum, cum suspectus est reus, & cum multis argumentis vtgetur.

Indicia præcedant torturam.

Iam indicia ex quibus reus torqueri potest, probata esse debent, vt vere tradit Marsilius in pract. crim. §. diligenter. & in l. 1. §. idem. ff. de quæstio. estque communis etiam conclusio, vt testatur Ioannes de Ami. cons. 127. nu. 10. vbi vere addit, quodlibet indicium, siue adminiculũ per duos testes ad minus esse probandum. idem tenuit iam antea Bartolus in l. fin. nu. 7. ff. de quæst. & probat plenissime Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 22.

Indicia ad torquendum probata esse debent.

Itẽ indicia ex quibus reus torqueri possit, legitima esse debent, & à iure approbata, vel saltẽ cõmuni uoto à magnis Doctoribus recepta, nã ex alijs indicijs, inter quæ leuia cõputantur, nemo torqueri debet: sed hæc qualia sint, dicam paulo post cum Eymericio. Vbi ergo præcedentes regulæ fuerint obseruatę, ad torturã erit deueniendum, iuxta eum ordinem et ritũ, quẽ accuratissime prescripsit Eymericus 3. par. in 3. modo processum fidei terminandi. super quo dixi multa, quæ hanc quæstionem illustrant.

Indicia sint legitima.

Solent à nostris gradus torture quinq; numerari, eo ordine quo infliguntur, quos omitto, quia cuiq; sunt obuij et patet, tradunturq; singulatim à Paulo Grillãdo tract. de quæstio. q. 4. num. 11. & à Iulio Claro in pract. crim. §. fin. q. 64. vers. nũc de gradib. & retulit etiam Locatus in opere iudiciali verbo, tortura. & alij.

Gradus torture.

Qualia tormentorum genera vsurpari debeant, non est iure cautũ, ideoque arbitraria sunt, potestque iudex id tormẽti genus imponere, qd sibi ad veritatem eruendam commodius videatur, iuxta qualitatem persone & indiciorum, dummodo id caueat diligenter, ne insolita tormentorum genera adhibeat, sed ea tantum quæ vsu iudicantium prudenter recepta sunt, vt pulchre et vere more suo explicat Antonius Gomez to. 3. maria. resolnt. c. 13. num. 5. Funis seu

Qualia tormentorum genera vsurpanda.

seu (vt vulgus loquitur) chorda tormentum hodie ubiq; frequens est, a quo non est recedendum.

Varia tormēta excogitata

Non tamen defuerunt qui plura excogitauerint tormentorum genera, vt Marcellus in repetit. l. 1. ff. de questio. in princip. vbi quatuordecim species tormentorum enumerat, additq; se alia inuenisse, vt somni subtractionem; quem laudat Paulus Grillandus tract. de quest. q. 2. quorum multos torquēdi modos commemorat Locatus in opere iudiciali verbo, tortura. nu. 3. ceterum, vt ingenue dicā quod sentio; hęc tractatio de nouis tormentis excogitandis carnis est potius & crudelium, quā iure consultorum et theologorum; ideoque consulto existimo omittebam.

Tortore reos res laudabili.

Laudo equidem consuetudinem torquendi reos, maxime his temporibus, quibus facinorosi vix vllis cruciatibus delicta cōmissa fatentur: immo sepe multi, quorum insignis est audacia & impudentia, vltro delinunt cum spe superandi tormenta, quę per maleficia euitant, vt docuit cū Eymérico supra super 3. modo processum fidei terminandi. s. aliqui sunt etiā maleficiati, at vehementer reprehendo sanguinarios iudices, qui vt vanam & inanem, nescio quam gloriā aucupentur, noua genera tormentorum contra ius & fas misillis reis imponunt, ita vt pręsentia aut deficiant in tortura rei, aut membra rumpantur, ita vt in perpetuum reddantur inuitiles. id quod grauius etiam reprehendit Antonius Gomez to. 3. varia. resolutio. c. 13. nu. 5. V sitatus ergo modus nec periculosus in tormentis retineatur, & Christiani iudices habeant illa Iuriconsulti verba ante oculos in l. questiois modum. ff. de questio. videlicet: Itaq; quæstionem habere oportet, vt seruus saluus sit. vel innocentia, vel supplicio. quod recte quoq; admonuit Panormitanus in c. cū in contemplatione. q. 3. nu. 4. extra de regul. iuris.

In crimine heresis omnes priuilegiati torquētur & quare.

His constitutis, quę in genere ad indicia & tormenta spectant, nunc ad personas quę torqueri possunt, accedamus: & quamuis in alijs causis & delictis quędam sint exceptę personę, veluti doctores, milites, decuriones, nobiles, bonumq; filij, item impuberes, id est, minores quatuordecim annis, item senes, & si qui sunt similes. l. milites. l. diuo Marco. l. decuriones. C. de decurio. l. 3. s. pœna militum. ff. de re milit. vbi copiose Doctores. quod omisiss ceteris tradunt eleganter Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 13. num. 3. & seq. & Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 209. incipien. Torqueri non possunt.

In hoc tamen hæreticos grauisimo et horrendo crimine, nullū priuilegium, aliquam personam tuetur, sed omnes torqueri possunt. l. 4. C. ad l. Iuliam maiestat. l. etsi excepta. C. de malef. & mathe. Angelus tract. de malef. verbo, fama publica. Couarruias lib. 2. varia. resolut. cap. 9. nu. 4. Paulus Grillandus tract. de questio. & tortura. q. 6. circa finē. Antonius Gomez & Ioannes Rojas locis præcitatiss. Simancas de catho. instit. tit. 65. nu. 44. et seq. et ratio potissima est fauor fidei. interest enim plurimū reipub. hæresis detegi crimen, vt coerceatur, ne dū latitat, inficiat & corū pat fideles. Rursus etiam, quoniā si prefata priuilegiatę personę ob crimē læsa maiestatis humana torquētur, vt probat proxime cita-

ta leges, multo magis torqueri debent ob hæresim, cū longe sit grauius diuinam quā humanam offendere maiestatem. c. vergentis. de hÿret.

De clericis, monachis, & ceteris religiosis personis idem iudicium est: dummodo memineremus, & ob periculum excommunicationis, si grauius torqueretur & lederentur, et ob dignitatem ipsam, qua decorantur leuius & mitius torqueri debere, nisi delicti enormitas, & indiciorum grauitas acriorem torturam infligendam suaderent.

Illud addit Simancas de catho. instit. tit. 65. nu. 50. clericos non debere torqueri a torture laico; nisi forte clerici non possint inueniri, qui id facere velint, aut sciant, et hæc sententia multum mihi probatur si seruari commode possit. Verumtamen vstitatū est iā & communiter receptum, vt a ministris laicis clerici torqueantur.

Sed quantum pertinet ad hunc locū de torquēdi clericis, eum pulchre & copiose persequitur Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. c. 117. quem omnino videas, vt in hac re cautius agas.

Quod autem paulo antea dictum est de personis torqueri prohibitis, quas in hoc crimine torqueri posse ostendimus, verum est, cū torqueri prohibentur ob dignitatem, vel priuilegium: secus si ob atātē, senectutem, vel paruum periculum sint torqueri prohibiti; quoniam tunc nec in hoc crimine, nec in alijs exceptis torquebuntur, vt optime docet Antonius Gomez to. 3. varia. resolut. c. 13. nu. 3. circa hos tamen quid exerceri possit, tradidi supra in hac 3. parte super 3. modo processum fidei terminandi. s. scio quęstionem cum aliquot seq.

Minores vero 25. annis ob hæresis suspiciōē torqueri posse explorati iuris est, vt tradit etiā Simancas de catho. instit. tit. 65. nu. 45. minor autē 14. annis torqueri non potest, sed terri, & ferula cædi, vt dixi in præcitato commentario.

Postremo, quod de personis quibuscunq; torquendis diximus in hoc crimine, idem etiam locum habet in quibuscunq; locis, in quibus vel ob antiquā consuetudinem, vel ob leges municipales nullus ob delicta torqueri solet, vt in Augusto & semper catholico Aragonum regno, vnde mihi generis origo est, in quo nō potest per iudicē in delictis imponi tortura, vt agnouit etiā Antonius Gomez to. 3. varia. resolut. c. 13. nu. 1. nam fauore fidei etiā in hoc regno quicunq; etiā priuilegiati ob suspiciones heresis torquebuntur; neq; enim tātum debet cuiuscunq; loci præualere immunitas; vt ea in fidei præiudicium quādoque conuertatur.

His ita constitutis, quę sunt velut fundamenta futura disputationis, nunc ad indicia & causas, ex quibus ad torturam deueniri possit, vnd cum Eymérico accedamus.

¶ Prima regula est, Quod si delatus de heresi reperitur in suis confessionibus vacillans, &c.] Hęc prima regula, quod per variationem delinquentis sumatur iudicium ad torturam, pugnare videtur cum regula septima eiusdem questionis, in qua dicit auctor propter vnum iudicium neminem esse torquendum: variatio autem vnum est iudicium. Rursus, ob indicia a crimine remota nullus videtur torquendus, variatio autem iudicium videtur a crimine satis

Religiosi mitius torquentur.

Clerici a torture laici.

Que per hanc in hoc crimine non torquentur.

Que conuenire debeant vt reus per variationem torqueatur.

In quibuslibet regnis etiam Aragonie, tortura loci habet in causa hæretica.

Num. 2.

An variatio sit iudicium sufficiens ad torturam.

fatis remotum: quare dicendum videtur variationē, seu vacillationem delinquentis non facere iudicium ad torturam, & hanc sententiam vocat communem Carrerius in pract. crim. nu. 119. vers. quintum iudicium est. vbi asserit solam variationē, aut mendaciū, aut pallorem, titubationem, trepidationem, & id genus alia, quę coram iudice fiunt, non facere iudicium ad torturam, sed quandam suspiciōem, cum hoc sit remoriū iudicium. idē tenet Marcellus in practi crim. s. diligenter. idem consil. 51. Grammaticus decis. 34. incipien. In presenti. Ioannes de Ami. consil. 134. & alij quos ibi Carrerius refert.

Qui dixerit variationem sufficere ad torturam.

Verum de diuerso variationem esse sufficiens iudicium ad torturam, profertur hoc loco Eymericus, idē docuit supra in hac 3. par. tit. de cautelis Inquisitorum contra hereticorum vacillationes, cautela 6. nu. 104. eandem sententiam tenent Gondissalvus tract. de hÿre. q. 13. n. 6. Guido de Suzaria tract. de indicij & tortura, vers. qua & qualia. nu. 33. Franciscus Brunus tract. de indicij par. 1. q. 3. n. 30. Marcus Antonius Blacus tract. de indicij n. 220. et alij qui hos sequuntur. & hanc dicunt fuisse sententiam Baldi in l. multum interest. & Bartoli in l. de minore. s. plurimum. ff. de quest. tametsi quidam dubitent, an Bart. ita senserit, nec ne.

Que conuenire debeant vt reus per variationem torqueatur.

Ex his videtur valde difficile definire, quid sit in tanta controversia inter tot viros graues statuendū, ne quid tamen parum explicatum, aut indecisum relinquantur in hac frequēti & quotidiana tractatione, ita mihi videtur sentiendum: Quotiescunq; res, de qua agitur cum reo, talis est, circa quam exiguo temporis spatio obliuio cadere non facile præsumitur (quod arbitrio iudicis relinquitur) & reus non est omnino stupidus, aut obliuiosus, si vel in eadem confessione, vel in diuersis vacillet et variet, torqueri ob id poterit.

Sed in hoc articulo vltra variationem, sequentia videntur debere concurrere. Primum, & variatio, vacillatio, seu mendacium committatur circa substantialia delicti, de quo quæritur. ita tradit valde singulariter, & iudicio nostro vere, Partis de Puteo in tract. syndacatus verbo, tortura. lo primo. vers. viso de indicij, quem sequitur Carrerius in pract. crim. nu. 119. & 120. vbi addit solam variationem nō facere iudicium, nisi & alia concurrant, de quo paulo post dicam. Hos refert Iulius Clarus in pract. crim. s. fin. q. 2. 1. vers. mendacium. & hanc sententiā prudētissime indicat hoc ipso loco Eymericus, dum ait: Negans tamen id, de quo principaliter inquiritur, quæstionāduus est. quare variatio circa extrinsecas quasdam & remotas delicti circumstantias nullo modo est sufficiens iudicium, seu causa ad infligendam torturam.

Rursus, præter variationem & mendaciū, necesse est quod alia signa delicti commisi a vacillante interueniant, vt quia, verbi gratia, reus aliā suspensus est de heresi, vel infamatus, quod id crimen commiserit, de quo interrogatus vacillat. ita Iulius Clarus præcitato loco. & Simancas de catho. institut. tit. 65. num. 33.

Et hanc sententiā ita explicatam appellat communem Plotus in repetit. l. si quando. num. 886. & ita est intelligendus hoc loco Eymericus: quod in hoc

crimine semper contingit, cum nemo in carcerem cōijciatur, nisi magna de delicto commissio præcesserint indicia. Si quis ergo huius criminis reus, dum legitime interrogatur, vacillet, peieret, mētiatur, vt prædiximus, ob id ad torturam rari poterit.

Quam ob rem sola variatio, aut titubatio, aut pallorem, nisi & quę tradidimus, concurrant, nullo modo sufficiunt ad torturam; nam verecundia, timor, periculi magnitudo, rei nouitas, iudicium auctoritas, ira, dolor, recordatio futurę infamie, & ceterę animi perturbaciones, ita sepe rationem impediunt & perturbant, vt sepe etiam sapientissimi & prudentissimi viri aliena loquantur. quam ob rem diligenter est perscrutandum, an & quando deceat ex hoc indicio ad torturam infligendam accedere, hominibus facinorosis, quibus familiare est vti fraudibus ad occultandam veritatem, facilius ob variationem infligenda tortura erit.

Causa cur reus læpe vacillat.

¶ Secunda regula est, Quod si quis reperitur de heresi diffamatus, &c.] Hęc regula secunda nullam habet dubitationem; nam si fama sola quandoque, & vnus solus testis aliquando faciunt iudicium ad torturam, vt in septima regula dicemus, plane ambobus simul iuncta plenissimū faciunt iudicium. & quod hic docet Eymericus, probat satis aperte textus in c. præterea. de testibus. glossa in l. 3. verbo, cōiunctus.

Num. 3. Fama & vnus testis simul sufficiunt ad torturam.

C. ad legē Iuliam maiestat. vbi Cynus, Bartolus, Albericus, Baldus, Salicetus & Doctores communiter textus in l. de minore. s. tormenta. vbi glossa, Bartolus & cōmuniter Doctores. ff. de quæstio. probat plane & efficaciter Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 13. nu. 7. & 10. & Carrerius in pract. crim. nu. 110. & 111. & alij quos in re facili omitto. ergo si quis, verbi gratia, hereses Lutheranorum secutus, imagines Sanctorum visus fuerit ab vnico testis conculcasse, fregisse, aut delensisse, simulque orta fuerit fama de hoc delicto contra eum, isque coram iudicibus fidei neget, proculdubio ex dictis illius testis & fama, rari poterit ad quæstionem. ac talis quidem est hoc loco EymERICI doctrina, quę cōmunis est, & certissima, & tutissima.

¶ Et hoc valet in ciuilibus; in criminalibus autem quamquam vnus testis semiplenā probationem non faciat, &c.] Sententia EymERICI hoc loco est, in ciuilibus causis vnum testem omnī exceptione maiorem facere semiplenam probationem; in criminalibus autem non facere nisi solum iudicium.

Num. 3.

Ceterum nō video quomodo eum hic tueri possim; nam communis opinio est, vnum testem fidedignum & omnī exceptione maiorem deponentem de facto, seu delicto per visum, vel alium sensum corporeum, ita vt concludat, etiā in criminalibus semiplene probare. glossa in l. admonendi. ff. de iureiurando. verbo, exacto. & ibi Bart. nu. 36. & communiter Doctores, & præcipue Iafon in 2. lectura num. 92. glossa in l. in bone fidei C. de rebus credit. verbo, decidi oportet. circa medium. & ibidem Baldus & communiter Doctores. glossa in l. 3. C. ad legem Iuliam maiestat. verbo, conuictus. & ibi cōmuniter Doctores, quod refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 12. num. 2. circa finem. idem testatur Zabarella consil. 9. incipien. In facto domina Bayetæ. num. 7. & alij.

Vnus testis idoneus i criminalibus semiplene probat.

Vnus testis idoneus sufficit ad torquendum.

Atque ex his amplius infertur vnum testem tantum, &c. qualem nunc descripsimus, facere etiam sufficiens indicium ad torturam, vt paulopost etiam indicabo in septima regula.

Cum vero hoc loco in fine huius regula Emericus dicit, vnum testem tantum facere comperes indicium, intelligendum est ex sententia eius ad inquirendum, non ad torquendum: ne sibi sit contrarius, cum in regula septima dicat, vnum testem tantum non sufficere ad torquendum: nam communis regula est, vnicui testem ad inquirendum sufficere, vt testatur Iulius Clarus in pract. crimi. s. in. q. 21. vers. vnus testis. sed hęc amplius in sequentibus suis locis explicabo.

Num. 4.

Fama est a lijs grauibz indicijs sufficit ad torquendum.

¶ Tertia regula est, Quod si quis reperitur de heresi diffamatus, & cu hoc probatur, &c. Hęc etiam regula est apertissima & verissima, videlicet, famam de delicto commissio contra aliquem ortam, iunctam cum alijs grauibz indicijs sufficere vt quis torqueatur. Verbi gratia, publica fama est legitime per duos testas probata, Bucerii male sentire de Eucharistia sacramento, & hanc famam comitantur alia indicia legitime etiam probata, exempli gratia, Bucerium raro interesse Missę sacrificio, quo tempore de Ecclesia precepto iubetur interesse; aut per vnu testem conuincitur in vniuersum male sentire de Ecclesie sacramentis: profecto hoc casu torqueri poterit. Et ratio huius regule est, quia fama alijs administriculis corroborata, sufficiens est indicium ad torturam. Gratius consi. 57. nu. 3. lib. 2. & hanc sententiam testatur esse communem Iulius Clarus in pract. crimi. s. in. q. 21. vers. fama sola. & Carrerius in pract. crimi. vers. secundum indicium. num. 111. vbi plures afferunt huius sententia assertores, quos gratia breuitatis omitto.

Num. 4. Abbas anti qui tertia de non torquendis etiam si infamati.

¶ Et dicit clericos no torquedos nisi infames. Ex dicto Abbatis antiqui, cuius hoc loco meminit Emericus, colligimus, quod si huius loci sententia, Abbas enim antiquus in cap. gratis. de deposito, vt refert ibidem Panormitanus num. 6. vers. nota vltima dicebat se nunquam reperisse, quod clericus possit torqueri nisi sit infamatus, quoniam alia concurrant indicia. & hęc sententia communi multorum in scripturis iurisperitorum voto recepta est, quos refert & sequitur Bernardus Diaz in pract. crimi. cano. cap. 117. idemque regula 125. incipiente: Confessus de crimine. inertia sublimitatione. quod ipsius probat latissime Carrerius in pract. crimi. num. 161.

Clericus in hoc crimine etiam non infamatus torquendus.

Et quamquam hęc sententia benigna sit, & plerumque clericis faueat; nihilominus verior videtur aduersu opinio, quam sequitur Panormitanus in dicto cap. gratis. de deposito. num. 6. & Alciat. in cap. 1. de officio ord. nu. 43. & Simancas de catho. instr. tit. 65. num. 48.

Et tamen si plurimi priorem illam sententiam sequantur; ea tamen nulla certa ratione nititur, nec iure probatur, vt optime monuit Panormitanus precipitato loco, hęc vero posterior rationibus non vulgaribus nititur, quas Simancas paulo ante relatus commemorat: quibus adde iniqui videri & valde a ratione remotum, si in causa fidei iustissimis & euiden- tibus indicijs concurrentibus non posset torqueri clericus, nisi & infamia laboraret. quare torquetur

A ille quidem sicut & ceteri laici ex legitimis indicijs precedentibus; mitius tamen & rariius, vt supra diximus. S. de clericis. cetera ad hanc regulam spectantia amplius in sequentibus declarabuntur. ¶ Quarta regula est, Quod si quis reperitur su per crimine heresis habere cotra se vnum testem de scientia, &c. Hęc regula etiam est certissima et plusquam manifesta: quoniam cotra opinionem est, vt in secunda regula diximus, vnum testem etiam in criminalibus facere semiplenam probationem, & per consequens facit indicium sufficiens ad torturam: quare multo magis indicium faciet, si cum teste concurrant alia indicia vehementia aut violenta. quod exigit hoc loco Emericus, non quod aliter res transigi non possit, sed quia auctor securiora docet.

Num. 5.

Vnus testis cum grauibz indicijs sufficit ad torturam.

Itaque vnus solus testis de vna sine scientia, vt quia verbi gratia, audiuit Lutherum dicentem, non esse purgatorium; aut vidit Lutherum imagines sanctorum delentem, & similia, si sit fide dignus seu omni exceptione maior, cui nihil opponi possit, quauis nulla alia indicia concurrant sine vehementia sine leuia, sufficiens indicium facit ad torturam. Romanus cof. 451. incipien. Quaedam mulier. num. 4. Clarus in pract. crimi. q. 21. vers. vnus testis. & hanc sententiam vocat communem Antonius Gomez tom. 3. varia. resol. cap. 13. nu. 7. tenet etiam Carrerius in pract. crimi. nu. 110. vers. primo maius indicium. quibus omnino censeo subscribendum.

Vnus testis fide dignus cum grauibz indicijs sufficit ad torturam.

Non dubito tamen posse quandoque indices a tortura abstinere, etiam si adsit vnus fidelis testis dictus, quando reus eius est qualitatis & probitatis, vt facile delictum presuasi non possit: tunc enim tutius erit obseruare ea, que postulat Emericus in hac regula, que verissima sunt & securissima.

¶ Quinta regula est, Quod si quis reperitur contra se habere plura indicia, &c. Marcus Antonius Blancus tract. de indicijs. num. 10. loquens de vario genere indicatorum, ita habet: Distinctio autem indicatorum leuium, & indicatorum grauium cognoscitur hoc modo: nam si frequenter & facile hoc ab illo contingit abesse, tunc est leue indicium: si autem frequenter & facile contingit adesse, tunc est graue indicium. hęc ille. his consentit quod diximus supra par. 2. super q. 55. vbi habes plenissime explicatum quidquid attinet ad cognoscenda indicia, suspiciones seu presumptiones leues, vehementes, & violentas: quibus adde Locutum in opere iudiciali verbo, suspicio. nu. 9. & multis sequentibus.

Num. 6. Quę sunt leuia indicia, quę graua, & quę violenta.

Et de culpis vnde oriuntur violenta indicia de heresi, habes locum insignem in concilio Narbonensi cap. 29. quod retuli supra parte 2. super quest. 50. §. factis autem.

Cognitis ergo culpis, factis, seu dictis, vnde indicia vehementia, aut violenta contra aliquem de heresi oriuntur, facillimum erit percipere, quod hoc loco tradit Emericus, cuius doctrina talis est: ex vehementibus, aut violentis indicijs torqueri aliquis potest, absque infamia, vel testibus.

Ex indicijs vehementibus aut violentis torqueri potest reus.

Hęc sententia verissima est, & communis, quam probat Bartoli doctrina in l. si. ff. de quest. nu. 6. que sequitur Marcus Antonius Blancus in tract. de indicijs. in 6. premissis num. 39. cum multis sequentibus.

¶ Sexta regula est, Quod si quis reperitur de infamia sola quod sufficit ad torquendum, vt dicemus, & solus vnus testis, & solum vnum indicium propinquum vehementis, multo magis sufficiens hęc omnia simul iuncta, quod patebit amplius ex his que proxime dicemus.

¶ nu. 178. & ceteri communiter Criminalistę. nam si vnum tantum indicium vehementis, seu violentum, propinquum tamen & cum crimine coniunctum sufficiens facit indicium ad torturam, vt plene probabo in vltima regula, & tradunt præcitat; multo magis facient duo vel plura simul iuncta, & de hac re nulla est dubitatio.

A & singul. 97. & 205. Thomas Grammaticus decif. 34. incipien. In present. nume. 52. & alij plurimi, quos refert & sequitur Petrus Duchas in regula 301. incipien. Fama in criminalibus. in prima limitatione. & hęc sententia sepe locum habere poterit, vt ex tradendis patebit.

Fama vehementis, quę dicitur.

Sed tota difficultas posita est in cognoscendo, quę dicatur fama vehemens. & Marsilius in l. de minore. §. plurimum. nu. 30. & Grammaticus in dicta decif. 34. nu. 53. ex Baldo dicunt arbitrio iudicantium relinquendū esse, quādo dicatur fama vehemens: quod nos libenter amplectimur; verum declarandum putamus in gratiam lectoris, ne quis temere arbitrata suo famam vehementem esse facile pronuntiet.

Ergo si a fidedignis personis orta sit, si frequēs sit, si ob id quis vicinā, amicisue, aut viros probos, & plures scādalizauit, & alijs quibusdam modis, quos retuli supra in hac 3. par. super 2. modo processum si dei terminandi. §. sed queret quispiam. malam de se opinionem seminauit; is vehementer diffamatus censendus erit, & ob id torqueri fortassis iuste poterit.

Ad hęc, sola fama indicij sufficiens præstabit ad torturam. cum reus, de quo mala fama inualuit, aliās erat malę opinionis & fume, malę vitę, & malis moribus præditus. Gandinus tract. de malef. in rubri. a quo vel a quibus possit fama incipere. nu. 12. Augustinus Arimincnsis apud Angelum. tract. de malef. verbo. q. fama publica. nu. 44. quos refert & sequitur Petrus Duchas in dicta regula 301. incipien. Fama in criminalibus. in 3. limitatione. quibus in hoc crimine propterea libētius censeo subscribendū; quoniam qui deprauatis sunt moribus præditi, facilius in errores & hereses labuntur, quā alij, & præsertim in eas, quę oriuntur ab eo vitio, quo sunt irrecitati: nam intemperatissimi, & ad vncem multum procliuēs facilius inducuntur ad credendum simplicem fornicationem non esse peccatum. vnde aduersus tales ob solam infamiam, legitime tamen probatam, poterit Inquisitor ad torturam accedere.

Fama cũ fit ga sufficit ad torturam.

¶ Præterea, quando simul cũ fama adesset fuga de linguētis, is torqueri posset. authen. de exhiben. reis. §. si vero. authen. de sanctissimis. §. si quis autē. Bartolus in l. fin. ff. de questio. Gratius conf. 48. n. 8. volum. 2. Ioannes Imola, & ibi Felyn. nu. 6. in c. nullus. de presumptio. immo Antonius Gomez. tom. 3. varia. resol. cap. 13. nu. 10. vers. quartum indicium. addit, solam fugam post delictum commissum sufficiens indicium esse ad torturam, quod qualiter intel- ligi debeat, pulchre docet Carrerius in pract. crimi. nu. 112. vers. tertium indicium.

Item, fama cum dicto cruce signati seu familiaris sancti officij, seu cuiuslibet alterius catholici contra aliquē sufficiens facit indicium ad torturam. Bartol. conf. 191. incipien. Domino paci. Paris de Putico in tract. syndicat. verbo. an fama nu. 3. & Marcus Antonius Blancus tract. de indicijs. nu. 315. & alij. Quod & verum est, quamuis hoc non præstet sola fama, cum dictum vnus (quem syndicum sine officialem vocant præcitat) quasi testis superaddatur.

Fama cũ dicitur vnus sufficit ad torturam.

Iam sola fama dicitur facere plenum indicium ad torturam, cum originem habuit ab honestis personis & fide dignis. Marsilius in dicta l. de minore. §. plurimum, num. 30. ff. de questio. Salycetus in l. ea quędem.

Fama a fide dignis orta sufficit ad torturam.

¶ Septima regula est, propter infamiam tantū, &c. Hęc postrema regula ceteris lucem affert: nam in ea declarat qualiter superiora sint intelligenda. verum que proponuntur in ea valde disputabilia sunt, in primis vero vtilia, & vsu frequentia: & ppea singularem cuncta explicabo, ne quis obcurritati, aut dubitationi locus in hac tractatione relictus esse videat.

Primum ergo dicit, Propter solam infamiam neminem esse in hoc crimine torquendum. Quę sententia & vera, & cotra est: nam sola fama, seu infamia in criminalibus no facit indicium ad torturam. Bartolus in l. milites. C. de questio. Antonius de Butrio & communiter Doctores in c. veniens. el primo. de testibus. Ioannes And. in additio. ad Speculat. tit. de probatio. §. videndum. ad nu. 19. verbo. sciāt. Angelus tract. de malef. verbo. quod fama publica. nu. 41. Panormitan. cap. 1. nu. vlti. de purgatio. cano. & hanc opinionem vocat communem Marsilius singula. 97. incipien. Fama sola. & Iason in repetitio. l. admonendi. nu. 251. ff. de iur. iuran. & ceteri quos refert Petrus Duchas in regula. 300. incipien. Fama in criminalibus. fallentia. 4.

Verum hęc communis opinio quandoque fallit: nam primo sola fama, seu infamia sufficere dicitur ad torturam, quando est vehemens. ita expresse cōcludit Bartolus in consil. 191. incipien. Domino paci. quod sequitur Baldus in c. 1. §. iniuria. de pace iuramento firmanda. in vsibus feudo. Felyn. in c. veniens. 1. de testibus. nu. 15. Marsilius in pract. crimi. s. diligenter. nu. 19. idem consi. 3. nu. 6. & consi. 49. n. 65.

Num. 7. Ex multis indicijs torquendus.

Num. 8.

Ex sola fama nemo torquendus.

Ob solam famam quādo quis torquendus.

dem. C. de accusatio. Franciscus Aretinus in dicto c. veniens. nu. 3. de testibus. Paulus Parisius consil. 13. incipien. In causa ista. nu. 1. volu. 4. facit textus in c. cum in iuventute. de purgatio. cano. hoc ipsum profertur expressus Hippolytus Marsilius consil. 3. incipien. Saep ac sepius decreui. nu. 5. et ratio esse potest, quoniam persona honesta et integra, a quibus fama duxit initium (iuxta ea quae in superioribus tradidimus) vehementem famam faciunt; ex vehementi autem fama torqueri reus potest, ut ostendimus paulo ante. s. verum hec.

Fama orta si mul cu delicto an sufficiat ad torturam.

Denique sola fama indicium faceret ad torturam quando orta esset contra aliquem a personis fide dignis, cum primum delictum est commissum; verbi gratia, si cum combusta est Ecclesia, aut Sactorum imagines delectae et fractae, aut violata sacramenta, proinus nec temere, nec abstulit oritur fama, Buceru id fecisse; tunc is et capi poterit et torqueri: quoniam fama statim cum commissio criminis orta, crimini inesse videtur. ita Gandinus tract. de maleficijs tit. de quest. et tormentis, num. 39. vers. sed de vno quero. quem refert et sequitur Franciscus Casonus tract. 8. de indicijs ex dicto in delicto, seu post delictum, cap. 2. num. 2. et alij.

Verum plurimum in hoc casu pendendum existimo a quibus fuerit orta fama; item an verisimiliter is qui infamatus est, id delictum committere potuerit: nam ut in eodem exemplo persistamus, si Bucerus male putabatur prius de sacris imaginibus sentire, si raro visus est eis caput aperire aut reuerentiam exhibere, forte torqueri poterit. itaque ne quid durius dicam, tunc crederem ex fama orta contra aliquem, quamprimum fuit delictum commissum, ad torturam posse deveniri, quando alia concurrerent adminicula, aliq; coniecturę verisimiles precessissent: quod arbitrio prudentis iudicis arbitror relinquendum. [Aut unicum testem de scientia tantu.] Ex his que diximus supra super secunda, et quarta regula sit perspicuum, unicum tantu testem omni exceptione maiorem id est, talem cui nihil opponi possit, facere sufficiens indicium ad torturam, tum quia etiam in criminalibus facit semiplenam probationem; tum quia qui dicto vnus testis vrgetur, grauius est de crimine infamatus apud iudicem competentem: et propterea absque vilo erroris periculo torqueri potest, et hec est comunis opinio, ut ait Ruinus consil. 147. lib. 5. quam tenet alij, quos refert et sequitur Iulius Clarus in pract. crimi. q. 21. vers. vnus testis. Emericus vero, vt tutiora traderet, non sufficere vnu testem dixit. et eius dictum verissimum est, quando testis non esset omni exceptione maior: tunc enim non faceret indicium ad torturam, nisi alia concurrerent indicia, et adminicula.

Num. 8. Vnus testis sufficit ad torturam.

Aut indicium vehemens, vel violentum tantum.] Grauis est difficultas, An propter vnum indicium tantum vehemens, aut violentum aliquis torqueri possit. hanc questionem mouet Bartolus in l. fin. ff. de questio. nume. 6. quam prosequitur copiose Marcus Antonius Blancus tract. de indicijs nu. 39. vers. sexto psgmitto. In hoc dubio non desunt qui dicant arbitrio iudicis esse relinquendum, an sufficiat vnum indicium, vel contra plura exigantur ad torquendum: leges enim lo-

Num. 8. An ex vno indicio vehemenu, aut violento quis torqueri possit.

quentes de indicijs idoneis et sufficientibus ad torturam, omnes fere loquuntur in plurali, vt in l. 1. in principio, et in l. vnus. s. 1. et in l. vlt. ff. de quest. vbi plura indicia posulari videntur. Alique tamen glossę sunt, que videntur sentire vnum tantum indicium sufficere, vt l. si quis. C. ad leg. Iulii maiestat. et in l. vlt. ff. de quest. vbi glossa verbo, suspitionibus. de suspitione loquitur in singulari. que omnia latius prosequitur Salycetus in l. vlt. C. de quest. nu. 7. vers. quero, an sufficiat vnum indicium.

Verum omittis in hoc articulo prolixis multorum altercationibus, breuiter et resoluine dico, qd si indicium est leue, et remotum a delicto; tunc non sufficit ad torturam absque alijs adminiculis suffragantibus, et ad crimen ipsum propius accedebus, iuxta doctrinam eodem traditam a nobis in precedentibus: quare sola fama, quia indicium est a crimine remotum, regulariter non sufficit ad torturam. de ceteris indicijs et presumptionibus leuibus idem est iudicium.

Si vero indicium est propinquu, vrgens, vehemens, et (vt cum Emerico loquar) violentum; tunc vnici sufficit ad torturam, vt vnus bonus testis de visu, vel confessio extra iudicium, vel res furto sublata apud aliquem reperta. ita Bartolus in dicta l. fin. nu. 6. ff. de questio. Salycet. in l. fi. C. de questio. et Marcus Antonius Blancus tract. de indicijs, nu. 45. vbi dicit hac esse eodem opinionem, a qua in praxi non est recedendum: quoniam hec indicia licet singularia sint, cum tamen negotium ipsum seu delictum comitentur, et raro ab eo cotingat abesse, absque dubio sufficient ad torturam. hanc opinionem satis confirmant Iulius Clarus in pract. crimi. s. fin. q. 21. vers. vnus testis. et Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 13. nu. 7. et 8. et ceteri criminalista.

Ac postremo de varijs indicatorum generibus, et an ex illis quis possit ad penam ordinariam condemnari, videto Boerium decis. 164. incipien. Alia insuper orta fuit questio. Quare si heretici combusti ossa vel vestes religiose cultę apud aliquę reperiantur, cu hoc sit vehemens he resis latens indicium, is torqueri poterit, vt intelligatur, quid credat de Ecclesia hereticos puniente. Idem dicas de illis, qui sciet recipiunt litteras, vel munera ab hereticis missa, nulla causa apparere, qua excusari possint. huc referas illa opera, que reddunt operantes violentę suspectos: vt se circumcidere, hereticos adorare, demones obsecrando inuocare, et similia, de quibus pleriq; locis egimus: ob hac. n. indicia etiam singularia torqueri poterunt, quicunque dixerint se no fecisse malo animo; aut non habere errorem in intellectu, cum non sit verisimile hac tam horrenda a quoquam patrari absque mentis errore. Simancas de catho. insti. tit. 65. nu. 52. ex sententia Albertini tract. de agnos. assert. q. 36. in fine.

Ac de varijs quidem indicatorum generibus, quod hunc locum spectant, multis locis egimus, nempe aarte 2. super quest. 53. s. iam vt nihil. et super q. p. eiusdem 2. partis. item parte 3. nu. 109. tit. de signis et indicijs, quibus diuersarum sectarum hereticę cognosci possint. s. illa facta. adde. Locatu in opere iudiciali. verbo indicium.

Aut propter indicia vehementia, aut violenta tantum.] Hęc verba erant in omnibus codicibus tam

Num. 8.

tam impressis quam manuscriptis, ea tamen omnino duximus omitenda, cum ex diametro pugnent cum traditis in quinta regula precedenti, vbi scripsit auctor, ob plura indicia vehementia, aut violenta aliquę torqueri posse. nec vilo modo crederem hec scripsisse auctorem, sed ab imperito quopiam librario temere, et aliud cogitante, dum scriberet, addita fuisse. et sequentia apertissime indicant hec non esse auctoris verba, cum protinus adiungat, duo aut plura ex his indicia ad torturam sufficere.

APPENDIX SEV COROLLARIUM ad septem Emerici regulas de causis torquendorum reorum.

IXI habentur summam quidquid pertinebat ad declarandas septem propositas ab Emerico regulas. sed quoniam ex alijs causis et indicijs amplius reibuius criminis in hoc tribunali torqueri possunt; ideo breuiter eas quoque adiungimus.

Ergo preter memorata indicia, confessio delinquentis extraiudicialis sufficiens quoque indicium erit et probabilis satis ad torturam. glossa singularis in l. ca pite quinto. ff. de adulterijs. vbi Bartolus, Raynerius, Angelus, et ceteri Doctores. Bartolus in l. fi. nu. 6. ff. de questio. et ceteri, quos longo ordine refert Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 13. nu. 8. et 9. et Iulius Clarus in pract. crimi. s. fin. quest. 21. vers. confessio extraiudicialis. et Carverius in pract. crimi. num. 121. vers. septimum indicium.

Si quis ergo dixerit inter amicos, aut alibi (referendo, seu iactando, aut gloriando, aut alijs modis, vt sepe contingit) se sepius concionibus hereticorum interfuisse, eorum more corum sumpsisse, Mahometum adorasse, demones inuocasse, aut aliquid hereticale dixisse vel commississe, vbi consulerit per testes legitimos de eius confessione extraiudiciali; vocari poterit, et interrogari, et vbi expediens fuerit, iudicium in carcerem mitti; et si negat, torqueri ob illa confessionem poterit.

Ad hec si factum vel dictum hereticale confiteatur, intentionem autem praua hereticam neget, torqueri poterit vt intentionem declarat: et hoc postremum vere asserit Albertinus tract. de agnos. assertio nib. q. 36. circa finem, quem sequitur Iacobus Simancas de catho. insti. tit. 65. nu. 52.

Addit Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. nu. 8. vers. secundo. quia multorum, quos ibi refert, sententia esse, vsque adeo verum esse confessione extraiudiciali esse sufficiens indicium ad torturam, vt si reus positus in tormento confiteatur delictum, non requiratur postea aliqua perseverantia vel ratificatio, quia sufficit illa confessio extraiudicialis, que precessit, vt postea plene probe confessio que sequitur in tormento, vt reus definitime condemnatur sine aliqua alia ratificatione: licet alijs regulariter semper requiratur, quando positus sit in tormento ratione aliorum indicatorum et confiteatur delictum.

Verum hec sententia obseruanda non est in praxi, tum quia nullo iure nititur; tum quoniam generaliter ius disponit confessionem factam in tormentis ratificandam: postremo, quia cum confessio extraiudicialis iam sit suum effectum operata, vt scilicet ex

Confessio extraiudicialis in tormentis iterata, ratificari debet.

Num. 8.

ea reus torqueri possit, non debet alium effectum operari, vt scilicet non requiratur ratificatio. ita asserit, et vere, Antonius Gomez precatato loco.

Si quis autem fuerit sacerdoti confessus, isque vel per malitiam vel per imprudentiam aut ebrietatem contentis delictum detegat, talis confessio seu reuelatio nulli prorsus effectum producit, vt dixi supra par. 2. super concilio Tarraconensi. s. sed hic est pulchra difficultas. et s. seq.

An autem socius criminis faciat indicium ad torturam, quari solet: sed verior et receptior sententia est, non sumi hinc ad torturam indicium, quauis qualis qualis presuptio inde oriatur Boerius decis. 319. incipien. Socius criminis. Ioanes de Anania consil. 59. incipien. vna inquisitione, Grammaticus decis. 28. incip. Magnificus Ioanes. nu. 14. et alij multi p. hos relati.

Si tamen duo socij criminis aduersus aliquem deponant, et is neget, tunc torqueri poterit. Boerius de ea decisio. 319. Iulius Clarus in pract. crimi. s. fin. q. 21. vers. sed pone.

De confessione facta coram iudice incompetenti, an faciat indicium ad torturam, longa a nostris instituitur disputatio, que cum ad hoc negotium conferre possit, non est contemnenda: sed cum breui oratione concludi non possit, videndus est Clarus in pract. crimi. s. fin. q. 21. vers. sed hic quero.

Libri vero hereticorum apud aliquem reperti, an indicium faciant ad torturam, ex qualitate personarum, penes quam reperitur, pensandum erit, iuxta id quod tradidimus supra in hac 2. parte. super cap. Fraternitatis. de heret.

Postremo videndum est: An cum disputatur in hoc tribunali, num reus sit torquendus nec ne, debeat eius aduocatus ad disputationem admitti, vt videatur num sufficere sint indicia ex quibus est torquendus reus: et cum agatur de grauissimo delinquentis preiudicio, ne indefensus videri possit, uocandum esse aduocatum, vt reum iuste, si potest, tueatur, respodit Auctor reperiory Inquisitoru verbo, aduocatus. s. sed an aduocatus. et verbo, tortura. s. an aduocatus.

Hoc exploratum est, indicatoru exemplum, seu copiam reo dandam esse, et concedenda dilatione ad ea diluenda, et suam innocentiam probanda. hoc. n. et naturalia et humana iura fieri iubet, et iuriscosulti vno ore fatentur, et tradunt passim criminalista, quos in re facili consulto omitto; interim videto Antoniu Gomezium tom. 3. variarum resolut. cap. 13. nu. 21.

Socius criminis an faciat indicium ad torturam.

An aduocatus admittatur, cum que ritur an iudicia sufficiant ad torturam.

DE TESTIBVS IN negotio Inquisitionis.

QVAESTIO LXII.

An Inquisitor cogere possit testes ad testificandum.

SVMMARIVM.

- 1 Inquisitor super crimine heresis, et id contingentibus testes recipere potest:
2 Et ad veritatem dicendam iuramento illos cogere:
3 Ac eos iterato examinare.



Exagesima secunda quaestio est: Vtrum Inquisitor testes possit compellere ad iurandum de dicenda eide in causa fidei veritate, ac etiam pluries eos examinare?

1 Respondemus quod sic: nam Inquisitor potest & debet inquirere super haeretica prauitate, & in tali Inquisitione testes examinare, de qua testium examinatione habetur in cap. Vt officium. §. verum. de haeret. lib. 6. vbi dicitur sic: Verum quia in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedi (vt in reos sine vilo proferatur errore dure ac digne seueritas vltionis) volumus & madamus, vt in examinatione testiu, quos recipi super crimine predicto, ipsuq; contingetibus oportuerit: &c. 2 Testes autem cogendi sunt in causis ecclesiasticis veritate deponere medio iuramento. extra de testi. cogen. Peruenit. alias testimoniu non valet. & extra de haeret. c. Excommunicamus itaque. §. adiicimus. dicitur, qd Archiepiscopus vel Episcopus, (& idem de Inquisitore) parochiam, in qua fama fuerit haeticos habitare, circumeat, & ibi tres vel plures boni testimonij viros, vel etia si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat: & sequitur infra: Si qui vero ex eis iuramenti religionem oblatione danabili respuentes iurare forte noluerint, ex hoc ipso tamquam haeretici reputentur.

Supra pag. 107.

Disputatio de testibus.

Testes qui cogendi in hoc crimine cogendi ad testificandum.

3 Quod autem pluries possint examinari, ita docet Archid. in c. Vt officium. §. verum super ver. testium. vbi dicit sic: Inquisitor debet esse sollicitus, vt si testes confuse deposuerint, & de causa scientia minus plene requisiti fuerint, & iterato cum eis inquiratur: nam hoc de iure fieri potest. extra de testi. Per tuas. Ad hoc. ff. de quaestio. Repeti.

COMMENT. CXI.

Fymericus absoluta disputatione de tortura, alteram nunc exorditur de testibus; cuius cognitio quam sit utilis & necessaria, res ipsa indicat. prosequitur vero hac tractationem multis quaestionibus, quas singulatim tutiora & communiora tradentes breuiter enarrabimus.

Sed illud praesandum est; circa testes in hoc crimine multa esse singularia fauore fidei inducenda, quae in alijs criminibus non admittuntur: quae qualia sint, suis locis declarabitur. & in hac prima quaest. duo potissimum docet. primum est de compellendis testibus: alteru de eisdem interrogandis, ibi: Quod autem pluries.

Quantum ad primam conclusionem attinet, licet dubitatu sit, an in causis criminalibus testes cogi possint ad testimonium ferendum. c. dilectorum. de testi. cogen. nunc tamen omitti in hac re futuibus quaestionibus dico, in crimine haereticis quoscumque quacumq; auctoritate praesulgeant, compellendos esse ad iurandum de dicenda veritate. Zanchinus tract. de haeret. cap. 13. nu. 9. & ibi late Campegius. Reperto. Inquisitorum verbo, testes. §. an si testes. Felym. in dicto c. dilectorum. nu. 3. de testibus cogen. Ioanes Rojas sing. 197. incipiente: Testificari in criminalibus. Simancas de catho. instr. tit. 64. nu. 12. & seq. & alij.

Nec vero putandum est, ab hac regula aliquos eximi, quonia omnes compelli possunt non obstante qua-

A libet privilegio. faciunt que tradunt Innocentius in c. 1. nu. 5. de testi. cogen. Hostien. & Ioan. And. in dicto c. dilectorum. de testi. cogen. Repertorium Inquisitorum verbo, testes. §. an si testes. Ioan. Rojas in dicto singu. 197. Socinus regula 509. incipiente: Testificari in criminalibus. fallentia 3. item compelli possunt qui libet religiosi, Syluester in sum. verbo, testes. q. 8. Caepgius ad Zanchinum cap. 13. vers. & quoniam. tradit Archidiaconus in c. vt officium. §. verum quia. de haeret. lib. 6. relatum supra parte 2.

Sed praeter ceteros singulariter Guido Fulcodius hoc docuit in consultationibus ad Inquisitores, q. 8. in hac verba: A ferendo testimonio priuilegiatos excusari non puto, nisi super hoc ipso privilegio speciale habentur, quia ad veritatem detrahendum in hoc casu omnes tenentur, vt infra dicam: sed nec iuramento, vel voto in contrarium emisso. nam licet veritatem celare possimus hosti vel persecutori, vt 2. q. 2. ne quis. iudici tamen veritatem inuestiganti eam occultare mortale peccatum est, vt 1. q. 3. quifquis. ergo iuramentum vel votum in contrarium emissum non est seruandum. 2. q. 4. in malis. & determinant quaestiones expressae. extra de testi. cogen. peruenit. & cap. vlt.

Sed nec excommunicatio ordinarij nocet, qui illos excommunicare praesumpsit, qui coram Inquisitoribus deponeret veritatem: Tum quia non potest inferior superioris suis diffinitionibus subiugare. 2. dist. inferior. Tum quia maiori est potius obediendum. 1. q. 3. qui resistit. Tum quia huiusmodi sententia continet errorem expressum. extra de sentent. excom. per tuas. nec est quaestio, quin in crimine haereticos testes sint compellendi, vt extra de haeret. excommunicamus. haetenus Guido Fulcodius, a quo nusquam discedit hic Eymericus.

Sed opportune hic quaeritur, an si aliquis vocatus ab Inquisitoribus ad testificandum contra aliquem, & non impeditur recusat venire, aut dicere testimonium, praeter alias penas, quas propterea meretur, fiat etiam suspectus de haeresi, & tamquam fautor, aut celator haeticorum haberi & puniri possit. Gemnianus & alij in cap. vt officium. §. verum de haeret. lib. 6. compellendum dicunt esse testem, si se a dicendo testimonio subtraheret in hac causa, sed dubitationi proposita non satisfaciunt.

Ego distinguendum putarem, an is testis vocetur ad testificandum contra personas sibi sanguinis vel affinitatis coniuictas, vel amicissimas, vt contra parentes, fratres, & alios ascendentes, vel descendentes, vel transfuersales, an vero contra alios quoslibet cum quibus nec sanguinis nec magne amicitiae vinculo est coniunctus: nam in primo casu quamuis ob inobedientiam & contumaciam, quia Inquisitoribus non satisfecit in hac causa, iuste praecipientibus, puniri possit, at non videtur vltius suspectus tamquam fautor vel celator habendus, quoniam affectione carnali potius, quam aliquo intellectus errore, aut odio cotrafidem catholicam id facere praesumendum est, argumentorum que diximus supra par. 2. super q. 56. §. seu alias fauorem.

In secundo vero casu fautor quadoque censeri poterit, aut celator, & velut talis puniendus considerata persona, & negotij de quo agitur, & inobedientia aut

A testificandi in hoc crimine nemo excusatur.

Num. 2. Testes iuratos debent cum deponunt.

Num. 3. Testes iurati examinandi.

In causa haereticis clara esse debent testimonia dicta, & quare.

In dubijs dictis id accipiendum quod delictum excludit.

Celatores in hac causa qui dicatur.

Num. 2.

Testes iuratos debent cum deponunt.

Num. 3. Testes iurati examinandi.

Cap. 17.

In causa haereticis clara esse debent testimonia dicta, & quare.

In dubijs dictis id accipiendum quod delictum excludit.

A piofius q. 34. nu. 48. & seq. & Ioannes Rojas tract. de haeret. par. 1. nu. 199. & seq. quotiens enim verba propositionum, de quibus reus accusatur, duplicem possunt habere sensum, catholicum vnum, haeticum alterum, sensus catholicus accipiendus est fauore delinquentis. l. fauorabiliores. ff. de regu. iuris.

In qua re, vt cetera exempla omittam, appositissimum est illud quod de Florianis & Colluthianis haeticis refertur in c. quida autem. 24. q. 3. relato apud Eymericum par. 2. quorum Colluthiani Deum non facere mala asserabant; quae verba de malo culpe accipienda, catholica sunt, sed de malo pena intellecta (vt illi intelligebat) haetica sunt; et ppa fuerit danati. Floriani contra, asserabant, Deum creasse mala, quae de malo pena sumpta, catholica sunt, haetica vero de malo culpa, vt ab illis intelligebatur; quemadmodum pulchre ibi declarat doctissimus Turcremata.

Veruntamen haec interpretatio in meliorem sensum, tunc iudicio meo locum habet, cum is qui protulit dictum dubiu, vir probus est, & omni mala suspitione carens; tunc. n. in tali viro non est praesumendum delictum: secus autem esset censendum, cum is qui protulit verbum dubium, aliqua alia sinistra suspitione laborabat, vt quia vel infamatus esset de haeresi, vel ex suspectis prouincijs esset, veluti Anglia, Germania, aut similibus, vbi nunc haereses pullulant. argu. mento textus in l. aut facta. §. persona. ff. de panis. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de adilit. edito. ibi: Seruos bonos esse, quia nationis non infamatae; quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quae magis infamis est. haec ibi. tradit Ioan. Rojas (cui libenter subscribo) tract. de haeret. par. 1. nu. 205. et seq.

Haec vero in hoc tribunali magnum momentum habet, ad excusandos rudiores quosdam, qui sepe absq; haereticis malitia propositiones habentes sensum haeticum proferunt; quales sunt illae: Sola fides sufficit: Deus solam voluntatem respicit, & similes, quae bene & male accipi possunt.

Iam quod de examinandis & saepius interrogandis testibus confuse deponentibus docet hic Eymericus, locum habet etiam post publicatas attestaciones c. cum clamor. extra de testibus. hoc consilio ab Eymericus relato supra par. 2. & ratio est: quoniam obsecrum dictu quo ad effectum iuris pro non dicto habetur. glos. in c. si testes. §. in testib. verbo, simpliciter 4. q. 3. glossa in c. qui episcopus. verbo, simplicibus. 23. dist. concordat textus in l. de atate. §. si interrogatus. ff. de interrogato. actio. Rufus, quoniam hoc etiam postulat equitas ad plenioris innocentis defensionem. argu. l. 1. §. si quis vltra ff. de quaest. tradit Socinus reg. 498. incipiente: Testes publicatis attestacionibus. in fallentia 6. 10. & 11.

Denique publicatis attestacionibus non modo iude illi testes, qui prius deposuerunt, possunt iterum atque iterum in hac causa, vbi occasio postulauerit interrogari, & examinari, verum etiam & alij testes possunt audiri & recipi. Socinus praecitato loco. Archidiacono in cap. super hoc. de haeret. lib. 6. Carrerius tract. de haeret. num. 124. versic. sed an publicatus. & Ioannes Rojas singu. 22. incipiente. Attestacionibus publicatis. quod intelligo non modo cum recipiuntur ad defensionem reorum; verum etiam ad ofensionem, & plenioris delicti probationem, quidquid fiat

Exemplum de propositione habete duplicem sensum, vnum catholicum, alterum haeticum.

Dictum dubiu quando non lumendum in bona parte.

Etiam publicatis attestacionibus testes possunt recipi.

fiat in alijs delictis, idque favore fidei. tenet Carre- rius praeicatio loco, cui libenter subscribo secutus Aug. in l. per hanc. C. de temp. appellat. & Gemina- num in c. in officium. s. verum. de haeret. lib. 6. & Si- mancama de catho. inst. tit. 64. nu. 50. & seq.

Q V A E S T I O LXIII.

An Inquisitor debeat solus cu nota- rio examinare testes. siue reos.

S V M M A R I U M.

- 1 Inquisitor duas religiosas personas adhibere de- bet in examinibus faciendis.
2 Religiosa persona quam hic intelligatur.



Exagesima tertia quaestio est: Vtrum Inquisitor in examinatione testiū & reorum, seu delatorum, cum suo nota- rio debeat esse solus?

Respondemus quod non; immo oportet quod in tali examinatione, sint etiam duae religiosae & discretae personae, ut patet in c. Ut officium. pro- xime alleg. de haeret. lib. 6. in ver. verum. ubi dicitur: Verum quia in tam graui crimine cum multa oportet caute procedi (ut in reos sine vilo proferatur errore dure ac digne seueritas vltionis) volumus, & mandamus, ut in examinatione testiū, quos recipi super crimine praedicto, ipsumque co- tingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum praesentia per pu- blicam (si commode habere potestis) personam, aut per duos viros idoneos fideliter eorūdem de- positionem testiū conscribantur.

Religiosae personae possunt hic intelligi, perso- na honesta, siue sint clerici, siue laici: sed magis videtur, proloquar de religiosis, qui religionis ha- bitum receperunt, ut dicit Archidiaconi in glossa.

C O M M E N T. CXII.

Quae ad hanc quaestionem spectant copiose tradi- dit Emericus supra par. 3. nu. 84. tit. quot personae esse debeant in examinatione testiū & de- latorū. tradit etiam Simancas de catho. inst. tit. 64. nu. 9. Locatus in opere iudiciali verbo, testiū. post nu. 54. vers. & primo. & alij communiter. ideo vero hu- iusmodi personae interesse iubentur, ut que geruntur, postquam tot sunt oculis inspecta, & tot sensibus insin- nuata, falsi suspicionem excludant.

Num. 2.

Religiosae personae possunt hic intelligi, &c. Idem fere tradit auctor supra 3. par. num. 84. & per religiosae personas Philippus Francus in c. ut offi- cium. de haeret. lib. 6. eas tantum intelligit stricte & presse loquendo, qui religionis habitū assumpserunt, voveruntque illa eria, paupertatem, obedientiam, & castitatem: pro his enim multū praesumitur, de qui- bus in c. cum monasterium. de statu monacho.

Per religio- sas personas qui intelligi- tur.

Sed Archidiaconus, Ioannes And. & alij in dicto c. ut officium. s. verum quia. per c. denique. dist. 4. optime observant, religiosorum nomine intelligi etiā clericos saeculares: quare & hi poterunt huic exami- ni adhiberi, quod & Simancas adnotat de catho. in- stitu. tit. 64. num. 9.

Et quamquam re vera (vti ego existimo) supra- dictae persona comprehendantur in dispositione dicti c. ut officium. s. verum quia. de haeret. lib. 6. nihilomi- nus: ubi visum ita fuerit Inquisitoribus, discretos et- iam laicos, peritos, honestos, & spectata pruden- tia huic examini poterunt adhibere. Primo, quoniam Christiani laici honeste viuentes large religiosi appel- lantur. c. ecclesia S. Marig. de constit. c. fin. de rebus ecclie. non alienan. tradit plene Albertinus in c. quo- niam. de haere. lib. 6. q. 1. concl. 3. nu. 5. Rursus, quā- uis dum est sermo de materia odiosa et pœnali verba proprie & strictè accipi debeant. c. statutum. de ele- ctio. lib. 6. at in materia fauorabili large accipi pos- sunt, vt Albertinus adnotauit praecitato loco nu. 6.

Nomine testis quodammodo intelligitur.

Cum ergo hic sit sermo de fauorabili materia, vt manifestum est, laici adhiberi poterūt. Postremo hoc voluit Emericus 3. par. n. 84. Deniq; arbitrio In- quisitorum hęc crederem relinquenda, qui eos adhi- beret, quos magis idoneos iudicaret: honestus tamen & decentius est religiosos monachos, vel cleri- cos saeculares adhibere.

Per discretas autē personas, viros peritos & do- ctos accipere debemus, qui intelligat negotiū de quo agitur, scientque discernere quod geritur, vt optime interpretatur Archidiaconi in dicto c. ut officium. s. verum quia. de haeret. lib. 6. nu. 14.

Tametsi vero ob causas in principio huius comen- tarij relatas, cum vel rei, vel testes examinantur, hu- iusmodi duae religiosae personae interuenire postulen- tur; hodie tamen maiori ex parte processus in sancto tribunalī sunt absque praesentia, siue interuentu ista- rum personarum, & eos sic factos tolerat supremus senatus sanctae Romanae & generalis Inquisitionis. Et praesentia duae illae religiosae personae de consilio ma- gis, quàm de precepto videntur adhibende.

Quidem in hac causa mea sententia est, si fieri cō- mode possit, singulis actibus examinandi reos, aut tes- tes adhibendas fore has duas personas: aut saltem vtilissimam & consultiissimam esset finitū examini- bus repetere omnia coram illis: quod tunc potissimū procurare debent Inquisitores, cum agitur maior ali- qua & grauior causa, qualis est relapsus, vel perti- nacia, vel cum reus qui examinatur callidus est can- uillosus & sceleratus.

Cū testes examinantur difficilius possunt hęc ob- seruari: cum multi nolint coram illis personis depo- nere contra aliquem, timentes ne reuelentur, aut ob- alias causas.

Quod si queras, an Episcopi in suis diocessibus, praesertim ubi non sunt Apostolici Inquisitores, de- beant hęc seruare; respondeo debere quidem. quod non obscure significatur in cap. per hoc. de haeret. lib. 6. quare recte Simancas scripsit de catho. inst. tit. 25. de Episcopis. num. 4. quod Episcopi in proce- dendo super hoc crimine, eundem ordinē seruare te- nentur, quem in Inquisitores seruare.

Episcopi in causis fidei eundem ordi- nem tenent, quem obser- uant Inquisi- tores.

Q V A E S T I O LXIII.

Ezcōmunicati & focij criminis sint ne admittendi in testes in causa fidei.

Sexage-



Exagesima quarta quaestio est: Vtrum Inquisitor excommunicatus, seu partici- pes, vel socios criminis, possit li- cite admittere ad agendum & testifi- candum in causa fidei?

Supra pag. 105. Excoicati & focij crimi- nis possunt esse testes in causa fidei.

Respondemus quod sic, in probationum alia- rum defectum, vt patet in cap. In fidei. de haeret. lib. 6. ubi dicitur sic: In fidei fauore, Concedi- mus, vt in negotio inquisitionis haereticae prauita- tis excommunicati & participes, vel focij crimi- nis ad testimoniū admittantur, praesertim in pro- bationum aliarum defectū contra haereticos, cre- dentes, fautores, receptatores & defensores eorū, si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testi- fii: aut personarū tam deponentiū, quàm eorū, cōtra quos deponitur, qualitate, ac alijs circumstā- tiis sic testificantes falsa non dicere praesumantur.

C O M M E N T. CXIII.

Testes alios inha- biles fa- uore fidei ad- mittuntur in hoc crimine.

Hic incipit tractare de testiū qualitate. ubi no- tandum, q̄ quamuis regulariter inhabiles, vt excommunicati, infames, & similes à testimoniū repe- llantur. cap. 1. de exceptio. c. licet. de probatio. c. testi- monium. de testibus. c. testes. 2. q. 7. cum similibus. at in causis fidei propter religionis fauorem, ne tam gra- ue haereticum crimen remaneat impunitum ob defectum probationum, qui aliis repellentur ob quemcumq; defectum, nunc in causis fidei admittuntur, vt apertif- sime probat textus in c. in fidei fauore. de haeret. lib. 6. hic ab Emerico citatus. cui penitus consentit con- cilio Biterrense cap. 12. in hęc verba: Quamuis in huiusmodi crimine, omnes criminiosi & infames, ac participes criminis ad accusationem & testimo- nium admittantur. hęc ibi. idem in concilio Narbo- nensi cap. 24. & de hoc nulla est ambiguitas.

Multiplex in- telligendus c. in fidei. de hęc in 6.

In hac vero quaestione & duab. potissimū sequen- tibus, hoc in primis est inquirendum, postquā constat testes alijs inhabiles in hoc crimine admitti ad testifi- candū; an duo ex illis plene probent, quā admodū duo idonei & omni exceptione maiores plene probant.

Primum hoc constituit oportet, varios & multi- plices intellectus afferri à Doctoribus super dict. c. in fidei fauorem. vt patet ex his quae docent Franci- scus Arctinus in c. fin. de testibus. Aegidius Bossius tit. de haeret. nu. 3. & 4. Angelus in l. in iudicio. ff. de accusatio. Socin. conf. 118. in pri. volu. Glossa, Ioan. Andr. Dominicus, Francus & alij in dicto c. in fidei fauorem. Gondissaluis tract. de haeret. q. 13. & Ioan. Rojas singul. 189. incipien. Testis criminiosus.

Duo testes min⁹ idonei non faciunt plenā fidem.

Ceteris tamen in praesentia omisissis, quāuis nec in- utiles sint, nec inepti, communior & receptor dicti cap. in fidei fauorem. sensus est, praedictos testes per- iuros, vel excommunicatos, vel socios criminis, vel infames, aut denique alijs minus idoneos, in crimine quidem haereticis, seu in criminibus exceptis admitti: ceterum duo ex ipsis nō sufficere ad plenā probatio- nem faciendam, vel ad pœnam delicti ordinariam im- ponendam, sed ad praesumptionem vel aliquatē pro- bationem faciendam, vel indicium ad torturam, vel pœnam extraordinariam imponendam. ita Abbas in c. per tuas. nu. 4. de simo. Felynus in cap. testimo- nium. nu. 2. de testibus. Iason in l. 4. §. si tibi ob in-

dicium. nu. 4. ff. de condi. ob turpem causam. Hippo- lytus Marsilius in pract. crimi. §. diligenter. nu. 56. Gondissaluis tract. de haeret. q. 13. num. 12. Palacius Rubius in allegatione de haeresi. §. vlti. Simancas de catho. inst. tit. 64. nu. 36. Ioan. Rojas in dicto singul. 189. nu. 11. Arctinus in c. fin. in fine, de testibus. Al- bertinus tract. de agnos. assert. q. 34. nu. 3. & alij ple- rique, inter quos est Iulius Clarus in pract. crimi. §. fi. q. 21. versic. sed pone. ubi in multis alijs delictis ita seruatum testatur apud illustres insignium ciuitatū Senatus: nunquam. n. ob dicta duorum testiū socio- rum in crimine, pœnam ordinariam impositam dicit, sed tantum dicit facere indicium ad torturam.

Ex his ergo more nostro in hac causa, quae grauis- sima est, certiora & securiora colligentes.

Primum hoc ponamus: Duo testes inhabiles & minus idonei in crimine haereticis non faciunt plenam probationem, & proinde reus non punietur pœna or- dinaria, sed alia mitiori arbitrio iudicantis: ex quo cōsequitur, neque relapsus, neque negatiuū per duos testes inhabiles conuictum, tradendos fore curis se- culari: atque hoc axioma consequitur aperissime ex praecitata sententia; quod equidem non obscure vide- tur indicari in dicto cap. in fidei fauorem. dum ait: Et ex numero testiū. quasi diceret, ex multitu- dine testiū.

Nec refert, si quis dicat appellatione numeri duos intelligi. l. ubi numerus. ff. de testibus. c. pluralis lo- cutio. de regu. iuris. nam ea verba hunc sensum non ferunt; immo vera intelligētia est, quod si plures ex- communicati quàm duo, vel participes, vel focij crimi- nis, deponunt contra aliquem de haeresi, si ex con- iecturis aliquibus non praesumantur falsa dicere; tūc tales plures quàm duo, additis alijs coniecturis de veritate criminis, sufficient ad condēnationem. Pro- positum enim summi Pontificis in dicto c. in fidei fa- uorem. hoc fuit, fauore fidei cōcedere, vt testes alijs inhabiles in hoc crimine testificarentur; non tamen sancit, q̄ duo ex illis sufficerent ad condēnationē, & ob id addidit illa verba: Et ex numero testiū. ita Franciscus Arctinus in dicto c. fin. de testibus. quem sequitur Palacius in allegat. de haeresi. §. vlti. quos agminatim laudat multi ex praecitatis, quibus omnino censeo subscribendum: quoniam & verissi- ma mihi videtur haec sententia, & tutissima. ac peni- tus in praxi obseruanda. & pro hac expositione faci- quod notat Felynus in dicto c. testimonium. de testib. nu. 22. vers. secundo limitant.

Plures testes quàm duo min⁹ idonei, cum alijs cō- iecturis ple- ne probant.

Sit secundum axioma: Plures quàm duo testes inha- biles & minus idonei in hoc crimine tunc faciunt ple- nam probationem, & ad condēnationem seu pœnā criminis ordinariam imponendā sufficient, quādo ex circumstantiis & coniecturis, & personarum quali- tate, verisimiliter praesumuntur verum deponere. et hanc sententiam videntur non obscure probare illa textus verba in dicto c. in fidei fauorem. Si ex veri- similibus coniecturis, & ex numero testiū; aut personarum tam deponentium quàm eorum con- tra quos deponitur; qualitate, ac alijs circumstan- tiis, sic testificantes falsa non dicere praesumantur. hęc ibi. Ita Palacius Rubius, Arctinus, & Alber- tinus praecitatis locis; ubi amplius admonent, hac ratione posse accipi sententiam eorum qui dicunt, ad condē-

Plures testes min⁹ idonei quādo plene probant.

condemmandum hereticum non sufficere duos testes: de quo articulo dicemus paulo post super q. 7. 1. atq; hic plane videtur verus & germanus sensus dicti c. in fidei favorem. & hac est doctrina secuta, tuta, & ob id in praxi servanda.

Testis idoneus & alius minus idoneus non probat in hoc crimine.

Sit iam tertium & postremum axioma: Quamvis in multis causis testis valde dignus, & alius testis infamis, seu minus idoneus coniungantur ad faciendam plenam probationem, quia integra & superabundans fides unus supplet defectum alterius, vt singulariter notant Baldus & Ang. in l. si quis ex argentiarij. §. 1. ff. de vendendo. quos refert & sequitur multa in eandem sententiam adducens Marfilus in l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. & Iason in l. cum sitis populos. in 2. lectura. num. 53. vers. item in quantum. C. de sum. tri. & fide catho. & pleriq; alij quos prudens omitto: in causa tamen heresis hoc non crederem habere locum, quoniam praefata sententia locum non habet, quotiens ex forma iuris vel hominis requiruntur duo testes: quia tunc praesertim in criminalibus, ubi probationes debent esse clare & certa. l. sciat. C. de probatio. verumque testis debet esse integer, & probat & vit. ita limitabat singulariter & vere praefatam sententiam Felinus in c. tertio loco, in fine. post Bal. ibidem, extra de probatio. quos sequitur Bernardinus Diaz in reg. 73 incipiente: Testis valde dignus, in 2. limitatione.

Manifestum est autem in causa heresis ad minus duos testes idoneos a iure postulari, sicut copiose ostendimus infra super dicta q. 7. quare, vt ad dicta duorum testium reus huius criminis condemnatur, illi ex omni parte fide digni & integri esse debent: sin autem res aliter se habuerit, poena extraordinaria erit imponenda, ne propterea omnino inulta crimina relinquuntur, neque ad hac sententia discrepat Guido Fulcodius in consulationibus ad Inquisitores q. 15, cap. 17. quem alibi retuli.

Testis non idoneus, emendatus, & per posteriores probatus videtur laudabilis aetate bona fidei, & opinionis specimen dedisset; tunc iudicio meo sufficeret: quoniam is iam potest dici idoneus: quod videtur sensisse concilium Bituricensis. cap. 13. & concilium Narbonense cap. 25. quae alibi retulimus.

Testis minus dignus cum digno & alijs indicibus probant.

Verum tamen si testis ille minus dignus de crimine non fuisset emendatus, & per posteriores probatus videtur laudabilis aetate bona fidei, & opinionis specimen dedisset; tunc iudicio meo sufficeret: quoniam is iam potest dici idoneus: quod videtur sensisse concilium Bituricensis. cap. 13. & concilium Narbonense cap. 25. quae alibi retulimus.

Socius criminis cum deponit, iurare debet.

Idem videtur dicendum, si cum teste digno, & teste minus digno concurrerent aliae coniecturae, & indicia de crimine perpetrato: tunc enim indicia alia testimonium testis minus idonei coadiuvarent: quod videtur indicari per textum in dicto c. in fidei favorem. ibi: Ac alijs circumstantijs sic testificantibus falsa non dicere praesumantur. Sed de his amplius agemus in sequentibus.

Testes vero inhabiles cum admittuntur, sicut ceteri iurare debent de dicenda veritate, vt alibi plene scripsimus.

Sed de socio criminis an iurare debeat, dubitatur: & Marcus Antonius Blancus tract. de indicijs, nu. 384. in socio criminis non esse iuramentum necessarium putavit. praevaleuit tamen Iulij Clari sententia in pract. crim. §. fin. q. 2. 1. vers. quapro nunquid dicitur, dictum socij criminis non facere indicium, nisi cum iuramento deponat. quamvis enim quo ad se ipsum sit reus, tamen dum deponit contra alium, fungitur

A vice testis; ideoque non est sibi habenda fides nisi cum iuramento.

Sufficit autem socio criminis iurare quandocumque, sive antequam torquatur, sive etiam iuret praesente ipso contra quem deponit. ita Clarus praecitato loco. mihi magis probatur, vt in principio iuret, vt in reliquis testibus observatur; quia cum deponit testis est potius quam reus.

Ulla est etiam in hac questione praecipua dubitatio, An huiusmodi testes suspecti & minus idonei cum admittuntur, torqueri debeant, an potius dictis ipsorum sine tortura sit standum. & glossa 1. §. q. 6. in summa, torquedos autumat, sive sint serui, sive viles personae, vel etiam si sint liberi homines, dimodo sint criminosi & infames, vel obscuri vel ignoti. idem sequitur Hyppolitus Marfilus consil. 109. incipien. Spiritus sanctus. nu. 13, 14. & 15. & in pract. crim. §. diligenter. nu. 62. & Bartolus in l. cum sitis populos. C. de summa trinit. & fide catho. num. 12. eiusdem sententia esse videtur, sive testes sint infames infamia facti, sive infamia iuris: nam non admittuntur inquit, nisi in subsidium, & cum tormentis. adde Gondissaluum tract. de heret. quaest. 13. num. 15. & Iulium Clarum in pract. crim. quaest. 2. 1. vers. sciam etiam.

Equidem tametsi haec sententia vera sit, dura tamen nimis & aspera videtur. & ideo crederem hos testes inhabiles indicium facere sive manus sive minus, spectatis personarum qualitatibus, & alijs circumstantijs, etiam si sponte & sine tormentis testimonium dixerint. & plane si testes inhabiles non admittuntur ad testimonium dicendum sine tormentis, facile auerterentur a dicendo testimonio in causa fidei. quare benignior est & fortassis commodior haec sententia. non tamen ambigo quadoque & posse & debere torqueri; quod quando fieri debeat, arbitrio iudicantis relinquatur, spectata testium infamiam malitia, improbitate, & varietate.

De socio criminis questum est, an ei credi debeat sine tormentis. & Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 2. 1. vers. scias etiam, torquendum arbitrat, vt fidem faciat: Cum enim, inquit, ex proprio delicto sit effectus infamis, non debet admitti in testem sine tortura. idem omnino tenet Hyppolitus Marfilus in dicto consil. 109.

Sed magis mihi placet sententia Iacobi Simancae de catho. insitut. tit. 64. nu. 38. afferentis, socium criminis absque tormentis indicium facere matius aut minus pro personarum qualitate, & criminum & aliarum rerum circumstantijs. verum ex causa torqueri etiam potest, vt proxime dictum est.

Quis autem dicatur socius criminis notatur in c. negligere 2. q. 7. & in cap. 1. 14. q. 6. et in cap. ita plane. 23. q. 4. & in l. comparentem. C. ad leg. Fabiam de palagiarijs, & in l. quoniam liberi. C. de testibus. vbi late glossa Cynus & Salycetus. & Archidiaconus in cap. quicumque. de heret. lib. 6. verbo, fautores, vers. nec te moueat. Ex his colligo primum, socium sive participem criminis dici posse eum, qui committit aliquod crimen cum illis, cum quibus habet societatem, cap. ita plane. 23. q. 4. ibi: Ita plane si sociatur quis malis, id est, si mali aliquid cum cis committit, item socius delicti dicitur, is qui parti-

An testis inhabilis torqueri debeat.

Socius criminis quis dicitur sine tortura.

Socius criminis quis dicitur.

particeps est eiusdem infectionis, vt praecitato loco Archidiaconus scripsit. & qui delinquentibus fauent, participes & socij criminis vocantur. vt patet in praecitato iuribus. glossa quam laudat Salycetus in dicta l. quoniam liberi. C. de testibus. aut non omnes criminosos appellari socios criminis. sed illos tantum, qui eiusdem delicti numero fuerunt socij, ita quod absolutoria lata pro vno, profitur alii: vel condemnatoria quale quale ei parit prauidicium. Re-ete tamen iudicio nostro, praecitato loco Salycetus addit, idem esse tametsi non sit idem crimen numero, dummodo sit ei connexum, verbi gratia quia sit illius causa vel occasio, quare in causa heresis, qui induceret aliquem, vt alicuius heretici sermonibus interesset, socius criminis esset ei qui praedicaret, cum ei cooperaretur in eo delicto, & causa esset, vt alij inducerentur ad audiendas heretici conuersiones. Exemplum huiusmodi multa occurrere possunt, quae ex praedictis facile intelligentur.

QUESTIO LXV.

An periuri possint in testes admitti in causa fidei.



Exagesima quinta questio est: Vtrum Inquisitor periurus possit licite admitti, ad testificandum in causa fidei, seu agendum?

Respondemus, quod sic, vbi praesumat quod deponant zelo fidei orthodoxae, vt patet in cap. Accusatus. §. licet, de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Licet vero periuri a testimonio etiam post penitentiam repellantur: si tamen ij, qui coram Inquisitoribus iurantes tam de se, quam de alijs super facto heresis dicere veritatem, eam celando decident, & postmodum velint corrigere dictum suum contra se, ac alios suos complices deponendo: cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniae, sed zelo fidei orthodoxae dictum suum velle corrigere, ac modo (quae prius tacuerant) reuelare, in fauorem fidei, (nisi aliud obflitaret) stari debet tam contra se, quam contra reliquos attestacionibus eorumdem. Regulare est tamen in alijs, quod potius statur primo dicto, quam secundo. de hoc Archidiaconus ibi in glosa.

COMMENT. CXIII.

De periuris eadem fere dicimus, quae superiori commentario tradidimus de testibus in habitibus. verum in dicto c. in fidei favorem. de here. lib. 6. nulla fit de testibus periuris mentio: eorum enim paulum diuersa consideratio habenda fuit. EymERICI vero axioma de testibus periuris in hac causa tale est: Cum testes periuri praesumuntur zelo fidei dicturi veritatem, audiendi sunt. Periurus vero ideo regulariter a testimonio repellitur, vt notat doctores in c. testimonium. de testibus. vel quoniam infamis est, vel quia ineptum censetur illius testimonium, qui vacillat, & de eadem re contraria profert modo aiendo modo negando.

Relat. supra pag. 105. In fidei fauore admittuntur periuri.

De periuris testibus quid sentiendum.

Periurus cur repellatur a testimonio.

De materia huius questionis agit Locutus in opere iudiciali, & Repertorium Inquisitorum verbo, periurus. Gondissalvus tracta. de heret. qu. 13. num. 12. Tabicij in summa verbo, Inquisitor. §. 25. Hieronymus Giga tract. de crimine lese maiestatis, lib. 2. tit. quomodo, & per quos probetur. q. 11. Iacobus Nouellus reg. 160. incipiente: Periurus, & alij.

Periuri vero quomodo admittantur in testes in causa fidei, eleganter explicat Gondissalvus dicta tracta. de heret. q. 13. num. 12. quem per omnia sequitur Hieronymus Giga praecitato loco: quorum haec sententia est: Periuri in hoc crimine ad testimonium dicendum tam contra se, quam contra alios admittuntur, dum tamen ex manifestis apparuerit indicijs, tales non animi leuitate, non odio, non corruptos pecunia; sed zelo fidei velle deponere, aut dictum suum, quod antea in forma testimonij deposuerant, velle emendare, & corrigere, ac quae prius tacuerant, reuelare.

Vt autem periurorum testium dictis fides habeatur, ea concurrere debent quae superiori commentario diximus, quaeque praescribuntur in dicto c. in fidei fauorem. de heret. lib. 6. ibi: Si ex verisimilibus coniecturis, &c. ita Gondissalvus & Giga praecitatis locis. additque Giga ibidem nu. 8. & 9. Quod si praedictae coniecturae non concurrant de verisimili veritate a periuro dicenda, tunc non est admittendus sine tortura, de quo quid sentiam, paulo antea dixi: quantum fortassis in periuro maior adsit ratio cur torqueri debeat, quam in alijs inhabilibus.

Regulare est tamen in alijs, quod potius statur primo dicto, quam secundo. Optime inserit EymERICUS hic ex contextu citato, posse testes corrigere dictum suum, si prius deciderant, & postea ducti penitentia voluit emendare quod male deposuerant.

Verum tamen dubium erat cui dicto esset standum, primo ne an secundo: & videbatur standum esse primo dicto, iuxta doctrinam Innocentij in c. preterea. de testibus cogen. tradunt Abbas in c. veniens. el secundo. de testibus. & Decius qui hanc asserit communem opinionem consil. 174. incipien. in causa fallitatis. nu. 7. & conf. 189. & ceteri relati per Ioannem Rojam in singularibus fidei, singula. 194. incipien. Testis, qui in iudicio, in principio.

Ceterum, in causa fidei speciale est, vt posteriori dicto testium stetur, vt vere docet hoc loco EymERICUS: cuius sententia communi consensu approbatur, quam tenent Archidiaconus in cep. accusatus. §. licet. de heret. lib. 6. relatus apud EymERICUM supra par. 2. Gondissalvus tract. de heret. q. 13. nu. 12. Nicolaus Arelatanus tract. de heret. notabili 13. Ioan. Rojam in dicto singula. 194. & alij pleribue.

Haec tamen sententia, quod posteriori dicto credatur in causa heresis tunc procedit, quando ex manifestis coniecturis apparet posteriora dicta verisimiliora esse quam prima, testisque Prioribus contraria deponere zelo fidei, non malitia, aut pecunia corruptos: quod apertissime probat textus ibi: Si ex manifestis indicijs apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniae, sed zelo fidei orthodoxae dictum suum velle corrigere. Nisi enim haec indicia apparuerint, ex quibus ostendatur

Cui dicto statur in causa fidei, an primo vel secundo.

datur posteriora dicta veriora esse, Prioribus de-
positionibus erit standum, ita Conarruias lib. 2. va-
ria. resol. cap. 13. nu. 9. & Ioanes Rojas singul. 206.
incipien. Tertis qui contra.

Sententia de reuocatio primo dicto & procedit, cu dictu fuit co tra quilibet.
Rursus, hęc sententia de reuocatio primo dicto, et de fide adhibenda secundo, non modo procedit quādo deponentes testificantur contra se, & contra compli ces suos; quod aperissime indicat præcitatus textus in dicto c. accusatus. §. licet. de heret. lib. 6. sed etiam cum deponunt simpliciter contra alios quoslibet. ita videntur velle, ex quo indistincte loquuntur, Zanchi- nus tract. de heret. cap. 1. nu. 5. Repertorium Inqui- ritorum verbo, testes. §. sed ponamus. & Arelata- nus præcitato loco, contra quam velle videatur Co- narruias lib. 2. varia. resolutio. cap. 13. nu. 9. vbi dicit, non temere Romanum Pontificem commemo- rasse, testimonium ibi exhiberi a testificante contra se ipsum & criminis socios, cum maxima sit veritatis præsumptio proprię culpe cognitio, & eius apud iu- dicem professio.

Opinio Co narruias ic icta.

Verum, dico quod cum hoc sit favore fidei conces- sum, & favor fidei equaliter reperitur tam in testi- ficante contra se & cõplices suos, quā contra quos libet alios tertios delinquentes profecto in omnibus hęc sententia locum habebit. Rursus, textus etiam in dicto §. licet. satis indicare videtur hanc sententiā contra Conarruiam, dum ait: Stari debet tam con- tra se, quā contra reliquos attestacionibus eorū- dem: Nam dum, reliquos, dicit Romanus Pontifex, omnes complectitur. l. cum optio. ff. de optione lega- ta. ibi: Reliquorum appellatione omnes ad Me- uium pertinent.

Secundo di cto quando nõ iterur in causa fidei.

Postremo, præfata sententia de stādo secunda de- positioni, vera est, cum quis in secundo dicto reuelat heresim & delictum: scilicet si negat, cum prius de hęc res deponisset, vt si quis prius dixisset in iudicio, hæc eram uersasse purgatorium; deinde vero hoc re- tractasset: quia hoc casu priori dicto stabitur, nõ se- cundo. Repertorium Inquisitorum verbo, testes. §. sed ponamus. & §. seq. & Zanchinus tract. de heret. cap. 14. nu. 5. vbi pulchram huius dicti rationem as- signat: quoniam ex quo alloqui potuit reum, præsu- mitur corruptus & subornatus, ideoque primo dicto erit standum.

Illud tamen verum est, ob reuocationem non nihil priori testimonio detrahi: quod quantum sit, arbi- trario iudicantis relinquatur. talis autem testis velut falsus puniendus videtur: de cuius pœna alibi scri- psimus. & Repertorij & Zanchini sententiā sequi- tur Conarruias lib. 2. varia. resolutio. cap. 13. nu. 9. quibus libenter subscribo, in quo prudentissime animaduertendum est, ne ob huiusmodi reuocationes delictum heresis impunitum quandoque relinqua- tur. vide ad hanc materiam, si plures desideras Fe- limum in cap. cum in tua. de testibus. Alciatum tracta. de præsumpt. regula 2. præsumptione 29. & Albertinum in cap. 1. de heret. lib. 6. quæst. 16. nu- mero 72. & malis sequent.

QVÆSTIO LXVI.

An infames & criminosi in testes re-
cipi valeant in causa fidei.



Exagesima sexta quæstio est. Vtrum
Inquilitor infames & criminosos,
aut seruos contra dominos, possit li-
cite admittere ad agendum, seu te-
stificandum in causa fidei?

Respondemus q. sic: vnde Archid. in c. Accu-
satus. de heret. lib. 6. in §. licet. super ver. exceptū.
dicit ita: Tanta est labes criminis heresis, quod
ad eius accusationem etiam serui aduersus domi-
nos, & quilibet criminosi, etiam infames aduersus
quemlibet admittuntur, vt 2. q. 7. §. huic opponi-
tur. Ad idem ea. q. cap. Pagani. §. in hoc. & §. sed
queritur. & extra de simo. c. Si dominus. & c. Tā-
ta. Et idem est in alijs criminibus exceptis, scilicet
in simonia, in sacrilegio, & in crimine lese maie-
statis. 25. q. 3. Sane.

De criminosi satis etiam in c. In fidei. de hæ-
ret. lib. 6. vbi participes & socij criminis admittū-
tur, vt dictum est supra q. 64.

De infamibus etiam patet: quia periri de iure
sunt infames, & tamen periri admittuntur, vt pa-
tet in cap. Accusatus. §. licet. & dictum supra
quæst. proxima.

COMMENT. CXV.

QUæ ad hanc quæstionem spectant abunde sunt
a nobis exposita supra super q. 64. & 65.
quæ propterea non erunt amplius hoc loco inutiliter
repetenda. interim videtur Zanchini tract. de heret.
cap. 13. & Bernardum Comensum in Lucerna Inqui-
sitorum, verbo, testis. §. 18.

Criminosi autē testes & quilibet inhabiles in hac
causa admittuntur ad testimonium dicendum, siue
agatur contra Sæculares siue contra Regulares, vt
optime notat Panormitan. in cap. licet. Heli. de simo-
ni. 20. super glos in verbo, indifferenter.

Quod vero Eymericus scribit hic ex sententiā Ar-
chid. hæc, videlicet in detestationem huius crimi-
nis etiam seruos admitti ad testificandum contra do-
minos, verissimum est, præsertim in defectum alia-
rum probationum.

Ceterum obseruandum est plerumque seruorum,
immo quidē & famulorum dictis modicam fidē esse
adhibendā, cum dominis suis insensibili esse soleat.

Iam non solum serui contra dominos admittuntur,
sed etiam cum opus est aduersus eosdem dominos,
immo quidem & aduersus extraneos torquentur,
vt Salycetus & alij optime scripserunt in l. 1. c. de
quæstio. per textum ibidem cuius hæc sunt verba:

Quæstionem de seruis contra dominos haberi nõ
oportet, exceptis adulterij criminibus; item frau-
dati census accusationibus, & crimine maieftatis,
quod ad salutem principis pertinet. hæc ibi. Adde
Ioānem Rojam singul. 183. incipien. Seruus non est
torquendus. & Simancam de catho. instit. tit. 61.
de seruis. num. 12. & Panormitanum in cap. cum in
contemplatione. in fine extra de regul. iuris.

QVÆSTIO LXVII.

An inimici capitales admitti pos-
sint ad testificandum, &c.

Sexage-

Criminosi
contra quos
libet recipi
possunt in re-
stes in causa
heresis.

Iura de repel-
lendis inimi-
cis a testifi-
cando.

Inimici mul-
tum nocere
possunt in hoc
crimine.



Exagesima septima quæstio est. Vtru
Inquisitor inimicos capitales alicu
ius delati possit in causa fidei ad te-
stificandum, seu agendum ad mitte-
re contra illum?

Respondemus q. non: vnde Archid. in c. Ac-
cusatus. §. licet. de here. lib. 6. super ver. exceptū.
præmissio quo modo in crimine heresis, & alijs cri-
minibus exceptis admittuntur ad testificandum &
agendum serui cõtra dominos suos; & crimino-
si, & infames, contra quemlibet, vt habitum est
supra quæst. proxima dicitur: non tamen intel-
ligas, quod in hoc crimine inimicus capitalis ad-
mittatur ad accusationem. 3. q. 5. c. 2. & de simo.
Licet Heli. in fi. & c. Per tuas.

De hoc satis notat Hostien. i summa. de accu-
s. quis possit. Et Archid. in c. Vt officium. §. ve-
rum. de hæret. lib. 6. super ver. testium. in fi. dicit
sic: Debet etiam Inquisitor per se, inquirere
de inimicitia testium, cum is, contra quem inqui-
ritur, de talibus nequeat diuinare quid quisque di-
cit. Quia vbi potest testibus graue periculum im-
minere, testium nomina delato non publicantur,
vt in c. Statuta. de hæret. lib. 6. Idem dicit domi-
nus Guido Fulcodius, post Clemens iij. in fine
illarum 15. quæstionū, quas fecit ad Inquisitores.

COMMENT. CXVI.

IN hac quæstione Eymericus vnam proponit ex-
ceptionē in hoc crimine, quæ obijci possit aduer-
sus testes, videlicet, Inimicitia capitalis: hæc enim
testem repellit prorsus in hoc tribunali.

Optimo autem consilio de hoc differit auctor hoc
loco: nam cum in superioribus docuisset, testes inha-
biles in hoc crimine favore fidei admitti ad testifi-
candum, dubitari poterat, an etiā inimici capitales
admitterentur.

Iura quibus vitur auctor, optime probant suam
sententiā, quæ vera est & communis, sancta quoque iam
olim duobus illis sapientissimis prælatorum concilijs
Biterreusi & Narbonensi, in quorum illo cap. 13.
ita scriptum est: Illis tantum exceptionibus fidem
testium euacuantibus in totum, quæ non ex zelo
iustitiæ, sed de malignitatis fomite procedere vi-
deantur, vt sunt conspirationes, & inimicitia: capi-
tales. hæc ibi. In Narbonensi vero cap. 25. ita: Illis
tantum exceptionibus fidem testium ex toto eua-
cuantibus, quæ non ex zelo iustitiæ, sed de mali-
gnitatis fomite procedere videantur, vt sunt con-
spiraciones & inimicitie capitales. hæc ibi. concor-
dat textus in c. repellantur. in c. meminimus. & in c.
cum oporteat. de accusatio. & in c. si testes. 4. q. 3.
& alibi sepe. tradit Gondissalvus tract. de heret. q.
13. nu. 13. & ceteri quos retuli supra in hac 3. parte
tit. de defensionibus reorum. nu. 118. vbi pauca qua-
dam dixi de capitali inimicitia, quæ ei instituto con-
ueniebant: nunc vero cetera sunt tradenda quæ &
cognitu necessaria, & vsu sunt frequentia.

Nusquā autem reis magis nocere potest inimici-
tia testium, quā in hoc tribunali, cum ipsis nomina te-
stificantiū non aperiantur, sicut in alijs delictis fieri
iure solet; & ob id Eymericus hunc locum de cogno-
scendis inimicis capitalibus egregie tractauit 3. par-

nu. 118. & seq. præscribēs modos varios, quibus In-
quisitores intelligat, an testes inimici sint reo nec ne.
Causas vero ex quibus inimicitia talis oriatur,
paucissimas tradidit auctor præcitato loco. ceterum
cum ea res sit magni ponderis in hac causa, vt lecto-
ribus plenius satisfaciā, visum est nec indecēs nec
inutile, referre hic ex varijs locis & iurisperitorum
responsis causas, ex quibus iuste credantur capita-
les inimicitie oriri, vt cum cognite fuerint, testifican-
tium dicta repellant.

Sunt qui dicant iudicantium arbitrio esse relin-
quendum definire quæ inimicitia dicantur capitales:
propterea quod à iure nominatim causæ præscriptæ
non sunt. Felynus in c. cum oporteat. de accusatio.
num. 5. Marianus Socinus in cap. repellantur. nu. 13.
& Grammaticus consi. 57. incipien. In causa mihi
transmissa. num. 9. quos alij recentiores sequuntur.
Verum ne de nouo arbitrari oporteat, ac ne in arbi-
trando propter humanam fragilitatem in re tam gra-
ui decipiamur; tutius erit in hac re aliorum arbitriū
sequi. quamquam non diffitear hanc facultatem non
esse iudici denegandam, cum possint occurrere, ca-
sus, ex quibus oriuntur inimicitie, quos alij nondum
preuiderunt.

In Hispania legibus septipartitis nominatim tra-
duntur causæ plurimæ, ob quas vnus in alterum iu-
re dicere testimonium prohibeatur. nam in l. 2. par.
3. tit. 16. sapientissime & prudentissime ita scri-
ptū est: Malquerencia mueue a los omes muchas
vegadas de manera que maguer son sabidores de
la verdad que non la quieren dezir ante dizen el
contrario. E por ende defendemos, que ningun
ome que sea omiziado con otro de grand enemis-
tad que nõ pueda ser testigo contra el en ningun
pleyto si la enemistad fuere de pariete que le aya
muerto, o que se aya trabajado de matar a el mis-
mo, o si le ouiesse acusado, o enfamado sobre tal
cosa q si le fuera prouado ouiera de recebir muer-
te por ello, o perdimiento de miembro; o echa-
miento de tierra, o perdimiento de la mayor par-
tida de sus bienes. Ca por qualquier destas mane-
ras, que aya enemistad entre los omes non deuen
testiguar los vnos contra los otros en quanto la
enemistad durare. hæc tenus ibi.

Quorum verborum hæc est sententia latine vt cõ-
que reddita. Prohibemus ne quisquam, qui magnā
gerit cum altero inimicitiam, contra illum in ali-
qua causa possit esse testis: vt si inimicitia sit con-
tracta ob cõfanguineos occisos: aut quia testis co-
natus est occidere eum, contra quem vult testifi-
cari: vel accusauit eum de delicto, quod si fuisset
probatum, sequeretur vel mors, vel membri ab-
scissio, vel exilium, vel amissio maioris partis bo-
norum; nam ob singulas ex causis prædictis non
potest vnus contra alterum esse testis, durante ini-
micitia. ac talis quidem est legis sententia.

Prima ergo causa capitalis inimicitia oritur con-
tra eum qui occidit cõfanguineum meum. ita Bart.
in l. 4. §. ff. de adimen. legatis & Hippolytus Mar-
silius in l. 1. §. præerea. ff. de quæstio. per textum in l.
lex Cornelia. ff. de iniurijs. addit Socinus in cap. re-
pellantur. de accusat. nu. 14. non solum esse effectum
mibi inimicum capitalem, qui cõfanguineum meum
inter-

Quæ inimici-
tia sit capita-
lis arbitrio
iudicantis re-
linqui.

Legis senten-
tia notat
causæ capita-
lis inimici-
tiae.

Legis senten-
tia qualis.

Causæ mul-
tæ capitalis
inimicitie
ordine rela-
tæ.

interfecit, sed etiam si tantum dederit operam, ut interficeretur.

1. *Causa.* Altera causa capitalis inimicitij oritur, quoties quis conatus est occidere eum, contra quem vult testificari, ita docet eleganter Emericus 3. par. num. 118. ibi: vel mors fuit intentata, vbi paulo post addit elegantem rationem, cur talis sit ad testimonio merito repellendus, ibi: propter quod presumitur.

3. *Causa.* Tertia causa, que proxime superioris videtur explicatio, oritur ex solis minis de occidendo. glossa in l. licet. ff. de recept. arbit. verbo, capitales. Alexander consil. 14. incipien. Ponderatis. nu. 3. lib. 3. Grammaticus consil. 57. incipien. In causa mihi transmissa. num. 8. Abbas in cap. repellatur. nu. 4. de accusatio. Cardinalis in c. cum oporteat. de accusatio. quo loco Ioannes Anania num. 7. optime dicit hoc tunc procedere (secundum Baldum in l. metum. C. de eo quod met. cau.) quando is qui minatur aut est potens ad id faciendum quod minatur, aut est solitus minus suis executioni mandare, iuxta notata per Doctores in simili in l. 1. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iust. & iure. quod refert & sequitur Marsilius in dicta l. 1. §. preterea. ff. de questio.

4. *Causa.* Quarto inimicitia capitalis oritur ex insidijs paratis vite eius contra quem is qui parauit vult testificari. glossa in §. inimicitie. verbo, si capitales. instit. de excusat. tuto. Emericus supra 3. par. num. 118. versi. repellit igitur. ibi: seu ea que sunt ad mortem inducenda, atque via. tales enim sunt insidie.

5. *Causa.* Quinto nascitur ex eo, qd quis accusauit aliquem de causa capitali, vt verbi grati de homicidio, crimine lese maiestatis, rapina, crimine nefando, veneris preposteræ, adulterio, seu quolibet alio delicto ex quo nascitur infamia, quod si fuisset probatum, imposita fuisset pena mortis, abscissionis membri, aut publicationis omnium, vel maioris partis honorum, aut exilij. Bart. in l. 4. §. fin. ff. de adimen. legatis. glossa in dicta l. 3. verbo, capitales. ff. de recept. arbit. glossa melior & apertior in dicto §. inimicitie. verbo, si capitales. instit. de excusat. tuto. Abbas in c. accedens. vt lite non contestat. & in cap. repellatur. nu. 4. de accusatio. Zabarella in cap. cum oporteat. nu. 12. de accusat. & alij per hos relati.

6. *Causa.* Sexto oritur inimicitia, que repellit testem quotiens, licet non accusauerit aliquem de crimine capitali, de posuit tamen in causa criminali contra eum. Abbas Ioannes de Anania, Socinus & alij in cap. cum P. Manconella. de accusatio. faciunt tradita per glossam, Bartolum & doctores in l. 3. ff. de testibus. & per Speculat. titu. de teste. §. 1. in principio. adde omnino Grammaticum consil. 45. incipien. In causa magni Tritani. nu. 4. & seq.

7. *Causa.* Septimo oritur capitalis inimicitia, ex eo qd aliquis eum, qui modo contra se testificatur, detinuit aliquando in vinculis. Felinus in c. repellatur. de accusatio. num. 3. versi. adde quod si tenui te. Grammaticus consil. 46. incipien. In causa magni Tritani. nu. 1. & 2. hac autem inimicitia semper durare presumitur nisi contrarium probetur, vt docuit Baldus in l. non ignorabit. C. ad exhiben. qua inimicitia tunc cresceret vbi mentis contra carcerantem si in dicta carceratio ne fuisset incarceratus tortura suppositus, vt ydem eundem.

Octavo oritur ex sola iniurarum prolatione. Baldus in cap. veniens. circa finem de iurcirando. que sequitur Iason in l. procuratoribus. C. de procurato. Marsilius in dicta l. 1. §. preterea. ff. de questio. vbi ita quandoque iudicatum fuisse testatur idem Marsilius consil. 3. incipien. Sepe ac sapienter decreuit. Thomas Grammaticus voto 6. incipien. In causa excellentis comitis. nu. 4. & 5. & alij, quos prudens omitto. exempla talia esse possunt: appellare virum coniugatum cornutum, siue vxorẽ eius meretricem: itẽ si quis virum honestum dixerit, ebrium: monachum dixerit, apostatam a sua religione: presbyterum dixerit, simoniacum: aduocatum appellauerit, impostorem: procuratorem, cauillatorem: iudicem, acceptatorem personarum: tabellionem, falsarium: mercatorem, monetarium, seu pecunias condentem, & his similia: atque, vt vno verbo dicam, verbum iniuriosum dicitur, cum siue in genere, siue in specie delictum aliquod commissum, licet commissum non sit, alicui impropertur, vt notant Bartolus, Baldus & communiter Doctores in l. 3. ff. de liberis & posthum. Faber, Aretinus, Ioannes de Platea, & alij in §. 1. instit. de iniurijs.

Sed in hoc multum considerare oportet personas inter quos conuicia sunt prolata: personam nobilem & infames, quemadmodum parum curant honorem, ita quoque facile ad proferendas iniurias prorumpunt, quarum etiam facillime obliuiscuntur, & mox reconciliantur: quod vilius feminis solet frequentissime contingere. nobiles autem & ingenui non sunt ita iudicandi: ac inter hos vere dixeris, ob conuicia oriri inimicitias capitales.

Rursus, plurimum consideranda est Provinciarum & ciuitatum consuetudo: sunt enim quedam iniuria in vna Prouincia, qua in alia non solent pro conuicijs accipi.

Nunquid autem iniuria fiat dicendo alicui: mentis, tradit Bart. in l. si quis extraneus. ff. de acquir. hered. vbi iniuriam fieri dicit idem sentiendus est cum alicui dicitur: tu es spurius, quamuis re vera spurius sit. Thomas Grammaticus decil. 37. incipien. Magnificus Carolus. que tamen si quis effugere velit postquam prolata sunt. obseruet cautelam 39. qua tradit Thomas Ferrarius.

Item oritur capitalis inimicitia, ex eo qd quis alterius vxorem tenet marito inuito reclamante, ac repugnante. Antonius de Butrio, & Baldus, & alij in c. accedens. el. 2. vt lite non contestat. quos sequitur Marsilius in dicta l. 1. §. preterea. ff. de questio. num. 2. adduntque idem esse intelligendum de eo qui terram alterius tenet. quod intellige etiam per vim, vt villas, agros, prata, domos, & similia, ex quorum fructibus commodum suscipiat.

Quod autem de vxore dictum est, idem etiam sentias de sororibus, & alijs feminis nobis coniunctis, quarum honor vel infamia nos plurimum potest afficere, quarum pudicitia si attentata solum fuerit, nobis infertur iniuria, per textum in §. 2. instit. de iniurijs. ibi: Siue quis matrem familias, aut prætectatum, prætectatamque affectatus fuerit: siue cuius pudicitia attentata esse dicitur. hac ibi. concordat textus in l. in apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniurijs, quonia ex his factis inhonestis et impudicis infamia generatur, & iniuria infertur, & inde inimicitia inter viros honestos & probos nascitur. l. 1. cum ibi notatis. ff. quibus vt indig. glossa in l. fororem. C. eod. tit. Ioannes Anania in c. cum oporteat. nu. 6. extra de accusatio.

Item oritur inimicitia capitalis, si quis alteri moueat questionem status, asserens, videlicet eum esse liberum non ingenuum natum, aut esse seruum, iuxta textum in §. item is. instit. de excusat. tuto. iuncta glossa ibidem verbo, pupillorum. ita Accursius in §. inimicitia. verbo, si capitales. instit. de excusat. tuto. argumento textus in c. frequens. de restitutio. spoliato. glossa in authen. de teste. §. si quis vero, verbo, questiones. Bal. in l. athletea. §. dant remissionem. ff. de excusat. tuto.

Item oritur capitalis inimicitia, cum quis mouet alicui questionem de omnibus bonis, aut de maiori bonorum parte. ita in dicta l. 2. 2. partit. §. tit. 16. quam initio huius commentarij retuli. quod ipsum asserunt etiam multi ex illis, quos adduxi in precedentibus. & Felinus in cap. quotiens, de testibus nu. 5. Panormitanus in cap. 1. nu. 3. de iudicij. idem Panormitanus in c. repellatur. de accusat. num. 4. Ioannes de Anania in cap. cum oporteat. de accusatio. num. 6. Alexander consil. 99. incipien. In causa accusatio. nis. lib. 1. & alij per hos relati. Huius cause ratio non est difficilis, quoniam ex ablatione vel retentione aut omnium aut maioris partis bonorum, vita non mediocriter laeditur, quam sine alimentis transigere non possumus: bona enim temporalia vita hominis dicuntur, vt notatur in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. Idem sentiendum est, cum questio est de magna pecuniarum quantitate, vt voluit Bart. in l. 3. ff. de testibus. ad quod facit doctrina Baldi in l. parentes. C. de test. vbi causam ciuilem magnam equiparat cause criminali. quos sequitur Marsilius in d. l. 1. §. preterea. nu. 23. ff. de questio.

Idem etiam sentiendum est de spoliacione, aut perditione vnius magnæ rei tantum; hinc enim nascitur inimicitia capitalis. cap. item cum quis. de restit. spoliato. facit c. accedens. el. 2. vt lite non contestata. tenet nominatim Ioannes Anania in c. cum oporteat. nu. 6. de accusatio.

Item oritur inimicitia capitalis, cum quis offendit alium in persona vel in rebus. de rebus proxime dictum est, de persona id asserit Bald. in l. in his. ff. soluto matri. quem sequitur Marsilius in dicta l. 1. §. preterea. ff. de questio. quod docuit etiam eleganter appositis exemplis Emericus supra 3. par. nu. 118. ibi: vel vulnera graua & lethalia, que tunc in primis procedunt, cum inhonesto modo aliquis corporalem iniuriam pertulit, vt si cui pugnis seu alapa sit inflicta, aut fustibus sit pulsatus, seu canna: quod genus iniurie magnam opinionem hominum affert infamiam & dedecus, per textum singularem in §. 2. instit. de iniurijs. ibi: Cum quis pugno pullatus, aut fultibus cæcus, vel etiam verberatus erit, &c. & docet copiose Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 6. nu. 1. & seq.

Idem sentias quotiens quis alterum in facie vulnerauit, preterea si turpis in vultu remaneat cicatrix. Alexander consil. 99. incipien. In causa inquisitionis, quem sequitur Marsilius in dicta l. 1. §. preterea. ff. de questio.

8. *Causa.* Quid dicit verbum iniuriosum.

Personarum est habenda ratio in conuicijs.

9. *Causa.* Ex femina rã nobis san guine cõiunctarũ honore violato, nascitur inimicitia.

Ad hec non potest esse testis in criminibus exceptis, qui dudum fuerat inimicus, si recenter est reconciliatus. cap. 1. accusatores. el. 1. 3. q. 5. cuius verba sunt: Accusatores & testes esse non possunt. qui ante hesternum diem, aut nudius tertius inimici fuerunt: ne irati nocere cupiant, vel laesi se vlcisci velint. hec ibi. vbi id notant Tryppositus & Turrecremata, & Felinus in c. eam te. de refer. versic infidelitas. Alex. consil. 99. incipien. In causa inquisitionis. Grammaticus consil. 57. incipien. In causa mihi transmissa. nu. 8. Alciatus tract. de presump. regula 2. presumptione 11. Innocentius in cap. cum oporteat. de accusatio. Marsilius in dicta l. 1. §. preterea. nu. 4. ff. de questio. sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. c. 22. nu. 14.

Item descendentes ab inimico capitali presumuntur etiam inimici, & ideo a testimonio repelluntur. l. athletea. §. dant remissionem. ff. de excusat. tuto. vbi id notant Baldus, & communiter Doctores. quos sequitur Antonius Gomez loco proxime citato. eadẽque ratione collaterales vsque ad quartum gradum reputantur inimici. argumento textus in l. lex Cornelia. §. 1. ff. de iniurijs, & ita tenet Bald. in d. §. dant remissionem. proxime citato. & Marsilius in d. l. 1. §. preterea. nu. 103. ff. de questio.

Huc spectant qua docet Eclynus in c. repellatur. de accusatio. nume. 4. versi. item adde. dum ait: Si ego contraxi inimicitiam cum vno de vna familia, presumitur quod omnes de familia sua sint mihi inimici vsque ad quartum gradum includiue. & voluit Baldus in l. si vassallus. el. 1. in tit. si de feudo sue. contro. hec Felynus. tenet quoque Angelus consil. 248. incip. In splendidissima ciuitate. & Alexander de Imola consil. 24. incipien. Animaduertis his. lib. 2. & Grammaticus consil. 12. incipien. In causa istorum. vol. 1.

Item presumuntur inimici mei qui cum meis inimicis commorantur, & propterea a testimonio merito repelluntur. cap. accusatores. 3. q. 5. vbi Gemianus & alij. & c. repellatur. & c. cum oporteat. de accusatio. hinc amicus inimici mei non admitteatur ad me accusandum, neque ad testimonium contra me dicendum, preterea si cum meo inimico sit magna iunctus amicitia, vt precitatis locis plene notatur. id ipsum sentias de eo, qui fecit (vt nostri loquuntur) parentelam seu confederationem cum inimico meo capitali, vt voluit Bal. in l. liberi. C. de inoffi. testat. vbi de hoc copiose agitur per Doctores.

Idem locum habet in eo qui contrahit amicitiam cum meis inimicis: is enim inimicus meus recte dicitur, vt late & vere probat Thomas Grammaticus consil. 24. inci. Et quia nihil ita. nu. 6. vol. 2. & Iason in l. liberi. C. de inoffi. testamen.

Tandem non inepte quis dicat eos esse inimicos contendos, & propterea fortassis a testimonio repellendos, qui sunt de aliqua familia, seu factione alteri familia & factioni contraria, quales sunt Guelphi & Gibellini in tota Italia, & in singulis fere vrbibus est vna aliqua familia potens & nobilis alteri contraria; nam horum testimonium mutuo contra se non esset forte facile admittendum. Baldus in l. vnica. C. de rapt. virgi. que sequitur.

13. *Causa.*

14. *Causa.*

15. *Causa.*

16. *Causa.*

sequitur Ioannes Rojas singulari 200. incipien. Te stis inimicus, nu. 8.

Verum in hac parte multo iudicio opus est: nam si testes spectate essent virtutis & probitatis, etiam in his praedictis talis sinistra suspicio cessaret, quamvis in alijs multum esset consideranda: solent enim sepe homines ex huiusmodi familijs & factionibus vehementer inter se inimici esse: in alijs vero iam penitus ista cessant, quavis aliquando inimicitia intercesserit. Atque ex his & alijs huiusmodi causis arbitrio iudicantis prudenter cognoscendis inimicitia capitalis dicitur oriri, quae ubi probata fuerit, testem repellit, ut paulo post dicam.

Iam superiora locum habet etiam si inimicitia contraria esset culpa eius contra quem deponitur, ut scribunt communiter Doctores in dicto c. repellantur. de accusatio. glosa singularis in dicta l. atbleta. §. de remissionem. ff. de excusatio. tuto. quam sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. c. 12. num. 14. versi. quod etiam extendit.

Item habent locum quotiens subest causa inimicitiae, unde verisimiliter oriri possit, quamvis testis dicat & asserat se non esse inimicum. Innocentius in c. cum l. §. de sentent. & re iud. Bar. in l. 1. ff. de his quibus ut indig. Abbas in c. repellantur. de accusatio. & alij quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. c. 12. num. 14. & Grammaticus voto. 24. incip. In causa Nicolai. nu. 1.

Superiora tamen omnia axiomata de inimicitia bifariam potissimum limitantur. Primo quotiens recolligatio inter inimicos intercesserit antiqua & bene fundata. quando autem intercesserit dicatur, arbitrio iudicantis relinquatur: nam tunc cum cesset inimicitiae causa, cessat etiam ratio, ob quam repellit testes debeat. argum. tex. in l. 3. §. si. & l. seq. ff. de adm. leg. ubi Bar. & communiter Doctores.

Rursus non procedunt quotiens inimicitia esse dolo procurata & fraude. eo enim progressa est humana audacia, ut saepe homines cum intelligunt in aliquo gravi delicto aliquem posse contra eos testificari, fraudulenter prius quae sita causa cum eo rixantur, ei que sponte iniuriam inferunt, ut postea eum repellere ad testimonio possint; & ita liberentur a crimine, quod re vera commiserunt. nam hoc casu non debet talibus sua fraus patrocinari: ideoque talis offensus poterit admitti in testem contra offensorem. ita Bar. in l. 1. §. cum quis. ff. de quaestio. Bal. in l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cautio. Iacobus de sancto Georgio in l. 3. ff. de testibus, & alij quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. cap. 12. num. 14. versi. item etiam limita.

Denique admonet in superioribus causis, ac etiam in alijs, ex quibus inimicitia capitalis oriri solet, multum esse considerandam personarum qualitatem: saepe enim contingit, ut illa causa, quae sufficiens est ad producendam inimicitiam capitalem inter aliquos, in alijs non sufficiat. contra vero sunt multi ita suapte ingenio iniqui & malucoli, ut ex levi causa ingentes concipiant animo iras aduersus alios, quos cum non possint, aut non audeant palam offendere, clam mo liuntur aduersus eos omnia iniquitatum genera. noui huiusmodi multos, & tales in primis reperiuntur in curijs magnorum Principum, quos interdum alte-

Superiores causae inimicitiae quando procedat,

Quando cessat superioris causae inimicitiae,

Quid obseruandum in causis inimicitiae capitalis.

Arius felicitas, absque vlla alia causa in inimicitiam concitat. atque hoc est diligentissime in hoc tribunali animaduertendum. hęc enim quamuis non omnino repellant testes, tamen diminuent fidem illorum.

a ¶ Dicit sic, non tamen intelligas, quod in hoc crimine inimicus capitalis admittatur ad accusationem: & c. ¶ Ex hoc EymERICI loco intelliges corruptam esse glossam Archidiaconi in c. accusatus. §. licet. verbo, exceptum. de heret. lib. 6. quem hic citat auctor: nam fere in omnibus vulgatis codicibus affirmatiue legitur ita: & intelligas, quod etiam in hoc crimine, inimicus capitalis admittatur ad accusationem: nam proculdubio negatiue legendum est ita: non tamen intelligas, quod etiam indicant apertissime textus in hac sententia ab Archidiacono citati, in quibus inimici capitales, & accusare, & dicere testimonium prohibentur.

Ex quibus intelliges fortassis deceptum fuisse Nicolaum Arelatanum tract. de heret. notabili. 10. incipien. Non ignoras. ubi dixit speciale esse in crimine heresis, ut inimicus inimicum possit accusare.

b ¶ Idem dicit Dominus Guido Fulcodius, post Clemens quartus, & c. ¶ Hic locus Guidonis Fulcodij, cuius meminit EymERICUS valde est insignis in hac causa, legiturque in q. 15. cap. 17. ubi cum praemisisset diligenter esse testes interrogandos, & inquirendas ac eas causas dictorum, seu depositionum, subdit in hac verba: Et hoc dico cum tanta diligentia faciendum, quia illis, contra quos inquiritur, pracluditur via iuris in notitia testium, & reddendis interrogationibus prout in iure fieri consuevit: & quanto magis eis pracluditur, tanto sollicitudo maior vobis incumbit: adeo quod etiam de inimicitia testium per vos debetis inquirere, cum non possint alij diuinare, & nisi testes plene & plane in omnibus concordauerint, melius est vobis purgationem indicere, vel differre sententiam, quam damnare, haftenus ille.

c ¶ Idem dicit Dominus Guido Fulcodius, post Clemens quartus, & c. ¶ Hic locus Guidonis Fulcodij, cuius meminit EymERICUS valde est insignis in hac causa, legiturque in q. 15. cap. 17. ubi cum praemisisset diligenter esse testes interrogandos, & inquirendas ac eas causas dictorum, seu depositionum, subdit in hac verba: Et hoc dico cum tanta diligentia faciendum, quia illis, contra quos inquiritur, pracluditur via iuris in notitia testium, & reddendis interrogationibus prout in iure fieri consuevit: & quanto magis eis pracluditur, tanto sollicitudo maior vobis incumbit: adeo quod etiam de inimicitia testium per vos debetis inquirere, cum non possint alij diuinare, & nisi testes plene & plane in omnibus concordauerint, melius est vobis purgationem indicere, vel differre sententiam, quam damnare, haftenus ille.

Q V A E S T I O LXVIII.

An haereticus admittendus sit in testem contra fidelem.



Exagesimo octaua quaestio est: Vtrum Inquisitor haereticum possit admittere, ad testificandum in causa fidei contra fidelem, vel etiam pro fidei?

Respondemus quod non: nam haeretici, & criminosi regulariter sunt a testimonio repellendi, nisi in quantum de iure inuenitur concessum: non inuenitur autem, quod haereticus possit testificari pro fidei, vel contra fidelem. Ad hoc est Archidiaconus, in cap. In fidei. de haeret. lib. 6.

COMMENT. CXVII.

Vnum est axioma in hac quaestione, videlicet, Haereticum non posse testificari neque contra fidelem, neque pro fidei in causa heresis. huius axiomatis duae sunt partes, prior dubia est, posterior autem satis facilis.

Et quantum ad primam partem spectat, hoc obseruandum

Locus Archidiaconi testis.

Diligentia Inquisitionis circa interrogandos testes.

uandum est, iudicio meo plurimum referre, an haereticus testificetur contra fideles in causis fidei: an vero in alijs causis, quae ad fidem non spectent, ut in contrahendis, & alijs etiam delictis ab haeresi separatis; nam si in causis alijs a fide separatis testificetur, quid de illorum testimonio sit sentiendum, tradit Imperator in l. quoniam. c. de haeret. ubi glossa, Bartolus, Salycetus & communiter Doctores, Speculator tit. de teste. §. 1. Repertorium Inquisitorum verbo, testes. §. an haereticus. & alij plerisque locis.

Et quamuis legibus civilibus quandoque liceat haereticis testimonium ferre inter catholicos, ut in contrahendis & vltimis voluntatibus, ne probationum usus angustetur, ut in dicta l. quoniam. c. de haeret. at sacri canones praevalent, quibus cauetur ne eorum testimonium recipiatur. sunt enim excommunicati, cum quibus omne commercium est catholicis interdictum, omniq; communicatio prohibita. cap. excommunicamus 1. & 2. extra de haeret. hinc legitur in concilio Toletano 111. quod refertur in cap. non potest. 2. q. 7. haereticos ad testimonium admitti non debere, quamuis dicant se esse Christianos. tradit glossa in cap. si haereticus. 2. q. 7. Repertorium Inquisitorum praecitato loco. Zanchinus tract. de haeret. c. 13. nu. 2. & alij.

Sed nec nouo iure civili haereticorum testimonium admittitur in vlla causa, neque civili neque criminali: nam Federicus Imperator in l. Catharos. ita sancit: Nec ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. haec ibi. & habetur in authent. creditores. c. de haeret. tradit pulchre Conradus Brunus libro. 5. de haeret. cap. 10.

Placet tamen Iasoni & Alciato in l. 2. c. de sum. trinit. quos refert & sequitur Conradus Brunus praecitato loco, haereticorum testimonium admitti posse vtraque parte approbante, vel cum haeretici rem a se gestam explicant, adhibitis tormentis, vel cum testificantur in causis grauioribus, ut heresis, simonia, sacrilegium, laesa maiestatis, expulsiq; amonij, sequitur Siman. de cath. inst. tit. 6. 4. nu. 43. ubi addit, his casibus haereticis credi, si verisimilia dicant, vel sint plures numero, et haftenus de primo capite.

Quantum vero ad secundam partem spectat, An in causis fidei possit haereticus dicere testimonium contra fidelem, aut etiam pro fidei, EymERICUS aperte fatetur hoc loco eius testimonium neque contra, neque in fauorem esse audiendum. & quia huius dicti duae sunt partes, ut omnem dubitationem procul amoueamus, singulatim de vnaquaque est agendum. tota vero difficultas consistit in ea parte qua dicit, Testimonium haereticum non valere contra fidelem. neq; enim video quomodo possit EymERICUS negare testimonium haereticum admitti in causa fidei contra fidelem, cum de haeretico perinde sit censendum ac de reliquis testibus inhabilibus, quos in hoc crimine fauore fidei admitti abunde paulo antea cum auctore docuimus.

Ergo ita statuamus: Quotienscumque haereticus, aut de haeresi suspectus, vel in carceribus positus, vel alibi existens alicui fidei, qui pro vero fidei & catholico reputatur crimen haeresis imponit, siue eum dicat esse socium criminis, siue non; profecto huius vocem contemnere non debent Inquisitores: sed ad

Testimonium haereticorum non admittitur secundum canones.

In quibus delictis admittitur.

An in causa fidei haereticus testificetur contra fidelem.

Testimonium haereticum contra eum qui putatur fidelem, audiendum.

inquirendum secreto accedent, ut intelligant an is fidei delis qui ab haeretico nominatus est, recte de fide sentiat nec ne. hoc est certum, dictum huius haeretici hoc casu non facere semiplenam probationem, ita ut ad capturam possit deueniri; ceterum saltem ad inquirendum faciet indicium: quod si cum alijs coniecturis verisimilibus, & adminiculis coniungatur, tunc ad cetera parabit viam. nec credo ab hac sententia recedendum, quae magis patebit ex sequentibus.

Unde autem descendit auctor in hanc sententiam, plane non video: existimo tamen cum ex dicto Archidiacono, quem hic citat, fuisse deceptum: Archidiaconus enim in c. in fidei fauorem dicit, haereticum non testificari contra fidelem: sed ibi in genere loquebatur, iuxta dispositionem textus in l. quoniam. c. de haeret. cuius dictum acceptum eo modo, quo explicauimus in principio huius commentarij, verum est, & eodem modo loquitur Zanchinus tract. de haeretico cap. 13. nu. 2. ceterum neque Archidiaconus, neque Zanchinus eo loco addiderunt hanc particulam, quam hic adiecit EymERICUS, videlicet, in causa fidei: nam tunc proculdubio aliter sensissent iuxta modum a nobis proxime explicatum.

Neque his obstat textus in cap. dubius. de haeret. ibi: Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant. ubi glossa. & aliqui doctores sentiunt dubium in fide, siue haereticum testem esse non posse: quoniam respondetur illius textus varios esse intellectus, ut constat ibi ex Zabarella, & propterea non debere ad hanc controuersiam diluendam adduci: aut si de testimonio haereticorum accipiatur, intelligendum profecto esse iuxta ea quae haftenus docuimus, ut sit sensus: haereticis seu alijs infidelibus, quia fidem catholicam non tenent, omnino credendum non est, id est, non est plena fides adhibenda, qualis testibus integris & omni exceptione maioribus adhiberi solet. itaq; non dicit textus quod nullo pacto possint ferre testimonium, sed quod eorum testimonium non est omnino integrum.

Alter pars est: Haereticum testimonium in causa fidei non admitti pro fidei. haec minorem habet difficultatem: haereticum enim testimonium non recipitur ad defendendum aliquem in hoc crimine, contraquam aliqui senserint, ut quaestione sequenti explicabo.

Q V A E S T I O LXIX.

An haeretici contra haereticum testimonium admittatur.



Exagesima nona quaestio est: Vtrum Inquisitor possit haereticum admittere ad testificandum contra haereticum, seu pro eo?

Respondemus quod sic, contra; sed non pro eo. Nam in causa fidei participes & socij criminis in tali casu admittuntur, ut patet in c. In fidei. de haeret. lib. 6. in defectum tamen aliarum probationum, ubi dicitur sic: In fidei fauorem, Concedimus, ut in negotio Inquisitionis haereticae prauitatis excommunicati & participes, vel socij criminis ad testimonium admittantur, praesertim in probationum aliarum defectum contra haereticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, Q 2 si ex

Intellectus cap. dubius de haeret.

Haereticum testimonium non recipitur ad excusandum aliquem in hoc crimine.

Relat. supra pag. 105.

fi ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testi-
fium, aut personarum (tam deponentium, quam
eorum contra quos deponitur) qualitate, ac alijs
circumstantijs, sic testificantes falsa non dicere
presumantur.

Ad hoc est Archidiaconus in c. alleg. in gloss.
COMMENT. CXVIII.

Dug sunt assertiones: prima est, Valere testimo-
nium heretici contra hereticum: altera est, In
eius fauorem non admitti.

Heretici cō-
tra hereticū
valet testimo-
nium.

Quantum ad primā assertionem pertinet, optime
probat eam Eymericus ex c. in fidei fauorem. de hæ-
ret. li. 6. presertim ex illis verbis: Et participes vel
socij criminis ad testimonium admittantur. nam si
participes, vel socij criminis sūt, id vel heretici sūt,
vel heretici esse presumuntur, aut salte de heresi su-
specti. Rursus, cū Indus i causa heresis fauore fidei
possit dicere testimonium contra Christianos. c. contra
Christianos. de hæret. lib. 6. & dixi plene supra par-
te 2. super dicto c. contra Christianos. sane & here-
ticus etiam poterit testimonium ferre, cum nulla com-
moda diuersitatis ratio afferri posse videatur.

Hanc etiam assertionem non inepte probat ratio
textus in l. quoniam. c. de hereticis. ibi: Inter se au-
tem hereticis, vel Iudejs, vbi litigandum exstiti-
mauerint, concedimus tædus permixtum, & di-
gnos litigatoribus etiam testes introducere. hæc
ibi. sed in terminis proprijs huius questionis rem de-
finiuit Federicus Romanorū Imperator in l. Catha-
ros. s. 6. relata in bullario litterarū Apostolicarum
in fine huius operis in hæc verba: Adiciamus insu-
per, quod hereticus per hereticū conuincit possit.
hæc ibi. & tenet etiā Lucas de Penna in l. veterani.
c. de veter. mis. lib. 12.

Ceterum, quæ de testimonio hereticorum hoc loco
traduntur, accipienda sunt iuxta ea quæ copiose scri-
psimus super q. 63. p. 1. part. 1. neq; Federicus
hæc contra c. 1. p. 1. ait. verum est enim hereticū per
hereticum conuincit posse concurrentibus omnibus
iis quæ præcitate loco tradidimus.

Cur heretici
testimoniū
in fauorē hæ-
retici non re-
cipiatur.

In altera assertionem maior est difficultas: Cur vi-
delicet heretici testimonium non recipiatur in fauorē
hereticorum, sine in reorū defensionē: equitas enim
contrariū suadere videtur, ne scilicet facultas pro-
bandi suam innocentiam reis auferatur. atq; ita voluit
Felynus in c. de cetero, de testibus. quem refert & se-
quitur Gulielmus Benedictus in c. Raynuitus. de tes-
tam. in parte, qui cum alia. nu. 250.

Verumtamen quidquid illi dixerint, cōtraria sen-
tentia vera est: nam non est credendum eis qui fidem
Deo datam violarunt, quis enim credat fidele esse su-
turum testimonium eius, qui in Deum extitit infide-
lis: c. non potest. 2. q. 7. & docet Simancas de catho.
instit. tit. 64. nu. 45.

Hæc autem sententia de non recipiendo testimo-
nio heretici in defensionem reorum huius criminis,
locum etiam habet & in alijs infidelibus, quibus ob
easdem rationes credendum non est.

Cur non cre-
datur hereti-
cis pro hereti-
cis testifica-
tibus.

Sed quæ est ratio cur credatur hereticis deponen-
tibus contra hereticos, non autem in fauorem hereti-
corum, cum potius non delicta, quam delicta presu-
mi debeant? vixet plane difficultas: sed crederem id

A propterea fuisse sancitum, quoniam cum hereticus,
aut alius infidelis excusat hereticum, aut de heresi
suspectū, in odium fidei nostræ id putatur facere, ne de-
licta contra nostram religionem commissa punian-
tur: quæ suspicio cessat cum deponit de delicto. credo
hanc esse nouam & veram rationem: neminem enim
vidimus hæc tradentem.

Addit Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 45. q.
licet nullo modo credendum sit hereticis, hoc fallit, cū
forte tormentis fatigati, occultum aliquid, et reipu-
blica vtile patefecerint: quod libenter admitto.

Sed hoc præterea libenter adiungerē, q. si quan-
doq; ex verisimilibus coniecturis hereticus aliquem
excusantes vera dicere videantur, sane in fauorē ve-
ritatis non putare omnino iniquum eorū voces au-
dire: veritatis enim fauor magnus est, eiq; semper de-
bet esse locus. l. Imperatores. ff. de probatio. & ve-
ritas opinioni est præferenda, iuxta notata per Bar-
tolomæum & Aretinum in l. is qui putat. ff. de acquirē.
hæredit. quam ob rem, alijs de Imocētia reorū conie-
cturis concurrentibus, non essent contemendū her-
eticorum excusationes, quibus quanta fides sit adhi-
benda, index magis scire poterit consideratis omni-
bus circumstantijs. l. 3. ff. de testibus. & ad pœna qui-
dem diminutionem horum solę excusationes prodes-
se possent, non autem ad integram liberationem.

Tunc vero audiendi non essent heretici, infideles,
alijs, aut quilibet etiā catholici, cū prius deposuissent
aduersus eū, quem de eodē delicto in eodem iudicio,
nunc excusant, iuxta id quod diximus supra in hac
3. parte super q. 63. s. postremo præfata sententia.

Q V A E S T I O L X X .

An vxor, filij & familiares pro, vel cō-
tra delatos de heresi admitti
debeant in testes.

D S P M M A R I V M .

- 1. Testes domestici non admittuntur pro delato de
heresi.
- 2. Admittuntur autem contra ipsum, &c.



Eptuagesima questio est: Vtrū In-
quisitor possit admittere ad testifi-
candum pro, vel contra delatum de
heretica prauitate, eius vxorem, fi-
lios, familiares, seu de suis aliquos?

Respondemus q. non pro, sed contra. Quod:
1. non pro, satis videtur per c. Filij. de hæret. lib. 6.

E vbi prædicti non admittuntur pro mortuo delato-
re heretica prauitate; vbi dicitur sic: Filij vel hære-
des illorū, qui dum in egritudine lecto decuberēt
petierunt hereticos consolatores, vt ab eis per ma-
nus impositionem consolationem reciperent se-
cundum pœsimam consuetudinem eorundē, sic-
que viam fuerūt vniuersæ carnis ingressi, ad pro-
bandum quod ipsi defuncti consolationem illā,
inimmo verius desolationem non sanę mentis esse
et i susceperint, vel post perditam iam loquelam
(cū tamē moris sit, vt dicitur apud eos, quod nul-
lum taliter consolentur, qui non sit sanę mētis, &
memo-

An quando
que heretico-
rum testimo-
nia pro alijs
quo sint au-
dienda.

Relat. supra
pag. 105.

memoriam habeat ordinatam) admitti non debēt
si dum viuēbant diffamati erant de heresi, vel su-
specti: aut legitime constiterit, quod sanę mentis
existentes huiusmodi hereticos petierunt. Alio-
qui admitti poterunt prædicti filij, vel hæredes ad
probandum præmissa: non tamen per vxores, fi-
lios, familiares, vel de suis aliquos; sed per testes a-
lios fide dignos & specialiter fidei zelatores.

Et si ipsi non admittuntur pro heretico mor-
tuo, pari forma nec pro viuo.

Quod b autem prædicti admittantur ad testi-
monium ferendum contra delatum de heretica
prauitate, satis patet; est enim testimonium eorum
magis efficax ad probandum.

COMMENT. CXIX.

Hæc questio pugnare videtur cum questio-
ne 121. nisi diligenter animaduertantur quæ su-
per illa tradidimus.

De materia verohuius questionis, hoc est de ex-
cludendis, aut non admittendis ad testificandū testi-
bus domesticis, agit Doctores varijs locis c. in litte-
ris. de testib. l. etiam. c. de testib. l. idem. & l. testes.
ff. de testibus. l. 1. s. ad questionem ff. de questio. vbi
copiose Doctores. Antonius Gomez ro. 3. variar. re-
solut. c. 12. nu. 15. Repertoriū Inquisitorum verbo,
familiaris. Locutus in opere iudiciali verbo, dome-
stici. glossa & Doctores in s. pater. instit. de testam.
ordinan. Marcus Antonius Blacus tract. de iudicijs
nu. 361. et multis sequen. Zanchinus tract. de heret.
c. 13. Archidiaconus in c. filij, de heret. lib. 6. verbo,
familiares. Ioannes Rojas singul. 198. incip. Testis do-
mesticus. Hieronymus Gigas tract. de crimine lese
maiestatis lib. 2. tit. qui accusare possunt, q. 15. idem
codē libro tit. quomodo, & per quos probetur q. 17.
Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 46. & seq. & alij
quos libens omitto.

Horū sententia est, Testes domesticos regulariter
à testimonio repellit: tamen id fallit in criminibus ex-
ceptis, velut i crimine p duellionis, maiestatis huma-
næ lese, et in causa heresis. l. vlt. c. ad l. Iulij maiest.
Gondissalvus tract. de heret. q. 13. nu. 11. Bernardus
Diaz regula 746. incipiente: Testis domesticus.
in his enim ad testificandū contra consanguineos, assi-
nes, et quoslibet familiares admittuntur; idque ob ra-
tionem, quam paulo post dicemus.

Domestici
testimoniū i
delictis ecce
piss auditur.

Nu. 1.
Testimoniū
domesticorū
nō valet pro
rejs, & quare

Quod non pro, satis videtur, &c.] Hæc est
prima assertio huius questionis, videlicet, Familia-
res & domestici non admitti in hoc crimine ad de-
fendendum reū; & ratio non inepta hæc esse potest:
nam quemadmodum nemo vnquā carnem suam odio
habuit, eodē modo nemo putandus est consanguineos
suos odio habere. tum etiā quia cum ex hoc crimine
infamia in filios descendat, si filij ad testimonium di-
cendum pro parentibus admittentur, facile vt in-
famia fugerent, mentirentur. itaq; horum testimonium
non inepte in hac causa, pro delatis falsum putatur.
quod si nec cōsanguinei sint, nec affines, sed extranei,
domestici tamen, ratione amicitie & familiaritatis
presumuntur non dicere veritatem, vt à tanto crimi-
ne reos possint liberare.

Ex priorū vero ratione illud cōsequitur, quod pru-
denter traditur à quibusdā, videlicet, Granius punit

Ados esse eos qui falsum testimonium dixerint contra
consanguineos, quam cōtra extraneos: tales enim na-
tura leges videntur euertere, cū dum consanguineos
falso testimonio pulsant, in suam quoq; carnem sequere
videantur. Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 49. fa-
cit textus in l. capitaliū. s. oia admissa. ff. de pœnis.

Quod autem prædicti admittantur ad testi-
monium ferendum contra delatum, &c.] Ratio
potissima cur in hoc crimine testis domesticus nō mo-
do admittitur, verum etiā si opus fuerit, compellitur
ad testificandum, ea est: quoniam cum hoc crimē secre-
to committi soleat, & in occulto, melius per dome-
sticos quam per alios probari potest. l. consensu. c.
de repud. c. tertio loco. de probatio. & ob id Eymeri-
cus prudentissime addit in fine huius questionis, ho-
rum testimonium contra reos huius criminis magis ef-
ficax esse ad probandum: ac tanto firmitus haberi so-
let, quāto consanguinei et domestici à suspicione odij
longius abesse putantur.

Sed in hac questione tota difficultas posita est in
cognoscendo qui dicantur domestici & familiares:
nā de consanguineis res est apertior, cū ex legibus no-
scamus qui sint consanguinei; non ita in domesticis et
familiaribus, quos qui sint, nullę leges in iure cōmu-
ni, (quod ego scia) nominatim præscribunt.

In Hispania septipartita lege multi traduntur do-
mestici, quorum propterea testimonia in alijs causis
non recipiuntur: nam l. 18. partitæ 3. tit. 16. ita scri-
ptum est: En su pleyto mismo non puede ser nin-
gund testigo, otrofisi non puede ser cabido en a-
quel pleyto testimonio de su sijo, nin de su fier-
uo, nin de su afforado, nin de su mayordomo,
nin de su quintero, nin de su ortolano, nin de su
molinero, nin de ome que sea su apañaguado. e-
esto es porque non serie guifado, nin derecho de
vn ome tener logar de su parte, & de testigo, nin
otrofisi aquellos q̄ biuen en su merced, & an de fa-
zer su mandado que podiessen testiguar por el.
hæc ibi. quibus verbis multę personę exprimuntur,
quæ appellatione domesticorū & familiarium conti-
nentur, quas more nostro explicabimus.

Doctores quos initio huius questionis citauimus
in his conueniunt: domestici & familiares seu de
domo dicuntur, seruus, colonus, libertus, ascriptus,
mercenarius. Speculator tit. de teste. s. 1. vbi item
excipitur quod est domesticus. glossa in c. in litteris.
verbo, de familia, extra de testibus.

Famulus autem & mercenarius familiaris est,
etiā si gratis nobis seruiat, vt voluit Ioannes And.
apud Speculat. loco præcitate, quem sequitur Fely-
nus in c. in litteris, de testibus. nu. 1.

Item pater domesticus est filio, et contra, filius pa-
tri: item vxor viro, & de conuerso. Felynus in dict.
c. in litteris. & Antonius Blancus tract. de iudicijs
num. 363.

Item latius loquendo familiares dicuntur qui vi-
uunt (vt cum nostris loquar) ad vnum panem et vniū
vinum. autem de monachis. s. cogitandū. tales sunt
qui viuunt in communi.

Item dicuntur domestici omnes illi, quibus ratio-
ne patrię, vel dominicę potestatis potest imperari,
quales sunt qui in domo nostra habitant nobis ser-
uientes. Marcus Antonius Blancus præcitate loco.

testificatur
contra suos
consanguini-
cos.

Nu. 2.
Testimoniū
domesticorū
recipitur cō-
tra domesti-
cos in hac
causa & qua-
re.

Domestici
& familiares
qui dicantur.

additio ad glossam in §. pater. insit. de testa. ordinar. Baldus in dicto c. in litteris. de testibus. Montanus in dicta l. 1. 8. partit. 3. tit. 16. de quo vide pulchram distinctionem allatam ab Henrico Boich in dicto cap. in litteris. adde ibidem Franciscum Aretinū et Crotum tract. de testibus nu. 104.

Ubi ergo confiterit quempiā domesticum esse, et alicuius familiarē, is non dicit testimoniū pro accusato de heresi, nec valebit ad ipsum defendendum.

Domestici testimoniū, an pro reo quandoque audiatur.

Et quamvis hec ita se habeant, illud tamē putarē in hac causa obseruandum, qd si persona domestica esset valde digna, ac spectata a probitatis, plane etiā in hoc crimine non esset penitus contemnendū eius testimoniū ad excusandū reum, iuxta doctrinā Innocētij, Ioannis Imole, et Antonij de Butrio in dicto c. in litteris. de testibus: nam si talis persona esset, de qua non presumeretur, qd deieraret, tunc eius testimoniū recipiendum esset. atq. hoc tunc potissimum locū haberet, si cū huiusmodi teste domestico cōueniret alius testis non domesticus, et omni exceptione maior, aut alia indicia de innocentia reorum iuxta doctrinam Marsilij in l. de minore. §. tormēta. ff. de quæstio. vbi plures citat in hanc sententiam, quos videto. quanta autem fides his habenda sit in defensionem reorum, iudex magis scire poterit spectata personarū et aliorum indiciorum qualitate. l. 3. ff. de testibus.

Q V A E S T I O LXXI.

An testes plures duobus requirantur ad condemnandum quempiā de heresi.

S V M M A R I U M.

- 1 Duo testes legitimi non singulares de iuris rigore videntur sufficere.
2 Ex æquitate tamen in crimine heresis plures requiruntur.
3 Leuior probaciones non ad condemnandum, sed ad presumendum sufficiunt.
4 Inquisitoris diligentia defensionum defectū in crimine heresis supplere debet.
5 Quid agendum cum quis per duos testes tantum est conuictus.
6 Concordat Guido Fulcodius, Archidiaconus, et Ioan. And.

Eptuagesima prima quæstio est: Vtrū Inquisitor depositione solum duorū testium legitimatorum, nō singulariū, possit licite aliquem de heresi condemnare, vel plures quā duo necessario requirantur?
1 Respondemus, qd quamvis videantur sufficere duo testes de iuris rigore: quia regulare est, qd in ore duorum, vel trium testium stat omne verbū:
2 Tamen de iuris æquitate nō videtur in hoc crimine duos sufficere, tū propter criminis immanitatem; in criminibus enim probaciones debent esse luce clariorē. C. de probat. l. Sciant. heresis autē inter maiora crimina enumerantur.
3 Et si dicatur, quōd in hoc crimine sufficiūt le-

uiorē probaciones, quia leui argumēto quis detegitur; verum est ad presumendum, non autem ad condemnandū: Tum propter iuris ordinis in hoc crimine detractionem. In hoc enim ordo iudiciarius in fauorem fidei detruncatur: quia nec de latus videt testes iurare, nec sibi etiam publicantur; vbi posset eis graue periculum imminere, vt in c. Statuta. de heret. lib. 6.

4 Propter quod delatus non potest diuinare, sed tenetur ipse Inquisitor per se & ex officio de testium inimicitia inquirere: & etiā si deposuerunt confuse de causa scientia eorū iterū interrogare: quod potest facere extra de testi. Per tuas. & ff. de quæstionibus. Repeti. Nā quanto magis via defendendi delato præcluditur, tanto magis incumbit Inquisitori sollicitudo diligentius inquirendi.

5 Vbi ergo inueniantur duo testes concordēs & legitimi contra quemquam, nec ex hoc vellem eū de tanto crimine condemnare, sed purgationem, si esset diffamatus, indicere: vel propter vehementem suspicionem dictorum, quæ oritur ex dictis duorum testium, ab iurare eum facere: vel quæstionare, seu sententiam differre: nō enim videtur tutum ad vocem duorum testium hominem bonæ famæ de tanto crimine condemnare: secus si fuerit male famæ.

6 Cōcordat his Guido Fulcodius, postmodum Clemens Papa iij. in q. 15. quæstionū ad Inquisitores. Et de hoc Archidiaconus plenius in c. Vt officium. §. verum. in prin. de heret. lib. 6. super ver. testium. & in c. In fidei. in si. glof. illius c. Et Ioan. And. ibidem. & in c. Excommunicamus itaque. extra de heret. §. adijcimus. vbi dicitur, quōd faciat Episcopus iurare tres vel plures boni testimonij viros de dicenda veritate, si sciuerint in parrochia hereticos ibi esse.

C O M M E N T. CXX.

Primus omnium, quod ego sciam, Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores hereticæ prauitatis quæst. 15. cap. 18. asseruit, durum sibi videri hominem bonæ opinionis & famæ ad voces duorum testium de tanto crimine condemnare: eius verba ita habent: Adeoque non crederem tutum ad vocem duorum testium hominem bonæ opinionis damnare, licet videat cōtra ius dicere: quia vbi numerus testium non exigitur, duo sufficiunt. Sed hoc dico quōd duos vix duos iudico, eo qd vrgētē necessitate legitimæ defensionis ordo truncatur. hæc ille.

Hæc Guidonem penitus sequitur Archidiaconus in c. vt officium. §. verum quia. de heret. lib. 6. relat. supra apud EymERICI parte 2. (nam vt obiter illud hic dixerim, Archidiaconus interpretationes suas ad titu de heret. lib. 6. ab hoc Guidone Fulcodio paucis additis transcripsit) eadem sententię subscripsit Hostiensis in sum. tit. de heret. §. qualiter. versi. ut autem. et alij quos paulopost referam. hos sequitur etiā hoc loco EYMERICUS. quorum sententia nec impropria fortassis est, nec penitus contemnenda, vt ex sequentibus apparebit.

At posteri iuris interpretes audacter vbiq. de hoc differentes constituunt duos testes sufficere ad quemlibet in hac causa condemnandum, hoc videtur velle

Inquisitoris diligentia suppleat defectū defensionū, &c.

Quis sentit in crimine heresis plures quā duos testes postulari.

Duos testes sufficere in causa heresis qui dixerunt velle

velle non obscure Ioannes And. in cap. excommunicamus. 1. §. adijcimus. vbi verū adducit eius intellectum. idem tenet apertius in dicto c. vt officium de heret. lib. 6. et ibidem Geminianus, Franciscus, Perusinus & alij: & hanc esse communem opinionem fatentur Antonius de Butrio, Ioannes de Anania, & Marianus Socinus et alij in dicto c. excommunicamus 1. extra de heret. addit Gondissalvus tract. de heret. q. 13. nu. 9. banc sibi videri veram opinionem. sequitur Carverius in pract. crim. nu. 162. Petrus Godofredus in l. quicumque. in principio. C. de heret. Syluester in sum. verbo. heresis. 2. quæst. 4. Simancas de catho. instit. tit. 5. 1. nu. 7. & 8. idem ibidem titu. 64. nu. 36. Ioannes Rojas singulari 165. incipiente: Probaciones in causis criminalibus. nu. 8. & seq. Aegidius Bossius tit. de heret. nu. 4. Iulius Clarus in §. heresis. vers. habet etiā Boerius decisione 342. incipiente: Sed quot testes. Antonius Gomez to. 3. variat. resolut. c. 12. nu. 9. Zabarella in clem. 1. de heret. §. verum. q. 1. num. 5. Ambrosius de Pignate tract. de heret. q. 13. & multi alij, quos longum esset recensere.

Horum omnium sententia communis est & vera: tum quoniam casus hic de condemnandis hereticis per duos tantū testes non inuenitur exceptus ab illa vulgari & communi regula diuini & humani iuris, In ore duorum vel trium stabit omne verbum. Tum etiam quia non potest videri denegata facultas defensionis ei, cuius causa tam diligenter tractatur, & in qua tam accurate ante condemnationē omnia expenduntur.

Tum postremo, quia nullo iure id apparet esse constitutum, vt recte multi ex præcitatīs doctoribus testantur.

Idem tamen admonent, ad hoc ut per duos tantū testes vere probetur heresis, necesse omnino esse, vt illi sint integri, inconfutabiles, & omni exceptione maiores.

Voco autem testes omni exceptione maiores eos, qui repellī non possunt aliqua exceptione. cap. licet. de testibus. Decius consil. 429. Palacius Rubius in dicta allegatione de heresi. §. 13. Albertinus tract. de agnoscent. assert. quæst. 34. num. 4. & 5. & ceteri vno ore.

Quamuis autem hæc vera sint, non propterea contemnenda est EYMERICI sententia, is enim non dicit, nec alij quos sequitur, absolute non sufficere duos testes in hoc crimine: sed durum videri, hominem bonæ opinionis & famæ ad voces duorum condemnare, etum ei ordo legitimæ defensionis denegetur non publicatis testium nominibus. quare eius sententiam illustres etiam Doctores sunt secuti. Albertinus tract. de agnoscent. assertio. quæst. 34. num. 3. idem videtur velle Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 9. & S. Antonius 3. parte tit. 18. c. 2. §. 5. & Tabienis in sum. verbo. Inquisitor. §. 37. et postremo Ioannes Rojas tract. de heret. assertio. 4. num. 103. apertissime scribit cōtra id quod senserat prius in singulari 165. incipiente: Probaciones in causis criminalibus. asserens se non audere in tā graui crimine, in quo trūcata est et diminuta reorum defensio; duobus tantum testibus etiam legitimis quemquam condemnare; & per omnia sequitur sententiā Hostiensis, quam pro-

Sensus sententię EYMERICI, & qui fuerint eam secuti.

fitetur EYMERICUS hoc loco.

Huius sententię ed libentius putaret quis subscribendum fore, quod tutior apparet & securior: et sane tutissimū est, vt si homo videatur spectatę virtutis et probitatis, non cōdemnetur ad voces duorum testium nisi alia adsint adminicula & indicia: tunc enim cōdemnari poterit. hoc ipsum dicendum est de homine male famæ, qui duobus testibus legitimis conuictus poterit damnari.

Postremo, vt vno verbo dicam, in hac re fortassis non esset absurdum dicere, arbitrio Episcopi & Inquisitoris esse relinquendum, quando duo sufficiant testes integri ad condemnandum, quando vero non, quod facile intelligitur spectata tum delinquentis tum testium qualitate.

Hoc tamen non possumus diffiteri, liberum esse iudicibus fidei, & ob communem sententiam, & ob iura, duos solum testes idoneos in quavis causa postulare, & ob communem etiā usum sacri tribunalis Inquisitionis ad voces duorum testium idoneorum reos huius criminis condemnare. EYMERICI sententia valde benigna est, & secura, quę tunc potissimū non esset contemnenda, quando reus insignis probitatis cōmuniter haberetur, et integre famę, et incorruptę virtutis: tunc enim non esset incongruū, aut differre supplicium donec forte alij accederent coniectura, et probaciones, aut mitius punire: & hac etiam ratione videntur locuti huius opinionis assertores.

Duobus testibus idoneis si quis cōuincatur, libere damnari potest.

Q V A E S T I O LXXII.

An ex pluribus testibus singularibus sit aliquis condemnandus.

S V M M A R I U M.

- 1 Nemo ex testibus singularibus etiam cū infamia de heresi est condemnandus.
2 Abiuratio autem & purgatio canonica iudici poterit tali.
3 Cardinalis Albanus in hoc casu sententia.
4 Facultas Inquisitoribus data circa statuta legatorum sedis Apostolicę.



Eptuagesima secunda quæstio est: Vtrum Inquisitor per testes singulares solum, vel saltem cū infamia possit iuste de heresi aliquem condemnare?

1 Respondemus qd non; nec per testes singulares solum, nec etiam cū infamia, extra de testi. Tā litteris, præsertim cum in criminibus probaciones debeant esse luce clariorē. C. de proba. l. Sciant cuncti. & in hoc crimine nemo sit ex præsumptione damnandus, de præsump. Litteras.

2 Ergo sibi indicatur purgatio ratione suspicionis vehementis, quę confurgit ex dictis testium. His concordat Guido Fulcodius prædictus in 14. q. de illis 15. quas fecit ad Inquisitores. & Archid. in c. Vt officium. in §. verum. super ver. testium.

Q 9 4 3 Est

3 Est* verum quod in litteris Cardinalis Albanensis sedis Apostolicæ delegati ad Inquisitores, de hoc habetur ita: Cum nuper dominus Papa: & infra: Quando b vero testes singulares sunt in dicitis, tamen concordant in substantia rei, seu in effectu, relinquuntur Inquisitoris arbitrio, vt sicut ei secundum Deum videbitur, sic procedat: maxime si fama consistat, & idoneitas & fides deponētium contra eum, contra quem fuerit inquirendum. hæc ibi.

R. elat. supra pag. 129.

4 De consultationibus vero & consilijs legatorum sedis Apostolicæ in litteris Clementis, Alexandri, & Urbani quarti, Præ cunctis. præmissis multis priuilegijs dicitur sic: Et obseruari omnia statuta tam per sedem Apostolicam, quam in concilijs legatorum eiusdem sedis prouide edita, quæ negotium catholicæ fidei tangere dignoscuntur, sicut promotioni negotij, & augmentationi fidei fuerit opportunum. Sequitur infra illa clausula generalis, Plena sit vobis & singulis vestrum præsentiam tenore facultas

COMMENT. CXXI.

EX hac questione tria potissimum colliguntur axiomata.

Primum est: Per testes singulares nemo est condemnandus.

Secundum est: Neq; etiam si infamia cum teste singulari adiungatur.

Postremum est: Cum testes singulares sunt in dicitis, conueniunt tamen in substantia rei, seu in effectu, arbitrio Inquisitoris relinquuntur, vt sicut ei videbitur, procedat.

Hæc questio partim est facilis, partim vero difficilis, ac valde controuersa, facilis est quantum attinet ad priora axiomata: lōge vero difficilis ob tertium dictum. ceterum quid parū explicatū reliquisse videamus, singula lumine interpretationis illustrabimus.

Quotuplex sit singularitas.

Sed quod apertius conuenit intelligitur, obseruandum est, multiplici esse singularitatem. quædam est obiectiua, alia cumulatua seu adiuuatiua, tertia diuersificatiua. ita Baldus singulariter & vere in c. licet causam, nu. 1. de probatio. & in l. testium. C. de testibus. nu. 9. & 14. sed copiosius & ceteris apertius Symon Crauetta in tract. de antiquitate temporis par. 4. nu. 157. cum multis sequentibus. & Albertinus in c. quoniam, de heret. lib. 6. q. 16. nu. 38. cum multis sequen. quo loco recenset plures alias singularitatis species, quas libens omitto.

Obiectiua est, quando ex dictis testium nascitur repugnantia, aut contrarietas, vt cum vnus ait, aliter vero negat.

Quo casu dictum vnus, alterius dictum aut debilitat aut infringit, aut non probant.

Cumulatiua est, cum dictū vnus coadiuuat dictū alterius, vt cū vnus deponit de facto, alter de fama, seu vnus de visu, alter de auditu. & hæc, vt probat Crauetta præcitato loco, semiplenā facit probationē.

Vltima est diuersificatiua, ex qua nascitur diuersitas rei in substantia, vt cū vnus testis dicit vno loco & tempore quid factum, alius uero alio loco et tempore, quo casu dictum vnus non infringit dictum alterius immo coadiuuat & corroborat.

Ita ita constitutis, primū et secundum EymERICI

Axioma verum & cōmuni uoto receptum est, eiusq; doctrina procedit nō modo quādo testes sunt singulares singularitate obstatua, quia tūc nulla esset difficultas, sed etiā cū sūt singulares singularitate cumulatua, ut ipsemet auctor tradit in secūdo axiomate.

Hæc uero axiomata tradidit iā olim ante EymERICUM in hac causa Guido Fulcodius, quē hic refert auctor. nu. 2. in cōsultationibus ad Inquisitores q. 14. in hæc uerba: An autem per testes singulares, & famam possit aliquis in hoc crimine condemnari, quæri non oportet: constat enim qd non, vt extra de testibus, tam litteris, præsertim cum in criminalibus probationes esse debeant luce clariores. C. de probatio. l. ciat. & in hoc crimine nemo sit ex præsumptione damnandus: indicetur ergo purgatio, vt ostensum est supra. hæc EymERICUS Guido.

Eandem hanc sententiā profertur Ioannes And. in c. vt officium in principio. vers. certum est autem. de heret. lib. 6. & Archidiaconus in c. vt officium. §. verum quia. de heret. lib. 6. Baldus in l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus. Zabarella in clem. 1. §. verum. de heret. Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 9. Palacius Rubius in allegatione de heresi. §. 12. Repertorium Inquisitorū verbo, testis. §. an in causa heresis. Albertinus tract. de agnos. assert. q. 34. nu. 9. Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 53. vers. dixi etiam. Si mancas de catho. instit. tit. 5. nu. 3. idem eodē tract. tit. 64. nu. 61. et sequen. Boerius decisione 342. incip. Sed quot testes. Marsilius consil. 109. incip. Auditio & intellecto. Parisius consil. 2. incipien. Et si esse Iudæum. lib. 4. Denique, vt numerosam aliorum ceteruam omittam, idē tradit S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 2. & Sorus li. 5. de iustitia & iure q. 7. ar. 2.

Testis uero singularis (vt obiter hoc dicā) proprie & uere is uocatur qui solus est, nec alium sibi habet in depositione per omnia contentem & cōcordem, vt optime scribit practica Papiensis in forma oppo. contra testes. uers. suntq; etiam singulares. nu. 1.

Ratio autem cur vni testi singulari non credatur, seu in hoc seu in alio quolibet crimine, pulchra traditur à Soto præcitato loco: Nā cū reus, inquit, sit suæ uitæ, & bonorum possessor, & melior sit conditio possidentis, vnus auctoris affirmatio non putatur sufficiens ad pellendum ipsum de sua possessione.

Alij hanc rationem adducunt: Si in alijs criminibus testes singulares nō probant, multo minus in hoc probabunt, cū in eo ueriores probationes desiderentur. Si quis ergo unum solum testem singularem habeat contra se, propter dictum eius non condemnabitur, sed torquetur, si testis ille fuerit omni exceptione maior, vt supra monuimus super q. 61. & si nihil consistat, ubi sufficere erit tortus, absoluetur.

Quod si cum teste singulari adsit fama de crimine, quāuis legitime sit probata, non propterea condēnabitur reus ita ferme omnes præcitati, quod tradit EymERICUS in secūdo axiomate, cuius ratio hæc esse potest: quoniam in criminalibus ex pluribus imperfectis probationibus non consurgit vna integra & perfecta probatio, vt colligitur ex glossa in c. ueniens 1. in verbo, illorū. & ex notatis ibidem per Antonium de Butrio, et alios extra de testibus. adde Marsiliū in Rubrica. C. de probatio. & Iulium Clarum in pract. crimin. quest. 63. vers. sic tu scis.

Per vnū stem & famā nemo dānā dus.

Quis dicit testis singularis, & cur ei nō credatur.

Hæc tamen conclusio, quæ & uera & communis est, vt docet Palacius Rubius in dicta allegatione de heresi. §. 12. uera est quo ad penam ordinariam imponendam, non autem quo ad purgationem indicendā, vel aliam penitentiam iniungendam. Idem tradit EymERICUS hic num. 2. & Repertorium Inquisitorum verbo, testes, §. an in causa heresis. si quis ergo contra se vnū bonum testem habeat, & infamia etiā notetur de eodem illo crimine, arbitrio Inquisitoris placendus est.

His ita positis, ad postremum axioma accedendū nobis est, in quo uersatur ingens difficultas, & pene inextricabilis controuersia, quæ fortassis egeret Pontificia declaratione.

Quantum ergo ad id axioma attinet, bifariam potissimum potest quis contra se habere plures testes singulares. Primo, cum duo vel plures deponunt de diuersis heresibus, item diuersis locis atque temporibus; vt cum, uerbi gratia, vnus dicit se audiuisse Lutherum negantem Purgatorij mense Maio: alius uero dicit se audiuisse eundem Lutherum negantem potestatem summi Pontificis mense Aprilis.

Secundo, potest quis habere aduersus se duos uel plures testes singulares de eadē seu eisdem heresibus deponentes; discordant tamen in loco & tempore: vt si duo uel plures testes omni exceptione maiores ita se habeant, vt vnus, uerbi gratia, dicat se audiuisse Bucerum nudius tertius in platea dixisse, summum Pontificem non esse caput Ecclesie: alius uero dicat, se nudius quartus in scholis audiuisse Bucerum asserentem Papam item non esse caput Ecclesie.

Prima difficultas nunc est diluenda: altera paulo post tractabitur. illud tamen ingenue dicam, à plerisque & nostris ita hæc consue tractari, vt uix percipias, quid sibi uelint, aut in quo articulo uersentur: à nobis, nisi fallor, apertius & ordinatius explicabuntur, ne quid in hac grauissima lite parum declaratum relinquatur.

Ergo quantum ad primam difficultatem attinet, multorum sententia est, ad probandum aliquid in genere sufficere quidem testes singulares, vt uerbi gratia, in exemplo posito, si agatur in genere de probando, an Bucerus sit hereticus, satis est si per testes singulares de diuersis heresibus, & diuersis locis atq; temporibus prolatis conuincatur: tunc enim probatum erit in genere Bucerum hereticum esse. ita Iacobus Butrigarius, in l. Ariani: et Salycetus in l. qui cumque. C. de heret. Baldus in l. actor. C. de probatio. Ioannes Anania in c. 1. de heret. nu. 7. vers. vltimo scias. Alexander consil. 141. incipien. Ponderatis. lib. 1. idem consil. 92. incipien. Viso & oportune discussio. lib. 5. Calcaneus consil. 19. incipien. Ad primum uidetur dicendum. & alij quos refert Iulius Clarus in pract. crim. quest. 53. vers. dixi etiā. & Philippus Portius lib. 1. com. opinio. regu. 34. vers. sic. septimo infertur. Zanchinus tract. de heret. cap. 13. num. 6. Symon Crauetta consil. 78. lib. 1. & Bernardus in lucerna verbo, testes. §. 19. vers. tres testes. Campegius apud Zanchinum cap. 13. verbo, singulares. et Locatus in opere iudiciali verbo, testis. nu. 19. & alij multi, quos libenter omitto.

Quod autem testes singulares eo modo quo dictum est, probent aliquid plene in genere, tradunt multi

Sententia eorum, qui dicunt per testes singulares quæ probant hereticū in genere

A insignes iuriconsulti, quos refert (vt breuius agam) Philippus Portius lib. 1. communium opinionum regula 34. vers. sic. contrariam opinionem. eamque fatetur communem Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. c. 12. nu. 12. & Albertinus in c. quoniam, de heret. lib. 6. nu. 51. & 52. ubi affirmat hanc forsan opinionem obseruandam fore in praxi, tamen si securius esset & tutius si super hoc fieret constitutio. Possi- ma autem ratio, qua nititur præfata sententia est: quoniam hereses inuicem sunt colligatæ, & ad vniū finem tendunt, & in vno erroris termino voluntantur. c. excommunicamus 1. & 2. de heret.

Ceterum, omiſſa horum insignium virorum opinio ne in hac causa (nam in alijs quid sit statuendum, cū non sit instituti nostri, minime curo) dicendum est; testibus singularibus prædicto modo neminem probari hereticum in genere. Primum enim uix intelligi potest, quid sit, hominem aliquem hereticū esse in genere: nam & ratio & modus ipse loquendi oppugnat hanc ipsam eorum sententiam: genus enim quid confusum est, incertum, & commune; & ubi quid in genere probaueris, nullum adhuc certum indiuiduum demonstrasti. itaque conuincere aliquem esse hereticum in genere aut nihil est, aut ridicula plane est loquendi ratio.

Rursus, nemo de heresi potest condemnari, nisi duobus legitimis testibus sit conuictus: at qui de pluribus differentibus articulis per testes singulares conuincitur, de nulla heresi plene conuincitur.

Præterea, in hoc crimine ueriores & clariores probationes ob eius atrocitatem desiderantur, cum sit ordo defensionis quasi imperfectus, & truncatus: sit ergo vt nullo modo talis probatio in genere ad penā criminis ordinariā imponendā sit admittenda.

Postremo, quemadmodum testibus singularibus prædicto modo nullus probatur in genere adulter, fur, raptor, homicida, incendiarius, & similia; ita nec probabitur hereticus: & hæc sententia uera est & vsu recepta, quam profertur insignes etiam iurisperiti. Salycetus plene in l. testium nu. 16. C. de testibus, quem sequitur Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 9. & Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 69. & sequen. & Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. assertionem 6. nu. 142. & sequen. quibus est omnino subscribendum: quia hæc sententia uerior est & tutior, & firmiter rationibus munita, neque EymERICUS in hac tertia assertionem loquitur iudicio nostro de hac facti specie, sed de alia, quam mox explicabimus.

Pulchra quidem sunt in hanc nostram sententiam Alexandri Imolensis uerba consil. 104. incipien. In causa & lite. quæ ideo referre placet: quoniam apertam lucem huic difficultati, de qua agimus, afferunt. ait ergo ita: Vbi tractatur de probando aliquos actus ex quibus resultat multiplicatio alicuius rei, non sufficiunt testes singulares: unde si uolo probare talem religiosum fecisse miracula, & per vnū testem probō quod sanauit vnū claudum, & per alium testem probō quod illum nauit cæcum, testes isti non probant, vt not. Archidiaconus in cap. nec mirum. 2. 6. q. 5. & Vincētius in cap. venerabili. de testibus. & Antonius de Butrio in cap. cum oporteat. de accusatio. ubi ex hoc infert, quod si uolo probare Titium esse hereticum, & vnus

Testibus singularibus nemo probatur hereticus in genere.

Sententia Imole de nō probado heretico in genere.

& vnus testis deponit quod Titius dixit, q. Christi non venit in Virginē: alius dicit, quod personae Trinitatis non sunt aequales, certe non probat: quia sunt singulares, licet secundum eum Iacobus de Burigario dicat cōtrariū in l. Ariani. C. de heret. haētenu Alexander, qui fideliter retulit sententiam Antonij de Butrio in dicto cap. cum oporteat de accusatio. quest. 9.

Et rationem pulchram videtur assignare Salycetus in l. testium. C. de testibus. num. 16. vbi eandem profertur sententiam in hac verba: Secundo casu quando varietas loci inducit varietatem facti circa modum cognoscendi, & sic circa cognitionem testium, vt hoc exemplo: Ego volo probare Titium esse haereticum, & ad huius probationem vnus testis dicit, quod audiuit ipsum dicentem in tali loco, puta in platea ipsum dixisse, & affirmasse, quod Iesus Christus non fuit filius Dei: alter dicit quod audiuit ipsum dicentem in alio certo loco, quod Spiritus Sanctus non procedit à Filio: & isto casu reperio varias opiniones: nam quidam dicunt, quod probant, quia ambo in haeresi concordant, licet in specie haereticis non sint contestes: alij dicunt quod non probant, quia debent esse cō testes nedam in genere, sed etiam in specie haereticis, alijs dicuntur singulares, vt in cap. cum dilecti. de elect. & ideo non probant, vt 3. q. 9. nihilominus, Ego teneo hanc secundam, vbi certa species haereticis fuit deducta in libello; sed vbi haereticis in genere deducta fuisset, licet de iure libellus admitti non debuit, secundum notata in l. libellorum. ff. de accusat. forte prima opinio procedit, forte ideo dixi, quia videtur quod nec tunc testes p̄bent plene, sed semiplene: quod sic probō: Nulla species haereticis est plene probata, ergo ex probatione super ea facta non potest inferri, seu dici, vel affirmari quod Titius sic dixit, sed bene potest opinari per iudicem, quod ita fuerit, vt ille testis dixit. ff. de iur. l. 3. §. eiusdem in fine. ibi: aut parum tibi probatum opinaris. Ex eo ergo quod non potest verum esse in tali specie, non potest dici verum esse in suo genere. Sed ex nulla illarum probationum in aliqua specie potest dici sic esse, vel accusatum vel inquisitum hoc dixisse: ergo nec haereticum probatum esse, quod demonstro aliter: pone quod Titius accusatur à Caio specificē de tali specie haereticis, & quilibet probat per vnum testem tantum, an dicentur isti probasse? certe non. sic nec in proposito. Dico igitur non plene, sed semiplene tantum probatum esse, & omnes isti habentur loco vnus, nisi dicatur quod in crimine haereticis non requiratur tanta subtilitas probationis. haētenu Salycetus. Atque ex his remanet declarata prima difficultas.

An per testes loco & tempore diuersos, plene probetur eadem haereticis, at dua questio.

Subsequitur nunc difficultas altera diluenda, quae maximi est momenti in hac causa, An videlicet, is plene conuincatur de haeresi, qui duos aut plures habet testes legitimos, & omni exceptione maiores de eodem aut eiusdem erroribus deponentes, vt praediximus, loco tamen & tempore diuersos.

Et Albertinus tract. de agnoscent. assertio. q. 34. num. 12. & Conradus Brunus lib. 4. de heret. cap. 9. non procul à fine. & Simancas de catho. instit. tit.

64. num. 75. & 76. secuti Salycetum in l. testium. C. de testibus. num. 16. asserunt, haereticum plene & perfecte remanere probatum, si quis, verbi gratia, conuincatur Bononia dixisse; Papam non esse caput militaris Ecclesiae; et Romae per alium testem, ite dixisse; Papam non esse caput militantis Ecclesiae. & Salyceti verba, ita habent. Secus si ambo deponunt de eadem specie haereticis, licet vnus dicat se audiuisset in vno loco, alter in alio: quia tunc videtur dicendum quod species illa sit plene probata: quia isto casu locus non plurificat haereticum sepius firmatā & recē sitā & continuatam. haētenu Salycetus.

His addit Simancas praecitato loco rationes alias fortassis non vulgares: tum quia diuersitas testium in alijs, quam in substantia, non abrogat fidem eorum: tum quoniam perinde facit haereticus, qui varijs locis, & temporibus eandem haereticam, repetit ac fur, quod quod rapuit, et furatus est singulis testibus ostendit, varijs temporibus & locis, postremo, quia absurdum esset, vt seductor quisquam singulos homines totius populi seorsum doceret suas haereticas, & tamen vniuersorum testimonij conuincere non possit: quod nemo sanus probabit. hęc Simancas, citatque Diuum Thomam 2. 2. quest. 70. art. 2. & Bartolum. atque hoc ipsum videtur velle Emericus hoc loco num. 3. ibi: tamen concordant in substantia rei, seu in effectu.

Horum potissimum fundamentum est, locum & tempus externa esse, nec plurificare, aut variare substantiam facti, seu in casu nostro, haereticam sepius dictam & continuatam: de quo quid sentiam, mox explicabo.

Primum tamen hoc monebo, Beatum Thomam non sentire pro Simanca, quem ille in suam citat opinionem. nam verba Diui Thomae 2. 2. quest. 70. art. 2. ad 2. argumentum, in multis nostris exemplaribus ita habent: Ad secundum dicendum, quod discordia testium in aliquibus principalibus circumstantiis, quae variat substantiam facti (puta in tempore, vel in loco, vel in personis de quibus principaliter agitur) auferit efficaciam testimonij: quia si discordant in talibus, videtur singulares esse in suis testimonij, & de diuersis loqui: puta si vnus dicat, hoc factum esse tali tempore vel loco, alius alio tempore vel loco, non videntur de eodem facto loqui. haēt B. Thomas. cum quo sentit ibidem Caietanus & Dominicus Sotus lib. 5. de iustitia & iure. quest. 7. art. 2. ad primum argumentum.

Omissa igitur hac opinione cū Diuo Thoma, Caietano, & Soto praecitatis locis intrepide asserendum puto, hos testes loco & tempore discordes, quamuis de eadem haeresi seu haeresibus deponant, singulares esse, ideoque non plene probare: neque ex talium dictis ad penam criminis ordinariam imponendam vltimo modo esse accedendum. Primum enim nullus dubitabit, quin in hos testes cadat singularitas diuersificatiua, vt plene probat Crauetta in tract. de antiquitate temporis par. 4. nu. 157. nam ex quo diuersi sunt in loco & tempore, videtur omnino loqui de actibus diuersis: diuersitas autē temporis, diuersitatem factorum seu actuum inducit; & per consequens reddit testes singulares. ita Antonius de Butrio, & communiter

Opinio Salyceti & aliorum.

B. Thomas sententia.

Testes loco & tempore discordes non probant eandem haereticam

muniter Doctores in cap. cum causam. de testibus. Cynus in l. testium. q. 6. & ibidem Baldus C. de testibus. Archidiaconus in cap. nihilominus. 3. quest. 9. Abbas consil. 98. incipien. In quaestione quae vertitur. lib. 2. Baldus consil. 39. incipiente: Proponitur quod celebratus. lib. 3. idem consil. 459. incipiente: Visa dicta petitione. vers. primo quia testes. lib. 4. Ancharanus consil. 64. incipien. In causa, quae vertitur. idem consil. 147. incipien. Super alia querela. Paulus Castrensis consil. 137. incipiente: In causa quae vertitur Pergami. in fine. & consil. 151. incipiente: In causa quae vertitur corā domino Vicario. in fine lib. 2. Jason consil. 131. lib. 1. & alij prope infiniti. quos libenter omitto. Sed omissis ceteris hanc sententiam videtur aperissime probare textus in dicto c. nihilominus. 3. q. 9. vbi de hac fere re edisserens Leo Papa ita sancit: Nec eorum voces tamquam plurimum admittuntur, quos temporum quidem diuersitas simul in testium prohibuit. haēt ibi. & facit textus in c. de parentela, cl. segundo. 35. q. 6. & nominatim in causa, de qua agimus, hanc sententiam profertur Palacius Rubius in allegatio in materia haereticis. §. 12. incipien. Kestato modo.

Ex his ergo omnibus consequitur periculosum esse ad voces talium testium singularium quempiam condemnare: & Susanna exemplum Danielis cap. 13. satis etiam ostendit singulares esse censendos; nec propterea plenam fidem eis esse adhibendam. ita etiam ante nos agnouit Ioan. Rojas tract. de heret. assertio ne 6. nu. 145.

Quis ordo servandus est in illa qui pluribus testibus singulis locis de eodem errore conuincitur.

Quia vero ex dictis talium testium probatorum quidem & idoneorum magna & urgentia nascuntur indicia aduersus illum, qui vnā & eandem, aut plures & easdem haereticas diuersis locis & temporibus dicitur repetiuisse, torquendus erit: quod si nihil fateatur (quia hoc casu non videtur sufficienter superasse indicia in tortura, eaque diluisset, seu, vt melius loquar, purgasset) non crederem iniquum vt ab iurare quoque compellatur de vehementi, eique alij salutaris penitentia iniungatur: at nullo modo tamquam negatiuus tradendus est curiae seculari: neque ab hac sententia puto vltimo modo recedendum. Emericus autem hoc loco non scribit contrarium: nam de altera facti specie, quam mox subiungam, mihi loqui videtur.

Quid si plures quam duo testificentur.

Et quae haētenu diximus in hac difficultate verissima & certissima esse credimus, cum duo tantum ad sint testes singulares, qui de eadem, aut eiusdem haereticis, diuersis locis atque temporibus auditis, testificantur, si autem plures quam duo testificentur, grauior fortassis est difficultas, in qua multorum sententia est, quod cum testes singulares ad eundem finem tendunt, & plures sunt, & fide digni ita vt in dicem adducant ad indubitatam fidem, non debet interdum curare de illa singularitate, sed ex eorum dictis poterit iudicare, & penam ordinariam imponere. ita in casu nostro tenet Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 77. quod ipsum in signes iureconsulti profiterentur. Cacia lupus in repetitioe l. admonendi. ff. de iureiurando. col. 39. vers. patet igitur tibi studioso Franciscus Brunus tracta. de indicij & tortura par. 1. quest. 2. nu. 6. Socinus consil. 262. lib. 2. Hip-

polytus Masilius singulari 114. incipiente: Vulgatum & tritum est. Idem in l. 1. §. ad quaestione. ff. de quaestio. & Andreas Tiraquellus tract. de penis temperandis aut remittendis. causa 51. nu. 106. & omnes in hoc dicto praecipue sequuntur Paulum Castrensem in dicta l. admonendi. ff. de iureiurando. & in l. Lucius. ff. de his qui notantur infam. in recollectis Florentinis: quamuis in his locis in nostris codicibus non inueniamus haec dixisse Paulum, quod etiam testatur Tiraquellus loco praecitato.

Ceterum, huic opinioni multum fauet illa ratio, quam ex Simanca adduximus paulo antea. §. his ad dit. quia absurdum videtur, vt seductor quisquam singulos homines totius populi seorsum doceat suas haereticas, & tamen vniuersorum testimonij conuincere non possit. in eandem sententiam confert plurimum illustris decisio Guidonis Papae 544. incipien. Quidam elegit. vbi per tres, vel quatuor testes singulares plene probari iurisdictionem scripsit. Postremo satis videtur rationi consonum, vt iudex possit tuto condemnare eum, quem videt per plures testes graues, nobiles, probatos, spectate virtutis & probitatis conuincere, quamuis illi sint singulares: quia non est verisimile tot homines iniquo animo conuenire aduersus aliquem.

His fortassis & alijs huiusmodi rationibus alicui videri posset satis iusta & aequa haec opinio: verum tamen e diuerso clamant sequentia, quibus demonstratur neque hoc casu ad condemnationem esse deueniendum, hoc est, ad penam criminis ordinariam imponendam.

Qui pluribus testibus singularibus quam duobus conuincitur, an plene attendus ordinari.

Primum, quia ex pluribus diuersis nunquam conuenit vnus integrale. l. sancimus. §. si quis autem. C. de donatio. l. usur. C. de usuris. & plura imperfecta non faciunt vnus perfectum. l. vnica. C. qui matutela se excus.

Rursus, probationes in sua specie imperfectae in criminalibus ad plenam probationem non coniunguntur. glossa singularis in verbo, illorum. in cap. veniens. el primero. de testibus. Bartolus in l. si quis ex argentijs. §. 1. ff. de edendo. Albertinus tract. de agnoscent. assertio. quest. 25. num. 21. & alij. & hanc fatetur esse communem opinionem Simancas in enchyridio violat religionis. tit. 34. num. 3. & Ioannes Rojas tracta. de heret. par. 2. assertio. 6. num. 147.

Ad haec, in concilio Biterrensi cap. 11. ita scriptum est: Ad nullius vero condemnatione procedatis sine confessione propria, vel probationibus dilucidis, & apertis: satis enim est relinquere facinus impunitum, quam innocentem damnare. haēt ibi. Idem paulopost sancit concilium Narbonense cap. 23. in hac verba: Ad nullius vero condemnationem sine lucidis & apertis probationibus, vel confessione propria procedatis: satis enim est facinus impunitum relinquere, quam innocentem condemnare. haēt ibi.

Confert singulare illud & obseruatione dignissimum dictum Guidonis Fulcodij in consultationibus ad Inquisitores. q. 15. cap. 17. vbi de proposita facti specie loquens, ait: Et nisi testes plene, & plane in omnibus concordauerint, melius est vobis purgationem inducere, vel differre sententiam, quam damnare.

mare. hęc ille. Manifestum est autem testium singu- larium dicta. secundum regulas iuris non posse dici di- lucidas, claras, integras, & apertas probationes.

Huc Spezzat. c. 1. 2. q. 1. cuius verba sunt: Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi si aut convicti, aut sponte confessum. Convictus autem dici non potest, qui non habet testes idoneos ad nersus se, & per omnia testes, & conformes.

Præterea, quamvis in alijs delictis superior sen- tentia locum habere possit, de quo non sum valde sol- licitissimus: in crimine hæresis aliud prorsus videtur sentiendum: ut eum in eo nomina testium reis non publicè- tur, nec videatur per omnia cõcedi plenissimus defen- sionis ordo & facultas, semper timendum est ne inno- cens iniuste damnetur. & quamvis quilibet testis sin- gularis probatus sit: ignotum tamen est iudici quid il- li à reo possit obijci, & fortassis si reus eum nosset, in- flum quid possit ei obijcere, propter quod dictum eius aut repellatur, aut debilitaretur.

Denique hanc sententiã sequuntur viri insignes, Caietanus apud Beatum Thomam. 2. 2. q. 70. ar. 2. Dominicus Sotus lib. 5. de iust. & iure. q. 7. art. 2. ad primum argumentum ubi asserunt, p tamen si inter religiofos, qui iam sunt mortui mundo, ob dicta plu- rimum testium singularium facinorosi possint condem- nari propter anime salutem & favorem regularis obseruantie; in delictis tamen exterioribus, ubi ad grauiora supplicia proceditur, id locum non habet. idem voluit Ioannes Rojas tracta. de heret. par. 2. assertione 6. nu. 146. & sequentibus.

Atque ut in hac quoque causa meam sententiam dicam, si alicuius auctoritatis futura est apud viros doctos credere in hoc casu sequentia posse obseruari.

Quotiens quis pluribus testibus singularibus, & idoneis vrgetur prædicto modo, nec vult fieri, ex- pectandum est per aliquod spatium temporis, & in- quirendum, an inueniri possint testes per omnia con- cordes & conuicti sed prius torquendus est, ut si se- ri potest ab ore eius veritas habeatur. q. si nihil con- fiteatur, quia hoc casu non potest videri purgasse in- dicia per torturam, cum sint multa, & vrgentissima ac vehementissima contra eum, ad aburationem saltem de vehementi, aut ad canonicam purgationem subernam instissime compellatur: in quo casu lo- cum habere poterit opinio Squillacensis tracta. de fide catho. cap. 31. & aliorum, quos refutauit su- pre parte 2. super cap. inter sollicitudines, de pur- ga. cano 9. Atque ex hac inde vero spectata perso- ne qualitate, vel ad vitæ, vel ad detractionem in aliquo monasterio per aliquod tempus poterit con- demnari: at nunquam conuulerem, nec crederem iniuste fieri posse, ut velut negatiuus & impenitens propter eos testium singularium dicta curia & cura- ri relinquantur.

Hęc mea sententia est, quam tamen libenter sup- pono correctioni sancte Romanæ Ecclesiæ, aut viro- rum doctiorum, qui meliora docuerint.

Postremo illud hoc loco opportune quaritur, an si duo vel plures per unum foramen (per quod simul videre non poterant, sed tantum unus post alterum) viderunt quempiam committentem aliquod factum hæreticale siue apostaticum, verbigratia frangentem imagines, aut se more Mahometano lauantes & in-

Quis ordo seruandus cõtra eum qui pluribus testibus singu- laribus con- uincitur.

A clinantem, aut figuram Crucifixi flagellantem, & si- milia, an inquam huiusmodi homines successiue vi- dentes tale quid, & de eo testificantes, sint censendi testes singulares, an vero testes. & propterea ple- ne probantes?

Et breuiter respondetur, nõ esse testes singulares, sed testes, & plene probantes, cum intra breuissi- mum temporis spatium idem delictum continuatim viderint, ac propterea de vno & eodem actu nume- ro testificentur: neque enim hic presumitur plurali- tas actuum, nec temporis diuersitas, sed potius vnus numero actus, & vna temporis conuictio. ita scri- bunt communiter insignes & antiqui iuriconsulti.

B Iacobus Butrigarius, Iacobus de Arena, Cynus, Sa- lycetus, Baldus et alij in l. testium. C. de testibus, cũ docent prædicto modo probari posse adulterium, glossa in cap. nihilominus. in verbo, simul. 3. quest. 9. & Antonius de Butrio in cap. cum oporteat. de ac- cusat. quest. 9. num. 20. Geminianus in dicto cap. nihilominus. 3. q. 9. & alij, qui hos communiter se- quuntur.

Nec obstat si dicatur, prædictos testes censendos fore singulares ex diuersitate tẽporis, quia dũ vnus vidit, alius non vidit: quomodo respondetur, quod ex quo viderunt eundẽ actũ, & in continenti vnus post alium, simul vidisse dicuntur, nec singulares sunt. ita præ ceteris docet Iacobus de Arena & Cynus in dicta l. testium. C. de testibus. nu. 5. vers. Sed è contra videtur. & eodem modo possumus ad alia responde- re, si que fortassis obijciantur.

Atque ex his, nisi fallor, plenissime est declaratũ quidquid spectat in hoc crimine ad materiam testium singularium: in quo ideo fortassis iusto lögior fui. quo- niam opere pretium me facturum putauit, si quanta fieri posset distinctio lucet et claritate, hæc tradere- rem, quæ à multis ex nostris fortassis obscurissime docentur: idque feci libentius, ut Inquisitoribus val- de in causis fidei occupatis satis facerem; eosque libe- rarem à molesta enolucendorum ac legendorum tot in- terpretum varijs locis hæc tradentium. nunc ad ce- tera pergamus.

D a ¶ Est verum quod in litteris Cardinalis Albanensis, & c. J. extat in vetusto illo codice membra- naceo bibliothecæ Vaticanæ creberrima mētio cuius- dam domini Albanen. Apostolicæ sedis Legati, quem coniectura assequimur, quo tempore Pauperes de Lugduno seu Albigenses, aliq̃ue hæretici partes Gal- liæ & Lombardię infestabant, Legatum sedis Apo- stolicæ fuisse constitutum, multasque constitutiones ex Papa commissione edidisse tum de pœnis hæreti- corum, tum etiam de ordine procedendi aduersus eos quibus Inquisitores priuati ad dirimendas fidei cau- sas & controuersias feliciter & vtiliter vterentur: ac in vetusto quidem illo codice Vaticano huius Le- gati, cuius fortassis hic meminuit Eymericus, quæ- dam ordinationes breuissime reperuntur, in quibus tamen non legitur hoc fragmentum, quod citat hoc loco auctor.

Ceterum cum anno Domini M D L X X X. In- quisitor Florentinus Romam venisset, secum detu- lit vetustissimum codicem membranaceum manuscri- ptum, in quo continebantur quæ ad sanctum offi- cium spectabant, in eo codice (quem nobis exhiberi iussit

Num. 3. Albanen. & c. J. extat in vetusto illo codice membranaceo bibliothecæ Vaticanæ creberrima mētio cuius- dam domini Albanen. Apostolicæ sedis Legati, quem coniectura assequimur, quo tempore Pauperes de Lugduno seu Albigenses, aliq̃ue hæretici partes Gal- liæ & Lombardię infestabant, Legatum sedis Apo- stolicæ fuisse constitutum, multasque constitutiones ex Papa commissione edidisse tum de pœnis hæreti- corum, tum etiam de ordine procedendi aduersus eos quibus Inquisitores priuati ad dirimendas fidei cau- sas & controuersias feliciter & vtiliter vterentur: ac in vetusto quidem illo codice Vaticano huius Le- gati, cuius fortassis hic meminuit Eymericus, quæ- dam ordinationes breuissime reperuntur, in quibus tamen non legitur hoc fragmentum, quod citat hoc loco auctor.

Secundus sen- tus.

An testes sint singula- res quando non depo- nunt per ea- dem forma- lia verba.

Insuper illuſtrissimus dominus Iacobus Sabellus Car- dinalis Generalis Inquisitor in vniuersa Republica Christiana) hæ ipse constitutiones, quarum hic me- minit Eymericus, legebantur directæ Inquisitoribus Lombardiæ. Ea vero constitutio, qua de testibus agit, quæ asfert hoc loco auctor, in prædicto codice ita habet. Quando vero testes vel diffamatores, singulares sunt in dictis, concordant autem in substantia, vel in specie rei, relinquitur Inquisitorum arbi- trio, vt sicut eis secundum Deum videbitur, sic procedant: maxime si fama consentit, & idoneitas & fides deponentium contra eum, contra quæ fuerit inquirendum, hætenus ibi.

In hac ergo constitutione diligentissime sunt ob- seruanda hæc verba: Quando vero testes singula- res sunt in dictis, concordant autem in substantia seu in specie rei. que profecto difficilem & ob- scurum habent sensum, nec primo obtutu facile per- cipias, quid sibi velint.

Varius sen- sus verborũ Cardinalis Albanen.

Vnius ergo sensus hic esse posset, quod quando tes- tes singulares sunt in dictis, quia videlicet in loco & tempore discordant, conueniunt tamen in substan- tia rei seu in specie vel in effectu, hoc est, de eadem seu eisdem hæresibus deponunt: si testes huiusmodi sint idonei, & vltra illorum probitatem, & fidem ad sit fama de crimine contra reum: tunc arbitrium erit Inquisitoris, vt secundum eius conscientiam procedat.

Hic etiam sensus, quamquam hoc loco sit signifi- catus: nihilominus tamen non probat absolute eam- sententiam, quam proxime reiecimus: quia vltra te- stes singulares famam postulat: & nihilominus, quæ- nis fama de delicto consisteret, & cum testibus con- iungeretur, adhuc non putarem eam sententiam ve- ram esse: quia fama iudicium est debile, & a crimi- ne remotum: quod etiam si coniungatur cum alijs indi- cijs, aut semiplenis probationibus, in criminalibus non faciet plenam probationem, vt late ostendimus in superioribus. quare semper sententia à nobis in su- perioribus asserita, velut equior & tutior esset reti- nenda; quamvis hoc casu grauior penitentia esset in- iungenda.

Alter sensus, nec ineptus forsitan aut contemnen- dus esse posset: quando testes sunt in dictis singula- res, quia videlicet non deponunt per eadem forma- lia verba, sed per equipollentia; quamvis non sint sin- gulares in loco & tempore: tunc an plene probent, arbitrium est Inquisitorum, qui diligenter debent considerare, qualiter quisque fuerit locutus, quo ca- su si eorum depositiones eundem errorem formalem referre videantur, si fama vterius consistat, arbi- trium erit Inquisitoris quid tunc fieri debeat. & hunc plane sensum videntur mihi redolere hæc verba.

Sed quod apertius hæc intelligantur, animaduer- tendum est, quæstionem esse, An testes dicantur sin- gulares, quando non deponunt de aliqua hæresi in specie per eadem formalia verba, sed tantum per equipollentia, & quæ eundem errorem sapere omni- no ac referre videantur, vt si, verbi gratia, vnus de- poneret se audiuisse Bucerum dicentem, non esse pur- gatorium; alius vero deponeret eodem loco & tem- pore, se audiuisse Bucerum dicentem, post mortem animas omnium morientium aut rectorum in cælum, aut

A in infernum proficisci, nec dari tertium alium purga- torij locum in quem tendant. Sive si vnus deponeret se audiuisse Bucerum asserentem, imagines Sancto- rum non esse venerandas: alius vero deponeret, audi- uisse eundem Bucerum eodem loco & tempore di- centem, vsum imaginum in Ecclesia Dei inutilem ef- se & abolendum. sunt huius quæstionis exempla pas- sim obuia, quæque frequenter contingant in sacro In- quisitionis tribunali: in quo articulo quid sit sentien- dum, breuiter est mihi ostendendum.

Non vno modo præsentem controuersiam decla- rari video: nam Albertinus tract. de agnoscendis assertio. q. 34. nu. 47. asseruit in probatione propo- sitionum hæreticarum testes debere attestari per eadẽ verba formalia, & non per diuersa, quia de verbis, inquit, est quæstio, & propterea illa sunt attendenda, & ponderanda: quæ ob rem testes in formalitate ver- borum diuersi non probant, vt ait Geminianus cõsil. 142. incipiente: In causa prioris. & Antonius de Butrio in c. nihil. de verb. signif.

Iam si in his EymERICI verbis, quæ nunc interpre- tamur, secundus ille sensus, quem paulo antea refe- rebam, contineatur: secunda opinio erit EymERICI sen- tientiis arbitrio Inquisitoris relinquendum esse, quan- do ex dictis testium non formalibus, sed equipollenti- bus, & conuenientibus in substantia rei seu in esse- ctu sit procedendum, & ad inquirendum, & ad reli- qua iudicij acta. de qua sententia quid sit sentiendũ, amplius in sequentibus apparebit, vbi demonstrabi- tur posse absque dubio Inquisitores ex testibus per equipollentia deponentibus procedere secure ad con- demnationem.

Verum tamen bis omiſſis, vera sententia est, & Testes non dicuntur sin- gulares, sed vere probat- quado in fa- cto principa- li conueniunt.

Præterea, virtus & substantia verborum non in cortice aut superficie consistit, sed potius in sensu & intentione. cap. intelligentia. & c. præterea. de verb. signif. & c. Marcion. 1. q. 1.

Ad hæc, iuris regula est satis vulgata & trita, nihil referre, quod aliquid ex equipollentibus fiat. l. mulier. ff. ad senatus consul. Trebellianum. l. si ma- ter. C. de insti. & substit. sub con. fact.

Postremo, hanc sententiam minime obscure af- firmat Beatus Thomas 2. 2. q. 70. ar. 2. ad 2. argu- mentum, ibi: Si vero sit discordia testimonij in ali- quibus circumstantijs non pertinentibus ad sub- stantiam facti, & c. talis discordia non præiudicat testimonio: quia homines non consueverunt cir- ca talia multum sollicitari, vnde facile à memoria elabuntur. hætenus sanctus Thomas, eum per om- nia sequitur Sotus de iustitia & iure. lib. 5. quest. 7. ar. 2. ad primum argumentum. idem tenet glossa in cap. dudum. de conuersio. coniugato. & in cap. cũ Ecclesia Sutrina. verba, vacillasse. de caus. posses. & pro-

Varij sen- tię de proba- tione testiũ deponentium per verba. & equipollentia.

Testes non dicuntur sin- gulares, sed vere probat- quado in fa- cto principa- li conueniunt.

& propriet. Alexander, Decius & alij, quos refert A 4 & sequitur Antonius Gabriellus lib. 1. commu. con-

Denique hoc fatetur in causa nostra Ioannes Ro- ja singulari 204. incipit. Testes singulares. nu. 8. & seq. et tract. de heret. parte 2. assertio. 6. nu. 127. & aliquot sequent. quorum omnium unanimis sen-

Discordia te- stium in mi- nimis non in- fringit eorum testimoniu

Inimmo usque adeo verum est, discordiam in mini- mis quibusdam non nocere, ut hec interdum testimo- nium reddat validius: unde Beatus Thomas 2. 2. q. 70. art. 2. ad 2. argumentum, in fine, ita dixit: Quinimmo aliqua discordia in talibus (scilicet in circumstantijs non pertinentibus ad substantiam fa- cti) facit testimonium credibilius, ut Chryso- stomus dicit super Matthaeum: quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex condito eundem sermonem proferre: quod tamen prudentia iudicum relinquitur discernen- dum. haec tenet B. Thomas idem Sotus de iustitia et iure. libro 5. quest. 7. art. 2. ad primum argumentum. probat textus in l. 3. ff. de testibus, ibi: Vtrum unum eundemque praemeditatum sermonem at- tulerint.

Si ergo duo testes coram Inquisitore se sistant, & unus dicat se audivisse Lutherum dicentem, Indul- gentiarum virtutem nullam esse: & alius dicat, se eodem tempore & loco audivisse eundem Lutherum asserentem, Indulgentias a Pontificibus summis esse ad quaelibet inveniunt, nec virtute divina pollere: sane hi plene probarent per equipollentia verba Lu- therum hereticum esse: neque ab hac sententia est re- cedendum.

Quod si in verbis equipollentibus dubius sensus esset, qui & catholicam veritatem, & errorem re- ferre possent: tunc quid sit agendum, abunde docui supra in hac 3. parte super quest. 62.

Quando non fatetur per equipollen- tia probare.

Sed illud non omitam, quod si quandoque agere- tur de probandis verbis formalibus, tunc proculdu- bio non sufficerent equipollentia. Antonius Butrius, & Abbas in cap. nihil. de verb. signific. & multi ex praecipitis, & alij quos refert & sequitur Nicolaus Eucherardus in locis argumentorum legalibus in loco ab equipollentibus.

Q V A E S T I O LXXIII.

An Inquisitor valeat torquere tes- tes, & si falsi deprehensi fue- rint, punire.

S Y M M A R I U M.

- 1 Inquisitor per se potest tormentis subijcere testes:
2 Et illos, si falsi inveniunt, extraordinarie punire.
3 Rationes pro utraque parte adducuntur.

4 Soluuntur quae contra veritatem opponebantur



Eptuagesima tertia quaestio est: Vtru Inquisitor valeat testes torquere pro habenda veritate, seu aliis punire eos quos manifeste deprehendit in causa fidei esse falsos testes, seu contra fontem falso & scienter imposuisse medio iuramento, crimen haereticae prauitatis?

1 Respondemus quod sic: & licet nec de iure specia- lit, nec in privilegijs Inquisitorum, nec in consulta- tionibus titulorum de hereticis aliquid de hoc habeatur: tamen hoc est de iure communi, ut tes- tes possint torqueri, & etiam si falsi deprehensi fuerint, puniri: & hoc potest fieri in causa presen- ti, ut declarat Paulus de Leazaris in cap. Multorum. de haeret. in Clemens. in principio super verbo, Vel tormentis exponere illos, qui dicit ibi sic: Illos, scilicet, pro huiusmodi negotio inquisitos. aliud videtur in testibus, si causa subit eos torquen- di: quia cum per se solum quilibet possit inquirere, poterat omnia ad illud necessaria, & sine qui- bus illud non potest expediri, de officio delega- Praeterea, & c. Prudentiam. verbo, explorati, & ff. de iurisd. om. iud. l. ij. Sed planu est, quod ad veritatem habendam debet iudex laborare, de proba. Quo- niam 14. q. 2. Quamquam. 30. q. 5. Iudicantem. 23. q. 8. Occidit. de testi. Cum causam. & C. de iu- di. Iudices. cum concordantijs: quam ab inuito & suspecto aliter habere non potest. 5. q. 5. Illi qui- vbi notatur de tormentis testium, ipsum ergo te- stem poterit Episcopus & Inquisitor, & quilibet per se torquere.

2 Et caetera ratione videtur, quod eum possit ex- tra ordinarie punire, si falso testimonio auro eius offendit durante iudicio. C. de testi. Nullum. Ad idem de paenis. Super his. & cap. Dilectus.

3 Sed contra videtur, quia ratio quae subest in in- quisito, subest in teste: ergo erit idem ius in vtro- que, de transla. c. 2. cum concor. Et haec duo infra equiparantur ibi, prauitatem ipsam: vel impedimen- tum officij. Et si dicamus, quod Inquisitor non habet ordinariam, videtur casus in Authen. de tes- ti. §. si vero. Pro hac parte facit, quia cum quili- bet possit inquirere usque ad sententiam, & tes- tes sunt pars negotij. de verb. sign. Forus. cui licet totum, & pars, de reg. iur. Cui licet. lib. 6.

4 Solutio. primum verum est, vbi testem vult torquere pro veritate habenda contra Titium de- latum, vel eum extraordinarie punire tanquam coram eo notorie delinquentem. facit quod not. de confessis. c. ij. & quod ibi notat Inno. & de iu- re iu. Cum in positionibus. lib. 6. & iura supra al- legata. Si vero format inquisitionem contra eum propter hoc, ita quod est noua instantia, cum tes- tis sit nunc principaliter inquisitus, aliter per se non possit eum torquere: & sic intelligantur iura supra allegata.

Et de facto hic casus accidit Tolosae Anno Domini MCCXXII. ut vidi in sententia con- tineri: nam pater deposuerat contra filium crimem haereticae prauitatis, & postmodum reuocauit.

Al. consi- tutionibus.

R. clar. sup. pag. 111.

Al. accu- ria.

Inquisitor testes delin- quentes in suo tribuna- li punire po- test.

Solus Inqui- sitor testem torquet.

In hac quaestione tria sunt a nobis potissimum tra- ctanda.

Primum erit: An Inquisitor testes in suo tribu- nali delinquentes punire possit.

Alterum erit: An Inquisitor solus possit torque- re testem quotiens opus fuerit, non adhibito Episco- pi consilio, & vice versa idem possit Episcopus sine Inquisitore.

Postremum erit: Qua poena sint afficiendi testes. in hoc tribunali testimonium dicentes, & ali- cui haereticum crimen imponentes: quod est praecipuum & magni momenti in hac causa, & frequens etiam pro- pter insignem hominum malitiam & iniquitatem.

De materia huius quaestio- nis qui differant.

Sed primum adducendi sunt, qui de materia quaestio- nis huius differunt, inter quos praecipue hoc agit Zanchinus, & ibidem Campegius tract. de heret. c. 14. Tabien- sis in sum. verbo, Inquisitor. s. 36. Iacobus Simancas de catho. insti. tit. 64. nu. 84. idem in enchiridio violat religionis, tit. 38. Ioannes Ro- jas tract. de heret. parte 2. assertio. 8. plenissime Eymericus 3. par. in 1. modo processum fidei terminan- di, quibus adde Iulium Clarum in s. falsum. differit & alij suis locis postea referendi.

Quantum ad primum caput attinet, tamen si olim controuersum fuerit, an Inquisitor possit testem fal- sum, aut aliter in suo tribunali delinquentem punire, cum sit iudex delegatus, qui non videtur posse te- stem coram se delinquentem coercere, ut late dem- strant tradita per Menochium lib. 1. de arbitrarijs iudicium q. 91. nunc haec controuersia, vt ob solam consuetudinem in contrarium cessat: nec propterea longum nobis tempus in ea dirimenda terendum erit.

Cum enim Inquisitor sit delegatus Romani Ponti- ficis, non mirum si possit testes coram se delinquentes ex propria iurisdictione, concessa sibi per delegatio- nem, punire. Speculator tit. de teste, numc. 44. & ibi Ioannes And. verbo, coget. & Abbas in c. 1. extra de crimine falsi, nu. 9. & alij. optime ergo concludit hic Eymericus num. 1. hoc iure communi compete- re: quamuis nullis priuatis statutis haec potestas In- quisitoribus videtur esse concessa. & haec sint satis quoad primum caput.

Alterum est de potestate Inquisitoris in torquen- dis testibus non requisito Episcopo: in quo articulo Eymericus hoc loco ex sententia Pauli de Leazaris aperissime sentit, quod quamuis reu non possit vnus sine altero torquere: at testem quilibet potest per se torquere. & ratio qua vitur hic num. 3. elegans est: nam cum vnusquisque per se usque ad sententiam in- quirere possit, & expedire quacumque ad plenam cau- se cognitionem desiderantur, & testes sint potissima- totius causa pars, sane si casus occurrerit, in quo ne- cesse fuerit torquere testes, & solus Inquisitor, & solus Episcopus id per se efficere poterit: atque hoc iure vitur, idem tenet Zanchinus tract. de hereti. capit. 14. numc. 3. ibi: Dic quod Inquisitor pote- rit eum ponere ad torturam, & ibidem Campegius verfic. ex his iam colligere possumus. & Tabien- sis in sum. verbo, Inquisitor. s. 36. & alij quos in re ma- nifesta omitto.

Ad tamen est caute obseruandum, quod si contin-

gat ex teste reum fieri, isque torqueri debeat, tunc non poterit solus Episcopus, aut solus Inquisitor id efficere. clemen. 1. de heret. §. propter quod. vers. du- ro tamen. atque ex his remanent satis aperta, quae ab Eymericus traduntur hac quaestione: nam circa haec duo potissimum versatur.

Sed tertium caput est iam declarandum, in quo to- ta difficultas posita est, nepe: Qua poena affici debeant testes falsi in hoc crimine haereticis delinquentes.

De falso accusatore eiusque poena satis multa di- ximus supra in hac 3. parte, num. 67. tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, vbi promissimus hic nos fore delaratos quod ad falsum testem spectabat.

Ac primum quam ingens scelus committant fal- si testes, luculenter explicatur in c. 1. extra de crimi- ne falsi, in haec verba. Falsi dicitis tribus perso- nis est obnoxius: primum Deo, cuius praesentiam contemnit: inde iudici, quem mentiendo fallit: po- stremo innocenti, quem falso testimonio laedit. haec ibi.

Nullus autem falsus testis grauius aut horribi- lius delinquit, quam qui in hoc tribunali virum ca- tholicum haeticum esse mentiendo asserit cum pie- tatis intuitu, grauisimo periculo reum exponat, cui nomina falsorum testi-um ei occultentur, & proinde difficilium se defendere queat.

Falsum autem testem iura vocat non modo eum, qui mendacium dicit, sed & qui veritatem occultat, cap. 1. extra de crimine falsi, cuius verba sunt: Vter- que reus est, & qui veritatem occultat, & qui me- dacium dicit: quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. haec ibi.

Nec modo hunc voco falsum testem, sed etiam il- lum, qui refert quidem verba ipsa illius contra quem testificatur, sed de illis tamen testificatur alio sensu, quam prolata sunt: vt si ea non integra refert: vel dicat verba haereticalia fuisse prolata affirmatiue: cum tamen aut recitando & referendo, aut interro- gatiue fuerint dicta. Simancas de catho. insti. tit. 64. nu. 89. vers. est quoque falsus testis. & in hoc dili- genter animaduertere debent indices fidei, cum fre- quenter haec in suo tribunali contingere soleant.

Sed iam qua poena affici debeat testis falsus in hoc tribunali doceamus. ac primum videtur dicen- dum eos non esse plectendos talionis poena, nec tra- dendos in aliquo casu curiae seculari. primo quia nul- lo iure veteri nominatim cautum inuenio in hac cau- sa, vt testes hac poena plectantur.

Rursus in tribus illis vetustis concilijs Tolosano, Biterrensi, & Narbonensi, quibus plenissime consti- tutum extat quidquid ad poenas & poenitentias reo- rum in hac causa spectat, de hac poena in testes falsos exercenda nullum apparet vestigium: Sed in Biterren- si cap. 26. aduersus deierantes, & inducentes alios ad deierandum (hoc est, vt ego interpretor, ad falsum deponendum medio iuramento) poena deportationis vestis crucibus signat, continetur in haec verba: Et si forte deierauerint, aut induxerint alios ad deie- randum, portent in superiori parte duarum crucu (quas portare habet in pectore, & inter spatulas) brachiū transuersale palmi vnus vel circa. haec ibi.

Ad haec nullus ex veteribus (quem ego viderim) do-

Testem esse cum reum non torquet solus Inqui- sitor.

Grave scelus est dicere fal- sum testimo- nium.

Quis dica- tur falsus tes- tis.

De poena fal- sificorum tes- tium.

de crimine haresis tractans talem pœnam imponendam docuit. Nam Zanchinus qui de hac re plura tradidit tract. de heret. cap. 14. arbitrarias penitentias iniungendas docuit testi falso per Inquisitores. Eymericus quoque qui omnia fere prosecutus est, quæ ad negotiũ haretica prauitatis spectant, neque in hac questione, neque in 12. modo processum fidei terminandi, huius pœnæ meminit: cum tamen plenissime ageret de testibus falsidicis puniendis: quamquam indicet vitam eis de sola benignitate & misericordia relinqui.

Postremo non videtur vbiq; receptum in sacro Tribunali vt testes huiusmodi curiæ seculari tradantur, & vltimo supplicio afficiantur.

Pœna talionis in testibus locum habet.

Sed in contrarium facit primum, quia quamuis in accusatore abolita sit & antiquata talionis pœna, vt ostendimus supra in hac 3. parte nu. 67. tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem. s. his positus. at in testibus adhuc habere locum testatur Bal. in c. 1. s. iniuria, de pace iuramento firmanda in vrbibus feudo. & in l. 2. c. de rebus creditis. Corferens in singulari incipiente. Teltis. cl. 12. Iason in l. et si lege. num. 5. c. si contra ius vel vtilit. publicam. & in l. si duo patroni. s. finali. ff. de iureiurati. idem in s. item si quis postulante. num. 64. inslit. de actio. Alexander consi. 55. incipien. In causa inquisitionis. lib. 7. Guido Papæ de cessione 44. incipien. Teltis falso deponens. Cassaneus super consuetud. Ducatus Burgun. rubrica 1. des iustices. super textu, es droictz d'icelles. nu. 15. Socinus consi. 185. lib. 2. Co-narruius in cap. quamuis postum. de pactis lib. 6. parte 1. s. 7. num. 6. Bernardinus Diaz in pract. crimi. cano. cap. 87. Nellus tract. de testibus. s. falsus testis, nu. 231. Petrus Duenas in regula 27. incipien. Accusans aliquem. versic. quod tamen in testibus. quod non obscure probat textus in l. 1. s. preterea. ff. de Sicarijs, vbi falsus testis in causa homicidij punitur tamquam homicida, si dolo malo deponat. & in Hispania lege quadam Taurina 83. nominatim cautum est, testem falsum in causa criminali puniendum eadem pœna, qua reus foret puniendus, si verum deposuisset contra eum. vidcantur ibidem Antonius Gomez & Palacios Rubius, & alij plerique varijs locis, quos longum esset recensere.

Testis falsidicus in sacro pœna talionis plectitur.

Iam in hac haresis causa testem falsum talionis pœna plectendum asserunt Ioannes Rojas tract. de heret. parte secunda assertione 8. & Iacobus Simancas de catholica instit. tit. 64. num. 90. nec desunt vniq; & efficaces rationes, quibus hac sententia nititur.

Primum quia hoc crimen grauius est ceteris, cap. Vergeris. extra. de heret. grauius ergo plectendus erit, qui falso contra quempiam de eo testificatur.

Rursus cum testium nomina in hoc tribunali non publicentur, reus vix potest diuinare, quis eum falso testimonio vrgcat; & propterea difficilius potest se tueri. & quemadmodum grauius est hominem interficere veneno, quam occidere gladio, l. 1. c. de malef. & Mathemat. quia qui veneno interficit cum oculto id faciat, aufert ei qui occiditur omne remediũ

A se defendendi; ita qui in hoc crimine falsum deponit contra aliquem, grauius peccat: nam cum occulto mendacium dicat, quod non facile detegitur propter non publicata testium nomina, iustam defensionem, quæ est de iure natura, l. vt vim. ff. de iust. & iure, ei subtrahit.

Postremo Leonis Papæ decimi diploma extat directum Adriano Cardinali generali Inquisitori Hispaniæ, Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 14. Decembris, anno MDXVII. Pontificatus sui anno sexto, quo Inquisitoribus Hispaniæ conceditur, vt possint falsum testem curiæ seculari relinquere irregularitatis securi. eius rescripti verba ita habent: Intelleximus quod multi perdit ingenij homines in testimonijs, quæ perhibent super dictæ prauitatis veritate inquirenda, falsitatem quandoque prece, pretio, odio vel amore, & quandoque metu committere, aut se eandem falsitatem commisisse publice licet falso fateri non verentur: Sicque huiusmodi diabolica artis ministerio plerunq; vel damnantur infontes, vel diuinæ maiestatis Dei, & orthodoxæ fidei sub Christiano nomine derisores veniam consequuntur. Ad quæ facinora perpetranda ipsi falsi testes tam propria improbitate & inconstantia, quam audacia & impunita temeritate eorum, qui illos ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia alliciunt, impelluntur. Nos igitur scelestum hoc hominum genus, qui in diuinam humanamque simul naturam conspirant, & in nefandis criminis causa vel iniustæ absolutio-nis; vel iniquæ condemnationis actores existunt, acriori longe supplicio, quam ceteri falsidici testes plecti soleant, dignum censentes: circumspeditioni tuæ, & vniuersis & singulis alijs per te & pro tempore existentem generalem dictæ prauitatis in regnis & dominijs prædictis Inquisitorem ad ipsam inquisitionis officium pro tempore deputatis, contra omnes & singulas personas cuiusvis status, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis existant, quas tibi, aut alijs Inquisitoribus prædictis in crimine haresis falsum scienter deposuisse, aut alium ad falsum deponendum, aut verum tacendum induxisse, vel quempiam ob perhibitum veritatis testimonium, vel propter falsum nõ attestatum, occidisse, aut membro aliquo mutilasse, aut bonis suis omnibus, vel maiori parte illorum spoliasse, vel spoliari fecisse, seu atrocissima iniuria affectisse legitime constiterit, tuo aut à te deputando, seu deputandis & subdelegandis, arbitrio procedendi, & eos penis, de quibus tibi, vel illis videbitur condemnandi, super quo tuam & illorum, quibus negotia huiusmodi commiseris, conscientiam oneramus, absque alicuius pœnæ seu censure ecclesiasticæ metu, aut irregularitatis nota tradendi vel relaxandi curiæ seculari, plenam & liberam concedimus facultatem: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque.

C Par ratio eorum esse videtur, qui falsum dicentes aliquem iniuste liberauerunt, qui velut hereticus plectendus fuisset: nam & hi Deo & eius Ecclesiæ sacrosanctæ, & reipublice Christiani-grauius quam manifestum est, id quod ex illis rescripti verbis aperte colligitur, videlicet: sicque huiusmodi diabolice artis ministerio plerunq; damnantur infontes.

D Atque hoc ipsum locum habere videtur in eo qui prece, aut pretio, testem corrumpit, vt falsum testimonium ferat, aut minus & terroribus eum ad id maleficii genus perpetrandum compellit: quoniam eius criminis auctor est. immo vero plus videtur delinquere, qui testi persuadet, aut quocunque alio modo inducit, vt falsum testimonium dicat, quam testis ipse: quoniam qui mandat prius habet nocendi animum, & alium impellit ad id facinus, quod fortassis non fecisset.

E Idem dicas in eo, qui mandauit alicui, vt testem aliquem prædictis modis corrumpere, l. is damnus dat. ff. de regul. iuris. vbi Decius, Cognolus & ceteri, & Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 64. num. 96. vide Matthæum de Afflicis super conslit. Neapolit. lib. 3. in constitutione incipiente: Qui falsitatem. in Rubrica 65. de falsitate cuiuslibet in testibus producendis. Atque hi quidem proxime relati casus satis aperte contineri videntur in præcitato rescripto Leonis X.

Extrauagan Leonis X. per quam testes falsidici in causa dei possunt tradi curiæ seculari.

Non quilibet falsus testis est curiæ seculari relinquendus.

Qui testes falsidici maxime nocere dicantur.

Qui falsum deposuerunt ad liberandum aliquem graui ter puniendi.

Qui testem falsum istruat eadem pœna plectendus.

Mandans alicui vt testem falsum istruat, eadem pœna afficiendus.

Prinati Inquisitores non decernant vt falsidicus te

stis, quæ in eandem sententiam afferri possent, videtur esse iustissimum, vt falsi testes in causa haresis pœna talionis afficiantur, & curiæ seculari quandoque relinquuntur. immo vero plures & maiores rationes suadent testem falsum in hoc crimine pœna talionis fore plectendum, quam in alijs delictis, cum pœnæ huius criminis etiam ad descendentes condemnati extendantur, qui & honorum successione priuantur, & grauisima quoque infamia notantur.

Ceterum obseruandum est ex verbis superioris rescripti non quemlibet falsum testem in hoc tribunali delinquentem, curiæ seculari relinqui posse, sed illum tantum qui grauius seu notabiliter nocuit ei, contra quem deposuit: tunc autem exempli gratia notabiliter nocere intelligitur, cum de vera & formali haresi deposuit aduersus aliquem.

illi vero maxime nocuerunt, & propterea eis nullo pacto parcendum putarem, cum ille contra quem deposuerunt, velut negatiuus & impugnatens ob eorum depositiones & testificationes traditus fuit curiæ seculari & vltimo supplicio affectus, nam hoc casu eos grauisime nocuisse, plusquam manifestum est, id quod ex illis rescripti verbis aperte colligitur, videlicet: sicque huiusmodi diabolice artis ministerio plerunq; damnantur infontes.

Par ratio eorum esse videtur, qui falsum dicentes aliquem iniuste liberauerunt, qui velut hereticus plectendus fuisset: nam & hi Deo & eius Ecclesiæ sacrosanctæ, & reipublice Christiani-grauius quam manifestum est, id quod ex illis rescripti verbis aperte colligitur, videlicet: sicque huiusmodi diabolice artis ministerio plerunq; damnantur infontes.

Atque hoc ipsum locum habere videtur in eo qui prece, aut pretio, testem corrumpit, vt falsum testimonium ferat, aut minus & terroribus eum ad id maleficii genus perpetrandum compellit: quoniam eius criminis auctor est. immo vero plus videtur delinquere, qui testi persuadet, aut quocunque alio modo inducit, vt falsum testimonium dicat, quam testis ipse: quoniam qui mandat prius habet nocendi animum, & alium impellit ad id facinus, quod fortassis non fecisset.

Idem dicas in eo, qui mandauit alicui, vt testem aliquem prædictis modis corrumpere, l. is damnus dat. ff. de regul. iuris. vbi Decius, Cognolus & ceteri, & Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 64. num. 96. vide Matthæum de Afflicis super conslit. Neapolit. lib. 3. in constitutione incipiente: Qui falsitatem. in Rubrica 65. de falsitate cuiuslibet in testibus producendis. Atque hi quidem proxime relati casus satis aperte contineri videntur in præcitato rescripto Leonis X.

Iam quamuis in his aut alijs similibus casibus iuste falsus testis curiæ seculari tradendus videatur, quia res grauisissimi momenti est, in qua de vita

hominis agitur, priuati Inquisitores iudicio meo id non decernent, sed ad supremum sanctæ inquisitionis prætorium rem deferent, & eius expectato decreto illud exequentur, quod præscriptum fuerit, ac sancitum.

Cum vero indices fidei alicui testis falsidico ob aliquam causam (vt verbi gratia, quia se sponte detulit, & misericordiam petiuit, antequam is contra quem deposuit traderetur curiæ seculari, & vltimo supplicio afficeretur) parcendum putauerint, & vitam condonandam, grauisima est ei iniungenda penitentia. itaque in perpetuum & irremissibilem carcerem conijcere poterunt, vt docuit Eymericus supra parte 3. in 12. modo processum fidei terminandi num. 209. & alias penitentias addere, quas tradit idem auctor præcitato loco. ad triremes quoque mitti iussissime poterunt huiusmodi delinquentes, vt pœne doloris & aqua angustie in eis sustententur, vt loquitur textus in c. nouimus. s. pro illo. extra de verbo. signif.

Contra testes falsos sententia palam pronuntiat, quoniam in publicum spectaculum producantur, & immani facinore coram populo patefacto, qualis eorum fuerit conatus & flagitium disertis verbis detegitur, & cur ita puniantur, ratio redditur, & omnibus innotescit: quod vtiliter plane fit & sapienter, vt ceteri eorum exemplo discant nefaria scelera evitare.

Quid si leuiter nocuerint falsi testes, mitius puniri solent: nam cum hareticis redeuntibus & alijs penitentibus ipsi quoque in publicam fidei actionem, seu publicum spectaculum infamim tra induti producantur, publiceque eorum delicta leguntur, inde fustibus seu verberibus casti, vel in exilium, vel in triremes etiam mitti solent, aut alia extraordinaria pœna coerceri. Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 91. Zanchinus quoque tract. de heret. pœnam extraordinariam eis iniungendam docet.

Id est autem obseruatione dignissimum, quod tradit Panormitanus in cap. 1. extra de crimine falsi. videlicet, testem falsum in forma iudicij deponentem coram legitimo Iudice, puniendum esse, etiamsi eius dictum non valeat, vt quia verbi gratia non iurauit, vel ob alias causas. idem tenet Bartolus in l. si quis legatum. ff. ad legem Cornel. de falsis. Salycetus & alijs in l. 1. c. de sepulchro violato, & Palacios Rubius in lege Taurina. 83. & Iulius Clarus in s. falsum. vers. Tu scis. vbi hanc dicit esse communem opinionem. Ratio vera illa est, qua præcitato loco videtur Salycetus, quia falsus testis, quantum in se fuit, iam nocere procurauit, immo vero & delictum consummauit: quod si ob aliquem defectum eius dictum non valuit, aut non nocuit, præter eius intentionem fuit.

Multis modis spectata personarum, & delicti qualitate in puniendis falsis testibus pœna augeri aut contra minui potest; sed illa minuendi pœnam satis idonea causa censenda est, cum quis sponte ad confitendum crimen accedit, & errati veniam postulat.

His tradat curiæ seculari.

Cum parci tur testi falsidico, qualis penitentia ei iniungi debet

Sententia contra testes falsidicos publice pronuntiat.

Testes falsidici leuiter nocentes qualiter puniantur.

Testis falsidicus puniendus est, quæuis dictum eius sit inualidum.

stulat coram Inquisitoribus: quod et utilitas publi- ca, & huius tribunalis clementia facile persuadet. & late probat Andreas Tiraguellus tract. de pœ- nis temperan. aut remittendis, causa 30.

falsidico te- sti penenti ve- niam an sit parcendum.

Quæstum est, an testis, qui in causa heresis testi- monium dicit, veniam petens, antequam curiæ sacri- lari relinquatur, admittendus sit ad penitentiam subeundam, sicut hæreticus ad Ecclesiam conuer- sus admittitur. et recte Simacas scripsit de catho. instit. tit. 64. nu. 24. parcendum non esse testi pe- nitenti, tum quia hæretico id tantummodo cõces- sum est: tum etiam quoniam cum falsus testis est, qui innocens est, hæreticum esse testatur; ille qui falso testimonio vrgetur, penitentiam agere non de- bet, nec errorem aliquem confiteri potest, cum ca- tholicus sit: unde fit vt innocens tamquam perti- nax & impnitens condemnandus veniat. iure itaque falsus testis id pati debet, quod proximo suo facere cogitavit. atque hanc quidem senten- tiam in eo qui falso quempiam de heresi accusavit, vt scilicet non admittatur penitere volens, te- nuit Iacobus de Arena in l. vlt. C. de accusat. vbi ita quandoque seruatum fuisse testatur. eum sequitur ibidem Cynus, Baldus, & alij, et Ioannes And. Antonius de Butrio, Panormitanus, Maria- nus Socinus, & alij canonistæ in c. excommunicamus. el. 2. extra de heret.

Testes falsi di- cian p. solū Inquisitorē vel solū Epi- scopū puni- ti possint.

Illa etiam est in hoc negotio explicatu digna difficultas, an testes falsidici per solum Inquisi- torem, aut solum Episcopum puniri possint. & verius est, vtumque in his puniendis interne- nire debere; ita cautum est rescripto quodam Leo- nis X. anni Domini MDXX. vbi multa capitula per Inquisitores Regni Aragoniæ obseruanda continentur, inter cetera autem vnum id est, de quo agimus in hac verba: Et quod si aliquis te- stis falsum deponeret in dicto Inquisitionis officio, per iudices ecclesiasticos, ordinarios diocesis, in qua falsum huiusmodi committe- retur, & per dictæ prauitatis Inquisitores in eadem diocesi pro tempore deputatos simul, ita vt alius sine alio procedere non posset, puniretur. hætenus ibi. equidem & ymericus supra in hac 3. parte in 12. modo processum fidei termi- nandum. 209. cum de punitione testium falsi- dicorum differit, Episcopum & Inquisitorem si- mul in connegotio expediendo adhibet. atque hoc est tutius.

filij falsi te- stis an sint infames aut alijs pœnis æque vt filij hæreticorū subiecti.

Postremo quæstum est, an filij & nepotes falsi testis, qui combustus fuerat, infames sint, & alijs pœnis plectantur, quibus filij hæreticorum afficiuntur. & verius est non subijci his pœnis. primo quia non est usu receptum vt ita plectantur. præterea nõ sunt exequandi in hoc filij falsidicorū testiu. & filij hæreticorum: nam hæretici maius crimen commit- tunt, quàm falsi testes. cum illi & Deo & toti Chri- stiana reipublice iniuriam faciāt: hi autē in primis vni illi contra quem testificantur nocere cupiūt: po- stremo quamuis concederetur, par esse vtorumq; crimen, nullo tamen adhuc iure sancitum esse appa- ret, vt in his pœnis filij falsidicorum testium filijs hæreticorum exequantur. leges autem pœnales ex- tendendæ non sunt, e. odia, de regul. iur. lib. 6. cap.

pœna, de penit. dist. 1. & conferunt que copiose do- cet Alfonso Castus lib. 1. de potestate legis pœ- nalis, c. 7. neque ab hac sententia recedendum ar- bitror.

Q V A E S T I O LXXIII.

An Inquisitor citare & pertrahere possit de diocesi ad diocē- sim testes pariter ac delatos.



Eptuagesimaquarta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit de diocē- si ad diocēsim testes trahere vel citare, & etiam delatos de hæretici- ca prauitate?

Respondemus quod sic, non obstante con- stitutiōne de duabus dietis, de rescriptis, Non- nulli, nec illa de vna. eo. tit. de rescriptis, lib. 6. Statutum, sed infra suæ terminos iurisdictionis potest Inquisitor testes citare, & delatos trahere & vocare, vt patet in c. Vt officium. §. deni- que de heret. lib. 6. vbi mandatur Inquisitori- bus, quod procedant contra quoscunque de hæ- resi delatos cuiuscunque cõditionis sint, digni- tatis, ordinis, religionis, &c. Et sequitur: etiā con- stitutiōne nõ obstante de duabus dietis edita in concilio generali.

Eadem verba per omnia habentur in litteris Apostolicis Clem. Alexan. & Vrbanii iij. de hoc Archidiaconus super c. alleg. Vt officiu. & ver. de duabus dietis.

C O M M E N T. CXXIII.

D Ue sunt assertiones, prima est: Inquisitor de- latos seu accusatos pertrahere potest de vna diocesi ad aliam.

Alteræ & postrema est: Testes quoque potest euocare, & ad suam diocēsim transferre. vtra- que assertio facilis est, & de prima copiose egi- mus cum auctore supra in hac 3. parte, super quæ- stione 42.

De secunda pauca quædam hoc loco sunt dicen- da. de qua Simacas de catho. instit. tit. 34. de In- quisitoribus Apostolicis. nu. 24. Ioannes Rojas sin- gulari 9. incipien. Inquisitores fauore fidei, ad- de Repertorium Inquisitorum, verbo, dicta.

Itaque Apostolici Inquisitores fauore fidei non obstante constitutiōne de duabus dietis edita in con- cilio generali, testes possunt extra suam diocēsim euocare, & iubere vt coram eis se fiant, c. vt offi- cium. §. compefcendi. de heret. lib. 6.

Prudenter tamen hoc fieri debet, nam egre- giæ persone non facile trahendæ sunt, sed ita cum illis agendum est, vt rogari potius, quàm compelli videantur; & ne imperium Inquisito- rum recusent, vrbanus & modestus est, vt vel iudices ad eos eant, vel certe alios mittere debent, qui depositions earū recipiant. idem iudicium est de viris

Inquisitor potest testes euocare ex tra suam diocēsim.

Cum egre- gijs & nobi- libus perso- nis qualiter agendum.

de viris Illustribus, Monialibus, & alijs bone- stis feminis, quas non decet facile in iudicium trahere. Quanta autem modestia, & vrbanita- te cum singulis vtendum sit, & quid fieri magis causis fidei expediat, ex dignitate, auctoritate, honestate, alijsque testium qualitatibus consti- tuendum erit.

Episcopi quo- que fauore fi- dei possunt testes euoca- re sicut In- quisitores.

Quæstum est, an sicut Inquisitores Apostolici possunt euocare testes extra suam diocēsim & prouinciam, non obstante prædicta constitutiō- ne de duabus dietis, ita quoque & Episcopi pos- sint. Et sane affirmate respondendum est posse, cum hoc priuilegium fauore fidei sit concessum: his autem fauor pariter Episcopo & Inquisitori Apostolico in causa heresis procedenti compete- re debet: cum non ratione persona, sed in- titulu negotij de quo agitur, sit omnino tributum. de quo plura diximus supra in hac 3. parte, super quæst. 56.

Episcopus e- uocans testes non tenetur mittere dro- cessum ad E- piscopum te- quistum.

Neque Episcopus, aut Inquisitor euocans te- stes de diocesi alterius tenetur mittere proces- sum ad Episcopum, & cuius diocesi testis ille euocatur, nec id fieri iuste peteret ille Episco- pus, immo tenetur & debet mittere testes in- spectis litteris Episcopi requirentis, ac dicentis sibi esse hoc vel illo teste, cuius in causa fidei testimonio indiget. ac mittendus quidem est testis requisitus, & curandum omnino si fieri potest, ne intelligat se vocari, vt in causa fi- dei contra aliquem testificetur, ne forte rem de- regat, & causæ obstat: nisi aliqua ex causa ali- ter fieri oporteret, cognita probitate & fideli- tate testis euocati. hæc omnia ita seruari debe- re, & ratio ipsa, & iustus procedendi ordo, & negotij qualitas facile persuadent. atque ex his iudicio nostro satis factum esse videtur illis dif- ficultatibus, quas nobis quandoq; proposuit Mar- cus Antonius Massa Salernitanus. vir multa pru- dentia & eruditione ornatus.

Q V A E S T I O LXXV.

An nomina testium & denuntia- torum sint delatis pu- blicanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Nomina testium & denuntiatorum non sunt publicanda, si eis ex hoc graue periculum imminet.
2 Cessante verò periculo publicari debent.
3 Potentia personarum multiplex Inquisitori expendenda.
4 Quale periculum imminere soleat ex tali ma- nifestatione.



Eptuagesimaquinta quæstio est: Vtrum Inquisitor nomina te- stium, denuntiatorum, seu ac- cusatorum delato debeat pu-

blicare? Respondemus, quod de ista materia di- uersi summi Pontifices diuersa responderunt. Aliqui dixerunt, quod in nullo casu; alij quod in aliquo: ideo tandem Bonifacius viij. statuit quid agendum, vt patet in cap. Statu- ta. §. iubemus. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Tubemus tamen, quod si accusatoribus vel testibus in causa heresis interuenientibus, seu deponentibus (propter potentiam perso- narum, contra quas inquiritur) videant Epi- scopus vel Inquisitores graue periculum im- minere, si contingat fieri publicationem no- minum eorum, ipsorum nomina non publi- cent, &c. Et sequitur infra: Sicque (non ob- stante, quod illis, contra quos huiusmodi deposuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruedam plena fides depolitionibus testium eorundem, &c. & infra.

Relat. supra pag. 111.

2 Cessante verò periculo supradicto accusa- torum & testium nomina (prout in alijs sit iudicij) publicentur.

3 Attendat tamen circumspectus Inquisitor de potentia personarum: Nam est potentia generis, seu familiæ: est potentia pecuniæ: est etiam potentia malitiæ. de certo rarissi- me est, quin graue periculum imminet te- stibus, si eorum eis, contra quos depo- nunt, nomina publicentur: & qui vidit & scit, ita dicit; maius enim est periculum, no- mina testium publicare alicui delato paupe- ri, habenti in malis complices rebelles & homicidas, qui nihil habent nisi personam, quàm generoso vel diuiti in temporalibus abundantia.

4 Quale autē est tale periculum graue declar- at Ioan. And. super prædicto versu periculum, qui dicitur ita: Periculum. Iquia timetur mors, vel detruccatio ipsorum, vel filiorum, vel pa- rentum suorum, vel deuaftatio substantiæ ipso- rum, vel his similia.

C O M M E N T. CXXIII.

Magna fuit olim controuerfia, nunquid te- stium nomina in hoc crimine, vt in ceteris, olim an in hoc tribuna- li publicanda forent testiu nomina. Dubit fuit olim an in hoc tribuna- li publicanda forent testiu nomina.

Observant autē hoc singulare de non publican- dis nominibus denuntiatorū et testium cum illi se- re: qui de hereticis scripserunt, Repertoriū Inqui- storum verbo, nomina. Gondissaluis tract. de hæ- ret. q. 10. nu. 4. Ioannes Rojas singulari. 208. incipien- te: Testium publicatio. Simacas de catho. instit. R r 2 tit.

titu. 64. de testibus. numero 27. Campegius apud Zanchinū cap. 9. & plerique alij, quos studio breuitatis omitto.

Hoc ipsum singulare de non publicandis testium nominibus in hac causa sancit Innocētius. IIII. rescripto quodā incipiente: Cum negotium fidei. quod retulit Eymericus supra par. 2. pag. 145. vbi videto quod de aurore seu cōditore eius rescripti annotati. nec alienum est ab hac re quod traditur in rescripto Urbani IIII. incipien. Prę cunctis. s. quod si testibus. relato apud Eymericum supra parte 2.

Olim vero initio fere constituta delegata inquisitionis sepe constitutum fuit, vt testium nomina non publicarentur: nam vt alia omittā, in concilio Biturrensi c. 10. luculenter de hoc scriptum est ita: Illud autē caueatis secundum prouidam sedis Apostolicę voluntatem, ne testium nomina signo vel verbo aliquo publicentur. hactenus ibi. idem prorsus eisdē verbis habetur in concilio Narbonensi, cap. 2. 2.

In his concilijs illud verbum, signo, diligenter est obseruandum, quasi dicat, non modo testium nomina publicari non debent, sed neq; circumstantia (id enim eo loco puto vocari signum) sunt exprimenda, ex quibus posset delatus venire in notitiā testium, vel denuntiatorum.

In Hispania item preceptum est obseruari, ne reus testium nomina publicentur, nam Hispanensi quadā instructione an. Domini MCCCCLXXXIV. cap. 1. 6. his verbis a nobis vtique latine redditis continetur: Item quoniam habita legitima informatione constat, ac constat, quod ex publicatione nominum & personarum ipsorum testium, qui deponunt super dicto heretico crimine possent incurrere in graue damnum & periculum personarum & bonorum: nam experientia demonstrat, atque demonstrat testes aliquos esse interfectos, aut vulneratos & male affectos ab hereticis ob præfatam causam, attendendo in primis etiam in regnis Castellę & Aragonię reperiri magnum numerum hereticorum ob graue damnum & periculum præfatum, quod testibus imminet, cum eorum nomina publicantur: Domini decreuerunt, vt Inquisitores possint non publicare nomina vel personas testium, qui contra hereticos deposuerint. hactenus ibi.

Tametsi vero Bonifacius octauus in dicto c. fin. de heret. lib. 6. s. cessante. quo etiam videtur hic Eymericus, concedat posse testium & accusatorum nomina in hoc crimine sicut in alijs, omni periculo cessante, publicari; hodie tamen perpetuo id periculum adesse putatur, & propterea nunquam fit talis nominum, aut personarum testium publicatio. in quam rem extat quoque breue Apostolicum Pij IIII. Pontificis Maximi, quod incipit: Cum sicut. quod est impressum inter litteras Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis in fine huius operis. quare vel per contrariam consuetudinem, uel per hoc Pij IIII. bre

Instructio inquisitionis Hispanię de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

Decretum concilij niterrensis de non publicandis testium nominibus.

ne, sublata prorsus nunc videtur Bonifacij octauiprouisio.

Et certe semper graue periculum ex ea re imminet testibus, vel saltem causis fidei vniuersis: quod apertissime cornitur in prædicto rescripto Pij IIII. item impressata Hispanensi instructione. prudentissime ergo constitutum est, ne testium nomina publicentur. Et quod de triplici potentia scribit hic Eymericus, que testibus, si eorum nomina publicentur, valde nocere posset, luculenter et vere probat sacri Tribunalis laudabilem & iustissimum stylum.

Quod de nominibus testium non publicandis proxime diximus, locum quoque habet in cognominibus: nam neque cognomina publicanda sunt, vt in præfato rescripto Pij IIII. constitutum est.

Quod si reus inflaret, postulareque vt sibi concederetur defensio secundum iuris ordinem, & per consequens vt testium nomina simul cum dictis eorum sibi ederentur, audiendus non esset, vt iam olim etiam in hoc articulo consulerunt periti quidam Aragonenses responso quodam super quibusdam dubitationibus in causa fidei, quęst. 3. quod legitur in vetusto illo codice bibliothecę Vaticanę.

Ac si fortassis ob id grauari se diceret, & appellaret, talis appellatio nullo modo esset admitenda; sed ea non obstante, immo vero ea reiecta tamquam frivola & iniusta, ad vltiora iudicij acta est inrepede procedendum.

Atque ex his resellitur omnino opinatio Pauli Parisij consil. 2. incipien. Et si esse Iudæum. volum. 4. vbi contrariam sententiā persuadere conatur. sed cauendus est in hoc articulo.

Quod si quæras, an postquam testium & denuntiatorum nomina reus non publicantur, sint tamen illis petentibus aut non petentibus, vt facilius se defendant, aliquę circumstantię delicti commissi publicandę, qualia sunt locus et tempus, aut alij huiusmodi. de hac re in Hispanensi instructione anni Domini MCCCCLXXXIII. cap. 16. ita sancitum est: Cum probatio facta fuerit, & testes reproducti, debent Inquisitores publicare dicta & depositions eorum suppressis & tacitis nominibus, & circumstantijs, ex quibus reus accusatus posset venire in cognitionē testium. hęc ibi.

Ex his verbis videtur arbitrio iudicum violata religionis relinqui, quales circumstantię publicari possint, quales vero contra taceri: nam ex quo constitutio eas non præscripsit, iudicio Inquisitorum reliquisse videtur. quod & verum puto. in hoc tamen prudentissimos esse oportet.

In Madriliensi institutione anni MDLXI. c. 3. cum de publicatione depositionum reo exhibenda sermo haberetur, quales temporis & loci circumstantię in publicatione apponi debeant, & quare, sancitur his verbis a nobis itē latine redditis: In publicatione ponetur mensis & annus, in quibus deponunt

Semper periculum imminet testium nominibus publicandis.

Nec cognomina testium sunt publicanda.

Quid si reus id petat, stant.

Quales circumstantię possint reus publicari.

ponunt testes: quoniam si aliquod inconueniens insurgeret, si poneretur precise dies, non debet apponi: & sufficit mensis & annus. quod fieri sæpe solet cum testibus in carcere deponentibus. similiter apponetur in publicatione locus & tempus commissi delicti, quoniam hoc ad defensionem reorum spectat. Ceterum non est apponendus locus loci. hactenus ibi.

Sed non diffiteor contingere quandoque posse, vt si locus & tempus commissi criminis reus panderetur, ipsi possent facile deuenire in notitiā denuntiatorum, vt cum delictū recenter est commissum, quo casu sicut in alijs, prouidendū omnino est testium incolumitati, & legitima etiā reorū defensionē, alijs competentibus modis, quos prudens Inquisitor pro negotij qualitate melius scire poterit.

Quoniā vero legitima defensionis ordo, ob suppressam nominum et cognominum testium publicationē, quodammodo videtur truncatus in hoc crimine, propterea Inquisitores vitā & mores testium, ac delatorum diligenter debet inuestigare, vt alibi scripsimus copiosius, traditq; Ioānes Rojas in dicto singul. 208. incipien. Testium publicatio. & alij.

An autem quandoq; liceat non modo testium nomina publicare, sed etiā reum & testes conciliare seu confrontare, abunde docui supra in hac 3. parte, nu. 101. super tit. de cautelis Inquisitorū. et nu. 209. super. 12. modo processum fidei terminandi.

Prout in alijs sit negotijs, publicentur. Post hæc verba in omnibus codicibus mox subsequuntur hæc alia: Ita quod vbi graue periculum deponentibus seu testibus videatur imminere, iudicio Episcopi & Inquisitoris, non publicentur delatis: vbi autē eis non publicentur, attendat circumspectus Inquisitor, & c. Hęc omnia placuit remouere, quia non admodum coherent cum præcedentibus, & consequentibus; & verisimile mihi fit ab aliqua marginali annotatione in contextū irrepsisse. videtur autē hæc annotatio desumpta fuisse ex sententiā Archidiaconi in c. fin. de heret. lib. 6.

Cura Inquisitorum circa testes.

Num. 2.

Q V A E S T I O LXXVI.

Quæ poena incurratur si contra ius publicentur, vel occultentur nomina testium, &c.



Eptuagesima sexta questio est: Vtrū Episcopus & Inquisitor non publicando delato deferentium ac testificantium nomina: seu publicando vbi non debent, incurrant aliquam poenam, & quam?

Respondemus quod sic: quia per dominū Papam eorū conscientię onerantur, ac eis præcipitur, quatenus puram & prouidam intentionē habeant in prædictis. vnde in dicto c. Statuta. de heret. lib. 6. circa finem sequitur sic: Ceterum in his omnibus præcipimus, tam Episcopos quam Inquisitores puram & prouidam intentionem habere, ne ad accusatorum vel testium nomina suppressenda, vbi est securitas, periculum esse dicant, nec in

Relat. supra pag. 111.

eorum discrimen securitatem afferant, vbi tale periculum immineret, super hoc eorundem conscientias onerantes.

Vbi Archidiaconus dicit ita: O tu, quicumque iudex in tali causa, bene aduerte verba ista: nā nō dicit leue periculū; sed dicit, graue: noli igitur reū priuare debito iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei.

COMMENT. CXXV.

Uæ hac questione tradit Eymericus, caute accipienda sunt. Primum enim si non publicet testium nomina, non errabit, immo vt superiori commentario docuimus, nullo modo publicanda sunt: in publicando vero multū errare potest; & qui hodie absque euidenti necessitate, & omni periculo cessante, temere publicare presumeret testium, accusatorū, seu denuntiantium nomina, plane imprudentissime ageret, & fortassis in mortalem culpam incurreret: quia ageret contra tot decreta Pontificum, et contra receptam sacri officij consuetudinem: quæ quamuis nulla lege niteretur; quia tamen consuetudo est laudabilis, approbata, & legitime præscripta atq; induta, vim legis habet. s. ex non scripto. insit. de iure naturali gent. & ciuili.

Hanc questionem transulit Auctor repertorij Inquisitorij in suum opus, verbo, nomina. s. nunc videndū. quo loco cautiùs aliquanto loquitur. adde Simancam de catho. insit. tit. 64. nu. 26. & in encyrydio tit. 3. nu. 12. & seq.

Dicta quidem testium edenda sunt reo, vt se defendere queat, nomina vero suppressenda sunt: & hoc iure vtimur.

Atque eodem modo vel cauenda vel accipienda sunt quę de hac re edisserēs tradit Tabienfis in summa, verbo, Inquisitor. s. 8.

DE PERITIS ET ADVOCATIS necessarijs pro officio Inquisitionis.

Q V A E S T I O LXXVII.

An Inquisitor possit conuocare peritos ad præbendum cōsiliū.

S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitor potest conuocare & cogere peritos.
2 Peritorum nomine quomam intelligantur.



Eptuagesima septima questio est: Vtrum Inquisitor possit conuocare peritos quoslibet, ac eos cogere vt sibi assistant, ac in ferendis sententijs præbeant consilium opportunum?

Respondemus quod sic; vt patet in c. Vt commisi. s. aduocandi. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Aduocadi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis assistant; & in huiusmodi deferendis sententijs præbeant cōsiliū opportunum; ac eis quod super his vobis humiliter pareant in virtute obedientię iniungendi.

Qui publica ret testium nomina grauitate circaret.

Relat. supra pag. 108.

Eadem verba ad litteram habentur in privilegijs predictis Clementis, Alexandri & Urbani iiii. Prae cunctis, suppresso tamen precepto obedientie. de quo non fit mentio in privilegijs antelatis.

Qui dicatur periti. 2. Nomine autem peritorum, vt dicit Archidia conus super c. Vt comis. in verbo, peritos, intelligit Theologos, Canonistas, & Legistas.

COMMENT. CXXVI.

Aboluta tractatione de testibus, disputatione de peritis, quos Inquisitores possunt aduocare, agere, & Emericus: ac primum, an possint aduocari querit, & posse docet.

Et hoc ipsum privilegium de conuocandis peritis, vt assistant Inquisitoribus in causis fidei quoties fuerint requisiti, adnotat Archidiaconus, Ioannes And. Geminianus, Franchus & alij in c. vt commissi. de heret. lib. 6. Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. s. 21. Gondissalvus tract. de heret. q. 15. nu. 1. Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 10. Albertinus in c. quoniam. de heret. lib. 6. q. 10. & alij plerique, quos in re manifesta libenter omitto.

Cur autem Inquisitoribus concessum fuerit, vt peritos quoslibet possint aduocare, vt sibi consilium prebeant in sententijs ferendis, docet Auctor Repertorij Inquisitorij verbo, Inquisitores. s. que est ratio. dicens propterea id factum fuisse, quonia cum Inquisitores essent Fratres religiosi, in theologia solis periti, iura tamen ignorabant: & quia in ordiue iudiciario facile poterant decipi, & propterea absoluere damnandos, & damnare absoluendos; ideo factum vt peritos consulere, et ad consulendum, si opus esset, compellerent. inde quoque factum, vt processus deberent cum Episcopis communicare.

Ceteri quamuis hodie Inquisitores sint iuris periti vt in Hispania, eos tamen nihilominus peritos vocare possunt, ac debent: in primis vero theologos, quorum est propositio gratias et qualitates expendere, quia, sibi multa consilia, ibi salus, Proverb. c. 11. et c. 24. Et recte protulit Marcus Cicero lib. 1. de officijs, dicens: Nec vero alienum est ad eligenda quae dubitatione afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam iuris peritos; & quid de viroque genere officij placet, exquirere, hac ille.

Hoc etiam ipsum passim leges admonent. l. vlt. c. de fideicom. l. 2. de ingen. manu. l. 8. s. sed iure. ff. de iuris & facti ignorant. c. de quibus. 20. distinet.

Periti vero, vt placet Conrado Bruno praecitato loco, non modo cum ferenda est sententia condemnatoria, sed etiam in absolutoria vocandi sunt, cui libenter subscribo: item adiungo, non modo vocandos quo tempore sententia ferenda sunt: verum etiam quotiens in alijs iudicij actibus occurrit aliqua difficultas, vel circa testes, vel circa delatos, aut in alijs quibuscumque articulis: quod indicant non obscure illa textus verba, in dicto c. vt commissi. de heret. lib. 6. videlicet, aduocandi, &c.

QV AESTIO LXXVIII.

An de consilio peritorum ferenda sit ab Episcopo & Inquisitore sententia.



Eptuagesima octaua questio est: Vtrum Episcopus et Inquisitor teneatur procedere ad sententiam vel condemnationem de predictorum consilio peritorum?

Respondemus quod sic; vt patet in c. Statuta. s. iubemus. de hereticis. lib. 6. vbi dicitur sic: Iubemus. & infra: Siue Episcopus siue Inquisitores processerint, aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc vocari, & eis per totum processum, super quo deliberandum est, seriose manifestari ac integraliter explicari, & de ipso forum consilio, ad sententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimentur.

COMMENT. CXXVII.

In hac questione, ac in tota etiam hac tractatione de aduocandis peritis, vt de eorum consilio ad sententiam procedatur, illa occurrit praecipua difficultas hoc loco a me breuiter, & necessario diluenda, An Inquisitores teneantur necessario sequi peritorum consilium; an vero sit eis liberum, postquam audierint peritorum sententiam, statuere quod ipsis visum fuerit statuendum; quamquam aut contrarium sit aut diuersum ab eo quod periti senserunt.

In hac controuersa Albertinus, qui ceteris fusius hanc questionem disputauit in c. quoniam. de heret. lib. 6. q. 10. et tract. de agnos. assertio. q. 26. post multas conclusiones nu. 11. & seq. tandem concludit, quod si a lege, canone, vel statuto dicatur, vt aliquid fiat de consilio, vel ex consilio abiciendum, tale consilium omnino requirendum est, & sequendum, ac ei standum, & actus in contrarium celebratus est nullus. cum itaque in causa heresis inbeat Romanus Pontifex, vt de peritorum seu consultorum consilio ad sententiam procedatur. c. fin. s. iubemus. de heret. lib. 6. conuenit omnino, vt non sit liberum Inquisitoribus ab eorum consilio recedere. nec aliud statuere quam periti dixerint: id quod videtur probare fortassis satis infirmis rationibus, quas prudens omitto: quia breuiter studio, & institutum est mihi certiora tradere, tutiora & communiora, vt sepe admonui in eandem sententiam ferri videtur non obscure hoc loco Emericus, & in principio questionis sequentis: & Archidiaconus in c. vt commissi. de heret. lib. 6. in verbo, consilio.

Ceterum, quidquid illi senserint in hoc articulo, ita statuo: Inquisitores non debent necessario sequi peritorum, aduocatorum, seu consultorum consilium: quonia eorum suffragia, & (vt vulgo loquimur) vota non sunt decisiva, sed solum consultiua. Primum, quoniam consilium non est de substantia actus. Baldus in l. fin. s. necessitate. c. de bonis que liberis. nu. 24.

Ad hoc, consultores huiusmodi et periti in causa heresis nullam habent iurisdictionem ordinariam, aut delegatam, iuxta doctrinam Bartoli in l. v. ff. de offi. assesso. & Baldi et Decij in c. si pro debilitate. extra de officio delegati. & notat plene Iason in l. omne officium. nu. 16. ff. de offi. assesso. eorum ergo consilium non est necessario sequendum.

Postremo, consilium illius, qui non est particeps officij, aut potestatis illius iudicij, cui dat consilium, sufficit si requiratur, vt pulchre docet Ancharanus in c.

Relat. sup. pag. 111.

An Inquisitores peritorum consilio sequi cogantur.

Non tamen audacter peritorum consilio discedant.

Inquisitores theologij facti ad ordinem iudicium spectant, si dubia occurrant, non sequi peritorum suffragia, nec prudens nec tutum crederem. Quemadmodum enim iurisconsultos theologos in causis fidei assentire oportet in notatis propositionibus hereticis & catholicis, et earum qualitatibus expendendis: ita vice versa theologos iuris peritis obtemperare conuenit in capturis reorum decernendis, in iudicij ad totam aptis, in testimonij dicitis admittendis aut repellendis, inducendis dandis, appellationibus admittendis aut refusandis, in sententijs interlocutorijs & definitiuis ferendis, & denique, in toto ordine iudiciario obseruando: hac enim theologi ab iuris peritis petere debent. Albertinus in c. quoniam. de heret. lib. 6. q. 10. num. 7. quod & verum est.

Quando non sit tutum a peritorum votis recedere.

in c. si ad Episcopum. notab. 8. versi. circa secundum in fine. ne sede vacante. li. 6. tales autem esse peritos et consultores in hac causa manifestum est: eorum itaque suffragia, vt ibidem concludit Ancharanus de veritate, non de necessitate sequenda sunt. & hanc sententiam videtur sequi Locatus in opere iudiciali verbo, consilium, nu. 5. quam proficitur apertius Capiegus apud Zanchinum c. 15. & probat late aduersus Albertinum Ioannes Rojas tract. de heret. par. prima. nu. 409. & multis sequentibus.

Et in Hispania quidem hac sententia obtinet, vt consultorum suffragia decisiva non sint; quae definita esse videtur per Adrialianam instructionem anni Domini MDLXI. c. 66. vbi cum Episcopus & Inquisitor conueniunt, eorum sententia standum esse decernitur, quamuis consultores numero plures contrariam proficiantur. eius instructionis verba a nobis latine redacta ita habent: In omnibus casibus, in quibus contigerit discordia sententiarum seu opinionum inter Inquisitores & Ordinariu, vel aliquem ipsorum, vel in definitione cause, aut in quolibet alio actu, vel sententia interlocutoria, causa ad Senatui mitti debet; sed si Inquisitores & Ordinarius fuerint conformes, quamuis consultores discrepent, & sint numero plures, decretum Inquisitorum & Ordinarij executioni mandetur. haecenus ibi.

Quamquam autem haec vera sint, & firmis munita rationibus, non propterea censeo liberum debere esse Inquisitorum arbitrium in statuendo quod sibi libuerit, quamuis ab opinione peritorum discrepet: cum enim negotium fidei grauissimum sit non modo in ferendis sententijs, vt in superioribus dicebam, verum etiam in alijs grauibus totius iudicij actibus; consilium erit & tutius nusquam discedere a peritorum suffragijs: nam si quandoque contingeret Inquisitores audacius vti ea potestate & libertate, facile possent errare, & per imprudenciam committere id, quod vel in fidei, vel in reorum detrimentum vertere tur.

Iam ista libertas Inquisitorum de non sequendis necessario peritorum suffragijs, facilius usurpari potest ab illis, qui constituti sunt iuris peritis: nam hoc potissimum casu consultorum suffragia consultiua erunt non decisiva: & plane hoc iure vtimur vt consultiua solum sint.

Cum vero Inquisitores theologij fuerint creati, in his quae ad ordinem iudicium spectant, si dubia occurrant, non sequi peritorum suffragia, nec prudens nec tutum crederem. Quemadmodum enim iurisconsultos theologos in causis fidei assentire oportet in notatis propositionibus hereticis & catholicis, et earum qualitatibus expendendis: ita vice versa theologos iuris peritis obtemperare conuenit in capturis reorum decernendis, in iudicij ad totam aptis, in testimonij dicitis admittendis aut repellendis, inducendis dandis, appellationibus admittendis aut refusandis, in sententijs interlocutorijs & definitiuis ferendis, & denique, in toto ordine iudiciario obseruando: hac enim theologi ab iuris peritis petere debent. Albertinus in c. quoniam. de heret. lib. 6. q. 10. num. 7. quod & verum est.

Tunc etiam a peritorum suffragijs non esset tutum recedere, cum questio, de qua agitur, nimis est ardua et

difficilis, aut propter facti contingentiam: aut ob varias & pugnantes Doctorum sententias: tunc enim eos peritorum suffragijs obtemperare debere putarem: tamen si cum huiusmodi casus incidunt, supremum Senatui consulere tutius sit, vt alibi plene ostendimus.

Postremo illud monebo, Inquisitores hereticae prauitatis punitione dignos esse, si vel suo vel consultorum consilio ducti in defunctis fidei causis errauerint: neque enim peritorum suffragia eos omnino excusabunt. l. quidam decedens. s. pater. ff. de excusat. Bartolus in l. si conuenerit. nu. 4. ff. de re iudicata. et ratio est, quonia apud se debuerant deliberare, an illud consilium expediret. l. 2. s. fin. ff. mand. consilium enim alterius neminem cogit ad illud sequendum. c. cum olim. de arbit.

Et quamuis haec ita se habeant, vix hodie possunt errare, cum non vnus aut alter peritus adhibeatur; sed plures, & in arduis supremum Senatui consuleri debeant. verum tamen haec omnino persuadent, vt Inquisitores suo labore, & industria, & studio curent penitus singula fidei negotia, & quidquid ad suum officium spectat intelligere: nec fiat desides & negligentes sub hac spe, quod consultores habeant & peritos, in quos laborem reiciant: meminerint illius dicti Quinti Martij reprehendentis Seruili Sulpicium in hae verba: Turpe est patritio & nobili viro ignorare ius, in quo versatur. l. 2. ff. de origine iuris.

Peritorum suffragia non excusant Inquisitorem errantem.

QV AESTIO LXXIX.

An processus totus iuris peritis explicari debeat.



Eptuagesimanona questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor coram predictis peritis, de quorum consilio est ad sententiam procedendum, teneantur totum processum eis integraliter explicare, vel sufficiat eis explicare summam, in substantia & effectu?

Respondemus quod integraliter & perfecte, vt patet in c. Statuta. s. iubemus. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Iubemus. & infra: Secreto coram dicecesano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario, quando Inquisitores procedunt: quado vero procedit Episcopus coram Inquisitoribus: si haberi commode possit copia eorumdem, ac nihilominus siue Episcopus siue Inquisitores processerint, aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc vocari, & eis per totum processum super quo deliberandum est, seriose manifestari, ac integraliter explicari, & de ipso forum consilio ad sententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimentur, & cetera.

COMMENT. CXXVIII.

Emericus apertis fere semper canonum definitionibus nitens, in hac questione vnum axioma constituit, videlicet, Peritis, quos Inquisitores aduocant, totum reorum processum integre esse communicandum.

Processus totus iuris peritis explicandus. Supra pag. 111.

Huius axiomatis ratio in promptu est: quonia ni si periti intelligerent integre & perfecte totam causam, non possent perfecte consulere, neq; incorruptu ferre iudicium, cum nemo de incognitis rectum iudicium facere possit.

Rursus, cum de eorum consilio sit ad sententiam pronuntiandam deueniendum, ne fortassis ob non visum processum minus bene consulant, & in ferenda sententia errerent; iustum est vt eis integre totus processus explicetur, et cu Eymérico sentit Bernardus in lucerna verbo, Inquisitor. S. 21.

Q V A E S T I O LXXX.

An testium nomina sint consultoribus manifesta.



Ctuagesima questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor teneantur coram predictis peritis, de quoru consilio est ad sententiam procedendum, deferentium & testificantiu nomina publicare?

Relat. supra pag. 111.

Respondemus q sic, vt patet in alleg. c. Statuta. s. iubemus, vbi exposito & mandato, quod nomina deferentium & testium coram delatis non publicentur, sequitur sic: Sed secreto coram dicecesano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario, quando Inquisitores procedunt; quando vero procedit Episcopus coram Inquisitoribus, si haberi commode possit copia eorundem: ac nihilominus siue Episcopus siue Inquisitores processerint aliquibus aliis personis prouidis & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc vocari & eis per totum processum, super quo deliberadu est, seriose manifestari ac integraliter explicari; & de ipsoru consilio ad sententia vel condemnationem procedi volumus) exprimentur: sic que non obstante, q illis contra quos huiusmodi deposuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata; adhibeatur ad cognitionem iudicis instruendum plena fides depositionibus testium eorundem.

COMMENT. CXXIX.

Nomina testium, an & quando peritis sint explicanda.

In hac questione Eymericus vnicum item proponit axioma, nempe, nomina testium peritis seu consultoribus esse explicanda.

In hoc autem axioma maior est dubitatio, quam in eo, quod proxime superiori questione propositum est; quia non videtur necessarium explicari.

Primum quonia absq; tali nominum publicatione, aut notitia recte consulere possunt.

Deinde quia ita plane contendunt faciendum viri docti, inter quos est Campegius apud Zanchinum cap. 15.

Postremo, tuta & laudabili inquisitionu consuetudine receptum videtur, ne consultoribus testiu nomina publicentur: sed absq; nominibus processus soli eis dantur super quibus consulere debent, neq; ab hac consuetudine est recedendum.

Inquisitorum tamen partes erunt notare testium qualitates, vt si religiosi, si periti, si graues fuerint &

A probati: aut contra, si minus probati, si plebei, et pauperes, si iuuenes, si imperiti, aut similes, vt his qualitatibus in genere cognitis facilius intelligant periti quantum sit dictis singulorum tribuendum, aut contra detrahendum.

Sed de nominibus delatoru nihil docuit Eymericus, an videlicet reorum nomina peritis debeant explicari, & verius videtur, ac tutius est, ut nec reoru nomina peritis publicentur.

Verumtamen illud addiderim, quod si quandoque videatur necessarium, vel testium, vel reorum nomina peritis explicare, ut cum probabiliter timeatur testes inimicos esse reo: tunc si periti vtrosque cognoscant, quia melius scire possunt, an sint vel fuerint inimicem inimici nec ne; no foret iniustum hoc casu & testium & delatoru seu reorum nomina consultoribus, aut etia si opus fuerit, alijs probis viris explicare, iuxta consilium EymERICI par. 3. tit. de sex modis tradendi copiam processus. nu. 119. S. sextus modus est, de quo ibidem dixi.

Ne autem consultores temere hoc casu vel testes vel delatos indicent, aut per iuramentum, aut per sententiam excommunicationis constringi possunt, ac debent, ut secretum teneant. ita Eymericus precipitato loco, & Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. S. 21.

C Et profecto grauissimum est scelus in causis prefertim arduis secretu reuelare, vt optime docet Aegidius Bossius tit. de carcerato fidei iuribus committendo. nu. 30. vers. Et si tu Senator fueris.

Quamuis autem periti huiusmodi specialiter tunc non iurauerint custodire secretum, adhuc tamen ad illud obseruandum obligantur, propter multas leges iubentes ne cause fidei propalantur ob periculum ingens, quod inde nasci potest. quod si non iurati propalauerint, extra ordinem puniri possunt per Inquisitores: decuit enim eos id secretum seruare, quod leges iuste iubent.

Si vero per malitiam reuelarent, illis prefertim qui impedire possent fidei negotium, aut alias cause obesse, tales quidem secreti reuelatores velut impediatore sancti officij puniri possent, magis quidem vel minus pro culpe qualitate, secundum qua pena mensura imponenda est.

Q V A E S T I O LXXXI.

An Episcopus & Inquisitor possint secretum indicere consultoribus.



Ctuagesima prima questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor quando predictis peritis deferentium nomina & testificantium publicabunt, possint eis secretum indicare, quatenus illorum nomina non reuelent, ac in eos sententiam excommunicationis ferre si reuelauerint?

Respondemus quod sic iuxta. c. alleg. Statuta. S. & vt eorundem. vbi dicitur sic: Et vt eorunde accusatorum & testiu periculis efficacius occurratur, & cautius in inquisitionis negotio procedatur, presentis

Quid de nominibus delatorum.

Reuelante secretum etiam non iurati extra ordinem puniri possunt.

Relat. supra pag. 111.

presentis constitutionis auctoritate permittimus, quod Episcopus vel Inquisitores secretum possint indicere illis, quibus (vt premissum est) processum huiusmodi explicabunt: & in eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo vel Inquisitoribus patefacta praeter eorum licentia alijs patefecerint, excoicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurrant (si eis expedire videbitur) promulgare.

COMMENT. CXXX.

Explorati iuris est id de quo querit hic Eymericus: potest enim Episcopus & Inquisitor indicere silentium consultoribus, etiam sub pena excoicationis, vt super questione proxime precedenti dictum est. idem docet Repertorium Inquisitorum verbo, secretum. & Bernardus Comensis in lucerna Inquisitoru, verbo Inquisitor. S. 21. & quam sit ingens scelus secreta reuelare, explicat Aegidius Bossius, eo loco, que superiori commentario indicauimus, cum videro.

Q V A E S T I O LXXXII.

An Episcopus & Inquisitor possint se mutuo excommunicare ob indictum secretum.



Ctuagesima secunda questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor predictis peritis excoicationis sententiam iniungendo quatenus nomina deferentiu aut testificantiu no reuelent, possint se excommunicare mutuo hac de causa, etiam ne reuelent?

Respondemus q non, vt in alleg. c. Statuta. S. Et vt eorundem. de heret. lib. 6. vnde ibi concessio q possint peritos excommunicare hac de causa, vt est dictum quaest. proxima, statim sequitur ita: Sic tamen q Inquisitores Episcopum, vel Episcopus Inquisitores no excommunicent hac de causa.

COMMENT. CXXXI.

Vdices fidei alter alterum excommunicare non potest iuxta tradita hic ab auctore. Hec assertio ratione non caret, nam si se mutuo excommunicaret, id fidei negotijs proculdubio obesset. Et hoc prorsus spectare videtur priuilegium concessum Inquisitoribus ab Urbano III. in extrauagan. incipien. Ne Inquisitionis negotium. quam reulit Eymericus supra par. 2. in qua sancitum est, ne Inquisitor & eius notarij excommunicari possint a delegatis sedis Apostolicae. adde Syluestrum in summa, verbo heretis. 2. quest. 8. Cetera huc spectantia dicam in quaestione proxime sequenti.

Q V A E S T I O LXXXIII.

An Episcopus & Inquisitor teneatur ad secretum quod alijs indicunt.



Ctuagesima tertia questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor indicentes predictis peritis secretum, de non reuelando nomina deferentium seu te-

A stificantium per sententiam excommunicationis latae, ipsi etiam Episcopus & Inquisitor ad secretum huiusmodi arceantur?

Respondemus q sic; vt patet in alleg. c. Statuta. S. & vt eorundem. de heret. lib. 6. Vnde prohibito ibi, quod Episcopus & Inquisitor non possunt se excommunicare mutuo hac ex causa, vt dictu est supra quaest. proxima de Episcopo & Inquisitore, sequitur sic: Sed Episcopi ex iniuncto ex nullo a nobis sub virtute sanctae obedientiae districto praepcepto, ad secretum huiusmodi teneantur.

Arceantur, pro obligentur, verbum huic auctori familiare in hac significatione.

COMMENT. CXXXII.

Quamuis se mutuo Episcopus & Inquisitor ob secretum custodiendum in causis fidei, excommunicare non possint, vt proxime dictum est, nihilominus tamen ad illud obseruandum in virtute obedientiae ex districto Papa praepcepto obligantur; quod equidem ratione non caret: quoadmodum enim graua incommoda consequi possunt ex huiusmodi secreti violatione, cum periti & consultores reuelarent, eadem nascerentur si Episcopus, aut Inquisitores manifestarent.

Neque Episcopus, neq; Inquisitores secretu reuelare possunt.

Ergo si Episcopus & Inquisitores extra casus sibi a iure concessos & permisos, & negotijs fidei necessarios, reuelarent, aut testes, aut delatos, aut denunciatores, & accusatores, vel alia sacri officij secreta, quamuis ipso iure excommunicati non essent; quoniam hoc nullo iure (quod ego sciam) cautum inuenitur: tamen mortaliter peccarent, quia sibi districte iniungitur a Papa sub virtute sanctae obedientiae ne reuelent: essent enim iuste & legitime legis transgressores. facere autem in materia graui contra iustam & legitimam legem, nulla rationabili causa urgente, vel excusante lethalis est culpa, vt vno ore fatentur Theologi, quos sequuntur Canonistae, & ceteri bene sentientes. atque hoc est in hac causa diligentissime obseruandum.

Episcopi & Inquisitores reuelantes secretum extra casus permisos mortaliter peccant.

DE STATVTIS ET CONSTITUTIONIBUS PRO OFFICIO INQUISITIONIS.

Q V A E S T I O LXXXIIII.

An priora indulta & priuilegia Inquisitoribus data, sint per posteriores constitutiones reuocata.



Ctuagesima quarta questio est: Vtrum Inquisitoribus Apostolica priuilegia, indulta, constitutiones, & ordinationes, seu ad consultata responsiones factae per sedem Apostolicam, sint per constitutiones postmodu factas, de quibus habetur in 6. Decretalium & in Clementitu de hereti. simpliciter reuocata?

Respondemus quod non, nisi in his, in quibus obuiant constitutionibus antedictis: vt patet in c. si. Statuta. de hereti. lib. 6. vbi in fine dicitur sic: Relat. supra pag. 111.

Constitutiones vero, ordinationes, & mandata alia praed-

prædecessorum nostrorum, in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus superscriptis super eadem editis prauitate non obuiant, in suo volumine robore permanere.

In c. Multorum. de heret. in Clemen. in fi. dicitur sic: Alia sane, quæ circa præmissum inquisitionis officium, à nostris sunt prædecessoribus instituta (quatenus præsentis decreto non obuiant) sacri approbatione concilij roborata, in sua volumine firmitate manere.

COMMENT. CXXXIII.

Verissime concludit hoc loco Eymericus constitutiones & ordinationes Apostolicas contra hereticam prauitatem editas, non esse per alias posteriores renouatas: hoc enim fauore fidei ita constitutum est, ut apparet in l. Ariani. C. de heret.

Occasione huius questionis agendum nobis hoc loco erat de virtute & robore extrauagantium varijs temporibus per diuersos Romanos Pontifices editarum in negotio sanctissime Inquisitionis: Ceterum cum in fine huius operis hæc disputationem habuerimus, locum ubi de his agimus, indicasse sit satis, ne eadem sepius repetita lectoris animum onerent.

QVAESTIO LXXXV.

An Episcopus & Inquisitor simul interpretari possint statuta contra hæreticos edita.



Quagesima quinta questio est: Vtrum Inquisitor cum Episcopo, vel eius Vicario, possit statuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita, interpretari; si & quando circa ea ambigua oriatur?

Respondemus quod sic; ut patet in litteris Apostolicis prædictis Inno. iij. tenoris sequentis: Cum negotium fidei catholice aduersus hereticæ prauitatis errores vobis, ut vestra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam Domini, sub certa forma per alias litteras duxerimus committendum; ut commissum vobis ab Apostolica sede tam salubre ac vtile ministerium exequi liberius, ac exerceri possitis efficacius, in hac parte interpretandi statuta ecclesiastica & secularia contra hæreticos edita, & hæreticorum filios, & nepotes, credentium quoque, fautorum, defensorum, & receptatorum ipsorum, dignitatibus, personaribus, & honoribus quibuscunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & publicis officijs: & infra: liberam vobis auctoritate præsentium concedimus potestatem.

In litteris vero Apostolicis Alexandri iij. habetur sic: Ut commissum vobis inquisitionis officium contra prauitatem hæreticam efficacius & liberalius exequi valeatis, interpretandi, vel declarandi vna cum diocesano locorum, in quibus est idem officium vobis commissum, vel ipsorum Vi-

Relat. supra pag. 136.

Inquisitor cum Episcopo potest interpretari statuta contra hæreticos edita.

carijs, cum diocesanos abesse contigerit, statuta contra hæreticos credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita quotiens in eis apparuerit aliquid ambiguum, vel obscurum: & infra: vobis auctoritate præsentium concedimus facultatē.

COMMENT. CXXXIII.

Hoc insigne privilegium in fauorem fidei Inquisitoribus tributum est. Cum enim multæ quæritæ in pænis hæreticorum, & causis fidei oriuntur dubitationes, quæ non sunt plene & aperte per leges declarata; sunt enim plura negotia quam leges, suntque plures articuli negotiorum & dubiorum, quam sanctiones: propterea, ne foret necesse in singulis dubijs Pontificem Romanum consulere, salubriter cautum est, ut leges in hæreticos editas possent Inquisitores interpretari. exempla passim occurrunt, quæ libenter hic gratia breuitatis omittimus; vnum esse potest illud, cuius meminimus supra in hac 3. parte, num. 34. titu. de forma aggravandi officiales. S. quoniam vero.

Huius autem privilegij mentionem faciunt Tabienfis in sum. verbo, Inquisitor. S. 39. Campegius apud Zachinum cap. 16. versi. rursus arbitrii iudicis. Locutus in opere iudiciali verbo, interpretari, & verbo, statuta. Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. nume. 426. & alij.

Iam quantum spectat ad rescriptum Innocentij iij. quod bis citat Eymericus, id nondum vidimus authenticum. alterum vero Alexandri iij. quod refert in fine questionis, vidimus authenticum in bibliotheca Illustrissimi Card. Felicis Peretti, allatum ex Assisio; eratque missum Fratribus ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Datum Anagninæ. Calen. Decemb. Pontificatus sui, anno IIII.

QVAESTIO LXXXVI.

An Inquisitor per se possit in verbis ambiguis interpretari dicta statuta.



Quagesima sexta questio est: Vtrum Inquisitor sine Episcopo & eius Vicario possit statuta edita contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum interpretari, si circa ea dubia oriuntur?

Respondemus quod sic; ut patet in litteris Apostolicis Alexandri iij. Præ cunctis. ubi habetur sic: Præ cunctis, & infra: Necnon interpretandi statuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita, quotiens in eis apparuerit aliquid ambiguum, vel obscurum: & infra: auctoritate præsentium concedimus facultatē.

COMMENT. CXXXV.

Hoc privilegium amplius est & patentius: libere enim concedit Eymericus solum Inquisitorem posse interpretari statuta dubia, seu verba statutorum ambigua, reperta in statutis editis contra hæreticos.

Cur indubitur iudicium dei statuta in hæreticos possint interpretari.

Nunc est Sixtus V. Ponti. Opi. Max.

Dubium an solis Inquisitoribus, tribuatur, ut dubia statuta possint interpretari.

Ceterum,

Ceterum, hoc præmonemus, hoc rescriptum Alexandri iij. quod incipit: Præ cunctis: nos nondum vidisse authenticum: cum multa alia eiusdem viderimus. Rursus, hæc clausula, quam ex eo rescripto recitat hic Eymericus, non legitur in rescripto Urbani iij. Præ cunctis. relato ab auctore supra par. 2. de quo valde miror, cum Pontifices soleant ferme semper in hac causa referre eodem tenore verborum, rescripta à suis prædecessoribus edita: Alexander autem ante Urbanum vixit, ut est manifestum. Postremo, rescriptum illud Innocentij iij. quod incipit: Cum negotium, relatum item ab Eymérico supra par. 2. non probat hanc Eymericis sententiam: nam præterquam quod nondum authenticum viderimus, in multis exemplaribus, dum potestas tribuitur Inquisitoribus interpretandi statuta, additur illa verba: Cum diocesano Episcoporum consilio: quod videtur verisimilius, quia res magni momenti est.

An soli Inquisitores possint statuta dubia in hæreticos lata declarare.

Sed quamquam hæc sint incerta, auctoritas Eymericis multum pondus habet, nec est credendum eum sibi eam clausulam arbitrio suo composuisse.

Sed demus hanc sententiã nullo certo iure probari, & queramus an hoc liceat solis Inquisitoribus: & primo obtutu videtur dicendum, solum Inquisitorem nõ posse leges dubias in hæreticos latas interpretari: nam solius principis est declarare legem dubiam. l. 1. cum glossa ibidem verbo, solis. & l. si. C. de legibus. cap. inter alia. extra de sent. excom. Præterea solus Romanus Pontifex est legitimus interpretis iuris diuini, & canonum ecclesiasticorum, ut docet Abbas in c. quæ in ecclesiaram. de consuet.

Solum Inquisitor dubia statuta declarare.

His tamen non obstantibus non inepte dici posset, Solum Inquisitorem posse dubia statuta in hæreticos lata declarare. ita hoc loco Eymericus id tenet. Campegius apud Zachinũ cap. 16. versi. rursus arbitrii iudicis. & omnes fere præcitati super questione superiori. nam cum hoc privilegium sit tributum fauore fidei, cuius Inquisitor dicitur defensor, rationi consonum videtur, ut sibi soli hoc privilegium competat.

Præterea in illis locis, in quibus non sunt adhuc Inquisitores delegati constituti, sed soli Episcopi iure ordinario in hæreticos animaduertunt; non videtur dubium quin illis liceat statuta in hæreticos edita declarare: quoniam ut supra in hac 3. par. super q. 56. §. num. autem. tradidimus. privilegia, quæ fauore fidei Inquisitoribus sunt tributa, Episcopis etiam videntur competere. ergo fiet, ut solis etiam Inquisitoribus liceat declarare statuta dubia, cum maiorem quam Episcopi, aut saltem æqualem cum ipsis, in causis fidei habeant potestatem.

Sed tutius id est facere cum Episcopi consilio.

Hæc fortassis vera sunt de stricta iuris ratione: tutius tamen est in re tam graui adhibere Episcoporum consilium, ubi comode poterit adhiberi: alijs vrgente causa solus fortassis Inquisitor poterit id præstare.

Exempla multa occurrunt in nostris hęc cõmentariolis, inter quæ illud potest esse accommodatum, de quo scripsimus supra parte 2. super cap. fraternitatis. de heret. S. iam hæc prohibitio. & §. seq. nam si dubitetur, an commissarijs Inquisitorum liceat legere libros prohibitos, sicut licet ipsis Inquisitoribus: quoniam in hac parte obscure loquitur rescriptum Iulij III. Pontif. Max. quod ibi recitauimus, In-

quisitoris partes erunt id declarare: in similibus id est iudicium.

Dummodo caueat ne nimis libetè utatur hac potestate, et sub huius potestatis pretextu castuetat, quæ vel alijs legibus repugnet, vel sana sunt, & à consuetudine sacri tribunalis aliena; in quo conscientie sue consulere quisque debet, securus semper est, & diocesanos Episcopos, & peritissimos & probatissimos viros consulere.

Equidem in vetusto quodã codice, quem ante pauca annos Romam attulit Inquisitor Florentinus, in quo erant collecta quæcũque ad sanctum officium pertinere videbatur, aliquot extabant exempla huius rei, de qua agimus: ceterum Inquisitor & Episcopus ad interpretandam quandam huiusmodi legem conuenerant, vocatis ad id atque consultis multis peritis iureconsultis. tutius ergo est, ut ambo id præstet, quam ut vnus solus negotium tantum exequatur.

Rursus, non modo solus Inquisitor interpretari potest statuta dubia edita contra hæreticos; sed quotiens oportuerit edita aduersus hæreticos, eorũque complices, fautores, receptatores, & defensores publicare, id soli Inquisitores sine ordinario facere possunt. ita Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. de privilegij Inquisitorum, nu. 415. versi. item soli Inquisitores, & non Ordinarij. ad quam sententiã probandam nihil adducit, verum tamen videtur hoc privilegium. cum enim Inquisitor sit à Sede Apostolica delegatus in causis fidei, ordinario videtur præferendus: itaque inconulto ordinario potest edita contra hæreticos promulgare, quibus iubeat, ut sibi in hoc crimine delinquentes reuelentur; quæ sunt sententia Eymericis 3. par. nume. 52. in forma admonitionis de hæreticis reuelandis, vsu etiam comprobata, ubi nulla est Episcopi mentio, & Zachini tract. de heret. cap. 11. num. 2.

Huius autem privilegij frequenter potest contingere vsus: ut cum, verbi gratia, delictum est commissum, quod hæresim præ se ferre videatur, ut si delicti sint Sanctorum imagines, combusta Ecclesia, in domos Inquisitorum impetus factus, aut ignis cõiectus, & similia: tunc. n. Inquisitores editis propositis, sub pœna anathematis & fautoria hæresis monebunt vniuersos, ut id delictum, vel delicta reuelent.

Sed quid si ordinarius edita huiusmodi publicauerit, poterit ne Inquisitor ea renouare? & Ioannes Rojas præcitato loco merito renouanda tradit, sed is fortassis nimis libere loquitur, quasi nulla sint partes Episcoporum in hac causa, cum tamen omnia iuramentum per cõcessionem procedendi Inquisitoribus factam, non esse ablatam ordinarijs procedendi potestatem, cap. per hoc. de heret. lib. 6. quare multum illis tribuendum censeo: nec approbo eorum sententiam qui plus sibi tribuentes, quam à iure habet, Episcopos fere spernit in hac causa. meminisse ergo oportet, eos iudices fidei esse in sua diocesi ordinarios: & si ea edita in fidei propagationem referantur, nullo modo mihi videntur renouanda, sed confirmanda potius: sic enim Episcopus & Inquisitor, quasi vnus, fortius pugnabunt contra religionis hostes.

Sed maior difficultas est, An Inquisitores possint contra hæreticos noua condere statuta in suis diocesis, augedo pœnas aduersus eos. & Ioannes Rojas tract.

Solum Inquisitor edita publicat contra hæreticos

Episcopus an edita in hæreticos possit publicare.

An Inquisitor res noua statuta condere possit contra hæreticos.

tract. de heret. par. 2. de privilegijs Inquisitoru nu. 440. id Inquisitores posse afferit, additque ita tenere Lapium & Geminianum in cap. fin. s. statuto. de heret. lib. 6. quod optime, inquit, explicat Gōdissalvus tract. de heret. q. 23. num. 6.

Geminiani verba.

Veruntamen Doctor hic, alioquin doctus & religiosus, valde decipitur: nam quos ille citat, contrarium sentiunt omnino. neque id dicunt in c. si. de heret. sed in c. 2. s. statuto. de constit. lib. 6. quo loco Geminiani verba in codice nostro nu. 8. vers. an autem Inquisitores. ita habent: An autē Inquisitores heretice prauitatis possint facere statuta? tenet hic Lapius q. non, quia sunt delegati, vt notatur de heret. in 6. cap. ne aliqui. & cap. per hoc. sed delegatus statuta facere non potest, vt notat Innocētius in c. pro illorū. de preben. ergo; &c. hactenus Geminianus. quem nullis fere mutatis sequitur Gōdissalvus in dicto tract. de heret. q. 23. nu. 6. nō me preterit in recensis quibusdam Geminiani exēplaribus paulo aliter cōcipi supradicta verba; eadem tamen est sententia. sentiunt ergo prafati apertissime, Inquisitores non posse condere statuta.

Cum vero paulo diligentius hec effem intuitus, exstimani fortassis non fore absurdum dicere, Inquisitoribus competere hanc potestatem. Primum. n. explorati iuris est, Episcopus in sua diocesi statuta condere posse, per textū in dict. c. 2. iuncta glossa in verbo, statuto. vbi communiter Doctores. de constit. lib. 6. poterunt ergo condere statuta contra hereticos: nā si possunt in blasphemos, in sortilegos, & similes peccatores noua statuta Episcopi constituere, vt ab his sceleribus acerbitate pœnarum homines auocentur; profecto multo magis id poterunt contra hereticos, cum grauius ceteri delinquant, & Inquisitor in causa heresis aut maiorē, aut saltem aequalem habet cū Episcopis iurisdictionem. poterunt ergo simili modo noua statuta condere cōtra hereticos, quibus auocāt pœnas in eos.

Ad hęc, paucis antea diebus quā hęc scriberemus, incidimus in vetustum & authenticum rescriptum Innocētiij. quod extat in Archiepiscopi inquisitionis Bononiensis, & incipit: Orthodoxa fidei: quod curauimus imprimendum inter litteras Apostolicas in fine huius operis. quo videtur dirimi proposita difficultas, docerique posse Inquisitores statuta condere: nam inter cetera Romanus Pontifex iubet omnibus magistratibus, ut Inquisitorum statuta, & sua contra hereticos obseruēt, in hac verba: Considerantes attente, quod iurisdicctio eorum (scilicet Inquisitorum) quod fuerit plenior in hac parte, eō magis esse poterit fructuosa; volumus & nostris sibi damus litteris in mandatis, vt vos mone re procurat ac inducere diligenter, vt statuta ipsorum, & alia ecclesiastica & secularia edita contra hereticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, & c. seruetis & faciatis irrefragabiliter obseruari, hęc ibi. quo loco notanda sunt illa verba statuta ipsorum.

Ex his facile inducor ad credendum posse Inquisitores huiusmodi noua statuta condere, idq; iuxta varietatem casuum accidentium, vel propter frequentiam hereticorū, vel propter alias causas, quas fere humana conditio, vt acerbitate pœnarum ab eis delē

Etis committendis homines auocentur: quamquā illud sentiam hoc casu consultius esse facturos, si Episcoporum cōsiliū adhibeant, vt res tam grauis maturius transigatur: vel, quod tutius est, supremum sacrosanctæ & generalis Romanæ inquisitionis Senatū consulant, a quo in rebus grauib; in hac fidei causa nusquam discedendum arbitror.

Illud tamen obseruandum est, ne dum huiusmodi pœnæ augentur contra hereticos, aliquid committatur iniustum, incautum, aut contra ius & rationem: nam fauor fidei non tribuit hanc facultatem. itaque cauendum est, ne dum ex vna parte fidei propagationem nituntur afferre, ex alia eius detrimētum inducant.

In penitentijs aggrauadis & augendis certum est Inquisitores habere potestatem, vt docuit Eymericus 3. par. nu. 194. s. item te sententialiter. & dixi plene supra in hac 3. parte super octauo modo terminandi processum fidei. s. reuinentes nobis.

De principibus secularibus questum etiā est, an possint suis legibus pœnas cōtra hereticos latas, vel etiam contra suspectos de heresi augere. in quo articulo fortassis suspensam diceret, id eis non licere, cum hoc crimen sit mere ecclesiasticum, in quo laici, nec di recte, nec indirecte se introrittere debēt. cap. vt inquisitionis. de heret. lib. 6. s. prohibemus.

Ceterum, obiter hęc mihi tradenti (neque. n. libet longius euagari, cum EymERICI INSTITUTUM aliud studeat) verius nunc videtur, posse seculares principes ex causa tales leges condere, quibus in hereticos & suspectos pœnæ auocentur, aut iam latae leges aduersus eos, quę fortassis in suis diocibus & dominijs non custodiuntur, in vsum reuocentur, & in viridi obseruantia permanere iubeantur, atque vti in tales in Christiana republica principes multi reperirētur; neque enim res fidei in detrius laberentur, nec superioribus annis florētissima regna corruissent, & miserē in hereses tetras & nefarias incidissent.

Possunt ergo mea quidem sententia talia statuta condere: neque hoc est introrittere se de crimine ecclesiastico, sed fauere potius Ecclesie, & incrementum fidei procurare: nam per eiusmodi statuta nō auferunt proprijs iudicijs, videlicet Episcopis & Inquisitoribus, iurisdictionem: sed eam potius amplificant, iuuant, & amplius promouent: id quod esse debet principum seculariū proprium & peculiare munus, vt grauius docuit Conradus Brunus lib. 3. de heret. cap. 9. & 10.

Postremo, Romani Pontifices principum secularium leges & decreta aduersus hereticos & suspectos varijs temporibus edita, non modo non sustulerunt, aut abrogarunt, immo confirmarunt & inuoluntate custodiri iusserunt, vt constat ex multis Pontificum rescriptis editis in Bullario litterarum Apostolicarum, quod explicui copiose in disputatione de robore extrauagantium contra hereticos editarum. quod ipsum facturos crederem proculdubio & ceteros Romanos Pontifices quotiens vel catholici principes nunc aut futuris temporibus, vel insignis aliqua respublica, vel ciuitas, vel minores reguli in suis dominijs leges nouas conderent; quibus commode hereses aut nasci impedirentur, aut iam nate facilius extirparentur.

Dū noua statuta conduntur, quid auendum.

An principes seculares pœnas in hereticos augere possint.

Possunt principes seculares pœnas in hereticos augere.

Romani Pontifices leges seculares in hereticos latas confirmarunt.

Quod

Statuti civitatis Brixie de extirpanda heresi Luthericana.

Quod initio nascentis Lutheranicę perfidie valde laudabiliter Brixia Italiae ciuitas catholica & illustris consecuta est: nam ad extirpandam Lutheri heresim, quę sese occulte insinuabat, praclarum & honorificum edidit statutum, quod Clemens VII. anno Domini MDXXV III. & laudauit & confirmauit. eius initium est: Placuit intelligere, quod etiā in fine huius operis inter litteras Apostolicas curauimus imprimendum.

Possent ergo exempli gratia seculares magistratus & Domini terrarum cōdere tale statutum, quod Iudgi vel alij infideles in suis terris commorantes, teneantur hereticos accusare seu denūtiare, aut alia huiusmodi multa.

Equidem sententiam hanc nō obscure confirmare videtur Beatus Augustinus Epistola 48. ad Vincentium, vbi ita scribit: Seruiāt Reges terrę Christo, etiam ferendo leges pro Christo, hęc ibi. & Epistola 50. ad Bonifacium, quo loco ait ita: Nam & temporibus Prophetarum, omnes Reges, qui populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt quę cōtra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt & euerterunt super aliorum merita laudantur. hactenus Augustinus.

Illud præterea adiungo, quod si tanta esset iudicij ecclesiasticorum negligentia, vt iuxta Sanctiones canonicas, aut inquirere hereticos, aut eos punire, vel omitterent, vel omnino nollent; tunc iudices seculares pie & iuste facerent, si ad extirpandos hereticos totis viribus & conatu intenderent; immo vero omnino deberent ita facere, cum ad religionē defendendam ponens teneantur.

Tunc autem eorum statuta corruerent, ac inuvalida & nulla essent, cum in detrimentum fidei, & sancti officij impedimentum tenderent. cap. statutum. de heret. lib. 6. & consuluit plene Paulus Parisius cōf. 2. incipien. Et si esse Iudaum. vol. 4. n. 104. & seq.

DE SUSPECTIS DE HERESI & DIFFAMATIS.

QVÆSTIO LXXXVII.

An suspectus de heresi cogi debeat abiurare.



Ctuagesima septima quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor diffamato de heresi debeant cogere heresim abiurare?

Respondemus quod sic, vt patet in c. Excommunicamus itaque. s. qui autem. de heret. vbi dicitur sic: Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles: nisi iuxta considerationem suspitionis, qualitatēque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriuntur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euictur; ita quod si per annum in excommunicatione persistint, extunc velut heretici condemnentur.

Et in c. Accusatus. de heret. lib. 6. dicitur ita: Accusatus de heresi, vel suspectus, contra quem

Suspectus de heresi abiurante cogitur.

de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si heresim in iudicio abiurauit, postea committit in ipsa, censerit debet quadam iuris fictione relapsus: licet ante abiurationem suam heresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit (quamquam ex hoc sit grauius puniendus) non tamen debet in heresim relapsorum pœna puniri.

COMMENT. CXXXVI.

Suspectos de heresi abiurare debere explorati iuris est, vt euidenter probant leges canonice hoc loco ab Eymericus copiose par. 2. q. 45. & 48. & de praxi agit 3. par. in 4. s. & 6. modo processum fidei terminandi. & in concilio Tarraconensi. s. suspectus de heresi. relato supra par. 2. & docet copiose Ioannes Rojas singulari 1. Repertorium Inquisitorū verbo, suspectus. Locutus in opere iudiciali verbo, suspicio. & alij varijs locis.

Suspecti de heresi abiurare debent.

Nec refert, quantum ad hoc, an suspicio sit leuis vel vehemens: omnis enim suspicio debet abiurari, vel purgari, vt copiose traditur præcitatis locis: sed eleganter in concilio Tolosano cap. 11. & in concilio Biterrensi cap. 31. & quidquid ad hunc locum de abiuratione spectat, copiose tractaui supra in hac 3. parte super quarto modo processum fidei terminandi.

Quæuis heresis suspicio abiuranda.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An diffamato de heresi fit indicenda purgatio canonica.



Ctuagesima octaua quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor diffamato de heresi debeant purgationē canonicam indicere?

Respondemus quod sic, iuxta c. Excommunicamus itaque. extra de heret. s. adijcimus. vbi dicitur sic: Adijcimus insuper, vt quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus, per se aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas bis, aut saltē semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hereticos habitare, circumueat, & ibi tres, aut plures boni testimonij viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam iurare compellat, quod si quos ibidem hereticos scierit vel aliquos occulta cōuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad presentiam suam conuocet accusatos, qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè puniantur.

Diffamati de heresi debent se purgare.

COMMENT. CXXXVII.

Non est ambigui iuris diffamatis de heresi canonicam purgationem esse indicendam, quod probat textus, quo Eymericus hic vtitur.

De diffamatis de heresi copiose egit auctor supra parte 2. q. 57. & qualiter debeant se purgare, docuit parte

parte 3. in 2. modo processum fidei terminandi. adde Repertorium Inquisitorum verbo, diffamatus.

Q V A E S T I O LXXXIX.

Quot quibusque modis in iure quis censendus sit deprehensus in haeretica prauitate.



Ctuagesima nona quaestio est: Episcopus, & Inquisitor quot modis, & quibus debeant de iure habere aliquem manifeste pro deprehensus in haeretica prauitate?

Respondemus quod tribus, vt dicit Bernardus in glos. ordinaria in c. Ad abolendam, s. praesenti. & ver. deprehensus. extra de haeret. vbi habetur: Praesenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicumque fuerit manifeste in haeresim deprehensus, &c. dicit namque sic: Deprehensus, facti euidencia; puta, quia publice praedicat haeresim. ff. de ritu nup. Palam. s. viti. Vel legitima probatione; puta per testes: vel ex sua confessione.

Et eiusdem Bernardi glos. in cap. Excōicamus 2. super verbo deprehensi. extra de haeret. Si qui autem de praedictis postquam fuerint deprehensi, &c. dicit sic: Deprehensi, i publico, ita quod notorium sit: vel etiam quia condemnati sunt.

Ad idem videtur facere c. Super quibusdam. extra de ver. sign. vbi dicitur sic: Super quibusdam mandatorum articulis, & infra: Tu a deuotio postulauit a nobis, qui sint dicendi haeretici manifesti: Super quo tibi duximus respondendum, illos in intelligendos esse manifestos haereticos, qui contra fidem catholicam publice praedicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem; vel qui coram praetatis suis conuicti sunt, vel ab eis sententialem condemnati super haeretica prauitate.

COMMENT. CXXXVIIII.

Cur Emericus eandem disputationem repetat.

In hac quaestione hoc breuiter obseruandum est, non esse putandum Emericum hoc loco perperam egisse de deprehensus in haeretica prauitate, cum de illis iterum egerit nullis pene mutatis supra parte 2. q. 33. nam diuerso consilio varijs locis eandem disputationem inferuit: quod & tituli ipsi quaestionum facile indicant: nam parte 2. in primis quaerebat, qui essent dicendi haeretici manifesti; vt illis cognitis secretos, seu occultos haereticos cognosceremus, in quibus erat maior difficultas: hic vero solum de manifestis agit, & quot modis quis de iure manifestus haereticus dicatur. magis ex professo declarat.

Diuersis rationibus eadem disputationes non possunt repeti.

Neque est absurdum, sub diuersis rationibus diuersis locis vel in eodem vel in alio opere easdem quaedamque repetere disputationes: nam & Aristotelem, & Platonem, & Galenum & alios insignes philosophos scimus, easdem sepe repetuisse doctrinas: & Iurisperiti hoc idem sepius non inepte faciunt, & Pandectarum Architecti, vt obiter illud dicam, frequenter sub diuersis titulis easdem leges, eadem verborum serua repeterunt, vt copiose ostendit Pardiplus Prateus lib. 1. de media iurisprudencia.

Quantum vero ad hanc quaestionem attinet de manifestis haereticis, eam abunde declarat Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 29. nu. 8. & multis sequentibus, & nos breuiter explicauimus supra par. 2 super dicta quaestio. 33.

DE DEPREHENSIS in haeresi, sed penitentibus.

Q V A E S T I O XC.

An deprehensus in haeresi & propter hoc captus, sit sub cautione dimittendus.



Onagesima quaestio est: Vtrum Inquisitor deprehensum in haeretica prauitate, & ex hoc captum, possit licite tradere cautioni, vel manuleutae?

Respondemus quod non: nam vel est deprehensus propria confessione, vel non: si sic, & est impenitens, tradendus est curiae seculari vltimo supplicio feriendus, iuxta c. Ad abolendam. s. praesenti. de haeret. si autem est penitens, est carceri perpetuo detrudendus, iuxta cap. Excommunicamus 2. de haeret. non igitur cautioni dandus, nec liberandus. Si autem non, sed fiat in negatiua, est vt impenitens tradendus potestati curiae secularis animaduersione debita puniendus, vt not. Hostien. in sum. titu. de haeret. s. qualiter deprehendantur.

COMMENT. CXXXIX.

Haec quaestio est valde vtilis, et a paucis in hac haeresi causa disputata. Emericus eam hoc loco tractat breuissime, quam eisdem fere verbis sequitur Repertorium Inquisitorum verbo, cautio. & Locutus in opere iudiciali verbo captus. n. 5 & verbo, Inquisitor. nu. 25. & 26. & alij quos mox subiiciam.

Est autem cautio, vt ait Cicero 4. Tusculana. promissio quaedam, qua auertimus & vitamus ne quid mali nobis accidat. hinc Iurisperiti cautiones appellant fidei iuraciones, aut alias stipulationes, quibus nobis cauemus, hoc est securus nos reddimus, vt colligitur ex l. habere. s. cautum. ff. de verb. signifi. vbi ita scribit Paulus: Cautum intelligitur huc personis siue rebus cautum sit. hec ille, per personas fidei iuratores accipimus, per res autem pignora, vt optime eo loco accursius interpretatur.

Cautionum vero duae sunt species: nam quaedam est nuda. l. 2. s. quod si. ff. de iudi. qua & nuda seu simplex promissio nuncupatur. l. diuus. s. ff. de peritio. haeredit. de qua non est sermo in hac quaestione. Altera est cautio idonea, vt cum fidei iuror, vel pignora accepta sunt. l. si mandato. 59. s. vlt. ff. mandati. dist. l. habere. s. cautum. ff. de verb. signifi. et de hac loquitur auctor in hac quaest. quae vocat voce Catalana, manuleuta: illi. n. fide iurare, manuleutare, et fidei iuramentum manuleutam dicunt, de qua egit Emericus multis locis: primu hic ex professo, & 3. par. in septima cautela contra cauillosos haereticorum fraudes, nu. 105. et in eadem 3. par. in forma dandi apostolos negatiuos, nu. 124.

His

Cautio quid

Duae cautionum, seu fidei iuramentum species

Manuleuta qualis vox

His positis, institutum auctoris in hac 3. parte est docere, nunquid Inquisitores reum haereticos in haeretica prauitate deprehensum, iuxta doctrinam praecedentis quaestiois, possint & carceribus dimittere accepta fidei iuracione, & cautione de representando, aut intra certum tempus, aut totiens quotiens Inquisitori visum fuerit, & summa quaestiois est, talem nullo modo esse relaxandum, aut dimittendum & carceribus: idque ob rationes quas allegat, quae verae & certae sunt, quas & praecipit sequuntur.

Hanc vero Emerici doctrinam confirmat Ioannes de Anania consil. 1. incipiens. Circa modum & ordinem. Bart. in l. 1. ff. de custodia reorum. Aegidius Bossius tit. de carcerato fidei iuratoribus committendo. Antonius Gomez tom. 3. varia. resol. cap. 9. num. 8. & Iulius Clarus in pract. crim. s. fin. q. 46. vers. in hac aut materia. & Paulus Grillandus tract. de relaxatio. carcerat. tit. de fidei iuratoribus reorum, dicentes, reum alicuius criminis pro quo veniat imponenda poena corporalis, nullo modo datus aut acceptis fidei iuracionibus esse & carceribus relaxandum sine dimittendum. & hanc sententiam dicit communem Iulius Clarus praecipit loco, quam probat non obscure textus in l. 3. ff. de custo. reorum, ibi: nisi tam graue scelus ipsum commisisse conlter, vt nec fidei iuroribus, nec militibus committi debeat. hec ibi. quod asserunt ibidem communiter Doctores. & ratio notissima est, quoniam fidei iuratores non possunt se obligare ad poenam corporalem, qua reus est peccatus, cum nemo sit dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam.

Reus cui sit imponenda poena corporalis non est relaxandus, & quare.

Fidei iuratores reorum qualiter plebati

Sed quid si de facto index sub fidei iuracionibus dimittit eum qui peccatus erat poena corporali, & is reus aufugit, nec se praesentat, nec a fidei iuracionibus potest capi, vt iudici praesentetur, qua poena erunt afficiendi fidei iuratores? Respondeo, plebendos esse fidei iuratores non in corpore, sed in ea poena pecuniaria: ad quam se fidei iurando obligauerunt: si vero nullam certam poenam promiserunt, quod raro contingit, plebendi etiam sunt in poena pecuniaria, sed arbitrio iudicantis, nisi consuetudo in tali casu, aut ciuitatis statutum certam poenam statueret. l. 4. ff. de custo. reorum. vbi Bartolus & communiter Doctores, Cynus, Salycetus, & alij in l. penulti. c. de custo. reorum. & alij quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resol. cap. 9. nu. 8.

Hec vero communis doctrina de non relaxandis carceratis sub fidei iuracione, seu data cautione, maxime locum habet in scriuis & alijs viliibus hominibus: hi enim non relaxantur. fidei iuror. l. 2. ff. de custo. reorum. l. lex Cornelia. s. prae crea. ff. ad senatuscon. Syla. tradit Iulius in pract. crim. s. si. q. 46. vers. & hec quidem.

Sed in supradictis aut nulla aut minor videtur dubitatio ob rationes praedictas: num autem aliquando in hoc tribunali locus sit relaxationi sub fidei iuracione, vel cautione, quod est cognitu maxime necessarium, breuiter est nunc mihi dicendum. & plane ex supradictis aperte consequitur, eos omnes posse relaxari, qui capti sunt pro delictis, pro quibus non venit imponenda poena corporalis, sed tantu pecuniaria, aut alia similis. l. 1. ff. de custo. reorum. vbi Bartolus & communiter Doctores. l. 3. & 4. ff. cod. titu. l. si quis

pro eo. s. fin. ff. de fidei iuror. l. eos. la primera. s. super his. c. de appellatio. & his locis Doctores, quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resol. cap. 9. num. 8.

Additque Gomez adeo verum esse hoc casu, sub fidei iuracionibus reum esse relaxandum, quod si index nolit recipere fidei iuratores, sed reu in carcere detinere, committit contra eum crimen iniuriae, & tenebitur, inquit, in syndicato actione iniuriarum. argumento textus in l. si vero pro condonato. s. 1. ff. qui satisfare cogantur. cuius verba sunt: Qui pro rei qualitate euidentissime locupletem, vel si dubitetur, approbatu fidei iuroré iudicio sistendi causa no accepit, iniuriarum actio aduersus eu esse potest. hec ibi.

Hec tamen in alijs delictis & causis fiant: nam in hoc delicto cautius, quam in ceteris dimittendi sunt rei sub fidei iuracionibus. ergo hoc primum statuumus, curandum esse diligenter ab Inquisitoribus, vt quam cito & comode fieri potest, causa absoluat. & reus debitam penitentiam excipiat: neque enim quicquam boni solet enenire ex tali liberatione & relaxatione & carceribus in hoc crimine.

Si tamen crimine liquidato, aut etia pedente processu appareat reum non esse culpabilem eius delicti de quo imputatur, quod sepius solet contingere, tunc relaxari potest. per textum in l. 1. ff. de custo. et exhibitio. reorum, ibi. Vel pro innocentia personae. tradit Iulius Clarus, vbi multos refert in hanc sententiam in pract. crim. s. fin. q. 46. vers. pariter etia. & hoc tunc maxime fieri potest, quando Inquisitores non sperarent habere noua indicia, quod ille id crimen commiserit, de quo fuit imputatus: nam si noua indicia se facile habituros sperarent, dimittendus non esset.

Quod si hoc casu cum relaxandus est reus propter inopiam non inueniat, qui pro ipso fidei iurarent, quaestio est, an possit relaxari praestita per ipsum iuratoria cautione. & verius mihi videtur id posse fieri, & hanc opinionem testatur communem Marcellus in petitione rubricae de fidei iuracionibus. nu. 166. & seq. & hoc videtur mitius, ne carcerati quandoque diu marcescant in carcere, diu fidei iuratores ob paupertatem non inueniret: quod & Iulius Clarus laudat in pract. crim. s. fin. q. 46. vers. sed quid agendum in fine.

Solent quadoque in hoc tribunali Inquisitores viros illustres & magnos consignare militibus seu fidei custodiibus, qui eos custodiant in aliquo loco tuto extra cerceces, vel fidei iuracionibus, qui promittat reu in aliquo loco tenere; vel quod tutius & frequentius sit, certum Palatium, aut domum ei statuere, vbi custodiatur. argumento l. 1. ff. de custo. reorum, ibi: Vel pro dignitate eius, qui accusatur. tradit quoque Aegidius Bossius tit. de carcerato fidei iuracionibus committendo nu. 4. sed hoc fortassis non spectat ad priuatos Inquisitores deliberare, quemadmodum nec inconsulto supremo Senatu sancte Inquisitionis tales viros egyptios capere, vt alibi diximus: quare in his superiores consulant, quod est tutius.

Iam illud frequenter obtinet in hoc tribunali, vt cum reus leuiter deliquit, leuiter custodiatur; vnde pro qualitate criminu & personaru possunt iudices iubere, nulla accepta fidei iuracione, nec reus in carcere missis, vt reus domum suam vel alterius, vel ciuitatem

In hoc tribu nali iurari dimittendi rei sub fidei iuracionibus.

An relaxandus reus praestita fidei iuracione cautio ne;

Viri illustres qualiter relaxandi.

Leuiter de linquentes qualiter custodiuntur.

uitatem cum suburbij pro carcere habeat, vt optime A obseruauit Simacas de catho. instit. tit. 16. nu. 5. Huc spectant que tradit Iulius Clarus in pract. crimi. s. fin. q. 46. vers. in dubio autem.

Fideiussores quando soluet pœnam, & cui sit applicanda.

Postremo, si fideiussores quo tempore debuit reuē signare, non consignet, pœnam promissam soluet, ea que applicabitur fisco seu officio sanctę Inquisitionis, atque ita obseruat consuetudo. faciunt tradita per Bart. in l. si quis reum. nu. 4. ff. de custo. reorum. quem Angelus & alij sequuntur.

Quo autem tempore fideiussores incidat in pœnā promissam, copiose tradit Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 9. num. 9.

Cetera que in hac causa relaxationis traduntur a nostris iureconsultis fortassis aut nihil aut parū conserunt ad rem nostram; ideoque libenter omitto.

QVÆSTIO XCI.

An deprehensus in hæresi, non relapsus, redire volens, ad abiurationem & misericordiam sit admittendus.

Onagesima prima quæstio est: Vtrū Episcopus & Inquisitor deprehensus in hæretica prauitate, aliās non relapsus, si resipiscat, ac resiliat ab errore, debeant admitti ad misericordiam hæresim abiurando, vel tradere brachio sæculari animaduersione debita puniendum?

Hæretici penitentes non relapsi ad abiurationem admittuntur.

Respondemus, quod non est tradendus, nec relinquendus, sed ad misericordiam & abiurationē admittendus, vt patet in c. Ad abolendam. s. præfenti. extra de hæretic. vbi dicitur sic: Præfenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicumque manifeste fuerit in hæresi deprehensus, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prerogatiua nudetur; & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, sæcularis relinquatur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus: nisi cōtinuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis illius publice consenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita, consertim ad fidem confugerit orthodoxam, sæcularis iudicis arbitrio relinquatur.

COMMENT. CXL.

DE materia huius quæstionis plene disseruit Emericus supra 3. parte, cum ageret de modo processum fidei terminandi: hic vero quasi summam colligens, regulā breuem præscribit dicens. Redeunt non relapsos admittendos esse ad misericordiam, de qua re plene Zanchinus tract. de hæret. cap. 16. & ibi Campegius. Repertorium Inquisitorum verbo, penitentia. & verbo rediens. Simacas de catho. instit. tit. 47. auctor inominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, in rubrica de

redeuntibus & conuersis. Paulus Grillandus tract. de hæret. q. 5. & q. 7. & alij.

Redeuntium autem plures sunt species, vt abunde indicauit supra par. 2. super q. 40. s. hæretici vero penitentes. & seq. vbi docui, que ad hanc quæstionē illustrandam spectant.

Plurimum vero refert cognoscere singulos redeuntē, quales sint, quo modo reuertantur: an statim vel post longum tempus: an sponte ipsi accesserint ad cōfitemendum, vel ab alijs fuerint denunciati: an sint clerici vel laici: an periti vel ignari: an senes & etate consistentes, vel contra, pueri vel iuuenes & imprudentes, aut alij huius generis vel aliter, vt iudices violatę religionis iuxta cuiusque qualitatem penitentiam salutarem imponant: cum mitius sit agendum cum his, qui sponte reuertuntur, quam cum illis qui coacte: mitius cum his qui statim, quam cū illis qui post longum tempus, & similiter de reliquis.

In quo articulo quid sit obseruandum, nemo in genere luculentius præscripsit, quam Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 15. cap. 21. 22. & 23. in hæc verba: Quid vero iniungendum sit talibus, diffiniri non potest: quia committitur arbitrio iudicantium: & aliter cum simplicibus est agendum, quam cum prudentibus: aliter cū clericis, quam cum laicis: aliter cum prelatiis, quam cum subditis; & omnes circumstantiæ sunt notandæ. de penit. dist. 5. cap. 1.

Quia tamen multi ex simplicitate in hoc crimine incidunt, credo multorum simplicitati parcendum, vt non excuset a toto, sed à tanto. 85. distincta.

Credo etiam eos, qui fauerunt, vel receperunt sanguine coniunctos, mitius puniendos, sicut dicit lex eleganter. ff. de receptato. l. vlt. quæuis Magister Laurentius dicat contrariū. argumēto can. 27. q. 1. de filia. hæc omnia dico & scribo saluo Fratru & aliorū prudenti cōsilio meliori. hætenus ille. cetera huc spectantia suis locis copiose tradidim.

QVÆSTIO XCII.

An Episcopus & Inquisitor absolue- re possit ab excōmunicatione hæreticum penitentem.

Onagesima secunda quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor taliter deprehensus in hæretica prauitate, sed post penitentem & abiurantem, eundem possit absolvere ab excōmunicationis sententia, qua fuerit innodatus, iuxta c. Ad abolendam. in principio, & c. Excommunicamus 1. & 2. de hæret.

Respondemus quod sic, vt patet in c. Vt officium. & infra: Discretionem vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in præfata prouincia, simul vel separati: aut singulariter (prout negotij vtilitas suadebit) cōtra hæreticos, credētes, receptatores, fautores, & defensores eorū: necnō cōtra infamatos de hæresi, vel suspectos iuxta

Qualitate redeuntē & gnoticæ vt singulis debet penitentiam imponātur.

Pulchrum Guidonis Fulcodij præceptum. Cap. 21.

Cap. 22.

Cap. 23.

Episcopi non possunt absolue ocultos hæreticos.

Hæreticum redeuntē & abiurantē absolue pot Episcopus & Inquisitor.

iuxta sanctiones canonicas hominum metū diuino timori postposito procedatis. Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiæ vnitatem, ei iuxta formā Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis.

COMMENT. CXLII.

Hoc priuilegium est singulare: nam cum hæretici sint ipso iure excommunicati, et singulis amplius annis in quinta feria in Cæna Domini publice à summo Pontifice excommunicantur: nemo inferior poterat eos absolvere, nisi cui specialiter esset concessum, & tales sunt Inquisitores: quod probat aperte rescriptum ab Emerico allatum, quod est Clementis IIII. Gregorius Nonus rescripto incipiente: Ille humani generis in quo ita scriptum est: Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata, ad Ecclesiasticā redire voluerint vnitatem, ipsi iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus consuevit iniungi, hæc ibi. idem concessit Innocentius IIII. rescripto incipiente: Tunc potissime: hæc nos Bononia vidimus authentica in archiuo inquisitionis, & curauimus imprimenda in Bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis.

Inquisitores excommunicati ob hæresim absolue possunt.

Tradunt hoc ipsum priuilegium Locatus in opere iudiciali verbo absolue. nu. 11. Repertorium Inquisitorum verbo, absolutio. s. sed nunc. Simacas de catho. instit. tit. 3. nu. 1. & alij.

Que autem obseruari debeant in hac absolutione, & quo ritu fiat, abunde explicui supra in hæc 3. parte, tit. de forma absoluedi prædictos. nu. 18. & 19.

In foro interiori quis possit occultum hæreticum absolue.

Que vero hac quæstione ab auctore traditur, procedit in foro exteriori, vt series ipsa indicat: nam in foro interiori quis possit occultum hæreticum absolue, & quanta prudentia id fieri debeat, docuit idem Emericus luculenter in hac 3. parte. nu. 59. & seq. vbi dixi, de quo vide amplius concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. c. 6. & rescriptum Clementis VII. quod incipit: Cum sicut. s. vobis etiā. reflatum in Bullario adde Simacam de catho. instit. tit. 3. nu. 6. & Nauarrum in Manuali confessoriorū c. 27. nu. 275. vers. Decimo quarto, quod nullus præter Papam.

Equidem in supremo inquisitionis prætorio Sanctę & generalis Romanę Inquisitionis sepe pronuntiatum est, nec posse nec debere Episcopos amplius virtute concilij absolue re occultos hæreticos in foro conscientie, siue quod per processum Bullæ in cæna Domini sit concilio Tridentino derogatum, siue quod ita Pius V. ac Gregorius XII. alias expresse declarauerunt, vt etiā præuicato loco Nauarrus testatur. Addit Locatus in opere iudiciali verbo, absolue re. nu. 10. solū inquisitorē posse absolue eos, quos ipse excommunicauit. per rescriptum Alexandri IIII. quod incipit: Ad captanda vulpeculas: quod & verum putamus: sed id rescriptum nondum vidimus.

QVÆSTIO XCIII.

An hæreticus penitens sit condemnandus ad perpetuum carcerem.

Onagesima tertia quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor taliter deprehensus in hæretica prauitate, penitentem & abiurantem, ac ab eisdē, vel eorum altero absolutum, teneatur perpetuo carceri condemnare?

Respondemus quod sic, vt patet in c. Excommunicamus. 2. s. si qui. extra de hæret. vbi sic dicitur: Excommunicamus & anathematizamus vniuersos hæreticos. & infra: Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendam condignam penitentiam in perpetuo carceri detrudantur.

COMMENT. CXLIII.

Quæ ad hanc quæstionem spectant, tradidit auctor 3. par. in 10. modo processum fidei terminandi. nu. 202. & dixi ibidem copiose.

Sed hoc loco hoc adiungam pro corollario, Quod tamen generaliter is qui ab hæresi reuertitur & penitet, debeat in perpetuum carceri condemnari: ab hac tamen regula excipiendi videntur sequentes casus.

Primus est: Qui sponte ad Ecclesiā redeunt, at tequam sint accusati, seu denunciati, nõ debent in perpetuum carcerem condemnari.

Quibus casibus quis euitet pœnam perpetui carceris.

Secundus est: Neque illi videntur in perpetuum carcerem detrudendi, qui statim postquam capti sunt, tã de se quam de alijs, quos hæreticos esse sciunt, plene & integre confitentur.

Tertius est: Illis etiam videtur posse pœna carceris perpetui condonari ab Inquisitoribus, qui puro corde redierint, priusquam dicta testium publicata fuerint: quod arbitrio Inquisitoris & Episcopi relinquitur: nam qui post publicata testimonia redeunt, ac tunc demum confitentur, cū vident se esse conuictos; hi iure optimo in perpetuum carcerem damnandi sunt.

Hos casus posset quis dicere probari per textum allatum ab Emerico ex c. excommunicamus 2. s. si qui. extra de hæret. ibi: Postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendam condignam penitentiam: in perpetuo carceri detrudantur: arguendo à contrario sensu. ita ergo qui se ipsum deserit, aut priusquam plene deprehendatur, errorem facetur, & misericordiam implorat, non videtur carceri perpetuo mancipandus; & hoc videtur benignius, præscriptum etiam Inquisitoribus Hispaniæ prima quadam instructione Hispanensi cap. 8. & cap. 11. cum seq. vt testatur Iacobus Simacas de catho. instit. tit. 16. nu. 17.

Verumtamē in duobus posterioribus casibus maior videtur dubitatio, & fortassis in illis etiam locū habet dispositio dicti c. excommunicamus 2. in s. si qui. quare crederem in illis duobus casibus de stricta iuris ratione, redeuntē tuto damnari posse ad carcerem perpetuum. hoc tamen consuetudine sacri tribunalis generalis Romanę Inquisitionis receptū est, vt facillime, & post paucum tempus in eo dispensetur. & hæc credo magis accedere ad formam iuris cōmunis; præsertim cum nemo capiatur in hoc tribuna li nisi ex vehementibus indicijs.

Vxor hæreticæ redeuntis, domus mariti pro carceris alij gnetur.

Postremo, hoc mihi videtur satis æquum, vt quotiens vxor rediens ab hæresi in carcerem perpetuum damnanda est, mariti domus ei pro carcere per-

perpetuo consignetur, ut vna possint commodius habitare: quamvis hoc videatur prohibere concilium Biterrense cap. 24. relatum supra in hac 3. parte super 10. modo processum fidei terminandi. S. preterea qua de difficultate. sed in hoc consulto supremo inquisitionis Senatu putarem facile fore dispensandum. & hic potest esse quartus casus in quo pena perpetui carceris ab heretico redeunte euitatur: quibus proprie loquendo hoc casu non dicatur pena remissio sed potius in aliam commutatio.

QVAESTIO XCIII. Hereticus condemnatus ad perpetuum carcerem sit ne degradandus, si clericus fuerit, &c.

Onagesima quarta quaestio est: Vtrum Episcopus taliter deprehensus in haeretica prauitate penitentem & abiurantem absolutum, & per eum & Inquisitorem carceri perpetuo condemnatum, teneantur in antea si clericus fuerit, vel religiosus in sacris ordinibus constitutus, degradare?

Respondemus quod sic; iuxta cap. Quoniam Episcoporum. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Quoniam Episcoporum numerus ad degradationem clericorum a canonibus constitutus non potest de facili conuenire; concedimus, vt sacerdotem, vel alium clericum in sacris ordinibus constitutum (cum pro heresi fuerit curiae seculari relinquendus, aut perpetuo immurandus) conuocatis abbatibus, aliisque prelati & religiosi personis, ac litteratis suae diocesis, de quibus expedire videbitur; suus solus possit Episcopus degradare.

Nec facias differentiam inter carcerem, & murum, vt videtur facere Archid. nam pro eodem sumitur in c. Excommunicamus. vltimo. & hic, & in cap. Vt commissi. ver. & illorum. & in c. Ac cufatus, in fine.

COMMENT. CXLIII.

Affirmate concludit in hac quaestione Eymericus, clericum ab heresi reuertentem, si in perpetuum carcerem fuerit detrudendus prius fore degradandum. eandem sententiam professus fuit supra in hac 3. parte in decimo modo processum fidei terminandi, nu. 202. quo loco abunde hunc articulum tractauimus. adde Arnaldum Albertinum in cap. quoniam. de heret. lib. 6. nu. 55.

QVAESTIO XCV. An heretico penitenti, praeter poenam carceris, aliqua salutaris penitentia imponi debeat.

Onagesima quinta quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor taliter deprehensus in haeretica prauitate, abiurato, absoluto ab excommunicationis sententia, degradato, & carceri perpetuo condemnato, teneantur iniungere ad huc aliam penitentiam salutarem?

Relat. supra pag. 104.

Carceri perpetuo additi, si factis sint iniuncti, degradatur.

Respondemus quod sic; vt patet in c. Vt officium. circa princip. de heret. lib. 6. vbi praemisso de haereticis, credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus eorum, sequitur sic: Si vero aliquis ex praedictis heretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiae unitatem; ei iuxta formam Ecclesiae absolutionis beneficiu impeditis, & iniungatis eidem, quod iniungi talibus cofueuit.

Consuevit autem iniungi eis, quod cruce deferant ante & retro: & quod stent in valuis ecclesiarum certis diebus Dominicis & festiuis, & crucientur pane angustiae & aqua doloris; vt supra patuit in hac tertia parte, vbi agitur quomodo processus fidei sine debito terminentur: & agitur de sententiis ferendis contra tales.

COMMENT. CXLIII.

Vna est et vera conclusio in hac quaestione, videlicet heretico redeunti praeter carceris perpetui poenam, & ceteras de quibus hic, iniungendas esse alias penitentias salutaris. quales autem penitentiae imponi debeant, docuit auctor supra modis praesumptis fidei terminandi, sed in primis in sexto et octauo mo.

Huiusmodi autem penitentiae iniunguntur reuertentibus ab heresi cum vt per eas satisfaciant debito, quod per culpam contraxerunt; vt appareat, an sint vere penitentes, an fide conuersi: postremo, vt cum eas peragunt, recorderentur delicti contra fide commissi, & illud delectentur, ac desinant.

Iam in his penitentibus imponendis, quid obseruandum sit, luculenter docet Zanchinus tract. de heret. cap. 20. nam & personarum qualitas inspicenda est: & ratio culpa maioris vel minoris habenda quoque est: & postremo talis penitentia iniungenda est, quae verisimiliter credant iudices fidei ad penitentibus fore peragendas, non deserendas. cap. penitentes. 50. distin. adde qua diximus paulo antea super quaest. 91.

QVAESTIO XCVI.

An Episcopus & Inquisitor dispensare possint cum condemnato ad carcerem, & ad alias poenas.

Onagesima sexta quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor cum tali ad carcerem perpetuum, & alias condemnato, postmodum valeant dispensare?

Respondemus quod sic, vt patet in c. Vt commissi. ver. & illorum. de heret. lib. 6. vbi sic dicitur: & illorum, qui vestris mandatis obedientes, humiliter stant propter haeresim in carcere, vel muro reclusi, poenam vna cum prelati, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi, vel mutandi, cum videritis expedire: & infra: plenam concedimus facultatem.

COMMENT. CXLV.

In hac quaestione id solum est obseruandum, quod Eymericus tradit, videlicet, Episcopum & Inquisitorem posse dispensare in carcere perpetuo: quod iure communi eis competit, per textum hoc loco citatum ex c. vt commissi. de heret. lib. 6. & hodie hoc iure vtimur, excepto quod priuatis Inquisitori-

Penitentia salutes iniungenda.

Penitentia cur imponitur.

In penitentibus imponendis quid obseruandum.

Episcopus & Inquisitor in carcere perpetuo dispensant.

Inquisitoribus Hispania id non licet inconsulto generali Inquisitore eorum regnorum, vt indicat Simancas de catho. in 5. tit. 16. nu. 20. Iam intra quantum tempus fieri possit dispensatio super carceris perpetui poena, hic erat dicendum, nisi copiose tradidisset supra in hac 3. parte, super quaestione 59. & postremo de commutatione.

QVAESTIO XCVII.

An Episcopus & Inquisitor procedere queant contra non perficientes iniunctas penitentias, &c.

Onagesima septima quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor possint procedere contra talem ad carcerem condemnatum, & alias penitentiatum, tamquam contra impenitentem, vel relapsum, si iniunctas sibi penitentias violauit, seu aufugit de carcere, ad quem fuerat condemnatus?

Inquisitor procedere potest contra non iniunctas penitentias.

Respondemus quod sic, nam non sunt functioni suo (vt quibusdam videretur) quia tales absolutos a sententia excommunicationis carceri tradere, vt alios non inficiat, & vt de culpis suis peniteant, & vt videatur an ambulent in tenebris vel in luce, & aliis penitentibus onerare, non est sententiam contra eos ferre, sed penitentiam eis iniungere: est enim penitentiae salutaris iniunctio, & non sententiae iudicialis impositio, vt patet in c. Exco municamus. vltimo. de heret. quare durat & perpetuatur in talibus Episcoporum & Inquisitorum iurisdictione. Quod patet: quia vt dicitur in c. Vt commissi. & dictum est supra quaest. proxima, etiam post penitentiam illam seu sententiam, largo nomine sententiae, possunt mitigare & mutare poenam, quando eis visum fuerit: possunt igitur procedere contra tales, huiusmodi iniunctas sibi penitentias violantes, & carceres fugientes: ita quod si legitimam excusationem non probauerint, sunt vt impenitentes haeretici condemnandi. Nam praesumitur ficta conuersio & simulata, & materia veteris erroris recondita. Ad hoc de penit. dist. 2. c. 1. Nam exitus a probat. 2. q. 2. Quod autem ait, & praecedentia per sequentia comprobantur. ostendunt igitur excessum veterem placuisse. arg. 34. q. 2. c. Cum per bellicam. Et his concordat Archid. in c. Vt commissi. s. Et illorum. & ver. in carcere. & Guido Fulcodius praedictus in 13. q. de illis 15. quaestionibus, quas fecit ad Inquisitores.

COMMENT. CXLVI.

Vnum est potissimum axioma, videlicet, Possent Inquisitores procedere contra non perficientes iniunctas penitentias, seu contra fugientes de carceribus, ad quos fuerant damnati.

Super hac quaestione tres potissimum difficultates a nobis sunt disceptandae. Prima est: An Inquisitores habeant iurisdictionem super penitentes, postquam semel eis penitentias iniunxerunt, & ad gremium Ecclesiae receperunt, & qualis et quata ea iurisdictione sit. Altera est: An fugientes de carceribus, in quos de-

trusi fuerant non ad custodiam, sed ad penitentiam peragenda, & in poena, sint censendi relapsi vel impenitentes, ac velut tales curiae seculari sint tradendi. Tertia & postrema est: An illi, qui non adimplent quascunque alias penitentias, quas cum reuenterentur ab heresi, & ad gremium Ecclesiae recepti fuerunt, promiserunt adimplere, sint iudicandi relapsi.

Quantum ad primam quaestionem spectat, bifariam possumus eam disputare. Primum, an penitentes in solis criminibus heresis, vel heresim sapientibus remaneant Inquisitori subiecti. Secundo, an non modo in his delictis, verum in alijs, quae ab heresi sunt distincta & separata, veluti homicidijs, furtis, vulneribus illatis, iniurijs factis, & alijs huiusmodi, quae nihil cum heresi habent commune, remaneant quoque, dum iniunctis penitentibus peragendis insistant, ita Inquisitoribus subiecti, vt ab alijs iudicibus nequeant iudicari, sed etiam his casibus Inquisitores habeant super eos iurisdictionem.

Et quantum ad primam huius quaestionis partem attinet, Eymericus & vera & communis sententia est, eos qui agunt penitentias iniunctas ob heresis criminum commissum, durante penitentiae tempore ad iurisdictionem Inquisitorum pertinere, Inquisitoribusque procedere posse contra violantes penitentias, & e carceribus fugientes.

Hanc quaestionem primus (quod ego sciam) disputauit Guido Fulcodius hic ab auctore citatus, quem secutus est per omnia Archidiaconus in c. vt commissi. verbo, in carcere. de heret. lib. 6. a quibus nusquam discedit Eymericus hoc loco. tradit etiam Zanchinus tract. de heret. cap. 10. nu. 5. & alij.

Horum ratio potissima illa est, quam hic tradit auctor, videlicet, propterea in his durare Inquisitorum iurisdictionem: quoniam nondum videntur functi officio suo, cum impositio penitentialis poenae, non videatur sententia diffinitiuam, sed potius interlocutoria, vnde cum ob id iurisdictione Inquisitoris non cessauerit, non mirum si adhuc possit agere contra violantes penitentias.

Sane superior sententia verissima est; ratio tamen fortassis vera non est. nam sententia reconciliationis magis diffinitiuam est, quam interlocutoria, cum finem causae imponat per absolutionem & condemnationem, durat ergo Inquisitorum iurisdictione contra violantes iniunctas penitentias: quia male sentire videntur de fide, cum non adimpleant id, ad quod se solemni iure iurando obligauerunt. sed hac parte omissa, in qua non est grandis difficultas, pergamus ad reliqua.

In altera ergo quaestione parte grauior & obscurior occurrit dubitatio, & Hostiensis in sum. tit. de foro compet. Augustinus Berous in e. de his. extra de accusatio. Repertorium Inquisitorum verbo, penitentia. s. nota quod publice penitentes. Antonius Butrius in c. 2. de foro compet. & alij nonnulli qui hos sequuntur, indistincte asserere videntur, hos publice penitentes, etiam si laici sint, ob alia crimina nec puniri nec ad punitorem capi, nec ad secularem carcerem mitti posse, nec condemnari etiam ciuilitate per iudicem secularem: sed remanere in omnibus sub iurisdictione iudicis ecclesiastici, sicut & alias ecclesiasticas personas.

Huius opinionis potissimum fundamentum situm esse

An penitentes remaneant Inquisitori subiecti, & qualiter.

Inquisitorum iurisdictione durat contra penitentes violantes penitentias iniunctas.

Sententia reconciliationis diffinitiuam est, quam inter locutoria.

Penitentes in omnibus causis Inquisitoribus remanere subiectos qui asseruerunt.

esse communiter supradicti putant in cap. aliud. 11. q. 1. ubi nonnulli promissis ita subdit Leo Papa: Vnde si quis penitens habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum, quam forense iudicium. hac ibi. additque ibidem mox Gratianus ita: Non ait propter criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet causam, tam civilem, quam criminalem intelligens. hęc Gratianus.

Ex quibus nonnulli aliter videntur hanc controuersiam velle dirimere, videlicet, supradictam sententiam veram esse in solemniter penitentibus: ita Calderinus conf. 7. tit. de iudicijs. & glo. in d. c. aliud. 11. q. 1. verbo, penitens. Solemnis enim penitentia est illa, de qua habetur sermo in cap. in capite. & in cap. si. 50. dist. que maxime differt à publica & priuata, vt late differunt Couarruias lib. 2. variar. resolut. cap. 10. & Marianus Victorius in historia de antiquis penitentibus.

Penitentes tam in civilibus, quam in criminalibus: quoniam coram iudicibus laicis conueniendi.

Ceterum alij insignes iuris interpretes contrariam sententiam esse secuti, tenentque hos penitentes indistincte conueniri posse apud iudicem secularem, tã quo ad criminalia, quam quo ad civilia. ita Innocentius in c. significatibus. de officio delegati. & Panor. in c. 2. de foro compet. Couarruias cap. 34. practicarum questionum. nu. 3. & seq. Simancas de cath. instit. tit. 47. nu. 19. & seq. & Ioan. Rojas in singularibus fidei. singula. 98. incipien. Inquisitores fauore si dei. quibus omnino censeo subscribendum.

Primum, quia secundum communem iuris regulam, laici regulariter quo ad civilia & criminalia sub iudicibus secularibus; nusquam autem in iure civili vel canonico ab hac regula publice penitentes reperuntur excepti.

Rursus, quoniam si contraria opinio esset vera, maximum reipublice incommodum accederet: quoniam huiusmodi penitentes audaciores fierent ad delinquendum, intelligentes non fore se tam seuerè puniendos per iudices ecclesiasticos, quam per seculares. itaque iam ex suo delicto reportarent premium, quod est absurdum & iniustum.

Postremo, quia si in his omnino subderentur Inquisitorum potestati, iam Inquisitores extra causam heresis alia negotia, & delicta tractare cogerentur: quod est eis nominatim inibitum. c. accusatus. s. se ne, de heret. lib. 6.

Ergo sine agant huiusmodi penitentes aduersus alios, siue ab alijs conueniantur in causis civilibus vel criminalibus; iudicibus secularibus sunt subiecti: & hoc verius est & tutius ob rationes predictas, nec putarem recte agere Inquisitores, si de his causis se intromitterent, cum prorsus à sua iurisdictione alienę videantur.

Quando possunt Inquisitores in penitentibus auertere.

Illud tamen non omittam, non videri absurdum, vt tunc Inquisitores in huiusmodi penitentes animaduertant, cum leuiter illi inter se deliquerint, vt si leuiter rixati fuerint, aut conuicia alter in alterum dixerit, aut quid simile, dum sunt in perpetuis, aut temporalibus carceribus, patrauerint, quod nullo modo inter graues causas possit computari.

Intellectus cap. aliud, 11. q. 1.

Denique non obstat huic sententię textus in dicto cap. aliud. 11. q. 1. cui plene satisfaciunt Couarruias & Simancas præcitatis locis. & summa est, ibi aut

consilium dari, non legem prescribi; aut loqui de affectu, non de re; aut (quod verius mihi videtur) penitentem illos, de quibus ibi Leo loquitur, non fuisse hereticos Ecclesia reconciliatos, sed religiosos homines, qui statum penitentię profitebantur, qui quodammodo ecclesiastici erant: nam per manus impositionem Cilicium accipiebant, & vestitum commutabant. de quibus in concilio Agathensi cap. 15. & in concilio Aurelianensi tertio can. 16. Simancas de catho. instit. tit. 47. nu. 21. cui subscribo.

Sed altera questio nunc est declaranda, obscura quidem, anceps & valde difficilis: An scilicet is sit censendus relapsus, & velut talis tradendus curie seculari, qui cum damnatus esset ad perpetuum carcerem seu monasterium ad penam seu penitentiam peragendam, inde aufugit, seu fugam tenuerit, ita quod per eum non stetit quominus fugeret, sed interceptus non potuit fugere.

Et Archidiaconus, Ioannes And. Anobaranus, Dominicus & alij in c. vt commissi. de heret. lib. 6. & Ioannes Anania in c. excommunicamus. el segundo. nu. 3. de heret. & Nicolaus Arelatanus tract. de heret. notabili 6. incipien. Non recedant. & Zanchinus tract. de heret. cap. 10. nu. 4. vers. de eo vero & Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 27. nu. 3. in fine, & Felynus in c. excommunicamus. 2. & nonnulli alij, qui hos sequuntur, audacter asseruerunt, hunc ita fugientem si legitimam excusationem non afferat, eo ipso hereticum denuo censeri, eique omnem audientiam denegandam, quare velut relapsum relinquendum fore curie seculari. his videtur subscribere Campegius apud Zanchinum cap. 10. vers. de trusus in carcerem. Et Fymericus quoque in hac questione eidem sententiam subscribere videtur ibi: Possunt igitur procedere.

Horum omnium Doctorum potissima ratio est, quia ex eo quod damnatus in carcerem ad penitentiam, fugit, presumitur sicte conuersus, & in veteri errore perdurare: itaque cum nunquam censetur ab heresi, quam abiurauit, recessisse, non mirum si velut hereticus impenitens & relapsus seu recidiuus, vt illi loquuntur, damnari possit.

Verum tamen contraria sententia verior & benignior est, videlicet, fugientes de carceribus predicto modo impenitentes quidem esse censendos; at nullo modo relapsos. ita Simancas & vere de catho. instit. 16. nu. 25.

Nec desunt rationes. Primum, quia non est relapsus nisi qui in heresim labitur: at qui fugit de carcere, nullam heresim fuga committit. Rursus, iudices neminem fingere debent relapsum, quem lex nominatim relapsum non dicit. manifestum est autem fugam à legibus non poni inter culpas, in quas qui incidit, relapsi indicantur. c. accusatus. de heret. lib. 6.

Itaque quandiu in fuga is fuerit, qui de carcere exiit, & iniunctę penitentię non satisfecerit, condemnari poterit tamquam impenitens: si vero vel ipse sponte redierit, vel comprehensus fuerit, & paratus sit Ecclesie satisfacere, etiam si modicam excusationem cur aufererit non afferat, ad gremium Ecclesie recipiendus erit: sed maiori pena tunc coercendus est propter fugam.

Atque hanc sententiam verissimam esse putamus,

An fugiens carcere penitentem censetur relapsus.

Ratio veterum interpe- tum.

Fugies de carcere penitentem censetur relapsus.

Fugies de carcere penitentem censetur relapsus.

mus, cum fugitiuus nihil aliud commissit præter fugam: nam si fugam præcederent, aut subsequerentur signa & vestigia aut prioris aut alterius erroris, licet alias non sufficerent ad conuincendum aliquem de relapsu, ea tunc fuga coniuncta fortassis sufficerent ad damnandum fugitiuum velut relapsum, quo casu prior sententia posset habere locum: quamquam multum hoc esset considerandum, & tutius est ob nulla indicia, aut coniecturas, aut culpas quemquam esse indicandum relapsum, quæ à iure nõ sint approbata, & iudicata sufficientia ad conuincendum aliquem de relapsu.

Sed veniamus iam ad tertiam difficultatem institutã de illis, qui non adimplent alias quascunq; penitentias iniunctas ab Inquisitoribus, an vt relapsi debeant iudicari: & Matthæus, quem refert Ioannes de Imola in clem. 3. de heret. verbo, propagine. & Federicus de Senis conf. 157. incipiente. Alexander Episcopus, quos sequitur Nicolaus Arelatanus tract. de heret. notabili 30. incipien. Inter cetera, quibus videtur subscribere Campegius ad Zanchinum cap. 10. vers. detrusus in carcerem. tenent hos tales non adimplentes iniunctas penitentias pro relapsis in heresim habendos esse, ac velut tales puniendos.

Sed Calderinus in c. litteras. de presumpcio. vt refert Squillacensis tract. de fide catho. cap. 19. & Repertorium Inquisitorum, verbo, penitentia. s. sed posset queri. in hac questione ita distinguebat: Quandoque imponitur penitentia, que directe est contra heresim, vt detestari heresim, & predicare contra ipsam: item quod non conuersetur cum hereticis, & similia: quo casu, si non obseruet tale mandatum, velut hereticus indicabitur: Quandoque vero imponitur penitentia, que non est contraria directe heresi, vt ieiunare, peregrinari, & similia; & hanc si quis non adimpleat, non iudicatur relapsus atque ita fuis se consultum in facto contingenti commemorat Calderinus præcitato loco.

Ceterum in hac causa libet apertius loqui, & vt præcedentibus consentanea tradamus, & ne à legum placitis discedamus, ita videtur dicendum: Qui iniunctas penitentias non solum non adimplerunt, sed & animo obdurato adimplere recusant, vt impenitentes sunt tradendi curie seculari. idem sentias de illis, qui pro heresibus probatis renuunt penitentias recipere, arg. textus in c. excommunicamus. el. 1. s. qui autem. & c. ad abolendam. s. presenti. vers. Et errorẽ suum ad arbitrium Episcopi. extra de heret.

Quod si post iniunctas & receptas penitentias, eas non adimpleant; plurimum refert videre, an solum peccent non adimplendo, an non modo non adimplendo, sed etiam contrarium faciendo, & committendo aliquod malum opus: si solum peccent non adimplendo, hoc est, omitendo facere quod facere promiserunt, vt verbi gratia, promiserunt orare, ieiunare, visitare Ecclesias & similia, & non orant, non ieiunant, nõ visitant Ecclesias, aut similia; & tunc nullo modo videntur relapsi, quia nihil committunt ex quo possint relapsi iudicari: & propterea impenitentes iudicantur, & velut tales puniuntur, nisi resipiscant, & consentiant congrue satisfacere ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris, vt ait textus in dicto c. ad abo-

Qualiter peccetur nõ adimplendo, & qualiter contrarium faciendo.

Qui recusat adimplere penitentias, vt impenitens iudicetur.

lendam. s. presenti. de heret. Quod si resipuerint, tunc additis penitentibus grauioribus coerceruntur, & admittuntur: & hac consuetudine vtimur.

Et hęc intellige quando nulla legitima causa impediti à penitentia desistunt: secus enim censendum esset si iustam causam habeant, vt si ægrotent, aut alio iusto impedimento prohibeantur. Zanchinus tract. de heret. cap. 20. nume. 6. tunc enim non modo non essent impenitentes, sed nec peccarent quidem omitendo. verum hoc casu melius facient consulere Inquisitores, vt omnem mali suspensionẽ excludant. de quorum consilio & facultate ad tempus desistere possint ab agenda iniuncta penitentia.

Quod si non modo omitendo, sed etiam committendo, & aliquid mali patrando desistant ab iniunctis penitentibus agendis; tunc distinguendum eriam censeo: nam si eas culpas committant, in quas qui incidunt, à iure putantur relapsi, vt receptare hereticos; deducere, visitare, associare, dona vel munera eis donare, vel mittere, seu fauorem eis impendere, qui excusari non possit: tunc tales non modo impenitentes, sed etiam relapsi iudicantur. cap. accusatus. s. ille quoque. de hereticis lib. 6. nam hoc casu ius presumit delinquentes hac facere ex consequentia erroris à se prius approbati. & in hoc casu nulla videtur dubitatio.

Si autem alia mala committant, ad quæ vitanda nullo modo se obligarunt, nec heretica sunt, nec heresim sapientia, licet alias sint prohibita: tunc nullo modo putantur impenitentes, nec relapsi, vt si hominem interficiant, si adulterium committant, si iniuriam aliis quacunque ratione inferant, & his similia:

Si vero obligarunt se specialiter ad ea non committenda, & committant: vt si promiserunt nõ exerce- re iuras, postquam abiurassent heresim, que dicit, exerce- re iuram non esse peccatum, aut his similia: tunc quamuis relapsus ex his factis videri possit. argumento. c. accusatus. s. ille quoque. de heret. lib. 6. quoniam tamen nominatim à iure non est sancitum, vt ex his culpis quis relapsus censetur; tutius videtur ne talis velut relapsus puniatur: sed hoc casu adhibitis legitime tormentis interrogandus est de credulitate, & tunc velut relapsus poterit damnari, si errorem in mente habere deprehendatur, aliàs vt deficiens in penitentia sibi iniuncta est puniendus, et recipiendus si velit congrue satisfacere, & perficere iniuncta mandata & iniungenda: & ita videtur posse colligi ex concilio Narbonensi cap. 10. & seq. quod alibi retuli.

Hęc volui paulo fusius declarare: quoniam à no- stris vsque adeo traduntur obscure, vt vix intelligas, aut quid sibi velint, aut in quo dubitationis articulo versentur.

Sed occasione predictorum occurrit hic non contemptenda difficultas: quoniam in forma abiurationis eorum qui ab heresi reuertuntur, vt docuit Eymericus 3. par. in 8. modo terminandi processum fidei nu. 191. quod & vniuersali sacri officij consuetudine vbique receptum est, sequens clausula continetur: Quod si contra predicta iurata vel abiurata, seu lapsum eorum aliquod (quod Deus auertat) fecero in futurum, haberi volo protinus pro relapso, ac penis relapsis de iure debitæ me nunc pro tunc obligo, &

Qualiter quis censetur relapsus committendo.

Qualiter quis censetur relapsus.

Qui generaliter se obligant ad non faciendum contra abiurata, si contra faciãt, an censendi re lapsi.

adstringo, quatenus illis plectar, si & quando probatum extiterit legitime in iudicio, seu me confessum, contra nunc iurata & abiurata, aliqua commisisse. hęc ibi. videtur ergo quod ratione huius obligationis iudicialiter & legitime præstita possit ab iurans puniri tanquam relapsus committendo quicquam contrarium his, quæ abiuravit, vel his ad quæ se obligavit iuramento, quorum unum est adimplere penitentiam sibi iniunctam, vel iniungendam, nec in aliquo contravenire.

Obligatio & promissio ab iurantis non extēditur extra iuris dispositionem.

Et quamvis prima fronte hęc vrgere videantur, non tamen recedendum est à præfata doctrina. prædicta enim ubi iurantis promissio & obligatio secundum iuris regulas fieri intelligitur, nec potest amplius operari, quam ius ipsum permittat: quoniam in actibus legitimis, quos quis transigit, unusquisque censetur se cum legibus conformare. l. si duo. ff. de acquir. vel omitem. hęredit. l. nemo potest. ff. de legatis. i. c. ubi traditis per Doctores. Rursus, nemo est dominus vite sue, neque membrorum suorum, nisi quatenus leges permittunt. l. liber homo. ff. ad legem Aquiliæ. denique nullus cęferat plus contra se statuere, quam iure permittitur: quia hoc repugnet legi naturali. cum itaque à iure sanciti sint casus, quibus in penam relapsus incurrat. cap. accusatus. de hæret. lib. 6. ad hos tantum referenda erit abiurantis illa generalis obligatio, & promissio, ne præter iura & leges aliquid durum in se statuat: quod nec fieri iuste potest nec debet.

Si ergo in alios casus incidat, quantumvis contra promissionem & obligationem venire videatur, non tamen est relapsus cęsendus: quoniam alij casus præter definitos à iure, de stricta iuris ratione relapsum non faciunt. atque ex his credo breviter esse huic difficultati satisfactum.

DE IMPENITENTIBUS & RELAPSI.

QVÆSTIO XCVIII.

An hæreticus impenitens continuo tradendus sit brachio sæculari.

Nonagesima octava quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor deprehensum in hæretica prauitate & impenitentem, debeant continuo tradere brachio sæculari ultimo supplicio feriendum?

Relat. supra pag. 97.

Respondemus quod sic, vt patet in cap. Ad abolendam. §. præfenti. extra de hæret. vbi dicitur sic: Præfenti nihilominus ordinatione sancimus, vt qui cunque manifeste fuerint in hæresi deprehensi, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obubratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur; & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico; sæcularis relinquatur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus: nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicæ cōsenserit abiurare, & satisfactionem congruam

Hæreticus impenitens traditur curi sæculari.

exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita, confessum ad fidem confugerit orthodoxam, sæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus, pro qualitate facinoris vltionem.

Nec intelligas ista verba sic grammaticaliter, vbi dicitur, continuo, & confestim, quod immediate eadem die & hora, qua deprehensus in hæresi, negauerit se velle abiurare, tradatur curiæ sæculari: nam hæc verba, continuo, & confestim, in iure nota strictè sicut in grammatica assumuntur; immo possunt & debent detineri etiam per mensem & menses, & induci per se & per alios, vt ad vnitatem Ecclesiæ reuertantur.

COMMENT. CXLVII.

De materia huius quæstionis supra differuimus parte 2. super cap. Ad abolendam. de hæret. relictissime vero concludit hic Eymericus hæc aduerbia, continuo, & confestim, nõ signifiicare adeo breuem temporis moram, quin cōpetentes induciant ad cōuertendos hæreticos concedi possint ac debeant.

Interim videto Paulum Grillandum tract. de heret. quæst. 5. Simancæ de catho. insti. tit. 47. de penitentibus & conuersis. nu. 41. & multis sequentibus, & Menochium de arbitrarijs iudicijs centuria 4. casu 373. & alios, quos præcitato loco adduxi.

Tam qualiter agendum sit cum hæreticis impenitentibus priusquam curiæ sæculari tradantur seu relinquuntur, copiose docet Eymericus supra in hac 3. parte in decimo modo processum fidei terminandi.

QVÆSTIO XCIX.

An hæreticus penitens & relapsus brachio sæculari tradendus sit, &c.

Nonagesima nona quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor deprehensum in hæretica prauitate penitentem, sed relapsum, debeant tradere brachio sæculari animaduersione debita puniendum?

Respondemus quod sic, vt patet in c. Ad abolendam. §. illos. extra de hæret. vbi dicitur sic: Illos quoque, qui post abiurationem erroris, vel postquam se (vt diximus) proprij antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiurata hæresi recidisse, sæculari iudicio, sine vlla penitus audientia, decernimus relinquendos.

COMMENT. CXLVIII.

Quæ ad tractationem & cognitionem relapsorum spectant, copiose tradidit Eymericus supra parte 2. quæst. vlt. vbi diximus, & citauimus eos, qui de relapsis in hac causa copiose disserunt.

De praxi autem in relapsis curiæ sæculari tradendis, agit abunde auctor in nono modo processum fidei terminandi, & Campegius ad Zanch. cap. 16.

Quæsitum est, cur relapsos Ecclesiæ misericordia non recipiat (nam hæc sola dubitatio in hac causa remanet declaranda & multis rationibus salubriter id statutum videri potest, sed præcipua est: quoniam qui secundo labitur, nõ presumitur prius vere cōuersus: vnde

Verba, continuo & confestim, late in menda.

Cur relapsos Ecclesiæ nõ recipiat

vnde in concilio Narbonensi cap. 11. ita scriptum est: Et illos qui post abiurationem erroris seu purgationem deprehensi fuerint in abiurata hæresi recidisse, sæculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquatur animaduersione debita puniendos, cum sufficientes tales per falsam conuersionem semel Ecclesiam decepisse. hęc ibi.

Adus geminatus vni gram habet.

Huc spectat præsumptio illa de geminatis actibus prauis, quæ etiam extra hoc crimen in multis causis singulares parit effectus: nam, vt verbi gratia, vni proferam exemplum, si aliquo statuto caueri contingat, vt qui delictum aliquod committit, pena pecuniaria mulctetur, & accusatus conuincatur alijs idem delictum commississe, pena mortis afficiendū tradunt Bartolus, Baldus, Angelus, Ioannes Platea, & alij in l. 1. c. de super exactionib. lib. 10. quos refert & sequitur multa in eadem sententiâ commemorans Marsilius singulari 378. incipien. Geminationo actus.

Ad hæc, cōsuetudine delinquendi pena augetur. Ioannes Platea præcitato loco. facit textus in l. facultas. C. de iure fisci. & l. 3. c. de Episcopo. audient.

Postremo, quoniam remissionem veniæ crimina, nisi semel commissa non habent, vt dicit textus in dicta l. 3. c. de Episcopo. audient. de quo vide glossam in extrauagan. Ioannis XXI. tit. de sent. excom. in verbo, secundo.

Hęc ergo cum ita se habeant, non mirum si Ecclesiæ relapsos velut inuiciles, & semper infectos, & in criminibus cōceptis perseverantes à se iudicet merito expellendos, & iudicibus sæcularibus relinquendos.

Ille quoque quæstio hic declarari poterat: An relapsus penitens, qui se ipsam deserit & accusat coram iudicibus fidei, misericordia dignus sit, & admitti debeat, sed eam copiose explicuimus supra in hac 3. parte, tit. de sermone generali habendo, nu. 56. §. sed quid si relapsus.

QVÆSTIO C.

An ecclesiastica sacramenta neganda sint relapso penitenti, &c.



Entesima quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor relapso penitenti tradendo curiæ sæculari, possint denegare, si petat humiliter ecclesiastica sacramenta?

Relat. supra pag. 105.

Respondemus quod nõ Penitentia & Eucharistiæ sacramenta, vt patet in c. Super eo. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Super eo, quod scriptum legitur: Ecclesiæ nulli claudit gremium redeuntis: quodq; ij, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprij antistitis examinatione purgauerint, si deprehensi fuerint in abiurata hæresi recidisse, sæculari decernuntur iudicio, sine vlla penitus audientia relinquendi: cum scripture huimodi videantur sibi inuicem aduersari, quid tenendum sit, per sedem edoceri Apostolicam possumus. Nos itaq; inquisitioni vestra de Fratrum nostrorum consilio respondemus, quod taliter deprehensis, etiam si (vt dictum est) sine vlla penitus audientia relinquendi sint iudicio sæculari: si tñ postmo-

Relapso penitenti quæ sacramenta concedantur

dū peniteant, & penitentia signa in eis apparuerint manifesta, nequaquã sunt humiliter petita sacramenta Penitentia & Eucharistiæ deneganda.

COMMENT. CXLIX.

Hæreticis relapsis vita corporalis denegatur, vt superiori quæstione dictum est, spiritualis tamen conceditur, quam accipiunt virtute duorum sacramentorum Penitentia & Eucharistiæ.

Verumtamen vt relapsis hæc tanta sacramentorum muna tribuantur, magna cōuersionis & vere cōtritionis signa appareant oportet, ne sacramentis ipsis fiat iniuria, si hoibus pollutis indiscrete conferantur.

Propterea autem manifesta cōuersionis signa postulat summus Pontifex in relapsis, ad hoc vt sacramenta Penitentia & Eucharistiæ illis tribuantur: quoniam, vt paulo antea dicebamus, is qui his labitur, non facile præsumitur vere conuerti.

Non tamen est dandum vltimo supplicio afficiendis (vt parum vere quidam olim putabant) sacramentum Extreme unctionis: quoniam id sacramentum infirmorum est. B. Thomas in 4. sent. dist. 23. q. 2. art. 2. estq; communis Theologorum sententia. Reptoriū Inquisitorij verbo, sacramentum. §. superius. Simancas de catho. insti. tit. 57. nu. 16. & alij.

Postremo, de materia huius quæstionis videndus est idem Eymericus 3. par. in nono modo processum fidei terminandi. & Doctores communiter in c. super eo. de hæret. lib. 6.

Relapsus conuersis quæ sacramenta tribuantur.

Morte plectēdis non datur sacramentum extreme unctionis.

QVÆSTIO CI.

De modo tradendi hæreticum impenitentē, vel relapsum curiæ sæculari.

SVMMARIVM.

- 1. Hæreticus penitens vel relapsus, si præfens sit, è foro ecclesiastico eijcitur iudice sæculari præfente.
2. Curia sæcularis reiectum in suam potestatem accipit.
3. Si vero sit absens, fit per sententiam talis eiectio.
4. Et iudex sæcularis, si quando illum habere poterit, officio suo fungetur.



Entesima prima quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor impenitentes & relapsos debeant tradere manualiter, & realiter curiæ sæculari, seu qualiter sit traditio huiusmodi faciendæ?

Respondemus, quod relapsus prædictus, seu hæreticus impenitens, vel est præfens, vel est absens: si est præfens, tunc Episcopus & Inquisitor præfente potestate curiæ sæcularis, vt habetur in c. Excommunicamus 1. in princip. & c. Excommunicamus 2. extra de hæret. declarabunt eum relapsum, vel impenitentem esse, expellendo eum de foro ecclesiastico, & relinquendo eum brachio sæculari, & foro curiæ sæcularis.

Et tunc curia sæcularis, quæ ibi est, ipsum recipit vt relictum eius foro & brachio: & hoc est præfentē tradere seu relinquere brachio sæculari;

vt patet in c. Nouimus. de verb. signi.

3 Si autem talis relapsus vel impenitens absens est, quia fugitiuus, vel non potest haberi quamuis congruo tempore expectatus, & seruatis seruandis; tunc Episcopus & Inquisitor presente potestate curie secularis, non realiter, quia non est ibi, sed sententialiter relinquunt eum brachio seculari, hoc est declarando eum hereticum impenitentem, seu relapsum, & expellendo eum sententialiter de foro ecclesiastico, & relinquendo etiam sententialiter brachio seculari.

4 Et quodcumque curia secularis eum habere poterit, in eum vt de foro suo existentem, exercebit pro qualitate facinoris, vltionem, vt dicitur in cap. Ad abolendam. §. presenti. extra de heret.

Hoc expressius habetur supra hac parte tertia, vbi agitur quando processus fidei sine debito terminentur, & patebit intra quaest. proxima.

COMMENT. CL.

Materia huius questionis proximam respicit, quam copiose docuit Eymericus supra in hac 3. parte, in 9. 10. & 11. modo processum fidei terminandi, vbi declarauimus eas difficultates, quas breuiter hoc loco indicat auctor.

Iam de relapsis abunde egimus supra parte 2. quaest. 58.

QVAESTIO CII.

De intercessione facienda pro eo, qui relinquitur curiae seculari.



Entesima secunda quaestio est: Quae & qualis, & quibus verbis fit facienda deprecatio seu intercessio per Inquisitorem curiae seculari, cum ei Episcopus & ipse relinquunt seu tradunt impenitentem hereticum seu relapsum?

Respondemus, quod hoc patet in c. Nouimus, extra de verb. signi. vbi dicitur sic: Nouimus expedire, vt verbum illud quod in antiquis canonibus, & in nostro decreto contra falsarios edito continetur: videlicet, vt clericus per ecclesiasticum iudicem degradatus, seculari tradatur curiae puniendus: apertius exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostrorum super hoc consulti diuersa responderint, & quorunda sit opinio à pluribus approbata, vt clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium graue non solum dampnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tãquã exutus privilegio clericali, seculari foro per consequentiam applicetur, cū ab ecclesiastico foro fuerit proiectus: eius est degradatio celebranda seculari potestate presente, ad pronuntiandum eidem cum fuerit celebrata, vt in suum forum recipiat degradatum. Et sic intelligitur tradi curiae seculari: pro quo tamẽ debet Ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum, circa eum sententiam moderetur.

De his expressius habetur supra parte ista tertia, vbi agitur quomodo processus fidei sine debito terminentur, & impenitens & relapsus quomodo & qualiter tradentur curiae seculari.

Relat. supra pag. 124.

COMMENT. CLI.

Cum Inquisitores tradunt, vel relinquunt aliquem curiae seculari, pro eo intercedunt apud secularem magistratum, vt se cum illo misericorditer gerat, & hac consuetudine vtimur: cur id & qualiter fiat, copiose diximus supra parte 2. super c. nouimus. de ver. signi. quo Eymericus vtitur in hac questione. proximã autẽ docuit supra in hac 3. parte in 9. 10. & 11. & 12. modo processum fidei terminandi.

DE PENITENTIIIS pecuniarijs imponendis.

QVAESTIO CIII.

An Inquisitor possit iniungere penas pecuniarias.



Entesima tertia quaestio est: Vtrum Inquisitor possit imponere penitentias pecuniarias salutaris sine incur su pena contenta in c. Nolentes. de heret. in Clemen.

Respondemus quod sic, pro executione officij applicandas, seu in pios vsus alios conuertendas: vnde sicut potest imponere peregrinationes, orationes, abstinentias, sic & elemosinas seu penitentias pecuniarias pro officio exequendo, vel aliã ad pios vsus conferendas.

Nec hoc est contra c. Nolentes. alleg. vbi fertur excommunicationis sententia contra Inquisitorem, pretextu officij modis illicitis pecunias extorquendo. vnde Ioan. And. in dicto c. Nolentes. & super ver. illicitis dicit sic: Illicitis: Penas pecuniarias applicandas officio, non prohibetur imponi & exigi, sed illicitas exactiones fieri. ff. de offic. praeb. l. Illicitas. in prin. & de fimo. in tantum. & c. Audiuimus. & c. seq.

Item Paulus super cod. verbo dicit sic: Illicitis: ergo licitas concedit. de hoc ff. de offi. praeb. l. Illicitas. de fimo. c. In tantum. & c. Audiuimus.

Item Zenzelinus super eodem dicit sic: Illicitis: ergo modos licitos non excludit, de quibus supra de offi. ord. c. Dilectus. de penis. c. Licet.

Dominus Guido Fulcodius praedictus, post Papa Clemens iij. in 3. quaest. de illis 15. quas fecit ad Inquisitores, qua quærit, vnde possit eis prouideri, in si. dicit sic: Consulere tamen, quod ab his, quibus iniungitur penitentia danda pecuniarum in aliquos vsus pios, recipietur ad istud: honeste tã & sine scãdalo laicorũ pp tenacitatẽ prelatorũ.

COMMENT. CLII.

In hac questione Eymericus nouam exorditur tractationẽ de penitentijs pecuniarijs imponendis. Est autem extra controuersia quod ipse docet hac questione: nam quod Inquisitor possit imponere penitentias pecuniarias non modo admittunt veteres hoc loco ab auctore citati, verum & ceteri vno ore, Zanchinus tractat. de heret. c. 16. nu. 9. idem copiosius c. 19. & 20. Repertorium Inquisitorum verbo, sententia. §. itẽ circa formam. & verbo, extorquere. §. 1.

Inquisitor imponere potest penas pecuniarias.

Inquisitores penitentias pecuniarias iniungere possunt.

§. 1. Gondissaluis tract. de heret. q. 8. nu. 6. Carrelius de heret. nu. 79. vers. item prohibentur penas pecuniarias. & alij ab his citati, ex quibus omnibus in hac causa sequentia colligenda videntur.

Et eas applicare officio sancte Inquisitionis.

Primum, non modo Inquisitores possunt imponere penas pecuniarias applicandas vsibus pijs, vt ad edificandas Ecclesias, ad alendos pauperes, ad dotandas inopes virgines, quarum pudicitia periclitatur, & similia, verum etiam applicandas officio sancte Inquisitionis: nam nulla ferme causa magis pia est in republica, quã causa inquisitionis, cuius singulari beneficio hereses extirpatur; & illa est summa ratio, quã pro religione facit. l. sunt persona. ff. de religio. & sumpt. finerum.

Etiã si non imminet extrema necessitas.

Tametsi vero Carrelius tract. de heret. num. 79. scripserit, non aliã esse penas pecuniarias sacro inquisitionis officio applicandas, quã si necessitas id fieri exigat: non tamen est putandum extremam necessitatem esse expectandam, sed quacumq; presens, vel etiam futura sufficit: nam opportunum est, & fidei catholicae valde expedit, inquisitionis officium pecunijs abundare, vt quotiens oportuerit absque in commodo Crucifigitorum seu familiarium, hereticorum fiat inquisitio, captus, deductio, & punitio.

Penas pecuniarias imponi possunt.

Pena vero seu multa pecuniaria tunc imponenda est, quando delati ad gremium Ecclesiae reuertuntur, non autem cum sunt pertinaces vel relapsi, quia tunc eorum bona confiscata sunt. Zanchinus tract. de heret. c. 19. nu. 1. & 2. Carrelius de heret. nu. 79. His adde, quod pena pecuniaria ad emendationem & correctionem imponitur, quẽ non speratur in pertinacibus & relapsis, cum absque misericordia tradantur curie seculari.

Quibus iniungende penes pecuniarias.

Sed non erit preter rem summam ostendere quãdo & quibus hæc pecuniaria multa imponi possit. Primum ergo suspectis de heresi imponi possunt et multa pecuniariã arbitrio Inquisitorum: Zanchinus tract. de heret. c. 19. nu. 2. & Simancas de catho. iustit. tit. 46. num. 76. in quo quis modus debeat obseruari paulo post indicabo.

Rursus, Inquisitores pro arbitrio suo penam pecuniariam indicunt illis, qui profertur verba heretica aut ludendo, aut ex ira, aut ex fatua simplicitate, & ignorantia; quẽ tamen omnino excusationem non habet ita Gondissaluis tract. de heret. q. 8. nu. 6. dixi supra in hac 3. parte, tit. de forma examinationis testium, nu. 72. §. sed qua pena.

Item imponuntur et penes pecuniariã reis duntibus & cupidis seu auaritis redeuntibus: nam hi vehementer dolere solent in pecunia soluenda: & cum pena ea sit infligenda, quã magis timeatur, ideo salubriter poterit talibus hæc multa indici. Zanchinus de heret. c. 19. nu. 3.

Clericis redeuntibus, an possit indici pena pecuniaria.

De clericis redeuntibus questum est, an pena pecuniariã illis possint indici: & quamuis quibusdam videatur id fieri non posse, ne bona ecclesiarum quibus seruiunt ob eorum delicta diminuantur. clem. 2. de heret. verius tamen est imponi posse: quod est extra controuersiam, si proprium habeant patrimonium. Zanchinus tract. de heret. c. 19. nu. 5. Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 134. immo amplius videtur quod possint in pecunia puniri, quamuis non habeant patrimonium; si tamen fructus beneficiorũ

A in suos vsus conuertant, vt differui infra super quaest. 112.

Addit Repertorium Inquisitorum in hac causa de imponendis penis pecuniarijs, verbo, sententia. §. item circa. sæpe solere contingere, vt cui imponitur pena pecuniaria, eam soluere non possit: ideoque caute facturum Inquisitorem, si hoc casu bimembrem formet sententiam hoc modo: Condemno te in tanta pecunia, & nisi solueris intra tantum tempus, talem penam corporalem subeas. Quod multis rationibus non probo. Primum, quia antequam quis condemnatur in pecunia, videndum est, an eam soluere possit. Rursus, quoniam talis sententiã conceptio nõ caret amaritiẽ suspitione. ista ergo licet in alijs tribunalibus fiat, in hoc integerrimo sacre Inquisitionis officio nullo pacto sunt admittenda; quod in primis obseruandum est cum clericis, qui vbi pecuniariam penam soluere non possunt, in corpore coercendi non sunt, vt optime docet Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. c. 134. in fine. cum ergo ob inopiã, quis soluere tales penas non potest, alijs salutaribus penitentijs omnino plectatur.

Opinio Repertorij Inquisitorum recitata.

Hanc autem facultatem imponendã multas pecuniarias habent Inquisitores per rescriptum Alexan. 11. quod incipit: Super extirpatione. quod curauimus imprimendum inter litteras Apostolicas, quod cauetur vt huiusmodi pecunia afferretur, & quotiens opus fuerit, erogetur ad proseguendum officium inquisitionis contra hereticos.

Vnde habeatur facultas imponendẽ penes pecuniariã.

Hoc postremo admonebo, ne Inquisitores in huiusmodi penis pecuniarijs imponendis modum excedant. sed peccati qualitatem, & personarum conditionem plurimum animaduertere oportet, atque id in primis ante oculos habendum est, ne quis fiduciis avaritiẽ possit insimulare: est in omnibus indicibus vehementer reprehendenda avaritia, & eundã etiam ab omnibus avaritiẽ & cupiditatis suspicio: sed in Inquisitoribus hoc magis est euitandum, quos integerrimos esse oportet, & omni mali suspitione carentes. quam ob rem prudentissime sunt huiusmodi penitentia pecuniaria iniungende: quod ex Guidone Fulcodio indicat Eymericus in fine huius questionis, quod explicui copiosius supra in hac 3. parte, tit. de forma absoluedi prædictos. nu. 18. §. at quamuis hoc possint.

Caute imponende sunt penes pecuniariã.

Et dominus Guido Fulcodius. Huius Guidonis verba ex punctis illo codice Bibliothecę vaticane ita habent: Verum quia Prelatorum tenaces sunt manus, & marsupia cõstipata, consulerẽ, qd ab illis, quibus iniungitur penitentia dandẽ pecuniarum in aliquos vsus pios, acciperetur ad istud, honestetamen & sine scãdalo laicorum. hæc ille.

QVAESTIO CIIII.

An Inquisitor exigere possit ab inquisitis expensas.

SYMMA RIUM.

- 1 Inquisitor, cui desunt stipendia sufficientia, petere potest expensas.
2 Episcopi autem, cum sint ordinarij, non debent eas exigere.

3 Xenia moderata sponte data possunt accipi. 4 Iudex delegatus moderatas expensas poscere potest.



Entesima quarta quaestio est: Vtrum Inquisitor possit expensas exigere ab his, contra quos procedit, ac eos in expensas sententialiter condemnare?

1 Respondemus quod sic, ubi stipendia non habeat sufficientia ad suum officium exequendum, ut communiter est: Nemo enim cogitur suis stipendijs militare. 1. Corinth. 9. Sunt enim Inquisitores iudices delegati, qui possunt petere expensas, ut dicit Raymundus in summa, parte 2. de iudicibus, qui dicit sic:

2 Numquid iudices possunt aliquid recipere a partibus? Ad hoc dico, quod ordinarij iudices non debent recipere expensas, seu petere, cum propter iustitiam tenenda, suas habeant dignitates & redditus assignatos: ad istos enim extenditur verbum Ioannis Baptistae: Neminem conculcatis, neque calumnijs faciatis, sed contenti estote stipendijs vestris: ubi glossant Ambrosius & Augustinus; Ne dum sumptus quaritur, praedo grassetur. dist. 86. c. Non satis. 23. q. 1. c. Militare.

3 Moderata autem xenia sponte oblata potest recipere. dist. 18. De eulogijs, de offi. pro consil. Solent. ubi dicitur: A nemine accipere, inhumanum est: sed passim, vilissimum: & omnia, avarissimum. Non tamen credo, quod a litigatoribus debeant recipere etiam sponte oblata, propter suspicionem vitandam, nisi consideratis circumstantijs, quas dixi supra lib. 1. tit. de sim. q. prox. Vtrum in aliquibus.

4 Iudex vero delegatus potest petere expensas moderatas, & non ultra. glo. dicit, quando pauper est ille, & quando oportet cum longe equitare pro examinatione iudicij: extra de vita & honest. cler. Cum ab omni. 1. 2. q. 2. Charitatem. Nemo enim cogitur suis stipendijs militare. 1. ad Corinth. 9. & inde videtur, quod si non est sufficiens, potest petere aliqua nomina assessorum: dum tamen nullam partem inde recipiat, nec faciat aliquid in fraudem: & sic intelligi sinem illius est, Cum ab omni. Hec Raymundus.

Et Bened. xi. in extrauag. Ex eo. videtur idem supponere & sentire in \$. verum. ubi dicit sic: Verum, quia nonnulli diocesani partem partis proventuum de haereticorum bonis inquisitionis officio deputata: propter expensas, quas dum inquirunt in suspecto negotio faciunt, a vobis exigere moluntur: hoc tamquam iuri absonum, cum ordinarij sint, & cetera.

COMMENT. CLIII.

Materia huius quaestiois frequens est, & cognita necessaria. habet autem potissimum tres conclusiones, quas colligas ex sumario.

Quantum ad primam conclusionem spectat, quod videlicet Inquisitores possint expensas exigere, ubi non habent stipendia sufficientia, de ea agit plenissime Campegius apud Zanchinum cap. 19. vers. consequenter nunc peti potest. ubi post multa concludit,

† Al. Executione.

A Inquisitores non modo expensas, verumetiam sportulas seu salariam accipere posse.

De impensis quae dum in reos inquirunt, fiunt, non est magna dubitatio: certum est enim reos ipsos ad hoc teneri, ne ex suo delicto commodum, aut immunitatem consequantur. itaque si ex longinquo capti deducantur, ductoribus & custodibus plusquam manifestum est eos satisfacere oportere, & de bonis reorum id esse accipiendum, quod ad has impensas faciendas sit necessarium: quod ipsum intelligas de alimientis & cibarijs praestitis, dum carceribus clausi tenentur, donec causa eorum fuerit expedita.

In his quis ordo debeat observari minutissime praescribit Inquisitoribus Hispania Madriliana in litteris anno Domini M D L X. cap. 9. in hęc ferme verba: Sumentur ex bonis sequestratis ipsius delinquentis pecuniae, quae videbuntur necessariae ad deducendum reum vsque ad carceres: & amplius sex vel octo aurei ad alendum reum. nec in expensis plus reo computandi est, quam fuerit ei necessarium, & iumentis quae ipsum reum, & lectum in quo dormiat, deferunt. quod si in bonis sequestratis pecuniae numeratae non reperiantur, venduntur minus necessaria bona vsque ad praefatam quantitatem. id vero quod receperit huius negotij executor, conscribendum curabit in sine sequestratis, & quod remanebit, assignabit carceratorum dispensatori coram scriba sequestrationis, de quibus omnibus certiores fieri debent Inquisitores.

Non me praeterit in multis inquisitionibus hanc tam exquisitam observationem non reperiri vel ob paupertatem, vel ob alias causas, in quo quisque sua inquisitionis laudabilem consuetudinem observabit: superiora tamen ubi custodiri possunt, tutissima sunt, & omnem suspicionem male acceptorum excludunt. De sportulis fortassis nimis libere loquitur Campegius, nec eius videtur villo pacto audienda sententia. quis enim se rat in causis fidei admittere, quod in causis alijs ab his nostris longe diuesis vix retinetur & admittitur? praesertim cum verissimiliter sententia & inquisitor, aut saltem modestior sit, iure canonico sportulas seu salariam pro dicendis sententijs interdicta esse, ut docet Romanus singulari 183. incipiente: Tu scis. per textum in c. cum ab omni. de vita & honest. cler.

C quod remanebit, assignabit carceratorum dispensatori coram scriba sequestrationis, de quibus omnibus certiores fieri debent Inquisitores.

Non me praeterit in multis inquisitionibus hanc tam exquisitam observationem non reperiri vel ob paupertatem, vel ob alias causas, in quo quisque sua inquisitionis laudabilem consuetudinem observabit: superiora tamen ubi custodiri possunt, tutissima sunt, & omnem suspicionem male acceptorum excludunt.

De sportulis fortassis nimis libere loquitur Campegius, nec eius videtur villo pacto audienda sententia. quis enim se rat in causis fidei admittere, quod in causis alijs ab his nostris longe diuesis vix retinetur & admittitur? praesertim cum verissimiliter sententia & inquisitor, aut saltem modestior sit, iure canonico sportulas seu salariam pro dicendis sententijs interdicta esse, ut docet Romanus singulari 183. incipiente: Tu scis. per textum in c. cum ab omni. de vita & honest. cler.

In Hispania Inquisitoribus ceterisque sacri officij ministris salaria statuta sunt, quae certis statisque temporibus ipsis soluntur ex bonis publicis iuxta eam quantitatem & ordinem, quem copiose ostendit Simancas de catho. instit. tit. 41. num. 33. & 34.

In Italia & alibi, ubi pauperes sunt Inquisitores, ne haec villo modo quae Campegius commemorat, facere cogantur, respublica in qua degunt sacri officij iudices, eos alere debet: quod multis veterum Pontificum rescriptis cautum extat, ut videre licet in Bullario literarum Apostolicarum pro officio sanctae Inquisitionis, praesertim in rescripto Innocentij III. incipiente: Ad extirpanda, ubi cauetur ut ministris sacri officij satisfiat a communi civitatis. Alit saepe respublica lanisam, alit grammaticum, alit medicum, alit denique alios professores & ingenuarum artium, & artifices mechanicarum manibus

Impensa de bonis reorum qui capti sunt, fiat.

Sportula seu salariam non est requiritum a reis. Salaria Inquisitoribus Hispaniae vnde constituta.

Respublica alit Inquisitores.

gnis salarijs & stipendijs conductos; & non alet Inquisitores, qui magno labore, & maiore cum utilitate ei inserviunt: & alet olim profana Aegyptus sacerdotes de publico arario, quia idolorum cultui vacabant, ut scribit Romanus Pontifex in c. non minus. extra de immunit. Ecclesia. & resp. pub. Christiana non alet censores fidei, per quos in tanta religio, incorrupta fides, & recta catholicorum dogmatum observatio conservatur? Quod si a republica haec non praestantur, praestentur omnino ab Episcopis, postquam eorum in hac parte onera Inquisitores ferunt, de quo dicam amplius infra super quaest. 108.

Vel alit Episcopus.

Secunda assertio, quae dicit Episcopus non posse expensas exigere, manifestissima est: nam cum sint ordinarij, habeantque reditus ex dignitate Episcopali, proprijs stipendijs eos convenit in hoc negotio laborare, ut probat textus in extrauaganti, Ex eo. de haer. relata ab Eymericis supra par. 2. tradit Repertorium Inquisitorum verbo, expensa. \$. ex quibus. & Locatus in opere iudiciali verbo, expensa.

De tertia conclusione, quae assertit Eymericus, Inquisitores posse recipere xenia vltro oblata, non tamen a litigantibus, disputant Gondissalvus tract. de heret. quaestio. 8. nu. 8. & 9. Simancas de catho. instit. tit. 34. num. 41. & sequen. & tit. 41. num. 37. & Joannes Rojas singulari. 112. incipien. Iudices xenia. & Repertorium Inquisitorum verbo, extorque re. \$. an Inquisitor. & alij.

De ea quid sentiam breviter more meo dicam. Et iure civili Romano xenia, esculentum, & poculentum, quod intra paucos dies prodigatur, accipere licet. l. solent. ff. de officio pro consul. quod ipsum non prohibet ius canonicum iudicibus delegatis. cap. statutum. s. insuper. de rescriptis. lib. 6.

Ceterum, Inquisitores melius facient si nihil omnino acceperint, neque a reis, quod est valde suspectum: neque a consanguineis, vel amicis reorum, quod est maxime reprehendendum: neque a quibusvis alijs, quod non videtur laudabile. egregia illa est Canonis laus, de qua Isidorus lib. 20. etymol. cap. 3. ita scribit: Cum essem (inquit Cato) in provincia legatus, quamplures ad praetores & consules vinu honorarium dabant, nunquam accepi, nec priuatus quidem. hęc ille.

In Hispania multis constitutionum capitibus cautum est, ut Inquisitores qui dona acceperint, in sententiam excommunicationis incurrant, & officio priuentur, & duplum reddat: idque etiam si ab officialibus dona acceperint, prima instructione Hispanensi cap. 25. & instructione. 2. c. 1. & instructione. 4. cap. 15. tradit Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 45.

Sed eisdem instructionibus amplius constitutum est, ut ministri omnes suis sint stipendijs contenti, & munera non accipiant, ne poculenta quidem, aut esculenta. qui vero ex illis accepisse aliquid comitatus fuerit, officio priuatur, duplum soluit, & in excommunicationis sententiam incurrat: si quis autem ex ministris id sciverit, & Inquisitoribus non reuelauerit, eisdem penis plectitur. ita testatur idem Simancas de catho. instit. tit. 41. num. 37. verba autem eius instructionis anni Domini MCCCCLXXXIII. cap. 1. a nobis latine reddita ita habent: Item decre-

uerunt, quod Inquisitores, & assessores inquisitionis, & alij eius officiales, quales sunt aduocati, fiscales, executores, notarii, & ianitores debent abstinerere a recipiendis donis, & muneribus a quibuscunque personis, quas dicta inquisitio tangit vel tangere possit, nec ab alijs personis vice praedictarum. Et quod Inquisitor generalis debet illis praecipere ne quid recipiant sub poena excommunicationis, & priuationis officiorum, quae habuerint a sancta Inquisitione, & sub poena restitutionis dupli eorum quae taliter acceperunt. haec tenus ibi.

Sunt equidem hęc iusta & prudentissime instituta: si enim in hoc integerrimo tribunali vel minimus & angustissimus aditus pateret muneribus, facile a suis sedibus iustitia equitasque commoveretur: Muna enim, sicut Exod. c. 23. scriptum est, prudentes excipiant, & subuertunt verba iustorum. nemo ergo (me iudice) aut Inquisitor, aut sacri officij minister munera accipiat: nam grauissimo peccandi periculo se exponit. consulat itaque quisque in hac re conscientie suae.

QVAESTIO CV.

An Inquisitor teneatur reddere rationem Episcopo de acceptis gratia expensarum, &c.



Entesima quinta quaestio est: Vtrum Inquisitor super expensas, ad quas condemnatus est, contra quos procedit, teneatur Episcopo petenti reddere rationem?

Respondemus quod non, ut patet in extrauag. domini Benedicti xj. alleg. supra quaest. proxima, ubi in \$. verum. dicit sic: Verum. & infra: Rationem autem iisdem diocesani proventuum obuentium ex inquisitionis officio a vobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine vel mandato contrarijs non exposcant: sed eam camerae nostrae, vel alij, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandauerimus reddendam, reddatis, quae generaliter observari iubemus.

COMMENT. CLIIII.

Multis rationibus potest esse vera haec praerogativa, ut Inquisitores hanc rationem Episcopis reddere non teneantur. Primum, quia in hac causa fidei, cum sint delegati, maiores sunt Episcopis; ideoque non debent in hoc Episcopis esse subiecti. Rursus, quoniam cum multum confidat Papa de Inquisitoribus, nec sit verisimile eos male haec bona dispensaturos, propterea non decuit, ut Episcopi ab eis possent hanc rationem exquirere. adde Repertorium Inquisitorum verbo, expensa. \$. ex quibus. & Campegium ad Zanchinum cap. 19. circa finem.

Rationem Episcopi reddere non teneatur Inquisitor.

Inquisitores non reddunt Episcopis rationem acceptorum, & quare.

QV AESTIO CVI.

An Episcopus exigere possit expensas ab inquisitis, &c.



Entesima sexta quaestio est. Vtrum Episcopus possit exigere sicut Inquisitor expensas, ab his, contra quos procedit, & in expensis, quas fecit eos sententialiter condemnare?

Respondemus quod no; vt patet in extrauag. allegata, Ex eo. s. verum. domini Benedicti xj. vbi sic dicitur: Verum, quia nonnulli dicecesani partem partis prouentuum de hereticorum bonis inquisitionis officio deputate propter expensas: quas dum inquirunt in sapedito negotio faciunt, a vobis exigere moluntur: hoc tamquam iuri absolum (cum ordinarij sint, ideoque officium tale quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus.

COMMENT. CV.

Quod docet hoc loco Emericus accipiendum est iuxta notata per doctores in cap. cum ab omni extra de vita & honest. cler. vbi Panormitanus num. 12. & 13. rem hanc distinguit & explicat vers. Et circa istam glossam. Et summa est: Ordinarius regulariter non debet petere expensas, quas facit dum inquit in reos, quoniam propterea capit redditus beneficij, vt eius onera sustineat. adde Ancharanum consi. 201. incipien. Premittendum est. & que diximus supra in hac 3. parte, nu. 134. & iterum super quaest. 104.

QV AESTIO CVII.

An Episcopus exigere possit partem prouentuum de bonis applicatis inquisitionis officio.



Entesima septima quaestio est: Vtrum Episcopus possit exigere partem prouentuum, quae de hereticorum bonis inquisitionis officio deputatur?

Respondemus quod non iuxta allegata indulta praedicti D. Benedicti xi. a quo dicitur sic: Verum, quia nonnulli dicecesani partem partis prouentuum de hereticorum bonis inquisitionis officio deputate propter expensas, quas dum inquirunt in sapedito negotio faciunt, a vobis exigere moluntur: hoc tamquam iuri absolum (cum ordinarij sint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus.

COMMENT. CLVI.

Ex illis, quae tradentur a nobis paulopost cum agetur de bonis confiscatis hereticorum, lucem accipient quae in hac quaestione breuiter recensentur. Et ideo Episcopi non debent habere aliquam partem de bonis applicatis officio inquisitionis. quia ordinarij sunt, & proprijs expensis explere eos oportet quod eorum incumbit officio: propterea enim capiunt redditus & fructus ipsius Episcopatus, vt onera sustineant in gubernandis populis sibi commissis, & praesertim in extirpanda haeretica prauitate, & coercendis haereticis.

Entesima octaua quaestio est: Vtrum de hereticorum bonis, vel vnde debeat Inquisitori in suis sumptibus, & in notariorum & aliorum ministrorum officij inquisitionis salarijs prouideri?

QV AESTIO CVIII.

Vnde sit Inquisitori in suis sumptibus & in ministrorum salarijs prouidendum.

SVMMA RIUM.

- 1. Quaestio de sumptibus Inquisitori prouidendis sepius agitata.
2. Inquisitoribus ab Episcopo prouidendum esse, sicut plurimorum sententia.
3. Alij in dominos temporales hoc onus rejiciunt.
4. Quibusdam videtur condemnationes, quae sunt, illorum vrbibus deputandas.



Entesima octaua quaestio est: Vtrum de hereticorum bonis, vel vnde debeat Inquisitori in suis sumptibus, & in notariorum & aliorum ministrorum officij inquisitionis salarijs prouideri?

Respondemus, quod hac quaestio est diuersis temporibus coram diuersis summis Pontificibus agitata, & praesertim coram felicis recordationis Urbano v. Gregorio xi. & in consistorio etiam fuit causa diuersis dominis Cardinalibus commissa, & nunquam determinata, nec puto determinanda, quia est de materia pluribus odiosa, sed fidei, & Ecclesiae fructuosa.

Huius quaestiois varia fuerunt & sunt inter dominos opinioniones. Quibusdam & non male (vt putatur) videtur, quod Episcopi debeant Inquisitoribus pro tali exequendo officio prouidere: & horum ratio est; quia Episcoporum est fidem plantare, & prauitatem haeticam de suis dicecesibus extirpare, vt patet in c. Excommunicamus r. s. adijcimus. extra de haeret. & hoc suis, immo Ecclesiae sumptibus, & expensis, vt patet in extrauag. domini Benedicti xi. s. verum. supra frequentius alleg. quia ordinarij sunt, Inquisitores autem sunt ad eorum assumpti adiutorium, & ad supplendum negligentiam ipsorum: quare videtur, quod de sumptibus pro officio exequendo, & eorum ecclesiarum, & eorum populo ab erroribus reducendo, & in fide confirmando, debeant Inquisitoribus prouidere. Et huius veritatis fuit dominus Urbanus v. & Clemens iij. in consultationibus ad Inquisitores, antequam esset Papa, qui dicebatur Guido Fulcodius. Huius sententiae sunt pro maiori parte omnes domini in voce, sed nullus exequitur in re: & omnes feredicunt, quod sic fiendum est; sed vix est, qui dicat, fiat.

Quibusdam videtur, quod domini temporales teneantur Inquisitoribus prouidere: & horum ratio est, quia domini temporales habent haeretico- rum laicorum condemnationum per Inquisitores, bonorum confiscationes; quare si habent commoda, habeant & onera.

Et hac fortassis de causa, in quibusdam mundi partibus domini temporales dabant Inquisitoribus stipendia, quia habebant condemnatorum bona; modo autem prauitate haeretica quam plurimum extirpata in tantum, vt raro sint haeretici, pertinaces, & rarius relapsi, & rarissime diuites, sed pauperes: vt pote Fraticelli, Beguini, seu Valdenses; domini temporales non habent ita frequentes, sicut olim, bonorum confiscationes, & ideo nolunt prouidere Inquisitoribus, vt eorum sumptibus fiant inquisitiones.

Quibusdam alij videtur, quod prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus per Episcopos & ipsos Inquisitores in officio faciendis: quod licet sit iustum, inducit tamen officio praerudicium; & ideo esset melius, si fieri posset, Inquisitoribus aliter prouidere.

A multis alij modi tacti sunt, & fortassis meliores, & leuiore, sed ad obtinendam difficultiores, quare dimittantur: sed tantum dicatur, quod male in tam salubri officio, & Ecclesiae Dei tam necessario prouidetur.

Magni refert officium inquisitionis fouere.

Num. 2.

Sententia Guidonis Fulcodij de alijs Inquisitoribus & ministris.

rem, quod ab illis quibus iniungitur penitentia danda pecunie in aliquos vsus pios, acciperetur ad istud, honeste tamen & sine scandalo laicorum. haecenus ille.

Et sane haec sententia, quod Inquisitoribus debeat Episcopi prouidere, verissima mihi videtur ob rationes hoc loco ab Emerico & Guidone allatas, crede remque grauissime errare Episcopos, qui necessaria subsidia Inquisitoribus denegarent, in omnibus illis locis, in quibus non habent salaria constituta.

Quibusdam videtur, quod domini temporales teneantur, &c. Quibus olim ita visum fuerit, nondum percepi: sed hoc videtur etiam approbasse Auctor Repertorij Inquisitorum, qui verbo, salarij. totam hanc quaestionem transcripsit.

Hac vero sententia quod a dominis temporalibus ali debeant Inquisitores, verissima quoque est, etiam si nulla bona confiscata habuerint: nulla enim causa est, quam magis conueniat principibus fouere, quam hanc, cum ex nulla causa magis regna conseruentur, quam ex defensa fide, & religione bene fundata & propagata, vt grauius ostendit Adrianus Papa v. i. in rescripto illo aureo & pereleganti ad Federicum Saxoniae Ducem aduersus Lutherum, quod est impressum inter litteras Apostolicas pro officio inquisitionis in fine huius operis. contra vero facile ea regna dilabuntur & pereunt, quorum principes causam fidei non teneant, vt multis ostendit Nicolaus primus in Epistola ad Michaelē Imperatorem; quae graua breuitatis omitto: indicasse hic sit satis. Et copiose de hoc egimus libro 2. de causis vnde haereses oriuntur, & de remedijs quibus extirpantur.

COMMENT. CLVII.

Hae quaestio, quae nunc sequitur, valde est vtilis, atque vt ipsemet Emericus loquitur, Ecclesiae fructuosae; vix enim vlla est causa quantumuis fauorabilis & pia, quae magis fouere expediat, quam officium sacrosanctae Inquisitionis diuinitus institutum ubique terrarum conseruare, augere, fouere, & totis viribus defendere. testes sunt multa praecelare Europa vrbes, quarum magistratus & ecclesiastici & saeculares, nisi superioribus annis nascentes haereses protinus oppressissent, & sacrum officium fouissent, multis fortassis nunc erroribus misere perturbarentur.

Ergo curandum est, vt quaeque res pub. fidei iudices foueat, vt quamprimum haereses oriuntur, in ipso initio opprimantur, & penitus extirpentur: quibus autem impensis ali debeant & Inquisitores & ministri saepe quaesitum est, nondum autem penitus inuentum, constitutum, & confirmatum. id autem est quod quaerit Emericus in tota hac quaestione, & multoties de hac re sententias proponit, de quibus singulis suo ordine agemus; reuocanda sunt tamen in memoriam quae de hoc articulo supra retulimus super q. 104.

Et Clemens iij. in consultationibus ad Inquisitores, &c. qui dicebatur Guido Fulcodius.] Huius autem Guidonis verba de hac proposita difficultate ex vetusto illo codice Vaticano ita habent: Hic quaeritur vnde prouideri possit & debeat Inquisitoribus, & eorum notario, quem vtiq; adhiberi oportet ad acta scribenda, ex quo in terra inuenitur, extra de proba. quoniam contra falsam? & dico qd a partibus nihil possunt recipere, hoc est ab his, contra quos inquirunt: nam inquisitiones debent fieri sine incommodo reorum, vt in auth. vt nulli iud. s. his insuper iubemus. collat. 9. Debent ergo Episcopi prouidere, qui mandatū Apostolicum receperunt, qd dent Inquisitoribus consilium & auxilium. verum quia praetorum tenaces sunt manus, & marsupia dissipata, consule-

Aut prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus reorum.

Num. 4. Locus emendatus.

In Barcinonensi impresso ita: Multi alij modi tacti sunt. In Sabellano ita: A multis etiam alij modi sunt tacti. ex his veram lectionem reposuimus, nam ceteri deprauati erant.

Quales autem modi prouidendi Inquisitoribus illi fuerint, quos hic dicit Emericus fuisse tactos sine

Episcopi Inquisitoribus prouideat in necessarijs.

Num. 3. Dominos temporales prouidere debent Inquisitoribus qui sententiam.

Num. 4. Aut prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus reorum.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4. Locus emendatus.

Num. 4. Locus emendatus.

Qualiter poterant haberi redditus vt Inquisitoribus promittatur.

sive excogitatos, non explicat. ceterum nos hunc modum & facilem & opportunum proponendum putauimus, vt Inquisitores habeant sufficientes redditus, ex quibus incumbencia officio suo onera & mu-

nera obire possint. modus autem talis est: in singulis ecclesiis eius civitatis vel diocesis ubi constituti sunt Inquisitores multa solent ecclesiastica beneficia, tum simplicia tum personalem residentiam requirentia, veluti canonicatus, & similia reperiri: ex his cum va-

DE CONFISCATIONE bonorum hereticorum.

QVAESTIO CIX.

Bona hereticorum penitentium non relapsorum sint ne confiscata, an confiscanda.

SVMMARIVM.

- 1 Heretici penitentes post sententiam perdant bona, nisi ex gratia illis reddantur a dominis temporalibus.
2 Domini temporales per censuram ecclesiasticam cogi debent ad exequendum confiscationem.
3 Penitentibus ante sententiam & vita & bona relinquantur.
4 Concordant his Archidiaconus, Ioan. Monachus & Guido Fulcodius.



Entesima nona questio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor bona laicorum hereticorum, sed post penitentium, & non relapsorum, debeant eorum dominis condemnare, seu ipso facto sint predictis confiscata?

Penitentes post sententiam bona non recipiunt, &c.

Respondemus, quod nec sunt condemnanda, nec sunt confiscata: nam tales postquam penitentes sunt, & relapsi non sunt, bona non perdunt. Tamen hic est diligenter considerandum, quod tales, vel penitent ante sententiam definitiuam, qui traduntur vt impenitentes heretici curie seculari, vel post. Si post, cum eo facto, vt heretici impenitentes traduntur per sententiam, bona sunt ipso iure confiscata, iuxta c. Vergentis, extra de heret. ideo si post conuertatur & peniteant, bona iustum di remanent apud dominos temporales, etiam si illi postmodum de misericordia ad penitentiam

admittatur: nisi de gratia velint eis reddere. Et de his videtur loqui c. Vergentis. vt dicit Archid. & Ioan. Monachus in c. Accusatus. s. porro, de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vergentis. & infra:

2 In terris vero temporali nostra iurisdictioni subiectis, bona hereticorum statim publicari: & in alijs idem precipimus fieri, per patres & principes seculares: quos ad id exequendum (si forte negligentes extiterint) per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus, & mandamus: nec ad eos bona eorum ulterius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hereticorum consortium, misereri aliquis voluerit; vt temporalis saltem poena corripiat, quem spiritualis non corrigit disciplina, & cetera.

3 Si autem penitent antequam per sententiam, vt impenitentes heretici, tradantur brachio seculari: sicut ex sola misericordia relinquatur eis vita, sic & bona: cum tales ad misericordiam abiurata heresi admittantur, eorum bona non confiscantur. 4 Concordant omnibus his Archid. & Ioan. Monachus in c. Accusatus. in §. porro, de heret. lib. 6. & predictus dominus Guido Fulcodius quest. vltima de illis 15. quas fecit ad Inquisitores.

Et licet haec questio sit difficilis ad diffiniendum: tamen quia directe non pertinet ad Inquisitores, sed ad dominos temporales (quia per eos & non per Inquisitores bona huiusmodi confiscantur) ideo breuiter terminetur.

COMMENT. CLVIII.

VT hanc questionem & sequentes, in quibus agitur de confiscatione bonorum in hoc crimine facilius percipiantur, obseruandum est, quod olim initio constituta delegatae inquisitionis, sententia super confiscatione bonorum in terris Ecclesie per iudicem ecclesiasticum ferebatur: in alijs vero terris per principes seculares id fiebat, vt apertissime indicat textus in c. Vergentis. de hereticis. in hac verba: In terris vero temporali nostra iurisdictioni subiectis bona hereticorum statim publicari: & in alijs idem precipimus fieri, per Potestates: & Principes seculares: quos ad id exequendum (si forte negligentes extiterint) per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus & mandamus. hec ibi.

At labentibus annis indistincte cautum est, vt sententia declaratoria super confiscatione bonorum, vbiq; feratur per iudicem ecclesiasticum, qui de crimine indicat: insuper etiam confiscationis ipsius executio, seu bonorum occupatio fit per iudicem ecclesiasticum, videlicet, per Episcopum, aut Inquisitorem; & index secularis non intronmittit se, nisi quatenus per iudicem ecclesiasticum fuerit requisitus. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. & c. cum secundum leges. §. si. de heret. lib. 6. ibi. Confiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales, antequam per Episcopum loci, vel aliam personam ecclesiasticam, que super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. haec Euenus ibi. Atque ita sentit Zachinus tract. de heret. c. 2 §. nu. 2. de quo paulo post agetur copiosius. EymERICUS

Relat. supra pag. 98.

Domini temporales cogendi ad executionem.

Penitentibus ante sententiam bona condonantur.

Sententia confiscationis bonorum olim per quos ferretur.

Hodie indistincte ferunt per Inquisitorem.

mericus vero tum in hac, tum in sequenti questione secutus veterem dispositionem cap. vergentis. sentit de confiscatione bonorum laicorum hereticorum non se inromittere iudices ecclesiasticos, neque quo ad sententiam ferendam super illis, neque ad occupanda sine apprehendenda eadem bona, ita vt vel sibi vel alij cui voluerint, ea applicant, sed id totum ad iudices seculares pertinere.

Ex tota vero hac questione, sequentes conclusiones non obscure colliguntur.

Prima est: Si heretici non sunt relapsi, aut impenitentes, bona sua non perdunt, nec sunt confiscata, nec condemnanda seu confiscanda.

Secunda conclusio est: Si heretici penitent postquam per sententiam traditi sunt curie seculari, bona sua amittunt, & quamuis admittantur ad misericordiam, & penitentiam, ea non recuperant, nisi dominos temporales voluerint eis bona condonare.

Tertia conclusio est: Si heretici penitent antequam per sententiam curie seculari tradantur, tunc eorum bona non confiscantur.

Quarta & vltima conclusio est: Bona hereticorum laicorum ad dominos temporales pertinent.

Suo ordine declarabimus a nobis singula huiusmodi conclusiones, si primum adduxerimus Doctores, qui de materia bonorum confiscatorum varijs locis disputant, cuius rei cognitio utilis est & necessaria, cum frequenter in iudicijs hac causa tractetur.

De bonis hereticorum confiscatis qui differunt.

De ea igitur agunt Ioannes Anania, Zabarella, Ioannes And. Panormitanus, Marianus Socinus, Felinus & alij in cap. vergentis. extra de heret. Ioannes And. Archidiaconus, Francus, & alij in cap. accusatus. & in cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. Zachinus tract. de heret. cap. 2 §. & 26. & ibidem Camillus Capiegus, Repertorium Inquisitorum verbo, bona, verbo, confiscatio, & verbo, diuisio. Gondif saluus tract. de heret. quest. 15. Carverius tract. de heret. nu. 135. vers. insuper & in hoc crimine. Syluester in summa verbo heresis. 2. quest. 12. Alfonso Castrus lib. 2. de iusta heret. punie. cap. 5. & sequ. Simancas de catbo. instit. tit. 9. Ioannes Rojas in singularibus fidei. singul. 26. incipien. Bonorum publicatio. idem tract. de heret. par. 2. assert. 16. Locatus in opere iudiciali verbo, Bona hereticorum. Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis, lib. 2. tit. de penis committentium crimen lese maiestatis quest. 1. & multis sequentibus. Antonius Gomezius tomo. 3. variar. resolut. cap. 14. Iulius Clarus in practica criminali quest. 78. & in §. heresis. vers. Item bona condemnatorum. Conradus Brunus lib. 5. de heret. cap. 6. Lucerna Inquisitorum verbo, Bona. Aegidius Bossius tit. de hereticis. Conarruuias lib. 2. variar. resolut. cap. 9. Tabienfis in summa verbo, Hereticus. §. 6. Rolandus a Valle consil. 8. incipien. Presuppósito pro vero. & consil. 75. incipien. In isto crimine heretis. lib. 3. Franciscus Burfatus consil. 43. incipien. Hoc crimen heresis. lib. 1. Martinus de Garatis consilio quodam incipien. In facto praesupponitur. quod refertur in tomo 1. consiliorum criminalium consil. 59. Guido Papae de cis. 76. incipien. Si in terra. & alij multi per hos relati, quos longum esset recensere.

De ea igitur agunt Ioannes Anania, Zabarella, Ioannes And. Panormitanus, Marianus Socinus, Felinus & alij in cap. vergentis. extra de heret. Ioannes And. Archidiaconus, Francus, & alij in cap. accusatus. & in cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. Zachinus tract. de heret. cap. 2 §. & 26. & ibidem Camillus Capiegus, Repertorium Inquisitorum verbo, bona, verbo, confiscatio, & verbo, diuisio. Gondif saluus tract. de heret. quest. 15. Carverius tract. de heret. nu. 135. vers. insuper & in hoc crimine. Syluester in summa verbo heresis. 2. quest. 12. Alfonso Castrus lib. 2. de iusta heret. punie. cap. 5. & sequ. Simancas de catbo. instit. tit. 9. Ioannes Rojas in singularibus fidei. singul. 26. incipien. Bonorum publicatio. idem tract. de heret. par. 2. assert. 16. Locatus in opere iudiciali verbo, Bona hereticorum. Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis, lib. 2. tit. de penis committentium crimen lese maiestatis quest. 1. & multis sequentibus. Antonius Gomezius tomo. 3. variar. resolut. cap. 14. Iulius Clarus in practica criminali quest. 78. & in §. heresis. vers. Item bona condemnatorum. Conradus Brunus lib. 5. de heret. cap. 6. Lucerna Inquisitorum verbo, Bona. Aegidius Bossius tit. de hereticis. Conarruuias lib. 2. variar. resolut. cap. 9. Tabienfis in summa verbo, Hereticus. §. 6. Rolandus a Valle consil. 8. incipien. Presuppósito pro vero. & consil. 75. incipien. In isto crimine heretis. lib. 3. Franciscus Burfatus consil. 43. incipien. Hoc crimen heresis. lib. 1. Martinus de Garatis consilio quodam incipien. In facto praesupponitur. quod refertur in tomo 1. consiliorum criminalium consil. 59. Guido Papae de cis. 76. incipien. Si in terra. & alij multi per hos relati, quos longum esset recensere.

De ea igitur agunt Ioannes Anania, Zabarella, Ioannes And. Panormitanus, Marianus Socinus, Felinus & alij in cap. vergentis. extra de heret. Ioannes And. Archidiaconus, Francus, & alij in cap. accusatus. & in cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. Zachinus tract. de heret. cap. 2 §. & 26. & ibidem Camillus Capiegus, Repertorium Inquisitorum verbo, bona, verbo, confiscatio, & verbo, diuisio. Gondif saluus tract. de heret. quest. 15. Carverius tract. de heret. nu. 135. vers. insuper & in hoc crimine. Syluester in summa verbo heresis. 2. quest. 12. Alfonso Castrus lib. 2. de iusta heret. punie. cap. 5. & sequ. Simancas de catbo. instit. tit. 9. Ioannes Rojas in singularibus fidei. singul. 26. incipien. Bonorum publicatio. idem tract. de heret. par. 2. assert. 16. Locatus in opere iudiciali verbo, Bona hereticorum. Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis, lib. 2. tit. de penis committentium crimen lese maiestatis quest. 1. & multis sequentibus. Antonius Gomezius tomo. 3. variar. resolut. cap. 14. Iulius Clarus in practica criminali quest. 78. & in §. heresis. vers. Item bona condemnatorum. Conradus Brunus lib. 5. de heret. cap. 6. Lucerna Inquisitorum verbo, Bona. Aegidius Bossius tit. de hereticis. Conarruuias lib. 2. variar. resolut. cap. 9. Tabienfis in summa verbo, Hereticus. §. 6. Rolandus a Valle consil. 8. incipien. Presuppósito pro vero. & consil. 75. incipien. In isto crimine heretis. lib. 3. Franciscus Burfatus consil. 43. incipien. Hoc crimen heresis. lib. 1. Martinus de Garatis consilio quodam incipien. In facto praesupponitur. quod refertur in tomo 1. consiliorum criminalium consil. 59. Guido Papae de cis. 76. incipien. Si in terra. & alij multi per hos relati, quos longum esset recensere.

Et ita positae, singulas conclusiones explicemus, nam

quantum ad tres primas generaliter spectat, dicendum est, quod siue heretici peniteant, siue non siue conuertantur antequam tradantur curie seculari, siue postquam traditi sunt, bona eorum ipso facto, seu ipso iure confiscata esse, quamuis enim tempore cap. vergentis. vt ait ibi Panormitanus notab. 2. & Ioannes Monachus in cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. bona hereticorum non essent ipso facto confiscata, sed venient confiscanda, hodie tamen ipso iure confiscata sunt per textum in dicto cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. vbi scribitur ita: Bona hereticorum (qui grauius, horribilus, ac detestabilius quam predicti delinquant) ipso iure de Fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata. hec ibi.

Bona hereticorum siue peniteant, siue non, confiscata sunt

Nec refert an multo, vel paruo tempore in heresi permanserit hereticus ad hoc, vt bona eius ipso iure sint confiscata, quoniam heresis pertinax, que vere & formaliter hereticum constituit, non est temporis diuturnitate estimanda, vt dixi supra parte 2. super cap. Dubius. de heret. §. Nec obstat si dicitur, quare cum Eymericus tum in hac, tum in sequenti questione dicit hereticorum penitentium bona confiscata non esse, sane intelligendus videtur de iure veteri iuxta cap. Vergentis. extra de heret. secus autem est, vt diximus de iure positivo in cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. vbi a die commissi criminis ipso iure sunt confiscata, vt notant communiter ibidem glossa & Doctores. ex his ergo constat eos etiam hereticos, qui non sunt relapsi & impenitentes, bona sua amittere. vnde patet veritas prima conclusionis.

Heresis non consideratur ex temporis diuturnitate.

Secunda quoque assertio ex supradictis declaratur; nam si antequam hereticus tradatur curie seculari, bona sua amittit, multo magis eadem perdit, postquam traditus fuerit eidem curie.

Præterea in hac conclusione indicare videtur Eymericus, eum qui semel traditus vel relictus est curie seculari, si peniteat, & conuertatur, recipi posse nisi sit relapsus. Ceterum quid de hoc articulo mihi sentiendum videatur, abunde dixi supra parte 2. super cap. x. §. Postquam traditus fuerat. & parte 3. super modo processum fidei terminandi. §. Crederem de misericordia. quibus locis non esse recipiendum ostendi. quod si de facto tales recipiuntur, & legitimo iudici videretur eis bona, que sua fuerat, esse condonanda, id fieri posset, vt hic docet auctor.

Qui semel traditus est curie seculari, si peniteat, an sit recipiendus.

Mibi autem in hoc casu nullo pacto videtur facienda talis bonorum condonatio, & quasi restitutio: quoniam is qui postquam traditus est curie seculari conuertitur, indignus omnino est tanta benignitate; nec videtur iustum, vt duo tam insignia & ingentia privilegia vite scilicet, & condonationis bonorum, indignissimo & perditissimo homini conferantur.

Non sunt condonanda bona ei qui conuertitur postquam traditus est curie seculari.

Quantum vero attinet ad textum in cap. Vergentis. de here. quo videtur hic Eymericus ad hanc suam opinionem stabiliendam, is quidem optime probat posse Inquisitores vel alios, ad quos pertinent bona hereticorum confiscata, illa hereticis penitentibus & reuertentibus condonare, vt abunde explicuimus supra parte 2. super dicto c. Vergentis. §. Nec ad eos. ceterum ex eo textu non deducitur quod hic Eymericus nititur persuadere, videlicet condonanda esse bona eis, qui traditi sunt curie seculari, si conuertantur: nam

nam nec iuri nec rationi id videtur consentaneum, immo multa in contrarium suadere videntur.

In quibus casibus potest fieri condonari bona hereticis & niteantibus.

Tertia similiter conclusio patet ex predictis, nam etiam si peniteant, antequam tradantur curie seculari, bona sua amittunt, cum ipso iure confiscata sint. Verumtamen in casu huius assertionis benigni mihi videtur, & etiam observandum, ut in illis casibus, in quibus hereticis redeuntibus pena perpetui carceris remittitur, in eisdem etiam ob eandem rationem confiscatio bonorum remittatur, seu bona eis condonentur, qui autem sint illi casus, dixi supra in hac 3. parte, super quest. 93.

Sed cum ex benignitate & misericordia hereticis redeuntibus bona fuerint condonata, licite ea retinet, & dominium bonorum, quod per delictum amiserat, protinus iudicis legitimi condonantis auctoritate recuperant, non autem ex eo solum quod penitent, ut voluerunt Zenzelinus & Guilielmus, quos refert & sequitur Geminius in cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. in principio, nu. 5. vers. Quarto, an intelligantur confiscata.

An hereticus ante quam condonetur, teneatur in conscientia bona sua offerre sisco.

Gravis tamen est difficultas, An hereticus nondum a iudice condemnatus, nec ab aliquo accusatus, sive denunciatus, teneatur in foro conscientie bona sua omnia, quae eo ipso quod ille incidit in haeresim, amittit, offerre sisco, ita quod si non restituat, tandem sit in peccato mortali, quando bona quae possidet, sisco non restituit.

In hac questione pugnantes sunt insignium doctorum sententiae: nam ante condemnationem & denunciationem, obligari hereticum ad restituenda omnia bona sisco, asseruerunt Panormitanus & Felinus in cap. 1. extra de constit. idem Panormitanus in c. dilecti. de arbitris. Antonius Gomezius tomo 3. variar. resoluit. c. 2. nu. 5. vers. Item adde. & ut ceteros omittam, tenaciter eandem sententiam multo argumentorum pondere nititur persuadere Alfonso Castros lib. 2. c. 10. de potestate legis penalis, & lib. 2. c. 6. de iusta hereticorum puni. eandem proficiunt plerique alij per hos relati.

Nō tenetur iusta veritate opinio nra.

Ceterum contraria sententia verior semper & beatior & tutior viris doctissimis visa est, dum asserunt, neminem obligatum esse ad penam in se ipsum exequendam: & nonnulli quoque in hac questione id in hereticis verum esse nominatim tradunt. Contrarium ergo tenentur Conradus de contrahibus quest. 7. conclusionem 2. Angelus Clavus in summa verbo, pena, §. 3. Sylvester in summa verbo, haeresis 1. q. 8. vers. Pro his tamen notandum, idem verbo, asfaffinus, uterque Thomas 2. 2. quest. 62. art. 1. Adrianus quodlibet 6. art. 1. Franciscus Victoria in relectione de Indif. Sotus. lib. 1. de iustitia & iure quest. 6. art. 6. Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 157. & multis sequent. Gabriel lib. 4. sent. dist. 15. q. 4. & multi alij, quos refert Ferdinandus Vasquez lib. 1. de successionum progressu in praefatione, num. 98. vers. Simillimum est.

Neque ab hac sententia ullo pacto recedendum est. Primum, quia nemo cogendus est, ut se ipsum prodatur in publicum, iuxta textum in cap. quis aliquando de penit. dist. 1. quod si per aliquam legem, ut Alfonso punit ante accusationem & denunciationem hereticus sua bona sisco restituere teneatur, iam

A obligaretur ad se prodendum, & manifestandum, vix enim quisquam potest sua bona offerre sisco, praesertim si sit vel mediocriter dives, quin se ipsum simul infamet, & prodatur: quod quidem sit durum, nemo non videt.

Rursus, iniquum est, intolerabilem obligationem inducere, & ad id homines obligare, quod durissimum videatur posse adimplere. neque enim onera gravia & importabilia sunt imponenda, Matih cap. 23. hoc autem apertissime sequetur, si ad restitutionem huiusmodi occultos hereticos obligaremus.

Præterea, ut optime scripsit Isidorus & refertur in c. erit autem. dist. 1. q. 4. leges quibus obligantur subditi ad parendum illis, possibiles esse debent, & subditorum moribus congruentes: neminem autem futurum credo nisi Alfonso, qui facile dicat, legem obligantem in foro conscientiae ad penam omnium bonorum in se ipsam exequendam, possibilem esse, & subditorum moribus congruentem.

Ad hac, nusquam Alfonso & aliorum contraria opinio est consuetudine recepta, neque (ut credo) quisquam theologus nunquam huiusmodi occultos hereticos obligavit ad hanc restitutionem faciendam, & gravissimum plane est, & valde acerbum talem persuadere obligationem.

Postremo, rationi naturali adversatur, ut idem sit actor & reus, & ut in se ipsam sententiam quis dicat; quod fiet, si reus in conscientia obligaretur ad restituendum omnia bona sisco. plurima alia in hanc sententiam rationes afferri potuissent, quae gratia brevitate omitto.

Argumenta vero quibus Alfonso nititur persuadere sententiam suam, libenter diluissim, nisi Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 157. & multis sequentibus abunde eis satisfecisset. Rursus, propterea liberius eo onere me libero, quoniam quid quid Alfonso dicat, ab hac postrema sententia nullo pacto est recedendum.

Et praefata sententia, quam sequimur, tunc potissimum vera est, quando hereticus omnino occultus est, seu vere mentalis, qui soli cogitatione haeresim animo retinet, nec ullis signis exterioribus eam profert: hunc enim poena exteriores & leges contra hereticos late non comprehendunt in foro exteriori.

Idem sentias in eo, qui haeresim per signa manifestavit, nemo tamen audiuit: hunc diximus occultum per accidens: quamvis enim talis sit excommunicatus, non tamen tenebitur in conscientia bona sua sisco restituere.

Hoc ipsum asserendum est de heretico emendato, qui licet haereses tenuerit, fraterne admonitus resipuit: hic enim ante condemnationem non obligatur in conscientia ad restituenda bona quae possidet, sisco: in his enim omnibus locis habet superiores rationes.

Maior tamen dubitatio est: An hereticus negans in iudicio veritatem, quam fateri debebat (quia verbi gratia, erat semiplena probatio contra ipsum) & propterea fuit a poena liberatus, obligetur in conscientia ad solvendam poenam absque iudicis sententia, non patitur mea brevitatis ut eam explicem: videndi interim Dominicus Sotus lib. 1. de iust. et iure q. 6. art. 6. & lib. 4. q. 6. art. 4. dixi copiose apud Beatum Thomam 2. 2. q. 11. art. 3.

Sed

Quando potissimum loquitur cum habeat notitiam sententiae.

An in conscientia obligetur hereticus bona sisco restituere qui negat quod fateri debuit.

Sed accedamus iam ad quartam & ultimam conclusionem, circa quam occurrit gravissima controversia de occupandis apprehendis, seu adiudicandis, vel applicandis bonis confiscatis hereticorum. cuius rei cognitio cum non modo scitu iocunda sit, verum etiam utilis & necessaria, ad dirimendas lites et controversias saepe incidentes, ideo breviter & dilucide quantum in me fuerit, eam declarabo.

De confiscatione bonorum hereticorum, quid ius civile disponat.

Ac primum quidem de iure civili de confiscatione bonorum hereticorum in l. Manichaeos. C. de hereticis ita scriptum est: Quos bonorum etiam omnium publicatione persequimur. haecenus ibi. An autem haec confiscatio de iure civili fieret ipso iure, an vero per sententiam, tradit Philippus Probos in c. cum secundum leges. de heret. lib. 6. in additionibus ad Ioannem Monachum.

Ceterum in his bonis, quae propter haeresim publicabantur, non succedebat sisco, si filij ipsorummet hereticorum catholici extarent, ut in predicta. l. Manichaeos. constitutum erat his verbis: Sed nec filios haeredes eis existere aut adire permittimus, nisi a paterna prauitate discesserint: haec ibi. idem scriptum est in l. cognovimus. C. de heret. ubi amplius explicatur, quibus applicanda sint bona hereticorum confiscata si filij catholici non adsint: nam liberis orthodoxis non existentibus, ad agnatos vel cognatos hereticorum, orthodoxos tamen et catholicos, bona hereticorum pervenire debere decernuntur: quod si nec agnatio nec cognatio recta inveniatur, tum res & bona confiscata sisco principis secularis vindicatur, seu applicantur.

Paulo post in authent. ut cum. de appellat. cognoscitur. Si quis de predictis. haec succedendi ratio prescripta fuit, cum cogeret patres esse catholicos, filios autem hereticos, quoniam catholicis parentibus non succedunt filij nec alij propinqui heretici: nam Ecclesia si succedit, si clericus sit: si vero laicus, succedit si scus. haec iuris dispositio breviter refertur in authent. Idem est de Nestorianis. C. de heret.

Multis vero postea saeculis Federicus Imperator ad annos Domini MCCXX. lege lata, cuius initium est, Catharos de confiscatione bonorum hereticorum ita constituit. Et omnes hereticos utriusque sexus quocumque nomine censeantur perpetua damnata infamia, diffidamus atque bannimus, censentes ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius revertantur; ita quod filij eorum ad successionem pervenire non possint, cum longe sit gratius eternam, quam temporalem ostendere maiestatem, haecenus ibi. Haec lex inter litteras Apostolicas impressa est in fine huius operis, cuius etiam fragmentum refertur in authent. Gazaros. C. de heret. Atque haec de iure civili circa haec bona statuta fuisse scimus.

Crimen haereticum mere est ecclesiasticum, cuius ratioe cuius etiam laici iudicibus secularibus subijciuntur.

Nunc quid a iure canonico & Papalibus constitutionibus sancitum sit, doceamus. Sed primum praefandum est, quod cum haeresis crimen mere sit ecclesiasticum, c. ut Inquisitionis. §. prohibemus. de heret. lib. 6. & ratione criminis ecclesiastici quilibet laici & seculares, ecclesiasticorum iudicibus legibus & iurisdictioni subijciantur. c. licet. de foro compet. ubi id notat glossa in verbo, Vacante Imperio. & communiter doctores, & Oldradus consil. 86. inci-

A pien. Quæritur an Ecclesia, inde omnino consequatur, ut leges ecclesiasticae circa hoc crimen, & circa ea, quae ad eius punitionem spectant, disponentes, prevalere debeant, & ubique servari. Quare cum confiscatio bonorum una sit ex poenis adversus hereticos latis, illud profecto de ea tenendum erit, quod a legibus et constitutionibus ecclesiasticis Papalibus fuerit constitutum, quibus obtemperandum erit à quibuscumque cupientibus ac re vera volentibus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ obedire.

De bonis ergo hereticorum confiscatis, ac de eorum divisione, & applicatione per leges ecclesiasticas & constitutiones Papales diversis temporibus, per diversos Summos Romanos Pontifices sequentia potissimum reperio constituta.

Primum dominus Innocentius Papa III. anno Domini MCCXIX. sive MCC. Pontificatus sui anno secundo, apud Lateranum octavo Kalend. Aprilis constituit, ut bona hereticorum confiscarentur, sicut per leges civiles iam fuerat constitutum, et in terris Ecclesiæ applicarentur sisco Ecclesiæ, in terris vero Imperij sisco iudicis secularis; idque observari precepit etiam si heretici filios haberent catholicos, qui non succedunt in bonis paternis, quemadmodum de iure civili succedebat, sicut paulo antea demonstratum est. Atque hoc constituit Innocentius in epistola quadam Decretali incipiens. Vergentis in senium, directa clero, consulis, & populo Viterbien. et habetur in eius Regesto lib. 2. ex qua desumitur fragmentum relatum in c. Vergentis extra de heret. quod Emericus recitat in hac questione.

Eadem bonorum confiscatio paucis postea annis, videlicet, anno Domini MCCXV. decreta fuit in concilio Lateranen. sub Innocentio III. c. 3. & refertur in c. excommunicamus. el. 1. §. Damiani vero. extra de heret. constituta tantum differentia inter bona hereticorum laicorum, & clericorum, de qua ibi scriptum est his verbis: Ita quod bona huiusmodi datorum, si laici fuerint, confiscentur: si vero clerici, applicentur Ecclesijs, à quibus stipendia receperunt. haec ibi.

Inde dominus Innocentius Papa III. anno Domini MCCLII. Pontificatus sui anno nono apud Perusium idibus Maij, per constitutionem, cuius initium est: Ad extirpanda. bona hereticorum confiscata in tres partes dividenda iussit, & applicanda eo modo, quo ibidem continetur in hac verba: Teneatur insuper Potestas seu Rector omnia bona hereticorum, quae per dictos officiales fuerint occupata seu inuenta, & condemnationes pro his exactas dividere tali modo: vna pars decernatur in commune civitatis vel loci: Secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: Tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis dicecesano & Inquisitoribus videbitur reservanda & expendenda per consilium eorumdem in fauore fidei, & ad hereticos extirpandos, non obitante huiusmodi divisioni statuto aliquo condito aut condendo. haecenus ibi.

Postea vero Alexander Papa III. qui Innocentio III. proxime successit in Pontificatu, anno Domini MCCLIX. Pontificatus sui anno quinto, secundo Kalend. Decemb. apud Anagninam per constitutionem

Leges Pontificis quid disponat de bonis hereticorum confiscatis.

Innocentij III. constitutio anno 1199. sive 1200.

Innocentij III. constitutio anno 1252.

Constitutio Alexandri III. anno 1159.

T t tionem

tionem similiter incipit. Ad extirpanda. similem fecit diuisionem bonorum confiscatorum propter hanc sim, quae cum Innocentiana constitutione & diuisione omnino conuenit.

Alia Alexander III. anno Domini MCCLX. Pontificatus sui anno sexto, octavo Kalend. Octobris, Genue per extrauagantem incipien. Discretionem uel lre. concessit Inquisitoribus in Romana provincia et administratione Beati Francisci, ut bona hereticorum, & aliorum de quibus ibi, venderent, & pretium ad opus Romanae Ecclesiae conseruarent, in hęc uerba: Discretionem ueltra, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi ac distribuendi libere bona hereticorum, eorumque fautorum creditentium, receptatorum, & defensorum publicata iam seu confiscata, & in posterum publicanda, & confiscanda, prout commissio uobis fidei negotio expedire uideritis, ita quod eorum pretium ad opus Romanae Ecclesiae conseruetur, necnon & contraditores super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendi, plenam & liberam concedimus auctoritate praesentium facultatem. hęc ibi.

Clementis III. eod. anno 1265. Ad hęc Clemens Papa III. qui proxime successit Alexandro III. eandem illam trimembram diuisionem fecit, anno Domini MCCLXV. apud Perusium Pontificatus sui anno primo, tertio nonas Nouembri per constitutionem incipien. Ad extirpanda. in ea tamē constitutione explicatis bona hęc declaratur, habet autē ita: Teneatur insuper Potestas, Capitaneus, Consul, seu quis alius Rector, omnia bona hereticorum, & receptatorum eorum, quae per dictos officiales fuerunt occupata, seu inuenta, & condemnationes pro his exactas: necnon & lignamina, lapides, & regulas domorum & turrium, quae occasione hae res destruentur: & bona tam mobilia, quam immobilia, quae eadem occasione confiscantur, dandere tali modo: Una pars, &c.

Constitutio Bonifacii octauo anno 1295. Id Bonifacius Octauus ad annos Domini MCCXCV. parū plus, per constitutionem suam relata in e. Cum secundum leges de heret. li. 6. similiter declarauit atque constituit, ut bona hereticorum ipso iure essent confiscata. uelut tamen ne apprehenderentur, seu occuparentur per dominos temporales, antequam per iudices legum ecclesiasticos super crimine heresis esset pronuntiatum, eius constitutionis uerba ita habet: Bona haereticorum, (qui grauis, horribiliss, ac detestabiliss, quam predicti delinquent) ipso iure de Fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata. Confiscationis tamen huiusmodi executio, uel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales (iuxta Gregorij Papae praedecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, uel aliam personam ecclesiasticam, quae super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. haecenus ibi.

Constitutio Benedicti XI. anno 1303. Benedictus XI. extrauaganti quadam incipiente: Ex eo, relata sit de heret. inter communes, directa Inquisitoribus haeretica prauitatis in Lombardia, anno Domini MCCCLII. sexto nonas Martij Pontificatus sui anno primo apud Lateranum, ut apparet ex originali, quod uidimus in inquisitione Bononiensis.

A si, constituit, ne Episcopi poscerent partem partis de putatę officio Inquisitionis de bonis confiscatis, ne ue rationem exigerent ab Inquisitoribus, sed ea redderent Inquisitores camerae Apostolicae, aut alij prout in dicta extrauaganti continetur in hęc uerba: Rationem autem iisdem dicecesani prouentuum obuenientium ex Inquisitionis officio a uobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine, uel mandato contrarijs non exposcant: Sed eam Camerae nostrae uel alij, cui nos uel successores nostri Romani Pontifices mandarem reddendam, reddatis: quae generaliter obseruari iubemus. haecenus ibi.

B Sed ex his uerbis iudicio nostro non potest certo colligi, bona hereticorum confiscata, applicata siue applicanda esse Camerae Apostolicae, sed hoc solum, uidelicet, Inquisitores non teneri ad reddendam rationem Ordinarijs siue Episcopis, qualiter scilicet expendant illam partem bonorum confiscatorum, quae sancto officio applicatur, sed solum eam ratione reddendam esse Camerae, siue Praefecto Camerae Apostolicae, aut illi, cui id Romani Pontifices commiserint, quod rationi est consentaneum: nam cum Inquisitor sit delegatus Papae, & ob id in causa delegata Ordinario minime sit inferior, cap. saue lo 2. extra de offic. iud. deleg. non est aequum, eum obligari ad reddendam rationem dicecesano de ea parte bonorum confiscatorum, quae officio Inquisitionis applicatur.

C Post Benedictum Vndecimum Clemens V. circa annos Domini MCCCV. in concilio Vienensi (et referatur in Clem. 2. de heret.) ueluit ne bona Ecclesiarum ob delictum Clericorum confiscarentur in hęc uerba: Nec scienter attentent Ecclesiarum bona ob clericorum delictum praedicti occasione officij sisco etiam Ecclesiae applicare. haecenus ibi.

D Haec sunt magis praecipua et insignia decreta tam Pontificia siue ecclesiastica, quam Imperatoria siue civilia, de bonis hereticorum confiscatis. & eorum diuisione & applicatione loquuntur, ex quibus uidetur difficultas hęc controversia de diuidendis siue applicandis bona hereticorum confiscatis, aut confiscatis; & cum multorum insignium uirorum ingenia in ea declaranda, elaborauerint, nondum tamen constituit, quid inuolubiliter tenendum esse uideatur.

E Eymericus ergo, ut initio huius commentarij diximus, tum in hac, tum etiam in questione sequenti simpliciter affirmat, bona laicorum hereticorum confiscata ad seculares principes & dominos temporales pertinere. ad quam sententiam stabilendam ubique ueritur decisione cap. V. argentis. extra de heret.

F Rolandus a Valle in praecitato consilio 8. lib. 3. postquam commemorauit multorum de hac re opinionones, ita sentire uidetur: bona hereticorum secularium confiscata ad dominum temporalem spectant, per textum in cap. V. argentis. & in cap. excommunicamus el 1. §. Dammati. extra de heret. & in cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6. nisi certę constitutiones Papales extarent in contrarium, per quas aliter disponeretur: nam tunc ita applicanda forent sicut per tales constitutiones caneretur. additque considerandum esse diligenter, an tales constitu-

Inquisitores cui tenentur reddere rationem.

Clementis V. constitutio anno 1304.

Eymericus opinio.

Rolandus a Valle opinio.

constitutiones sint certa & legitime publicatae, et an restringantur ad aliqua loca particularia, uel extendantur ad quasunque provincias: si enim haec non reperiuntur in talibus constitutionibus, tunc bona laicorum hereticorum confiscata, domini temporalis sisco sunt applicanda iuxta dispositionem iuris in dicto c. V. argentis. extra de heret.

Illud item adiungit Rolandus, constitutiones has nunquam uisum fuisse receptas. & ob id nequaquam fore obseruandas. atque hoc in summa sentit Rolandus.

Bursatus uero in praedicto consilio 43. nu. 33. uers. Quare cum ex supradictis hanc controuersiam ita concludit: ubi ad sunt decreta in specie concessa alicui ciuitati circa dicta bona disponenda, illa sunt omnino & inuolubiliter obseruanda, omnia alia iuris et constitutionum dispositione: quod si nulla talia decreta particularia reperiuntur, tunc particularis loci consuetudo attendenda est, & iuxta eam bona confiscata sunt applicanda uel diuidenda. Sin autem nulla uel priuata decreta, uel consuetudo extant, tunc in terris Ecclesiae Romanae subiectis, dimidia bonorum confiscatorum curie Romanae, altera uero officio Inquisitionis applicanda est: in alijs autem terris imperij respectu Italiae obseruanda est constitutio Innocentij III. Alexandri III. & Clementis III. de triplici bonorum diuisione, quam paulo antea tradidimus, quoniam illę constitutiones ad terras Italiae tantum fuerunt transmissae: Sed in locis extra Italiam, in quibus nec decreta particularia, nec consuetudines locales habentur, ius commune est seruandum, sicut a Rolando a Valle in dicto consilio 8. lib. 3. scriptum est. Et hęc est Bursati sententia.

Ego uero, ut breuiter meam sententiam proferram, primum omnium libenter subscribo horum uirorum doctorum opinionem, quatenus dicunt constitutiones Papalibus esse deferendum, si tales tamen constitutiones certa & legitime reperiuntur. ceterum non probo quod Rolandus a Valle in dicto consilio 8. lib. 3. nu. 34. ait, non esse faciendum fundamentum in dictis constitutionibus & extrauagantibus cum non appareant; nam praeterquam quod frequenter a doctoribus citantur in dicto c. cum secundum leges. de heret. lib. 6. eas uiderunt Reuerendissimi domini Cardinales Inquisitores generales in uniuersa reipub. Christiana, uiderunt & nos authenticas & originales plumbeas, eorumdemque dominorum iussu in sine huius operis imprimendas curauimus: quamquam ergo non uiderit Rolandus, non tamen decuit ita audacter eas in dubium reuocare. quare quantum ad hanc partem attinet, cessat nunc prorsus hęc controuersia de uiribus seu ualore & robore eorum: et qui modo de illis dubitaret, de qualibet etiam certa alia re imprudenter, ne dicam impudenter, dubitare posset.

Ad hęc minime probat Rolandus has constitutiones nunquam fuisse uisum receptas, & qua facilitate leuiter id dixit, seu uerius effutit, eadem facilitate refellitur. certe ego hoc scio iussisse Romanos Pontifices diligenter ut obseruaretur, & frequenter obseruatum fuisse credimus a catholicis populis a praesentia Papa non longe distantibus.

Bursati opinio.

Rolandus a Valle opinio.

A Præterea non arbitror audiendum aut recipiendum id, quod in praedicto consilio 43. lib. 1. nu. 52. & seq. Bursatus affirmat, uidelicet, praedictas Innocentij III. & Clementis III. constitutiones, in quibus de triplici illa bonorum diuisione agitur, locum tantum habere, aut obseruandas esse in Italia, cum ad Inquisitores Italiae solum transmissae fuerint. hoc enim, si uerū esset, facile possent infinita prope leges & canones restringi uel ad certas provincias, uel ad certas diceceses, & priuatas ciuitates, cum sepe legum & canonum conditores leges & constitutiones condentes uni uel praesidi, uel iudici, uel praefecto, uel primati, uel Patriarchae, uel Episcopo, uel Collegio, uel uniuersitati rescribant, ut notissimū est legenti titulos, siue inscriptiones legum, praesertim Codicis, & canonum, praesertim in decretalibus Romanorum Pontificum Epistolis.

Nec obstat si dicatur illa in corpore iuris esse recepta, ac propterea ad omnes extendi et applicari: scilicet autē de nostris extrauagantibus, quae non sunt in corpore iuris clausae, quoniam respondetur nihil hoc impedire quo minus omnes obligent, cum nominati & expresse constituti sit, omnes constitutiones & extrauagantes contra haeretica prauitatem editas, etiam si in corpore iuris non continentur, obseruandas esse, & uel s. uel de heret. lib. 6. Clem. 1. §. uel de heret. ad quod est textus ualde notandus in l. Ariani. §. cunctis quoque legibus. C. de heret.

C Nam si uerum esset quod Bursatus scribit, facile multa Inquisitorum privilegia favore fidei concessa ruerent, aut in dubium reuocarentur, cum interdictis Inquisitoribus ordinis Fratrum Praedicatorum, interdictis Inquisitoribus ordinis Fratrum Minorum cedantur, quae profecto non respiciunt tantum Inquisitores eius ordinis, sed cum in fauorem fidei concedantur, omnibus penitus Inquisitoribus competunt, cuiuscumque ordinis aut gradus existant. Quod recte annotauit Nicolaus Eymericus supra parte 2. qui postquam retulisset varias illas litteras & extrauagantes Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis, dixit, omnia & singula Apostolica privilegia, quae in praedictis litteris Apostolicis Inquisitoribus Aragonia conceduntur, haberi etiam et generaliter concedi per alias litteras omnibus & singulis quibuscumque Inquisitoribus.

Ad hęc, multa sunt capita & decreta in his extrauagantibus Innocentij III. & Clementis III. (ut de his nunc cum Bursato agam) quae si quis dicat in Italia solum fore obseruanda, ridiculū proculdubio se praebit, qualia illa sunt de capiendis et custodiendis hereticis, aut deducendis, sicut Inquisitoribus uisum fuerit: de puniendis eis, & uelictis curie seculari per seculares magistratus, & alia similia, quae quis audeat dicere extra Italiam non esse obseruanda, propterea quod solum ad Italiae Inquisitores ille extrauagantes fuerint destinatae?

Propterea uero Romani tunc Pontifices ad Inquisitores Italiae rescripta illa transmissa, quoniam eo tempore in Italia frequentes erant Inquisitores contra instantes haereses Patavienorum Catharorum, Leonistarum, & aliorum hereticorum, qui maxime Italiae partes infestabant, sospitiam & extinctis a liquidum huiusmodi haeresibus Waldensium.

Bursati dictum perpen ditur.

Extrauagantes de haeretico loquentes, an ubique seruari debeant.

Cur Romani Pontifices multas extrauagantes direxerint Inquisitoribus Italiae.

sum sine Pauperum de Lugduno, quas paulo antea sedes Apostolica per multorum insignium viro- rum, & praesertim Beati Domini predicationem in Gallia Narbonensi represserat, ut constat ex his quae cum Eymérico diximus supra parte 2. quest. 13. & alibi multis locis. quamobrem quae tunc ad eos Inquisitores referribantur stantebant, ab alijs quoque aliarum provinciarum Inquisitoribus, si affuissent, observari volebant p̄j & prudentes Romani Pontifices: & ad Italij Inquisitores ideo tunc ea relata fuerunt, quia illi ea provisione & constitutio- nibus maxime indigebant: quod si alibi eadem con- tingere, idem ius ibi servandum esset, ut in casu valde simili recte scripsit Accursius in autent. Cas. sa & irrita. in verbo, Per totam Italiam. C. de sa- crofan. Eccles.

Quod per Pontificias extranaga- ces sanctum est de bonis hereticorum confiscatis, ubique servan- dum est.

Quare ut ad institutum revertar in locis etiam extra Italiam, in quibus per particularia seu priva- ta Pontificum decreta nihil constitutum extat de di- visione seu applicatione bonorum confiscatorum, quod ab Innocentio III. Alexandro III. & Clemente III. de triplici divisione fuerat ordinatum, obser- vandum credere et custodiendum tamquam legem ubique loquentem, & quoslibet, quibus competere potest obligantem.

Itaque omissa dispositione iuris antiqui in cap. Vergentis. extra de haeret. dominus temporalis si in fauorem sancti officij actu praeter ea, aut alia aequi- pollentia, aut maiora aut similia illis, quae per dictas constitutiones postulantur, tertia bonorum confisca- torum partem habere poterit, aut etiam plus, si ita Papa concesserit, aut sciens permiserit.

Hinc consequitur recte in Hispania, bona damna- torum de haeresi applicari sisco regio, ut testatur Co- uarruias lib. 2. variar. resolut. c. 9. num. 12. & iuste posse applicari affirmat auctor repertorij Inquisito- rium, in verbo, Divisio bonorum. circa finem. quo- niā Rex noster Catholicus nō modo curā habet consi- tuendi praetorium sine sapientissimum Senatū, qui in regia curia omnes causas totius Hispaniae ad hu- ius criminis punitionem pertinentes tractat, cui praes- est unus ex magnis Hispaniae praesulibus, verum etiam Inquisitoribus haeretica prauitatis, quos praesul ille auctoritate Pontificia constituit ac mittit per totam Hispaniam ad extirpandam haeretice prauitatis la- brem, abunde subministrat expensas, & quaecumque necessaria, quae si ceteri domini temporales abunde & sufficienter Inquisitoribus & eorum ministris praestarent, iustum quidem esset, ut de bonis confisca- tis participarent.

Dominitem- piales non praestates In- quisitoribus necessaria, an debeant parti- cipare de bo- nis confiscatis

Cum autem in multis locis domini temporales non praestent Inquisitoribus illas impensas, nec actu sub- eant illa onera & labores, aut alia his similia, quae Innocentius III. & Alexander III. & Clemens III. praestari iusserunt, equidem non video quo iure, quare ratione aut causa possint habere certam illam bonorum confiscatorum partem, illis per eas constitutiones assignatam: neque enim ob aliam cau- sam concessa eis fuisse videtur, nisi quia labores illos & onera subibant: quae cum hodie regulariter non praestent, postquam onus non sustinent, commodum reportare non debent, quod & ratio naturalis & aequitas postulat. c. qui sentit. de regul. iuris lib. 6. l. se

A cundum naturam. ff. de regul. iuris.

Quia vero si domini temporales bona heretico- rum confiscata occuparent, facile posset contingere, ut idem non prouiderent abunde Inquisitoribus & eorum ministris in omnibus necessarijs ad promotio- nem sancti officij, unde res fidei non mediocriter le- di possent, proinde illud sēper verissimū esse putauit, quod Lodonio⁹ Bologninus grauis iuriconsultus & multa eruditionis consuluit, ut referi Tabiēsis in sum- ma, verbo, haereticus. §. 6. videlicet, omnia bona con- fiscata applicari debere ad promotionem & utili- tatem sancti officij, sicut in Hispania data esse te- statur Simancas de catho. instit. tit. 9. de bonis haere- ticorum. num. 132. quamuis aliud scripserit Couar- ruias lib. 2. variar. resolut. cap. 9. num. 12. ut paulo antea diximus, quod propterea omnino ser- uandum foret, quoniam hodie ut in Clemen. 1. de haeret. constitutum fuit, Inquisitores proprios ha- bent carceres, familiam propriam, & proprios no- tarios & ministros, quibus maiori ex parte domini temporales nec alimenta, nec salarium praere solent. immo vero quandoque rogati nolunt quidquam persolvere: quoniam si Inquisitor domini secularis satellites, aut apparitores aut milites interdum pe- tat pro negotijs fidei exequendis, reis capiendis, aut deducendis, id ea gens non aliter exequi vult, nisi ab Inquisitore satisfactioem & pretium impensis ser- uitij accipiat.

Omnia bo- na confiscata applicari debent ad pro- motionem san- cti officij,

Inquisitores nō habent carce- res & mini- stros.

Consuetudo circa bona confiscata ac cupanda an seruari de- beat.

Quod si quis consuetudinem mihi obijciat circa huiusmodi bona occupanda sine apprehendendo, re- spondebo non facile putare me talem consuetudinem seruandam esse: nisi fuerit rationalis & legitime praescripta, cap. fin. extra de consuet. & nisi fuerit conformis iuribus et Papalibus constitutionibus. quo- niā saepe domini temporales de factis ea faciunt at- que inuadunt, quae de iure licite facere nō possunt, et contra imbelles Inquisitores non difficulter obtinent quod in suis dominijs ac terris cupiunt et de factis pos- sunt. quare nisi consuetudo habuerit qualitates, quae proxime dixi, suspecta merito & illicita haberi pote- rit, nec erit seruanda.

Et quamquam sentiam omnia haec bona confisca- ta assignanda esse sancti Inquisitionis officio, ex cau- sa tamen quandoque aliter possunt expendi et appli- cari ad alios pios vsus, sicut ad impensas belli contra infideles, aut ad alias similes & reipublice Christianae viles, quemadmodum tempore Catholicorum Regum Hispaniae Ferdinandi & Isabellae magna pars bonorum ob haeresim confiscatorum applicata fuit bello, quod aduersus Sarracenos Granatenses gerebatur, ut testatur auctor Repertorij Inquisitorum in verbo, Divisio bonorum. Et hoc modo accipi- posset extranagens illa Alexandri III. quae incipit: Discretionem vestre. cuius seriem paulo antea retu- limus, per quam iubet Papa Inquisitoribus Roma- nae prouinciae & administrationis beati Francisci, ut bona haereticorum vendat, & pretium conferat ad opus seu fabricam Romanae Ecclesiae. cessante vero rursus ea causa, officio Inquisitionis sunt integre applicanda.

Quid autem iudicem de opinione illorum, qui di- cunt dimidiam partem bonorum confiscatorum at- tribuendam camerae Apostolicae, & alteram dimi- diam officio Inquisitionis, alibi explicauit. interim videto

videto Tabiensem in summa, verbo, haereticus. §. 6. Campegiū apud Zanobinum c. 26. & Bursatū in dicto consil. 43. nu. 45. vers. Et quod hodie.

Ad Papam spectat dispo- nere de bo- nis heretico- rum etiā lai- corum confi- scatis.

Neque his quae haecenus diximus, obstat si dicatur, non spectare ad Romanum Pontificem in terris sibi temporaliter non subiectis, disponere de rebus aut bo- nis hereticorum laicorum, sed id totum ad domi- nos temporales pertinere; quoniam responderetur hoc falsum esse, ne dicam impium & blasphemum; nam ut supra dicebamus, iudicare de haereticis & perti- nentibus ad eos, ad Ecclesiam spectat, cum sit here- sis crimen mere ecclesiasticum; quod autem bona eor- um publicentur, inter poenas haereticorum numera- tur: de hoc ergo standum est Pontificum & Ecclesiae legibus.

Rursus occupatio bonorum accessorium est ad sen- tentiam damnationis haereticorum, quod est princi- pale, ut scribit Geminianus in c. cum secundum leges. de haeret. lib. 6. accessorium autem iuxta naturam prin- cipalis indicatur, c. accessorium. de regul. iuris lib. 6. cum itaque hoc crimen sit mere ecclesiasticum, c. ut inquisitionis. §. prohibemus. de haeret. lib. 6. ubi prohibetur iudicibus secularibus, ne de eo quoquo modo cognoscant, inde fit, ut nec de bonis haereticorum cognoscere debeant, aut illa occupare possint, sed id totum ad iudicium Ecclesiae spectat, nec quicquam ampli- us de illis disponere poterit, quam per Ecclesiam eis fuerit concessum.

Ad haec ex serie Pontificiarum constitutionum, quas supra retulimus, satis constat Romanos Ponti- fices de bonis haereticorum semper libere disposuisse, quod vti que non fecissent, nisi talem haberent pote- statem.

Papa laicos quoslibet & pifices pec- cates punire potest, & di- gnitatus priuare.

Propterea Romanus Pontifex ratione latissima suae iurisdictionis et potestatis, non solum potest coer- cere quoslibet laicos inferioris ordinis peccantes, sed etiam Principes, quos potest dignitatibus suis pri- uare, cap. ad abolendam. §. Statuimus. extra de haeret. tradit glossa & doctores in dicto c. Vergentis. de haeret. inde videmus ac scimus Papam priuare Reges suis regnis cap. alius. 1. §. q. 6. & docet copiose Turrescremata in summa de Ecclesia lib. 2. c. 114. poterit ergo eorum bona confiscare, et cui volue- rit applicare.

Applicatio bonorum con- fiscatorum sic debet Ec- clesiae cui fa- cta fuit iniu- ris.

Quod vero haec applicatio bonorum confiscato- rum Ecclesiae fieri debeat, & potissimum ei tribuna- li & officio, quod in haereticos animaduertit, ratio- ni est valde consentaneum. cum enim haeretici Eccle- siam offendant, & eam insigni afficiant iniuria, eidē laesa principaliter satisfaciendum est, ut notat Fely- nus in c. Vergentis. extra de haeret. pro quo facit il- lud Iacobi Butrigarij pronuntiatum in l. quicumque. C. de haeret. dicens, quod vbi quicumque delictum est ec- clesiasticum, & bona sunt publicanda, ea debent ap- plicari Ecclesiae.

Rursus non obstat dicere, quod si haec bonorum applicatio deberet fieri Ecclesiae, sine sancto officio Inquisitionis, facile posset contingere, quod ubi esset multitudo haereticorum, illis damnatis paulatim om- nia bona deuenirent ad sanctum officium, & ita do- mini temporales grauius laderentur, quoniam re- spondeo immo hinc oriri debere effectum contrarium, nam facile hoc non timebunt domini temporales,

A si studuerint ac operam dederint ne haeretici in suis terris libere agant, quos si extirpauerint, longe erunt ab hoc timore; sin autem secure agere permi- serint, indigni sunt, ut bona eorum confiscata ad eos deuoluantur.

Postremo illud adiungam, quod a me aliquando questum scio, an domini saeculares possint condere statuta, quibus caueant, qualiter diuidenda vel ap- plicanda sint bona haereticorum confiscata. & breui- ter respondeo talia statuta facta absq; Romani Pon- tificis concessione inualida esse, & penitus viribus carere, tamquam disponentia de re non spectate ad do- minos temporales, sed potius ad Ecclesiam, ut constat ex superioribus. Quare si disponenter verbi gratia, ne Inquisitores bona confiscata, aut aliquam eorum partem habeat, aut ut nullo pacto de ijs sese intromit- tant, praeterquam quod ita disponentes inualide con- stituant, velut impeditores sancti officij puniri pos- sent, argumento textus in c. statutum el. 1. cum ibi no- tatis per glossam & Doctores de haeret. lib. 6. Quod si constituerent, ut vel omnia officio Inquisitionis tribuerentur, vel aliter seruatis Papalibus constituto- nibus expenderentur, tunc alia statuta quia san- cto officio fauerent, aut conformia forent iuri Ponti- ficio, recipi possent.

An valeat sta- tutum domi- ni tempora- lis dispen- tis de bonis hereticorum confiscatis.

Caueant tamen Inquisitores, ne dum partes suas in hac causa tueri cupiunt, odium dominorum tempo- raliū in se concitent, absq; quorū beneuolentia, & fauore vix quandoq; munus suum exercere possunt: quare cum de his magna fuerit controuersia, recte fa- cient si supremum inquisitionis praetorium consulue- rint; rectius vero facturos exillimo principes & do- minos saeculares, si Inquisitorum partes fouerint, eis que detulerint: nisi enim causa fidei in tuto sit, & he- reses extirpentur, regna & dominia nequeunt diu- tius in pace consistere, nec conseruari, ut copiose de- monstrauit lib. 2. de causis vnde haereses oriuntur, & de remedijs quibus extirpantur.

Ex omnibus ergo supradictis apparet, quid de bonis confiscatis haereticorum laicorum censendum, ac disponendum videatur. Ceterum, quia cum de lucro captando agatur, scio futuros esse multos, qui- bus nostra haec placita displicebunt, praesertim cum homines facilius sequantur eorum doctorum opinio- nes & sententias, quae suis votis & desiderijs fa- uent, quamuis sint contra veritatem, aut contra utilitatem, honorem, & incrementum sacrosancti officij Inquisitionis, propterea cuperem omnino, ut sanctissimus dominus Papa, lege lata, sanciret ac constitueret, quid omnino seruandum foret circa confiscatorum bonorum propter haeresim applica- tionem aut diuisionem, singulatim declarando om- nem casum, qui incidere posset, et exprimendo, one- ra dominorum temporalium, si aliquam partem de bonis confiscatis habere vellent, ut ita tandem om- nes controuersiae componerentur, lites cessarent, & iurisperitorum responsa tacerent, quorum fortassis nonnulli humano affectu ducti, illis fauent a quibus temporale aliquod commodum vel acceperunt, vel accipere sperant.

Bona dam- natorum de haeretico per- tineant ad E- piscopos in locis ubi nō sunt Aposto- lici Inquisi- tores.

Postremo ex praedictis videtur inferendum, in eis locis, in quibus non sunt adhuc Apostolici In- quisitores constituti, bona damnatorum de haeresi applicanda

applicanda esse fisco Episcopi diocesani, qui causam fidei tractans hereticos punit, non oblatore quod Episcopus debeat suis stipendijs & impensis in hereticos animaduertere, per extrauagan. Ex eo. tit. de heret. inter communes. Episcopus enim seu Prelatus diocesanus fisco habere dicitur, vt notat glossa in c. quia diuersitatem extra de concessione preben. vbi id notat Antonius de Butrio nu. vlt. circa finem: & Ioannes de Imola num. 12. vers. & nota bene ex glossa. & alij quos refert Couarruias lib. 2. variar. resolut. c. 9. nu. 21. vers. septimum, aduertendum est. Ceterum hec bona in vsus pios per Episcopum conuertenda essent nisi dicas ad fisco Romanæ Ecclesie pertinere, vt alibi indicauimus.

Q V A E S T I O C X I.

An bona hereticorum impenitentium vel relapsorum confiscanda sint ab Episcopo & ab Inquiretore, &c.

Entesima decima quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquiretor bona laicorum hereticorum impenitentium, seu relapsorum, relictorum brachio seculari, debeant eorum dominis condemnare, vel ipso facto, quo vt tales relinquuntur, sint de iure eorum dominis confiscata?

Respondemus, quod confiscatio bonorum hereticorum laicorum, vt dictum est supra quaestio. proxi. & patet c. Vergentis, extra de heret. no est fienda per iudices ecclesiasticos, sed per Potestates & Principes temporales, licet possint cogi per ecclesiasticos iudices per censuram ecclesiasticam, vt ea exequantur: quae quidem fienda est per eosdem, cum aliqui heretici iudicantur vt relapsi, & traduntur curiae seculari, vt patet in c. Vergentis, extra de heret. & c. Super quibusdam, de verb. signif. Et quia haec quaestio indirecte pertinet ad Inquiretores, sed directe ad dominos temporales, ideo dimittatur.

COMMENT. CLIX.

In hac quaestione Eymericus in sua opinione persistit, videlicet bona hereticorum laicorum confiscanda esse per potestates & principes seculares, & eisdem etiam applicanda; de quo articulo quid mihi sentiendum videatur, abunde explicui super proxima praecedenti quaestione.

Illud hoc loco admonebo, quod recte Eymericus obseruat, ex c. Vergentis, extra de heret. nempe principes seculares cogi posse per censuram ecclesiasticam, vt bonorum confiscationem exequantur. Equidem raro huic censura locum esse putarem, si bona confiscata essent applicanda dominis temporalibus; cum sponse cupiditate habendi ad illa apprehendenda eos excitandos credam. Verum si cum officio Inquiretionis sunt applicanda, forte contingat heredes, aut amicos, aut consanguineos eorum, quorum bona fuerunt confiscata, ea bona nolle restituere, cogendi sunt ad ea exhibenda per censuram ecclesiasticam, & si

Hodie fecus est qer noua iura.

Qui detinet bona confiscata, ad ea exhibenda & ecclesiastica censura & vi compelli possunt.

opus fuerit, vt compelli debent, etiam si opus fuerit, inuocato auxilio seculari, argumento huius textus.

Q V A E S T I O C X I.

An propter haeresim maritorum dotes vxorum sint confiscandae.



Entesima vndecima quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquiretor propter haeresim maritorum, dotes vxorum catholicorum debeant confiscare?

Respondemus, vt dictum est supra quaest. proxima, qd non interest Episcoporum, nec Inquiretorum, dominis temporalibus bona hereticorum confiscare, sed ipso iure sunt confiscata.

An autem propter haeresim maritorum dotes vxorum catholicorum sint confiscandae, dicendum est, vt in c. Decreuit, de heret. lib. 6. vbi dicitur sic: Decreuit felicis recordationis Innocentius Papa quartus, quod propter haeresim maritorum vxorum catholicorum dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus, nisi forte mulieres ipsae cum viris matrimonia contraxissent, quos hereticos tunc sciebant.

COMMENT. CLX.

Otissima huius quaestiones conclusio est, Dotes vxorum ob haeresim maritorum non confiscari, nisi quando cum hereticis scienter contrahunt matrimonium.

De hac materia differunt Zanchinus tract. de haeret. c. 25. nu. 4. Locutus in opere iudiciali verbo, pena nu. 9. vers. septimo vxores Carverius tract. de haeret. nu. 141. vers. qui filij etiam. & nu. 169. vers. an autem liceat vxori. & seq. Palacius Rubius super lege Taurina 78. nu. 1. idem in tract. de regno Nauarreg par. 5. s. 5. vbi copiose explicat quando delictum mariti vxori noceat. Simancas de catho. instit. tit. 9. nu. 66. & sequen. Ioannes Rojas singulari 215. incipien. Vxor haeretica.

Ratio vero huius conclusionis est, quoniam mulier scienter contrahens cum viro heretico, errori eius consentire videtur, & haeretica putatur; vnde consequitur vt & dotem & dotes privilegia amittat, de quibus in l. 1. ff. soluto mat. & in l. assiduis. C. qui potio. in pig. habeantur. authent. item privilegium. C. de heret. Archidiaconus in cap. 1. 4. quaest. 1. Baldus in Rub. de priuil. dot. late Balbus tract. de dote par. 11. membro 3. differentia 2. Ioannes Rojas dicto singular. 215. glossa, Archidiaconus & Doctores communiter in c. decreuit. de heret. lib. 6. Repertorium Inquiretorum verbo, mulieres. s. vlt. idem copiosius verbo, dotes.

In hac tractatione sequentia sunt potissimum obseruanda. Primum, si vxor a principio nesciuit, virum cui nubebat, haeticum esse, etiam postea sciat, non admittit dotem: quoniam initium respicitur. ita glossa in dicto c. decreuit. de heret. lib. 6. verbo, tunc. quam communiter praesentati sequuntur: ignorare autem praesumitur nisi probetur scire. l. uerius. ff. de probatio.

Relat. supra pag. 109.

Cur vxor nupta heretico perdat dotem.

Nubens heretico ignorante non amittit dotem.

Sed

Sed mihi hoc amplius obseruandum videtur, si a principio ignoras contraxit, quamuis postea maritum haeticum fuisse intelligat, dotem no amittet, nisi & ipsa peccato eius deinceps consentiat: nam tunc dotem amittet, quoniam paria videtur a principio vel ex post facto delicto consentire: vbiq; enim peccatum adest, & eadem pena ratio, quare idem ius statuetur. l. illud. ff. ad legem Aquiliam.

Plus tamen dubitationis habet: An si vxor maritum haeticum nouit postquam eum eo contraxit, dotem amittat. si non reuelat iudicibus fidei; & qui tenent haeticos indistincte esse reuelandos, fortassis dicent in panam omiffae reuelationis privilegia recuperanda a dote amitti. sed verius est non amittere. Primum, quia ex omiffa reuelatione non contrahitur haeresis, sed haeresis suspicio: pena autem amittendae dotes non videtur infligi ob solam quamcunque haeresis suspensionem, sed ob haeresim formalem: & hoc est benignius; & ita accipio textum in dicto c. decreuit. de heret. lib. 6. puniatur ergo mitiori pena extra ordinem: interdum vero excusari poterit ob causas, quas retuli supra parte 2. super q. 53. s. at non videtur.

Huc spectant quae tradit Matthaeus de Afflictis in constit. regni Siciliae lib. 2. Rubrica 8. de vxoribus fori iudic. quae sequitur Gigas tract. de crimine lese maiest. lib. 3. tit. de penis, quas incurrunt filij. q. 19. nu. 2. quod si no denuntiat maritum suum rebellē Regi, excusatur propter arctissimam coniunctionem, quae est inter virum & vxorem.

Num autem si vxor catholica receperit maritum haeticum incidat in penas receptorum, quaestio est: & Albericus tract. de statutis par. 4. q. 7. non tenet pena receptorum asserit, & ita quandoque iudicatum commemorat. per textum in l. 1. C. de repud. ibi: non mutet vxoris affectionem: quia potius id amo re viri et affectu maritali, quam affectu criminis facere videtur. & hac sententia sequitur Gigas tract. de crimine lese maiestatis lib. 3. tit. de penis, quas filij incurrunt. q. 20. nu. 2. neque ab hac sententia potio recedendum, vt dixi supra parte 2. super q. 56. s. seu aliis fauorem. cum sequen.

Sed in viam reuertor, cum vxor dotem non amittat ob haeresim mariti, quod iustum est & rationi consonum, quia delicta suos debet tenere auctores. l. sanctimus. C. de penis. Si bona mariti a fisco sint occupata, mulier dotem suam ab eo repetere poterit. l. 1. cum ibi notatis. C. de repud. tradit Baptista a sacro Blasio in tract. de priuil. dotalibus. in privilegio 146. sequitur Capiegus tract. de dote 3. par. q. 23. & Hieronymus Gigas tract. de crimine lese maiestatis lib. 3. tit. de penis, quas filij incurrunt. q. 18. nu. 6.

Cum vero dicimus, dotem esse catholice vxori a fisco restituendam, eam intelligimus, quam vere maritus haeticus ab vxore habuit, non illam quam in dotalibus instrumentis maritus se habuisse constituit. l. 1. C. de dote cau. no numerata. l. si quis post hac. C. de bonis proscript. glossa & Doctores communiter in l. assiduis. C. qui potio. in pig. habeantur.

Non ergo sufficit vxori ad repetendam dotem a fisco, producere dotale instrumentum, nisi amplius per testes, vel fidem tabellionis, vel aliter numerationem dotis viro factam legitime probauerit, vt est

faciter docuit Gabriel Quemada in compendio quaestionum de bonis confiscatis. q. 4. quod apertissime probat textus in dicta l. si quis post hac. C. de bonis proscripto. ibi: Dos etiam, non que aliquoties inaniter dotalium instrumentorum tenore confcribitur, sed qua se corporaliter tradidisse docuerit, repraesentetur. hec ibi.

Ad hac restituenda sunt vxori bona parapherna, & alia eiusdem propria quocunque titulo quaestita: item ea, quae ab innocio adhuc viro titulo donationis ante nuptias accepit, aut alijs quibusdam modis, quos explicat textus in dicta l. si quis post hac. C. de bonis proscripto. in hec verba: Ea etiam que ab innocio adhuc marito ante nuptias titulo donationis accepit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante procriptionem peruenerint, apud eam firmiter permaneant. haftenus ibi. Huc spectat textus in l. si ego. s. dotis. ff. de iure dot. & in l. 2. C. ne vxor pro marito.

His verbis comprehendas arrhas, & alia munuscula, quae ab sponso data sunt sponsae osculis interuenientibus, cum primu copularentur: hec enim non confiscantur, quia pudicitiae premio cedunt: hec ergo a fisco repetenda erunt.

Neque propter haeresim mariti perdit vxor, quae dono accepit a consanguineis eiusdem mariti, nisi nominatim ab eo, qui donauit vxori, dictum sit vt marito acquiratur, vt optime scripsit Palacius Rubius in rub. de donatio. inter virum & vxor. s. 45. quem sequitur Simancas de catho. instit. tit. 9. nu. 76. quod & mihi magnopere probatur: quia hoc casu contemplatione vxoris, non intuitu viri facta videtur huiusmodi donationes. quod tunc maxime verum erit, cum res dono datae eius sunt natura, vt potius vxori, quam viro competant.

Illa mihi postrema difficultas hic est diluenda, An id quod matrimonio constante acquisitum est, a beat fisco adiudicari, cum maritus committit crimē haeresis; an vero & sua lucri pars vna cum dote vxori sit restituenda: & omiffis multis, verior sententia & mitior est (a qua non recederem si iudex in tali lite futurus essem) suam partem lucri cum dote vxori restituendam esse. Primum hoc benignitas suadet & equitas. deinde no est rationi consonu, vt bona lucrata ex parte vxoris non committentis delictum fisco cedant. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Postremo hoc communi voto recipiunt viri infignes. Palacius Rubius in rub. de donatio. inter virum & vxor. Gabriel Quemada in compendio quaestionum de bonis & confiscatis. q. 6. quos sequitur Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 71. cetera huc spectantia ab alijs sint petenda: nobis magis necessaria & frequentiora retulisse sit satis.

Q V A E S T I O C X I I.

De confiscatione bonorum clericorum haeticorum.



Entesima duodecima quaestio est: Vtrum bona hereticorum clericorum impenitentium, vel relapsorum, sint ipso facto, cum tales relinquuntur

Qualia bona cu dote vxor recuperet iure dānato.

Quae accepit vxor a consanguineis mariti haetici no perdit ob illi haeresim

Acquisitum constante matrimonio, a fisco adiudicatur, vel qd vxori datur.

Tt 4

quantur brachio saeculari, Ecclesijs vnde illa habuerunt, seu Episcopo confiscata.

Respondemus, quod bona laicorum confiscantur dominis temporalibus, & si sunt domini temporales prelati, eis applicatur: si saeculares, saecularibus dominis confiscantur, non per Ecclesiam, sed per curiam saecularem, vt in c. Vergentis, de heret.

Bona vero clericorum applicantur Ecclesijs, a quibus stipendia habuerunt, vt patet in c. Excommunicamus itaque, in prin. vbi dicitur sic: Dana-ti vero praesentibus saecularibus potestatibus, aut eorum balliuis relinquatur animaduersione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis: ita quod bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscantur: si vero clerici, applicentur ecclesijs, a quibus stipendia receperunt.

Relat. supra pag 101.

Supra pag. 113.

Est tamen considerandum, quod de huiusmodi materia habetur in c. Nolentes, de haeret. in Clem. vbi dicitur de Inquisitoribus sic: Nec scienter attentent, ecclesiarum bona ob clericorum delictum, praedicti occasione officij fisco etiam Ecclesiae applicentur. Quod si fecerit in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententia eos subiacere decernimus ipso facto.

COMMENT. CLXI.

X tota serie huius quaestionis non obscure colliguntur tria axiomata.

Summa totius quaestionis.

Primum est: Bona laicorum haereticorum applicantur dominis temporalibus, siue tales domini sint saeculares, siue sint prelati, quos contingat habere inuisiditatem temporalem.

Alterum est: Bona haereticorum clericorum applicantur ecclesijs, a quibus habuerunt stipendia.

Postremum est: Bona Ecclesiarum, quae a clericis haereticis possidentur, ob delicta clericorum non esse applicanda citam fisco Ecclesiae.

De prima assertionem nihil nunc est a nobis dicendum, cum in praecedentibus satis abunde docuerimus, Emericum vetera iura secutum ubique sentire, bona laicorum haereticorum et confiscari per principes laicos & occupari, cum tamen hodie res aliter habeat.

Alterum ergo axioma nunc est in primis declarandum, in quo Emericus apertissime sentire videtur, bona clericorum haereticorum, quae ex Ecclesia vel respectu eius acquisiuit, confiscari non posse, nec a quoquam in dice occupari: sed illi Ecclesiae, cuius contemplatione ea habuit, esse applicanda.

Bona clericorum haereticorum cui applicanda.

Hec vero Emerici sententia apertio iure nititur, in cap. Excommunicamus 1. §. 1. de haeret. quo textu videtur hic auctor, tenet glossa ibidem verbo, stipendia. Collectarius & alij. Ancharanus in cap. cum secundum leges, de haeret. lib. 6. & Conradus Brunus lib. 5. de haereticis cap. 6. Felynus in c. Vergentis, de haeret. Cardinalis in clem. 2. de haeret. q. 6. vers. Inquisitoribus. Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio. §. bona clericorum. Bernardus Diaz in pract. crim. can. cap. 106. & alij quos prudens omittit.

Tria bonorum genera possidentur a clericis.

Quod autem plenius & apertius haec percipiatur, obseruandum hoc mihi in primis videtur, a clericis tria potissimum genera bonorum posse possideri. Quaedam, quae sunt ipsius Ecclesiae, vt possessiones, do-

mus, praedia, & similia, super quibus saepe clerici habent fundatos fructus & redditus, quos percipiunt, & de quibus aluntur. & in his nulla dubitatio est, quod confiscari nequeant propter ipsorum delicta, sed Ecclesijs ipsis quarum erant, penitus relinquuntur: ac de his bonis videtur loqui textus in clement. nolentes, de haeret. quo videtur in hac quaestione Emericus in tertio axioma, quia delictum ministrorum non debet Ecclesiae praedudicari: neque acquiritur ei, vt eius bona minuantur propter eorum facinorosa, vt ait Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio. §. an bona. idem Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 88. & copiose Sotus lib. 10. de iust. & iure. q. 4. art. 3.

Bona Ecclesiae si ab haereticis non confiscantur.

Alia sunt bona, quae ipsi clerici possident & percipiunt ex bonis & beneficijs Ecclesiae, vt sunt fructus & redditus ecclesiasticorum beneficiorum: & in his consistit tota difficultas, an propter haereticum ipsorum confiscari queant, quia tamen in hac re obscurissime loquuntur nostri, rursum distinguere oportet, an clerici possideant beneficia cura animarum habentia, quales sunt Episcopi, & alij rectores inferiores; an vero simpliciter sint beneficiati.

Bona clericorum ex fructibus beneficiorum, an possint confiscari.

Si curam animarum habeant, cum non omnes fructus perceptos faciant suos, consequitur vt confiscari nequeant, sed vel ad Ecclesiam illam, a qua eos perciperunt, vel ad cameram Apostolicam spectabunt. nam cum huiusmodi fructus ratione administrationis, & cure animarum sint in usus pauperum & in cultum diuinum, & in necessitates ministrorum eius Ecclesiae cui seruiunt expendendi, nullum super his dominium habent, vt tradit beatus Thomas 2. 2. q. 185. art. 7. & late Sotus lib. 10. de iustitia & iure. q. 4. art. 3. quos sequitur Couarruias in c. cum in officijs, de testa.

Dixi, cum non omnes fructus perceptos faciant suos: quoniam in illa fructuum portione, quae per canones Episcopos, & alios animarum rectoribus est deputata ad suam & suorum sustentationem, c. de redditibus. 1. 2. q. 2. cum verum dominium videantur habere, vt videntur indicare Thomas & Sotus proxime citatis locis, videtur fieri posse confiscatio, vt latius ex sequentibus apparebit; quoniam de hac portione idem videtur iudicandum, quod de fructibus perceptis a simpliciter beneficiatis mox dicemus.

Quod si clerici, qui fructus & redditus ecclesiasticorum beneficiorum percipiunt, simpliciter beneficiati sint: tunc si verum dominium eorum nanciscantur, vt vult Ioannes Maior lib. 4. senten. dist. 24. q. 20. & Gabriel dist. 1. §. q. 8. & Syluester in sum. verbo, clericus 4. & Cornuus consil. 314. lib. 3. & Couarruias in dicto c. cum in officijs, de testa. Ludouicus Bologninus in additione ad consilium Ioannis de Anania 87. incipien. Circa dubium, & Sotus lib. 10. de iust. & iure. quest. 4. art. 3. & alij, sane si quid ex his acquirant clerici, & labantur in haereticum, poterunt non ecclesijs a quibus stipendia habuerunt, sed sacro inquisitionis officio per Inquisitores confiscari, & applicari. ita Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 90. vbi adducit in hanc sententiam multos ex auctoribus praecitatis.

Bona clericorum haereticorum ex fructibus beneficiorum suscepta posse confiscari qui dicant.

Idem

Idem iudicium est in bonis acquisitis ex quotidianis distributionibus ecclesiastici beneficii, si earum verum dominium acquisitum conferri debet habenti beneficium, & eas percipienti: quod videtur posse colligi non obscure ex textu in c. vnico, de cleri. non residen. lib. 6. vbi Dominicus, sequitur Barbatia in c. fi. de peculio cleri. Decius cōsi. 280. Parisius consil. 33. incipien. in Ecclesia. volu. 4. Sotus lib. 10. de iust. & iure q. 4. art. 3. concl. 3. Couarruias in dicto c. cum in officijs, de testamen. nu. 4. constat enim has distributiones a canonibus Ecclesiae ministris concedi ob illud ministerium, quod altari, aut diuino cultui impendunt.

Clerici si de bonis acquisitis ex fructibus beneficiorum testantur, an idcirco confiscari possint.

Quemadmodum ergo in his bonis clericorum acquisitis ex redditibus, fructibus, & quotidianis distributionibus, si verum eorum dominium habent, succederent illi, quos ipsi haeredes sibi legitime institissent, aut in eisdem intestati decedentes de recepta prouinciae consuetudine successores haberent, parentes, fratres, ceterosque cognatos, (talem enim consuetudinem valere multi viri doctissimi testantur, quos refert Couarruias in dicto cap. cum in officijs, de testamen. nume. 9.) eodem modo si committant crimen haereticum, videtur illis posse succedere officium Inquisitionis, cui Inquisitores huiusmodi bona confiscabunt.

Verum, quoniam nondum mihi constat, an plene sit derogatum ubique dispositioni textus in dicto cap. excommunicamus 1. §. 1. quo videtur in hac quaestione auctor, quo cauetur vt bona clericorum damnatorum de haereticis applicentur Ecclesijs, a quibus stipendia habuerunt; ideo non auderem facile in contrarium profert sententiam: sed crederem in hoc standum esse prouinciarum consuetudini, aut in nostro casu consuetudinem supremum Senatuum sanctae & vniuersalis Inquisitionis Romae.

An clericis redeuntibus, pecuniariae praesentiae imponi possunt.

Ex praedictis tamen hoc consequi videtur, vt clericis redeuntibus, quamuis non habeant patrimonium, dummodo habeant fructus beneficiorum, possint imponi penitentiae pecuniariae, si in fructibus beneficiorum habeant dominium, quamuis Repertorium Inquisitorum verbo, clericus. §. an clericis, contrarium velit. & dixi plenius supra in hac 3. parte super q. 103. §. de clericis.

Bona clericorum haereticorum propria confiscari possunt.

Postremo, quaedam sunt clericorum bona, quae non habuerunt ab Ecclesia praedictis modis, sed a parentibus, amicis, consanguineis, vel etiam ex propria industria comparauerunt, vt ex aliquo honesto exercitio, seu officio, vt verbi gratia, ingenuas artes proficundo: & in his minor est dubitatio; constat enim ob haereticum eorum confiscari posse. Oldradus consil. 17. incipiente: Thema tale est. Paulus Castrensis consil. 154. Guilielmus Benedictus in repetitio. cap. Raynuius, de testam. verbo, & uxorem, num. 240. Couarruias lib. 2. varia. resolutio. cap. 9. nu. 12. Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio §. bona clericorum. & alij quos refert & sequitur Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 92. nemo enim dubitat, eos in his verum dominium habere, sunt namque eorum propria bona, vt ait B. Thomas 2. 2. q. 185. artic. 7.

Bona feudalia clericorum haereticorum non confiscantur.

Quod si clericus bona feudalia habeat, ea non confiscantur, sed ad directos dominos reuertuntur, si-

auti alibi plenius scriptimus. & tradunt Hostiensis in cap. excommunicamus, de haeret. §. moueantur. & Speculator titu. de feudis. versic. quadragesimo queritur. num. 62. disputat late Albericus in libro de statutis 2. parte quasi. 17. & Hieronymus Gigas tracta. de crimine lese maiestatis lib. 2. titu. de penis committentium crimen lese maiestatis, quest. 5. vbi aduersas de hac quaestione opiniones eleganter conciliat.

Mihi quandoque non displicebat sententia eorum qui dicunt, quod quamuis bona feudalia non transeant in fiscum per generalem bonorum confiscationem, sed quod reuertantur, vel ad dominos proprios bonorum feudalem, vel transferantur in eos, qui iure feudi succedunt forent; tamen viuente ipso damnato, qui feudum tenebat, fiscus succedet in feudum quoad vfum fructum; eo vero mortuo in feudo succedent qui iure succedere possunt. And. de Isernia in cap. 1. §. praeterea, titu. que sit prima causa beneficii amittendi. & s. denique, eodem titu. quem refert & sequitur Gigas tracta. de crimine lese maiestatis lib. 2. titu. de penis comm. crim. lese maiestatis q. 5. nume. 4. & 7. & hoc intelligo in feudis possessis tam a laicis, quam a clericis damnatis de haereticis. Sed in contrarium facit, quia cum hoc casu feudum aperiri dicatur, pleno iure videtur ad priorem seu directum dominum pertinere.

An fiscus succedat in feudum damnati quoad vfum fructum, damnato viuente.

Id ipsum quod de bonis feudilibus proxime dixi, locum habere existimo in bonis restitutioni subiectis: ea enim non publicantur ob haereticum possidentium, sed ei restituenda sunt, cui post aliquod tempus relinquenda, seu restituenda erant. Gabriel Quemada in compendio quaestionum de bonis confiscatis quest. 17. & Simancas de catho. institutio. titu. 9. num. 93.

Idem locum habet in bonis restitutioni subiectis & vincularis.

Num autem viuente damnato in his etiam bonis fiscus habeat vfum fructum, disputat praecitato loco Quemada: & Alexander consil. 23. incipiente: Opportune consideratis, vbi concludit statim substitutum admitti, non expectata morte naturali eius qui damnatus fuit de haereticis. vide l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. vbi Doctores hoc communiter adnotare solent. sed de his omnibus plenissime differunt Ludouicus Molina iureconsultus Hispanus libro 4. cap. 11. de Hispanorum primogenijs.

De bonis emphyteoticarijs quid sit sentiendum tradit Bernardus Diaz in pract. crim. cano. cap. 106. & copiose Hieronymus Gigas tracta. de crimine lese maiestatis libro 2. titu. de penis committentium crimen lese maiestatis, quest. 6. copiose Oldradus consil. 17. incipiente: Thema tale est, Zabarella in Clement. 2. de haeret. §. Inquisitoribus, quest. 7. Ancharanus in cap. cum secundum leges, de haeret. libro 6. Ioannes Andreas in additio. ad Speculat. titu. de feudis. Alexander in l. si finita. ff. de danno infecto. & alij multis locis, quibus addo Gabrielem a Quemada in compendio quaestionum in materia fiscali, q. 11. & 12.

De bonis emphyteoticarijs quid sentiendum.

De iure patronatus ecclesiastico similiter quaestum est, an bonis haereticis publicatis ad fiscum pertineat, de quo articulo vide Ioannem de Imola in Clement. pastoralis, de sentent. & re iudic. Zabarella in Cle-

in Clemen. 2. de iure patronat. §. 1. q. 8. Archidiaconum in cap. filijs. 16. que 7. 7. & alios multis locis, quibus adde Simancam de catho. institut. titu. 9. num. 95. & sequen. & Lambertinum tracta. de iure patronatus lib. 3. quaest. 8. principali, ubi per multos articulos rem hanc profequitur.

DE POENIS HAERETICORUM, credentium, receptorum, fautorum, & defensorum.

QVAESTIO CXIII.

De priuatione dignitatum, honorum, beneficiorum ecclesiasticorum, & publicorum officiorum, que propter heresim infligitur.



Entesima tertiadecima questio est: Vtrum Inquisitor cum Episcopo, vel eius Vicario possit priuare, seu priuatos nutiare hereticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ac illorum filios & nepotes, dignitatibus, personatibus, & omnibus honoribus & beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis quibuscunque?

Relat. supra pag. 108.

Dignitatibus & officijs publicis &c. priuati sunt heretici.

Respondemus quod sic, iuxta cap. Vt commissi. §. priuandi. de heret. lib. 6. ubi sic dicitur: Priuandi praeterea, vel priuatos nuntiandi dignitatibus, ac alijs beneficijs ecclesiasticis de decretalibus, ac alijs beneficijs vicariorum suorum consilio & officijs publicis, ac honoribus quibuscunque, eosdem hereticos, credentes, receptatores, & defensores ipsorum, eorumque filios & nepotes plenam concedimus facultatem. Sunt autem dicecesani in priuando tales, vel nuntiando priuatos beneficijs & huiusmodi requiruntur: nisi forte constaret legitime, quod iudex scilicet huiusmodi personis, eadem beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius a suo iudice puniendos.

Supra pag. 129.

Eadem verba habentur in litteris Apostolicis, Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Prae cunctis. §. Priuandi praeterea. Considerandum vero, quod haec intelliguntur de praedictis, si impenitentes extiterint, non autem si penitentes, ut patet cap. Statutum felicis. de heret. lib. 6. & patebit statim. quaest. 15.

COMMENT. CLXII.

Aboluta vna poena, que ob crimen heresis infligitur, videlicet confiscatio bonorum; nunc alteram aggredditur, que est priuatio dignitatum, officiorum publicorum, & ecclesiasticorum beneficiorum, quam incurrunt non modo heretici, sed etiam filij eorum.

Ex hac autem questione tres potissimum colliguntur assertiones.

Prima est: Inquisitor cum Episcopo, vel eius Vicario priuare debet, seu priuatos denunciare beneficijs ecclesiasticis & dignitatibus hereticos & eorum fautores, defensores, receptatores & eorum filios, item beneficijs publicis.

Alterata est: Tunc vero ad hanc poenam infligendam, seu potius declarandam non vocantur Episcopi, quando ipsi malo animo talibus beneficia ecclesiastica contulerunt; nam Episcopi ob id delictum puniendi sunt a suis iudicibus.

Tertia & vltima assertio est: Hac poena priuationis non habet locum in penitentibus & conuersis.

Circa primam assertionem notandum est id quod breuiter docuimus supra in hac 3. parte commentario §. num. 3. 4. §. idcirco nos. videlicet, quod cum heretici, fautores, & ceteri huiusmodi priuandi sunt beneficijs ecclesiasticis, consilium Episcopi requirere debet Inquisitor, quamuis non teneatur expectare consensum, ut videtur posse deduci ex textu in cap. vt commissi. de heret. libro 6. at focus est cum priuandi sunt officijs secularibus; quia tunc solus Inquisitor id facere potest. ita glossa in dicto cap. vt commissi. de heret. lib. 6. in verbo, honoribus. rationem diuersitatis pubere ostendit praedicta glossa in dicto c. vt commissi. verbo, honoribus, adde Lambertinum de iure patronatus lib. 2. par. prima. art. 6. nona questio principalis.

Quamquam autem hac summo iure vera sint, possintque absque vilo vel iuris vel Episcopi prauidicio exerceri ab Inquisitoribus; tutius tamen est & decentius, ut etiam in priuatione secularium officiorum & dignitatum Episcopi consensus adhibeatur, iuxta ea que tradidimus supra in hac 3. parte super q. 48. & series contextus in dicto c. vt commissi. suis indicare videtur in priuatione vtrorumque Episcopi consensus esse adhibendum: & hac sententia securior est, quam etiam non obscure sequi videtur hoc loco Emericus, ut constat ex initio questionis, & ex modo quo eam proponit.

Et quamuis verum sit ex dispositione cap. vt commissi. de heret. lib. 6. solum Inquisitor posse priuare hereticos officijs publicis sine secularibus, at hodie per clemen. 1. de heret. §. propter quod. dicendum videtur id per se solum non posse facere, & huius sententia esse videntur Ioannes And. Geminianus & Franciscus in praedict. cap. vt commissi. dum aiunt de hac re hodie dicendum esse iuxta notata in Clement. 1. de heret. quasi velint nunc non posse solum Inquisitor priuare officijs secularibus per illa verba dictae Clement. Aut ad sententiam procedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo dicecesano, &c. non valebit quod ipsum annotat Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitorum verbo, Inquisitor. §. 19.

Illam vero est huius loci non postponenda difficultas, An heretici, & credentes, fautores, defensores, & receptatores sint suis beneficijs ipso iure priuati, an potius debeant priuari per sententiam. in hac controuersia tota obscuritas consistit in illis verbis textus in dicto c. vt commissi. videlicet. Priuandi praeterea, vel priuatos nuntiandi.

Ac pri.

Questioni summa.

Cum Inquisitor priuare debet beneficijs ecclesiasticis, Episcopi consilium requiritur.

Idem facit cum priuare debet beneficijs secularibus.

Heretici an ipso iure sine beneficijs priuati.

Ac primum quidem ipso iure priuati videntur heretici, & credentes, suis beneficijs (nam de alijs mox dicemus) c. quo iure. distinct. 8. ubi id adnotant glossa, Geminianus, & Praepositus, & Ioannes Andreas & alij in dicto cap. vt commissi. de heret. lib. 6. ubi praedicta verba, priuandi vel priuatos denunciandi, expositiue accipienda admonet, id est, priuatos denunciandi. adduntque in sententijs hac etiam ratione loquendi vti oportere Inquisitores. eandem opinionem profitentur Abbas in cap. inter dilectos. & Felynus in cap. 2. de rescript. & alij quos refert Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 106. Ad hac sicuti ipso iure sunt infames, excommunicati, &c. perinde ipso quoque iure videri possunt suis beneficijs priuati.

Alfonso Castri opinio.

Sed Alfonso Castri lib. 2. cap. 9. de iusta heret. punitio. putat hereticos ipso iure non incurrere priuationem officij aut beneficij suscepti, sed solum postquam ad illam priuationem fuerint a iudice condemnati. Alfonso sequitur etiam Simancas de catho. institut. titu. 46. num. 72. addens in hanc sententiam rationes multas. Primum, quia semper sententia saltem declaratori necessaria est: tum quia frustra requiritur. si essent Episcopi ad beneficiorum priuationem, si clerici ipso iure priuati forent, & sententia iudicis necessaria non esset.

Heretici ipso iure sunt priuati suis beneficijs.

Mibi tamen paulo diligentius rem contemplant, veterem sententiam vtriusque videtur, videlicet, hereticos ipso iure priuatos esse beneficijs ecclesiasticis a die commissi criminis, & illam dictionem, vel, postquam in dicto c. vt commissi. de heret. lib. 6. ibi. priuandi, vel priuatos denunciandi, expositiue omnino accipiendam esse, pro, id est, ut optime voluit ibidem Ioannes And. & alij, quos paulo antea citauimus.

Quod si nolis expositiue accipere, sed ita, ut dicto, priuandi, referatur ad hereticorum fautores, receptatores, & defensores: dictio vero, priuatos denunciandi, ad ipsos hereticos, ut exponit Couarruias lib. 2. varia. resolut. cap. 8. nu. 4. adhuc aperissime consequitur, hereticos ipso iure suis beneficijs esse priuatos.

Pij V. Pont. Max. conuictio de beneficijs haereticorum vacantibus.

Postremo, quidquid sit de iure veteri, iure tamen nouo nullo pacto negare possumus, quin heretici sint ipso iure a die commissi criminis suis beneficijs priuati: nam Pius V. Pont. Max. rescripto quodam incipiente: Cum ex Apostolatus. quod est impressum inter litteras Apostolicas in fine huius operis, vniuersa beneficia, cuiuscumque generis fuerint, & vbiunque vacantia, propter heresis crimen a quocumque commissum, ordinationi & dispensationi sedis Apostolicae reseruauit: Nam dum ait, vacantia beneficia ob heresis crimen sedis Apostolica ordinationi reseruari, apertissime supponit, ipso iure ob crimen heresis commissum vacare, & ob id hereticos ipso etiam iure illis priuari.

Huc quoque accedit id decretum, cuius meminit Locatus in fine operis iudicialis impres. Roma anno MDLXX. pag. 475. quo cautum assertit, quod cum hereticorum beneficia vacant a die commissi criminis, si ea resignentur, nullum ius acquiritur resignarijs; quia videlicet, heretici omne suum ius amiserunt: ideoque sunt sedis Apostolicae ordinationi reseruata.

Itaque cum in sententijs, illi qui reuertuntur ab haeresi, declarantur heretici fuisse, & incidisse in omnes poenas a iure in hereticos statutas, ut communis nunc obseruat sacri tribunalis vsus, ut videri etiam potest apud Locatum in fine operis iudicialis impres. Roma anno MDLXX. pag. 499. & alibi docuimus; efficitur plane, hereticos saltem iure nouo ob praedictam dispositionem a die commissi criminis suis beneficijs esse priuatos. neque ab hac sententia putarem vilo pacto fore recedendum, quam oportuit recentiores animaduertisse.

Non obstant rationes in contrarium allatae: nam primum heretici non priuantur per sententiam Episcopi aut Inquisitoris suis beneficijs, sed solum priuati declarantur. Praeterea, ideo consensus Episcopi requiritur: quoniam declarare aliquem hereticum fuisse, & in poenas a iure statutas incidisse, magnum quiddam est, & ob id oportet Episcopi requirere consensus, ut alibi plene diximus.

Hereticos fautores, &c. non sunt beneficijs priuati, sed priuandi.

De hereticorum vero receptatoribus, defensoribus, & fautoribus minor est difficultas: constat enim eos non esse ipso iure priuatos beneficijs obentis, sed per sententiam fore priuandos. cap. Excommunicamus 1. §. credentes. de heret. ibi: Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. tradit Couarruias lib. 2. varia. resolutio. cap. 8. nu. 4. & alij quos in re aperta omitto.

C.

Secunda vero assertio magnam habet aequitatem, ut Episcopus conferens scienter hereticis, aut hereticorum fautoribus & similibus beneficium; privilegium suum, de quo hic agitur, iuste amittat: quia (ut optime scripsit ibi glossa) vnde venit poena, non datur praemium.

Poena Episcopi conferentis hereticis beneficijs.

Episcopus praeterea scienter conferens hereticis ecclesiastica beneficia, sicut fautor hereticorum puniri debet, ut docent Archidiacons, Ioannes Andreas, Geminianus & alij in dicto cap. vt commissi. de heret. lib. 6. quos sequitur Casar Lambertinus lib. 2. de iure patronatus, parte 1. art. 6. nona questionis principalis.

Ad haec, collatio beneficij facta heretico, fautori & similibus, ipso iure est nulla. ita Lambertinus praecitato loco, ubi adducit alios in hanc sententiam. vnde consequitur, ut omnes fructus inde percepti restitui debeant tamquam iniuste & iniuste accepti: nullum enim habet ius legitimum ad fructus percipiendos. Alfonso Castri libro 2. de iusta heret. punit. cap. 9.

Collatio beneficij facta heretico est nulla.

Nec modo Episcopus conferens scienter hereticis beneficia, fautor est hereticorum, sed etiam illi, qui scienter presentant aliquem, quem sciunt esse hereticum, ut optime scripsit Lambertinus, loco proxime citato. de ceteris fautoribus dixi plene supra parte 2. super q. 53.

Presentans hereticum ad beneficium, fautor hereticorum est.

Quis autem sit legitimus iudex Episcopi conferentis hereticis ecclesiastica beneficia, questum est: & Archidiaconus in dicto cap. vt commissi. a Metropolitano in concilio existente puniendum arbitrat, id est, Ioannes And. & alij.

Quis punit hereticum conferentem hereticis beneficijs.

Sed Dominicus & Franciscus ita putant: si actus collationis scienter factus per Episcopum non facit eum haberi pro heretico, sed aliter delinqueret, tunc punietur per Metropolitanum. cap. vt litigantes. de offic.

offic. ord. quoddam si actus collationis scienter factus per Episcopum, facit eum haberi pro heretico, tunc quo ad cognitionem dicitur suus iudex Metropolitanus in synodo existens, sed quo ad punitionem erit Papa, secundum glossam in cap. Inquisitores. de heretic. lib. 6.

Nos vero quamquam non ignoremus posse quandoque contingere, ut Episcopus non habeatur pro heretico conferendo beneficia alicui heretico, cum possit contingere, ut conferat beneficia consanguineis vel amicis, non tamquam hereticis, sed tamquam consanguineis, vel amicis; quia tamen ex hoc actu vehementer contrahit heresis suspicionem, cum oporteat eos, hereticos extirpare, non fouere, aut beneficijs ditare, tutius esse credimus in hac causa, ut suus iudex legitimus sit Romanus Pontifex, iuxta cap. Inquisitores. de heretic. lib. 6. itaque in hoc casu vel Inquisitores, vel coepiscopi, vel Metropolitanus, rem summo Pontifici denuntiabunt, ut is quid factu opus sit, statuat, iuxta dispositionem dicti cap. Inquisitores. & hoc puto esse congruentius Episcopali dignitati, & negotio, de quo agitur.

Hodie contra Episcopos & alios quoslibet prelatos hereticos vel de heresi diffamatos, aut suspectos Reverendissimi domini Cardinales Inquisitores generales in uniuersa republica Christiana, procedere possunt per extrauagantem Pij Papae III. incipien. Romanus Pontifex. que in fine huius operis est impressa inter litteras Apostolicas.

Iam tandem circa tertiam Eimerici assertionem non modica occurrit difficultas, dum ait, predictam penam priuationis beneficiorum non habere locum in penitentibus & conuersis: que assertio, si de filijs hereticorum conuersorum accipitur, nullam videtur habere difficultatem, ut super quest. 115. dicemus; si autem intelligatur de hereticis ipsis, anceps mihi videtur controuersia: nam quamuis non essent ipso iure suis beneficijs priuati, contra quam paulo ante docuimus, omnino tamen videntur priuandi: nam ut cetera omittam, in concilio Eliberino cap. 51. ita scriptum est: Ex omni heresi qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promouendus, vel si qui sunt in preteritum ordinati, sine dubio deponentur. hec ibi. confert textus in cap. 1. de heretic. lib. 6.

Cum vero dicitur simpliciter, deponentur, in perpetuum significatur fieri depositio. glossa notabilis in cap. primo. 50. distinct. ubi notat Dominicus. tradit Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 127. in principio.

Huc spectat multa, que commemorat Conradus Brunus lib. 3. de heretic. cap. 7. hec eadem secutus Iacobus Simancas de cathol. institutio. titu. 47. nume. 76. dixit, clericos ad Ecclesiam redeuntes post alias penitentias deponendos esse, saltem degradatione verbali, qua suspenduntur ab exercitio suorum ordinum.

Archidiaconus in cap. ut commissi. de heretic. lib. 6. quem sequitur ibidem Ioannes Andr. dicit, quoddam si clericus sit paratus corrigi, & redire ad unitatem Ecclesie, deponi non debet, seu dignitatibus suis priuari. cap. nunc autem. in gloss. sed videtur. in fine 21. distinct.

Heretici redeuntes aut sint beneficijs priuandi.

Archidiaconi opinio.

Sed Dominicus, quem videtur sequi Philippus Frachus in dicto. c. ut commissi. de heretic. lib. 6. circa finem, dicebat, quoddam tunc clericus rediens ad fidem recuperat beneficia, quando redit ante sententiam; quoddam si post sententiam conuertatur, non recuperat nisi ex dispensatione, ut notatur in cap. diligentia. de electio. tenet gloss. 23. q. 7. in summa.

Nos vero in hac re, omissis tam obscuris & incertis sententijs, subsequenter consideranda putamus. multum refert intelligere cuius conditionis sit clericus, qui ab heresi reuertitur, ad hoc ut sua beneficia, & pristinas dignitates, quibus ipso iure ob heresim priuatus fuit, obtineat, seu ut apertius loquar, ad ea restituatur: aut enim Episcopus est, seu prelati alius; aut rector inferior, qui curam animarum gerit; aut alius alias preest, quales sunt Abbates, & Monachorum prelati: aut denique sunt simpliciter beneficiati, vel religiosi priuati nullam habentes administrationem.

De Episcopis seu prelati alijs maioribus nullum nostrum consilium est, quia cum horum cause in materia fidei non cognoscantur per priuatos Inquisitores, sed per summum Romanum Pontificem. cap. Inquisitores. de heretic. libro 6. Pontifex viderit, an & quando expediat tales ad suas pristinas restituere dignitates.

Si sint inferiores rectores animarum, & religionum prelati, videndum est, an subditos corruperint, vel contra peccatum eorum occultum fuerit, ipsique seipos detulerint: nam si subditos sibi infecerint, quamuis humiliter conuertantur, nullo modo videntur restituendi ad suas pristinas dignitates & beneficia; si autem nulli nocuerint, & se ipsos detulerint, mitius est cum illis agendum: verum cum his quid agere oporteat, non facile deliberent priuati Inquisitores, sed supremum Senatuum consulant. hoc enim tutius est & conuenientius.

Iam si simpliciter fuerint religiosi, aut clerici, & sponte reuersi fuerint, mitissime tractari debent, & facilius possunt ad sua restitui beneficia, sed ad tempus, si Episcopo & Inquisitori videatur, suspensi sunt ab ordinum exercitio. Zachinus tract. de heretic. cap. 16. num. 9. circa finem.

Quod si post deprehensionem tardius & post multas admonitiones reuertatur, ad officia & beneficia, non tam facile debent restitui: immo verbaliter degradati in Monasterium conijciuntur ad agendam congruam penitentiam. nec facile debent habilitari in posterum ad aliqua beneficia obtinenda.

Restituere autem clericos, qui fuerint heretici, ad beneficia, que antequam essent heretici possidebant ad solum Papam spectat, cum constet ex superioribus beneficijs ob heresim ipso iure vacare, & dispositioni sedis Apostolicę reservari.

Beneficia vero eorum, qui tantum fuerunt de heresi suspecti vel diffamati ipso iure non vacant, eorum tales pro qualitate criminum illis quandoque per sententiam priuari possunt, ut ex supradictis constat.

Num autem dispensari possit, aut debeat cum illis, qui dum heresim commiserunt in minoribus ordinibus erant constituti, ut ad alios qui supersunt, promouantur, breuiter est hoc loco indicandum.

Dominici & aliorum opinio.

Considerandi in priuandis clericis sui beneficijs.

Quid de Episcopis.

Quid in rectoribus inferioribus.

Quid in simpliciter beneficiatis.

An heretici sint irregulares, & peracta penitentia promoueri possint.

Ac

Ac primum quidem hoc constituendum est, quoddam si quis est, vel fuit hereticus, irregularis est, etiam si conuersus & admissus ad gremium Ecclesie penitentiam peregerit. Speculat. tit. de dispensatione. § iuxta. & videtur probare textus in cap. conuenientibus. 1. q. 7. & in cap. inter sollicitudines. extra de purga. cano.

Præterea is qui reuertitur ab heresi post peractam penitentiam dispensari potest post aliquod tempus ut in susceptis ordinibus administret, sed non ut ad superiores ascendat. quoddam si nullum ordinem habeat, vterius ordinari non debet, nec ad primam quidem tonsuram, cap. saluberrimum. 1. quest. 7. tenent beatus Antoninus tract. de censuris. cap. 100. Syluester in summa, verbo, irregularitas. q. 5. & Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 46. quo loco addit hæc omnia locum habere in fautoribus, defensoribus, auxiliatoribus, & ceteris huiusmodi, de quibus alibi copiose diximus.

De schismaticis quid sentiam, iam explicui supra parte 2. super q. 48. de schismaticis. §. cogniti dignum est. & seq.

Quamquam autem hæc ita se habeant, si tamen vrgens necessitas aut euident Ecclesie utilitas id exposcat, non modo in susceptis ordinibus administrandis poterunt tolerari omnes supradicti, sed etiam ad vteriores, & ad sacerdotia seu beneficia ecclesiastica promoveri, cap. conuenientibus. 1. q. 7. & docet late Conradus Brunus lib. 3. de heretic. cap. 7.

Postremo quis cum supradictis dispensare possit, questum est, & Maiolus lib. 5. cap. 46. de irregularitate. & Syluester in summa, verbo, irregularitas. q. 5. recte sentiunt, dum autem solum Romanum Pontificem super hac irregularitate dispensare eiusdem sententia non obscure esse videtur Eimericus infra q. 125. & Zachinus tracta. de heretic. cap. 38. neque ab his vlllo pacto dissentio, neque aliud omnino dicendum, aut faciendum censeo. iure ergo ordinario nec Episcopus, nec Inquisitor possunt super hac irregularitate dispensare.

Num autem ex privilegio Clementis VII. incipien. Cum sicut. relatum inter litteras Apostolicas in fine huius operis, Inquisitores hereticæ prauitatis dispensare possint super hac irregularitate, dixi infra super dicta quest. 126.

Q V A E S T I O CXIII.

De extensione dictæ priuationis ad posteros hereticorum.



Entesima quarta decima questio est: Vtrum, per Episcopum & Inquisitorem heretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem, omni beneficio ecclesiastico & officijs publicis sint priuandi, siue ipso iure sint priuati?

Respondemus, quoddam sunt priuati vsque ad secundam generationem, ut patet in cap. Quicumque. §. heretici. de heretic. lib. 6. ubi sic dicitur.

Heretici autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quoddam si fecus actum fuerit, decernimus irritum & inane.

Eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandri iiii. Nouerit. §. heretici.

COMMENT. CLXIII.

Quamuis Eimericus generalem proponat questionem de priuatione hereticorum, fautorum, & ceterorum, eorumque filiorum ab omni officio & beneficio: nihilominus ex responsione intelligimus de priuatione filiorum solum agere: nam de hereticis & fautoribus, ac ceteris quid sentiat superiori questione egit.

In hac breui quaestiuicula vnum ponit axioma, videlicet, Filios hereticorum, credentium, fautorum, & aliorum huiusmodi inhabiles fieri ad obtinenda officia quelibet publica, & ecclesiastica beneficia vsque ad secundam generationem, hoc enim mihi significare videntur illa verba: Respondeo quoddam sunt priuati, id est, sunt inhabiles effecti. & hoc credendum esse Eimerici institutum, ut constat ex serie textus quem citat.

Ac primum multis rationibus iustissime inducitur videri potest, ut filij hereticorum, fautorum & ceterorum similium etiam catholicis à publicis officijs & ecclesiasticis beneficijs arceantur. Primum, quia infames sunt, cum paterna infamia eos afficiat: Deinde quoniam in odium paterni sceleris visum est non modo animaduertere in ipsos sceleratos, sed etiam in progeniem damnatorum. cap. vergetis. de heretic. Denique, ut parentes à tanto crimine patrando auocentur, in filios eorum leges quandoque sanium: sepe enim contingit ut parentes magis filiorum poena quam propria terreantur ob vehementissimum amoris affectum, quem erga filios gerunt. Iste quidem. ff. de co quod met. caus. omitto hic multa consulo, que fufius traduntur à nostris, dum disputant an iustum sit filios ob parentum delicta puniri, de quo videto præ ceteris Alfonso Castrum lib. 2. cap. 10. de iusta heretic. punitio.

Sed in primis illud est querendum cum agitur de affligendis & inhabilitandis filijs ob delicta paterna, de quibus filijs intelligatur, an de legitimis tantum, an vero etiam de ceteris ex quocumque susceptis amplexu.

Sunt enim filiorum genera plura; quidam enim sunt legitimi alij naturales tantum, alij spurij, alij adulterini seu incestuosos, seu sacrilegi, de quibus extat elegas liber multa eruditione refertus Illustrissimi Cardinalis Paleotti viri integerrimi doctissimi, & vitę sanctitate clari, nobisque multis nominibus colendi, cui titulus factus est, De nothis & spurijs. In quo plenissime tradita sunt quæcumque ad materiam horum filiorum spectant.

Eorundem meminit Accursius. §. 1. verbo, naturalis. instit. de adoptio. gloss. in c. liberi. 32. q. 4. Hostien. in sum. tit. qui filij sint legitimi. §. 1. Cassaneus ad consuetudines Ducatus Burgundie in rubrica, Des successions des baltardz. nu. 3. vers. & aduerte et alij.

R elat. supra pag. 104.

Filij hereticorum, fautorum, & aliorum similium inhabiles ad beneficia.

Cur filij inhabilitentur ob patrum peccata.

An filij illegitimi inhabilitentur ob patris delictum.

Varia filiorum genera.

In hac

vilij illegitimi in inhabilibus

In hac questione, vt vno verbo dicam, nulla fere...

Horum plura sententia vera est, nam si illegitimi...

An filij ante delictum p-creati inhabilitentur.

Illud prout quæstum est, Nihil hanc pœna in-

Qui dixerint filios ante delictum natos non inhabilitari.

Et filios antea genitos & natos, quàm pariter de-

Filios ante delictum natos etiam inhabilitari, veritate sententia.

Omnia tamen rationibus, quibus hac sententia...

Rationes quibus probatur postea sententia

Nec desunt vix quidem & efficacissima ratio-

quicumque. s. heretici. de heretic. libro 6. indi-

Rursus, hac ratio fortissima mihi videtur, cui cõ-

Prout scilicet refertur Zabarella in cap. in quibus-

Postremo, huic solæ rationi, quam mox subiungã,

Ob has rationes nunquam dubitari hinc sententiã

Anteceptum tamen & ardua questio est: An filij ha-

In hac questione prima pars primũ erit dirimen-

Secura inter preteritum et quorum opinio.

An filij hereticorum prius nati habeant beneficia ante patris delictum.

Secura inter preteritum et quorum opinio.

in cap. vergentis. colu. 4. de hereti. & ibidem Ioan-

Argumentum antiquum

Supradicti autem Doctores ad hanc sententiam

Qui dixerint filios hereticorum habitis beneficiis non priuari.

Sententiam superiori oppositam, nempe, filios ha-

Rationes quibus probatur filios hereticorum habitis beneficiis non priuari.

Ac primum quidem nusquam iure cautum repe-

Postremo, quoniam regulariter qui inhabilis effi-

Et quãquam iure canonico fortassis non inepte de-

Nõ obstat textus in dicto c. felicis. s. quod si quis,

Denique non obstat textus in cap. vt commissi. s.

Tandem altera proposita difficultatis pars est

Priuari tamen debent per sententiam illis sacer-

Intellectus c. felicis. s. quod si quis, de i. eccl. lib. 6.

Filij hereticorum non debent per sententiam priuari obiectis beneficiis.

Q V A E S T I O C X V.

An tam per maternam lineam, quàm per paternam fiat huiusmodi pœnæ ad posteros extensio.



Entesima quintadecima questio est: Vtrum per Episcopum & Inquisitorem predicti filij hereticorum, credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum eorum, omni beneficio ecclesiastico & officio publico sint priuari.

uati, vsque ad secundam generationem, ita si descendant per maternam lineam, sicut per paternam; & si de predictis penitentibus, vel impenitentibus sit intelligendum?

Per quam lineam fiat de reuocatio & de reuocatio ad penitentiam ad penitentiam. Relat. supra pag. 106.

Respondemus, quod est intelligendum per paternam, & non maternam: & etiam de impenitentibus hereticis credentibus, & cet. vt patet in cap. Statutum. de heret. lib. 6. vbi sic dicitur: Statutum felicis recordationis Innocentij & Alexandri predecessorum nostrorum: ne videlicet heretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad aliquod beneficium ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur; quod si secus actum fuerit, sit irritum & inane: Primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam vero ad primum dumtaxat volumus hoc extendi. Hoc sane de filijs & nepotibus hereticorum, credentium & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos esse conuenerit, & reincorporatos Ecclesie unitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesie penitentiam recepisse: quam ipsi, vel iam persequerunt, vel humiliter prosecutioni eius insitunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.

Hec eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandri, & Urbani iij.

COMMENT. CLXIII.

Pro axiomata colligitur ex hac questione. Primum est: Pena inhabilitationis ad beneficia & officia, vsque ad secundam generationem intelligitur per lineam paternam; per maternam vero vsque ad primam.

Postremum est: Pena inhabilitationis non descendit in filios eorum qui conuertuntur, & Ecclesie reincorporantur.

Quantum ad primam assertionem spectat, eam explicat pulchre glossa in dicto cap. Statutum. hoc loco ab Emerico citatum de heret. libro 6. verbo, inane. & Antonij Gomez tomo 3. variat. resolutio. cap. 2. num. 4. & summa declarationis talis est: Si pater est hereticus, filius eius & filia, & similiter nepos ex filio censetur inhabilis. secus vero si sit nepos ex filia: quia cum sequatur familiam patris, non est inhabilis. item si mater est heretica, solus filius, vel filia existens in primo gradu efficitur inhabilis, & non posteriores. adde Hostiensem in cap. Vergentis. de heret. atque ita intelligitur inhabilitatio vsque ad secundam generationem, & vsque ad primam tantum.

Quod si queratur quare punitur pater in filijs vsque ad secundam generationem, in filiabus autem solum vsque ad primam, rationem reddit Iacobus Burigarius in l. 1. C. de hered. instit. dicens id propterea fieri, quia magis timetur audacia filiorum, quam filiarum.

Circa secundum axioma occurrit grauissima, &

non dum definita dubitatio, quam non inepte diceret egere Pontificia declaratione: An videlicet filij & nepotes relapsorum, qui sine misericordia traduntur curie seculari, penitent tamen, conuertuntur, & catholici moriuntur, superscriptis penis teneantur, ita vt & infames sint & inhabiles ad publica officia & beneficia.

In hac controuersia nobiles quidam interpretes audaciter tenent, filios relapsorum penitentium & conuersorum non fieri inhabiles. Primum, quoniam eorum parentes non possunt videri heretici decessisse, cum peniteant, & ad sacramentum penitentiae & Eucharistiae admittantur. c. super eo. de heret. lib. 6. Deinde, qui ex quo parentes eorum sacramenta recipiunt, reincorporati videri possunt Ecclesie, cum ea non tribuantur nisi fidem habentibus. c. extra catholicam. l. 1. q. 1.

Hic & alij non multo validioribus argumentis victi hanc sententiam tenuerunt Gemianus in dicto cap. statutum. §. hoc sane. de heret. lib. 6. quem sequuntur eiusdem penitus verbis Repertorium Inquisitorum verbo, filij. §. nunc videndum. vers. sed circa predicta. & Alfonso Montaluis legum Castellae interpres l. 2. titu. 26. parte 7. versic. est ergo conclusio. & Decanus Segouensis tracta. de heret. cap. 18.

Oppositam sententiam, videlicet, Filios relapsorum inhabiles fieri & infames, quamuis eorum parentes conuertantur & peniteant & admittantur ad Ecclesiastica sacramenta penitentiae & Eucharistiae, profertur Ioannes Andreas in dicto cap. statutum. 2. de heret. lib. 6. super glossa verbo reincorporatos, quem sequitur ibidem Philippus Franchus in fine, & Simacas in enchyridio violata religionis tit. 63. num. 7. & de catho. instit. tit. 29. num. 17. & Ioannes Rojas tract. de heret. parte 2. assert. 42. num. 337. & sequen. quibus eo libentius subscribo, quod apertius video hanc posteriorem opinionem firmiter rationibus roborari ex quibus nonnullis commemorabo. Sit prima: Tales relapsi quamuis peniteant, non dicuntur Ecclesie reincorporari: nam vt tradunt Ioan. Monachus & Gemina. in cap. accusatus. §. si vero. nu. 5. de heret. lib. 6. Illi dicuntur proprie Ecclesie reincorporari, qui per Inquisitores absoluti, & ad gremium Ecclesie per debitam absolutionem & obedientiam reducti, vt iniunctam penitentiam peragant, admittuntur: quod cum relapsis non possit conuenire, non poterit eorum filijs accommodari dispositio textus in dicto cap. statutum. 2. de heret. lib. 6.

Sit secunda ratio: In dicto cap. statutum. duo postulatur ad hoc, vt filij eorum, qui reuertuntur ad Ecclesie gremium iuris penas in eos latas effugiant: vnum est vt emendantur, alterum est vt Ecclesie reincorporentur: Hoc vltimum, quod scilicet relapsi penitentes non reincorporentur, in proxima ratione demonstratum est: primum autem plusquam manifestum est eis non conuenire. non enim dici potest emendatus qui in id crimen recidit, quod decessatus fuerat solemniter inuicurando, & ad quod se non reuersurum obligauerat.

Et quamuis prior sententia mitior sit, hanc tamen de iure

An filij relapsorum conuersorum sint inhabiles.

Non esse inhabiles qui dicitur.

Filij relapsorum conuersorum inhabiles sunt.

Rationes quibus roboratur vltima sententia.

Filij suspecti aut an sint inhabiles.

Filij eorum qui damnantur ob contumaciam, an sint inhabiles.

Sententia contra vniuersam lata quando nocet alteri.

de iure verior videtur, ac que est propterea ab ea recedendum.

Nam filij suspectorum de heresi hanc etiam penam inhabilitationis luant, quaestum est: & Zanichinus tract. de heret. cap. 28. num. 4. & Repertorium Inquisitorum verbo, filij. §. item filij. ita dicunt: In filiis eorum qui fuerunt suspecti propter fautoriam, defensionem, receptionem vel familia, bene habet locum dicta pena, vt non possint ecclesiastica beneficia obtinere, si modo isti parentes decesserint tales. c. statutum. 2. §. fin. de heret. lib. 6. hęc illi. Quae sententia vera est, cum aperto iure nitatur in his citatis locis, pro qua etiam fuit omnino decisio Putei. 400. lib. 2. incip. In vna Hispanen.

Post mortem tamen fautorum, rectorum, & similibus non potest in eos agi: quia crimen eorum morte extinguitur, vt alibi copiose scripsimus.

In filijs vero eorum, qui parentes hereticos iudicibus fidei deserunt, a multis rescriptum est penas a iure statutas locum non habere: quod & verum est, & secuti sumus supra parte 2. super cap. litteras. de presumpt. §. hoc addiderim.

Patre damnato velut contumace, quia noluit venire ad respondendum de fide, an filij eius & nepotes infames efficiantur, & inhabiles ad officia & beneficia non inutiliter queri potest: & quamuis, cum quis ob alterius delictum punitur, tunc non tenetur, quando contra principalem ob eius contumaciam fertur sententia, vt videtur posse colligi ex doctrina Bartoli in l. cum filius familias. ff. de verb. oblig. confert text. in l. si ideo. ff. de euictio. & l. praes. C. de pigno.

At in casu nostro verius est etiam filios damnati ob contumaciam infames & inhabiles fieri: tum quia contumax habetur pro conuicto. glos. in cap. cum contumacia. de heret. lib. 6. tum quoniam ex eo quod p. annu. perseverauerit, praesumitur pertinax. Ioannes And. in dicto cap. cum contumacia. & ibidem Gemianus num. 11. versic. quęro, an praesumatur. & argumentum de contumace ad pertinacem valere scripsit Albertinus tract. de agnos. assertio. quęst. 29. num. 9.

Cum itaque iudicio Ecclesia contumax pro heretico habeatur, ac velut hereticus condemnatur. dicto cap. cum contumacia. de heret. lib. 6. c. excommunicamus. 1. §. qui autem. extra de heret. consequitur plane, vt in filios contumacis pena inhabilitationis & alie descendant. idem videtur velle Hieronymus Gigas tract. de crim. lese maiest. lib. 3. tit. de penis, quas filij incurrunt. q. 13.

Non obstat doctrina Bartoli in dicta l. cum filius familias. ff. de verb. oblig. nam is pro nobis stat: ait enim, quod cum ex condemnatione vnus ad faciendam executionem in persona alterius peruenitur, tunc alteri non praedicit, si id respiciat solum priuatum vtilitatem. l. 1. C. ad l. Cornelianam, de falsis. quod si ad publicam vtilitatem referatur; tunc sententia lata contra principalem, ei etiam praedicit, ad quem deuenitur ex consequentia. l. 1. C. vbi causę fideles.

Quam ob rem cum reip. magnopere interfit & hereticos & contumaces in causa fidei punire l. Ma-

nichos. C. de heret. fiet proculdubio vt sententia in patrem contumacem lata, in filios quoque operetur eos effectus, quos iura in filios hereticorum solent producere. neque ab hac sententia putarem recedendum.

Ceterum hanc sententiam tunc veram & obseruandam esse crediderim, cum is quis damnatur vt contumax, vere & proprie contumax est, qualem ius depingit in dicto cap. cum contumacia. de heret. lib. 6. nam si vel de eius contumacia plene non constaret, aut elapso anno, vel per infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum ad iudices fidei accedere non potuit, aut pro absolutione insistit, aut satisfactionem obtulit, aut denique ea praestitit, dixit aut fecit que ipsum virum catholicum esse ostenderent, tunc eius filij & nepotes supra dictas inhabilitationis penas minime paterentur: que in illis solum locum habent, quos supra diximus, & cum simus in penalibus, ad alios extendere facile non debemus faciunt tradita per Gemianum in dicto cap. cum contumacia. de heret. lib. 6. nu. xj. vers. Quęro, an praesumatur.

Atque hęc omnia in filios damnatorum canonum seueritas veltissime sancit, vt parentes a tanto crimine committendo submouerentur: si tamen filij catholici sint, & paternam iniquitatem abominentur, tunc superioris auctoritate habitari eos, & fama restitui fortassis non est iniuquum: quia cum alieno vitio & peccato affligantur, facilius veniam consequi debent.

Ad sacros tamen ordines non facile promoueri debent: quoniam maxima est hęc dignitas, nec propterea filijs & nepotibus damnatorum leuiter concedenda. cetera huc spectantia suis sunt locis tradita.

Filij inhabiles quatenus restituendi.

Q V A E S T I O CXVI.

An emancipatio filiorum a parentibus hereticis facta, sit valida & admittenda.



Entesima sextadecima quaestio est: Vtrum per Episcopum & Inquisitorem filiorum hereticorum, credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum eorum sit emancipatio admittenda, seu aliquid valeat de iure?

Respondemus quod non valet, vt patet in c. Quicumque. §. illorum. de heret. lib. 6. vbi sic dicitur: Illorum autem filiorum emancipatione, quorum parentes, post emancipationem, huiusmodi etiam apparuerit ante ipsam a via veritatis ad haereticę superstitionis inuium declinasse, nullius volumus esse momenti, velut factam de hominibus sui iuris, cum dignum sit, vt propter tanti atrocitatem delicti filii esse in parentum hereticorum defierint potest late.

Hęc eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandri iij. Nouerit. in fine.

Relat. supra pag. 104.

Relat. supra pag. 135.

COMMENT. CLXIV.

V Na est assertio: Heretici quamprimum in- cidunt in heresim, amittunt ius patrie po- testatis.

Heretici om- ni dominio priuantur.

Omni dominio priuantur heretici in pœnam pa- trati sceleris, naturali, quod habent in filios, de quo in c. quicumque. s. ult. de heret. lib. 6. et Eymeri- cus hic. nam propter heresim patrie filij efficiuntur sui iuris.

Item priuantur dominio civili, quod habet in ser- uos ac etiam dominio politico quod habent in quos- libet alios subditos, de quo in c. ult. extra de heret. et Eymericus paulopost quest. 119.

Denique priuantur etiam eo dominio, quod est iure gentium introductum. l. ex hoc iure. ff. de iust. et iure. quo amittunt rerum suarum dominium, cum secundum leges. de heret. lib. 6. de quo in preceden- tibus dictum est.

Priuari iure patrie pote- statis magna pœna.

Priuari autem iure patrie potestatis non est mo- dica pœna, ut facile cognoscet, qui paulo diligentius contēplabitur iura et privilegia, que ratione patrie potestatis parentibus tribuuntur, de quibus frequēs extat mentio in utroque iure, sed in primis in C. et in Instit. sub tit. de patria potestate.

Ergo amisso iure patrie potestatis, parentes eam iurisdictionem quam habebant super filios, amittunt: filij vero veluti alieni et extranei à paterna fa- milia effecti, non perinde ac prius patribus obedire tenentur.

Tradunt hanc pœnam communiter interpretes in dicto c. quicumque. s. illorum. de heret. lib. 6. Ioan- nes Rojas singulari 67. incipien. Filij propter deli- ctum. Tabien. in sum. verbo, hereticus. nu. 10. vers. nono sexta pœna. Syluester verbo, heresis. t. nu. 14. et alij.

Potesť autem diu hanc pœna in odium huius cri- minis singulariter introducťa: quoniam regulari- ter non per quodcumque crimen amittitur ius pa- trie potestatis. l. relegatorum. ff. de interdctis et relegat.

Crimen her- esis patrie statim libe- rat filium à patria pote- state.

Crimē vero heresis paternum, etiā antequam per Ecclesiā fuerit declarati, filium liberat à patrie po- testate, ut vere docet glos. in dicto c. quicumque. s. ult. verbo, desierint. de heret. lib. 6. nam à die commissi criminis filij intelliguntur effecti sui iuris: quare emā- cipatio facta post crimen commissum nullius intelli- gitur esse momenti.

Hac vero contemplatio non est insufragera. sin- gulares enim parit effectus, inter quos ille est præci- pius, de quo Alfonso Castrus lib. 2. de iust. hereti- corum puni. cap. 7. Pater namque effectus hereti- cus non potest filio suo impuberi pupillariter substi- tuere, hoc est, pro eo facere testamentum: nam inter cetera que ad pupillarem substitutionem exigun- tur, vnum est patria potestas: nemo enim potest condere testamentum pro eo quem in potestate non habet. l. 2. ff. de vulgari et pupill. s. 1. instit. de pupil. substit.

Pater hereti- cus non sub- stituit filio impuberi pu- pillariter.

Rursus, quia nemo potest alteri substituere nisi prius sibi faciat testamentum, dicta l. 2. s. 1. ff. de vulgari et pupilla. et s. liberis autem. instit. de pu-

A pilla. substit. manifestum est autem hereticum inte- stabilem esse, cum omnia eius bona à die commissi criminis sint confiscata. cap. cum secundum leges. de heret. lib. 6.

Postremo hoc admonēbo, Eymericum hac qua- stione aperte sentire non modo hereticos, sed etiam receptatores, fautores, et defensores eorum, ius pa- trie potestatis amittere; cum tamen in dicto c. qui- cumque. s. ultimo. hac pœna in solis hereticis locum habere videatur.

Iam omnes præcitati de hac pœna priuationis pa- trie potestatis differentes solum hereticorum, non aliorum meminerunt: et plane magis mihi videtur secundum iura, ut soli heretici et credentes à die commissi criminis ius patrie potestatis amittant: nõ ita de fautoribus, et alijs similibus, quos non puta- rem ius patrie potestatis amittere: nam iura lenius puniunt eos, qui lenius peccant.

Quod autem de emancipatione filiorum facta per hereticos patres dictum est, idem prorsus dicendum est de manumissione seruorum facta per dominos he- reticos: illa enim prorsus nulla est et inualida, ut re- cte docent Ioannes And. Geminianus, et Francus in dicto cap. 2. s. ult. de heret. lib. 6. quamuis ob di- uersam rationem id contingere dicant, ut amplius patebit in quaestione 119.

Fautores, re- ceptatores, defensores, an amittant ius patrie po- testatis.

Manumissio seruorum facta per domi- nos hereti- cos nulla est.

Q V A E S T I O CXVII.

An appellationis beneficium sit hæ- reticis, credentibus, & c. interdictum.



Entesima decima septima quaestio est: Vtrum hereticis, credentibus, re- ceptatoribus, defensoribus, & fauto- ribus eorum, sit appellationis & pro- clamationis beneficium interdictum,

ita quod ab Episcopo, seu Inquisitore nequeant appellare?

Respondemus quod eis est appellationis be- neficium interdictum, & quod nequeunt appel- lare, ut patet in cap. Vt inquisitionis. de heret. lib. 6. vbi sic dicitur: Vniuersos seculi Potestates, & infra: Vtque de heresi à diacephano Episcopo, vel Inquisitore, seu Inquisitoribus cõdemnatos præ- fati potestates, domini temporales, siue rectores, vel eorum officiales, seu nuntij sibi relicti sta- tim recipiant indilate animaduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus prædictorum nequitia filio- rum: cum tam secundum ordinationem præde- cessorum nostrorum, quàm secundum legem im- perialem †, appellationis & proclamationis be- neficium expresse sit hereticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum.

In litteris autem Apostolicis † Alexandri iiii. præmissis de hereticis, credentibus, receptato- ribus, defensoribus, & fautoribus eorum, dicitur sic: Item proclamationes & appellationes persona-

Relat. supra pag. 110.

† A Federico la ram, quem habes in fine huius operis.

† Incip. No- uerit. relat. tu pra pag. 111.

personarum huiusmodi minime audiantur.

Hic est diligentius attendendum, quod cum prædicti effectales sunt per sententiam declarati, ut pote quia sunt heretici, credentes, & c. quod tunc non possunt à tali sententia diffinitiuè appellare, cum in crimine perseverent ante sententiam au- tem si in aliquibus aggrauantur, seu indebite fa- tigantur, non est dubium, quin postint appella- re: nam nondum sunt habendi pro hereticis, con- cordat Archidiaconus super eodem cap.

COMMENT. CLXVI.

D E materia huius quaestions plenissime egit auctor supra in hac 3. parte nume. 121. titu. de appellatione, que fit ab Inquisitore, quo loco copio- se addidimus que in hac causa ignorari non debent.

Totam vero hanc tractationem duabus assertio- nibus concludit hic Eymericus. Prima est: In causa heresis à sententia diffinitiuè non appellatur.

Alterà & postrema est: Ab interfectionibus sine interloquutorijs Inquisitorum sententijs appellare li- cet. Hac omnia qualiter sint accipienda præcitato lo- co explicauimus: cum videto.

Q V A E S T I O CXVIII.

An scienter sepelientes in loco sa- cro corpora hereticorum possint ab Inquisito- re puniri.



Entesima decima octaua quaestio est: Vtrum Inquisitor possit cogere eos, qui hereticos, credentes, receptato- res, defensores, & fautores eorum præsumperunt scienter tradere ecclesiasticæ se- pulturae; quatenus publice propriis manibus eo- rum corpora habeat exhumare, & extra projec- tre, & aliàs illos punire, & post absoluerit ab ex- communicationis vinculo, quo ex hoc restricti merito tenebantur?

Relat. supra pag. 104.

Excommuni- cationem in- curret scien- ter sepelien- tes heretici- cos.

Supra pag. 135.

Respondemus quod sic; ut patet in c. Quicum- que. in princip. de heret. lib. 6. vbi sic dicitur: Quicumque hereticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter præ- sumperint ecclesiasticæ tradere sepulturae, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere: Nec absolutio- nis beneficium mereantur, nisi propriis manibus pu- blice extumulent, & projiciant huiusmodi corpo- ra damnatorum. Et locus ille perpetua careat se- pultura.

Eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandri iiii. Nouerit, s. item quicumque.

COMMENT. CLXVII.

D Eclaratio & intelligentia huius quaestions to- ta petenda est ab his, que diximus supra in

A hac 3. parte super quaestione 40.

Iam hac quaestio tribus conclusionibus contine- tur, Prima est: Qui hereticos, credentes, et ceteros hic enumeratos scienter sepeluerint, proprijs mani- bus debent eos exhumare: quod fit in pœnam præ- sumptionis, et ut in eo puniantur, in quo deli- querunt.

Alterà est: Punire potest Inquisitor eos, qui sepe- liunt hereticos, credentes, fautores, et ceteros hic contentos. puniet vero ipsos velut suspectos de here- si; ex eo enim quod quis scienter hereticos aut alios de quibus hic agitur, sepelit, videtur profiteri non de- buisse priuari eos per Ecclesiā sepultura ecclesiasti- ca, aut pro hereticis, et similibus esse orandum, si- cut in præcitata quaestione 40. diximus.

Tertia & vltima conclusio est: Inquisitor absolue- re potest sepelientes hereticos à sententia excommu- nicationis, in quam propterea inciderunt, postquam idonee satisfecerint. Hac euidenter probantur per textum in cap. quicumque. s. 1. de heret. lib. 6. quo vti- tur auctor in hac quaestione.

Q V A E S T I O CXIX.

An subditi sint absoluti à debito fi- delitatis, quo dominis lapsis in heresim deuincti erant.



Entesima decimanona quaestio est: Vtrum illi, qui fidelitatis homagij debito, vel aliquo pacto quacun- que firmitate vallato, aliquibus sūt restricti, qui postmodum lapsi sunt in heresim manifeste, ad huiusmodi teneantur, vel sint totaliter absoluti?

Respondemus, quod absoluti sunt, ut patet in c. Absolutos. de heret. vbi dicitur sic: Absolu- tos se nouerint à debito fidelitatis domini, & to- tius obsequij, quicumque lapsi manifeste in he- resim aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebantur restricti.

Relat. supra pag. 103.

COMMENT. CLXVIII.

E X hac quaestione vnum colligitur axioma, vide- licet, Omnes illos, qui aliquo obligationis genere aliquibus tenentur restricti, tunc liberantur penitus, cum illi quibus obligati erant, in heresim inciderint manifeste.

Hoc etiam pertinet ad grauissimam hereticorum pœnam: multis autem modis hoc axioma verum est. Primum, quia cum à die commissi criminis amittant dominium omnium bonorum. cap. cum secun- dum leges. de heret. lib. 6. & obligationes ex qui- busuis contractibus nate, bona quedam et res sint. s. i. instit. de rebus corpor. et incorpor. consequi- tur proculdubio, hereticos omne etiam ius obligatio- num sibi debitarum amittere.

Rursus, si heretici aliquos haberent obligatos, R v 2

in eos agere possent. s. i. insit. de actio. cum actio sit...

Depositari non tenetur reddere depositum heretico. & alia extra.

Hæc pœna de amisso iure obligationum, multos parit effectus, nec pigebit aliquos referre, ut hic locus illustratur.

Rursus, nec catholica vxor viro heretico debitum reddere obligatur, quia per heresim viri ab hoc debito liberata est.

His adde, quod custodes arcium seu castrorum, aut populorum vel ciuitatum, domino heretico id restituere non tenentur, neque eius nomine custodire.

Denique quicumque vasalli omni obligatione etiã iuramenti religione munita, qua dominis suis tenebantur obstricti, ipso iure liberantur.

Hæc omnia & si quæ sunt his similia, apertissime concluduntur ex hac EymERICI assertione, quam euidenter probat textus in c. vlt. de heret. quo dicitur hic auctor, quæ prosequitur copiose more suo.

Serui per heresim dominorum liberantur ab eo iure potestate, serui aut tamen in fideum.

Serui etiã, liberti & famuli, cum dominus, ipso iure in heresim incidit, ipso facto liberantur à seruitute & debito, quo tenebantur à seruitute, ut notant communiter doctores in dicto c. vlt. de heret.

Sed de seruis questum est, an domino in heresim incidente liberti efficiantur & sui, an vero in fideum transirent cum reliquis bonis confiscatis. Et Ioannes And. Geminianus, Franchns & alij in cap. Quicumque. s. vlt. de heret. lib. 6. & Ioannes de Anania & Marianus Socinus in cap. vlt. extra de heret. Seruos hereticorum sicut & alia bona in fideum transire sentiunt, dum scribunt manumissionem seruorum factam ab illis, qui in heresim inciderunt post delictum commissum, esse nullam et penitus inualem, non propterea quod serui efficiantur sui iuris, sicut sunt filij hereticorum quamprimum eorum parentes incidunt in heresim, sed quia heretici non habent potestatem & dominium in illis, cum serui & alia bona conseantur à tempore debiti commissi si confiscata fuisse.

Serui Christiani non efficiuntur.

Ego in hac questione distinguendum esse putarem. nam aut serui Christiani sunt, aut adhuc remanent infideles. si Christiani sint, domino in heresim incidente libertati restituntur, nec in fideum transcunt cum reliquis bonis, ita sancitum inuenio per instructionem quandam primam Hispanensem anno Domini MCCCCXXXIII. c. 24. ubi ita scriptum est: Domini Rex & Regina, humanitate & clementia vtentes, voluerunt seruos quorumcumque hereticorum libertate donari, si in eorum pote-

state existentes Christiani fuissent. hæcenus ibi, in eandem sententiam consentire videtur Simancas de carbo. insit. tit. 61. de seruis, nu. 8. & Alfonso Castrius lib. 2. de iusta heret. punitioe c. 7. per textum in l. Manichæos. c. de heret. ibi: Seruos insuper extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum euitantes ad Ecclesiam catholicam seruitio fideliori transierint. hæc ibi.

Serui non Christiani confiscantur.

Quod si serui non fuerint Christianam fidem professi, cum dominus eorum in heresim labitur, tunc cum reliquis bonis in fideum transcunt; & in hoc sensu loquutos fuisse crederem Ioannem And. Geminianum et alios, quos paulo antea citauimus. Serui enim in patrimonio, in rebus, seu bonis dominorum esse explorati iuris est. l. rem in bonis. ff. de acquirend. reru. domi. l. vlt. s. vlt. c. de verbor. signif. & probat late Andreas Tiraquellus in l. si vnquam. c. de reuocan. donat. in illis verbis: Donatione largitus. q. 17. nu. 323. & 324.

Si domini heretici respiciant & ad gremium Ecclesie recipiantur, & bona sua illis de misericordia condonentur iuxta c. Vergeris. extra de heret. ser. uorum tamen Christianorum dominium (qui paulo antea ob delictum dominorum effecti fuerat sui iuris) non recuperant, quia libertas quocumque modo data, renouanda non est. l. 1. & 2. c. si aduersus libert. quod etiam fauore fidei, ut manus suscipiat incrementum, seruari oportet.

Domini et uerbi non recuperant seruos Christianos.

An autem similiter serui catechumeni, qui nondum erant baptizati cum dominus eorum in heresim laberentur, libertati restitui debeant, vel contra in fideum transire, & in seruitute remanere, non in parte queritur. & mihi iustissimum videtur, ut fauore religionis, & ut catholica fide egregium suscipiat incrementum, libertati restituantur & sui iuris efficiantur. præsertim cum catechumeni in deuotione & fide Ecclesie persistentes membra Christi sint effecti. cap. veniens. extra de presbytero non bapti. & propterea iustum est ut gaudeant privilegijs Christianorum, etiam ecclesiasticis constitutionibus subiciantur, ut late probat Andreas ab Exca in c. 1. de constit. nu. 268. & multis seq. vers. quid autem in Catechumenis.

Serui catechumeni non confiscantur.

Si quis rursus à me querat, an serui infideles, qui dominum hereticum reuelauerint, in fideum transire debeant, an vero contra libertatem donari; respondebo, si studio veræ laudis id fecerint, premio & honore dignos esse, l. quisquis. s. vlt. c. ad legem Iuliam maiest. ac libertati quidem quandoque restitui posse, sine qua non contingit plenus honor; quæ libertas tunc potissimum esset talibus danda, cum spes haberetur, quod ad fidem foret facilius conuertendi. & pro hac sententia videtur non obscure facere textus in dicta l. Manichæos. c. de heret. in illis verbis, quæ paulo antea retulimus. Sed de his iam satis.

Serui infideles dominum hereticum reuelantes, an confiscantur.

Postremo illud præter cetera est obseruandum quod Romanus Pontifex tradit in dicto cap. vlt. de heret. videlicet hæc fidelitatis obsequia, & obligationum debita tunc dominis hereticantibus negari, cum manifeste lapsi sunt in heresim, quasi secus sit indicandum, si occultum sit eorum delictum, & sane non

An occultus hereticus amittat fidelitatis debita, & alias obligationes.

ne non obscure in dicto cap. vlt. ita videtur sentire Hoslicensis. Philippus tamen, ut refert Ioannes And. idem esse dicit, quamuis occultum sit crimen, dummodo probari possit. quod dictum Ioannes And. ibidem verum esse interpretatur, si ad probationes sit processum, quia tunc probatio facit delictum esse manifestum, cap. cum olim. extra de verbor. signif. Panormitanus eodem loco ait, à die quidem commissi delicti dissoluta esse hæc omnia obligationum debita: hanc autem absolutionem à debito, vel bonorum publicationem aut confiscationem allegari non posse, nisi manifesta causa probetur, quod ego intelligo per sententiam. Syluester in summa verbo, heresim. 1. q. 8. vers. vndecima, quod eorum vasalli dicit, non esse necessariam sententiam, sed sufficere manifestationem facti: immo profecto nec ipsam probationem in actu esse necessariam, sed sufficere possibilitatem certam probandi.

Equidem hoc verissimum est, hæc omnia obsequia & obligationum debita cessare, quamprimum commissum est heresim, quamuis sit occultum. Et ratio est, quia cum bona hereticorum ipso iure sint confiscata à die commissi criminis, cum secundum leges de heret. lib. 6. ubi id notant glossa & doctores, eo ipso quod quis incidit in heresim, & perdit omnia bona, & per consequens omnes obligationes & iura quæ sibi debebantur, dissoluantur, cum appellatio ne bonorum, obligationes, actiones & iura contineantur, l. bonorum. ff. de verbor. signif. & not. in c. relatione. extra de testam. quod ipsum apertissime etiã indicat verbum illud, absolutos, positum in dicto c. vlt. de heret. quod significat sententiam à iure latã, non autem à iudice ferendam.

Obligaciones amittas non recuperat hereticus eiusdem conuictatur.

Obligaciones vero huiusmodi, fidelitates, & debita per heresim semel amissa non recuperant heretici, quamuis reconcilientur, & recipiantur ad Ecclesie gremium, ut recte Hoslicensis, Panormitanus & alij adnotarunt in dicto c. vlt. de heret. quia obligatio extincta non renouatur, c. queris. de consecrat. dist. 4. cap. quam periculosum, 7. q. 1. cum similibus. Recuperabunt autem tunc cum illis reuertentibus condonata & quasi restituta fuerint ab eo, qui potestatem habet.

Q V A E S T I O C X X .

An hæredes receptatorum, defensorum, &c. hereticorum cogi possint ad exequendam penitentiam receptoribus impositam.

S V M M A R I U M .

- 1 Crimen suspicionem de heresi inducens per mortem extinguitur.
2 Hæredes cogendi non sunt ad perficiendam penitentiam personalem iniunctam suspecto, sed non peractam.

3 Sed possunt cogi ad penitentiam viuenti iniunctam de bonis ipsius exequendam.
4 Confiscatio bonorum heretici fieri potest post eius mortem.



Entesima vicesima quæstio est: Vtrû Inquisitor possit cogere receptatorum, defensorum, & fautorum hereticorum hæredes, post prædictorum mortem, qui se sub obligatione bonorum suorum eidem Inquisitori astrinxerant; ad penitentiam ab eis recipiendam & complendam, quatenus illam ipsi hæredes penitentiam exequantur?

1 Respondemus, quod talibus antequam moriantur, vel est per Inquisitores penitentia iniuncta, vel non: Si non, non est hæredibus iniungenda; quia crimen est morte extinctum.

2 Si autem est iniuncta, sed non peracta, & est penitentia concernens personam, utpote orationes, ieiunia, vel peregrinationes, non sunt hæredes cogendi ad penitentiam supradictam.

3 Si autem penitentia non est personalis, sed aliàs proficiens ad salutem, in bonis temporalibus exequenda; utpote, hospitale construere, uel similia: tunc ad talem exequendam hæredes per Inquisitores merito sunt cogendi. hæc patent in c. Accusatus. s. si uero. de heret. lib. 6. ubi sic dicitur: Si uero pro ijs, quæ in heresi receptando, vel defendendo hereticos, seu eis fauendo, non tamen existens hereticus, quis commiserit, sub obligatione bonorum suorum Inquisitoribus se astrinxit ad recipiendam ab eis penitentiam, & complendã: & ea licet iniuncta, non tamen peracta decessit, si per huiusmodi penitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exequendum, vel complementum ipsius, per Inquisitores cogi debent hæredes, vel alij, ad quos cum suo onere bona huiusmodi deuenerit. Porro si propter huiusmodi hereticorum receptationem, defensionem, seu fauorem, quis ad faciendam penitentiam, quã Inquisitores ipsi iniungere uellent, bona sua obligauerit eidem: & antequam ei penitentia iniungeretur, decesserit: eius hæredibus non est satisfactio pro extincto iam crimine iniungenda.

Relat: supra pag. 105.

4 In eo vero casu, quo hæredes ad successiorem non debent ob heresim sui auctoris admitti: non obstante, quod auctore ipso viuente, hoc non fuerit (interueniente ipsius morte) per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem eiusdem, nihilominus procedatur.

Confiscatio bonorum heretici post eius mortem fieri potest.

Eadem verba habentur in litteris Apostolicis Urbani iij. & Alexandri iij. Consultus. s. sunt & alij.

Relat: supra pag. 133.

C O M M E N T . C L X I X .

Mltæ assertiones colliguntur, quas videas in summario quæstionis: & quantum ad primam attinet, quod videlicet, hereticorum fautoribus, &

Hæredibus suspectorum morientium nihil iniungendum.

Pœnitentia iniuncta per sonæ cū persona extinguitur.

Pœnitentia in bonis exequenda hæreticis dicitur de fide imponatur.

Bona obligata ad quemlibet successorem dicitur cū illo onere.

bus, & similibus morientibus ante iniunctam pœnitentiam, nihil sit iniungendum aut sibi aut suis hæredibus, quia crimen morte extinctum est. videntur hæredibus tradidimus supra in hac 3. parte, super quæst. 43. s. alterum caput. & seq. nam cum suspiciones quantumvis vehementes in hoc crimine morte delinquentium suspectorum extinguantur, nõ debent condemnari post mortem ad illas pœnas, etiam pecuniarias.

Quod si lite pendente suspecti illi mortui sint, adhuc non debet imponi eorum hæredibus pœna pecuniaria ob solam suspitionem: quod satis colligitur ex textu in cap. accusatus. s. si vero. facit textus in l. vlt. c. ad legem Iuliam maiest. tradunt Germanianus & Franchus in dicto cap. accusatus. s. porro. de heret. lib. 6. & Ancharanus in cap. filij. notab. 2. de heret. lib. 6. & Simancas de catho. instit. tit. 18. num. 13.

De secunda assertionem, quam ponit Symericus num. 2. ibi: si autem est iniuncta, nulla est dubitatio: nam si pœnitentia iniuncta à sola persona, cui imposita fuit absolui poterat, ea moriente, pœnitentia cessat. eandem hanc conclusionem tradunt Zanichinus tract. de heret. c. 28. & Repertorium Inquisit. verbo, filij. s. nunc subsequenter. tales ergo pœnitentia non transeunt ad filios vel heredes defunctorum: in eis enim imponendis non solum habita est ratio salutis animæ, sed etiam afflictionis corporis: & propterea cum personam sequantur, cum persona quoque extinguuntur, & finiuntur.

Tertiam assertionem, videlicet, quod cum pœnitentia non est personalis, sed in bonis exequenda; tunc ad eam implendam compelli possunt heredes defuncti, pulchre explicat idem Zanichinus tract. de heret. cap. 28. num. 6. & Repertorium Inquisit. verbo, filij. s. nunc subsequenter. & verbo, obligatio. s. quid si quis. idem cauit luculenter Concilium Biterren. cap. 19. in hæc verba: Et item faciatis de illis, qui decesserunt accepta pœnitentia, nec impleta si ille in mora cœperint: vel pro illa cœplenda obligauerint, vt supra tetigimus, bona sua. hæc ibi.

Hoc amplius obseruandum est, quod cum alicui suspecto de hæresi iniuncta sunt hæc opera pietatis in bonis adimplenda, vt fabricare Ecclesiam vel hospitali, restituere vsuras & similia; sique bona sua pro hac pœnitentia adimplenda obligauit, post mortem eius ad quemcumque successorem etiam particularem, ea bona deuoluantur, ad eum semper peruenient cum illo onere. ita colligitur ex dicto c. accusatus. s. si vero. facit glos. in l. rescriptum. ff. de pactis. & in l. aufertur. s. fiscus. ff. de iure fisci. & vtrouque Bartolus, traditque Repertorium Inquisit. præfatis locis, quod est in hac causa non leuiter aduertendum.

Quæ ad postremam assertionem spectant de procedendo contra hæreticos etiam post mortem in hoc crimine, quoad effectum confiscandi bona, copiose tradidimus supra in hac 3. parte, super dicta quæstio. 43.

An filij vel hæredes illorum, qui morti proximi consolari ab hæreticis petierunt, sint admittendi ad eorum excusationem.



Entesima vice sima prima quæstio est: Vtrum Inquisitor filios & hæredes illorum, qui dum in ægritudine lecto decumberent, petierunt ab hæreticis per eorum manus impositionem consolari, & sic fuerunt mortui, possit admittente ab probandum, quod ipsi defuncti tunc non erant sani capitis, vel quod amiserant iam loquelam?

Respondemus quod non, si dum viuebant fuerant de hæresi diffamati, vel suspecti habit; aut legitime confliterit, quod sanæ mentis existentes, petierint ab hæreticis consolari: aliàs potest eos admittente: non tamen per vxores, filios, & familiares illorum, vt patet in c. Filij. de heret. lib. 6. vbi dicitur sic:

Filij vel hæredes illorum, qui dum in ægritudine lecto decumberent, petierunt hæreticos consolatos, vt ab eis per manus impositionem consolationem recipere, secundum pœsimam consuetudinem eorundem, sicque viam fuerint vniuersæ carnis ingressi: ad probandum quod ipsi defuncti consolationem illam, immo verius defolationem, non sanæ mentis effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam (cum tamen moris sit, vt dicitur apud eos, quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: si dum viuebant, diffamati erant de hæresi vel suspecti: aut legitime confliterit, quod sanæ mentis existentes, huiusmodi hæreticos petierunt. Alioqui admitti poterunt prædicti filij vel hæredes ab probandis præmissis. Nõ tamẽ per vxores, filios, familiares, vel de suis aliquos: sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores.

COMMENT. CLXX.

EX hac questione due potissimum conclusiones colliguntur.

Prima est: Hæredes illorum, qui cum moriuntur hæreticalia dicunt vel faciunt, quale est petere consolationem hæreticorum, admitti debent ad excusandos defunctos in hoc tribunali, dummodo defuncti dum viuerent, nõ essent de hæresi diffamati vel suspecti, aut dum essent sanæ mentis, non petierint hæreticorum consolationem. Nam si in vita diffamatio aut suspicio de hæresi præcessisset, aut cū sanæ mentis essent, hæreticorum consolationem petiissent; tunc nullo modo admittendæ sunt hæredum excusationes, sed defuncti velut hæretici poterunt condemnari.

Relat. supra pag. 104.

Filij quando admittunt de beatis, vel nõ ad excusandos defunctos, &c.

Questionis summa.

condemnari ex hac præsumptione iuris & de iure, contra quam hoc casu non admittitur probatio in contrarium.

Alteræ & postrema conclusio est, prioris veluti declarata, nempe: Cum hæredes defunctorum in hoc tribunali admittantur ad excusandos defunctos, non possunt eos excusare per testes domesticos, veluti per vxores, filios, vel alios familiares; sed adhibere oportet alios testes omni exceptione maiores.

Hæc summa est huius questionis, quæ continet materiam frequentem in quæstionibus & cognitu necessariam, de qua egit etiam auctor supra in hac 3. parte, quæst. 43.

Ex titulis vero harum quæstionum intelliges Emericum diuerso consilio de materia procedendi contra defunctos differuisse, quamuis multis locis vtrius eodem rescripto desumpto ex c. filij. de heret. lib. 6.

Quid sit petere consolationem ab hæreticis.

Et priusquam ad propositam materiam aggrediar, operæpretiæ erit adnotare quid sit hoc, quod dicitur in hoc textu de petenda consolatione hæreticorum. hæc nunquam potui intelligere donec in codice illo bibliothecæ Vaticanæ inueni summam quandam F. Rayne rij ex Ordine Prædicatorum de Catharis, & Leonistis, seu Pauperibus de Lugduno, in qua plene agitur de sacramentis Catharorum, inter quæ vñ erat consolamentum, seu manus impositio, seu spiritalis baptisimus, in quo conferendo quis ritus esset solitus obseruari, abunde docui supra parte 2. super q. 13. s. manus impositio. ex quo intelliges hunc locum aliquin difficilem propter ignoratum nostrum hoc sæculo ritum antiquitatis, quem hæretici eius temporis obseruabant.

Prima conclusio in præsumptione iuris & de iure fundata est, quæ non admittit directam probationem in contrarium. suspecti ergo vel diffamati de hæresi, qui tempore mortis petunt consolationem ab hæreticis secundum eorum ritum et consuetudinem, si constat eos tunc sanæ mentis fuisse, tamquam confirmati hæretici præsumuntur & condemnantur à iure.

Iam dispositio huius textus, quo videtur hic Emericus, quæ locum habebat olim in Catharis et alijs hæreticis, de quibus dixi supra parte 2. super q. 13. locum hodie sibi vendicabit in hæreticis nostri sæculi, & alijs cuiuslibet ætatis vel temporis: nam verbi gratia diffamatus vel suspectus de hæresi Lutherorum, Calvinistarum, aut similibus, vel ex eis selectis conuersus, si tempore mortis sanæ mentis existens iuxta ritum eius selecta de qua erat diffamatus vel suspectus, vel ex qua fuit conuersus, consolationem, aut sacramentum, aut alios ritus & caeremonias eius selecta proprias peteret, præsumptione iuris & de iure per hunc textum haberetur pro hæretico.

Quod eadem omnino ratione loci habere existimo in conuersis ex Iudeis, Mahometanis, vel alijs infidelibus, qui tempore mortis cum sanæ mentis essent iuxta ritus parentum suorum et antiquæ perfidiæ decedere, ac sepeliri voluerunt.

Sed quomodo huiusmodi homines defendi possint,

videamus. Duplex modus excusandi tales hic proponitur, primus est, bona vita antea: nam si quis videtur probare defunctum non decessisse hæreticum, nec illa hæreticalia quæ dixit, aut fecit dixisse aut fecisse animo deliberato, sed verbi gratia per doloris acrimoniam, aut aliter, is probabit eum defunctum dum viueret, non fuisse de hæresi suspectum nec diffamatum, immo laudabiliter vixisse, & sacramenta Ecclesie more Christianorum debito tempore recepisse, & cetera peregrisse, quæ à veris et catholicis Christianis fieri solent. quod probandi genus contrarium suspensionem aut omnino excludit, iuxta doctrinam Baldi in l. 1. c. locati. nu. 7. vers. & in simili, aut saltem valde elidit & minuit; quod apertissime deducitur à contrario sensu ex textu in dicto c. filij. de heret. lib. 6. ibi: Si dum viuebant, diffamati erant de hæresi, aut suspecti. Ergo si tales non erant, censendi videntur à delicto immunes, nec iudicandi sunt hæretici.

Nec mirum hoc videri debet, quoniam bona fama antea vitæ multa bona operatur, de quibus Baldus in l. 1. c. locati. Sed inter cetera hoc vñ quod ad præsens institutum spectat, videlicet, per bonam famam in genere, tolli indicia in specie contra aliquem orta, quod aliquos dixisse testatur Franciscus Casonus tract. 1. de indicijs. c. 2. nu. 10.

Secundus modus excusandi defunctos proponitur, si ostendatur eos non fuisse sanæ mentis, cum petierunt hæreticorum consolationem; aut alia dixerunt, vel fieri postularunt secundum ritum & consuetudinem antiquæ perfidiæ. & in hoc articulo tota difficultas posita est in declarando & intelligendo, an delictum præsumatur esse factum tempore furoris, vel tempore sanæ mentis: nam si tempore furoris factum fuisse præsumatur, nec ad culpam, nec ad pœnam imputandum erit: secus autem iudicabitur si tempore sanæ mentis commissum fuisse concludatur.

In hoc ergo dubio sit hæc prima conclusio: Si illi qui ad excusandum huiusmodi defunctum, qui præsumitur hæreticum fuisse, probent ipsum aliquando fuisse furiosum, in furore præsumitur durare, & tempore furoris commississe delictum, & accusator siue Fiscalis, vel iudex si procedit ex officio, debet probare delictum esse factum tempore sanæ mentis, ita probat textus singularis in cap. indicas. 3. q. 9. & ibi glosa communiter recepta in verbo, ostenderis. & glosa in cap. vlt. de successione ab intest. in verbo, compotem. vbi etiam per Doctores. nec deest ratio ad eandem conclusionem probandam, quoniam furor est qualitas & morbus, qui postquam est radicatus præsumitur durabilis, vt perisi medici fatentur, & probat textus in l. humanitatis. C. de impuber. & alijs substit. & in l. 1. ff. de curatore furio. & docet nominatim Zabarella in cap. cum inter canonicos. de electio. in 5. oppositione. & confirmatur ex communi & recepta doctrina Bartoli in l. non solum. s. sed vt probavi. ff. de operis noniunt. dicentis quod quando actus vel delictum potest fieri tempore licito & illicito, ille qui agit vel accusat tenetur probare esse factum tempore illicito, & punitibili.

Sit secunda conclusio: Si hic defunctus, qui dicitur tempore mortis deliquisse hæreticando, ante delictum non fuit furiosus, nec illi qui admittuntur ad eum defendendum & excusandum id probant; sed tantum dicunt & proponunt tempore delicti commissi fuisse furiosum, reuera huiusmodi defensores id probare debent, aliàs autem delictum censetur commissum tempore sanæ mentis quia semper quis presumitur esse talis, qualis naturaliter esse debet. argumen. textus in l. nec codicillos. C. de codicillis. vbi id notant Baldus, Paulus de Castro & alij, & nominatim profitetur Angelus tract. de maleficijs, in verbo, scienter & dolose. vers. quid in furioso. Imola & Ancharanus in Clemen. 1. de homicid. Salycetus in l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt num. 2. & alij plerique quos gratia breuitatis omitto.

Hac quæ diximus de excusando per alios vel non excusando defuncto, qui dicitur tempore mortis hæreticari, intelligenda quoque censemus cum is nõ moritur, sed conualescit & uiuit: nam si aliquando fuit furiosus in furore presumetur deliquisse, & non punietur: si vero nõ fuit furiosus, nisi probauerit se fuisse mente alienatum cum illa hereticalia dixit, vel fieri petiuit, legitime punietur.

Admonebo tamen grauissimas quasdam esse egritudines & morbos, quibus facile solent homines mente amoueri, & iudicio priuari, quamuis antea sapientes fuerint, quod in hac causa diligenter est considerandum, & si opus fuerit iudicium medicorum peritorum adhibendum, cum agatur de maximo præiudicio.

Aetas etiam consideranda est, ob quam ingravescentem sæpe absque morbo delirare solent homines, & aliena loqui, itè spectandæ sunt multæ aliæ circumstantiæ, ex quibus intelligatur, an hereticalia dicantur, vel fiant, aut dici & fieri presumantur potius vi morbi, aut alterius affectionis, quàm mentis siue intellectus errore.

Sed dubium est, an credatur notario in testamento attestanti testatorem fuisse sanæ mentis, & vera sententia & communiis est, non credi. Alexander consil. 1. 4. 1. incipien. Ponderatis, matureque perspectis. lib. 1. late lason in l. Senium. C. qui testamen. facere poss. Baldus, Angelus, & Cumanus in l. 2. ff. de testamen. & alij, quos prudens omitto.

Illud etiam in hac disputatione docendum erat, quod merito prima nostra conclusio videtur postulare, ex quibus scilicet actibus possit furor probari, ut tandem deducatur eum qui accusatur, furoris tempore deliquisse, ne puniatur; sed cum breuiter expediri res longa non possit, lectorem remittimus potissimum ad Franciscum Herculanum, qui in tract. de probanda negatiua, hæc demonstrat, nu. 1 57. vers. Secundus modus est.

Circa secundam vero EymERICI conclusionem nulla occurrit difficultas, quæ non sit plene à nobis declarata supra in hac 3. parte super questione 70. cetera dicta sunt super quæst. 43.

A D E E X C O M M V N I C A T I O N I S I N C A U S A F I D E I, & A B S O L U T I O N E E O R U M.

Q V A E S T I O C X X I I.

An hæretici, & eorum fautores sint excommunicati, & ab Inquisitoribus possint absolui.

S V M M A R I V M.

- 1 Hæretici sunt ipso iure excommunicati:
- 2 Credentes quoque receptatores & fautores eorum:
- 3 Absolui autem ab Inquisitore possunt ab excommunicatione.



Entesima vicesima secunda quæstio est: Vtrum hæretici credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipso iure sint excommunicati; & si respiciant, possint absolui per Inquisitores?

1 Respondemus ad vtrumque quòd sic. De hæreticis patet quòd sic in c. Sicut ait. & in c. Ad abolendam. in princip. & in c. Excommunicamus. in princip. & præsertim, et breuius in c. Excommunicamus 2. de hæret. vbi dicitur sic: Excommunicamus & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patharenos, & infra: & alios quibuscumque; nomini bus censeantur, & cetera.

Supra pag. 103.

2 De credentibus autem & ceteris supradictis habetur in c. Excommunicamus 1. §. credentes. vbi dicitur sic: Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiicere, & cetera.

Supra pag. 101.

3 Quòd autem possint absolui per Inquisitorem, si respiciant, habetur in c. Vt officium. in princip. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt officium. & infra: Contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum; necnon contra infamatos de hæresi, vel suspectos iuxta sanctiones canonicas (hominum metu diuino timori postposito) procedatis. Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiæ vnitatem; ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis.

Supra pag. 107.

C O M M E N T. C L X X I.

D Væ sunt assertiones, Prima est: Hæretici, fautores & similes excommunicati sunt.

Alteræ est: eos posse per Inquisitores absolui. vtraque facilis est, & aperta.

Ac quantum ad primam spectat, non est putandum ab his primum Pontificibus, quorum sunt hæc rescripta,

Inter pœnas hæreticorum excommunicatio est omnium antiquissima.

scripta, quibus vitur hic EymERICUS, hæreticos & eorum fautores anathemate percussos; nam inter pœnas hæreticorum, excommunicatio omnium est antiquissima, vel à Christo iam instituta Matth. c. 18. ibi: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.

Et B. Paulus ter legitur excommunicasse, vt patet ex sacris eius epistolis 1. ad Corinth. cap. 5. & 1. ad Timoth. cap. 1. & ad Titum c. 3.

Adde Martinum Perez ab Ayala Archiepiscopum quondam Valentinum lib. 1. de ecclesiasticis tractat. par. 3. art. 6.

Secunda conclusio prærogatiuam præstat Inquisitoribus, de qua diximus supra in hac 3. parte super quæst. 92. adde Repertorium Inquisitorum & Locatum in opere iudiciali verbo, excommunicatio. Syluestrum in summa verbo, hæresis 1. quæst. 8. & Simancam de cathol. institutio. titu. 23.

Q V A E S T I O C X X I I I.

Quam pœnam incurrant fautores hæreticorum, si animo pertinaci perstiterint in excommunicatione per annum.

S V M M A R I V M.

- 1 Impedientes officium sanctæ Inquisitionis, si stent per annum in excommunicatione, quam propter hoc incurrerunt, condemnandi sunt vt hæretici.
- 2 Fautores meri, si non publicentur excommunicati, non incurrunt alias pœnas:
- 3 Si vero publicati fuerint, nec intra annum satisfecerint, multis pœnis sunt obnoxij:
- 4 Quas pœnas incurrant etiam si non durent in excommunicatione per annum.



Entesima vicesima tertia quæstio est: Quam pœnam incurrant receptatores, defensores, ac fautores hæreticorum, qui sunt excommunicati ipso iure, si stant in excommunicatione per annum animo pertinaci?

1 Respondemus, quòd si prædicti ex eorum receptatione, defensione, & fautoria impederint fidei processum, iudicium, aut sententiam Episcopi, seu Inquisitoris directe vel indirecte, vel ad hoc præstiterint auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis vinculo sunt percussif: quòd si in ea steterint per annum animo pertinaci, extunc sunt vt hæretici condemnandi, vt patet in cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus. vbi dicitur sic:

Relat. supra pag. 110.

Prohibemus quoque districtius Potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus eorundemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem

crimine, absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato à carcere liberent; aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diocesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore, iniunctâ, prompte (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent: vel aliàs diocesanorū aut Inquisitorum iudicium, sententiam seu processum, directe vel indirecte impedire præsumant. Si quis vero de prædictis Potestatibus, dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum officialibus, seu Balliuis, contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio spēsatis diocesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumperit, vel ipsum aliquatenus impedire, necnon & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis senouerit mucrone percussus: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condemnatur.

2 Si autem prædicti ex eorum receptatione, defensione, & fautoria, aliàs nõ impediuerint Episcopi vel Inquisitoris iudicium, sententiam, vel processum; licet ipso iure sint excommunicati, nisi tamen excommunicati notentur & publicentur, non videntur alias pœnas incurrere, ex eo quòd stant in excommunicatione per annum: Sed si publicentur excommunicati, & stent per annum, incurrunt pœnas multas, de quibus habetur in cap. Excommunicamus. §. credentes. de hæret. vbi dicitur sic:

Supra pag. 102.

3 Receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiicere: firmiter statuentes, vt postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit, intra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si vero aduocatus fuerit, eius patrocinium nullatenus admittatur: si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur. & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, postquæ ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint: excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eleemosynas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali.

Infamiam, & alias pœnas tales incurrunt.

4 Quæ

4. Quae autem sunt poenae praedictorum, etiam si non persistant in excommunicatione per annum animo pertinaci, dictum est supra hac par. 3. quest. 113. 114. 115. 116. 117. & 118.

COMMENT. CLXXII.

DE materia huius questionis egit plene idem EymERICUS supra par. 2. q. 47. ubi dixi. nec propterea sunt aliqua inutiliter repetenda.

Qui non impediri factum officium, quantum sit fautores, an elapso anno alias poenas praeter excommunicationem incurrant.

In hac questione illa solum occurrit difficultas, quae oritur ex verbis EymERICI hic num. 2. dum sentit, fautores & ceteros huiusmodi, si non impediunt officium Inquisitionis, etiam elapso anno non incurvere alias poenas praeter excommunicationem, nisi excommunicati publicentur: nam contrarium videtur dicere auctor apertissime parte 2. q. 47. num. 3. dum ait: Omnes isti excommunicati in causa fidei, si per annum steterint in illa excommunicatione animo pertinaci, non ut suspecti de haeresi tantum, sed ut haeretici sunt condemnandi. hęc illi.

Hęc cum intuerer paulo diligentius, animadverti non carere probabilitate EymERICI sententiam hoc loco. idem sentire videtur Repertorium Inquisitionum verbo, excommunicare. §. item fautores. & ratio esse potest: nam primi qui non modo fauent haeretici, sed etiam officium impediunt, graviter contrahunt haereseos suspicionem, quae elapso anno transit in violentam & iure probatam, ex qua possunt ut haeretici condemnari. Qui vero eiusdem haeretici fauent, non tamen impediunt Inquisitionum officium, non ita graviter peccant, ideoque nisi nominatim publicentur excommunicati elapso anno non videntur ut haeretici condemnandi: haec sententia benigna est, de qua quid sentim in tanta brevitate non possum facile dicere, atam aliis. cetera haec spectantia tradita sunt supra in 2. parte super vitinis questionibus.

QVAESTIO CXXIII.

Quam poenam incurrat excommunicati in causa fidei sic durantes per annum.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicati propter contumaciam in causa fidei, & cet. post annum ut haeretici condemnantur.
- 2 Id ipsum faciendum est de excommunicatis causa impedimenti dati sacro officio.
- 3 Et de excommunicatis ob omisam purgationem, & cet.
- 4 Fautores autem haeticorum alias poenas incurrant.



Entesima vicecima quarta questio est: Quam poenam incurunt excommunicati in causa fidei, si steterint in excommunicatione animo pertinaci?

A 1 Respondemus, quod tales excommunicati, sunt in multiplici genere: Nam quidam sunt excommunicati in causa fidei propter contumaciam, quia citati de fide responderi renuerunt contumaciter comparere, & tamquam contumaces excommunicantur: Isti si stant in excommunicatione per annum animo pertinaci, extunc sunt ut haeretici condemnandi: ut patet in cap. Cum contumacia. de haeret. lib. 6. ubi dicitur sic: Cum contumacia (in causa praesertim fidei) suspicioni praesumptionem adiciat vehementem, si suspectus de haeresi vocatus a vobis, ut de fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo, quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat) per vos fuerit innodatus, quam si per annum animo sustineat pertinaci; extunc velut haeticus condemnatur.

Relat. supra pag. 109.

2 Quidam sunt taliter excommunicati, quod iudicium, sententiam, seu processum Episcopi vel Inquisitionis impediunt: vel ad hoc faciendum consilium, auxilium vel fauorem dederunt. Isti si stent in excommunicatione per annum animo pertinaci, sunt velut haeretici condemnandi, ut patet in cap. Ut inquisitionis. §. prohibemus. de haeret. lib. 6. ubi dicitur sic:

Excommunicati propter impedimentum datum sacro officio.

Prohibemus quoque districtus Potestatis dominis temporalibus, & rectoribus eorundemque officialibus supra dictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, sine captos pro eodem crimine, absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitionum, aut saltem alterius eorundem licentia vel mandato a carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine a dicecesano vel Inquisitionibus, seu Inquisitione, iniunctam, promitte (pro ut ad suum spectat officium) facere seu adimplere deinceps: vel alia dicecesanorum aut Inquisitionum iudicium, sententiam seu processum, in parte, vel in parte impedire praesument. Si quis vero de praedictis potestatis, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, seu ballivis, contra praedicta fecerit, aut praefato fidei negotio sepefatis dicecesano episcopo, vel Inquisitionibus incumbenti, se opponere forte praesumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire; necnon & qui scienter in praedictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se noverit mucrone percussum: quam si per annum animo sustinerit pertinaci, ex tunc velut haeticus condemnatur.

pag. 110.

3 Quidam autem sunt taliter excommunicati, quia suspecti de haeresi habiti noluerunt se purgare. Isti si stent in excommunicatione per annum, sunt ut haeretici condemnandi, ut habetur in cap. Excommunicamus. §. qui autem. extra de haeticis. ubi dicitur sic: Qui autem inveni fuerint sola suspicionem notabiles: nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personae, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriuntur, & usque ad satisfactionem condignam, ab omnibus evitentur: ita quod si per annum in excommunicatione

Excommunicati quia noluerunt se purgare.

Relat. supra pag. 101.

4 Quidam sunt taliter excommunicati, quia sunt receptatores, defensores, & fautores haeticorum, & publicantur excommunicati. Isti si stant per annum, poenis plurimis feriuntur, ut patet in cap. Excommunicamus. §. credentes. de haeret. de his dictum est supra quaestione proxima.

Excommunicati propter fauorem datum haeticis.

COMMENT. CLXXIII.

Res potissimum conclusiones ponit de excommunicatis persistentibus in excommunicatione, ut patet in sumario quaestionis, circa quas nihil notatu dignum occurrit, quod non fuerit explicatum supra parte 2. super quaest. 47. vide praeterea de hac materia illos, quos citavimus paulo antea super quaestione 122.

QVAESTIO CXXV.

An tales excommunicati ex causa fidei absolvi possint ab Inquisitore.



Entesima vicecima quinta questio est: Vtrum Inquisitor possit absolute eos, qui steterunt per annum in excommunicatione animo pertinaci, vel alia pro causa fidei sunt excommunicati, si ad gremium Ecclesiae revertantur?

Relat. supra pag. 107.

Respondemus quod sic; quia tales (ut dictum est supra quaestione proxima) ut haeretici sunt habendi. Haeretici autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ab excommunicatione, quam incurrerunt, per Inquisitorem, si peniteant, possunt absolvi: ut habetur in cap. Ut officium in princip. de haeret. lib. 6. ubi praemisso de omnibus supra dictis dicitur sic: Ut officium & infra: Si vero aliquis ex praedictis haetica labepinitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiae unitatem; ei iuxta formam Ecclesiae absolutionis beneficium impendatis.

COMMENT. CLXXIII.

Super hac quaestione nulla occurrit obscuritas grauis, quae longa narratione egeat. Primum, haec questio differt a superiori 122. in qua videtur auctor tractare idem privilegium; nam ibi docuit quod Inquisitores possunt absolute redeuntes ab haeresi, vel haereseos suspicionem, qui propterea fuerunt ipso iure excommunicati: hic vero docet etiam posse absolute eos, qui in excommunicatione duraverunt per annum animo pertinaci.

Anno elapso de crimine audiuntur excommunicati.

Sed dubitari poterat, quomodo possit Inquisitor absolute eos, qui per annum perdurant in excommunicatione, cum anno elapso ut haeretici sint condemnandi. cap. cum contumacia. de haeret. lib. 6.

Et breviter respondeo, quod qui post annum revertuntur, quamvis non audiantur quoad bona recuperanda; audiuntur tamen quoad excusandum crimen: & si misericordiam implorent, recipiuntur, ut plene dixi supra in 3. parte super 13. modo processum fidei terminandi.

QVAESTIO CXXVI.

An Inquisitor dispensare possit ab irregularitate cum praefatis excommunicatis.



Entesima vicecima sexta questio est: Vtrum Inquisitor possit cum praedictis excommunicatis, si forsan irregularitatem incurrerint; ubi respiciant super irregularitate dispensare? Respondemus, quod non inuenitur, quod hoc possit Inquisitor in iure cautum, nec in quibuscunque privilegijs sibi concessum: quare non potest cum talibus dispensare.

COMMENT. CLXXV.

Vna est conclusio: Cum redeuntibus, si forte aliquam incurrerint irregularitatem, Inquisitor non potest dispensare, quia non inuenitur sibi concessum.

Inquisitores secum mutuo dispensare posse super irregularitate, si quis eorum fortassis quandoque ea contraxerit, docuit EymERICUS 3. par. q. 27. & dixi supra in hac 3. parte super q. 23. Rursus, eos posse absolute redeuntes ab excommunicatione, paulo antea demonstravit.

An autem non modo a censura excommunicationis, sed etiam ab irregularitate, quam contingit contrahere ob haeresim, vel apostasiam, cum redeuntibus possint dispensare; nunc ostendit, & concludit id non licere Inquisitionibus, quia nullo iure concessum id eis reperitur. idem tradit Repertorium Inquisitionum verbo, irregularitas. & alij vetustiores.

An Inquisitores super irregularitate dispensare possint.

Hodie hac lis sublata videtur per rescriptum Clementis VII. Pont. Max. quod incipit: Cum sicut. §. vobis etiam. quo conceditur facultas Inquisitionibus, & eorum Commissarijs dispensandi cum clericis saecularibus ac personis religiosis cuiusvis ordinis super quavis irregularitate contracta ob haeresim vel Apostasiam; quod etiam agnoverunt Locatus in opere Iudiciali verbo, irregularitas. nu. 2. & Campagnius apud Zanclini tract. de haeret. cap. 27. vers. Adde ulterius. id Clementis rescriptum refertur in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctae Inquisitionis.

Ceterum quid nobis de hoc articulo sentiendum videretur, supra in hac 3. parte super q. 117. explicuimus; ubi & irregularitatem contrahi propter haeresim, & super ea solum Romanum Pontificem dispensare diximus. Rescriptum vero Clementis VII. circa hoc per posteriores

posteriores Pontificum extraneas reuocatum esse videtur; adeo quidem ut Pius Papa Quintus anno MDLXVII. die sexta mensis Septembris Pontificatus sui anno secundo, Didaco de Spinosa generali Hispanie Inquisitori inibuerit, ne posset huiusmodi homines ad aliqua beneficia, aut si clerici forent, ut ad superiores ordines ascenderent, habilitare, aut cum presbyteris dispensare, ut in altaris ministerio deseruirent. Sed vide Maiolum libro 5. de irregularitate cap. 46. & Nauarrum in Manuali confessoriorum cap. 27. titu. de tertia specie irregularitatis. num. 205. ex quo intelliges solum Papam dispensare in irregularitatibus pronientibus, ex defectu anime.

DE INDULGENTIIS pro fide laborantibus consequendis.

QVAESTIO CXXVII.

An Inquisitor conferre possit indulgentias accedentibus ad eius concionem profectam.



Entesima vicesimaseptima questio est: Vtrum Inquisitor clero, vel populo, quem conuocat ad sermonem pro fide, quem interdum facit, vel alias habeat potestatem indulgentias conferendi?

Respondemus quod sic; viginti, vel quadraginta dierum, ut patet in litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Prae cunctis. §. priuandi praeterea. versu. necnon. vbi dicitur sic: Necnon & largiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus verae penitentibus & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis, & singulis vestrum praesentium tenore facultas.

COMMENT. CLXXVI.

Hoc privilegium concedendarum indulgentiarum, ac distribuendarum Ecclesie thesaurorum, licet Pontificum proprium sit, ut docet Sotus lib. 4. sent. distin. 2. q. 1. art. 4. fauore fidei Inquisitoribus est tributum per Romanum Pontificem, ut quotiens actio aliqua in fauorem fidei celebratur, possit Inquisitor concedere viginti vel quadraginta dierum indulgentiam.

Privilegium concedendi indulgentias qui concesserint Inquisitoribus.

Hoc privilegium multi Pontifices concesserunt; nullus autem reuocauit. concessit Innocentius III. rescripto incipiente: Malitia huius temporis. item alio incipiente: Tunc potissime. & ante Innocentium III. concessit etiam Gregorius nonna rescripto incipiente: Ille humani generis. hac sunt im-

Relat. supra pag. 129.

Relat. supra pag. 129.

pressa in Bullario litterarum Apostolicarum. in fine huius operis.

Meminerunt huius privilegij Repertorium Inquisito. verbo, indulgentia. §. nunc videndum. Summa Armilla verbo, Inquisitor. num. 20. Ioannes Rojas tract. de heret. par. 2. num. 415.

Num autem posteriores Pontifices Romani in his rescriptis easdem indulgentias concedentes nouo modo censentur priores confirmare; verum etiam de nouo illas concedere, ita quod prioribus accumularentur, ut singuli viginti vel quadraginta dierum aut trium annorum per se concessisse videantur, ita quod Inquisitores octuaginta dierum, aut centum sexaginta, & amplius concedere possint: item quod Pontifices non modo trium annorum, sed sex vel nouem, vel quindecim indulgentiam tribuisse videantur, dubium esse posset: & Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitorum accumulati videtur sentire verbo, indulgentia eorum. §. 5. sed verius est, posteriores Pontifices easdem priores indulgentias confirmare, nec diuersas concedere: quod series rescriptorum indicat. & huius sententiae videtur esse auctor non obscure supra in hac 3. parte in principio numero 55. & in omnibus fere modis terminandi processum fidei, vbi inquam apparet eum significare, ut huiusmodi indulgentiae cumulatim concedantur.

Benignius tamen esset, si sua Sanctitas fauore fidei eas cumulareret, ut homines ad fauendum Inquisitoribus hoc spirituali & maximo premio inuitati facilius excitarentur.

QVAESTIO CXXVIII.

An Inquisitor conferre possit indulgentias sociis ac notariis suis.



Entesima vicesima octaua questio est: Vtrum Inquisitor sociis suis religiosis, & notariis habeat potestatem indulgentias conferendi?

Respondemus quod ipse non, sed dominus noster Papa confert eis tres annos quando laborauerint. Et si in prosecutione moriantur, plenam confert remissionem peccatorum, ut patet in litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Prae cunctis. in quibus post praedicta verba posita supra quaest. proxima dicitur sic: Socijs vero Fratribus vestri ordinis, & notarijs vestris, qui vnâ vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborauerint, & omnibus, qui vobis personaliter assisterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum haereticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, ex animo vobis praestiterint auxilium, consilium, aut fauorem: de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi penitentibus relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus.

Relat. supra pag. 129.

Relat. supra pag. 129.

COMMENT. CLXXVII.

De sunt assertiones: Prima est: Socijs & notarijs Inquisitorum laborantibus in sacro officio ad haereticos extirpandos Papa confert indulgentiam trium annorum.

Alteri est, quod si in prosecutione haereticorum, & in executione officij sacri, seu in eius ministerio moriantur, plenam indulgentiam consequuntur.

Utramque assertionem probat rescriptum Urbani III. hic ab Eymérico allatum, et rescriptum Gregorij noni, quod incipit: Ille humani generis. idem concessit Clemens III. et Urbanus III. rescripto alio incipiente: Licet ex omnibus. qua vidimus authentica in archiuo Bonon. inquisitionis.

Meminit etiam huius privilegij Bernardus Comensis in Lucerna verbo, indulgentia eorum, §. 1. & Repertorium Inquisitorum verbo, indulgentia §. nota quod Fratres.

Qui consequantur hanc indulgentiam anno.

Num autem hanc trium annorum indulgentiam consequantur non solum socij Inquisitorum & notarij, verum etiam alij sancti officij ministri, veluti consultores, Fiscalis, & similes quari potest, & hi etiam hanc indulgentiam habent, ut constat ex quaestione sequenti, cum in hoc negotio non mediocriter laborent.

Idem fortassis esset dicendum de illis, qui scribunt contra haereticos, insistentes Inquisitores haereticae prauitatis, qualiter sese in suo officio gerere debeant contra fidei hostes: hi enim quamuis in rescripto & verbis privilegij nominatim non contineantur: ob eandem tamen rationem aquâ videtur, ut rescripti privilegio vtantur.

Hoc saltem insidiosum videtur, ut Sanctitas sua ad hos quoque dignaretur hoc privilegium extendere. quando vero hanc indulgentiam consequantur, sequentia demonstrabunt.

QVAESTIO CXXIX.

An Inquisitor largiri possit indulgentias alijs sibi in officio assistentibus, & auxiliantibus.



Entesima vicesimana nona questio est: Vtrum Inquisitor consiliarijs & omnibus alijs, qui sibi personaliter assistunt, & existunt in executione sui officij, vel alias praestant sibi ex animo auxilium, consilium, vel fauorem, habeat potestatem indulgentias largiendi?

Respondemus, quod ipse Inquisitor non, sed dominus noster Papa confert eis tres annos de indulgentia: & si in prosecutione officij moriantur, remissionem plenam omnium peccatorum, ut patet in praedictis litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. ut tactum est statim supra quaest. prox. in quibus dicitur sic: Necnon & largiendi: & infra: Et omnibus

qui vobis personaliter assisterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum haereticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, ex animo vobis praestiterint auxilium, consilium, aut fauorem: de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi penitentibus relaxamus: & si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus.

Et in c. Excommunicamus itaque. §. Catholici extra de haeret. dicitur sic: Catholici vero qui crucis assumpto charactere ad haereticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto privilegio sint muniti, quae accedentibus in terra sanctae subdidum conceduntur.

Quae autem sunt illa dicitur quaest. prox. Quamplura alia privilegia conceduntur circue signatis praedictis pro extirpanda haeretica prauitate, per Inquisitores eis conferenda, ut patet in litteris Apostolicis positis supra parte ij. Innocentij, ut nihil vobis desit.

COMMENT. CLXXVIII.

Non modo qui assidue & continuo Inquisitoribus assistunt, ut sunt necessarii ministri, de quibus haecenus dictum est, trium annorum indulgentiam consequuntur, & plenariam cum in prosecutione negotij moriantur: verum etiam quicumque alij, qui vbi oportuerit Inquisitoribus adstant, eodem indulgentiarum privilegio fruuntur. id probat apertissime rescriptum Urbani III. quo vtitur hic Eymericus, sed apertius idem tradit Gregorius nonus rescripto incipiente: Ille humani generis. in haec verba: Ad haec, ut super praemisissis omnibus officium sibi commissum liberius possint & efficacius exercere, omnibus qui ad praedicationem eorum (scilicet Inquisitorum) accesserint in singulis stationibus viginti dies: illis vero qui ad impugnandum haereticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, in munitioibus, vel castellis, vel alijs contra Ecclesiam rebellantes, ipsi ex animo auxilium, consilium praestiterint vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniuncta sibi penitentia relaxamus; & si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti & ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus. haec ibi.

Quicumque Inquisitoribus auxiliatur, trii an indulgentiam consequuntur

Hoc privilegio hodie in primis gaudent crucifigati, quibus in Hispania similes sunt illi, quos dicimus familiares, qui nutibus Inquisitorum obediunt, ea exequentur, quae ad promotionem huius sacri officij, & ad fidei propagationem, & ad haereticae prauitatis extirpationem spectant. Eandem etiam indulgentiam consequentur quicumque zelo fidei cum opus esset, Inquisitoribus auxili-

Crucifigati gaudent hoc privilegio.

Relat. supra pag. 129.

auxiliarentur: vt vel hinc catholici magnopere excitari debeant ad faciendum, & auxiliandum Inquisitoribus.

Q V A E S T I O C X X X.

An Inquisitor plenariam indulgentiam consequatur in vita, & in morte.

Entesima tricesima & vltima quaestio est: Vtrum Inquisitor plenariam indulgentiam habeat in vita pariter & in morte?

Respondemus quod sic: In vita quidem quandoque pro exequendo officio laborat: in morte autem si in prosecutione officij diem claudit extremum.

Quod autem habeat in vita pro officio laborando, patet in praefatis litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Urbani iij. Prae cunctis. S. vobis autem. vbi dicitur sic:

Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quae succurrentibus terrae sanctae in generali concilio est concessa.

Quae autem in dicto concilio succurrentibus terrae sanctae est concessa, patet in cap. Ad liberandam. extra de Iud. & Sarra. in parte decisa. notat Hostien. in lectura: in qua de succurrentibus terrae sanctae infra habetur ita: Nos autem de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, & ex illa, quam nobis, licet indignis, contulit Deus ligandi atque soluendi potestate, omnibus, qui laborem istum in proprijs personis subierint & expensis, plenam suorum peccatorum, de quibus fuerint veraciter corde contriti, & ore confessi, veniam indulgemus, & in retributionem iustorum salutis aeternae pollicemur augmentum: Eis vero, qui non in personis proprijs illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis, iuxta facultatem, & qualitatem suam viros idoneos destinauerint: Et illis similiter, qui licet in alienis expensis, in proprijs tamen personis accesserint; plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis volumus & concedimus esse participes, iuxta qualitatem subsidij & deuotionis affectum, omnes, qui ad subuentionem ipsius terrae sanctae de bonis suis congrue ministrabunt, aut circa praedicta consilium, & auxilium impenderit opportunum: omnibus etiam pie proficientibus in hoc opere in communi, sancta & vniuersalis Synodus orationum & beneficiorum suorum suffragium impertitur, vt eis digne proficiat ad salutem.

Datum Later. xix. Calendis Ianuarij Pontific. nostri anno octauo.

Quod autem Inquisitor habeat & in morte, patet in litteris Apostolicis antedictis, vbi praemisso de indulgentia, quae confertur Inquisitori

Relat. supra pag. 119.

praedicta; & quae focis & fratribus sui ordinis & notariis; & quae omnibus, qui personaliter assistent in fidei negotio Inquisitori, & praesententur ex animo auxilium, consilium & fauorem: de omnibus generaliter sequitur sic: Et si, qui ex iis in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus.

COMMENT. CLXXIX.

Hac postrema est in vulgatis codicibus huius operis quaestio, in qua de insigni Inquisitorum privilegio disseritur: nam & in vita & in morte omnium peccatorum indulgentiam consequuntur: vtramque partem probat Eymericus apertis Pontificum rescriptis.

Tradunt idem hoc privilegium Repertorium Inquisiti. verbo, indulgentia. s. item Inquisitores. Tabien. in summa verbo, Inquisitor. s. 39. in fin. Ioan. Rojas tract. de heret. par. 2. nu. 412. & alij.

Quantum vero attinet ad primam partem, quod videlicet, Inquisitores consequantur in vita plenam indulgentiam suorum peccatorum, dubium est, an intelligatur semel tantum in tota vita, an vero in singulis actibus perfectis, qui contra hereticos in fauorem & laudem fidei celebrantur, & Repertorium Inquisiti. verbo, indulgentia. s. item Inquisitores, in quolibet actu, hac sui indulgentia cessatur his verbis: Item Inquisitores exercendo officium, gaudent in quolibet actu Inquisitionis, quando fit aliquis actus reconciliationis per eos, vel aliqua executio durante tempore officij, in quolibet actu indulgentia plenaria omnium peccatorum suorum. hac ibi. cui sententia libentissime accedo.

Idem sentiendum puto de indulgentia trium annorum, quae conceditur auxiliantibus officio sanctissimae Inquisitionis, & inquisitoribus hereticae prauitatis in fauorem fidei: illi enim non tantum semel in tota vita, sed in quolibet actu perfecto, & ab alio diuerso, quo Inquisitoribus praesentant huiusmodi auxilium, trium annorum indulgentiam consequuntur.

Quibus locis de indulgentijs tradit copiose Eymericus, continentur apertissime in rescripto quodam Alexandri III. incipi. en. firmitissime teneat. quod vidimus authenticum in bibliotheca Illustrissimi Cardinalis Felicitatis Peretti de Montealto, allatum ex Assisio ex archiuo conuentus Fratrum ordinis Minorum.

Q V A E S T I O C X X X I.

An Extrauagantes in fauore fidei & sancti officij editae sint seruandae.



Entesima tricesima prima quaestio est: Extrauagantes quae concessae fuerunt per summos Pontifices in fauorem fidei & officij, Inquisitionis, an remaneant in robore suo?

Dicen-

Inquisitores in vita & in morte omnium peccatorum indulgentiam consequuntur.

Quotiens in vita adsequitur.

Nunc est SIXTUS V. Pont. Opt. Max. qui feliciter sedet.

Dicendum est quod sic; dummodo non contrarietur his, quae sunt inserta in Sexto, titu. de heret. & constitutionibus Clementis eod. tit. Patet lib. 6. c. Statuta. s. vlt. & confirmatur per proceum Sexti, adiuncta glossa super verbo, referuntur. vbi Ioannes And. dicit: referuntur constitutiones omnes, quae editae sunt super negotio hereticae prauitatis, non contrariae constitutionibus huius libri, vt infra de heret. c. vlti. in fine. Et lib. eod. super cap. Contra Christianos. & tit. de heret. in Nouel. enumerando glos. in prima glossa dicit idem. Constat autem quod decretalis vltima in eod. 6. lib. in fine, referuat mandata praedecessorum istis constitutionibus non obstantia. Item idem in glossa super cap. Per hoc, in verbo, ordinationes, dicit: Ordinationes. J. etiam in hoc volumine non infertur, dummodo non his constitutionibus contrarias. infra eod. cap. vlti. in fine: sunt enim ibi referuatae, & de his loquitur proceum huius libri, in fine.

COMMENT. CLXXX.

In duobus codicibus Barcinonensi impresso, & Sabellano manuscripto enumerantur tantum triginta quaestiones, quo ordine haecenus sunt impressae: sed codices Bononien. & Illustriss. Card. de Gambara manuscripti, hanc quaestionem amplius habent in fine adiectam, De constitutionibus extrauagantibus editis contra hereticam prauitatem in fauorem fidei, earumque robore seu valore, quae non multum discrepantibus verbis habetur in omnibus exemplaribus supra q. 84. Et plane codex Bononien. qui omnibus est vetustior, descriptus nempe tempore Pij II. Pontific. Max. post 130. quaest. antiquorum more ita habet: Deo gratias. vnde facile colligas Eymericum ibi absoluisse opus: quod

de heretico lib. 6.

etiam videntur non obscure indicare illa verba quaestio 130. Centesima tricesima & vltima quaestio, &c.

Ceterum quia codex Bononien. multam habet auctoritatem ex vetustate, & sinceritate, ac veritate (est enim in multis ceteris emendatior) ideo hanc quaestionem hic adijcere placuit, quae est veluti commentarius quaest. 84. Et mihi valde sit verisimile haec scripsisse auctorem, qui in praecipua quaest. 84. ad probandum extrauag. in causa hereticae prauitatis non esse reuocatas. sola rescriptorum Pontificorum auctoritate vtiur: hic vero more suo auctoritate interpretum idem confirmat. ex docendi enim ordine & stylo conijcio: haec postea addidisse auctorem.

Possent non incommode ex duabus quaestionibus vna fieri: verum non est visum ab antiquitate recedere.

Est autem impressa (paucis emendatis) iuxta exemplar codicis Bononien. nam in codice Card. de Gambara nonnulla adduntur, quae aperte indicant non esse Eymericum, cum testimonium Ioannis Imolen. citetur, qui multis post Eymericum annis floruit.

Atque in his ad laudem omnipotentis vnus & trini Dei (in cuius sanctissima Trinitatis festo hoc anno MDLXXXIII. die 27. Maij finita & absoluta fuit secundo huius operis praefatio & emendatio) sit tandem nostrorum Commentariorum in Directorium Inquisitorum finis constitutus, quos sacrosancta Romana & vniuersalis Ecclesiae correctioni supponi in omnibus & per omnia volumus.

Franciscus Pegna sacrae Theologiae & iuris vtriusque doctor.

F I N I S.



I N D E X
R E R V M E T V E R B O R V M
C O P I O S I S S I M V S
I N Q V O B R E V I T E R T A N Q V A M
I N C O M P E N D I V M C O N T R A C T A

*Ordine Alphabetico recensentur tam ea, quæ in Directorio, quàm
illa, quæ in Commentarijs continentur.*

A



Abatis Ioachim libellus, & eius error damnatus, par. 1. pag. 4. col. 1. B
& p. 2. q. 7. pag. 249. col. 2. D
Abiuratio nouissima Berengarij, com. 31. par. 2. pag. 247. col. 2. Alia eiusdem, par. 2. quest. 6. pag. 246. col. 1. B
abiurare de leui tantum, an debeant im-
puberes, com. 40. p. 3. pag. 488. col. 2
abiuratio de leui imponi potest suspecto leniter, par. 2. q. 55. pag. 377. col. 2. B
abiurans de leui, an detestetur omnem heresim, com. 55. par. 3. pag. 489. col. 1.
abiurans de leui, deinde in candē, vel diuersam heresim inci-
dēs, relapsorū pena non puniūt, p. 3. pag. 486. col. 1. & 2.
& com. 73. p. 2. pag. 387. c. 1. & cō. 43. p. 3. pag. 502. c. 2
abiuratio de uehementi & publice & secrete fieri potest, par. 3. pag. 492. col. 2
abiuratio de uehementi iniungenda est suspecto uehementer, & abiuranda quæuis suspicio, p. 2. q. 55. pag. 383. col. 1. & com. 136. p. 3. pag. 637. col. 1
abiurans ut uehementer suspectus, si receperit postea, aut uisit et hereticos, non est relapsus contra Emericum & alios, com. 81. p. 2. pag. 382. col. 1. & seq.
abiuratione de uehementi facta lapsus deinde in heresim relapsus censetur, & ut talis puniatur, p. 2. q. 40. pag. 331. col. 1. & com. 40. p. 3. pag. 489. col. 1
abiurans de uehementi omnem heresim detestatur, com. 55. par. 3. pag. 489. col. 2
abiuratio quid sit, & quid continere debeat, & quotuplex, & quomodo abiuratio de leui & de uehementi differant, com. 40. p. 3. pag. 488. col. 1. & 2
abiurationum variæ formulæ, com. 41. p. 3. pag. 494. col. 1
abiuratio imponitur reo persequenti in confessione in tor-
mentis facta, p. 3. pag. 481. col. 1. & quando persecuti in negatiua. pag. 481. col. 2. B
abiuratio de leui priuatim fiat, & nō publice, com. 40. p. 3. pag. 488. col. 2
abiurare qui debeant, & qua etate compelli possunt homi-
nes abiurare, com. 40. p. 3. pag. 490. col. 1
abiurationis usus antiquissimus, & cur olim institutus, com. 40. p. 3. pag. 487. col. 2
abiurare debent Iudæi demones inuocantes, par. 2. q. 46. pag. 358. col. 1. B
abiurationis à Iudæo faciendæ forma, cō. 71. p. 2. pag. 359. c. 2
abiuratio an prius debeat fieri quàm pronuntietur senten-
tia, com. 41. p. 3. pag. 494. col. 2
abiurans an debeat se subscribere, cō. 40. p. 3. pag. 490. col. 2
abiuratio constare debet per publicam scripturam, com. 40. par. 3. pag. 490. col. 2
abiurantes in initio abiurationis fidem protestari debent, com. 40. p. 3. pag. 489. col. 1
abiurans in iudicio heresim de uehementi, & postea lapsus in heresim, relapsus at, secus si de leui, p. 2. pag. 332. c. 2
abiurans unam heresim singularem, & postea in aliam inci-
dens, an sit relapsus, p. 2. pag. 332. col. 2
& com. 65. p. 2. pag. 332. col. 2
abiuratio olim in concilio solum fiebat, hodie curam fidei in-
dicibus, p. 2. pag. 95
abiuratio omnis heresis in genere, quādoque fieri potest, nul-
la heresi in specie expressa, com. 79. p. 2. pag. 376. col. 1
abiuratio Hieronymi de Præg. com. 47. p. 3. pag. 521. col. 1
abiuratio facta coram episcopo vel Inquisitore iurata an sit
valida, com. 97. p. 3. pag. 579. col. 1
abiurantis obligatio & promissio non extenditur extra iu-
ris dispositionem, com. 146. p. 3. pag. 646. col. 1
abiuratio est indicenda credentibus hereticorum tantum de
heresi suspectis, p. 2. q. 50. pag. 266. col. 2. C
abiuratio iuxta suspicionis qualitatem tantum fieri debet, p. 3. q. 42. pag. 336. col. 1. E. col. 2. A
abiuratio fieri debet in uulgari, & quando, p. 3. pag. 493. col. 2. B. pag. 496. col. 2. E. & pag. 502. col. 1. A
abiuratio indicenda conuictio per plures singulares testes, p. 3. q. 72. pag. 619. col. 1. C. D
abiurationis præst. andæ à sponte confesso & penitente mo-
dus & forma, p. 3. pag. 503. col. 2. & seq.
abiurationem legere debet notarius casu quo reus nesciat
legere, p. 3. pag. 493. col. 1. B. C
abiurans an obligare se debeat ad hereticos denunciandos, com. 49. p. 3. pag. 500. col. 1
p. 3. q. 13. pag. 547. col. 1. A. com. 64. p. 3. pag. 547
Vicarijs inquisitorum, quid committi possit, com. 10. par. 3.
pag. 404. col. 2
Vicarij inquisitorum, quando sit testium examinatio com
mittenda, com. 10. p. 3. pag. 403. col. 1
Villafranca de Panates Catalonia oppidum, com. 6 par. 2.
pag. 268. col. 1. A
violenter suspectus quis censeatur, p. 2. pa. 383. c. 2. C. et seq
violenter suspecti habentur vt heretici, & qui nam tales vi
putentur, p. 2. q. 55. pag. 378. col. 1. E. & seq
violenter suspectus renuens abiurare, brachio seculari tra
ditur, p. 3. pag. 495. col. 2. D. E
violenta suspicio, que dicatur, & cur sic appellata, p. 2. q. 55.
pag. 377. col. 1. B. C
violenta suspitionis gradus cur ponatur, com. 42. parte 3.
pag. 498. col. 1. E
violentię & maxime suspitionis exempla, parte 2. que st. 55.
pag. 377. col. 1. D. E

violenta heresis suspicio ex quibus factis oritur, accurata
disputatio, com. 24. p. 3. pag. 479. col. 2
violatores libertatis ecclesiasticę excommunicantur, par. 1.
pag. 118. col. 2. E
visitans, deducens, receptans scienter hereticos vehementer
suspectus censendus est, p. 2. q. 56. pag. 381. col. 2. B. C
visitantes clam hereticos, & eis alimenta subministrantes,
factores sunt hereticorum, cō. 78. p. 2. pa. 374. c. 1. E. c. 2. A
visitans vel deducens hereticos post abiuratum heresim, vt
hereticus relapsus censetur, p. 2. q. 58. pa. 386. c. 1. C. D
vini & mortui qui dicantur in die iudicij, p. 1. pa. 14. c. 1. E
vltimum supplicium an intelligatur nomine animaduersionis,
com. 71. p. 1. pag. 359. col. 1
vniio verbi Dei, qualiter facta, cum natura humana, & erro
res circa hoc confutati, p. 1. pag. 13. col. 2. E. et seq.
vniuersitas delinquens qualiter iuret & conueniatur, ac pu
niatur, p. 2. pag. 164. col. 1. D. E
vnum aliter accipitur in diuinis, et aliter in humanis, par. 1.
pag. 17. col. 2. B. C
vnum, qualiter accipitur in scripturis, p. 1. pag. 4. col. 2. C
voluntas beneplaciti in Deo, que dicatur, com. 35. parte 1.
pag. 264. col. 2
votum non excusat quem a serendo testimonio in crimine
heresis, p. 2. pag. 205. col. 2. E
Urbani iij. extrauagans incipiens, Pre cunctis, vintiqua
tuor inquisitorum priuilegia continentes, p. 2. pag. 129.
col. 1. A
Urbani iij. extrauagans incipiens, Ne inquisitionis, prohibens
delegatis sedis Apostolicę inquisitores vel eorum no
tarios excommunicari, p. 2. pag. 132. col. 2. A. B
vsuras exercere pertinaciter asserens non esse peccatum, ha
reticus est, par. 2. pag. 114. col. 1. A. B
vsurarij quęstiones cognoscere non debent inquisitores, p. 2.
pag. 106. col. 1. C. & p. 1. pag. 134. col. 1. E. & 2. A
vsuras restituere qualiter inquisitores iubeant, par. secunda.
pag. 203. col. 1. A. B
vxor an recedere possit a marito excommunicato vel here
tico, p. 2. pag. 182. col. 2. C
vxor nubens scienter cum heretico, heretica putatur, com.
160. par. 3. pag. 662. col. 2
vxor nupta heretico dotem perdit, & cur, com. 160. par. 3.
pag. 663. col. 1
vxor receptans maritum hereticum qualiter puniatur, com.
160. p. 3. pag. 663. col. 1
vxor non reuelans maritum hereticum, an amittat dotem,
com. 160. p. 3. pag. 663. col. 1
vxorum innocentium dotes propter heresim maritorum nõ
confiscantur, p. 2. pag. 109. col. 1. E
vxor a fisco dotem recuperat, com. 160. p. 3. pag. 664. col. 1
vxor qualia bona recuperet cum dote, marito ob heresim da
nante, com. 160. p. 3. pag. 663. col. 2
vxor non perdit quod accepit a consanguineis mariti ob il
lius heresim, nec partem suam lucrũ quęstũ constanter ma
trimonio, com. 160. p. 3. pag. 663. col. 1. & 2
vxori heretica redeunt domus mariti assignanda pro carce
re videtur, com. 142. p. 3. pag. 641. col. 2. E. & seq. A
X
Xenia, esculenta, & poculenta, an possint accipere Inqui
sitores, com. 153. p. 3. pag. 651. col. 1


LITTERÆ APOSTOLICÆ
DIVERSORVM SVMMORVM
PONTIFICVM

Pro Officio Sanctissimę Inquisitionis.

I N N O C E N T I V S T E R T I V S

Auxitan. Archiepiscopo.

Hortatur Episcopos, vt studeant diligenter hereticos vniuersos de suis Prouincijs excludere. item vs
sine appellationis remedio per distinctionem ecclesiasticam coerceant eos, qui cum hereticis habent com
mercium, aut familiaritatem.




INTER cetera, quę nauiculam Petri fluctuantem in Mari concutiunt
diuersarum turbine procellarum, illud animum grauius nostrum affligit,
quod licentius, & perniciosius solito contra orthodoxę fidei dici
plinam ministri diabolicę prauaricationis insurgunt, iuxta quod beati
simus Apostolus Paulus Doctor gentium exprimit in eulogio epistolę
suę: simplicium animas miserabiliter illaqueant, & post se trahunt in
damnationis interitum, ac superstitionis, & fidei adinventionibus sa
crarum scripturarum intelligentiam peruerentes, Ecclesię Catholicę
vnitatem rescindere moluntur. Quoniam autem pestis huiusmodi er
roris, (sicut ex tua, & plurium assertionem cognouimus) in partibus Vasconię, ac circumpositis
terris fortius inualecit, per tuam ac aliorum coepiscoporum & tuorum industriam huic morbo tanto
efficacius volumus obuiari, quanto magis est timendum, quod pars sincera trahatur; & ex tali
contagione, quę paulatim, velut cancer, irrepit, mentes fidelium inquinentur corruptelę vicio
generalis. Idemq; si aternitati tuę presentij pagina indulgemus, per Apostolica scripta firmiter in
iungentes, quatenus ad extirpandas hereses vniuersas, & eos qui sunt hac fęce polluti, de Prouin
cię tuę finibus excludendos, modis quibus poteris, operam tribuas efficacem: in ipsos, & omnes il
los, qui cum eis aliquod commercij, aut manifeste superstitionis familiaritatem contraxerint, sine
appellationis obstaculo ecclesiasticę distinctionis exercendo rigorem, & etiam (si necesse fuerit) per
pnnicipes, & populum eisdem facias virtute materialis gladij coerceri. Dat. Lateran. Kalen. Aprilis.

I D E M I N N O C E N T I V S I I I.

N. Archidiacono Mediolanensi.

Heretici ad nullas dignitates, & consilia admittantur, nec habeant actionem eligendi alios: magistrat
us vero seculares ad id seruandum iuratoria cautione compellantur (si opus fuerit) per sententię ex
communicationis, & interdicti.



IS, quę ad ampliandam fidem catholicam, & reprimendam prauitatem hereti
cam statuuntur, auctoritatem nostram libenter impendimus, & fauorem. Sane, si
cut accepimus, dilectus filius noster G. Sanctę Marię in Porticu Diaconus Car
dinalis dum legationis fungeretur officio in partibus Lombardia, de consilio Vene
rabilium fratrum nostrorum Mediolan. Archiepiscopi, & Episcoporum, qui ad eum
Veronę conuenerant, & quorundam etiam sapientum instituit, vt de cetero heretici ad consilia, &
& dignitates Lombardia nullatenus admittantur, nec eligendi alios eis arbitrium conferatur, nec
in eligendis personis ad eas vocem debeant aliquā obtinere. Ad id autem seruandum in posterum
potestates, consules, consilia Lombardia adstringenda constituit iuratoria cautione, & te ad reci
pienda iuramenta eorũ in quibusdam ciuitatibus deputauit, indulta tibi libera facultate cõ:umaces
excõ:unicationis, & terras eorum interdicti sententijs feriendi. Nos igitur quod ab eodem Cardina
li prouida deliberatione statutũ est, ratum habentes, & iuxta mandatum eius a ciuitatibus illis su
per hoc exigas, & recipias iuramenta, ad quas te ipse duxerat destinandum, iniungimus, auctoria
te tibi presentium indulgentes, vt contradictores excõ:unicationis sententię ferias; & terras eor
rum subijcias interdicto. Nulli ergo, &c. Datum Romę, apud san. Stum Petrum xvij. Cal. n. Iulij.

Circa annos
Domini 1200.

Ex Innoc. iij.
epistolam Re
gesto impresso
fol. 38 & fol.
134. & seq.

Hęc tempo
re non in
Inquisitoris
d. l. g. u. con
stitutu.

Ex Regesto e
iusdem Domi
ni Innoc. iij.

Concor esp.
Excommunica
mus i. 5. cre
dentes de hęc
re Eym. 3. par.
q. 123.

Iubet coerceri eos, qui translationi sacrorum librorum vulgari dabant operam, & secreta conuenticula celebrabant, ac sine superiorum auctoritate prædicationis officium temere vsurpabant; contra quos, sublato appellationis remedio, procedatur.

Ex eodem Re-
gelo Innoc.
lib. 2. f. 409



Est in fouendis virtutibus, & vitijs extirpandis à prælatis ecclesiarum seruanda discretio, & circumspectio adhibenda, ne vel inter nascentium densitate spinarum, enormiter frumenta lædantur, vel insuper seminorum zizaniorum euulsione triticum euellatur. In abscondendis etiam, & curandis corporibus infirmorum, sic oculi diligentia præcedere debet manus officium, & ferrum digitis præuenire, ne si cauterium adhibeatur incaute, non tam partes infirmas non sanet, quam sanas infirmet: quod tanto diligentius in mentis languoribus est seruandum, quanto animam nouimus corpore dignorem, & spiritualia carnalibus præponenda. Hoc autem infra nos ipsos diligentius attendentes, cum olim Venerabilis frater noster Meten. episcopus per suas nobis litteras intjussisset, quòd tam in diocesi, quam in vrbe Meten. laicorum & mulierum non immo dica multicoedo Gallicæ cui- dam translationi diuinorum librorum intendens, secretis cõuenticulis etiam inter se inuicem eru- tare præsumerent, aliorum aspernantes consortium, & in faciem redarguentibus presbyteris re- sistentes, quorum simplicitatem fastidiunt in suæ translationis peritia confidentes; non proinus ad vindictam nos res accendit incognita, sed vniuersis tam in vrbe, quam in Meten. diocesi consti- tutis, sub eo tenore litteras curauimus Apostolicas destinare: qui vobis ex transcripti earum po- terit inspectio patere. Eidem insuper Episcopo, & capitulo Meten. dedimus in mandatis, vt in- quirerent solite veritatem, quis fuerit auctor translationis illius, quæ intentio transferentis; quæ fides vtenijum; quæ causa docendi: si vtenes ipsa, venerarentur Apostolicam Sedem, & Catho- licam ecclesiam honorarent: vt super his, & alijs, quæ necessaria sunt ad indagandam plenius ve- ritatem, per eorum litteras sufficienter instructi, plenius intelligeremus, & planius, quid super his statui oporteret. Nuper autem idem Episcopus, per suas nobis litteras intimauit, quòd quidam eor- um, quos notabiles prioribus litteris denotarat, mandatis reculant Apostolicis obedire: qui- busdam eorum clanculo; quibusdam vero iam publice obediendum esse dicentibus soli Deo; ab- occultis etiam conuenticulis non cessantes; officium prædicationis occulte, licet à nullo mittatur, prohibiti etiam sibi non metuunt vsurpare: aspernantes sibi dissimiles, & translationi eidem vsque adeo insistentes; vt se nec Episcopo, nec metropolitano suo, nec nobis ipsis asserant parituro, si eam decreuerimus abolendam. Licet autem tales in eo reprehendi merito videantur, quòd occulta conuenticula celebrant, officium prædicationis vsurpant, simplicitatem despicunt sacerdotum, & eorum comòra, qui dictam translationem non recipiunt, aspernantur: ne quid subito facere videamur, discretioni vestra (de qua plene confidimus) per Apostolicam scripta mandamus, atq; præcipimus, quatenus ad ciuitatem Meten. pariter accedentes, cum eodem Episcopo conuo- cetti, coram vobis talia sapientes, & adherentes translationi prædicta; & si fieri poterit, quæ in eis reprehensibilia fuerint, auctoritate freti Apostolica, sublato appellationis obstaculo corrigatis. Quòd si correctionem vestram recipere forte noluerint, inquiratis super capitulis illis, quæ in lit- teris, quas Episcopo miseramus, expressa fuisse, superius vobis expressimus, & alijs etiam diligen- tius veritatem, & quod inuenitis per nuntium vestrum, & litteras plenius intimetis: vt per vos citationes effecti, prout procedendum fuerit, procedamus. Cum enim in hoc vniuersalis Ecclesiæ vertatur negotium, & agatur causa fidei Christianæ, ad exequendū Apostolicæ Sedis mandatum cum summa diligentia, & cautela, vos studiosos, & promptos esse volumus, & mandamus. Ad hæc M. Crispinum, presbyterum, & R. locium eius, si super his, quæ dictus Episcopus eis duxerit op- ponenda, inuenitis esse reos, ipsos appellatione remota canonicè puniat. Alioquin eundem epi- scopum ad remittendā pœnam, si quam eis forsitan in fluxit, cum nihil contra eum, vel clerum in no- stra proposuerint audientia, monitione præmissa, distributione qua conuenit, remoto appellationis obstaculo, cogere non tardetis. Quòd si omnes, &c. duo vestrum. Dat Latera. v. Idus Decemb.

Conco. e.
Cum ex inuim
de. de hæret.

Concilium
Tolosan. c. 13.
penitus inpru-
dit ne laici
libros sacros
habeant in vul-
gari traslatos.

Hic erat er-
ror Paupernm
de Lugduno.
Eymen. in Di-
rectorio par. 1.
quæst. 14.

Et ob id ad
Sedem Apolto-
licam referen-
dū c. Maiorea.
de baptis. & c.
suis effectū.

GREGORIUS IX.

Hoc rescripto Gregorius Patarenos in primis, & eorum complices acriter persequitur, quorum suo tempore perfidia adhuc ecclesiam Dei vexabat: docet autem pœnas, & ordinem puniendi eos. idem postea rescriptum nullis pene mutatis alij Pontifices confirmarunt, & retulerunt, & ad omnes hæreticos extendendum: vt Innocentius iij. in Bulla incip. Nouerit vniuersitas. quæ est infra loco suo. item Alexan. iij. in Bull. incip. Nouerit vniuersitas. quam refert Eymericus in Directorio par. 2. item alij in c. Excommuni- camus 1. & 2. de hæret. & in c. Quicumque, de hære. lib. 6.

Incipiunt

Incipiunt capitula contra Patarenos edita.



XGOMMVNICAMVS & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catha- ros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passignos, Iosepinos, Arnaldistas, Spe- ronistas, & alios quibuscunq; nominibus censeantur; facies quidem habentes di- uersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Dammati vero per ecclesiam sæculari iudicio relinquuntur, animaduersione debita puniendi: clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint, ad agenda condignam penitentiam in perpetuo carcere detrudan- tur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Item receptatores, defen- sores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententiæ decernimus subiacere: firmiter sta- tuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non cu- rauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis; nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam interstabilis, vt nec res- tamentum habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunq; negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Qui si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem; nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduoca- tus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti, & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab om- ni officio, & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, eui- tare contempserint, excommunicationis sententiæ percellantur, aliàs animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicio- nis, qualitateq; personæ propriam innocentiam, congrua purgatione monstrauerint, anathema- tis gladio feriuntur, & vsq; ad satisfactionem condignam ab omnibus euentur: ita quòd si per an- num in excommunicatione persistierint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamatio- nes, & appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati, & nota- rij nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item cle- rici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiasticæ sacramenta: nec elemosynas, aut obla- tiones eorum accipiant. Similiter Hospitalarij, & Templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuarentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. Item quicumq; tales præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsq; ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se noverint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulerint, & proieciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus il- le perpetuo carcat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice, vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo in- nodetur. Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à cõmu- ni conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij per quæ credat ad prælati sui notitiam peruenire, alioquin excommunicationis sententiæ percellatur. Filij autem hæreticorum, receptatorum, & defensorum eorum, vsq; ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum officium seu beneficium admittantur; quòd si fecus adunum fuerit, decer- nimus irritum & inane. Datum Viterbij vj. Idus Nouembris. Pontificatus nostri Anno nono.

Edita anno
Domini 1236.
Ex Archiep-
Inquisitionis
Bononiensis.

Hæc dictio
quomodo acci-
pi debet doc-
et Hostiensis c.
Excommuni-
mus 1. s. cre-
dentes.

c. Si aduer-
sus. de hære.

c. 2. §. r. de
hære. lib. 6. Ey-
mer. 3. p. 9. 40.

Hyme. par. i.
quæst. 10.

GREGORIUS IX.

Inquisitores idoneos iubet eligi, qui fidem prædicent, & tueantur: & cum socijs in hæreticos, ac de hæ- resi infamatos inquirant, & penitentes admittant: in receptatores, defensores & fautores hæreticorum iuxta leges in eos latis animaduertant: audientibus eorum conciones de fide habitas, viginti dierum, expu- gnantibus hæreticos trium annorum indulgentiam largiantur, contraditores coercant, quasruarios com- pescant per censuram ecclesiasticam.



GREGORIUS Episcopus seruus seruorū Dei dilecto filio Priori Prouinciali Fra- trum ordinis Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem. ILLE humani generis peruicax inimicus, omnium malorum incentor, quem de- supremis ad ima, superbia sua prostrauit: non cõtentus quòd suæ fraudis nequitia homi- nem perduxit ad casum, arumnis & miseris applicandam, callide cum nititur pestiferis retibus irretire; astute sibi parans insidias ne resurgat, locum à quo ceciderat obtenturus. Nouissime au- tem diebus istis, fidei perfidia deprauare per ministros suos iniquitatis operarios venena spargit mortifera seditione considerans, quòd familiaris hostis sit efficax ad nocendum, qui quasi dulcia præmittentes cauda pungunt, vt scorpio, in aureo tandem calice Babylonis virus pestilentia infu- suri. Licet enim hæretici hætenus diutius latitantes, sicut cancer serperent in occulto, & velut vulpes latenter niterentur vineam Domini Sabaoth demoliri, iam tamen peccatis exigentibus, in aperto, quasi equi parati ad prælium, præsumunt manifeste insurgere contra eam, in qui- busdam

Edita anno
Domini 1238.
Ex Archiep-
Inquisitionis
Bononiensis.

busdam locis publice prædicando, quærentes in cibum simplices, & in prædam edoctos; ac illa-
 queare nihilominus fideles quoslibet suis circumventionibus cupientes, facti magistri erroris, qui
 nunquam fuerunt discipuli veritatis; Vnde expedit, quod insurgant, vtiliter contra eos, vt eo-
 rum omnino hæresi confutata, per totum viget fides Christi: nam corona sequetur præmij, ten-
 tationibus resistentes. Cum igitur dudum resplenderet in partibus Lombardiæ fida fides, ac per
 hoc formidemus ibi potius animalia venenosa, ne forte simplices ipsorum callidis seductionibus
 circumuenti, & astuti prauis circumventionibus periculose decepti in profundum deueniant pecca-
 torum, sicque violeatur ibidem fidei firmamentum; nos qui circa horam vndecimam, inter opera-
 rios, immo verius supra operarios vineæ Domini sumus à patrefamilias euangelico deputati, mo-
 niti voce sponsi capere vulpes paruulas, quæ demoliti vineam Domini moliantur, & tacti dolore
 cordis intrinsecus, non valentes sustinere tantam contumeliam creatoris, ac volentes tot anima-
 rum periculis obuiare, discretionem tuam rogamus, moneamus & hortamur attentè, per Apo-
 stolica tibi scripta sub diuini obtestatione iudicij districtè præcipiendo mandantes, quatenus aliquos
 de fratribus tuis tibi commissis, in lege Domini eruditos, quos ad hoc idoneos esse noueris, ad par-
 tes tibi secundum tuum ordinem limitatas transmittas; qui clero & populo conuocatis genera-
 lem prædicationem faciant vbi commodius viderint expedire: & adiunctis sibi discretis aliquibus
 ad hæc sollicitius exequenda, diligenti perquirant sollicitudine de hæreticis, & etiam infamatis; &
 si quos culpabiles, vel infamatos inuenierint, nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesiæ
 obedire, procedant contra eos iuxta statuta nostra, contra hæreticos nouiter promulgata: in re-
 ceptatores, defensores, & fautores hæreticorum secundum eadem statuta nihilominus processuri.
 Si vero aliqui hæretica labe penitus abjurata ad ecclesiasticam redire vouerint vnitatem, ipsis iux-
 ta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus consue-
 uit iniungi. Attentius prouiduri, ne qui videntur reuerti, sub palliata specie pietatis impietatem
 committant, & angelus Satanæ in angelum lucis se transformet. Propter quod statuta, quæ super
 hoc duximus promulganda, inspicere poterunt, & ab eorum insidijs secundum discretionem eis
 traditam à Domino præcauere. Ad hæc, vt super præmissis omnibus officium sibi commissum libe-
 rius possint & efficacius exercere, omnibus qui ad prædicationem eorum accesserint in singulis sta-
 tionibus viginti dies: illis vero qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defenso-
 res eorum, in munitionibus & castellis, vel alijs contra ecclesiam rebellantes, ipsis ex animo au-
 xilium, consilium præstiterint, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Pe-
 tri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniuncta sibi penitentia relaxa-
 mus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis omnium peccato-
 rum, de quibus corde contriti, ac ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus: Ne vero ali-
 quid fratribus ipsis desit ad prædictum negotium prosequendum, in contradictores & rebelles ec-
 clesiasticam proferendi censuram tenore presentium, liberam eis concedimus facultatem. Prædi-
 catores quoque quatuordecim, quorum interest charitatiua tantum subsidia simpliciter petere, ac
 indulgentiam si quam forsitan habeant exponere, à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus
 pertinet, compescendi censura simili, eidem nihilominus licentiam indulgemus. Datum Viterbij
 xij. Calen. Iunij. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

¶ Ita in archie-
 tyro, sed viri-
 liter, credo le-
 gendum.

¶ Concilium
 Bituricense c. 1.
 Eym. 3. par.
 num. 48.

¶ Quæ conti-
 nentur in bul-
 la p. xime præ-
 cedenti.

¶ e. vt officiu-
 s. compescendi
 de hære. in 4.
 Eym. 3. par.
 quæst. 37.

INNOCENTIVS III.

Illustri Regi Franciæ.

Cancelarius Parisiensis librum Talmudi cum suis glossis publice fecit concremari iubente Gregorio Pa-
 pa Nono: id confirmat hic Innocentius iij. additque, vt Rex ceteros libros inquiret, & comburat: probi-
 bet ne Iudæi nurrices, aut famulos Christianos habeant.

Edita anno
 Domini 1243.

Ex Regesto
 Innocentij iij.

Math. 15.
 & Mar. 7.

MP I A Iudæorum perfidia, de quorum cordibus propter immensitatem suorum
 scelerum Redemptor noster velamen non abstulit, sed in cæcitate, quæ contigit ex
 parte in Israel adhuc manere permittit, prout conuenit, non attendens quod ex sola
 misericordia pictas ipsos Christiana receperet, & cohabitationem illorum sustineat
 patienter, illa committit enormia, quæ stupori audientibus, & referentibus sunt
 horroni: ipsi enim ingrati Domino Iesu Christo, qui conuersionem eorum ex suæ
 longanimitatis affluentia patienter expectat, nullam prætententes verecundiam culpæ suæ, nec
 reuerentes honorem fidei Christianæ, omittis seu contemptis lege Mosaiica & prophetis, quasdam
 traditiones suorum seniorum sequuntur, super quibus eos in Euangelio Dominus obiurgat di-
 cens: Quare vos transgredimini mandatum Dei, & irritum fecistis propter traditiones vestras,
 hominum doctrinas, & mandata docentes? In huiusmodi namque traditionibus, (quæ Talmud
 hebraice nuncupatur, & magnus liber est apud eos, excedens textum Bibliæ in immensum, in
 quo sunt blasphemie in Deum, & Christum eius, ac B. Virginem manifeste, intricabiles fabulæ, a-
 busiones erroneæ, ac stultitiæ inauditæ) filios suos docent, ac nutriunt: & à legis & prophetarum
 doctri-

A doctrina reddunt ipsos penitus alienos; verentes, ne veritate, quæ in eisdem lege, ac prophetis est,
 intellecta, aperire de vnguento Dei filio venturo in carnem, testimonium perhibente, conuertan-
 tur ad fidem, & ad redemptorem suum humiliter reuertantur. Et his non contenti, faciunt Chri-
 stianas filiorum suorum nutrices in contumeliam fidei Christianæ, cum quibus turpia multa com-
 mittunt: propter quæ fidelibus est verendum, ne diuinam indignationem incurrant, dum eos per-
 petrare patienter indigne, quæ fidei nostræ confusionem inducant. Et licet dilectus filius cancel-
 larius Parisiensis, & doctores regentes Parisi in sacra pagina, de mandato felicis recordat. G. Pa-
 pæ prædecessoris nostri, tam prædictum abusionis librum, quam alios quosdam cum omnibus
 glossis suis perledis in potestate, ac examinatos ad confusionem perfidiæ Iudæorum, publice co-
 ram clero & populo, incendio concremarint, prout in litteris eorum perspeximus contineri, qui-
 bus tu tamquam catholicus Rex & Princeps Christianissimus impendisti super hoc auxilium con-
 gruum & fauorem, pro quo regalem excellentiam dignis in Domino laudibus commendamus, ac
 prosequimur actionibus gratiarum; quia tamen nõdum Iudæorum ipsorum abusio profana quie-
 uit, nec adhuc dedit eis vexatio intellectum, celsitudinem regiam at. ro. mo. & obse. in domino Ie-
 su Christo, qui excessus huiusmodi detestabiles, & enormes commissos in contumeliam creatoris,
 & iniuriam nominis Christiani pie incepisti laudabiliter prosequendo, faciès debita seueritate per-
 celli, tam prædictos abusionis libros, reprobatos per doctores eosdem, quàm generaliter omnes
 cum glossis suis, qui per ipsos examinari, & reprobat fuerint, mandes per totum regnum tuum,
 vbiunque reperiri poterunt, igne cremari. firmiter inhibendo ne de cetero nutrices seu seruien-
 tes habeant Christianos, ne filij liberæ filijs famulentur ancillæ: sed tamquæ serui reprobat à Do-
 mino, in cuius mortem nequiter conspirarunt, saltem per effectum operis seruos se recognoscant
 illorum, quos Christi mors & istos liberos, & illos constituit esse seruos: vt proinde sinceritatis tuæ
 zelum possimus in Domino dignis laudibus commendare. Dat. Latera. vij. Idus Maij, anno primo.

¶ Eym. in Di-
 rectorio par. 2.
 q. 46. num. 6.

¶ Idè euerac
 Innocent. iij. c.
 Et si Iudæos.
 ext. de Iud. &
 Sarra.

INNOCENTIVS III.

Domini temporales banno exponere debent illos, quos Inquisitores notauerint, ad quod faciendum per
 censuram ecclesiasticam compelli possunt per Inquisitores.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori Prouinciali, & Fra-
 tribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Mar-
 chia Taruina & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.
 CVM vos Inquisitores generaliter in Lombardia, Marchia Taruina, & Roma-
 niola contra hæreticos, & omnes sectas eorum quocunq; nomine censeantur ad ex-
 tirpandum inde tam grauis contagij pestem & malum tantæ prauitatis in Ecclesia Dei nimium pe-
 filens, duxerimus deputandos, dilectos filios Nobiles Viros Vniuersos Marchiones, Comites,
 Barones, ac Potestates, Consules, & communia ciuitatum & aliorum locorum per Lombardiam
 Marchiam Taruina & Romaniolam constitutos, rogandos, hortandos attentè duximus & mo-
 nendos, nostris sibi litteris districtè percipiendo mandantes, vt omnes illos, qui per vos, vel per
 alios de vestro mandato pro hæreticos crimine, vel pro defensione seu receptatione, aut fauore hæ-
 reticorum excommunicationis innodati vinculo, vel denunciati, excommunicati publice fuerint,
 bonis confiscatis ipsorum banno exponant publico, alijs contra eos temporaliter prout expedire
 viderint in sulcimentum catholice fidei potestate sibi tradita processuri. Quo circa discretioni ve-
 stræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si dicti Marchiones, & alij mandatum nostrum
 super hoc neglexerint adimplere, vos eos ad id per censuram Ecclesiasticam appellatione remota
 cogatis. Quod si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Datum
 Peusij iij. Maij, Pontificatus nostri Anno nono.

Edita anno Do-
 mini 1232.

Ex Archi-
 uo Inquisitionis
 Brixien.

INNOCENTIVS III.

E Inquisitores moneant magistratus, vt leges in hæreticos, & eorum complices latis conscribant in suis
 statuarijs: obseruent, ac faciant obseruari: & venientes, ad id per censuram ecclesiasticam compellant.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori Prouinciali, & fra-
 tribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Mar-
 chia Teruina, & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.
 O R T H O D O X Æ, fidei commissum vobis negotium, vestro proficere
 ministerio cupientes, & considerantes attentè, quod iurisdicctio vestra, quò fue-
 rit plenior in hac parte, eo quod maior esse poterit fructuosa; volumus & præsentium vobis reno-
 re mandamus, quatenus potestates, consilia, & communitates ciuitatum, castrorum & quo-
 rumlibet aliorum locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruina, & Romaniolæ monere curatis,
 ac inducere diligenter, vt statuta nostra, & alia ecclesiastica & læcularia, & constitutiones
 A 3 etiam

Edita anno Do-
 mini 1252.

Ex Archi-
 uo Inquisitionis
 Bononien.

¶ Ita in archie-
 tyro, sed le-
 gem, magis.

etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione ecclesie persistens edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta & bulla nostra munita transmittimus, conscribi in statutarijs suis, eaq; irrefragabiliter obseruari faciant, & obseruent. Si vero nostris in hoc, immo potius apostolicis ac quiescere monitis non curauerint, ipsos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota cogatis: quod si duo ex vobis non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Datum Perusij, ij. Idus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS III.

Præcipit magistratibus secularibus, vt leges, & qualibet statuta contra hæreticos, & eorum complices edita, & conscribant in suis statutarijs, & obseruent, ac faciant obseruari: ad quod possunt compelli ab Inquisitoribus per censuram ecclesiasticam.

Edicta anno Domini 1252.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.



Innocentius seruus seruorum Dei, dilectis filijs potestatibus, consilij & communitatibus ciuitatum, castrorum, & quorumlibet aliorum locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruifinæ, ac Romanolæ, Saltem & Apostolicam benedictionem.

ORThodoxæ fideicommissum dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruifina, & Romaniola negotium ipsorum proficere ministerio cupientes, & considerantes attente, quod iurisdicção eorum quo fuerit plenior in hac parte, eo maior esse poterit fructuosa, Volumus, & nostris sibi damus litteris in mandatis, vt vos monere procurent, ac inducere diligenter, vt statuta ipsorum, & alia ecclesiastica & secularia, & constitutiones etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione ecclesie persistens, edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta, & bulla nostra munita transmittimus conscribi in statutarijs vestris, eaq; obseruetis, & faciat irrefragabiliter obseruari: nos enim eisdem Priori & fratribus, litteris nostris iniungimus, vt si eorum, immo potius Apostolicis, ac quiescere monitis non curaueritis in hac parte, vos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compellant. Datum Perusij v. Kalen. Maij. Pontificatus nostri anno nono.

Vide super Decretorio 3. par. q. 86.

INNOCENTIVS III.

Constitutiones Innocentij iij. contra hæreticos, & eorum complices, quas magistratus seculares, eorumque officiales debent obseruare.

Edicta anno Domini 1252.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.



Innocentius seruus seruorum Dei, dilectis filijs potestatibus sive rectoribus, consilij, & communitatibus ciuitatum, aliorumq; locorum per Lombardiam, Romaniam, & Marchiam Teruifinam, Saltem & Apostolicam benedictionem.

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, supereminante illa licentia his diebus hominis inimico, tanto studiosius iuxta committam vobis sollicitudinem insudare proponimus, quanto perniciosius negligemus eadem in necem catholici seminis peruagari. Volentes autem, vt aduersus huiusmodi nequitie operarios consurgant, stentq; nobiscum fidei filij, ac orthodoxa fidei zelatores, consilientie nes, & quosdam ad extirpationem hæreticæ pestis edidimus, à vobis vt fidelibus eiusdem fidei defensoribus exacta diligentia obseruandas: quæ ieriatim inferius continentur. Quocirca vniuersitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones eadem conscribi in vestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim, se aduersus hanc sanctam ecclesiam extollentem sine omissione aliqua procedatis; alioquin dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruifina, & Romaniola, damus nostris litteris in mandatis, vt singulos vestrum ad id per excommunicationem in personas; & interdictum in terram appellatione remota compellant.

Talem confirmant item idē lun. in bulla. Volentes. Alex. iij. in bulla. Cuius auctoritate. quæ habet infra.

Idem in alijs locis fauore fidei, cu eadem sit ratio, glo. in Authen. catha. de sacros. eccl.

Constitutiones autem sunt hæ:

Statuimus, vt potestas seu rector, qui ciuitati præest, vel loco alij ad præsens, aut pro tēpore præfuerit in futurū in Lombardia, & Romaniola, vel Marchia Teruifina, iuret præcise & sine ignore aliquo attendere inuolabiliter & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tēpore sui regiminis, tã in ciuitate vel loco sui regiminis, quàm in terris suæ ditioni subiectis, omnes & singulas tã infra scriptas quàm alias constitutiones, & leges tam canonicas quàm ciuiles editas contra hæreticam prauitatem, & super his præcise obseruandis recipiant à quibullibet sibi in potestaria, vel regimine succedentibus iuramenta; quæ qui præstare noluerint, pro potestatibus, vel rectoribus nullatenus habeantur. Et quæ vt potestates, vel rectores fecerint, nullam penitus habeant firmitatem. Nec vllus teneatur aut debeat sequi eos, etiam si de sequela præstada eis exhibuerit iuramentum. Quod si potestas vel rector aliquis hæc omnia, & singula seruare noluerit, vel neglexerit, præter notam periturij,

periturij, & perpetuæ infamie, ducentarum marcharum pœnam incurrat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in utilitatem communis integra conuertantur. & nihilominus, vt periturus, & infamis, & tamquam hæreticorum fautor, de fide suspectus officio, & honore sui regiminis spoliatur: nec vltreius potestas seu rector in aliquo habeatur, aut de cætero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum vllatenus assumatur.

Idem quoque potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis, vel loci in principio sui regiminis, in publica concione more solito congregata, banno ciuitatis vel loci supponat tamquam pro maleficio, omnes hæreticos vtriusque sexus quocunq; nomine censeantur, & teneatur bannum huiusmodi a suis prædecessoribus positum confirmare. Præcipue t̄ autem quod nullus hæreticus, vel hæretica, de cetero habitet vel moretur, aut subsistat in ciuitate, seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem: & quicunq; ipsum vel ipsam inuenerit, libere capiat, & capere possit impune: & omnes res ipsius vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure; nisi auferentes huiusmodi sint in officio constituti.

Præcipiant

Idem quoque potestas seu rector infra tertium t̄ diem post introitum regiminis sui, duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios, & duo seruitores, vel quotquot fuerint necessarii, instituire teneatur, quos diœcesanus si præsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis Prioribus, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinum deputati, duxerint eligendos. Instituti autem huiusmodi, & electi possint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in ciuitate quàm in tota eius iurisdictione atque districtu plenarie adimpleri, & eos ducere, & duci facere in potestatem diœcesani vel Vicariorum eiusdem.

Hoc reperat Alex. iij. per bullam, hæretis. quam habet infra.

Teneatur autem potestas seu rector in expensis communis, cui præest, facere duci eisdem hæreticos ita captos quocunq; diœcesanus, vel eius Vicarij in iurisdictione vel districtu diœcesani episcopi seu ciuitatis vel loci voluerit illos duci.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus habeatur, quæ ad eorum officium pertinere noscuntur sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium non admitta, vbi duo vel tres vel plures præsentis fuerint ex eisdem.

Officiales iurent oia exequi fideliter.

Porro cum officiales huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super his semper meram dicere veritatem. quibus ab omnibus, in his quæ ad officium eorum pertinent, plenius pareatur. & tã dicti duo decim quàm seruitores, & notarij prætaxati simul vel diuisim plenariam præcipiendi sub pœna, & banno, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem.

Potestas autem vel rector teneatur habere firma, & rata omnia præcepta; quæ occasione officij sui fecerint, & pœnas exigere non seruantium.

Officialis Inquisitionis seruentur indemnes.

Quod si dictis officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis, vel rebus, pro suis officijs exequendis, à communi ciuitatis vel loci, per restitutionem plenariam seruentur indemnes: nec ipsi officiales, vel eorum hæredes possint aliquo tempore conueniri de his quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eidem diœcesano, & fratribus videbitur expedire. Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis potestas teneatur totidem subrogare officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem, in alijs sex vtriusque sequentibus exquantur.

Officialibus vn de satisfieri debeat.

Sane ipsi officialibus dentur de camera communis ciuitatis, vel loci quando exeunt ciuitatem, aut locum pro hoc officio exequendo, vnicuiq; pro qualibet die decem & octo imperiales in pecunia numerata, quos potestas vel rector teneatur eis dare, vel dari facere, infra diem tertium postquam ad eandem redierint ciuitatem vel locum: & insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum quæ occupauerunt, & multarum ad quas fuerunt condemnati, secundum quod inferius continetur; & hoc salario sint contenti. Sed ad nullum t̄ aliud, quod istud officium impediatur, vel impedire possit vlllo modo officium, vel etiam exercitium compellantur. Nullum etiam statutum conditum, vel condendum, eorum officium vlllo modo valeat impedire. Et si quis horum officialium propter ineptitudinem vel inertiam, vel occupationem aliquam, vel excessum diœcesano, & fratribus supradictis visus fuerit amouendus, ipsum ad mandatum vel dictum eorum teneatur amouere potestas, aut rector, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Quia vtriusq; vel multa officia simul exercens, nullâ bene peragit l. ne mo. C. de affect. foribus.

Quod si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui, in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamie perpetuæ, quam tamquam fautor hæreticorum incurrat, per potestatem, vel rectorem ad diœcesani loci, & dictorum fratrum arbitrium puniatur.

Officialis delinquentes qualiter puniendi.

Potestas præterea militem suum, vel alium assessorem, si diœcesanus vel eius Vicarius, aut Inquisitores à sede Apostolica deputati, seu dicti officiales petiuerint, cum ipsis officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorum officium fideliter exercere.

Omnes prædictis officialibus faueant.

Quilibet etiam si præsens in terra vel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate quàm in iurisdictione vel districtu quolibet, dare ipsis officialibus, vel eorum socijs consilium, & iuamen, quando voluerint hæreticum, vel hæreticam capere, vel spoliare, aut inquirere: seu domum, vel locum, aut aditum aliquem introire pro hæreticis capiendis, sub viginti quinque librarum imperialis pœna, vel banno.

Pœna prohibeatis ne capiatur hæretici.

Magistratus qui detrahant hæreticos captos ubi voluerit Episcopus & Inquisitor.

Ita in archetypo, sed relegendum ex alijs.

Hæreticorum domus diruenda.

Vniuersitas autem burgi, sub pœna & banno librarum centum; villa vero librarum quinquaginta imperialium pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Quicumq; autem hæreticum vel hæreticam, captum vel captam auferre de manibus capientium vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur: seu prohibere aliquem intrare domum aliquam vel turrem seu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Paduæ promulgatam per Fredericum tunc Imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum reuegetur, & domus illa à qua prohibiti fuerint, sine spe reedificandi funditus destruatur, & bona quæ ibi reperta fuerint, sicut capientium, ac si hæretici fuissent ibidem inuenti; & tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditionem specialem burgus componat communi librarum ducentarum, & villa librarum centum, & vicinia tam burgi quam ciuitatis librarum quinquaginta imperialium, nisi infra tertium diem, ipsos defensores vel defensorem hæreticorum potestati captos duxerint personaliter præsentandos.

Teneatur insuper potestas seu rector quilibet omnes hæreticos, vel hæreticas, qui capti amodo fuerint, per viros catholicos ad hoc electos à diœcesano, si fuerit præsens, & fratres supradictis in aliquo speciali carcere tuto & securo, in quo ipsi soli detineantur, seorsum à latronibus & bannitis, donec de ipsis fuerit definitum, sub expensis communis ciuitatis vel loci sui facere custodiri.

Si quandoq; aliqui vel aliqua non hæretici pro captis hæreticis, ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsitan assignauerint, prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus redire, & assignari cogantur; & qui hunc dolum fecerint, iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum religentur.

Teneatur insuper potestas, vel rector quilibet cum bono, & securo comitatu omnes hæreticos, & hæreticas, quocumque nomine censentur, infra quindecim dies postquam fuerint capti diœcesano, vel eius speciali Vicario, seu hæreticorum Inquisitoribus præsentare; pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi facienda.

Damnatos vero de hæresi per diœcesanum, vel eius Vicarium, seu per Inquisitores prædictos, potestas vel rector, vel eius nuntius specialis eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus, circa eos constitutiones contra tales editas seruaturus.

Teneatur præterea potestas seu rector omnes hæreticos quos captos habuerit, cogere citra membri diminutionem & mortis periculum, tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures sacramentorum Dei, & fidei Christianæ, errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.

Domus autem in qua repertus fuerit aliquis hæreticus, vel hæretica, sine vlla spe reedificandi funditus destruatur: nisi dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri. Et si dominus illius domus alias domus habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus similiter destruantur, & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illis adherentibus, publicentur, & sicut auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Et insuper dominus domus illius, præter notam infamiae perpetuæ, quam incurrat, componat communi ciuitatis, vel loci quinquaginta librarum imperialium in pecunia numerata, quam si non soluerit, in perpetuo carcere detradatur. Burgus autem ille in quo hæretici capti fuerint vel inuenti, componat communi ciuitatis librarum centum: & villa librarum quinquaginta, & vicinia tam burgi quam ciuitatis librarum quinquaginta imperialium, in pecunia numerata.

Quicumque vero fuerit deprehensus dare alicui hæretico, vel hæreticæ consilium vel auxilium; seu fauorem, præter aliam pœnam superius & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur; sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocumq; negotio, sed ipse alij respondere cogatur. Quod si forte iudex exlitterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliqua ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti. Credentes quoque erroribus hæreticorum tamquam hæretici puniantur.

Teneatur insuper potestas seu rector, nomina virorum omnium, qui de hæresi fuerint infamati vel banniti, in quatuor libellis vnus tenoris facere annotari: quorum vnum commune ciuitatis vel loci habeat, & alium diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores: & ipsorum nomina ter in anno, & in concione publica solemniter faciat recitari.

Teneatur quoque potestas seu rector, filios & nepotes hæreticorum, & receptatorum, defensorum, & fautorum diligenter inuestigare, eosq; ad aliquod officium publicum seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Teneatur præterea potestas, seu rector vnum de assessoribus suis, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores prædicti ab apostolica sede dati, mittere cum eis quocumque voluerint, in iurisdictione ciuitatis atque districtu, qui assessor, secundum quod prædictis Inquisitoribus visum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel totam viciniam, si eis videbitur, iurare compellat, quod si quos ibidem hæreticos sciuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta con-

conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis Inquisitoribus studeant indicare. Ipse autem potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Frederici tunc Imperatoris, Paduæ promulgatas.

Teneatur insuper potestas seu rector in destructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis vel occupatis consignandis, & diuidendis, de quibus superius dicitur; infra decem dies postquam accusatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu; & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continetur. & eos qui soluere non poterint banno maleficij supponere, & donec soluant, in carcere detinere: alioquin pro his omnibus, & singulis syndicetur sicut inferius continetur. & insuper teneatur vnum de assessoribus suis, quemcumq; diœcesanus vel eius Vicarius, & dicti Inquisitores hæreticorum voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum.

Omnes aut condemnationes vel pœnæ, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neq; per cõcionem, neq; per consilium, neq; ad vocem populi vilo modo aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Teneatur insuper Potestas seu Rector, omnia bona hæreticorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata seu inuenta, & condemnationes pro his exactas diuidere tali modo: vna pars deueniat in commune ciuitatis vel loci: secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diœcesano & Inquisitoribus videbitur seruanda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, ad hæreticos extirpandos, non obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo cõdito aut cõdèdo.

Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum, aut constitutionum attentauerit delere, diminueri, vel mutare sine auctoritate sedis Apostolicæ speciali, Potestas, seu Rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate vel loco teneatur cum tanquam defensorem hæreticorum publicum, & fauorem secundum formam præscriptam perpetuo publice infamare, atque punire in librarum quinquaginta imperialium in pecunia numerata; quam si exigere non potuerit, cum maleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Teneatur sane potestas seu rector infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo potestatem vel rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per diœcesanum si fuerit præsens, & per fratres Prædicatores, & Minores de omnibus his, quæ in statutis istis seu constitutionibus & legibus contra hæreticos, & eorum complices editis, continentur, & punire ipsos si exceperint in omnibus & singulis quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate, non obstante si per aliquam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet, à syndicatione fuerint absoluti.

Iurabunt autem prædicti tres viri, bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis. Ceterum teneatur potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis vel loci delere seu abradere penitus de statutis vel capitularibus communis, quocumque statutum conditum vel condendum inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis & legibus, siue quomodolibet obuiare: & in principio & in medio sui regiminis, hæc statuta, seu constitutiones, & leges in publica concione solemniter facere recitari: & etiam in alijs locis extra ciuitatem suam vel locum, sicut diœcesano seu Inquisitoribus & fratribus supradictis visum fuerit expedire.

Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones & leges, & si quæ aliæ contra hæreticos & eorum complices, tempore aliquo auctoritate sedis Apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnus tenoris debeant contineri, quorum vnum sit in statuario communis cuiuslibet ciuitatis: secundum apud diœcesanum: tertium apud fratres Prædicatores: quartum apud fratres Minores: cum omni sinceritate seruentur, ne possint per saltarios in aliquo violari. Dat. Perusij Idibus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS III.

Præcipit obseruari Leges Frederici Imperatoris, & secundum eas in hæreticos animaduerti, ad quod Inquisitores magistratus compellant per censuram ecclesiasticam.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouinciali & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum, in Lombardia, Marchia Teruisin. & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum aduersus hæreticam prauitatem, quondam Fredericus tunc Romanorum Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos illas volentes ad robur fidei & salutem fidelium obseruari; dilectis filijs potestatibus, consilijs & communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisin. ac Romaniolæ, nostris damus litteris in mandatis, vt eas quarum tenores ipsis

mittimus insertos nostris litteris, faciant singuli in eorum capitularibus annotari, contra hæreticos seclatè cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Quo circa discretioni vestræ per apostolica

Edita anno Domini 1252.

Ex Archiepiscopo Inquisitionis Bononiensis.

Alia eiusdem argumenti ponitur infra.

lica scripta mandamus, quatenus si dicti Potestates, Consilia, & Communitates, mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere; vos eos ad id per excommunicationem in personas, & interdium in terram, appellatione remota cogatis. quod si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Dat. Perusij v. Calend. Iunij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS III.

Concedit Inquisitoribus, vt non obstante incorrectione litterarum Apostolicarum contra hereticos editarum, earum tamen virtute procedant. vide textum & Doctores in cap. ex parte. de fide instrument.

Edita anno Domini 1252.

Ex Archivo Inquisitionis Bononiensis.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hereticæ prauitatis, ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruifana, & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum litteræ nostræ, quas super negotio hæresis, in Lombardia, Marchia Teruifana, & Romaniola extirpandæ, nuper à sede Apostolica fratres vestri ordinis reportarunt, processerint (sicut accepimus) in aliquibus propter nimiam festinationem in correctæ: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus incorrectionis non obstante dispendio, quod ex superfluitate vel diminutione litteræ seu syllabæ, siue dictionis vnus vel plurimum inducatur, in memorato negotio procedatis iuxta earundem continentiam litterarum. Datum Perusij, Idibus Iunij, Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS III.

Hortatur Inquisitores, vt diligenter in hereticos inquirent, in eosque ac in eorum complices, (nisi conuertantur) iuxta canonum sanctiones procedant, etiam inuocato auxilio seculari, penitentes recipi debent & absolui. Si qui impediunt sanctum officium acriter coercet Papa. Inquisitores viginti vel quadraginta dierum indulgentiam largiuntur.

Edita anno Domini 1252.

Ex Archivo Inquisitionis Bononiensis.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori prouinciali ordinis fratrum Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Tunc potissime conditori omnium acceptabile obsequium exhibetur, cum sibi pro catholice conseruatione fidei, cuius est ipse stabile ac perpetuum fundamentum, pura intentione seruitur. Digne itaque in hoc sibi prouidimus, studiosum ac placidum impendere fanulatum, & præcipue in partibus Italie, propter ipsarum vicinitatem, vigilare instantius ac validius fatagere contra diros hostes eiusdem fidei, vt cultura salubris impendat per vos vicinis agris dominicis, vtilis sit longinquis, & semen verbi diuini solum in proximis, fructificet etiã in remotis: licet Apostolica sedes tales hostes ubique inderet: illa sollicitudine persequatur, nec vnquam ab huiusmodi exercitio cessauerit cura eius. Conuenit namque (vt quia contra pestem hereticam Inquisitiones & roborare ac renouare per diuersas tunc volumus regiones) id agere in Italia maiori opportunitate nunc habita, nullatenus dimittamus; cui quanto nostris prior adest aspectibus, tanto iustius possemus argui de neglectu, nisi salutis eius attente prospicere studeremus; ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus huiusmodi negotium, quod principaliter residet cordi nostro, in Lombardia & Romaniola per te, ac fratres tuæ curæ commissos, quos ad hoc videris opportunos, affectu prompto suscipias, ac feruenti animo prosequaris: ita quod si per inquisitionem de consilio diœcesanorum dictarum Lombardiæ ac Romaniolæ, cum omni vigilantia & solenni prouidentia faciendam, aliquos in eis de contagio prauitatis hereticæ culpabiles vel infectos inuenieris, aut etiam infamatos, nisi examinati velint absolute mādatis Ecclesiæ obedire, contra ipsos, & receptatores, defensores & fautores eorū, humano timore postposito, iuxta sanctiones canonicas, Apostolica auctoritate procedas: inuocato ad hoc contra eos, si cypus fuerit, auxilio brachij secularis; cōtradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita cōpescendo. Si vero aliqui heretica labe penitus abiurata, redire vouerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ consultis diœcesanis, eisdem beneficiis absolutionis impendens, iniungas eisdem, quod iniungi talibus consuevit: Prouiso solerter ne simulatâ conuersione redeant fraudulenter, & te, immo potius se fallentes, sub agni specie gerant lupum. Verum quia tam salubre negotium super omnia promoueri cupimus, propter quod impedimenta quolibet ab ipso intendimus penitus, cum Dei adiutorio, remouere: quia si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas vel communitas, siue aliqui magnates, vel nobiles seu potentes, huic negotio se opponere, aut illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit per deputatos ad hoc à nobis, procedi libere in eodem, immo nisi fouerint illud & iuuerint studiose, nos proculdubio ad comprimendam tam superbam & perniciosam audaciam, & omnimodo confundendam, in illos gladium ecclesiasticæ potestatis acriter extendemus. Erecruges, ac principes, alioque Christi fideles, siue pro terræ sanctæ succursu, siue aliis pro Christi seruitio


Inquisitores

A uitio Crucis caractere insignitos, necnon & ceteros catholicos inuocabimus contra eos: vt & calum & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum pariter moueantur; cum non minus expediat, immo magis fidem in locis prope positis, quam procul distantibus defendere. Quia enim futura volumus in quantum præsumimus (præcipue in supradictis partibus, quas speciali affectione diligimus) vitare discrimina; idcirco scribimus, quod ista palam exponere ac prænunciare procores, pulos ipsarum partium diligentius admonens, vt debitum habentes respectum ad negotium memoratum, nullum prorsus promotioni eius inferant nocumentum, sed potius in exequendo illo tibi fauorem tribuant & auxilium opportunum: quia si forsitan contrarium agere attentauerint, nullatenus dimittemus, quin per reges ipsos & principes, aliosque fideles dictum promoueamus negotium, sicut superius est expressum. Vt autem prædicta per te, ac fratres eosdem possint liberius ac vilius exerceri, tibi ac eis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videbitur, omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad tuam & ipsorum fratrum prædicationem propter hoc faciendam accesserint, plenam tenore præsentium concedimus facultatem. Datum Brixie v. Calen. Octob. Pontificatus nostri anno nono.

¶ Nota in alicuius typo, sed postsumus, videtur legendum.

INNOCENTIVS III.

Præcipit secularibus principibus & magistratibus, vt banno supponat eos bonis etiam publicatis, quos Inquisitores, aut hereticos, aut hereticorum complices declarabunt.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs nobilibus viris vniuersis marchionibus, comitibus, baronibus, ac potestatibus, rectoribus, Consulibus, & Communitatibus ciuitatum, & aliorum locorum, per Lombardiam, Marchiam Teruifinam, & Romaniolam constitutis, Salutem, & apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1252.


Ex Directorio Sabellano fol. 338.

† duxerimus

CVM Fratres Prædicatorum generaliter in Lombardia, Marchia Teruifina, & Romaniola contra hereticos, & omnes sectas eorum quocumque nomine censeantur, ad extirpandam inde tam grauis contagij pestem, & malum tantæ prauitatis in Ecclesia Dei nimium pestilens, duximus deputandos: vniuersitatem vestram rogandam, hortandam, duximus arrente & monendam, per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus omnes illos, qui per Inquisitores eosdem, vel per alios de ipsorum mandato pro hæresicos crimine: vel pro defensione, seu receptatione, aut fauore hereticorum, excommunicationis innodati vinculo, vel denunciati excommunicati publicæ fuerint, bonis confiscatis ipsorum, banno publico exponatis; aliis contra eos temporaliter prout expedire videritis, in fulcimentum catholice fidei, potestate vobis tradita processuri: alioquin noueritis nos eisdem Inquisitoribus, nostris litteris iniunxisse, vt vos ad id per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant. Datum Perusij v. Idus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS III.

Principes seculares, & quilibet magistratus, Inquisitoribus moniti & requisiti pareant, & auxilium & consilium & fauore præstent: alioquin summus pontifex latas in eos sententias ob hanc causam, ratas habeat.



Innocentius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs nobilibus viris vniuersis marchionibus, comitibus, baronibus, & potestatibus, rectoribus, consulibus, & communitatibus ciuitatum, & aliorum locorum per Lombardiam, Marchiam Teruifinam, & Romaniolam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1252.

Ex Directorio Sabellano fol. 396.

EX commissis nobis apostolatus tenemur officio super gregē Dominicum vigilare solite ac prudenter, vt pestis hereticæ prauitatis, quæ dum serpit vt cancer in vniuersali Dei Ecclesia, quamplures corumpit fidelium, & plurimos mortaliter fauciat, exacta diligentia studio, ab ipsis eminus propellatur: ac tanto propensius intendatur ad tam pestiferi morbi curam per nos & alios, qui sunt animalia oculata, & lucernæ ardentes super eiusdem candclabrū, quanto grauior ex contagio ipsius morbi, & pestilentior ammarum sequitur corruptela. Cum igitur fratres ordinis Prædicatorum Inquisitores generaliter in partibus Lombardiæ, Marchiæ Teruifinæ, & Romaniolæ duxerimus super huiusmodi negotio deputandos: vt ipsorum prudentia deprehendat huiusmodi pestis contagione infectos; qui siquidem latentes in eisdem partibus demoliuntur quotidie vineam Domini, tamquam vulpeculæ caudas habentes colligatas in vnū, sed diuersas ad magis nocendum facies prætendentes: Vniuersitatem vestram rogandam, hortandam duximus & monendam, per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus ad reuerentiam Apostolicæ sedis, & nostram, eisdem fratribus in ipsius prosecutione negotij, cuius quidem salutaris effectus, profectus est catholice fidei, ac hereticæ peruersitatis defectus, requisiti ab eis, opportunum impendantis auxilium, consilium, & fauorem: & sic eis brachij secularis potentia, cum necesse fuerit super hoc fauorabiliter assistendo, quod aduersus tales, libere potestatis

† c. Excommunicamus 1. & a. de heret.

statis ecclesiasticæ sibi commissæ valeant exercere censurâ: & vestra inde deuotio dignis in Christo possit laudibus commendari: Alioquin sententias, quas in rebelles, vel etiam negligentes, in hoc iisdem Inquisitores rite duxerint promulgandas, ratas habebimus, & faciemus auctore Deo vsque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inuolabiliter obseruari. Datum Perusij v. Idus... Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS III.

Inquisitores compellere possunt quoscumque sæculi magistratus per censuram ecclesiasticam, ut iurent seruare leges in hæreticos latas, non obstante quouis privilegio cuiuscunque tenoris.

Edita anno Domini 1253. Ex Archivo Inquisitionis Bononiensis.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Priori prouinciali & fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Lombardia, Romaniola, & Marchia Teruifana, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD aures nostras peruenit, quod nonnulli nobiles, potestates, & alij de Lombardia, Romaniola, Marchia Teruifina, partibus, nolunt statuta nostra & imperialia contra hæreticos edita, in statutis ciuitatum & locorum, quibus præfunt, facere scribi, neque iurare iuxta mandatum nostrum se obseruaturos eadem, & facturos pro posse ipsorum, ab huiusmodi ciuitatum & locorum hominibus obseruari: ne igitur mandatum nostrum super hoc directum, prætextu alicuius indulgentiæ, seu priuilegij valeat impediri; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus nobiles, potestates, & alios supradictos, ad executionem præmissorum, iuxta eiusdem mandati nostri tenorem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compellatis. Non obstante aliqua sedis Apostolicæ indulgentia, quibuscunque personis, sub quacunque forma verborum concessa, cuiuscunque tenoris existat quod excommunicari non possint, vel eorum terra supponi ecclesiastico interdicto, absque speciali eiusdem Sedis mandato, faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulgentia huiusmodi, & eorum nominibus mentionem. Datum Perusij iiii. nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno decimo.

INNOCENTIVS III.

Inquisitores cautionem pœnæ pecuniariæ exigere possunt à complicibus hæreticorum redeuntibus, de fide tenenda, & non redeundo ad priores vel similes errores.

Edita anno Domini 1253.

Ex Archivo Inquisitionis Bononiensis.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Priori prouinciali ordinis Prædicatorum, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruifina, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Zanch. de hæret. c. 19.

CVM Venerabilis frater noster Albanensis episcopus auctoritate estra super extirpatione prauitatis hæreticæ inter alia duxerit statuendum, ut Inquisitores hæreticorum in prouincia Lombardia, & credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hæreticorum ad obedientiam ecclesiæ redeuntibus, sub pœnâ pecuniaria cautionem exigent, quod fidem catholicam firmiter teneant, & ulterius fauorem aliquem hæreticis non impendant, & nos statutum huiusmodi approbauius ex abundanti, ut firmior vester maneat in hac parte processus, & radietis vobis, & his quos in huiusmodi contigerit ministerio subrogari auctoritate præsentiu duximus committenda. Dat Perusij, iiii. Calen. Februa. Pontificatus nostri anno decimo.

INNOCENTIVS III.

Archiepiscopi & episcopi de pœnis pecuniarijs exactis ab illis, qui data cautione pecuniaria promiserunt seruire mandatis ecclesiæ, Inquisitoribus prouideant in expensis.

Edita anno Domini 1253.

Ex Archivo Inquisitionis Bononiensis.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis per Lombardię prouinciam constitutis, præfentes litteras in specturis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM per nostras vobis mandemus litteras, ut hæreticorum credentes, fautores, receptatores, & defensores, qui post præstitam cautionem, quod fidem catholicam firmiter teneant, & ulterius hæreticis fauorem aliquem non impendant, in id quod abiurauerant, sunt relapsi: & quos in posterum relabi forte contigerit ad soluendam pœnam ab ipsis promissam, iuxta ordinationem venerabilis fratris nostri Albanensis episcopi auctoritate Apostolica factam, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis: fraternitati vestræ per scripta Apostolica mandamus, quatenus de his que taliter recipere vos contingeret, dilectis filiis Priori prouinciali ordinis Prædicatorum & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruifina, & substituendis eiusdem, in expensis prouidere curetis ad Inquisi-


Inquisitionis huiusmodi officium opportunis. Dat. Perusij, v. Calen. Februa. Pontificatus nostri anno decimo.

INNOCENTIVS III.

Tubet obseruari leges Frederici in hæreticos & eorum complices editas, quas nominatim inserit huic re-scripto, quibus pœnæ variæ in eos latæ continentur, & multa Inquisitoribus priuilegia conceduntur, & pluri-ma ad sacrum Inquisitionis officium spectantia traduntur.

Edita anno Domini 1254.

Ex vetusto codice manuscrip-to bibliothecæ Vaticanæ, & Directorio Sabellano parte 2. fol. 710.



Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis potestatibus, consilijs, & communitatibus ciuitatum aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Taruifinæ, ac Romaniolæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Fredericus Romanorum Imperator promulgauerit quosdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit peccatis illa: nos illas volentes ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos præfentibus, faciatis singuli in vestris capitularibus annotari, contra hæreticos sectæ cuiuscunque secundum eas exacta diligenti processuri: Alioquin dilectis filiis Priori Prouinciali & Fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Taruifina, & Romaniola litteris nostris iniungimus, ut vos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota, compellant.

Tenores autem legum hi sunt:

FREDERICVS DEI GRATIA

Correcta ad aucthent. ex 6 plar

Romanorum Imperator, & semper Augustus Hierusalem & Sicilia Rex, dilectis principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis & Episcopis, alijsque prælatis ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Scultetis, Burgauis, Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum imperium constitutis, præfentes litteras in specturis fidelibus suis, Gratiâ suam, & omne bonum.



L. 11.

OMMISSIS nobis cælitus cura regiminis, & imperialis, cui dante Domino præfitemur, fastidium dignitatis, materiale, quo diuissim à sacerdotio fungimur, gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hereticæ prauitatis exigunt excrendi: ut perfidiæ vipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tanquam matrem vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur: maleficos viuere non passuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium perones morbidas grauior infligitur corruptela. Statuimus itaque sancientes, ut hæretici quocunque nomine censeantur, vbicumque per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & faculati iudicio assignati, animaduersione debita puniantur.

SI qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, terribi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum pœnitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea quicumque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperij per Inquisitores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos arctius custodire donec per censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti censemus omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem, callidus hostis suscitât aduocatos: vel parat illicitos defensores; maxime cum facinus quos inquinat, & quat: nisi monitione præmissa destiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea qui conuicti in vno loco de hæresi ad alia loca se transferunt, ut cautius possint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam censemus subire vindictam: ut super hoc per viros ab eodem errore conuersos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi conuicerunt (quod & in hoc casu concedimus licite faciendum) euidentis testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus addicendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremâ vitæ periculo hæresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit, & fide mentita conuinci, ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurere recidiam: ut sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat. Omne insuper proclamationis & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes ut de finibus impetij, in quibus semper debet existere fida fides, hæreticæ

reticæ labis genimina modis omnibus deleantur. Ceterum quia quanto maiora diuinæ nutu piferationis accepimus, & altiore locum præ filiis hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti. Si quando igitur in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos læsa maiestatis, in personis eorum & liberorum suorum exheredatione damnamus, multo fortius istiusque contra Dei blasphematores nominis, & catholica fidei detractores, prouocamur: eorumdem hæreticorum, receptatorum, fautorum & aduocatorum suorum hæredes & posteros, vsque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs & honoribus, imperiali auctoritate priuantes: ut in paterni memoria criminis continuo mœreore tabescant: vere scientes quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter viciscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendum, ut si qui paternæ hæresis non sequaces, lateantem patrum perfidiam reuelauerint: quacumque reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitio non subiaceat innocentia filiorum. Ad hæc notum fieri volumus, Fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos; ceteros quoque qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri imperij speciali defensione receptos; & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium imperij esse volumus inoffensos: vniuersitati vestræ mandantes, quatenus quocumque, & apud quemcumque vestrum peruenerint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab incuris hæreticorum eis insidiantium, conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos vero, quos & ostenderit ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœnam subeant, quam merentur: scituri quod in executione ipsius negotij, gratum Deo & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri imperij nouam & insolitam hæreticæ prauitatis infamiam, opem, & operam, vnâ cum eisdem Fratribus prætoritatis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro potent merito culpabilis apparere. Datum Paduæ xxii. Februarij, xii. Indictione.

FREDERICVS DEI GRATIA, ETC.

NCONSVTILEM tunicâ Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vitio seruientes, quod significationem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fidei vnitatem nituntur inducere scissionem, & oues à Petri custodia, cui pascendâ à pastore bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eo vsque mansuetudinè prætententes ouium, quousque ouile possint subintrare Dominicum. Hi sunt angeli pestis. Hi sunt filij prauitatum, à patre nequitia, & fraudis auctore, ad animas simplices destinati. Hi colubini, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latenter videntur in serpente, & sub mellis dulcedine virus euomere: ut vitæ cibum ministrare se simulent, à cauda seruiunt: & mortis poculum velut quoddam dirissimum venenum immittent. Horum scelerata veteribus: vel ne in publicum prodiant: non sunt notata nominibus: vel (quod est forte nefandius) non contentæ, ut vel ab Ario Ariani, vel à Nestorio Nestoriani, aut à similibus similes nuncupentur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Patareni, à quibus abest sancta credulitas diuinitatis æternæ, sub vno contextu nequitia simul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & se ipsos: Deum, dum Dei fidem & filium non agnoscunt. Decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimonie, hæreticæ prauitatis oblectamenta ministrant: crudelius etiam læuunt in se ipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique seueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei possent euadere, vitæ prodigi, & necis improvidi sceleratores inuoluunt: & (quod est ipso dictu dirissimum) superstitibus etiam non terrentur exemplo. Contra tales sibi Deo & hominibus sic infestos, continere non possumus motus nostros, quin debitæ ultionis in eos gladum exeramus: tanto ipsos instantius persequentes, quanto in euidentiore delusionem fidei Christianæ, prope Romanam Ecclesiam, quæ caput ecclesiarum omnium iudicatur, superstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quod ab Italia finibus, præsertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius abundare, iamque vsque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ riuulos deriuarunt. Quod acerbissimum reputantes: Statuimus in primis, ut crimen hæreseos, & damnata scelerata cuiuslibet, quocumque nomine censeantur sceleratores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis iudicij potestate, alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas admittit damnatorum, & bona; & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruari. Et ut ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulat, detegatur: nemine etiam deferente, inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratore, & per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquiri; ac Inqui-

A Inquisitione notatos, etsi leuis superstitionis argumento tangantur, à viris Ecclesiasticis, & prælati examinari iubemus. Per quos si inuenti fuerint à fide catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastoralis more commoiti, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos, mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocumque nomine censeantur, decernimus, quam affectant: ut viui in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus quod in hoc ipso forum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat; quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Dat. Paduæ xxii. Februarij, xii. Indictione.

IMPERATOR FREDERICVS

semper Augustus, &c.

PATARENORVM receptatores, & complices, & quocumque modo fautores, qui ut à pœna alios possint eximere, de se velut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ pristinae de imperiali clementia, restitutionis beneficium in integrum consequatur.

INCIPIUNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS

contra Patarenos edita per dominum Fredericum, illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Sicilia regem.

C ATAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos, Passaginos, Iosepinos, Caratenes, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos Communxtos, Vvaldenes Roncarolos, Communellos, Varinos, & Ortholenos, cū illis de Aquanigra: & omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeantur, perpetua damnationis infamia, diffidamus atque bannimus; censentes ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius reuertantur: ita quod filij eorum ad successionem peruenire non possint, cum longe sit grauius æternam, quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiæ, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque persone, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tamquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quod si per annum permanserint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut Potestates, & Consules, seu Rectores, quibuscumque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, quod de terris suæ ditioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quodammodo quodocumque quis fuerit, in perpetuam Potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro Potestatibus, neque pro Consulibus, seu consimilibus habeantur: eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent: saluo iure domini temporalis: dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat: eadem nihilominus lege seruata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, detentores, & fautores hæreticorum bannimus, Statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeant factionem; nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocumque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adijcimus insuper, quod hæreticus per hæreticum conuinci possit: & quod domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorum, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituendæ. Datum Paduæ, xxii. Februarij, xii. Indictione.

REX regū. Apostatates à fide catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus: Et ut à pessione vel vita naufragates legibus coarctamus: Successiones tollimus, ab eius omne ius legitimum abdicamus. Datū Assisij xi. Cal. Junij, Pōtificatus nostri anno vndecimo.

*Quibus competere olim facultas creandi, & distituenti Inquisitores; & qua ratione Inquisitores semel
creati deponi debeant.*

Edita anno Do
mini 1254.

Ex Archivo
Inquisitionis
Bononensis.

Innoentius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Priori Provinciali ordinis Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.
LI CET ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Christiano censentur, teneamur ex officij nostri debito expurgare letiferam pestem hæreticæ prauitatis: In Italia tamen imminet nobis hæc sollicitudo propensius, vbi eandem pestem (propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei catholicae peruersos mores peperit) ex vicinitate pestentiam abundantius succreuisse. Volentes igitur in prouincia Lombardiæ à Bononia & Ferraria inclusive, vsque ad vltimos fines superiorum partium eiusdem prouinciæ, ac Marchia Ianuensi, per aliquos de fratribus prioratus tui, super hoc partes nostræ sollicitudinis adimpleri: discretionis tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tu, vel vicarius tuus, cum contigerit te abesse, de consilio discretorum fratrum, quatuor ex eiusdem prioratus fratres, viros zelum habentes Christianæ fidei, & opere ac sermone potentes, assumas, eisque Inquisitionis officium contra hæreticos, eorumque fautores & complices, in prædictis prouincia & Marchia, iuxta formam, quam eis per alias litteras nostras expressimus, exequendum iniungas: quos eam, quam in eisdem litteris comprehendimus, habere volumus potestatem. Si vero quemquam eorundem Inquisitorum, ex causa videris aliquando amouendum, alium illo amoto substituas, pari potestate functurum, quotiens id faciendum deliberatione, cum discretis fratribus præhabita, tibi vel eidem vicario, te absente, visum fuerit expedire. Datū Assisij, 1111, Calend. Iunij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

INNOCENTIVS III.

Inquisitores prædicent fidem catholicam, ac per alios faciant prædicari: cruce signatos recipiant, qui hæreticos insequantur: audientibus cociones Inquisitorum de fide habitas viginti vel quadraginta dierum indulgentiam concedant Inquisitores, qui hæreticos persequuntur, plenariam indulgentiam adipiscantur.

Edita anno Do
mini 1254.

Ex Archivo
Inquisitionis
Bononensis.

Innoentius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Priori Provinciali ordinis prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.
MALITIA huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardia, peruersorum morum peperit corruptelam, ex quibus pestifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad purgationem igitur eiusdem pestis, iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam catholicæ puritatis, fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles, vt confurgant, tentque nobiscum, pro liberandis, quas profecti sunt legibus defendendis, salubribus exhortationibus incitari. Quo circa deuotioni tuæ, per Apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus tu, vel vicarius tuus cum contigerit te abesse, per te ipsum in ciuitatibus & locis alijs, quæ infra prioratus generalis tibi commissi, statutos ab ordine tuo limites continentur, prædicans contra hæreticos verbum crucis, & per idoneos ad hoc fratres tuos, faciens publice prædicari, ac consignari crucis caractere eos, qui tacti zelo fidei contra hæreticos, eorumque fautores voluerint cruce signari fideles ad huiusmodi prædicationis & crucis signationis officium exequendum, in ciuitatibus & locis prædictis, tot de fratribus tibi commissis verbo & opere potentes assumas, quot ex eisdem assumptis, singulis ciuitatibus & diocesis Prioratus eiusdem tibi valeant deputari: Nos enim tibi & eorum singulis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam de iniunctis penitentibus vere penitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerint: necnon & illis, qui ad extirpandam hæreticam prauitatem, signum crucis acceperint, illam indulgentiam, illudque priuilegium concedendi, quæ transactantibus in terræ sanctæ subsidium in generali conceduntur concilio, plenam auctoritate presentium concedimus potestatem. Datū Assisij, 11, Calen. Iunij, Pontificatus nostri Anno vndecimo.

INNOCENTIVS III.

Vniuersis Christi fidelibus.

Insigne hoc rescriptum pœnas continet hæreticorum, & eorum qui hæreticorum complices dicuntur: item magna ex parte ostendit, quis ordo in iudicio aduersus hæreticos suscepto, debeat obseruari, & concordat omnino cum iure communi in c. Excommunicamus 1. & 2. de hæret. & cum c. Qui unque de hære. lib. 6. & cum rescripto eiusdem prorsus sententiæ Nicolai. iij. quod est infra, & incipit etiam No uerit vniuersitas. & cum rescripto Alexan. iij. relatio in Directorio Inquisit. parte 2.

NO.

Edita anno Da
mini 1254.

Ex Archivo
Inquisitionis
Bononensis.

NOVERIT vniuersitas vestra, quod nos ad instar se. re. G. Papæ prædecessoris nostri excommunicamus, & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patrenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosephinos, Arnaldistas, Spreonistas, & alios quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad iniuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum. Damnati vero per ecclesiasticam seculari iudicio relinquuntur animaduersione debita puniendi; clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendum condignam penitentiam, in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, similiter hæretico iudicamus. Item receptores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationis sententiæ decernimus statuere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam inestabilis, vt nec testamenti habeat facultatem, nec ad hereditatis successione accedat. Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententiæ nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in si nihil idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, quosquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententiæ percellantur, alijs animaduersione debita puniendi. Qui autem inueni fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati & notarij nulli eorum officium suum impendant; alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica Sacramenta, nec elemosynas, aut oblationes eorum recipiant. Similiter hospitalarij, aut templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto Sedis Apostolicæ speciali. Item quicumque tales præsumperint Ecclesiasticam tradere sepulturam, vsque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se noverint subiicere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulent, & projiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetua careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulte conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium, vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij, per quem credat ad prælati sui & Inquisitorum hæreticæ prauitatis notitiam peruenire; alioquin excommunicationis sententiæ percellatur. Hæretici autem & receptores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur. Quod si tecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos, & quoscumque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, & quæcumque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquiritis: volentes, vt tales, & habitus perpetuo careant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem, nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem, huiusmodi ad iniuicem superstitionis hæreticæ, à via declinasse conspicerent veritatis. Datum Anagninæ xv. i. Calend. Iulij, Anno vndecimo.

INNOCENTIVS III.

Inquisitores ardentem prædicent crucis verbum, contra hæreticos & eorum complices; eos qui cruce signari voluerint, recipiant, concessa illis sollicita indulgentia: aduersus impediētes, aut non iuuantes Inquisitionis officium velut contra defensores & fautores hæreticorum appellatione remota procedant: cruce signatos absoluant à censuris ecclesiasticis: cum clericis cruce signatis super irregularitate dispensant; cruce signatorum vota commutant: cruce signati tempore interdictionis generalis, diuinis interesse possunt.

INNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, presentibus & futuris in Lombardia, & Marchia Ianuen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

MALITIA huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardiæ peruersorum morum peperit corruptelam, ex quibus letifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad extirpationem igitur eiusdem pestis

Edita anno Do
mini 1254.

Ex Archivo In
quisitionis Bo
nonensis.

B pestis

pestis, iuxta officij nostri debitum, ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam catholicæ puritatis fermento propria contagionis inficiunt, fideles vt confurgant, stentque nobiscum pro euangelicis, quas professi sunt, legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta, distincte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis, vbi contra hæreticos, vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, contra eosdem hæreticos, eorumque fautores proponere populis publice verbum crucis: & eos qui tacti zelo fidei, ad extirpandam prauitatem eandem, votum assumpserint crucis caractere consignare. Vt autem vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ob hoc votum assumpserint, copiose mercedis præmium afferatur: vobis & eisdem fidelibus illam indulgentiam, illudque priuilegium largimur, quæ transeuntibus in terrâ sanctâ subsidium, in generali concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi crucis verbum, per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerunt, quadraginta vel viginti dies de iniunctis penitentis libera sit vobis & singulis vestrum de nostra concessione facultas. Quod si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas, communitas, vel persona, cuiuscunque conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire, vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodem: immo si quicumque requisiti illud fouere neglexerint, & iuxta officium & posse suum studiose iurare; contra eos, tamquam defensores, & fautores hæreticorum, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos, prout audacia ipsorum exegerit, Reges & Principes Christianos, necnon Crucesignatos pro terrâ sanctâ succursu, curabimus inuocare: cum non minus expediat immo magis, fidem in locis prope positis, quam procul distantibus defendere. Porro, vt non solum Inquisitionis vobis super hæretica prauitate commissæ, sed & huiusmodi prædicationis crucis officium in manibus vestris, congruis fauoribus adiuuetur, absoluedi iuxta formam ecclesiæ, omnes qui contra prauitatem hæreticam assumpserint signum crucis ab interdicti, suspensionis, & excommunicationum sententijs canonis, & præsertim ab illis, quas pro incendijs, vel effractionibus ecclesiarum, seu iniectione manuum violenta in personas ecclesiasticas incurrerunt; & alijs quoque sententijs, à nobis, vel auctoritate nostra generaliter promulgatis: nisi adeo grauis & enormis excessus fuerit personarum, quod ab his oporteat absolutionis beneficium per Sedem Apostolicam obtineri. Necnon & ab illis sententijs, quas adhaerendo & fauendo contra Ecclesiam, quondam Frederico, se tum pro Imperatore gerenti, seu Conrado nato eius, vel ipsorum fautoribus incurrerunt: Egilino de Romanis, Vberto Marchione Pelauicino, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Potestatibus, Rectoribusque ciuitatum atque locorum, similibusque personis, qui in Ecclesias, & personas ecclesiasticas, seu exercuisse noscuntur, aut eorum bona nequiter occupasse, dumtaxat exceptis. Dummodo assumpto crucis signaculo, votum huiusmodi, qui absoluti fuerint, efficaciter prosequantur: & ipsi caueant, quod de cetero contra Ecclesiam nunquam erunt; & tam ab ipsis, quam ab alijs præmissis, plena de damnis & iniurijs, propter quæ excommunicati noscuntur, satisfactio, vel satisfaciendi sufficiens securitas impendatur. Necnon & dispensandi cum clericis, super irregularitatibus, quas celebrando diuina ligati sententijs canonis, contraxerunt. Commutandi quoque vota eorundem crucesignatorum, vouentium, & votorum qualitate pensata: terræ sanctæ votis: alijsque perpetratis, quæ commutationis non admittunt remedium, dumtaxat exceptis. Concedendi quoque crucesignatis eisdem, quod tempore generalis interdicti, possint interesse diuinis officijs, & Ecclesiastica Sacramenta recipere, in locis in quibus eadem ex indulto Sedis Apostolicæ celebrantur. Dummodo si in præmissis casibus, Ecclesiasticis tenentur ligati sententijs, prius absolutionis beneficium assequantur, vobis & singulis vestrum auctoritate præsentium, concedimus facultatem. Datum Anagninæ xiiii. Calend. Julij. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

INNOCENTIVS III.

Inquisitores compellere possunt magistratus seculares, vt obseruent leges Frederici Imperatoris in hæreticos editas per censuram ecclesiasticam, appellatione remota.

Edita anno Domini 1255.

Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.



INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in partibus Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Fredericus tum Romanorum Imperator, promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos eas volentes ad robur fidei, ac salutem fidelium obseruari, dilectis filijs potestatibus, consilijs, & communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Italiæ nostris dedimus litteris in mandatis, vt ipsas quarum tenores sibi præfatis insertos litteris missimus, singuli faciant in suis capitularibus annotari, contra hæreticos seclæ cuiuscunque, secundum eas exacta

A *Et diligentia processuri. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si præfati potestates, & alij ciuitatum & locorum, in quibus vobis Inquisitionis officium, contra hæreticos est commissum, mandatum super hoc Apostolicum neglexerint adimplere: vos, vel quouis vestrum, eos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, remoto appellationis obstaculo compellatis: non obstante si aliquibus ab Apostolica sede sit indultum, vel indulgeri contigerit, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint, vel eorum terræ subijci Ecclesiastico interdicto. Dat. Anagninæ, Nonis Julij. Pontificatus nostri Anno duodecimo.*

INNOCENTIVS III.

Cum domus hæreticorum destrui iubentur, idem intelligitur de turribus eiusdem malefactoris domui contiguas, si que fuerint: materia vero diruorum edificiorum diuiditur iuxta formam Innocentianæ constitutionis, incipien. Ad extirpanda. S. Teneatur insuper Potestas.

Edita anno Domini 1255.

Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.



INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM in constitutionibus nuper à nobis contra hæreticos promulgatis, inter alia contineri dicatur expresse, vt domus in qua hæreticus vel hæretica inuentus fuerit, ac ei contigua, si fuerint eiusdem domini, sine spe reparationis funditus destruantur, nostro petitis certificari responso, quid sit de turribus in casu huiusmodi obseruandum? Ad quod breuiter respondemus, quod nostræ intentionis exitit & existit, vt in eo casu idem in turribus, & in domibus iudicium obseruetur. Lignamina vero, lapides, & tegulas domorum & turrium, quæ taliter destruentur, eo modo distribui decernimus, quo res alias ibidem inuentas diuidi mandauimus in constitutionibus antedictis. Datum Anagninæ iiii. Calend. Augusti, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

ALEXANDER III.

Vt Inquisitores procedant contra hæreticos, iuxta constitutiones Innocentij, reliquis statutis nihilominus in hæreticos editis in suo robore seruatis.

Edita anno Domini 1255.

Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Raynerio, ac alijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM auctoritate felicis recordationis Innocentij Papæ prædecessoris nostri, in Lombardia Inquisitionis officium contra hæreticos fuerit hæcenus executi; nos desiderantes tam nociuam pestem prauitatis hæreticæ, quæ pullulare in illis paribus consuevit, cum omni solitudine extirpare: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus secundum à Deo vobis datam prudentiam, auctoritate nostra, in eiusdem Inquisitionis officio procedatis, iuxta ipsius prædecessoris directarum continentiam litterarum. Statutis contra hæreticos editis, quæ idem prædecessor in capitularibus ciuitatum, & locorum Italiæ annotanda & seruanda mandauit: ac litteris ecclesiarum præfatis, & alijs Lombardijs, super negotio ipso directis, in suo robore duraturis. Datum Neapoli vj. Calen. Maij, Pontificatus nostri Anno primo.

ALEXANDER III.

Ampliat & declarat nonnulla capita constitutionum Innocentij iij. contenta in bulla. Ad extirpanda.

Edita anno Domini 1255.

Ex Directorio Sabellano fol. 394.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticorum, in prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM secundum tenorem constitutionum felicis recordationis Innocentij Papæ prædecessoris nostri, quas in capitularibus ciuitatum & locorum Italiæ annotari mandauit, contineatur, quod quilibet potestas seu rector cuiuscunque ciuitatis seu loci, infra tertium diem post introitum regiminis sui, duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij instituere teneantur, quos diocesanus si præfatus extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores, ad hoc à suis Prioribus, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinis deputati, duxerint eligendos, per quos inquirantur hæretici, & etiam capiantur. Teneatur insuper idem potestas, vel rector infra decem dies sui regiminis, syndicare præcedentem proximo potestatem, vel rectorem, & eius etiam ascensores per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per diocesanum si fuerit præfatus, & per fratres prædicatores, & minores, de omnibus, quæ in constitutionibus præfatis, & legibus, quæ contra hæreticos

ticos & eorum complices, editis continentur. Et sicut ad audienciam ipsius nostri prædecessoris peruenit earundem constitutionum super his plerumque impediatur effectus: pro eo scilicet, quod interdum, illi qui prædictos viros debent eligere, electioni huiusmodi non possunt interesse, vel nolunt: Nos ad instar prædecessoris eiusdem, super his sicut conuenit, providere volentes; statuimus, vt si diocesanus & fratres Minores, prædictæ electioni, prædictorum virorum noluerint, vel non potuerint interesse, per aliquem vestrum, seu illos, quibus id duxeritis committendum, in locis in quibus Inquisitionis officium exercetis, eligere personas, seu viros huiusmodi libere valeatis, vobis & vestrum singulis auctoritate præsentium indulgemus: non obstante iuramento, quod prædicti potestates, & rectores, de obseruandis præfatis constitutionibus, exhibere tenentur, à quo ipsos, quantum ad hos articulos siue casus duximus absolucndos. nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Neapoli ij. Calen. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

ALEXANDER IIII.

Vt Inquisitores procedant in negotio Inquisitionis, iuxta ordinationes Innocentij quarti.

Edita anno Domini 1255.

Ex Archivo Inquisitionis. Bononiensis.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratri Raynerio Placentin. & alijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Lombardia, & Marchia Ianuen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, contra hæreticos prædicationem crucis vobis duxerit per suas litteras committendam: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in negotio procedatis eodem iuxta litterarum continentiam earundem. Datum Anagninæ v. Idus Augusti. Pontificatus nostri Anno primo.

ALEXANDER IIII.

Ampliat tria capita constitutionum Innocentij incipier. Ad extirpanda, quæ ob nimiam terminorum breuitatem non poterant commode absolui.

Edita anno Domini 1256.

Ex Archivo Inquisitionis. Bononiensis.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Inquisitoribus hæreticorum, in Lombardia, & Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

EX ORTIS in agro fidei Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ prauitatis zizanijs, seminante illa per temporis impatientiam homine inimico: felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, constitutiones quasdam ad pestis extirpationem prædictæ noscitur edidisse, quas in suis litteris annotatas, mandauit à dilectis filiis potestatibus, seu rectoribus, consilijs, & communitatibus ciuitatum aliorumque locorum, per Lombardiam, Romaniolam, & Marchiam Teruifij constitutis, tamquam fidelibus eiusdem fidei defensoribus exacta diligentia obseruari. Porro inter constitutiones huiusmodi, tria contineri noscuntur, à potestatibus, seu rectoribus ciuitatum & locorum, sub debito iuramenti infra certos terminos obseruanda. Primum videlicet, quod potestas, seu rector infra tertium diem post introitum sui regiminis, duodecim viros probos & catholicos, duos notarios & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarii, influat; quos ad negotium fidei contra hæreticos, eorumque fautores, diocesanus, si præsens fuerit, & in eorum voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis prioribus & ministris, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinum deputati, duxerint eligendos. Secundum quod idem potestas, seu rector, in destructione domorum, condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occupatis consignandis & diuidendis, infra decem dies postquam accusatio seu denuntiatio super hæresi, vel hæreticorum favore facta fuerit, exequatur omnia cum effectu. Tertium vero, quod prædictus potestas siue rector, infra decem dies sui regiminis syndicet præcedentem proximo potestatem, vel rectorem, & eius etiam assessores per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per diocesanum, si præsens extiterit, & per fratres Prædicatores & Minores, de omnibus his, quæ in statutis seu constitutionibus, & legibus contra hæreticos, & eorum complices continentur, & eos puniat de omnibus & singulis quæ omiserunt, & compellat restituere de propria facultate. Cum igitur, sicut accepimus, supradicta tria, infra præmissos terminos propter ipsorum terminorum nimiam breuitatem, nequeant à potestatibus, vel rectoribus de facili adimpleri; propter quod iidem potestates seu rectores, in animarum suarum periculis periculis retractorum retractorum retractorum: Nos de vestræ fidei puritate, ac circumspectionis industria, plenam in Domino fiduciam obtinentes, prorogandi eisdem potestatibus & rectoribus terminos supradictos, vsque ad decem dies, prout expedire vel necessitate videritis ad præmissa efficaciter exercenda, ita quod per prorogationem huiusmodi, nec prius rectorum, nec notam incurrant, plenam vobis & singulis vestrum, vbi conuenire ad hoc commode nequiveritis, concedimus auctoritate præsentium facultatē. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre

con-

A concessione infringere, vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateran. x. Idus Martij, Pontificatus nostri anno secundo.

ALEXANDER IIII.

Statuta, quibus officium Inquisitionis, directe vel indirecte impeditur, moderare possunt Episcopi, & Inquisitores, seu resecare; & non sibi exhibeantur, compellere possunt magistratus ciuitatum per Ecclesiasticas censuras, appellatione reiecta.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo Mutinen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1257.

IMPLACIDA relatio nuper nostrum turbauit auditum, quod videlicet, Commun. Mantuan. cum deberent dilectis filiis fratribus Prædicatoribus, Inquisitoribus prauitatis hæreticæ, in illis partibus à Sede Apostolica deputatis circa extirpationem prauitatis huiusmodi de suis finibus, toto posse assistere tamquam fidei zelatores; ipsi agentes in contrarium, statuta quædam damnabilia ediderunt, per quæ negotium fidei, quod per fratres ipsos salubriter geritur, vt in eo procedi libere nequeat, directe impeditur vel etiam indirecte. Quo circa fraternitati tuæ, per Apostolica scripta, sub excommunicationis pœna firmiter præcipiendo mandamus, quatenus associatis tecum aliquibus discretis, & Deum timentibus viris, statuta huiusmodi quæ à Mantuan. vel quibuslibet alijs hominibus ordinata, & facta dicuntur, Mantuæ ac in toto ipsius districtu, per quæ ipsi negotio possit obstaculum prouenire, diligenter inquirere ac etiam inuenire: & quæ sita & inuenta ad tale reducere, ac reduci facere moderamen procures, quod per ipsa dictorum Inquisitorum processus non impediatur in aliquo, vel quomodolibet retardentur: faciens nihilominus quod statuta quælibet ipsi negotio contraria, & quibus posset impedimentum aliquod Inquisitoribus afferri eisdem, quominus per eos iuxta formam sibi à prædicta sede traditam procedi libere valeat in eodem, in ciuitate præfata vel alibi in ipsius districtu nullatenus obseruentur: potestatem, ancianos, & consilium ciuitatis eiusdem per excommunicationem in personas eorum & commune prædictum, per interdictionem in ciuitatem ipsam sententias, ad id appellatione postposita, compellendo. Datum Viterbij xv. Calen. Ianuarij, Pontificatus nostri anno tertio.

Ex Archivo Inquisitionis. Bononiensis.

ALEXANDER IIII.

Declarat quinque articulos dubios, contentos in constitutione Innocentij iiii, incipien. Ad extirpanda, Tubet que has declarationes cum præfatis constitutionibus scribi in statuarijs vrbium, & seruari.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus Prædicatoribus, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Lombardia & Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1257.

FELICIS recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, dudum constitutiones quasdam edidit, secundum quas rigor debet exerceri canonicus, in extirpandis ex agro fidelium zizanijs hæreticæ prauitatis: quarum aliqua videntur ambigua, & super quibus nostre responsionis oraculum implorastis. Ne igitur ipsarum constitutionum obscuritas commisit vobis sollicitudini, perniciosas vineæ Domini pie persequendi capiendique vulpeculas obstaculum obijciat tarditatis: quinque ipsarum constitutionum capitula, quæ vobis dubia videbantur, auctoritate præsentium, de fratrum nostrorum consilio, duximus declaranda. Primum sane dubitationis vestræ capitulum, quod continet, quod tam duodecim viri quam notarij & seruitores eorundem, ad capiendum hæreticos deputati, simul & diuisim plenariam præcipiendi, sub pœna & banno, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem. Potestas vero talis loci, vel rector, teneatur habere firma & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis officialibus siue plures, & pœnas exigere non seruantium. hoc itaque quod de pœna & banno dictum est, de illis dumtaxat pœnis interpretamur intelligi, quæ consequenter in eisdem constitutionibus sunt expressæ. Possunt autem prædicti officiales, communitati, burgo, & villæ præcipere sub pœna & banno, vsque ad ducentas Marchas argenti, & vltra ad arbitrium potestatis loci eiusdem, quod potestati, vel diocesano, aut eius vicario seu Inquisitoribus hæreticorum, præsentabunt infra præfigendum eis terminum competentem omnes hæreticos & hæreticas, quos sibi dicti officiales duxerint assignandos: & potestas loci à non seruantibus, pœnam huiusmodi exigere teneatur. Secundum vero est, quod domus in qua prohibiti fuerint hæreticorum captores, sine spe reedificandi funditus destruat, & bona quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium, ac si hæretici fuissent ibidem inuenti: Quodque habet, quod domus in qua repertus fuerit aliquis hæreticus seu hæretica, sine vlla spe reedificandi funditus destruat, nisi dominus domus ibidem procurauerit reperiri; & si dominus domus illius, alias domos habuerit contiguas illi domui,

Ex Directorio Sabellano. fol. 734.

† ambigere se gebatur, sed ambig. a, vide turlegendum.

† in § Idem quoque potestas, & sequens.

omnes illæ domus similiter destruantur, & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illis adherentibus, publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Hæc autem duo capitula, vno declarationis Sedis Apostolicæ radio lucidantes, volumus absolute, vt penatata per constitutiones easdem in præmissis casibus infligantur: nisi diœcesanis, vel in eorum absentia vicarijs ipsorum, vna cum Inquisitoribus Inquisitorum, vel solis ipsis diœcesanis, (cum ipsorum Inquisitorum presentia de facili haberi non poterit) legitime constiterit præfatarum domorum dominos in his casibus penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse: ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos. Bona vero, quæ inuenta fuerint in domibus supradictis, debent in his casibus similiter publicari, nisi legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam dominorum domuum earundem. Quartum vero vestra dubitationis capitulum enodamus, quod videlicet, si dominus domus, pro eo quod in ipsa repertus fuerit hæreticus, vel hæretica, sine spe reedificationis funditus destruendæ, habeat alias domos, illi domui demolendæ contiguas, omnes illæ similiter destruantur: illud de appendicijs domus illius debere intelligi declaramus, vt scilicet domus illa cum alijs eiusdem, domui ipsi contiguas, hoc est ipsa, & ipsius etiam appendicia, cum eadem siue in domo, siue in appendicijs eius, hæreticus vel hæretica repertus fuerit, destruantur: cum domus, quamuis diuersis mansi onibus distinguatur, vna nihilominus sit censenda. In quinto autem dubitationis capitulo legitur; quod teneatur potestas seu rector, infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo potestatem, vel rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per diœcesanum, & per fratres Prædicatores & Minores, de omnibus his, quæ in statutis ipsis, siue constitutionibus & legibus contra hæreticos, & eorum complices editis continentur. hunc itaque dubitationis articulum declarantes, respondemus, quod vna cum diœcesano loci, fratres prædictorum ordinum, à priore & guardianis suis: vel ab eorum altero, si ibidem alterius duntaxat eorundem ordinum conuentus extiterit, assumendi, viros eligant supradictos. Si vero neutrius ordinis conuentus ibi forsitan habeatur, ad solum diœcesanum eorundem virorum electio pertinebit. Quocirca discretionem vestram per Apostolica scripta mandamus, quatenus eadem capitula constitutionum prædictarum accipientes, iuxta declarationis Apostolicæ intellectum, tenorem presentium; simul cum eiusdem constitutionibus, faciatis de verbo ad verbum, in capitularibus ciuitatum, ad tollendas de aliorum cordibus ambiguitates huiusmodi, annotari. Datum Lateran. 11. Non. Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

¶ in §. tenetur sane potestas.

ALEXANDER PAPA IIII.

Fratribus de ordine Minorum prædicantibus verbum Dei in terris infidelium plurima tributa hic privilegia numerantur, quæ d iuris communis regulis egrediuntur, tam circa administrationem sacramentorum, quàm circa censuras ecclesiasticas amouendas, est elegans rescriptum, & obseruatione dignissimum, nec alienum omnino ab officio sanctissimæ Inquisitionis, si series eius paulo diligentius consideretur; ideoque non sinit omittendum.

Item privilegium concessit Innocentius Papa iij. Fratribus ordinis Prædicatorum, quod refertur inter illorum privilegia.

Edicta anno Domini 1258.

Ex Archiuo conuentus. Sancti Prædicti de Assisio.

Apoc. c. 10.

Esaij c. 10. Pau. ad Ro. ca. 10.

Mach. c. 20.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus de ordine Minorum in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Aethiopum, Syrorum, Yberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zichorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Nestorinorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moscelinorum, Tartarorum, Hungarorum, Maioris Hungariæ, Christianorum Captiuatorum apud Turcos; aliarumque infidelium nationum orientis, seu quarumcumque aliarum partium proficiscientibus. Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM hora iam vndecima diei sit hominibus vt exeat ad opus vsque ad mundi vesperam deputari, & illud Apocalypsis culogium cito credatur cum matris Ecclesiæ consolatione complendum, videlicet, oportere viros spirituales vitæ munditiæ & intelligentiæ gratiam cum Ioanne fortitos, populis & gentibus, linguis, regibusque multis denuo prophetare; quia non sequetur reliquiarum Israel per Isaiam prophetata saluatio, nisi iuxta Paulum Apostolum prius introeat gentium multitudo. Nos, licet immeriti, super Apostolicæ Sedis speculam constituti fideliter ac prudenter dispensandis Dei ministerijs & operibus coadiuuandis intendimus: si vergente plenitudine temporis post pia priorum studia, in vineâ Domini Sabaoth nouos & pene nouissimos, qui sapientiâ longū didicere, per otium operarios mittere procuremus. Vos igitur, quos iuxta professæ religionis officium, zelus comedit animarum, & in quadriga quarta, quâ varijs carismatū donis & fidei fortitudine trahitis vbiq; discurrere, ac vexillum Regis gloriæ procul leuare gestitis ad gentes, quæ Iesum Christum Dominum non cognoscunt: & ad subtractionis filios, qui Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ non obediunt, destinamus; vobis in remissionē peccatorum omnium

omnium iniungentes, quatenus seminaturi super aquas multas, in illo tantum qui mundum dixit se viciisse consisti, ad illuminationem cæcæ multitudinis, & exterminium hæreticæ falsitatis, ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confortandos, in luce sermonis, & certitudine operis propositum vobis iter sine quarumlibet offensione curatis.

Vt autem ministerium vestrum honoretur plenius & honorabilius impleatur, presentium vobis auctoritate concedimus, vt in terris, quæ adhuc Sedis Apostolicæ magisterio non intendunt, proponere verbum Dei, & constituti ibidem, non obstantibus si aliqua sunt excommunicatione ligati, in verbis, officio & cibo, ac in alijs secure communicare, & ipsos, seu etiã alios conuerti ad vnitatem Christianæ fidei cupientes, recipere, baptizare & aggregare Ecclesiæ filijs valeatis, & presbyteri ex vobis ipsos aggregatos possint insignire caractere clericali, & ipsos ad acolythatus ordinem promouere.

Licet etiam vobis ibidem redeuntibus ad obedientiam Sedis Apostolicæ, qui sunt excommunicatione ligati, absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ impertiri, & super eo dispensare cum ipsis, quod sacros receperunt ordines, & diuina celebrant officia sic ligati. hoc ipsum vobis sit licitum, circa illos de terris eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel qui superiores prætermisiss inferioribus conferre seu recipere ordines præsumperunt: si tamen in hoc seruata forma talis extiterit, per quam ordines recepissent.

Vobis præterea dispensare liceat, vt illi ex nationibus vestrae predicationi commissis, qui post susceptionem sacrorum ordinum, vel in gradibus & casibus à diuina minime lege prohibitis, matrimonia contraxerunt, remaneant in eisdem: & hi qui ad Ecclesiæ catholicæ redierint vnitatem, vt inter suos habitent, eisdemque communicent: necnon quod clerici nationum ipsarum, publice ad obedientiam Sedis Apostolicæ redeuntes, gaudeant priuilegio clericali. Sit etiam vobis licitum, omnium fidelium in terris prædictis confessiones audire, ac ipsis iniungere pœnitentias salutares, & excommunicatos à canone vel alio modo, iuxta formam Ecclesiæ absolueret, dummodo iniuriam & damna passis satisfaciant competenter.

Cum irregularibus autem partium earum casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ dispensare, ac etiam cum clericis ipsarum partium patientibus defectum natalium, dummodo non sint de adulterio vel incestu, aut de regularibus procreati, sit vobis dispensandi facultas: quam circa illos similiter habeatis, qui ab vnitatem Ecclesiæ catholicæ seu religione, vel clericali ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint, & digne satisfaciant de commissis: ita quod ipsi religiosi ad sua loca salua disciplina ordinis resumantur; & illos ex iam dictis, qui excommunicationis vinculo sunt affecti, iuxta præmissam formam, & prædictæ satisfactionis modum absolueret valeatis: & cum irregularibus ex eisdem, si cut est expressum superius dispensare.

Ad hæc, sit vobis absoluedi facultas occisores clericorum, & religiosarum personarum, in prædictis partibus constitutos: fundandi de nouo ibidem Ecclesias, & reconciliandi illas, quæ sunt casu aliquo prophanatæ: ac de nouo fundatis, Rectores idoneos prouidendi: & illis qui de gentibus vel schismaticis nouiter sunt conuersi, dandi licentiam, vt uxores suas cum quibus ex gradibus a lege diuina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere.

De causis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audientiam nostram deferri contigerit, legitime cognoscendi, ac discordantes inter se ad inuicem, quod ad pacem & concordiam redeant: necnon quod inordinate viucentes, de suis excessibus (sicut iustum fuit) satisfactionem exhibeant, compellendi per censuram Ecclesiasticam, vobis libera sit potestas.

Insuper in locis in quibus vos hospitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus residentiam facietis, Missam, & cetera diuina officia celebrare, & in eisdem partibus Cœmeteria benedicere, ac dare indulgentias, commutare vota facultatem, & licentiam habeatis.

Ceterum vobis concedimus, quod a catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis possitis ordines & alia Ecclesiastica sacramenta suscipere, ac vestes sacerdotales altaris, pallas & corporalia, per eos qui ex vobis sunt presbyteri, cum necesse vobis fuerit, benedicere, vbi catholicorum Episcoporum copia non habetur: necnon alia facere, quæ ad augmentum Dominici nominis, & ampliationem catholicæ fidei, ac reprobationem, ac irrationem illorum, qui sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco & tempore videritis expedire.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Viterbij xiiij. Kal. Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

I D E M.

Hoc rescriptum declaratur plurimæ difficultates, quæ saepe in negotio hæreticæ prauitatis contingunt, ex quarum declaratione asseritur lux clarissima ad intelligendum c. accusatus. de hæret. lib. 6. Hoc ipsum rescriptum recitat Eymericus in Directorio par. 2. & incipit: Consultus. quod tribuit Urbano iij. sed quia authenticum Urbani iij. non vidimus, & huius series ibi inseritur, ne quis dubitandi locus relictus esse videretur, hoc quod authenticum est, repetere non est visum inuile.

B 4 ALE-

modi, immo verius desolationem, non sanæ mentis effecti, vel post perditam iam loquelam suscepisse dicantur, nulla super hoc probatio admittatur, cum in nullo sic decedentes debeant propterea relevari. In dubio vero admitti poterit, non tamen uxores, filij, seu familiares, aut de suis aliqui, ad hoc probandum recipiantur in testimonium, sed alij testes idonei, & specialiter fidei zelatores: cum contra tales sit non modicum præsumendum: sitque in talibus propter fidei privilegium, cum multa cautela summaque diligentia, præ cæteris negotijs, procedendum. Datum Anagninæ Id. Nouembris; Pontificatus nostri Anno quarto,

I D E M.

Hæreticis, credentibus, fautoribus, receptoribus, & defensoribus ipsorum, redeuntibus ad Ecclesiam, inter cætera iniungi potest sub certa pena pecuniaria, quod si dem Catholicam teneant, nec ulterius hæreticis favore impendant, & quod mandatis Ecclesiæ obediant, à quibus cautio exigatur. quod si in pœnam promissam incidant, ad eam soluendam compelli possunt per censuram ecclesiasticam appellatione reiecta. pecunia ex his condemnationibus, vel tertia earum parte exacta, penes tres viros probos asseruetur, ex qua necessaria expensa Inquisitoribus tribuantur, & expensarum computatio Episcopo exponatur.

Eiusdem tenoris extat alia bulla authentica Alexandri iij. quam dedit Anagninæ xij. Kalendas Octobris; Pontificatus sui anno v. eam nos etiam vidimus.

Edita anno Domini 1258.

Ex Archivo cœnensis S. Francisci de Assisio.



ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci tam presentibus quam futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

SVPER extirpatione hæreticæ prauitatis, hoc à vobis in locis in quibus contra hæreticos, vobis Inquisitionis officium est commissum, statuimus obseruandum; vt hæreticis, credentibus, fautoribus, receptoribus, & defensoribus hæreticorum ipsorum, ad mandatum Ecclesiæ redeuntibus, sub certa pœna pecuniaria inter cætera quæ iniungenda fuerint, iniungatis districte, quod fidem Catholicam firmiter teneant, & ulterius hæreticis ipsis auxilium, consilium, vel fauorem aliquem non impendant: nec non Ecclesiæ mandatis obediant, & obseruent quæ eis feceritis, vel vnus vestrum occasione ipsius hæreticæ prauitatis; & ab eisdem cautio exigatur. Nos autem vobis & singulis vestrum, cogendi per censuram ecclesiasticam appellatione remota, tam redeuntibus ipsos, quam & defensores si oportuerit eorundem, ad præstationem vel solutionem huiusmodi pœnæ, ad quam se obligauerint; si quod absit, in dictam pœnam inciderint, plenam concedimus auctoritate patrum facultatem.

Pecunia vero, quæ de huiusmodi pœnis, vel ex tertia parte multarum, vel condemnationum exigendarum a quibuslibet personis & locis, seu bonorum apprehendendorum occasione hæreticis, vel hæreticorum, secundum tenorem constitutionum nostrarum (quas in eisdem hæreticos, fautores eorum, & alios promulgatas, in capitularibus ciuitatum, & locorum aliorum con. cibus mandauimus) forte peruenerit, penes tres viros fide probatos à vobis, & à diœce. ano, vel eiusdem Vicario, si idem præsens non fuerit, eligendos, deponatur fideliter conseruanda, & de illa vobis & singulis vestrum necessaræ ad protectionem negotij contra hæreticos expensæ sine difficultate aliqua de ipsius diœcesani consilio ministrentur, & eidem diœcesano de ijs quæ expendi contigerit, rationis p. enarie fidelis computatio exponatur. Datum Anagninæ, Idib. Nouemb. Pontificatus nostri Anno quarto.

Io. Sal.

De Curia.

I D E M.

Præcipit Episcopis, Abbatibus, & alijs ecclesi. rum prælatis, ac rectoribus, & religiosis tam cuiusvis ordinis, quam etiam secularibus, vt efficaciter assistant Inquisitoribus in negotio fidei exequendo, opportunum eis consilium, fauorem, & auxilium impendendo.

Eiusdem tenoris extat alia bulla Alexandri iij. quam dedit etiam Anagninæ Non. Ianuarij, Pontificatus sui Anno sexto, quam nos quoque vidimus authenticam.

Edita anno Domini 1258.

Ex Archivo cœnensis S. Francisci de Assisio.



ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus . . . Episcopis & dilectis filiis . . . Electis Abbatibus, Prioribus, Ministris, Guardianis, & alijs Ecclesiarum prælatis, & rectoribus, nec non & vniuerso clero, tam religiosis cuiuscunque professionis, & ordinis, quam secularibus, in Ducatu Spoletan. constitutis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

EXORTIS in agro fidei Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ prauitatis zizania, feminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico, Sedes Apostolica cui caput fidei & magistra, volens circa zizaniorum extirpationem huiusmodi per aliquos de fratribus ordinis fratrum

trum Minorum, partes suæ sollicitudinis adimpleri, dilecto filio . . . Ministro prouinciali eiusdem ordinis, in administratione S. Francisci mandauit, vt ipse duos ex fratribus suis viros zelum habentes Christianæ fidei, & opere ac sermone potentes assumeret, eisq; in partibus vestris Inquisitionis officium contra hæreticos, eorumq; fautores & complices iniungere procuraret. Nos itaq; Christi nomen in populo exaltari gaudentes, ac fidei eius massam ab omni per quod infici valeat, emundari totis affectibus cupientes, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus attendentes prudenter, quod Inquisitores huiusmodi à prædicto deputati Ministro pro defensione ipsius fidei, & cum salute fidelium laborantes, & periculis personas proprias salubriter exponentes, nequeunt ad omnia, quæ tanto expediunt negotio sufficere per seipfos, eisdem & alijs, si quos ad hoc ex ipsis fratribus contigerit deputari, in prædicto exequendo negotio efficaciter assistatis, opportunum sibi consilium, fauorem & auxilium impendendo, ita quod exinde vestra fidei sinceritas merito valeat commendari, nec contingat Dei opus periculose per vestram negligentiam, vel incuriam intermitteri, quas proculdubio, præter id quod horrendis notaret maculis infamia negligentes vltima omnis inobedientiæ, ac negligentia Apostolica seueritas acriter percelleret disciplina. Datum Anagninæ xvij. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno quarto.

De Curia her. p.

I D E M.

Iubet obseruari leges Frederici Imperatoris contra hæreticos, & eorum complices editas, quas nominatim inserit huic rescripto, quibus pœna curiæ in eos latæ continentur, & multa Inquisitoribus privilegia conceduntur.

Eisdem inseruit in suo simili rescripto Innocentius Papa iij. quod supra impressum est suo loco.



ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Potestatibus, consilijs, & Communitatibus Ciuitatum aliorumque locorum Italiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1258.

CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Fredericus olim Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur compesci poterit pestis illa, nos illas quas felices recordationis Innocentius Papa prædecessor noster obseruari mandauit, pro vt in ipsius litteris contineri perspeximus, volentes ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos presentibus faciatis singuli in vestris capitularibus annotari contra hæreticos sectæ cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Alioquin dilectis filiis fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum vel Minorum, ac eorum singulis litteris nostris iniungimus, vt vos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram appellatione remota, compellant.

Ex Archivo cœnensis S. Francisci de Assisio.

Tenores autem legum ipsarum hi sunt.

FRIDERICVS DEI GRATIA

Romanorum Imperator, & semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, dilectis Principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque prælatis ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Scultetis, Burgauis, Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum Imperium constitutis, presentes litteras inspecturis fidelibus suis, Gratiâ suam, & omne bonum.

Correcta ad authenticam exemplar.



COMMISSI nobis cælitus cura regiminis imperialis, cui dante Domino præsidemus, fastigium dignitatis, materialem, quo diuissim à sacerdotio fungimur, gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt exerendum: vt perfidia vipereos filios contra Deum, & Ecclesiam insultantes, tamquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur: maleficos viuere non passuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oues morbidas grauior infligitur corruptela. Statuimus itaque sancientes, vt hæretici quocumque nomine censeantur, vbicunq; per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & seculari iudicio assignati, animaduersione debita puniatur.

L. r.

SI qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum pœnitentiam, in perpetuum carcerem deprudantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperij per Inquisitores ab Apostolica Sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos

capros arctius custodire donec per censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte periant, qui fidei sacramenta, & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plebæ censuram omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem, callidus hostis suscitât aduocatos: vel parat illicitos defensores; maxime cum facinus quos inquinat, æquat: nisi monitione præmissa desisterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea qui conuicti in vno loco de hæresi ad alia loca se transferunt, vt cautius possint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitâ censuram subire vindictam: vt super hoc per viros ab eodem errore conuersos ad fidem, nec non, & per alios, qui eos de hæresi conuicerunt (quod & in hoc casu concedimus licite faciendum) euident testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus addicendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremâ vitæ periculo hæresim abiurantes, postmodum de falso iuramento confiterit, & fide mentita conuicti, ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurere recidiam: vt sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat. Omne insuper proclamationis, & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes vt de finibus imperij, in quibus semper debet existere fida fides, hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur. Ceterum quia quanto maiora diuinæ nutu miserationis accepimus, & altiore loco præ filiis hominum obrinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti. Si quando igitur in nostri nominis contemptores nostri culminis exaudescit auctoritas: si reos læsæ maiestatis, in personis eorum, & liberorum suorum exhæredatione damnamus, multo fortius iustiusque contra Dei blasphematores nominis, & catholicæ fidei detractores, prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæredes, & posteros, vsque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs & honoribus, imperiali auctoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis continuo mœnore tabescant: vere scientes quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vleiscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis non sequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint: quacumque reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non subiacent innocentiæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus Fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos; ceteros quoque qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri imperij speciali defensione receptos; & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium imperij esse volumus inoffensos: vniuersitati vestræ mandantes, quatenus quocumque, & apud quemcumque vestrum peruenerint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab incurfu hæreticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos vero, quos & ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœnam subeant, quam merentur: scituri quod in executione ipsius negotij, gratum Deo & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri imperij nouam & insolitam hæreticæ prauitatis insaniam, opem, & operam, vnâ cum eisdem Fratribus præstiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro potente merito culpabilis apparere. Datum Paduæ xxij. Februarij, xii. Indictione.

forte, conuicti.

FREDERICVS DEI GRATIA, ETC.

NON CONSVTILEM tunicam Dei nostri dissiuere conantur hæretici, & vocabuli vitio ferientes, quod significationem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fidei unitate nituntur inducere sectionem, & oues à Petri custodia, cui pascendæ à pastore bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces inimicis, eo vsque manuetudinem prætendentes ouium, quousque ouile pessint subintrare Dominicum. Hi sunt angeli pessimi. Hi sunt filij prauitatum, à patre nequitie, & fraudis auctore, ad animas simplices destinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latenter videntur inserpere, & sub mellis dulcedine virus euomere: vt vitæ cibum ministrare se simulent, à cauda teriunt: & mortis poculum velut quoddam dirissimum venenum immiscent. Horum sectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non sunt notatæ nominibus: vel (quod est forte nefandius) non contentæ, vt vel ab Ario Ariani, vel à Nestorio Nestoriani, aut à similibus similes nuncupentur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide Catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Patarenis, à quibus abest sancta credulitas diuinitatis aternæ, sub vno contextu nequitie in simul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & se ipsos: Deum, dum Dei fidem & filium non agnoscunt. Decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimonie, hæreticæ prauitatis oblectamenta ministrant. crudelius etiam sæuiunt in se ipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique seueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram, & veræ fidei possent euadere, vitæ prodigi, & necis improvidi sectatores inuoluunt: & (quod est ipso dictu dirissimum) superstites etiam non terrentur exemplo. Contra tales sibi Deo, & hominibus sic insectos continere non possumus motus nostros, quin debitæ vltionis in eos gladium exeramus: tanto ipsos instantius persequentes, quanto in euidentiore delusionem fidei Christianæ, prope Romanam Ecclesiam, quæ caput ecclesiarum omnium iudicatur, supersti-

A perfidiosis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quod ab Italia finibus, præsertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius abundare, iamque vsque ad Regnum nostrum Sicilia, suæ perfidiæ riuulos deriuarunt. Quod acerbissimum reputantes: Statuimus in primis, vt crimen hæreseos, & damnatæ sectæ cuiuslibet, quocumque nomine censentur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læsæ Maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis iudicij potestate, alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas admittit damnatorum, & bonæ; & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patarenis notantur, per omnia volumus obseruari. Et vt ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: nemine etiam deferente, inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratore, & per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquiri; ac Inquisitione notatos, etsi leuis superstitionis argumento tangantur, à viris Ecclesiasticis, & prælati examinari iubemus. Per quos si inuenti fuerint à fide Catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos, mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocumque nomine censentur, decernimus, quam affectant: vt viui in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus quod in hoc ipsorum satisfaciunt voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat; quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Datum Paduæ xxij. Februarij, xii. Indictione.

IMPERATOR FREDERICVS
semper Augustus, &c.

PATARENORVM receptatores, & complices, & quocumque modo fautores, qui vt à pœna alios possint eximere, de se velut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ priuatiæ de imperiali clementia, restitutionis beneficium in integrum consequatur.

INCIPIUNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS
contra Patarenos edita per dominum Fredericum, illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Sicilia regem.

ATAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos, Passaginos, Iosepinos, Garatenes, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos Commixtos, Vvaldenics Roncarolos, Cummunellos, Varinos, & Ortholenos, cum illis de Aquangra, & omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censentur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus; censentes vt bona talium confiscentur, nec ad eos vltorius reuertantur: ita quod filij eorum ad successorem peruenire non possint, cum longe sit grauius aternam, quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiæ, iuxta considerationem suspitionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tamquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quod si per annum permanferint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt Potestates, & Consules, seu Rectores, quibuscumque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, quod de terris suæ ditioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quandocumque quis fuerit, in perpetuam Potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro Potestatibus, neque pro Consulibus, seu consimilibus habeantur: eorumque sententias extunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore monitionis elapsi, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent: saluo iure domini temporalis: dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat: eadem nihilominus lege seruata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus, Statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem; nec ad hæreditatis

reditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse alijs responde-
re cogatur. Quod si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius
audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius
instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adijcimus in super, quod hereti-
cus per hereticum convinci possit: & quod domus Patrenorum, receptorum, & defensorum, & fau-
torum, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituendæ.
Datum Paduæ, xxij. Februarij. xii. Indictione.

REX regum. Apostatantes à fide catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis
omnibus spoliamus: Et vt à professione vel vita naufragantes legibus coarctamus: Successiones tolli-
mus, ab eius omne ius legitimū abdicamus. Datum Anagninæ xv. Kalen. Decembris, Pontificatus
nostri Anno quarto.

I D E M.

*Inquisitoribus heretica prauitatis plenam peccatorum veniam concedit Papa: socijs vero Inquisitorum & no-
tarijs, qui in negotio fidei laborant, & omnibus, qui ex animo præstant consilium, auxilium, vel fauorem tres
annos de imposta penitentia relaxat: quod si qui ex his in prosecutione negotij contra hereticos decesserint, ple-
nam veniam consequuntur peccatorum, de quibus confessi, ore, & corde contriti fuerint.*

Edita anno Do-
mini 1259.

Ex Archivio co-
munitatis S. Fran-
cisci de Assisio.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis fra-
trum Minorum Inquisitoribus hereticæ prauitatis in administratione S. Francisci præ-
sentibus & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

FIRMISSE teneat vestra prudentia, & nullatenus dubitet, quod Deus indul-
gentiarum, & pater misericordie, considerans merita singulorum contentus nostris in-
dulgentijs non existit, quin beneficientibus gratiam potiore indulgeat, & gloria superaddat, ad quas
per fructum boni operis promerendas, fideles Christi frequenter, & libenter nostris remissionibus in-
uitamus. Cum itaque vos propter Deum, in negotio fidei laborantes, huiusmodi salutaribus præmijs
deceat recreari. Nos vobis vere penitentibus & confessis, de omnipotentis Dei misericordia, & beato-
rum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, plenam concedimus veniam peccatorum.
Socijs autem ordinis vestri fratribus, & notarijs vestris, qui vnà vobiscum in prosecutione huiusmodi
negotij laborabunt, & alijs qui ad impugandum hereticos, credentes, receptatores, fautores, & de-
fensiores eorum, vobis ex animo auxilium præstiterint, vel fauorem; tres annos de iniuncta sibi peni-
tentia relaxamus. & si qui ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum
omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Datum Ana-
gninæ xvij. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno quinto.

And. S.

ALEXANDER III.

*Iubet Alexander iij. Magistratibus secularibus, vt obseruent constitutiones Innocentij iij. quæ supra suo
loco sumi impressæ, quos hic etiam inserit Dominus Alexander iij.*

Edita anno Do-
mini 1259.

Ex Archivio co-
munitatis S. Fran-
cisci de Assisio.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Potestatibus, siue Re-
ctoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum,
aliorumq; locorum per Italiam constitutus, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD extirpanda de medio populi Christiani hereticæ prauitatis zizania, quæ abun-
dantius solito succreuerunt, superfeminante illa licentius his diebus homine inimico, tan-
to studiosius iuxta commissam nobis sollicitudinem insudare proponimus, quanto per-
niciosius negligemus eadem in necem Catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus nequitie ope-
rarios consurgant stentq; firmiter Ecclesiæ filij, ac orthodoxa fidei zelatores, constitutiones quædam
felicitis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster ad extirpationem hereticæ pestis edidit, & in
Capitularibus vestris conscribi, ac à vobis exacta diligentia obseruari mandauit, quæ seriatim in se-
quentibus continetur. Ideoq; vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitu-
tiones easdem conscribi in vestris capitularibus facientes nullis inde temporibus abolendas, secundum
cas contra omnem heresim se aduersus hanc sanctam Ecclesiam extollentem, sine omissione aliqua pro-
cedatis. Alioquin dilectis filijs Inquisitoribus, seu Inquisitori hereticæ prauitatis, & eorum singulis
damus nostris litteris in mandatis, vt singulos vestrum ad id per excommunicationem in personas, &
interdicti in terram appellatione remota compellant.

Constitutiones autem sunt hæc:

Statuimus, vt Potestas, Capitaneus, seu Rector, seu Consules, siue quiuis alij, qui Ciuitati præsent,
vel loco alij ad præsens, aut pro tempore præfuerint in futurum in Italia, iurent præcise, ac sine tenore
aliquo attendere inuolabiliter, & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regimini-
tam in ciuitate, vel loco sui regiminis, quam in terris suæ ditioni subiectis, omnes & singulas tam infra-
scriptas, quam alias constitutiones & leges tam canonicas, quam ciuiles editas contra hereticam præ-
uicaciam,

Instruimus ma-
gistratum de
seruandis legi-
bus contra he-
reticos editis.

uitatem, & super ijs præcise seruandis recipiet à quibuslibet sibi in potestaria, vel regimine succedenti-
bus iuramenta. Quæ qui præstare noluerit pro Potestate, Capitaneo seu Consule, vel Rectoro nullate-
nus habeatur, & quæ vt Potestas, Capitaneus, Consul vel Rector fecerit, nullam penitus habeant firmi-
tatem, nec vllus teneatur, aut debeat sequi eos, etiam si de sequela præstanda eis exhibuerit iuramentum.

Quod si potestas, Capitaneus, vel aliquis prædictorum hæc omnia, & singula seruare noluerit, vel
neglexerit, præter notam periurij, & perpetuæ iacturam infamiae ducentarum Marcarum poenam in-
currant, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in vilitatem communis cui præest, integre conuertantur,
& nihilominus, vt periurus, & infamis, & tanquam hereticorum fautor de fide suspectus officio,
& honore sui regiminis spoliatur, nec vltius Potestas, Capitaneus, Consul seu Rector habeatur in ali-
quo, aut de cetero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum nullatenus assumatur.

Idem quoque Potestas, Capitaneus, Consules, Rector vel quiuis alij ad regimen cuiuslibet Ciuita-
tis, vel loci assumpti in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata banno Ciui-
tatis, vel loci supponant tanquam pro maleficio omnes hereticos vtriusque sexus quocumque nomine
censeantur, & teneantur bannum huiusmodi à suis prædecessoribus positum confirmare: præcipue au-
tem, quod nullus hereticus, vel heretica de cetero habitet, vel moretur, aut subsistat in Ciuitate, seu
aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem. Et quicumque ipsum, vel ipsam inuenerit, libere ca-
piat, & capere possit impune, & omnes res ipsius, vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium
pleno iure, nisi auferentes huiusmodi sint in officio constituti.

Idem quoque Potestas, Capitaneus, Consules seu Rector, vel quiuis alij huiusmodi infra tertium
diem post introitum regiminis sui duodecim viros probos, & catholicos, & duos notarios, & duos ser-
uitores, vel quotquot fuerint necessarij instituire teneantur, quos diocesanus si præsens extiterit, &
interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis Prioribus si conuentus ibi
fuerit eorundem ordinum deputati duxerint eligendos. Instituti autem huiusmodi, & electi possint, &
debeant hereticos, & hereticas capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios, & pro-
curare hæc tam in ciuitate quam in tota eius iurisdictione atque districtu plenarie adimpleri, & eos ducere,
& duci facere in potestatem diocesanam, vel eius Vicarij, seu Inquisitorum, vel Inquisitoris.

Teneantur autem Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij ad huiusmodi regimen depu-
tati quilibet in expensis Communis, cui præest, facere duci eosdem hereticos ita captos quocumq; diocesa-
nus, vel eius Vicarius, seu Inquisitores, vel Inquisitor prædicti in iurisdictione, vel districtu diocesa-
no, Episcopi, seu Ciuitatis, vel loci voluerint illos duci.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere
noscentur, sine aliquo specialiter factio iuramento, probatione aliqua in contrarium non admissa
vbi duo, vel tres, seu plures præsentibus fuerint ex eisdem.

Porro cum Officiales huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super
his semper meram dicere veritatem, quibus ab omnibus in his quæ ad officium eorum pertinent plenius
pareatur, & tam dicti duodecim quam seruitores, & notarij prætaxati simul, vel diuisim plenariam præ-
cipiendi sub penis, & bannis taxatis, & expressis in constitutionibus infrascriptis, quæ ad officium suum
pertinent, habeant potestatem.

Possint autem Officiales prædicti Communitati, Castri seu Villæ in districtu, seu iurisdictione Ciui-
tatis cui præsent præcipere sub poena, & banno vsque ad centum libras proueniens. Senatus & vltra ad
arbitrium Potestatis, quod potestati, vel diocesanæ, aut eius Vicario, seu Inquisitoribus, aut Inquisito-
ri hereticorum præsentabunt infra præfixendum eis terminum competentem, omnes hereticos, & hæ-
reticas, quos & quas sibi dicti officiales duxerint assignandos, & Potestas à non seruantibus præceptum,
poenam vel bannum huiusmodi exigere teneatur.

Potestas autem vel Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij huiusmodi quocumq; vocabulo cen-
seantur, teneantur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis,
seu plures, & poenas exigere non seruantium.

Quod si dictis Officialibus aliquo tempore aliquod dampnum contigerit in personis, vel rebus pro
suis officijs exequendis à communi ciuitatis, vel loci per restitutionem plenariam seruentur indemnes,
nec ipsi officiales, vel hæredes eorum possint aliquo tempore conueniri de ijs quæ fecerint, vel pertinent
ad eorum officium, nisi secundum quod eisdem diocesanæ, & fratribus, & Inquisitoribus, vel Inquisi-
ton videbitur expedire.

Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis Potestas, vel qui-
cumque ipsius Ciuitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur totidem subrogare Officiales secundum
samam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem in alijs sex mensibus sequen-
tibus exequantur.

Sane ipsis officialibus dentur de camera communis prædicti, quando exeunt Ciuitatem, aut locum
pro hoc officio exequendo vnique pro qualibet die Decem, & octo Proueniens, in pecunia numera-
ta, quos Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, aut alius huiusmodi teneatur eis dare, vel dari
facere infra diem tertium postquam ad eandem redierint Ciuitatem, vel locum. Et insuper habeant ter-
tiam partem honorum hereticorum, & receptorum eorum quæ occupauerint, & multarum, ad quas
fuerint condemnandi hæreticum quod inferius continetur: & hoc salario sint contenti. Sed ad nul-
lum

Pœna magistra-
tum non ser-
uantium leges
contra hereti-
cos latas.

Magistratus se-
cularis banno
supponat hereti-
cos.

Eligantur viri
idonei qui hæ-
reticos inui-
sant, & capiunt.

Heretici capi-
dantur quo-
voluerint inui-
ces ecclesiæ-
fici.

Officialibus
credatur.

Officiales qua-
le iuramentum
sine exhibitura
cum creantur.

Officiales ad
quid teneantur.

Officiales ser-
uentur indem-
nes.

Officialium mie-
nus quanto ré-
pore duret.

Salarium offi-
cialium.

lum aliud, quod istud officium impediatur, vel impedire possit, vilo modo officium, vel exercitium etiam compellantur.

Officiales quo modo amouentur.

Nullum etiam statutum conditum vel condendum, eorum officium vilo modo valeat impedire. Et si quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, seu occupationem aliquam, vel excessum dicecesan. & fratribus supra dictis visus fuerit amouendus, ipsum ad mandatum, vel dictum eorum teneatur amouere Potestas, Capitaneus, vel quiuvis alius huiusmodi prædictorum, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Officiales qui delinquant.

Quod si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiae perpetuæ, quam tamquam fautor hæreticorum incurrat per Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectorem, seu alium similem ad dicecesan. & dictorum fratrum, vel Inquisitorum, seu Inquisitoris arbitrium puniatur.

Potent quibus officialibus inquisitorum.

Potestas præterea militem suum, vel alium a se ostendit, si dicecesanus, vel eius Vicarius, aut Inquisitores, vel Inquisitor à Sede Apostolica deputati, seu dicti officiales petierint cum ipsis officialibus nitere teneatur, & cum ipsis eorumque officium exercere fideliter.

Quilibet etiam si præsens in terra, vel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate, quam in iurisdictione, vel districtu quolibet dare ipsis Officialibus, & eorum locijs consilium, & iuuamen quando voluerint hæreticum, vel hæreticam capere, vel spoliare, aut inquirere, seu domum, vel locum, aut aditum intrare aliquem pro hæreticis capiendis sub librarum viginti quinque Proueniens. pœna, vel banno.

Vniuersitas autem Castri, vel Burgi sub præra, & banno librarum Quinquaginta. Villæ vero viginti quinque Proueniens. pro quolibet vice soluenda in pecunia numerata.

Auferens hæreticos captos de manu capientium qualiter puniatur.

Quicumque autem hæreticum, vel hæreticam captum, vel captum auferre de manibus capientium, vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domum aliquam, vel Curtem, seu locum aliquem ne capiatur, & inquirat ibidem, iuxta legem Paduæ promulgatam per Fredericum tunc Imperatorem publicatis bonis omnibus in perpetuum relegendur, & domus illa in qua prohibiti fuerint, sine spe reedificandi funditus destruat, nisi forte dicecesan. vel in eius absentia ipsius Vicarij vnâ cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel solo ipsi dicecesan. quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, legitime constiterit præfatæ domus dominum in hoc casu penitus innocentem, & prorsus inculpabilem extitisse: ac etiam cum non esse credentem, vel receptatorem, aut defensorem, siue fauorem hæreticorum, seu de hæretica labe suspectum: & bona quæ ibi reperta fuerint sunt capientium ac si hæretici fuissent ibidem inuenti: nisi forte legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam Domini domus eiusdem: & tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditionem specialem Burgus, vel Castellum componat communi libras Centum, & Villa libras Quinquaginta, & Vicinia tam Burgi quam Castri, & Ciuitatis libras viginti quinque Proueniens. in pecunia numerata: nisi infra tertium diem ipsos defensores, vel defensorem hæreticorum Potestati captos duxerint personaliter præsentandos.

Hæretici capti custodiuntur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij huiusmodi omnes hæreticos, & hæreticas, qui capti amodo fuerint, custodiri facere sub exactis communis ciuitatis, vel loci cui præsentunt per viros catholicos ad hoc electos à dicecesan. si fuerit præsens & fratribus supra dictis, vel Inquisitoribus, seu Inquisitore in aliquo speciali carcere tuto, & securo, in quo ipsi soli teneantur seorsum à latronibus, & bannitis, donec de ipsis fuerit diffinitum.

Qui se pro hæreticis obulunt, qualiter puniantur.

Si quando aliqui, vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsân assignauerint prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus reddi, & assignari cogantur, & qui hunc dolum fecerint iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum relegendur.

Hæretici capti Inquisitoribus præsententur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, seu quiuvis alij huiusmodi cum banno, & securo comitatu omnes hæreticos quocumque nomine censentur infra dies quindecim postquam capti fuerint, dicecesan. vel eius speciali Vicario, seu hæreticorum Inquisitoribus, vel Inquisitori præsentare pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi faciendam.

Hæretici damnati legitime puniantur.

Dampnatos vero de hæresi per dicecesan. vel eius Vicarium, seu Inquisitores, vel Inquisitorem prædictos Potestas, Capitaneus, vel alij eorum supra dicti, vel eius, seu eorum nuntius specialis eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus circa eos constitutiones contra tales editas seruaturus.

Hæretici pro habentia veritate torquentur.

Teneantur præterea Potestas, Capitaneus, Consules, aut Rector, vel alij huiusmodi omnes hæreticos, quos captos habuerint cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures sacramentorum Dei, & fidei Christianæ, errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.

Domus in qua receptum hæretici, diruantur.

Domus autem in qua receptus fuerit hæreticus, vel hæretica sine vlla spe reedificandi funditus destruat: nisi Dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri.

Et si dominus illius domus habuerit cum ea domos alias appendices, cum vna eademque domus interdu diuersis, & coherentibus mansionibus distinguatur, omnes illæ domus appendices siue in domo illa

A mo illa, siue in eius appendicibus hæreticus, vel hæretica deprehensus fuerit similiter destruat; & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, ipsiusque appendicibus, nisi forte legitime per testes fide dignos, & omni exceptione maiores ipsa bona esse aliarum personarum quam domini domui eorundem constiterit publicetur, & sicut auferenti, nisi auferentes fuerint in officio constituti: & insuper dominus domus illius præter notam infamiae perpetuæ, quâ incurrat, componat communi Ciuitatis, vel loci Quinquaginta libras Proueniens. in pecunia numerata: quam si nõ soluerit, in perpetuo carcere detrudatur.

Quæ autem de domorum, & appendicium destructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impositione facienda dominis domuum earundem præmissa sunt, volumus obseruari; nisi forte dicecesan. vel in eius absentia ipsius Vicario vnâ cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi dicecesan. quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia haberi nõ poterit, legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, præfatari domorum dominos in hoc casu penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse: ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos: quos nec in domibus, vel appendicibus, nec in bonis eiusdem, seu quouis modo puniri volumus, si (vt dictum est) apparuerint innocentes.

B Burgus autem ille seu Castrum, in quo hæretici capti fuerint vel inuenti, componat communi Ciuitatis libras Centum, & Villa libras Quinquaginta, & Vicinia tam Burgi quam Castri, & Ciuitatis libras viginti quinque Proueniens. in pecunia numerata: nisi infra Tertium diem receptatores ipsorum captos præsentauerint Potestati, siue cuius alij præsentanti eiusdem regimini Ciuitatis.

Quicumque vero deprehensus fuerit dare alicui hæretico consilium, vel auxilium, seu fauorem præter aliam pœnam superius, & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis: nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendos aliquos ab huiusmodi: nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocumque negotio, sed ipse alij respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius auidiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti.

Pœna eorum qui hæreticos fauent.

C Credentes quoque erroribus hæreticorum tanquam hæretici puniantur. Teneantur insuper Potestas siue Capitaneus, Consules, siue Rector quiuvis alius præsidens regimini Ciuitatis, vel loci nomina Virorum omnium, qui de hæresi fuerint infamati vel banniti in quattuor libellis vnus tenoris facere annotari, quorum vnum Commune Ciuitatis vel loci habeat, & alium dicecesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores. Et ipsorum nomina ter in anno in contione publica solemniter . . . faciat recitari.

Hæreticorum, aut infamatorum de heresi nomina cõscribantur.

Teneatur quoque Potestas, seu Rector, vel quicumque regimini supra dicto præfuerit, filios, & nepotes hæreticorum, & receptatorum, defensorum, & fautorum eorum diligenter inuelligare, eosque ad aliquod officium publicum, seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Filij, & nepotes hæreticorum nõ admittantur ad officia publica.

D Teneatur præterea Potestas, seu Rector, vel quiuvis alius huiusmodi regimini præsidens, vnum de assessoribus suis, quem elegerit dicecesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores, seu Inquisitor prædicti, ab Apostolica Sede dati, mittere cum eis quocumque voluerint in iurisdictione Ciuitatis atque districtu, qui assessor secundum quod prædictis Inquisitoribus, seu Inquisitori visum fuerit ibi tres, aut plures boni testimonij viros, vel totam Viciniam, si eis videbitur, iurare compellat, quod si quos ibidem hæreticos scierint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita, & moribus dissidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis Inquisitoribus, siue Inquisitori studeant indicare.

Ipse autem Potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Frederici tunc Imperatoris Paduæ promulgatas.

E Teneatur insuper Potestas, seu quiuvis Rector Ciuitatis vel loci quocumque vocabulo nuncupentur in destructionem domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occupatis consignandis & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra decem dies postquam accusatio, siue denuntiatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continentur, & eos qui soluere non poterunt banno maleficii supponere, & donec soluant in carcere detinere. Alioquin pro his omnibus, & singulis syndicetur sicut inferius continentur.

Et insuper teneatur vnum de assessoribus quocumque dicecesanus vel eius Vicarius, & dicti Inquisitores seu Inquisitor hæreticorum voluerint ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore si eis visum fuerit opportunum.

Omnes autem condemnationes vel pœnæ, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neque per contionem, neque per consilium, neque ad vocem populi nullo modo aut ingenio aliquo tempore valeant relaxari.

Bona hæreticorum confiscata qualiter diuidantur.

Teneatur insuper potestas, Capitaneus, Consul, seu quiuvis alius Rector omnia bona hæreticorum & receptatorum eorum, quæ per dictos Officiales fuerint occupata seu inuenta & condemnationes pro his exactas diuidere tali modo: Vna pars deueniat in commune Ciuitatis seu loci: secunda in fauorem & expeditionem officij detur Officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: Tertia ponatur in aliquo tuto loco secundum quod dictis dicecesan. & Inquisitoribus vel Inquisitori videbitur referuanda.

Pena violan-
tium has con-
stitutiones.

Magistratus sa-
culares syndi-
cantur.

Statuta his co-
stitutionibus
aduersa delin-
ant.

Constitutiones
istæ qualiter
scribendæ, vt
conseruentur.

uanda & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei & ad hereticos extirpandos, non ob-
stante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito vel condendo.

Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum seu constitutionum attemptauerit delere, di-
minuere, vel mutare sine auctoritate sedis Apostolicæ specialis, Potestas, Capitaneus, seu Consul, vel
alius cuius Reſtor, qui pro tempore fuerit in illa Ciuitate vel loco teneatur eum tanquam defenſo-
rem hereticorum publicum, & fautorem secundum formam præscriptam perpetuo publice infamare
atq; punire in libris Quinquaginta Proueniens in pecunia numerata: quam si exigere non poterit, eum
inaleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Teneatur sane potestas siue Capitaneus, Consul, seu cuius Reſtor infra decem dies sui regiminis
syndicare præcedentem proximo Potestatem, Capitaneum, Consulem vel Reſtorem, & eius etiam
aſſeſſores per tres viros Catholicos & fideles, quos eligant vnâ cum diœceſan. fratres Prædicatores
& Minores à suis Priore & Guardiano pariter assignati de omnibus his, quæ in statutis istis seu con-
stitutionibus & legibus contra hereticos & eorum complices editis continentur, & punire ipsos si
exceſſerint in omnibus & singulis quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate: Non ob-
stante si per aliquam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet à syndicatione fuerint absoluti.

Iurabunt autem prædicti tres viri bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis. Ceterum
teneatur Potestas, siue Capitaneus, Consul, aut cuius Reſtor cuiuslibet Ciuitatis, vel loci delere,
seu abradere penitus de statutis, & Capitularibus Communis quodcumque statutum conditum, vel
condendum inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis, & legibus, siue quomodo-
libet obuiare, & in principio, & in medio sui regiminis hæc statuta, seu constitutiones, & leges in
publica contione facere sollempniter recitari: Et etiam in alijs locis extra Ciuitatem suam, seu locum
sicut diœceſan. seu Inquisitoribus, siue Inquisitori, & fratribus supradictis videbitur expedire.

Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones, & leges, & si quæ aliæ contra hereticos, & eorum
complices tempore aliquo auctoritate Sedis Apostolicæ conderentur in quatuor voluminibus vnus
tenoris debeant contineri. Quorum vnus sit in statuto Communis cuiuslibet Ciuitatis, seu loci: Se-
cundum apud diœceſan. Tertium apud fratres Prædicatores: Quartum apud fratres Minores cum
omni sinceritate seruentur, ne possint per fallarios in aliquo violari. Datum Anagninæ ij. kalen. De-
cembris, Pontificatus nostri Anno quinto.

I D E M.

Inquisitores hereticæ prauitatis cogere possunt magistratus saculares quocumque nomine censeantur, per
excommunicationem in personis, ac priuationem ab officijs, & interdictum in terras, vt sublato omni dilatio-
nis, & difficultatis obstaculo, appellatione remota, executioni mandent sententias ab Inquisitoribus latis, &
ferendas contra notatos. Et si illi eos de heretica prauitate, credentes, fautores, & receptatores eorum: non
obstante quacumque Indulgentia Sedis Apostolicæ, per quam hoc decretum impediri possit, aut differri.

Eiusdem tenoris videtur aliud rescriptum eiusdem Alexandri iij. Datum Lateranen. Idibus Decem-
bris, Pontificatus sui Anno sexto.

Edita anno Do-
mini 1260.

Ex Archiuo ob-
uentus S. Fran-
cisce de Assisio.

Conferunt om-
nino rescripta
Innocentij viij
in. Dilectus
filius, relatu
supra.

LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus de ordine
Minorum, Inquisitoribus hereticæ prauitatis in Prouincia beati Francisci, Salutem
& Apostolicam benedictionem.

AD audientiam nostram peruenit, quod Potestates, Reſtores, Iudices, Antia-
ni, Officiales, Consilia, & communitates, quorundam caſtrorum, locorum & ciui-
tatum Prouincie B. Francisci, in qua Inquisitio contra hereticos vobis à Sede Apostolica est com-
missa, circa executiones sententiarum, quas contra notatos, & suspectos de heretica prauitate, cre-
dentes, fautores, & receptatores eorum profectis, à vobis super hoc requisiti, se interdum reddunt
difficiles, & etiam negligentes: Nos itaque volentes quod negotium Inquisitionis huiusmodi salu-
tarem consequatur effectum, circa ea intendimus animo vigilantibus, per qua submotis quibuslibet ob-
staculis, prædictum negotium Deo propitio de bono in melius dirigatur. Quocirca vniuersitati vest-
ræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Potestates, Reſtores, Iudices, Antianos, officia-
les quocumq; nomine censeantur, consilia & communitates prædicta, quod huiusmodi sententias à
vobis latis, & ferendas etiam sublato cuiuslibet dilationis, & difficultatis obstaculo executioni de-
mandent, monitione præmissa per excommunicationis in personas Potestatum, Reſtorum, Iudi-
cum, Antianorum, officialium, & consiliatorum, ac priuationis ab officijs, & in ciuitates, caſtra, &
loca huiusmodi interdicti sententias, appellatione remota cogatis: Non obstante aliqua Indulgentia
Sedis Apostolicæ, de qua cuiusq; tenore oporteat in nostris litteris plenam, & expressam mentio-
nem fieri, & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri. Datum Anagninæ xij. kalen.
Februarij, Pontificatus nostri Anno sexto.

De Curia.

I D E M.

Inquisitores per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, inuocato si opus fuerit auxilio seculari per
exactionem.

exactionem pœnarum cogere possunt eos, qui cum redirent ad Ecclesiam se obligauerunt sub certis penis ad
parendum mandatis Ecclesiæ: idem faciant contra fidei iſſores eorum.

Eiusdem tenoris extat aliud rescriptum Alexandri iij. datum Lateran. iij. Idus Decemb. Pontificatus sui
Anno sexto, quod nos vidimus authenticum.



LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs fratribus de ordine
Minorum, Inquisitoribus hereticæ prauitatis in administratione beati Francisci, Sa-
lutem & Apostolicam benedictionem.

AD audientiam nostram peruenit, quod nonnulli de administratione beati Fran-
cisce notati, & suspecti de heretica prauitate, ac fautores, & receptatores heretico-
rum, ad mandatum Ecclesiæ redeuntes, interdum se obligant sub certis penis, ad pa-
rendum mandatis Ecclesiæ, & super hoc præstant vobis fidei iſſorias cautiones, quorum nonnulli
mandatis quæ ipsis faciatis, parere reculant. Quia vero nostri decet appositione consilij super hoc fa-
lubriter prouideri; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tales, & fidei iſ-
siores eorum, quod mandatis factis eis per vos, & faciendis pareant monitione præmissa, per imposi-
tionem, & exactionem pœnarum, ad quæ se obligant, & etiam per censuram Ecclesiasticam appella-
tione remota cogatis: inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Datum Anagninæ
x. kalendas Februarij, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

Valde elegans est rescriptum hoc, quod non mediocriter illustratur c. vt commissi. de heret. lib. 6. & alia
iuris loca de hereticis loquentia. idem extat in Archiuo Inquisitionis Bononiensis transmissum fratribus
Dominicanis: sed hoc copiosius est.

Summa eius est: Inquisitores per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellunt ed sibi qualibet
instrumenta, & scripturas Inquisitionis factæ, vel faciendæ contra hereticos, & alios in fidem peccantes, aut
alios ad sacrum officium spectantia: redeuntes ad Ecclesiam absolunt, eosque reconciliant ei, à qua fuerunt
præcisi: populum & clerum conuocant contra tales: in ferendis sententijs peritos aduocant: dierum quadra-
ginta indulgentiam conferunt: contra absentes procedunt, qui in sua prouincia deliquerunt: simpliciter, &
de plano procedunt: contradicentes compeſcunt per censuram ecclesiasticam: nulla privilegia in contrarium
alicui concessa quicquam iuuant.



LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs . . . fratribus de or-
dine Minorum, Inquisitoribus hereticæ prauitatis in administratione sancti Fran-
cisce, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVPIENTES, vt Inquisitionis negotium contra hereticam prauitatem soli-
tudinè nostræ commissum, ad Dei gloriam, & augmentum fidei Catholicæ, in no-
stris manibus feliciter prosperetur: compellendi appellatione remota per censuram ecclesiasticam,
per vos, vel per alios, quos ad hoc idoneos vos, vel alter vestrum duxeritis eligendos omnes illos, qui
scripta, vel instrumenta Inquisitionis, vel ad eius officium pertinentia, per quoscumque hæc tenus fa-
ctæ, ac etiam faciendæ contra hereticos, credentes, receptatores, fautores, seu defensores eorum ha-
bent, vel habuerint, vt ea sine cuiuslibet difficultatis, seu dilationis dispendio, vobis vel alteri vestrum
exhibeant: necnon absoluenti à sententia excommunicationis omnes illos, qui dimissa hereticorum
perfidia ad vnitatem Catholicæ fidei libere, ac humiliter redire voluerint, & credentes, receptato-
res, fautores, ac defensores eorum: ac etiam reconciliandi eos Ecclesiæ, à qua noscuntur diabolica
subgeſtione præcisi. Conuocandiq; clerum, & populum ciuitatum, caſtrorum, aliorumq; locorum
contra tales: ita vt in ferendis sententijs contra ipsos possitis peritos, & discretos, prout expedierit,
aduocare. Dandi quoq; omnibus accedentibus, ad vocationem huiusmodi auctoritate nostra qua-
draginta dierum indulgentiam. Procedendi etiam contra illos, quos in dicta Prouincia commississe
constiterit, licet ad alias partes se duxerint transferendos, necnon, & vt in eodem negotio summariè
abſque iudiciorum, & aduocatorum strepitu procedere valeatis, auctoritate præsentium vobis, &
cuiuslibet vestrum concedimus facultatem. Contradicentes per censuram ecclesiasticam appella-
tione postposita compeſcendo. Non obstantibus si aliquibus sit indultum ab eadem sede, quod inter-
dicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, nisi plenam & expressam, vel
de verbo ad verbum fecerint mentionem: & constitutione de duabus diebus edita in Concilio gene-
rali. Dat. Anagninæ iij. No. Martij, Pontificatus nostri Anno sexto.

G. de Merc,

I D E M.

Omnes prelati ecclesiarum, & clerici religiosi & saculares, tam exempti quam non exempti, requisiti per
C 2 Inqui.

Inquisitores, in virtute obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, tenentur statim ipsi Inquisitoribus, & socijs eius, liberaliter providere de securo conductu de loco ad locum.

Hoc rescriptum singulare continet privilegium, & valde necessarium, conuenit cum sequenti, sed ambo fuerunt imprimenda, quia hoc ecclesiasticis personis, illud secularibus mittitur, & in sequenti præter poenam excommunicationis, additur etiam pœna pecuniaria aduersus non adimplentes quod præcipitur.

Edita anno Domini 1260.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratribus Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis, Plebanis, & alijs Ecclesiarum Prælati: & clericis religiosis, & secularibus, tam exemptis quàm non exemptis, per Prouinciam Romanam, quæ continet Urbem cum suo districtu, patrimonium Beati Petri in Thuscia, Sabiniam, Reate cum sua diœces. Campaniam, & Maritimam constitutis, ad quos litteræ istæ peruenierint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivo cœuentus S. Francisci de Assisio

AD extirpandam de partibus vestris hæreticam prauitatem totis affectibus intendentes, Inquisitionem faciendam in illis partibus contra resperfos huiusmodi prauitate, dilecto filio fratri Andree de ordine Minorum, duximus committendum. Ut igitur idem frater vestro fultus præsidio, in commisso sibi negotio Inquisitionis, Deo propitio valeat prosperari: vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attente, in virtute obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus vos vniuersi, & singuli, dilecto fratri Andree, & socijs eius de securo conductu, quotienscunque vos super hoc duxerint requirendos, liberaliter, ac sine dilatione, de loco ad locum providere curetis: Preces nostras & præceptum taliter impleturi, ut pateat per effectum operis, quod sitis orthodoxæ fidei zelatores, Nosque deuotionem vestram possimus exinde merito commendare. Datum Anagninæ, Idib. Martij, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

Nobiles, Barones, & ceteri seculares magistratus & eorum officiales, & communitates ciuitatum per Inquisitores requisiti, sub pœna excommunicationis, & mille Marcharum argenti, tenentur liberaliter, & sine dilatione providere Inquisitoribus, & eorum socijs de securo conductu de loco ad locum,

In quo conueniat cum superiori, & discrepet ab eo, supra dixi. singulare est privilegium. conuenit lex Frederici Imperatoris, Commissi. s. ad hæc. quæ est in hoc bullario.

Edita anno Domini 1260.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs nobilibus viris, Baronibus, Castellarijs, Potestatibus, Capitaneis, Reſtoribus, Antianis, Prioribus, & eorum officialibus, necnon communitatibus, ciuitatum, Caſtorum, & locorum Prouinciæ Romanæ, quæ continet Urbem cum suo districtu, patrimonium B. Petri in Thuscia, Sabiniam, Reate cum sua diœces. Campaniam, & Maritimam, ad quos litteræ istæ peruenierint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivo cœuentus S. Francisci de Assisio

AD extirpandam de partibus vestris hæreticam prauitatem totis affectibus intendentes, Inquisitionem faciendam in illis partibus contra resperfos huiusmodi prauitate dilecto filio fratri Andree de ordine Minorum duximus committendum. Ut igitur idem frater vestro fultus præsidio, in commisso sibi negotio Inquisitionis Deo propitio valeat prosperari: vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attente sub pœna excommunicationis, ac mille Marcharum argenti, per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus vos vniuersi & singuli, dilecto fratri Andree, & socijs eius de securo conductu quotienscunque vos super hoc duxerint requirendos, liberaliter, ac sine dilatione, de loco ad locum providere curetis: Preces nostras, & præceptum taliter impleturi, ut pateat per effectum operis, quod sitis orthodoxæ fidei zelatores. Nosque deuotionem vestram possimus exinde merito commendare. Dat. Anagninæ, Idib. Martij, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

Prælati ecclesiarum, Capitulis, & Conuentibus, ceterisque personis ecclesiasticis, tam secularibus quàm regularibus in virtute obedientiæ præcipitur, ut Inquisitoribus, eorumque collegis opportuni fauoris præsidio assistant, eisque exhibeant per se, per consanguineos, subditos, & deuotos suos, consilium, & auxilium contra hæreticos, credentes, complices, fauores, defensores, & terras ipsorum quotiens per Inquisitores fuerint requisiti.

Quo tempore hoc rescriptum est editum, quidam Capellus de kia homo potens, hæretica prauitate infectus acriter Inquisitori resistebat, nec poterat facile capi, quoniam intra terras ditionis suæ se continebat. Alexander Papa, ut rebellis homo caperetur, eodem fere tempore ad multas communitates ciuitatum sub eodem tenore verborum scripsit, ut auxilium præstarent Inquisitori contra hæreticos, in primis autem contra Capellum de Kia, & complices suos. vidimus nos sex rescripta eisdem verbis concepta, data

A data eodem mense, videlicet Kalen. Aprilis, & ij. iij. & iiij. Kalen. Aprilis. Ex omnibus hæc solum duobus imprimere visum est. huc spectant etiam sequentia illa rescripta. Licet vniuersi mun. i. &. Ex insinuatione. ex quibus hæc lumen accipiunt.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus vniuersis Episcopis, ac dilectis filijs . . . Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archipresbyteris, Præpositis, Capitulis, & Conuentibus, ceterisque personis Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, per Romanam Prouinciam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1260.

DV M ad studium sollicitudinis, & diligentiae, quod dilectus filius frater Andreas de ordine Minorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in administratione B. Francisci, in negotio fidei, cuius executione in terris eiusdem administrationis sibi commissus, adhibuisse dinoscitur, aciem mentis nostræ conuertimus; dum salutis fructum, quem eiusdem religio fidei ex suis laboribus reportauit, sollicita meditatione reuoluimus, vitare non possumus, quin ipsum, ut pote virum in talibus iam experimento probatum, in similibus commissione grauemus, firma credulitate tenentes, quod ea quæ sibi committimus, prospere, ac salubriter suæ circumspectionis industria dirigantur; de sua igitur prouidentia, & maturitate obtinentes certitudinem pleniorum, huiusmodi fidei negotium sibi, & quibusdam alijs fratribus sui ordinis, in Romana Prouincia, in qua vtiq; vrbs, patrimonium Beati Petri in Thuscia, Sabinia, ciuitas, & diœces. Reatin. Roman. Marsia, Campania, & Maritima includi noscuntur, confidenter, & plenarie duximus committendum. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem fratri A. eiusque collegis, opportuni fauoris præsidio assistentes, omne quodcunque potestis, studeatis eis, per vos, consanguineos, subditos, & deuotos vestros, consilium & auxilium exhibere contra hæreticos, credentes, complices, fauores, defensores, & receptatores, & terras eorum: & specialiter contra Capellum de kia, vxorem & filios, ac terram ipsius quotiens ab eodem fratre Andree, eiusve collegis, super hoc fueritis requisiti, ita quod ex hoc euidenter appareat, quod estis feruidi Catholicæ fidei zelatores, ac exinde à Deo præmium mereamini, diœtæque sedis fauorem, & gratiam vobis vberius acquiratis. Datum Anagninæ, ij. kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno sexto.

Ex Archivo cœuentus S. Francisci de Assisio.

I D E M.

Magistratus seculares sub pœna excommunicationis, cum requisiti fuerint per Inquisitores, tenentur eis assistere opportuni fauoris præsidio, & exhibere eis consilium, & auxilium, exercitum contra hæreticos, & ceteros in fide suspectos congregando, ad depopulationem, & exterminium terrarum ipsorum hostiliter procedendo.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs . . . Potestatibus, Capitaneis, Consilio, & Commun. Tuscanen. fidelibus nostris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1260.

DV M ad studium sollicitudinis, & diligentiae, quod dilectus filius frater Andreas de ordine Minorum Inquisitor hæreticæ prauitatis, in administratione beati Francisci, in negotio fidei, cuius executionem in terris eiusdem administrationis sibi commissus, adhibuisse dinoscitur, aciem mentis nostræ conuertimus: dum salutis fructum, quem eiusdem religio fidei, ex suis laboribus reportauit sollicita meditatione pensamus, vitare non possumus, quin ipsum utpote virum in talibus iam experimento probatum, in similibus commissione grauemus, firma credulitate tenentes, quod ea quæ sibi committimus, prospere, ac salubriter suæ circumspectionis industria dirigantur. De sua igitur prouidentia, & maturitate obtinentes certitudinem pleniorum, huiusmodi fidei negotium sibi, & quibusdam alijs fratribus sui ordinis, in Romana Prouincia, in qua vtiq; vrbs patrimonium beati Petri in Thuscia, Sabinia, ciuitas, & diœces. Reatin. Romania, Marsia, Campania, & Maritima includi noscuntur, confidenter & plenarie duximus committendum. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta sub debito fidelitatis, quo Ecclesiæ Romanæ tenemini, & excommunicationis pœna districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem fratri A. eiusque collegis opportuni fauoris præsidio assistentes, omne quodcunque potestis, studeatis eis consilium, & auxilium exhibere, exercitum contra hæreticos, credentes, complices, fauores, defensores, & receptatores eorum, & specialiter contra Capellum de Chia, vxorem & filios, ac terras ipsorum, quotiens à dilecto filio Magistro Raynerio de Viterbio Capellano nostro, rectore patrimonij beati Petri in Thuscia, cui super hoc efficaciter scribimus, vel ab eodem fratre Andree, eiusve collegis requisiti super hoc fueritis, congregando, & ad depopulationem, & exterminium terrarum huiusmodi, hostiliter procedendo, ita quod ex hoc euidenter appareat, quod estis feruidi Catholicæ fidei zelatores, ac exinde à Deo præmium mereamini, diœtæque sedis fauorem, & gratiam vobis vberius acquiratis. Datum Anagninæ, ij. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno sexto.

Ex Archivo cœuentus S. Francisci de Assisio

Facit Cœcellis Biterre c. 9.

Bv. de Cur.

C 3 IDEM

I D E M

Aduersus eos, qui terras vel castrum condemnatorum de heresi defendunt, tanquam contra defensores, & fautores hæreticorum, spiritualiter & temporaliter est procedendum, nisi ab incepto desistant.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio nobili viro Petro Iacobii Surdi Ciu Romano, Salutem & Apostolicam benedictionem.

LICET vniuersi mundi populi, qui Christiana professione censentur, ad incrementum Catholicæ fidei, totis viribus cunctisq; laborare studijs tenentur, Romanus tamen populus tanto seruentius, tantoq; diligentius ad hoc vigilare tenentur, quanto specialius, quantoq; propinquius B. Petri Apostolorum Principis, qui est ipsius caput, & pater fidei patrocino gaudere noscuntur. Vnde cum audimus, quod per aliquos de ipso populo, promotioni negotij eiusdem fidei aliqua impedimenta, siue obstacula præparantur, eò maiore dolorem inmente concipimus, quod firmiorem de talibus, quod illud iurare, ac fouere promptis debeant animis, spem, & fiduciam obtinemus. Sane ad audientiam nostram, non sine admiratione, & animi turbatione peruenit, quod tu Castrum Colliscafalis, ad perfidum Capellum de Chia nuper condemnatum de heresi pertinens, ab ipso Capello, vel à quodam Ciuie Citan. in quem idem C. statim quod sensit, quod de heresi condemnari debebat, simulatæ venditionis titulo transfudit, te in ipsius Capelli fauorem, & defensionem terræ suæ emisse confingens; à Dilectis filijs nobilibus viris Senatoribus vr̄bis communi Viterbien. sub certa inhiberi poena tuæ famæ prodigus procurasti, ne contra prædictum Castrum, quod ad te spectare dicebas, procedere quomolibet attemptarent: nequaquam atrendens, neque formidans spirituales, & temporales pœnas, quæ hæreticorum fautoribus, & defensoribus per sanctiones canonicas, & legitimas inferuntur. Volumus igitur, & præsentium tibi auctoritate districte præcipiendo mandamus, quatenus statim receptis præsentibus, sicut diuinam, & nostram charam habes gratiam, ab huiusmodi ausu tam nephario, tamque pernicioso desistens, de defensione ipsius Castri, prædicto seu alio quocunq; modo te nullatenus intromittas: quinimo procures omnino, quod inhibitio huiusmodi, prædicto Communi Viterbien. ad instantiam tuam facta, totaliter reuocetur: alioquin scire te volumus, & pro certo tenere, quod aduersus te, tanquam contra defensorem, & fauorem hæreticorum, spiritualiter & temporaliter, auctore Domino procedemus. Datum Anagninæ 17. Id. Maij, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

De Curia.

Communitas Viterbiensis liberaliter promisit Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, se congregaturam exercitum, ac hostiliter proceduram contra Capellum de Chia de heresi condemnatum, secundum quod Inquisitores ordinauerunt: ad factum Pontifex approbat, hortaturque, vt rem tam laudabilem consiciant, nullo Senatorum Vr̄bis mandato in contrarium facto.

Quoniam Ciuitas Viterbiensis intrepide Inquisitoribus in fidei fauorem auxilium obtulit, egregio encomio à summo Pontifice commendatur, & gratias sibi ab eo referri meretur, quoniam voluit accitari Illustrissimus Cardinalis de Gambara, vnus ex Inquisitoribus Generalibus in vniuersa Republica Christiana, dum imponit nobis, vt inter cetera hoc referri curamus, vt extet perpetuum testimonium laudis eius vr̄bis, cuius ipse Illustrissimus extitit Episcopus.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs . . . Potestati . . . Capitaneo, Consilio & Communi Viterbien. fidelibus nostris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

EX inuinatione dilecti filij fratris Andrea, & aliorum Inquisitorum hæreticæ prauitatis in Romana Prouincia, & administratione Beati Francisci comperimus, quod vos tanquam fidei zelatores, eis liberaliter obtulistis congregare exercitum, ac hostiliter procedere contra perfidum Capellum de Chia, nuper de heresi condemnatum, secundum quod idem Inquisitores ducerent ordinandum. Nos igitur huiusmodi zelum vestrum, dignis exinde laudibus effereutes, ac referentes vobis propter hoc gratiarum multiplices actiones, vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus negotium eiusdem fidei sicut laudabiliter incepistis, constantibus animis prosequentes, ad exterminium terrarum prædicti Capelli, non obstante mandato contrario Senatorum Vr̄bis, hostiliter procedere studeatis: Nos enim eisdem Senatoribus nostris iniungimus litteris, vt mandatum huiusmodi, vt pote dispendiosum prædicto negotio, totaliter reuocare procurent. Taliter igitur huiusmodi monita, & mandata nostra implere curetis, vt crescat exinde meritis apud Deum, penes nos gratia, & apud homines clara fama. Dat. Anagninæ, Id. Maij, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M

Inquisitores potestatem habent vendendi bona hæreticorum, fautorum, credentium, receptatorum & defensorum

A forum iam confiscata, & in posterum confiscanda, contraditores per censuram Ecclesiasticam comescendo: asseruato pretio ad opus Romanæ Ecclesie.

Aliud rescriptum eiusdem tenoris, & Datæ ad eosdem Inquisitores transmissum eiusdem Alexandri iij. vidimus authenticum.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Andrea, Gentili, & Bartholomæo ordinis Minorum, & alijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Romana Prouincia, & administratione Beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

DISCRETIONI vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi, ac distrahendi libere bona hæreticorum, eorumq; fautorum, credentium, receptatorum, & defensorum publicata iam, seu confiscata, & in posterum publicanda, & confiscanda, prout commisso vobis fidei negotio expedire videritis, ita quod eorum pretium ad opus Romanæ Ecclesie conferuetur, necnon & contraditores super hoc, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita comescendo, plenam, & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem, Datum Genuæ viij. kalen. Octobris, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

Inquisitores in causa fidei contra quoscunq; possunt, ac debent procedere, nullis priuilegijs in contrarium editis quippiam inuariantibus: idem deficientibus notarijs secularibus, religiosis, qui prius fuerant notarij, possunt ad acta officij sancti conscribenda assumere; quod sibi desint, duos viros idoneos, qui hæc scribant, eligere possunt; contraditores per censuram Ecclesie comescunt.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archiuo Inquisicio. Bolognensis.

NE commissæ vobis contra hæreticos Inquisitionis officium, quocunq; contingat obice præpediri, vobis & singulis vestrum præsentium auctoritate concedimus, vt non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscunq; personis, cuiusvis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, aut ordinis: & præsertim Cisterciens. Prædicatorum, Minorum, seu Eremitarum, siue communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum, & locorum, specialiter vel generaliter, sub quacunq; verborum expressione, vel forma ab Apostolica Sede concessis, vel amodo concedendis, etiam si dicatur in illis, quod eis per aliquas litteras, totum de verbo ad verbum tenorem non continentibus priuilegiorum, vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari, maxime, quod illi excommunicari, vel ipsorum terræ supponi non possint ecclesiastico interdico, aut quod prædictorum, vel aliorum quorumlibet ordinum fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, siue denuntiationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti auctoritate litterarum Apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus, & priuilegijs, vel indulgentijs, eis super hoc à Sede Apostolica concessis, habeatur in eisdem litteris mentio specialis: in eodem officio, & contra impediens illud, vel in eo vobis iuxta officium, & posse suum, à vobis requisitos assistere non curantes, libere iuxta formam vobis, per litteras nostras traditam procedatis: cum ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, & indulgentijs nullum vobis in tantæ pietatis negotio, velimus obstaculum generari. Ad hæc si super his, quæ circa idem officium, illudque contingentia in scriptis fuerint redigenda, tabellionum secularium copia forte defuerit opportuna, personis regularibus cuiuscunq; ordinis, qui tabellionatus officium in sæculo habuisse noscuntur, exercendi illud in his, cum à vobis necessitate huiusmodi suadente fuerint requisiti, auctoritate nostra licentiam concedatis: quos ad hoc, constitutione canonica, vel regulari contraria nequaquam obstante, ex districto volumus iussionis nostræ præcepto teneri. Quod si nec tales habere poteritis, alios duos viros idoneos, clericos, vel laicos, quotiens talis imminet necessitas, assumatis: qui simul fideliter ea quæ fuerint à vobis, vel coram vobis ex prædicto officio gerenda conscribant. quorum scripta quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, ac si vnus personæ publicæ manu confecta fuissent, inconcussam habere decernimus firmitatem. Contraditores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita comescendo, non obstante constitutione de duabus dictis edita in concilio generali.

Datum Anagninæ Idib. Octobris, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M

Inquisitores hæreticæ prauitatis non tenentur obedire prelati suorum ordinum in concernentibus officium Inquisitionis.

C 4

Idem

Idem sancit Dominus Urbanus Papa iij, rescripto quodam incipien. Catholicæ fidei, quod extat in A Inquisitione Brixien.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archino cõpntus S. Francisci de Assisio



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs vniuersis fratribus, Prædicatorum, & Minorum ordinum Inquisitoribus hereticæ prauitatis per diuersas Italiae partes à Sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CATHOLICÆ fidei negotium, quod plurimum infidet cordi nostro in vestris prosperari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes, ac volentes omne ab eo impedimentum, omneq; obstaculum remoueri: præsentii vobis auctoritate mandamus, quatenus in eodem negotio de diuino, & Apostolico fauore confisi, omni humano tractare deposito, constanter ac intrepide procedentes, circa extirpandam hereticam prauitatem tam de Lombardia, & Thuscia, quam de omnibus alijs Italiae partibus, cum omni vigilantia, omniq; studio laboretis. Et si forsan Magister, & Minister Generales alijsq; Priores, & Ministri Prouinciales, ac Custodes, seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum ordinum, prætextu quorumcumq; priuilegiarum, seu indulgentiarum eiusdem sedis dictis ordinibus concessorum, aut concedendorum in posterum, vobis vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quoquomodo præceperint, vt ad tempus, vel quo ad certos articulos certasve personas negotio superfedatis eidem: nos vobis vniuersis, & singulis auctoritate Apostolica districtius inhihemus, ne ipsis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præsumatis: nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi, quantum ad hunc articulum, tenore præsentium reuocantes, omnes excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas proflus decernimus, & inanes. Nam si prædicta sedes interdum Prælatis aliquibus vestrorum ordinum per suas sub certa forma committat litteras, vt ad exercendum Inquisitionis officium contra hereticam prauitatem aliquos suorum ordinum fratres assumere valeant, ipsosque cum expedire viderint, amouere, ac alios subrogare, non tamen per hoc quod ipsi ea dumtaxat de causa in hac parte committit, quia de Fratrum suorum ordinum idoneitate plenior habere notitiam præsumantur, aliqua eis super huiusmodi Inquisitionis negotio, vobis immediate à prædicta sede commissio, & committendo facultas, vel iurisdictionis attribuitur, seu potestas. Datum Lateran. iij. Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

Excommunicati ratione crimines hæresis, vel alia de causa, complices, participes, seu socij criminis in fauorem fidei recipiuntur ad testificandum contra hereticos credentes, defensores fautores, & receptatores eorum.

Edita anno Domini 1261.

Ex Archino cõpntus S. Francisci de Assisio



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Minorum Inquisitoribus hereticæ prauitatis in Prouincia Roman. & administratione Beati Francisci, à Sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CONSVLVIT nos discretio vestra, vtrum illos, qui ratione criminis hæreticos, vel alia de causa excommunicationis sententia sunt ligati, contra hereticos, credentes, defensores, fautores, vel receptatores eorum, ad testimonium perhibendum admittere, & stare dictis eorum, seu illorum etiam debeatis, qui complices, participes, seu socios eiusdem criminis se fatentur. Quia igitur si iisdem excommunicati non admitterentur ad perhibendum testimonium contra tales, & dictis eorum ac si fatentium non staretur, frequenter officium Inquisitionis vobis commissæ, in dispendium fidei contingeret impediri, quando præsentium vix, aut nullo modo potest, nisi per sic fatentes super hoc veritas apparere, statuimus in fauorem fidei, vt in huiusmodi Inquisitionis negotio, dicti excommunicati contra hereticos, credentes, defensores, fautores, & receptatores eorum, ad testimonium admittantur, & stetur tan: illorum dictis, quam eorum qui, vt prædictum est, socios eiusdem criminis se fatentur, ex verisimilibus coniecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum tam deponentium, quam eorum contra quas deponitur qualitate, ac alijs circumstantijs conijci poterunt sic fatentes non falsa dicere præsumantur. Datum Lateran. x. Kalend. Februarij, Pontificatus nostri Anno septimo.

V R B A N V S I I I I.

Inquisitores nullis obstantibus priuilegijs quorumlibet, aduersus omnes procedere possunt: eorum processus non impediuntur ob commissionem specialem procedendi Episcopis factam, neque econuerso: redeuntes ad Ecclesiam facta abiuratione admittant, & absoluant: neminem damnent absque consilio diœcesanorum: cum testes examinant, duas adhibeant personas: ad acta sancti officij conscribenda, quilibet religiosi, qui prius notarij fuerant, assumantur: testium nomina non publicentur: citationes, examinationes testium, sententiarum denuntiationes committunt: peritos aduocant: clerum, & populum conuocant: simpliciter, & de plano proce-

A procedunt: in absentes inquirunt: leges omnes in hereticos editas obseruari præcipiunt: indulgentias largiuntur, & ipsi etiam Inquisitores consequuntur: Quæstuarios prædicatores compefcunt: contra impediens velus contra fautores procedunt: brachium seculare inuocant: contraditores per censuram Ecclesie compellunt, nullis priuilegijs suffragantibus.



VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hereticæ prauitatis, in Lombardia & Marchia Ianuen. deputatis Auctoritate Apostolica, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1261.

Ex Archino Inquisitionis Bononiensis. & li. priu. or. Prædic. fol. 31.

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ Christiana religione censentur, teneamur ex officij nostri debito extirpare luciferam pestem hereticæ prauitatis: in Italia tamen imminet nobis hæc sollicitudo propensius, vbi eandem pestem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei catholicæ peruersa genimina germinauit, ex vicinitate pensissimus abundantius succreuisse.

B Vt igitur Inquisitionis officium contra hereticos in prouincia Lombardia, videlicet, à Bononia & Ferraria inclusiuè, vsque ad vltimos fines superiorum partium eiusdem prouinciæ, ac Marchia Ianuen. auctoritate Apostolica possit efficacius adimpleri: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes ex alto, prædictum officium vbique infra præfatos limites; simul vel separatim, aut singulariter, prout negotij utilitas suadebit, sub spe mercedis æternæ, sic efficaciter prosequi & exequi studeatis, vt per sollicitudinis vestræ prudentiam, de prædictis Lombardia & Marchia radix iniquitatis hereticæ succidatur: & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quæ peruersis moribus demoliuntur eandem, fructus afferat catholicæ puritatis. Si quos autem de prauitate prædictæ culpabiles inueneritis vel infectos, seu etiam infamatos, contra ipsos (nisi examinati absolute velint mandatis Ecclesie obedire) necnon & contra receptatores, defensores, & fautores eorum, iuxta sanctiones canonicas, auctoritate Apostolica, hominum metu diuino timori postposito procedatis. Non obstantibus aliquibus litteris ad quoscunque alios de Lombardia, & Marchia prædictis (exceptis locorum diœcesanis) super huiusmodi negotio ab Apostolica sede directis: quarum deinceps ad Inquisitiones huiusmodi faciendas nolumus auctoritate procedi: quinimo ne procedatur per illas districtius inhihemus. Nec prætextu commissionis specialiter, eisdem diœcesanis super hoc factæ, vestros processus in eorundem diœcesanorum ciuitatibus, & diœcesibus volumus impediri. Nec per hoc quod fidei negotium generaliter in ipsis Lombardia & Marchia vobis committimus, commissiones à præfata sede diœcesanis eisdem factas, si forsan illarum, seu etiam ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus reuocare. Veruntamen siue auctoritate ordinaria, siue ex delegatione prædictæ sedis, iisdem diœcesanis in huiusmodi negotio processerint, nequam volumus, vel per concursum processuum, vel alijs quomodolibet vestros impediri processus, quin diœcesanorum ipsorum processibus non obstantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex prædictis heretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesie absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consuevit: *proiso soluerit, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & vos immo potius se ipsos fallentes, sub agni speciem gerant lupum.* Quod si aliqui fuerint iudicandi heretici; vel incarcerationis pena perpetua alicui pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœcesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsis diœcesanis absentibus præfentes fuerint, consilio procedatur: vt in tanta animaduersionis iudicio non postponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi, vt in reos, siue vlllo proferatur errore, dura ac dignæ seueritas vltionis, volumus, & mandamus, vt vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsi quæ contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum præsentia, per publicam, si comode potest haberi, personam: aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in commissio vobis officio, ad scribendum seu tabellionis officij pertinent, teneri districtè præcipimus, cû per vos, seu deputatos ad hoc à vobis, requisiti fuerint, omnes & singulos vestri ordinis, fratres, qui dum essent in sæculo huiusmodi tabellionatus officium habuisse, & exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotij fidei, fuit à dicta sede commissum, & in posterum committeretur. Concedentes huiusmodi fratribus, necnon & alijs religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in in sæculo, dictum tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt: quibuscunque etiam clericis secularibus officium ipsum habentibus, etiam si iisdem fratres religiosi, & clerici sint in factis ordinibus constituti, exercendi libere officium ipsum quo ad præmissa, non obstante aliquo contrario statuto canonis vel ordinis quocunque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod si testibus, quos à vobis recipi, vel ab alia vice vestra super eodem crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorundem, videritis periculum imminere, ipsorum nomina non publice, sed secreta, coram aliquibus personis prouidis & honestis, religiosis & alijs ad hoc vocatis, de quorum consilio

ad sententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimentur: & sic non obstante quòd illis, contra quos huiusmodi testes desposuerint, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem iudicis infraendam, adhibeatur plena fides testium despositionibus eorundem. Ut ergo commissi vobis officij debitum, vtilius & liberius exequamini, committendi citationes, testium examinationes, cum de huiusmodi crimine, ac ipsius circumstantijs duxeritis inquirendum, & denuntiationes sententiarum, quas in quolibet hac de causa tu leritis, accersendi quoque prout expedierit peritos quoslibet, vt vobis in ferendis huiusmodi sententijs præbeant consilium opportunum, ac vobis assistant. Conuocandi etiam clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorumque locorum prout dicto negotio fidei videritis expedire. Insuper in dicto negotio, de plano, & absque iudiciorum, & aduocatorum strepitu; ac contra illos quos in prædictis Lombardia & Marchia Ianuensi in hæreseos crimine commississe constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi. Nec non faciendi obseruari inuolabiliter omnes constitutiones Apostolicas, & leges imperiales per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ Ecclesiæ persistentem Paduæ promulgatas aduersus huiusmodi pestem hæreticæ prauitatis. Necnon elarigendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quoties opportunum videritis, omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis & singulis vestrum præsentium tenore facultas. Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus terræ sanctæ, in generali concilio est concessa: socijs vero vestri ordinis, & notarijs vestris, qui vnâ vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & omnibus qui personaliter vobis assisterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, vobis ex animo præstiterint consilium, auxilium, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi penitentijs relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compescendi præterea monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, prædicatores quæstuarios à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet; quorum interest tantum charitatiua subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam si quam forte habent, exponere, liberam vobis & singulis vestrum concedimus auctoritate præsentium facultatem. Ceterum si forte, quod non credimus, aliqui cuiuscunque conditionis, huic negotio vobis commissio se opponere, seu illud præsumperint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint: & iuxta officium & posse suum, singuli inuenerint studiose, contra eos tanquam contra hæreticorum fautores, & defensores, secundum sanctiones canonicas, freti eadem auctoritate, intrepide procedatis: nos enim nihilominus ad reprimendam tam superbam, & perniciosam audaciam, & omnimode confundendam, in illos gladium Ecclesiasticæ potestatis acriter exeremus: & reges & principes, aliosque Christi fideles, siue pro terræ sanctæ succursu, siue alijs pro Christi seruitio crucis caractere insignitos, necnon & ceteros catholicos, prout expedire viderimus, inuocabimus contra eos: vt eorum & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum patiter moueantur. Denique vt circa præmissa, plene vobis & singulis vestrum coercionis expedita, & inuolabilis adsit auctoritas; volumus, vt ea omnia viriliter exequamini, inuocato si opus fuerit auxilio brachij sæcularijs: contra ctiores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo: non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscunque personis, cuiusvis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, & præsertim Cisterciensium, Prædicatorum, Minorum seu Eremitarum: siue communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum & locorum, specialiter, vel generaliter, sub quacunque verborum expressione, vel forma, à memorata sede concessis, vel in posterum concedendis: etiam si dicatur in illis, quòd eis per aliquas litteras, totum de verbo ad verbum tenorem non continentes priuilegiorum, vel indulgentiarum ipsorum nequeat derogari: & illis maxime priuilegijs & indulgentijs, quibus ab ipsa sede concessum est aliquibus, seu concedetur deinceps, quòd excommunicari, vel ipsorum terræ supponi non possint Ecclesiastico interdicto: aut quòd Prædicatorum, vel aliorum quorumlibet ordinum fratres, ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, siue denuntiationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, auctoritate litterarum Apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus & priuilegijs, vel indulgentijs, eis super hoc à sede concessis, eadem habeatur in eisdem litteris mentio specialis: cum ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi, & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Datum Viterbij xij. Calend. Aprilis. Pontificatus nostri Anno primo.

V R B A N V S IIII.

Superiores religionum, in locis, vbi per eos exercetur Inquisitionis officium, assignent Inquisitoribus hæreticorum socios prudentes & idoneos: item vbi fuerint ab Inquisitoribus requisiti, alios fratres adiungant, vt negotium Inquisitionis melius valeat promoueri.

V R B A

VR B A N V S Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs provinciali, ac ceteris conuentualibus, Prioribus, & subprioribus, eorumque vicarijs ordinis Prædicatorum, Lombardia, ac Marchia Ianuensis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NE Catholicæ fidei negotium, dilectis filijs fratribus vestri ordinis in Lombardia & Marchia Ianuensi, infra designatos eis limites, Sedis Apostolicæ auctoritate commissum, & in posterum committendum, ex personarum defectu contingant, (quod absit) quomodolibet impediri: volumus, & præsentium vobis auctoritate, districtè præcipiendo mandamus, quatenus tu sili Prior provincialis, singulis ex prædictis fratribus, singulos socios, fratres videlicet ipsius ordinis prouidos & discretos, ac eidem negotio congruentes, de quibus hi, quibus assignati fuerint, merito valeant consolari, sublata difficultate qualibet, assignare procures: & nihilominus tantu, quam vos alij Priores, subpriores conuentuales, ac vicarij, quotiens ab eisdem fratribus, quibus dictum est commissum negotium, ac committetur in posterum, fueritis requisiti, & dicto negotio fuerit opportunum, de alijs etiam fratribus eiusdem ordinis, præter illos, qui eis in socios deputati fuerint, cum omni promptitudine prouidere curetis: ita quòd præfatum negotium nullam ex negligentia vestra dilationem capiat, sed potius ex diligentia continuum suscipiat incrementum. Datum apud Urbem veterem vij. Calend. Nouemb. Pontificatus nostri Anno secundo.

C L E M E N S P A P A IIII.

Præcipit, vt Inquisitores compellant seculares magistratus, quarumlibet ciuitatum, & locorum per excommunicationem in personas, & interdictum in terras, monitione præmissa, vt faciant conscribi in suis capitularibus, & inuolabiliter custodiri constitutiones Innocentij iij. non obstante aliqua Indulgentia Sedis Apostolicæ, quod excommunicari nequeant, vel eorum terræ interdicti.

CL E M E N S Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Prædicatorum & Minorum ordinum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis per Italiam auctoritate Sedis Apostolicæ deputatis, & in posterum deputandis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, supereminante illa licentius his diebus homine inimico, tanto studiosius, iuxta commissam nobis sollicitudinem insudare proponimus, quanto perniciosius negligemus eadem in necem catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus huiusmodi nequitie operarios conlurgant, itentque firmiter Ecclesiæ filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, Constitutiones quædam felicis memoræ Innocentij Papa prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis editæ, & tam ipse, quàm felicis memoræ Alexander Papa prædecessor noster, Dilectis filijs Potestatibus siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum Castrorum, aliorumque locorum per Italiam constitutis mandarunt, vt constitutiones ipsas, in suis conscribi Capitularibus facerent, & exacta diligentia obseruarent: vnde prædictis Potestatibus siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus, damus nostris litteris in mandatis, vt ipsi & singuli eorum constitutiones eadem, cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus per dictum Alexandrum prædecessorem nostrum, & etiam per nos factas, conscribi in suis capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim se aduersus hanc Sanctam Ecclesiam extollentem, sine aliqua omissione procedant. Quo circa discretionem vestram per Apostolica scripta mandamus, quatenus si dicti Potestates siue Rectores, Consules, Capitanei, Antiani, Consilia & communitates, mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, vos & singuli vestrum, illos & singulos eorum, infra designatos vobis limites, per excommunicationem in personas, & interdictum in terras eorum, monitione præmissa appellatione remota cogatis. Non obstante si aliquibus à Sede Apostolica sit indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quòd personæ excommunicari, ac ciuitates, castra, terræ, & loca ipsorum interdicti non possint, siue qualibet alia indulgentia sedis eiusdem, per quam effectus presentium impediri valeat vel differri: & de qua cuiusque toto tenore, de verbo ad verbum specialem & expressam in nostris litteris oporteat fieri mentionem: & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Perusij xv. Kalen. Februarij, Pontificatus nostri Anno primo.

I D E M.

Minister provincialis de consilio discretorum fratrum sui ordinis Inquisitores idoneos elingat, quibus præcipiat in virtute sanctæ obedientiæ, vt Inquisitionis officium in locis sibi commissis viriliter exerceant contra hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum, iuxta formam in alijs litteris expressam. Quòd si ex aliqua causa aliquis Inquisitor fuerit amouendus, eo amore de consilio discretorum alium substituat cum pari auctoritate & potestate: idem faciat Inquisitore mortuo.

Hoc

Edita anno Domini 1262.

Ex Archiua Inquisitionis Bononiensis.

Edita anno Domini 1265.

Ex Archiua conuentus sancti Praxedis de Assisio.

† Hæc constitutio incipit ad extirpationem & supra sunt antea.

Hoc privilegium tributum Ministris Generalibus, & Provincialibus Prædicatorum & Minorum ordinum eligendi, deponendi, & substituendi Inquisitores in suis Provincijs, prius etiam concessit Innocentius iiij. rescripto incipiente Odore suavi. quod nos vidimus authenticum. tam hoc ipsum privilegium transmissum ab eodem Clemente iiij. fratribus Prædicatoribus, vidimus in Archivo Inquisitionis Bononiensis datum Perusij xv Kalen. Nouemb. pontificatus sui Anno primo, quo tribuit potestatem eligendi octo Inquisitores; benedictus vnde decimus decem adiecit rescripto incipiente: Licet olim. quod item vidimus in Inquisitione Bononiensi. ceterum nunc nec Ministri ordinum Generalis, nec Provinciales solent Inquisitores eligere, nec deponere, mutare, vel transferre, inconsulto sacrosanctæ & generalis Romanæ Inquisitionis Senatu: imo vero hodie Cardinales Generales Inquisitores ista faciunt.

Edita anno Domini 1265.

Ex Archivo euentus sancti Francisci de Assisi. Concordat rescriptum Innocentij 1111. licet ex omnibus relatis, supra.



LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectio filio. Ministro provinciali fratrum ordinis Minorum in administratione beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ Christiana religione censentur, teneamur ex officij nostri debito extirpare letiferam pestem hæreticæ prauitatis; in Italia tamen imminet nobis hæc sollicitudo propensus, vbi eandem pestem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ peruersa genimina germinauit, ex vicinitate persensimus abundantius succreuisse. Cupientes igitur in Spoletan. Fulginat. Assisinat. Nucerin. vsque ad montes apeninos dumtaxat, Eugubin. Ciuitate Castell. Perusin. Tudertin. Amelien. Narnien. & Inrerannen. Ciuitatibus & diocæsis suis, necnon & terris Machilon. & Amiterni & dominorum de Monticellis & Sumatis, ac etiam inde Arquate & Tusi Castris, & Arce de Salli, & eorum pertinentijs Reatijs, & Esculan. diocæsi. per aliquos de fratribus tui ordinis partem super hoc nostræ sollicitudinis adimpleri, discretioni tuæ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de consilio aliquorum discretorum fratrum ipsius ordinis, eligas duos de fratribus eiusdem ordinis tuæ administrationis, idoneos ad huiusmodi opus Dominicum exequendum, eisque in virtute obedientiæ districtè Apostolica præcipere auctoritate procures, vt Inquisitionis officium in locis prædictis, contra hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum, iuxta formam in alijs litteris nostris expressam, quas fratres prædicti ordinis Inquisitores huiusmodi prauitatis, in eisdem locis deputatis auctoritate Apostolica & in posterum deputandis, non expressis aliquorum nominibus, super exequendo dicto Inquisitionis officio destinamus, exequi studeant diligenter. Nos enim prædictos duos fratres, quos ad hoc elegeris, & vtrumque ipsorum, præfatum officium exequi, iuxta formam in litteris ipsis expressam, ac ipsos illam potestatem & auctoritatem plenarie habere volumus, quæ in eisdem litteris continetur.

Hymericus in Directorio. 3. par. q. 9. & sequen.

Si vero tu vel vicarius tuus te absente, aliquem Inquisitorum huiusmodi, ex aliqua forte causa nonnumquam fore videris amouendum, ipsum amoueatis, & substituatis loco eius alium, quem similem potestatem & auctoritatem habere volumus, quotiens vobis deliberatione cum aliquibus discretis fratribus dicti ordinis præhabita, hoc fore videbitur faciendum: & si aliquem vel aliquos Inquisitorum ipsorum decedere forte contigerit, Nos substituendi de eisdem aliquem vel discretorum fratrum eiusdem ordinis, alium vel alios loco illius vel illorum qui decenerint, ita quod huiusmodi substituti eidem omnino auctoritate ac potestate fungantur, tibi dictoque vicario, si tu absens fueris, plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem. Datum Perusij iij. Kalen. Octobris, Pontificatus nostri Anno primo.

Io. de Camp. pro Cur.

I D E M.

Fredericus Romanorum Imperator eius nominis secundus ad annos Domini 1220. ad Imperij dignitatem euectus, non multo post tempore ab Honorio 111. Romæ imperij diademata honorifice accepit. hic Fredericus quo anno Imperator est pronuntiat, Patruj multas leges tulit in fauorem Ecclesiæ, & contra hæreticam prauitatem, quas multi Romani Pontifices confirmarunt, videlicet Innocentius 1111. anno Domini 1253. & Alexander 1111. anno Domini 1258. & Clemens 1111. in presentij rescripto anno Domini 1265. quas nominatim etiam suis rescriptis inserunt, & penitus obseruari iubent.

Eas leges in rescripto Innocentij 1111. insertas supra curauimus imprimendas: sed quoniam tunc destiterunt authentica seu originalia exempla, in nonnullis variatum fuerat: & propterea consulto sublata omni lectionis varietate, & incertitudinis scrupulo alias duximus imprimendas.

Edita anno Domini 1265. Ex Archivo euentus sancti Francisci de Assisi.



LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Potestatibus, siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum aliorumque locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Fredericus olim Romanorum Imperator, & tunc in Ecclesiæ Romanæ deuotione persistens, promulgauerit Paduæ quasdam leges

ges, per quas ne peruagetur compesci poterit pestis illa, Nos illas, quas felicitis recordationis Innocentius 1111. & Alexander 1111. Romani Pontifices prædecessores nostri voluerunt ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, prout in ipsius Alexandri Papæ litteris perspeximus contineri, volentes in vestris Capitularibus annotari, Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus, in vestris conscribi Capitularibus singuli faciatis, nullis inde temporibus abolendas: Ciuitates vel loca quibus præstis, districtus quoque seu terras vestræ ditioni subiectas, secundum eas ab hæretica fœditate solite purgaturi. Tenores autem legum ipsarum hi sunt.

F R E D E R I C V S D E I G R A T I A

Romanorum Imperator, & semper Augustus, Hierusalem & Sicilia Rex, Dilectis principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis, alijsq; Prælatibus Ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Scultetis, Burgauis, Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum imperium constitutis, presentes litteras inspecturis fidelibus suis, Grattiam suam, & omne bonum.



OMISSI nobis cælitus cura regiminis, & imperialis, cui dante Domino prædesimus fastigium dignitatis, materialem quo diuisim a Sacerdotio fungimur gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt exerendum: vt perfidia vipeiros filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri corolores in iudicio & iustitia persequamur, maleficos viuere non passuri, per quorum seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oues morbidas grauior infligitur corruptela. Statuimus itaque sancientes, vt hæretici quocumque nomine censeantur, vbi cunq; per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & sæculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur.

Si qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, terribi metu mortis redire voluerint ad fidem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum penitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea, quicumque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperij per Inquisitores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos arctius custodiye donec per censuram Ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei Sacramenta & vitæ dampnabant. Simili quoque pœna plebi censemus omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem callidus hostis suscitatur aduocatos, vel parat illicitos defensores; maxime cum facinus quos inquinat, æquat: nisi monitione præmissa destiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea qui conuicti in vno loco de hæresi, ad alia loca transferunt, vt cautius possint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam censemus subire vindictam: vt super hoc per viros ab eodem errore conuersos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi conuicerunt (quod & in hoc casu concedimus licite faciendam) euident testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus adducendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit, & fide mentita conuincitur, ac eos contingerit eiusdem morbi spontaneam incurere recidiam: vt sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat.

Omne insuper proclamationis & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus; volentes vt de finibus imperij, in quibus semper debet existere fida fides, hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur.

Ceterum, quia quanto maiora diuinæ nutu miserationis accepimus, & altiorum locum præ filijs hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos lætæ maiestatis, in personis eorum & liberorum suorum exheredatione damnamus, multo fortius iustiusq; contra Dei blasphematores nominis, & catholicæ fidei detractores prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæredes & posteros vsque ad secundam progeniem, beneficij cunctis temporalibus, publicis officijs & honoribus, imperiali auctoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis continuo marore tabescant: vere scientes, quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem a misericordiæ finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis non sequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint: quacunq; reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitio non subiaceat innocentia filiorum. Ad hæc, notum fieri volumus fratres Prædicatorum de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos: ceteros quoque qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, cundo, morando, & redeundo, sub nostri imperij speciali

l. 1. §. 1. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. §. 7. §. 8. Exod. c. 20. §. 9. §. 10.

ciali defensione receptos, & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium imperij esse volumus inoffensos: vniuersitati vestre mandantes, quatenus quocumque, & apud quemcumque vestrum peruenierint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab incurfu hæreticorum eis insidiantium cõseruantibus idemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos vero, quos & ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, poenitentiam subeant, quam merentur: Scituri quod in executione ipsius negotij, gratum Deo & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostris imperij nouam & insolitam hæreticæ prauitatis infamiam opem, & operam, vnde cum eisdem fratribus praesentiter efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ xxii. Februarij, xii. Indictione.

FREDERICVS DEI GRATIA, ETC.

NCONSVTILEM tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vitio seipientes, quod significationem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fidei vnitatem nituntur inducere scelerationem: & oues à Periculis custodia, cui pascendæ à pastore bono sunt credita, segregare. Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eo vsque mansuetudinem præ tendentes ouium, quousque ouile possint subintrare dominicum. Hi sunt angeli pessimi. Hi sunt filij prauitatum, à patre nequitiae, & fraudis auctore, ad animas simplices destinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latenter videntur insperere, & sub mellis dulcedine virus emouere: vt vitæ cibum ministrare se simulent, à cauda feriunt, & mortis poculum velut quoddam dirissimum venenum immittunt. Horum sectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non sunt notatae nominibus: vel (quod est forte nefandius) non contentæ, vt vel ab Ario Ariani, vel à Nestore Nestoriani, aut à similibus similes nuncupentur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Patareni, à quibus abest sancta credulitas diuinitatis æternæ, sub vno contextu nequitiae simul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & seipos. Deum, dum Dei fidem, & filium non agnoscunt. Decipiunt proximos, dum ipsi sub specie spiritualis alimentæ, hæreticæ prauitatis oblectamenta ministrant. Crudelius etiam sæuiunt in se ipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique seueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram, & veræ fidei possent euadere, vitæ prodigi, & necis improvidi sectatores inuoluunt: & (quod est ipso dictu dirissimum) superbius etiam non terrentur exemplo.

Contra tales tibi, Deo, & hominibus sic insectos, continere non possumus motus nostros, quin debita vitiorum in eos gladium exeramus: tanto ipsos instantius persequentes, quanto in euidentiorem delusionem fidei Christianæ, prope Roman. Ecclesiam, quæ caput Ecclesiarum omnium iudicatur, superstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quod ab Italia finibus, præsertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam lauis abundare; iamque vsque ad regnum nostrum Sicilia, suæ perfidiæ riuulos deriuauerunt.

Quod acerbissimum reputantes, Statuimus in primis, vt crimen hæreseos, & damnatæ sectæ cuiuslibet, quocumque nomine censeantur sectatores, (prouet veteribus legibus est inditum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis iudicij potestate, alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum, & bona; & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruari.

Et vt ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: nemine etiam desistente inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores; & per officiales nostros sicut & alios malefactores inquiri; ac Inquisitione notatos, etsi leuis superstitionis argumento tangerentur, à viris Ecclesiasticis, & prælatis examinari iubemus. Per quos si inuenti fuerint à fide catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastoralis more communiti, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseverent præsentis nostræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocumque nomine censeantur, decernimus, quam affectant: vt viui in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus, quod in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo poenam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat: quod qui fecerint, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Dat. Paduæ xxij. Febr. xij. Indictione.

1. Manichæos. C. de hæret.

1. penult. C. ad l. e. Inl. mai. ff. Interd. in sic. de hæret. que ab inter. de fide.

Imp.

IMPERATOR FREDERICVS Semper Augustus, &c.



PATARENORVM receptatores, & complices, & quocumque modo fautores, qui vt à poena alios possint eximere, de se vel vt improvidi non fomidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ pristinae de imperiali clementia restitutionis beneficium integrum consequatur.

INCIPIUNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS

contra Patarenos edita per eundem Fredericum illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Sicilia Regem.



ATHAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos, Passaginos, Iosepinos, Garatenes, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos, Commixtos, Vvaldenses, Roncarolos, Communellos, Vvarinos, & Ortholenos, cum illis de Aquanigra, & omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeatur perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes vt bona talium confiscentur, nec ad eos vltius reuertantur: ita quod filij eorum ad successionem peruenire non possint, cum longe sit grauius æternam, quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad mandatum ecclesiæ, iuxta considerationem suspitionis, qualitateque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tamquam infames & banniti ab omnibus habeantur; ita quod si per annum permanerint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, & consules, seu rectores, quibuscunque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, quod de terris suæ ditioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt: ita quod amodo quocumque quis fuerit in perpetua potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro potestatibus, neque pro consilibus, seu consimilibus habeantur: eorumque sententias extunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore monitionis elapsam, terram ipsius exponimus catholicis occupandam, qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conferuent: saluo iure dominij temporalis: dummodo super hoc nullum præster obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege seruata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus: Statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem; nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocumque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adijcimus insuper, quod hæreticus per hæreticum conuinci possit: & quod domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorum, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituendæ; Datum Paduæ xx i. Februarij, xi i. Indictione.

REX regum. Apostatantes à fide catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus. Et vt à professione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Successiones tol- limus, ab eis omnino ius legitimum abdicamus. Dat. Perusij 11. Kalend. Nouemb. Pontificatus nostri Anno primo.

Tyb. de Cur.

I D E M.

Innocentius iii. Pontifex Maximus Anno Domini. 1252. ad extirpandas hæreses, copiosas ac saluberrimas constitutiones edidit, quas direxit ad ciuitatum magistratus seculares, iubens vt iuxta ordinem, & præscriptum earum aduersus hæreticos procederetur. eas constitutiones Alexander iii. Anno Domini. 1259. repetit, & confirmat, rescriptoque suo pariter inserit: tandem Clemens 1111. Anno Domini. 1265. easdem cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus etiã confirmauit, & suo huic præsentis rescripto inseruit. Eas

l. 3. s. 1. s. 2.

Cap. Vergétis de hæret. s. 2.

s. 3. Concilium B. terræ. c. 32.

s. 4.

s. 5.

s. 6.

DE APOSTA- TIS.

Eas antea in hoc bullario imprimendas curauimus, sed destituti rescripto authentico, in nonnullis est a variatum: quare ut omnis procul abesse incertitudo, visum est iuxta veritatem originalis, illis sublati has authenticas apponere.

Edita anno Domini 1269.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.



LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Potestatibus, siue Receptoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum aliorumque locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, supereminante illa libentius his diebus homine inimico, tanto studiosius, iuxta cõmissam nobis sollicitudinẽ insudare proponimus, quanto perniciosius negligemus eadem in necem catholici seminjs peruagari. Ut autem aduersus huiusmodi nequitia operarios confurgant, stentque firmiter Ecclesiæ filij ac orthodoxæ fidei zelatores, Constitutiones quasdam felicis recordationis Innocentius Papa III. prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis edidit, & in capitularibus vestris, tam ipse, quàm felix memorie Alexander Papa prædecessor noster conscribi, ac à vobis exacta diligentia obseruari mandarunt: quæ seriatim inferius continentur. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdem, cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus, per dictum Alexandrum prædecessorem, & etiam per nos factas, conscribi in vestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim, se aduersus hanc sanctam Ecclesiam extolentem sine omissione aliqua procedatis: Alioquin dilectis filiis Prædicatorum & Minorum ordinũ fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & eorum singulis per Italiam deputatis auctoritate Sedis Apostolicæ, & in posterum deputandis, damus nostris litteris in mandatis: vt infra designatos eis limites, singulos vestrum ad id, per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota compellant.

Constitutiones autem sunt hæ:

Statuimus vt potestas, capitaneus, seu rector, seu consules, seu quiuis alij, qui ciuitati præsent, vel loco alij ad præsens, aut pro tempore præfuerint in futurum in Italia, iurent præcise ac sine tenore aliquo attendere inuolabiliter & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis, tam in ciuitate vel loco sui regiminis, quàm in terris suæ ditioni subiectis, omnes & singulas infra scriptas constitutiones: & super his præcise seruandis recipiat à quibuslibet sibi in potestaria, vel regimine succedentibus iuramenta. Quæ qui præstare noluerit, pro Potestate, Capitaneo, seu Consule, vel Rectore nullatenus habeatur, & quæ vt Potestas, Capitaneus, Consul, vel Rector fecerit, nullam penitus habeant firmitatem. Nec vllus teneatur, aut debeat sequi eos, etiam si de sequestra præstanda eis exlubuerit iuramentum.

Quod si potestas, Capitaneus, vel aliquis prædictorum constitutiones ipsas & singula in eis contenta seruare noluerit vel neglexerit, præter notam perurij, & perpetua iacturam infamiae, ducentarum Marcarum pœnam incurrat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in vtilitatem communis cui præest, integre conuertantur, & nihilominus vt periurus & infamis, & tanquam hæreticorum fautor de fide suspectus, officio & honore sui regiminis spoliatur. Nec ulterius Potestas, Capitaneus, Consul, seu Rector habeatur in aliquo: aut de cetero ad aliquam dignitatem vel officium publicum ullatenus assumatur.

Iidem quoque Potestas, Capitaneus, Consules, Rector, vel quiuis alij ad regimen cuiuslibet Ciuitatis, vel loci assumpti, in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata, banno Ciuitatis, vel loci supponant, tanquam pro maleficio, omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeantur, & teneantur bannum huiusmodi à suis prædecessoribus positum cõfirmare.

Præcipiant autem, quod nullus hæreticus, vel hæretica de cetero habitet vel moretur, aut subsistat in Ciuitate seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem: & quicumque ipsum, vel ipsam inuenierit, libere capiat, & capere possit impune, & omnes res mobiles ipsius, vel ipsorum penes eos inuentas eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure, nisi auferentes huiusmodi sint ad hoc officium specialiter deputati.

Iidem quoque Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel quiuis alij huiusmodi, infra octo dies post introitum regiminis sui duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios, & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarii instituere teneantur, quos diocesanus, si præsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatorũ, & duo Minorũ ordinũ ad hoc à suis Prioribus & guardianis, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinũ deputati, seu Inquisitores, vel Inquisitor prauitatis hæreticæ duxerint eligendos. Instituti autẽ huiusmodi, & electi possint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & contra bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in ciuitate, vel alio loco, quàm in tota eius iurisdictione atque districtu plenarie adimpleri, & eos ducere, & duci facere in potestatem diocesanam, vel eius Vicarij, seu Inquisitorum, vel Inquisitoris.

Teneantur autem Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij ad huiusmodi regimen deputati

Magistratus iurent, quod leges in hæreticos latas obseruabunt.

Pœna magistratum non seruantium leges contra hæreticos latas.

Hæretici banno supponant.

Hæreticos qui libere capere possint.

Ministri eligantur ad capiendos hæreticos.

A putati, quilibet in expensis Communis, cui præest, facere duci eosdem hæreticos ita captos quocumque diocesanus, vel eius Vicarius, seu Inquisitor, vel Inquisitor prædicti in iurisdictione, vel districtu diocesanæ Episcopii, seu Ciuitatis, vel loci voluerint illos duci.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere noscuntur, sine aliquo specialiter præstito iuramento, vbi duo, vel tres, seu plures præsent fuerint ex eisdem.

Porro cum Officiales huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super his semper meram dicere veritatem, quibus ab omnibus in his quæ ad officium eorum pertinent plenius pareatur, & tam dicti duodecim quàm seruitores, & notarij prætaxati simul, vel diuisim plenariam præcipiendi sub pœnis, & bannis taxatis, & expressis in constitutionibus infra scriptis, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem.

Possint autem Officiales prædicti Communitati, Castri, Burgi, seu Villæ præcipere sub pœna, & banno vsque ad ducentas Marchas argenti, & vltra ad arbitrium potestatis, seu rectoris ciuitatis, vel loci in cuius districtu, vel iurisdictione fuerint, quod potestati, seu rectori, vel diocesanæ, aut eius Vicario, seu Inquisitoribus, aut Inquisitori hæreticorum præsentent infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hæreticos, & hæreticas, quos & quas sibi dicti Officiales duxerint assignandos. Et Potestas, seu rector à non seruantibus præceptũ, pœnã vel bannũ huiusmodi exigere teneatur.

Potestas autem vel Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij huiusmodi quocumque vocabulo censeantur, teneantur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis, seu plures, & pœnas exigere non seruantium.

Quod si dictis Officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis, vel rebus pro suis officijs exequendis à communi ciuitatis, vel loci per restitutionem plenariam seruentur indemnes.

Nec ipsi Officiales, vel hæredes eorum possint aliquo tempore conueniri de ijs quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eisdem diocesanis, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur expedire.

Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis Potestas, vel quicumque ipsius Ciuitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur totidem subrogare Officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem in alijs sex mensibus sequentibus exequantur.

Sane ipsis officialibus dentur de camera communis prædicti, quando exierint Ciuitatem, aut locum, pro hoc officio exequendo vnicuique pro qualibet die duo solidi Proueniens. senatus vel imperialium in pecunia numerata: quos Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, aut alius huiusmodi teneatur eis dare, vel dari facere, infra diem tertium postquam redierint ad eandem Ciuitatem, vel locum.

Et insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum, & receptorum eorum quæ occupauerint: & multarum, ad quas fuerint codemnati, secundum quod inferius continetur: Et hoc salario sint contenti.

Sed ad nulum aliud, quod istud officium impediatur, vel impedire possit, vlllo modo officium, vel etiam exercitium compellantur.

Nullum etiam statutum conditum, vel condendum, eorum officium vlllo modo valeat impedire.

Et si quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel incertiam, seu occupationem aliquam, vel excessum diocesanis & fratribus supra dictis visus fuerit amouendus: ipsum ad mandatum, vel dictum eorum teneatur amouere Potestas, Capitaneus, vel quiuis alius huiusmodi prædictorum, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Quod si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiae perpetua, quam tamquam fautor hæreticorum incurrat per Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectorem, seu alium similem ad diocesanũ. & dictorum fratrum, vel Inquisitorum, seu Inquisitoris arbitrium puniatur.

Potestas vero militem suum, vel alium assessorem, si diocesanus, vel eius Vicarius, aut Inquisitores, vel Inquisitor auctoritate Sedis Apostolicæ deputati, seu dicti Officiales petierint cum ipsis officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorum officium fideliter exercere.

Quilibet etiam si præsens in terra, vel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate, quàm in iurisdictione, & districtu quolibet dare ipsis Officialibus, & eorum socijs consilium, & iuuamen quando voluerint hæreticum, vel hæreticam capere, vel spoliare, aut inquirere, seu domum, vel locum, aut aditum aliquem intrare pro hæreticis capiendis sub librarum viginti quinque Proueniens. vel imperialium pœna, vel banno vniuersitas autem Castri, vel Burgi sub pœna, & banno librarum Quinquaginta. Villæ vero viginti quinque Proueniens. vel imperialium pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Quicumque autem hæreticum, vel hæreticam captum, vel captam auferre de manibus capiendum, vel capiendus ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domum aliquam, vel Curtem, seu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Patrum, & duci pro-

Expensis communitatis hæretici capere deducantur. Officialibus si des adhibeat.

Officiales iurent fideliter agere.

Officialium potestas.

Officialis seruentur indemnes.

Officialis quæ tu tempore durent.

Officialibus vide factis fieri debeat.

Officialis quæ do & per quos amouendi.

Officialis iniuriam quæ.

Omnes præsent auxilium officialibus.

Pœna prohibitionis: hæretici capiuntur.

Dua pro-

duæ promulgatam per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur.

Domus in qua sunt heretici destruat.

Et domus illa, à qua prohibiti fuerint, sine spe reedificandi funditus destruat, nisi forte diœcesano, vel ipi eius absentia ipsius Vicario vna cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hereticorum, vel soli ipsi diœcesano quando Inquisitorum, vel Inquisitoris presentia de facili haberi non poterit, legitime confiterit præfata domus dominum in hoc casu penitus innocentem, & prorsus inculpabilem extitisse: ac etiam cum non esse credentem, vel receptatorem, aut defensorem, siue fautorem hereticorum, seu de heretica labe suspectum.

Bona reperta in domibus hereticorum capi entia sunt.

Et bona quæ ibi reperta fuerint fiant capientium vel inquirentium, ac si heretici fuissent ibidem inuenti: nisi forte prædictis, (vt dictum est) legitime confiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam Domini domus eiusdem.

Et tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditionem speciale Burgus, vel Castrum componat communi, in cuius districtu est, libras Ducentas, & Villa libras Centum, & Vicinia tam Burgi quam Castri, & Ciuitatis libras Quinquaginta Prouenien. siue imperialium in pecunia numerata: nisi infra quintum diem ipsos defensores, vel defensorem hereticorum potestati vel rectori captos duxerint personaliter præsentandos: vel nisi forsitan per legitimas probationes diœcesan. vel in eius absentia ipsius vicario, vna cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hereticorum, vel soli ipsi diœces. quando Inquisitorum aut Inquisitoris presentia de facili haberi non poterit, plene ac euidenter confiterit, quod ipsi vel ipsos capere nullatenus potuissent: & eos ad captionem & præsentationem huiusmodi faciendas, sufficientem & congruam adhibuisse sollicitudinem & cautelam.

Heretici scilicet sum ab alijs in tuto carcere custodiantur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij huiusmodi omnes hereticos & hereticas, qui capti amodo fuerint, custodiri facere sub expensis communis ciuitatis, vel loci cui præsumt per viros catholicos ad hoc electos à diœcesano si præsens fuerit, & fratribus supradictis, vel Inquisitoribus, seu Inquisitore in aliquo speciali carcere tuto, & securo; in quo ipsi soli teneantur seorsum à latronibus, & bannitis, donec de ipsis fuerit diffinitum.

Pœna assignantur non hereticos pro hereticis.

Si quando aliqui, vel aliquæ non heretici pro captis hereticis ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsitan assignauerint prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & heretici nihilominus reddi, & assignari cogantur, & qui hunc dolum fecerint iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis, in perpetuum relegentur.

Capti heretici in iudicijs ecclesiasticis præsententur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, seu quiuis alij huiusmodi cum bono, & securo comitatu omnes hereticos quocunq; nomine censentur, infra dies quindecim postquam capti fuerint, diœcesano vel eius speciali Vicario, seu hereticorum Inquisitoribus, vel Inquisitori præsentare pro examinatione de ipsis, & eorum heresi diffinitum.

Damnatos de heresi recipiunt puniendos.

Damnatos vero de heresi per diœcesanum vel eius Vicarium, seu Inquisitores, vel Inquisitorem prædictos, Potestas, Capitaneus, vel alij eorum supradicti, vel eius, seu eorum nuntius specialis, eos animaduersione debita puniendos sibi relictos statim recipere teneantur.

Teneantur præterea Potestas, Capitaneus, Consules, aut Rector, vel alij huiusmodi omnes hereticos quos captos habuerint, cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures sacramentorum Dei, & fidei Christiana, errores suos expresse fateri, & accusare alios hereticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.

Domus in qua reperti sunt heretici destruat.

Domus autem in qua repertus fuerit hereticus, vel heretica, sine vlla spe reedificandi funditus destruat: nisi Dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri: & si dominus illius domus habuerit cum ea domos alias appendices, cum vna eademque domus interdum diuersis, & coherentibus mansionibus distinguatur, omnes illæ domus appendices, siue in domo illa siue in eius appendicibus hereticus, vel heretica deprehensus fuerit, similiter destruantur: & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, ipsiusque appendicibus (nisi forte legitime per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum quam domini domuum earundem constituerit) publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in huiusmodi officio constituti.

Pœna eius in cuius domo reperti fuerint heretici.

Et insuper dominus domus illius præter notam infamiae perpetuæ, quam incurrat, componat communi ciuitatis vel loci quinquaginta libras prouenien. vel imperialium, in pecunia numerata: quam si non soluerit, in perpetuo carcere deturatur.

Quæ autem de domorum & appendicium destructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impositione faciendæ, dominis domuum earundem præmissa sunt, volumus obseruari: nisi forte diœcesano, vel in eius absentia ipsius vicario, vna cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hereticorum, vel soli ipsi diœcesano, quando Inquisitorum vel Inquisitoris presentia de facili haberi non poterit, legitime confiterit præfatarum domorum dominos in hoc casu penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse: Ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hereticorum, seu de heretica labe suspectos: quos nec in domibus vel appendicibus, nec in bonis eisdem, seu quouis modo puniri volumus: si vt dictum est, apparuerint innocentes.

Burgus autem ille seu castrum, in quo heretici capti fuerint vel inuenti, componat communi ciui-

ni ciuitatis vel loci in cuius districtu est, centum libras, & villa libras quinquaginta, & vicinia tam burgi, quam castri & ciuitatis libras viginti quinque; prouenien. vel imperialium, in pecunia numerata nisi infra quintum diem receptatores ipsorum captos præsentauerint potestati, siue cuius alij præfati eiusdem regimini ciuitatis: nisi forsitan per legitimas probationes, diœcesano, vel in eius absentia ipsius vicario, vna cum Inquisitoribus seu Inquisitore hereticorum, vel soli ipsi diœcesano, quando Inquisitorum vel Inquisitoris presentia de facili haberi non poterit, plene ac euidenter confiterit, quod ipsos capere nullatenus potuissent: & eos ad captionem, & præsentationem huiusmodi faciendas, sufficientem & congruam adhibuisse sollicitudinem, & cautelam.

Quicunque vero deprehensus fuerit dare alicui heretico consilium vel auxilium seu fauorem, præter aliam pœnam superius & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam interstabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis successione accedat. Nullus præterea ei super quocunq; negotio, sed ipse alijs respondere cogatur.

Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti. Credentes quoque erroribus hereticorum, tanquam heretici puniantur.

Testamenta eorum qui heretici decesserunt, nullius volumus esse momenti.

Teneantur insuper potestas, siue capitaneus, consules, seu rector vel quiuis alius præfatus regimini ciuitatis vel loci, nomina virorum omnium qui de heresi fuerint infamati vel banniti, in quatuor libellis vnius tenoris facere annotari: quorum vnum commune ciuitatis vel loci habeat, & alij diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores: & ipsorum nomina ter in anno in concione publica solenniter faciat recitari.

Teneatur quoque potestas seu rector, vel quicunque regimini supradicto præfuerit, filios, & nepotes hereticorum, & receptatorum, defensorum, & fautorum eorum diligenter inuestigare: eoque ad aliquod officium publicum seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Teneatur præterea potestas seu rector, vel quiuis alius huiusmodi regimini præfatus vnum de assessoribus suis, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præfatus, & Inquisitores seu inquisitor prædicti auctoritate Sedis Apostolicæ deputati, mittere cum eis, quocunq; voluerint, in iurisdictione ciuitatis vel loci ac eius districtu. Qui assessor secundum quod prædictis Inquisitoribus, seu Inquisitori visum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel totam viciniam (si eis videbitur) iurare compellat, quod si quos ibidem hereticos scuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersione fidelium vita & moribus dissidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hereticorum: eos dictis Inquisitoribus siue Inquisitori studeant indicare.

Ipsi autem potestas, consules, siue rector, seu quiuis alij regimini præfatus, purgare teneantur ab heretica scditate ciuitatem vel locum, cui præfuerint, totamque terram vel districtum suæ ditionis, secundum leges per quondam Fredericum, olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ Ecclesiæ persistentem Paduæ promulgatas contra hereticam prauitatem: & earum tenores facere in suis annotari capitularibus, nullis inde temporibus abolendos.

Teneatur insuper potestas, seu quiuis rector ciuitatis vel loci quocunq; vocabulo nuncupetur, in destructione domorum & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis vel occupatis consignandis diuidendis, & de quibus superius dicitur, infra viginti dies postquam accusatio siue denuntiatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu: & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continetur. Et eos qui soluere non poterint, banno maleficij supponere, & donec soluant, in carcere detinere. Alioquin pro his omnibus & singulis syndicetur sicut inferius continetur.

Insuper teneatur vnum de assessoribus suis, quemcunq; diœcesanus, vel eius vicarius, & dicti Inquisitores seu Inquisitor hereticorum voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum.

Omnes autem condemnationes vel pœnæ, quæ occasione heresis factæ fuerint, neque per concionem, neque per consilium, neque ad vocem populi vilo modo aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Teneatur insuper potestas, capitaneus, consul, seu quiuis alius rector, omnia bona hereticorum, & receptatorum eorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata, seu inuenta: & condemnationes pro his exactas: necnon & lignamina, lapides, & tegulas domorum & turrium, quæ occasione heresis destruentur: & bona tam mobilia, quam immobilia, quæ eadem occasione confiscabuntur, diuidere tali modo. Vna pars deueniat in commune ciuitatis seu loci. Secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint. Tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diœcesano, & Inquisitoribus vel Inquisitori videbitur reseruanda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, & ad hereticos extirpandos: non obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito, vel condendo.

Roma eorum qui hereticis auxiliantur.

Nomina damnatorum de heresi in 4. libris annotent.

Filij damnatorum ad nullum officium vel beneficium admittantur.

Magistratus secularis terram purgare ab heretica scditate.

Condemnationum executio intra quor tempore fieri debeat.

Poenam nullo modo relaxetur.

Bona hereticorum qualiter diuidantur.

Bona hereticorum confisecata vendantur, & p quos.

Pœna non scti panti. has eõ situationes.

Qui magistratum init pcedentem Potestatem syndicet.

Statuta his eõ situationibus aduersa delentur.

Hæc constitutiones publice recitentur. Fædè in 4. libris scribant.

Teneatur præterea potestas, vel rector ciuitatis seu loci alterius, vendere bona fide, cum consilio & assensu Inquisitorum vel Inquisitoris, bona quæ confiscantur occasione hæreticæ prauitatis, infra tres menses post confiscationem huiusmodi: quod si non fecerit, præmissas pœnas eo ipso incurrat. Et nihilominus Inquisitores, vel Inquisitor libere vendere illa valeat, inquisito consilio diocæsano, vel eius Vicarij, si præsens non fuerit, & duorum fratrum Prædicatorum & totidem Minorum ordinum, quos prior & guardianus, si conuentus ibidem fuerint, eorundem ordinum, ad hoc duxerint eligendos. Et emptores bonorum huiusmodi illa libere ac licite habeant & possideant: & verumiporum bonorum dominium, per emptionem huiusmodi transferatur ad ipsos.

Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum, seu constitutionum attentauerit delere, diminuire, vel mutare, sine auctoritate Sedis Apostolicæ speciali: potestas, capitaneus, seu consul, vel alius cuius rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate vel loco, teneatur eum tanquam defensorẽ hæreticorum publicum & fauorem, secundum formam præscriptam perpetuo publice infamare, atque punire in libris quinquaginta Prouenientium, vel Imperialium in pecunia numerata. Quam si exigere non poterit, cum maleficij banno supponat: de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Teneatur sane potestas, siue Capitaneus, Consul, seu cuiusvis Rector infra duodecim dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo Potestatem, Capitaneum, Consulem vel Rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos & fideles, quos infra tres dies regiminis supradicti eligant vnà cum diocæsano Fratres Prædicatores & Minores à suis Priore ac Guardiano papiter assignati, seu Inquisitores vel Inquisitor hæreticæ prauitatis de omnibus his, quæ in statutis istis, seu constitutionibus & legibus antedictis contra hæreticos & eorum complices editis continentur: & punire ipsos si excesserint in omnibus & singulis, quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate, non obstante si per aliquam licentiam Consilij vel alterius cuiuslibet, à syndicatione fuerint absoluti. Iurabunt autem prædicti tres viri bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis.

Ceterum teneatur Potestas, siue Capitaneus, consul, aut cuiusvis Rector cuiuslibet ciuitatis vel loci, delere seu abraderẽ penitus de statutis & capitularibus Communis, quodcunque statutum conditum vel condendum inueniatur contradicere istis constitutionibus seu statutis & legibus memoratis, siue quomodolibet obuiare. Et in principio & in medio sui regiminis hæc statuta seu constitutiones & leges ipsos in publica concione solemniter facere recitari: & etiam in alijs locis extra ciuitatem suam seu locum, siue diocæsano, seu Inquisitoribus siue Inquisitori videbitur expedire.

Porro hæc omnia statuta seu constitutiones, & leges præfata, & si quæ alia contra hæreticos & eorum complices tempore aliquo auctoritate Sedis Apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnus debeant tenoris contineri, quorum vnus sit in statuto communis cuiuslibet ciuitatis seu loci: secundum apud diocæsannum: tertium apud fratres Prædicatores: quartum apud fratres Minores cum omni sinceritate seruentur, ne possint per falsarios in aliquo violari. Datum Perusij iij. Non Nouemb. Pontificatus nostri Anno primo.

De cur. Ger. p.

NICOLAUS III.

Pœna multa feruntur in hæreticos & eorum complices, quæ etiam continentur in titulis de hæreticis in Decretalibus & Sexto. Eiusdem argumenti prorsus extat aliud rescriptum Gregorij IX. Innocentij IIII. & Alexandri IIII. relat. ab Eymérico in Directorio Inquisit. par. 2.

Edita anno Domini 1281.

Ex Archivo Inquisitionis Bononiensis.

Excommunicamus i. de hæreticis.

NICOLAUS Episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NOVERIT vniuersitas vestra, quod nos excommunicamus & anathematizamus vniuersos hæreticos Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum. Damna vero per Ecclesiam sæculari iudicio relinquuntur animaduersione debita puniendi. clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere deturbandantur. Credentes autem eorũ erroribus, similiter hæreticos iudicamus. Itẽ receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententię decernimus subiacere. Similiter situentes vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annũ ex tunc ipso iure sit factus infamis; nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimoniũ admittatur. Sit etiam intestabilis, nec testamẽti habeat factionem; nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunq; negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato

A damnato damnentur. & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales postquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, alias animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitateque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint; anathematis gladio feriuntur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati, & notarij, nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clericis non exhibent huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica Sacramenta: nec elemosinas aut oblationes eorum recipiant: si nimirum hospitalarij, aut templarij, aut quilibet regulares, alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto Sedis Apostolicæ speciali. Item quicumque tales præsumperint Ecclesiastica tradere sepulture, vsque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententię se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extulserint, & proiecerint huiusmodi corpora damnatorum. & locus ille perpetuo careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos seuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus distantes, eos sudeat indicare confessori suo, vel alij quem credat ad prælati sui & Inquisitorum hæreticæ prauitatis notitiam peruenire: alioquin excommunicationis sententia percellatur. Hæretici autem & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem, ad nullum Ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur. quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficijs acq̃sitis, volentes vt tales & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem, nullius esse momenti volumus: quorum parentes post emancipationem huiusmodi, ad inuium superstitionis hæreticæ, à via declinasse confiterit veritatis. Datum apud Urbem Veterem v. Non. Martij, Pontificatus nostri Anno quarto.

NICOLAUS † PAPA.

Prædicari iubet Euangelium Iudæis in terris Christianorum commorantibus, vt pulsa perfidia, Christianæ religionis veritatem agnoscant: conuersi ex Iudæismo prælati & dominis temporalibus debent commendari, & humanissime tractari, nec debent molestari in personis aut rebus: qui conuerti noluerint, summo Pontifici sunt numiandi, vt opportuum remedium circa tales adhibeatur.



NICOLAUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori provinciali fratrum Prædicarorum ordinis in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

VINEAM Soreth velut electam plantauit dextera Dei patris, & omne semen verum seminavit in ipsa, Angelica custodia sepiuit illam, lapides nociuos abiecit ex ea. Hanc de Aegypto in luto & latere, subiungo Pharaonis opressam in signis & prodigijs transferens, dux itineris eius existens, in terram promissionis adduxit. Vinca enim Domini exercituum domus Israel est, viri Iudæ delectabile germen eius. Hanc sic mire translata, quasi adhuc rudem campum vomere legali profcindens, prophetali doctrina sulcauit, & vt ipsam ad maturam frugem, id est, ad regenerationis gratiam præpararet. Sed, proh dolor, peccatorum spinis obfusa, nullum imbrem gratiæ spiritalis excipiens, quæ sperabatur vt vvas educeret, lambruscas eduxit; vnde sperabatur iudicium, processit iniquitas; vnde iustitia, inde clamor. Hæc est vinea in qua fici arbor, scilicet synagoga Iudæorum plantata, Euangelica veritate describitur; cuius plantator Christus cætus Apostolicus cultor existit. Hæc triplici tempore, quasi tribus annis vt fructum produceret expectata, infructuosa reperta, cultori succidenda prædicatur. Nam nec tempore circuncisionis ad perfectum deducta est, quia circuncisionem animæ non querebat: nec sanctificata per legem, quia per eam tantum carnalia sequebatur: nec tandem iustificata per Euangelij gratiam, quia gratiam recipere noluit: quin potius latorem gratiæ iustum, iniuste peremit, & quodammodo indurationem Pharaonis exedens, omne curantis & curæ refutaui antidotum; adeo vt nec verbis, nec signis, nec Sacramentis, quinimmo nec ipsa Christi, & Dei corporali præsentia molliretur. Multifarie enim, multisque modis, olim Deus loquens antiquis ipsius synagoga patribus in prophetis, nouissime in fine temporum, locutus est ipsi & nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sacula: sed omnem eam abominata est anima eius: & idcirco iuste iusto Dei iudicio reprobam exterminauit eam aper de silua, & singularis serus depastus est eam. Ablata est scpes eius, prosternata maceries, & in direptionem posita vt deserta: nec inuentus est in terris amplius locus eius.

Verum quia miserationes Dei super omnia sua opera prædicantur, qui omnes saluos fieri, & neminem vult perire, qui se ipsum pro nobis & ipsis hostiam salutis exhibuit Deo patri: qui exaltatus à terra, expansis in cruce manibus, ad se cuncta trahere Euangelica voce prædixit.

D 3. Nos,

c. 2. §. hæretici. d. c. hæ. li. 6.

¶ Cuius Nicolai sit hoc elegans rescriptum, non dum nobis constiterit, quia ex Archetypo, cordula vetustate corrosa, plumbum appensum ceciderat: quia tamẽ non desunt coniecturæ Nicolai III. esse, ideo hæc reposuimus alij Nicolai IIII. esse suspensur. Ex Arch. uo Inquisitionis. Bononiensis.

¶ forte, Apostolici.

Ad Hebræos c. 1.

Psal. 106. 16. 5. Psal. 144.

1. Tim. 2. Ioan. 12.

Nos licet immeriti, vicem eius tenentes in terris, qui etiam Iudaicam perfidiam, à sua misericordia non repellit: libenter pro illius populi obsecratione labores appetimus, vt affectum nostrum diuina prosequente clementia, cognita veritate luce, quæ Christus est, à suis tenebris eruantur. Porro quia Iudæorum ipsorum, quasi per vniuersum mundum, diuino iudicio, præuisa dispersio ipsos ad recipiendum Sacramenta fidei, ac doctrinam commode in vnum conuenire non paritur, necessitate nos voluntarios vrgente, compellimur per diuersas mundi partes, diuersos seminarios eligere, per quos semen verbi Dei, prout possibile est, spargamus in singulos, quorum salutem vniuersaliter, & singulariter affectamus. Ad te igitur inter alios sub spe diuinæ gratiæ, mentis nostræ oculos conuertentes, cum tui ordinis claritate reluceas, & credaris vbi libet per opera vtilia, & exempla laudabilia fructuosus: & ex data tibi diuinitus gratia scire te confidamus & posse fructus vberes in domo Domini germinare: Discretionis tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium est spirituales gratias largiri, tales vmbrearum tenebris obsecatos, in commissa tibi prouincia, per te, ac alios fratres tui ordinis: quos ad hoc honestate morum, experta scientia, probitatis virtutibus, circumspectione prouida, & experientia comprobata idoneos esse cognoueris: & quorum industria atque doctrina diuinis donis à Domino secunda intrepide pro catholica fide reluceat, & in sui claritate non tituber, sed tenebrosas mentes radiorum repercussione clarificet, & obstinatas ceruices reprimat peruersorum: Iudæos eisdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & singulariter conuocanda semel & pluries, ac totiens repetitis instantijs, quotiens proficere posse putaueris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, salutaribus monitis, & discretis inductionibus, Euangelicis doctrinis informans ipsos studeas, iuxta datam tibi à Domino gratiam fugatis tenebrarum nubibus, ad viam reducere claritatis: vt renati fonte baptismatis, reluceant in lumine vultus Christi, & ex inde chorus angelicus delectetur. Tu quoque, ac alij, quos ad professionem tanti negotij duxeris eligendos, perennis boni præmium, nostramque benedictionem & gratiam, vobis de bono in melius vendicetis. Et vt affectum, quem ad salutem status ipsorum gerit mater Ecclesia percipiant per effectum: tu illos ex eis, quos ad susceptionem sacri baptismatis gratia diuina perduxerit. prælati, ac dominis locorum, in quibus tales habitare contigerit, ex parte nostra affectuosissime recommends: vt Deo gratias in recuperata oue perditam, & filio prodigo redeunt, vitulum exultationis, & gaudij exhibentes, eos charitatiue foueant, fauoribus muniant, benigne pertractent: nec ipsos in personis, aut rebus, per Iudæos, vel alios indebite molestari permittant; quin potius in omnibus fauorabiliter ipsis assistant auxilijs opportunis. Sed si forte (quod absit,) aliqui ex ipsis, in eorum obstinata perfidia perdurantes, & velut aspis furda, suas aures incredulas obturantes, ne tui & illorum, quos ad hæc salutis opera deputabis, vocem audiant: vt de tenebris ad lucem exeat, incantantium sapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum saluatares conuocaciones, aspernanter effugerent, de istis (si tales inuenieris) qui sint, in quibus locis, & sub quorum domino commorentur, nobis rescribere non omittas: vt circa pertinaces huiusmodi, de salutari eorum remedio, sicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autem de præmissis audis nostris conceptibus, iuxta nostra desideria satisfiat, frequenter nobis intimare studeas, qualiter commissum tibi negotium prosperetur, & qualem fructum seminata femina reprouiteant. Datum Viterbij II. Non. Augusti. Pontificatus nostri Anno primo.

Concor. referri ptum. Pauli. III. incip. Cupientes quod habet infra.

HONORIVS IIII.

Tubet vt Parmensis communitas citata sistat se coram Romano Pontifice receptura pœnas debitas; quia impetum vulgus eius ciuitatis fecit in Inquisitorem hæreticæ prauitatis, ac in monasterium eiusdem, eo quod hæreticam quandam relapsam curiæ tradiderat seculari, vltimo supplicio feriendam.

Edicta anno Domini 1285.

Ex Archivio Inquisitionis Bononiensis.



HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, honorabili fratri Episcopo Parmensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

OLIM, sicut accepimus, dilectus filius frater Florius ordinis Prædicatorum, Inquisitor hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ, à Sede Apostolica deputatus: quondam mulierem crimine dictæ prauitatis infectam, quam post abiurationem ipsius criminis, in idem compererat fuisse relapsam, de crimine ipso sententialiter exigente iustitia, legitime condemnauit: quæ subsequenter curiæ seculari relicta, de mandato potestatis Parmensis, fuit propter hoc incendio deputata. Verum nonnulli, qui in loco incendij prædicti conuenerant, & etiam quamplures alij, ex diuersis prædictæ ciuitatis partibus confluentes, diabolico spiritu concitati, ad locum fratrum dicti ordinis, in ciuitate prædicta morantium hostiliter concurrerunt: ac in prædictum locum impetum facientes, valuas Ecclesiæ cõfringere, cœta lapidibus obruere, & officinas loci eiusdem violenter ingredi præsumperunt: ac libris, vestibus, & rebus alijs eorundem fratrum inique direptis, nonnullos ipsorum verberibus, ac vulneribus affecerunt, quorum vnus post paucas dies, ex illatis sibi vulneribus expirauit. Vnde præfati fratres, his alijsque diuersis iniurijs, damnis, & grauaminibus per eisdem malefactores affecti, non audentes in prædicto loco,

A co, absque personarum periculo remanere, exinde cedentes malitiæ recesserunt. Cumque tam grauis excessus tamquam notorius, ad venerabilis fratris nostri L. Ostien. Episcopi, tunc in partibus illis Apostolica sedis legati, notitiam peruenisset, idem Episcopus intellecto, quod illi per quos tunc prædicta ciuitas regebatur, & commune ipsius ciuitatis, ad correctionem tam enormis & euidentis facinoris, prout expectabat ad eos, procedere negligebant: potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consilium & commune ciuitatis eiusdem, per suas litteras sub certa forma citauit: vt eidem potestas & capitaneus, vel eorum alter cum certo ambaffiatorum numero, & sufficienti syndico ciuitatis præfate, coram eodem Episcopo, certis loco & termino personaliter comparerent. Et licet dictus capitaneus, cum quibusdam ambaffiatoribus & syndico in præfixo termino ad ipsius legati præsentiam accessisset: quia tamen iuxta formam citationis prædictæ, nullus pro dicto communi sufficiens syndicus comparuit coram eo, etiam post dictum terminum diebus pluribus expectatus: Idem episcopus præfatos officiales & commune reputans contumaces, propter hoc in ipsos officiales & consiliarios ciuitatis eiusdem, ex communicationis; & in ciuitatem prædictam interdicti, sententias promulgauit. Postmodum vero ambaffiatoribus & syndicis dicti communis, scilicet Martino Papa prædecessori nostro humiliter supplicantibus: vt cum officiales & commune ciuitatis ipsius, parati essent super huiusmodi contumacia eiusdem prædecessoris & Apostolicæ sedis mandato, & beneplacitis obedire: ac de stando iuri, super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis impendere sufficientem, iuratoriæ, & fideiussoriam cautionem, præfatas excommunicationis & interdicti sententias facere relaxari: prædecessor ipse volens in hac parte non asperitatem rigoris, sed lenitatem & mansuetudinis obseruare, cautionem eandem nomine potestatis, capitanei, & aliorum prædictorum, ab ambaffiatoribus & syndicis præfatis oblatam, & pro parte etiam adimpletam, admisit: tibi; suis dedit litteris in mandatis, vt receptis à præfato communi fideiussoribus idoneis, personis scilicet singularibus de mille Marchis argenti, quod super prædictis omnibus, dicti prædecessoris, & Ecclesiæ Romanæ mandatis & beneplacitis parerent omnino, illis quos eiusdem excommunicationis contigebat sententia, iuxta formam Ecclesiæ, beneficium absolutionis impenderes, si illud à te humiliter postularent: ac interdictum huiusmodi sublata difficultate, auctoritate Apostolica relaxares, inuicento talibus, quod de iure existeret iniungendum: & nihilominus potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consiliarios, & commune præfatos ex parte prædicti prædecessoris peremptorie citare curares, vt infra vnus mensis spatium post citationem tuam, per se vel per syndicos, seu procuratores idoneos, ad hoc sufficienter instructos, coram prædecessore comparerent prædicto, super excessibus, offensis, & iniurijs huiusmodi ipsius prædecessoris & Apostolicæ Sedis beneplacitis parituri: ac facturi & recepturi super his, quod ordo exigeret rationis. tuque mandatum Apostolicum fuisse super hoc, iuxta formam per prædictas litteras tibi traditam executus. Et quamquam potestas, capitaneus, anciani, primicerij, consiliarij & commune præfati, per syndicos infra huiusmodi terminum eis à te præfixum coram prædecessore comparuerint supradicto, nullus tamen in huiusmodi negotio vterius habitus est processus. Nos igitur in huiusmodi negotio iuxta officij nostri debitum efficaciter procedere intendentes, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consiliarios, & commune prædictæ ciuitatis, ex parte nostra per te, vel per alium, peremptorie citare procures, vt infra vnus mensis spatium post citationem huiusmodi, per se vel per syndicos, seu procuratores idoneos, ad hoc sufficienter instructos, nostro se conspectui representent: super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis, nostris & eiusdem sedis parituri beneplacitis & mandatis: ac facturi & recepturi super his, quod ordo dictauerit rationis. Diem vero citationis & formam, & quidquid inde feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam. Non. Maij Pontificatus nostri Anno primo.

Leuitatem

HONORIVS PAPA IIII.

Filij hæreticorum, credentium, receptatorum, fautorum, & defensorum, qui ad Ecclesiam reuertuntur, & pro culpa commissa ad mandatum Ecclesiæ penitentiam recipiunt, quam vel ipsi perfecerunt, vel prosecutioni eius insistant, vel parati sunt dum viuunt ad recipiendam eandem, non obstante parentum peccato, si non sint de hæresi suspecti, & in deuotione ac fidelitate Ecclesiæ persistunt, ad omnia secularia officia & beneficia, etiamsi dignitates existant, assumi libere valent: & si literati sunt, ad omnes ordines possunt promoueri.



HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio fratri Galgano de Eugubio dinis fratrum Minorum Inquisitori hæreticæ prauitatis in ducatu Spoletan. Salutem & Apostolicam benedictionem.

EXHIBITA nobis dilecti filij Archioni militis, nati quondam Philippi dicti Palmerij militis Spoletan. primo continebat, quod olim significantibus felicis recordationis Alexandro Papa prædecessori nostro Inquisitoribus prauitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quod frequenter à Sede Apostolica committebatur eisdem, vt tam hæreticos credentes, fautores, & receptatores hæreticorum, quam ipsorum filios & nepotes priuandi dignitatibus,

Edicta anno Domini 1286.

Ex Archivio S. Francis de Assise.

C6fert ad cap. statucum. 1. & 2. de heret. l. 6.

tatibus, personatibus, officijs publicis & beneficijs Ecclesiasticis de dicecesanorum, vel eis absentibus Vicariorum suorum consilio haberent liberam potestatem, & qualiter hoc deberet intelligi postulantes declarari; præfatus prædecessor eisdem Inquisitoribus per suas duxit litteras respondendum, quòd de filijs & nepotibus illorum hæreticorum credentium & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videbatur: Non autem illorum quos emendatos esse constaret, ac pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ penitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perferant vel humiliter prosecutioni eius instarent, vel parati fuerant dum viuerent ad recipiendum eandem. Verum licet Inquisitor prauitatis huiusmodi, tunc in partibus illis per Sedem Apostolicam, deputatus memoratum Philippum, qui sibi confessus extitit, quòd cuidam hæretico reuerentiam fecerat, quædam contra fidem proferendo catholicam priuauerit bonis suis, ac idem Philippus iniunctam sibi propter hoc ab eodem Inquisitore penitentiam perfereret reuerenter, ac tandem sicut vere catholicus receptis Ecclesiasticis Sacramētis viam fuerit vniuersæ carnis ingressus, & ab Inquisitore præfato etiam absolutus; tamen . . . Potestas, Consilium & Commune Spoletan. dictum Archionum eiusque filios occasione præmissorum ad officia ciuitatis Spoletan. pro sua recusant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicauit, vt nos misericorditer attendentes, quòd idem Philippus sicut præmittitur tanquam vere Catholicus & fidelis Ecclesiæ Roman. decessit, eundem Archionum & filios eius decerneremus iuxta præmissum eiusdem prædecessoris responsum in aliquo puniri occasione huiusmodi non debere: sed eos ad omnia sæcularia officia & beneficia ecclesiastica & dignitates, ac ad omnes ordines impedimento huiusmodi non obstante potius admittendos: Quia igitur de facto huiusmodi & eius circumstantijs habere poteris notitiam plenior: nos gerentes de circumspectione tua fiduciam in Domino specialem, præsentium tibi auctoritate committimus & mandamus, vt si diligenti Inquisitione præmissa prædicta inuenieris veritate fulciti, & tibi etiam constiterit, quòd præfati Archionus, & filij non sint de hæretica prauitate suspecti, & in fidelitate, ac deuotione Ecclesiæ supradictæ persistant, super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare, auctoritate nostra denunties & declares, quòd propter præmissa vel eorum occasione nihil eis possit obijci vel opponi, quin ad omnia sæcularia officia & beneficia Ecclesiastica, etiam si dignitates existant, illis non obstantibus assumi libere valeant, & hi qui litterati esse noscuntur, ad omnes ordines promoueri, prout secundum Deum & honorem catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem super his inuenieris & duxeris faciendum, nobis per tuas patentes litteras hanc seriem continentes fideliter studeas intimare.

Datum Romæ apud sanctam Sabinam v. Kalen. Decembr. Pontificatus nostri Anno secundo.

M. de Rocca.

CLEMENS PAPA V.

Clemens Papa V. commemoratis breuiter Apostaticis, & horrendis quibusdam Templariorum militum facinoribus, iubet Inquisitoribus, hic expressis, vt Ten plauies in suis dicecesibus conmorantes capi faciant, & bona eorum sequestrent, & terras seu vineas eorum colant, donec causa eorum expediat, & quidquid fecerint, sibi denuntient.

Ex narratione huius rescripti constat non recte sentire eos, qui dicunt, iniuste fuisse Templarios condemnatos. vide Prateolum lib. 18. de sectis hæreticorum, cap. 4.

Edicta anno Domini 1308.

Ex Archivo eburne S. Francisci de Assisi



CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Patrimonij Beati Petri in Tuscia Marchiæ Anconitan. & Vallis Spoletan. Romaniolæ, ac Massæ Trabariæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

PASTORALIS præminentie folio, disponente Domino, qui cuncta disponit, licet immeriti præfidentes, hoc præcipue seruenter appetimus, hoc votis ardentibus affectamus, vt circa gregis Dominici custodiam submouendo noxia, & agendo profutura, animas Deo lucrifacere, sua nobis cooperante gratia, valeamus. Sane iam pridem à nonnullis, quorum status humilis leas faciebat actores, & quibus non erat immerito in tam grandi arduoque negotio, sed in longe minori à maioris status, & auctoritatis hominibus aures dare difficiles perplexe, ac incerto, leuique murmure merito leuitate sui primitus contempnendo, contra Templariorum ordinem & professores ipsius submurmuratum extitit, quòd alienati à ventre, factique degeneres, in nonnullis à sanctæ & catholicæ fidei institutis exorbitabant, & semitis. Sed alta meditatione pensato, quam longo retro tempore idem ordo in conspectibus hominum, considerantiu solum quæ extra hominẽ sunt, multè splenduerat nobilitatis gratia & decoris; quanta fidelium deuotio diu vigerat apud eos, nulla dudù laborante infamia contra ipsos, quodq; à suæ religionis exordio publice portauerant signu crucis, corpora exponetes, & bona cõtra hostes fidei pro defensione terræ sanctæ Christi sanguine cõsecrata, huiusmodi submurmurationibus & susurrijs non erant facilliter aures credulæ adhibendæ: Tandẽ perducto ad aures charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorù Illustris, q; singuli Fratres eiusdẽ ordinis in principio professionis eorù expressis vobis abnegant

Templarij horrendis facinoræ

Domini

A Dominum IESVM CHRISTVM, & adorant in suis Capitulis idolum, alijsq; se nepharijs immergentes, quæ narrando ruborem ingererent, idem Rex ad requisitionem Inquisitoris prauitatis hæreticæ in suo Regno generaliter à Sede Apostolica deputati, de Prælatorum, Baronum, & aliorum sapientum deliberatione solemniter, Magistrum Maiorẽ, & alias singulares personas dicti ordinis, qui tunc erant in eius Regno, vna die excussa, & excogitata diligentia capi fecit, Ecclesiæ iudicio præsentandas, eorum bonis mobilibus, & immobilibus diligenti custodia assignatis, si dictus ordo conuictus legitime dampnaretur, in terræ sanctæ subsidium deputandis: Alioquin fideliter pro ipso ordine conseruandis. Deinde præfatus Magister præsentibus Maioribus personis ecclesiasticis Parisius, Magistris in Theologia, & alijs, corruptionem erroris abnegationis Christi in fratrum professionibus, contra primam institutionem ordinis, instigante Sarana introductam, palam, & spontaneè est confessus: quam plurimi etiam Præceptores maiores, & Fratres dicti ordinis ex diuersis Regni Franciæ partibus, & aliqui etiam aliunde dicta scelera sunt confessi, veram tamen & non simulatam se de commissis habere penitentiam afferentes, prout hæc nos per litteras dicti Regis accepimus, & ad nos facta publica defensione peruenit: Nos insuper nonnullos Fratres eiusdem ordinis magnæ generositatis, & auctoritatis viros, super prauitate iam dicta personaliter examinare curauimus, qui dictum facinus abnegationis IESV CHRISTI in ingressu dicti ordinis à se ipsis commissum spontè confessi sunt plenarie coram nobis: & adiecit vnus ex eis, vidisse se quendam nobilem in præsentia Ducentorum dicti ordinis Fratrum, aut plurium, ex quibus centum, vel circa milites erant, vltra Mare videlicet in Regno Cypri per eundem Magistrum in Capitulo suo in Fratrem Templi receptu, eodem Magistro iubente, prædictum in sua receptione hæreticum facinus commississe. Licet autem si in agro dicti ordinis, qui putabatur esse virtutum, diabolica (sicut fertur) pullulauerit semina, graui nostra viscera commotione turbentur, tamen si præmissa veritate nitantur, decet & expedit, vt à vinea Domini Sabaoth pestiferi palmites extirpentur, & anathema quodlibet à domo Domini expurgetur. Ad hæc itaque inuestiganda, vt lucide pateat si præmissa compleuerint opere, intendimus diligenter incumbere, & quantum fuerit ex alto permillum, efficaciter, omni sublata tarditate, & negligentia vigilare. Ceterum quia increbescente rumore, & insinuatione multorum accepimus, præactorum infamiam criminum quasi continue incrementa, & ob hoc urgente conscientia nolimus, nec possumus, nec debemus, quin super his officij nostri debitum exequamur: Vobis omnibus, & singulis per Apostolica scripta mandamus, quatenus quamcunq; post receptionem præsentium commode poteritis, præmissis debita meditatione pensatis, sic prudenter & caute atque secrete studeatis omni diligentia adhibita ordinare, quòd omnes, & singulos Templarios Prouinciarum Patrimonij Beati Petri in Tuscia, Marchiæ Anconitan. Vallis Spoletan. Romaniolæ, ac Massæ Trabariæ, & alios qui reperientur in ipsis, capi faciatis, eorumque bona mobilia, & immobilia, quæ ad vos peruenerint, per bonas personas, omni (maxime quòd ad bona ipsa) suspicione carentes, meliori modo quo fieri poterit, donec vobis mandauerimus aliud, nostro & Sedis Apostolicæ nomine, in locis tutis, & sub fida custodia, confectis exinde publicis inuentarijs, custodiri ac etiam detineri. Prouisuri attentius, quòd terræ, ac vineæ Templariorum ipsorum, quæ ad manus vestras peruenerint, de bonis Templariorum ipsorum mobilibus ad vos peruentibus, & de bonorum ipsorum fructibus, more solito excolantur, vt eadem bona ipsis si innocentes extiterint, alioquin pro terra sancta integre conseruentur: habituri vos taliter super his, quòd exinde præter humanæ laudis præconium, apud Deum, cuius in hac parte negotium agitur, gratiæ vobis proueniat incrementum: & nihilominus ex hoc nostram, & Apostolicam Sedis gratiam plenius promereri possitis. Quicquid super præmissis feceritis, & executioni mandaueritis, nobis quam celerius ordinatis, quæ vobis iniunguntur, poteritis per vestras litteras intimare curetis. Datum Pictauis, x. kalen. Decemb. Pontificatus nostri Anno tertio.

Templarij in Gallia vna die capiuntur.

Templarij coram Domino Papa facinora hereticalia spontè cõfiteantur.

Templarij in his terris conmorantes capi iubentur.

IOANNES PAPA XXII.

Argumentum in Extrauagantem sequentem.

B Refert Nicolaus Eymericus in Directorio Inquisitorum par. 2. quæst. 16. quòd postquam Ioannes xxij. condemnauit hæreses de proprio & communi. quas Fraticelli, seu Begardi pertinaciter defendebant, editis aduersus eos duabus extrauagantibus, quarum initia sunt, Cum inter nonnullos. &, Quia quorundam. quæ leguntur hodie inter eius extrauagantes tit de verborum significat. protinus multi fratres Minores in partibus Tusciæ, & insula Siciliæ non obtemperantes prædictis extrauagantibus à vero ordine B. Francisci recesserunt ac sibi in Ministrum Generalem elegerunt Henricum de Cœua, quem ille de Senis appellat, & propriam sectam condiderunt, ad quam damnandam deinceps idem Dominus Ioannes Papa xxij. hanc decretalem incipientem, Gloriosam Ecclesiam. edidit. Verum cum ego paulo diligentius seriem temporum inspexissem, deprehendi rem aliter se habere, quia duæ illæ extrauagantes, Cum inter nonnullos. &, Quia quorundam. aliquot annis post hanc fuerunt editæ: nam extrauagans, Cum inter nonnullos. edita est Pontificatus Domini Ioannis xxij. (vt vulgati codices habent) anno septimo, nempe Anno Domini 1323. extrauagans vero: Quia quorundam. Pontificatus sui Anno nono, videlicet anno Domini 1325. hæc vero extrauagans facta est Anno eius secundo, scilicet Anno Domini 1318. quam ob rem non fuit posita

ita edita, ut noster Eymetteus vir alioquin doctissimus scripsit. Sed non est mirandum: nam in chrono-

logijs, & serie temporum facillime erratur. Res ergo ita se mihi videtur habuisse, ut ex initio etiam huius rescripti non obscure colligitur; tempo-

re Nicolai iij. ad Annos Domini 1290. diaboli astutia contra ipsos fratres Minores nitens seminare zizania, & iracundia, & iracundia, & indisereta incitavit, mordentes Fratres eorum regulam quasi illicitam, inobseruabilem, & discriminosam, caninis latratibus lacerantes. ita docet

Ioannes Episcopus servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis electis, ad quos litteræ istæ pervenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Idem anno Domini 1318.

Ex Archiepiscopo venetus & Francisci de Assisio.

Fau. ad Eph. cap. 5. Phil. 44.

Inclitus Beati Francisci ordo in vinctis orbe clarus.

Iniqui, serum B. Francisci ordinem nititur evertere. 2. Cor. 6. 11.



LORIOSAM Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, quam Christus dilexit, pro qua semetipsum tradidit, ut ipsam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, David Propheta cunctis prælatam gentibus, spiritu reuelante cognouit, & splendorem tantæ dignitatis admirans, illum sub similitudine regalis fastigij demonstravit, dicens: Astitit Regina ad dextris unis in vestitu deaurato, circumdata varietate. nimirum ipsa Christi sponsa virgo mater Ecclesia, quæ inelyto capiti

sternitur, cum illo vnun effusa tam incomparabilis vnionis, merito rebus omnibus more regio principatur. Quæ dum pia, ac deuota religione terrena despicit, cælestia petit, omne finitrum præmens, à dextris sponi gloriosa consistit: & quia geminæ caritatis splendore omni ex parte riuolat, in vestitu aureo etiam, angelicis spiritibus admiranda coruscat. Cuius inestimabilis decor, quia vario viuendi genere in vna tamen caritate perficitur, quasi de vestis pulcherrimæ varietate latatur.

In hoc igitur vestimento tam mirabili varietate distincto, Minorum fratrum sacer ordo, ab ipso iuxta foundationis exordio, Almi Confessoris B. Francisci regulari traditione, & Apostolicæ sedis auctoritate atque confirmatione indissolubili quadam textura connexus, fide clarus, spe validus, caritate profusus, humilitate placidus, obediitioni deuotus velut singulare iubar sanctitatis, exemplo ac doctriinæ verbo per vniuersum orbem claruit, & ecclesiastico decori multum vtilitatis, & plurimum inclytæ alacritatis inuexit.

Verum quia humani generis inimicus, vbi virtutum segetes vberius videt exurgere, ibi scandalorum vepres, & dissidiorum zizania satagit cumulatus seminare, nonnulli huius sacræ Religionis solo nomine professores, dum altiora se petunt, dum præpositis, & perturbatis gradibus citius ruituri, in magnis & mirabilibus supra se ambulare conantur, illius delusi fallacijs, qui se vt alios decipiat, in lucis angelum transfiguratur: sibimetipsis ruinam, infirmioribus scandalum, solidioribus vero probationem, & meritum pepererunt; pro viribus satagentes tam præclari ordinis vnitatem scindere, obnubilare famam; perturbare quietem.

Dudum siquidem huiusmodi superstitiosi, & discolori homines, in Prouincia Prouinciæ, aduersus communitatem præfati ordinis insurgentes, & se solos suosque Complices de obseruantia regulæ Beati Francisci mira vanitate iactantes, reliquam ordinis multitudinem, de transgressione regulæ, perperam iudicando notabant. Nonnullos profanæ multitudinis, verbis mendacibus, & mentitæ sanctitatis obtentu, in sui erroris deuium adducentes.

Quo-

Quorum vipereos partus in ipso sui exortu felicitis recordationis Nicolaus Papa IV. prædecessor noster, ne in multorum perniciem alerenti, ad veritatis petram elidere cupiens, Generali Ministro, qui tunc temporis memorato ordini præsidebat, districte præcipiendo mandauit, vt huiusmodi præsumptores, disciplina debita coherceret, prout in litteris ipsius prædecessoris nostri plenius continetur.

Nicolai iij. commissio de coercendis aduersarijs regulæ B. Francisci.

Sed horum pestilentissimas nouitates, hoc remedio compressas fuisse potius quàm extinctas rediuius error enuntiat, & tristis experientia manifestat. Nuper enim nonnulli factionis superstites memoratæ, adiunctis sibi quampluribus de dicta Prouincia Prouinciæ, & Prouincia Thuscæ, & alijs diuersarum fratribus nationum, coram piæ memoriæ Clemente Papa V. prædecessore nostro, diuersas regulæ quæstiones, diuersasque contra vniuersitatem dicti ordinis proponere querelas, & quasi ipsi soli ipsorumque Complices, B. Francisci regulam, & perspicacius intelligerent, & efficacius adimplerent, notam actionis contrariæ, in vniuersitatem præfati ordinis impie detorquebant.

Vana querela iniquorum contra ordinem B. Francisci.

Qui Clemens prædecessor huiusmodi homines benignitate magis quàm seueritate satagens emendare, illorum pestiferos conatus patientiæ virtute tolerans, prædictas quæstiones atque querelas pluribus Archiepiscopis, Episcopis, & Sacræ Theologiæ professoribus, & alijs iuris scientia præditis discretione dotatis examinandas commisit, & ad suam audientiam perferendas. Quibus diligenter, & cum multa maturitate peractis, sæpe nominatus Clemens prædecessor, de veritate certior factus, præfatam religionem sanctam, & (vt eius vtamur sermonibus) muris obseruantia regularis firmiter vndiq; asseruit circumclusam, & quædam quæ circa regulam dubium sensum asserere poterant, declarauit: districte præcipiendo mandans, vt dicti fratres qui contra præfatam communitatem ordinis huiusmodi quæstiones mouerant, & querelas, ad Conuentus vnde discesserant, reuenterentur, & suis superioribus obedirent humiliter, & deuote, harum quæstionum, & querelarum prætextu, ad Romanam curiam de cetero minime reuerfuri.

Vide Clementem xxiij. de paradiso. de verb. signific.

B. Francisci religio sancta, & muris obseruatia regularis circumclusa.

Et vt ipsius salubris ordinatio ad optatum duceretur effectum, venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Ianuen. & Lucan. ac Bononien. Episcopis per suas litteras demandauit, vt ipsi, vel alter eorum per se seu alium, vel alios, fratres illos de Prouincia Thuscæ, qui occasione præfatæ dissentio nis, & adharrentiæ, ad illicita laxatis habenis, quædam loca dicti ordinis in Prouincia Thuscæ constituta occupauerant, & occupata, temeritate dampnabili detinebant, suis alijs obedire superioribus aspernantes, compellerent, vt eisdem locis, per eos occupatis, omnino dimissis, ad suorum superiorum obedientiam, qualibet exceptione, & occasione postpositis reuenterentur, moraturi vbicunque, & sicut ijdem superiores ducerent disponendum.

Inobedientes ad suos superiores redire compelluntur.

Quarum litterarum auctoritate dilectus filius Bernardus Prior Ecclesiæ sancti Fidelis iuxta Senas, cui præfatus Bononien. Episcopus super hoc commiserat vices suas, in ipsos fratres dicti mandati contemptores, eorum exigente contumacia, excommunicationis sententiam promulgauit, & eos fecit excommunicatos publice nuntiare.

Bernardus Prior S. Fidelis.

Qui ecclesiastica vincula non verentes, non absque temeritatis audacia, apostasiæ nota, mentisq; vesania, contra Apostolica mandata, & dicti ordinis instituta, se ad partes Insulæ Siciliæ transtulerunt, & inibi ab obedientia, & vnitatem dicti ordinis, & prælatorum eius se totaliter separantes, quasi memorati ordinis B. Francisci stabilem firmamq; compaginem rescindere stolta præsumptione valerent, noui ordinis, immo abominabilis horrois castis conatibus, moliti sunt ponere fundamenta, tam detestabili turbæ præficientes magis idolum, quàm prælatum, Henricum de Ceua dicti ordinis refugam, & apostatam fugitiuum.

Fraticelli à vera B. Francisci religione discedentes, nouum ordinem constitutere molimur. Henricus de Ceua apostata factus eligitur à Fraticellis.

Et vt tam sædo capiti membra cetera responderent, Prouinciales Ministros, Custodes præterea, & Guardianos eligere temeritate simili præsumperunt, plurimos ad ipsorum sectam recipere, Prædicatores & Confessores assumere, eisdemque ad huiusmodi confessionis, & prædicationis officium transmittere, loca etiam à locis fratrum ipsius ordinis femota, ad habitandum de nouo construere, seu constructa recipere, contra Roman. instituta Pontificum, in animarum suarum periculum aliorumque perniciem attemptantes.

Quales habitus Fratrum cellorum seu Béguinorū

Et vt ipsorum error veritas, & impietas religio putaretur, temeritate propria quosdā habitus cum paruis capitijs, curtos, striptos, inuitatos, & squalidos simulationis confcios, irrisionis amicos, ac dissidij non ignaros, discrepantes ac communitate ordinis supradicti, assumere, & in simplicium cordibus, vt eisdem secum in deuium erroris adducerent seminare, dictos habitus fore secundum regulam Beat. Francisci, & in ipsis solum pseudo fratribus ordinem consistere, famamque aliorum fratrum præfatæ communitatis, diuersis conutijs lacerare, procaci impudentique versutia præsumperunt.

Verum quia sic sunt casus mentis, vt primo quidem infelix animus per superbiam intumescat, & exinde in contentionem, de contentione in scisma, de scismate in hæresim, de hæresi in blasphemias infelici gradatione, immo præcipiti ruina descendat, prædicti temeritatis atque impietatis filij, vt habet fide digna relatio, ad eam sunt mentis inopiam deuoluti, quod aduersus præclarissimam, & saluberrimam Christianæ fidei veritatem impie sentiunt, sacramenta Ecclesiæ veneranda contempnunt, & in gloriosum Ecclesiæ Roman. primatum, cunctis nationibus percellendum ab ipso conterendicitius impetu, cæci furoris impingunt.

Et ne

Hymer. in Di-
lecto. p. 2. q. 16
Primus error
Prædicellorum
dus fugit ec-
clesias.

Refellitur pri-
mus error.

Ephes. 1.

e. firmiter. S.
vna vero. de
sum. Trinit. &
fide cath.

Matth. c. 16.
Irenæus lib. 3.
ca. 3. aduersus
hereses.

Genes. c. 7.
Matth. c. 3.
March. c. 13.

Ecclesie bene-
ficia erga fide-
les.

Extraordinan-
vna sanctam.
vie. de ma. &
obediens.

Secundus error
auctoritate au-
torum sacra-
torum.

Donatistarum
error, de quo
B. Aug. to. 4. in
lib. de heresib.
heresi. 69.

Romanæ Ponti-
ficis certa au-
toritas, & po-
estas.
Eph. c. 2.

Et ne aliquid prædictarum blasphemiarum tolerabile videatur, aut dubium, de plurimis eorum erroribus aliquos non latere, & perinde nocere valeant, præsentibus duximus annotandos.

Primus itaque error, qui de istorum officina tenebrosa prorumpit, duas fingit Ecclesias, vnam carnalem, diuitijs pressam effluentem diuitijs, sceleribus maculatam, cui Romanum præfulem, aliosq; inferiores prælatos dominari asserunt. Aliam spiritualem frugalitate mundam, virtute decoram, paupertate succintam: In qua ipsi soli eorumq; complices continentur, cui etiam ipsi spiritualis vitæ merito, si qua fides est adhibenda mendacijs principantur.

Quæ impietas sic istis sceleratis est propria, vt à nulla hæresi possit esse seiuncta: Quippe omnes impij dum prauè in fide sentiunt, dum ab vnitæ Ecclesiæ atque obedientiæ per contumaciam separantur, vniuersitatem fidelium carni, se ipsos vero spiritui seruire friuolis assertionibus mentiuntur: quorum dementiæ nihil adijci posse, illi manifeste cognoscunt, qui sicut vnicum Christum prædicant, sic vnam Ecclesiam profitentur, Doctore gentium attestante, qui ait: Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus eius.

Vna est igitur sancta vniuersalis Apostolica, atque Romana Ecclesia, quæ non humana præsumptione, seu potestate nititur, sed diuina, & protus incommutabili auctoritate fundatur, cuius egregium primatum, si quis impie docendo negat, non solum criminofus, aut scismaticus esse conuincitur, sed hæreticus impietatis suæ merito, diuina etiam atque humana ratione, & auctoritate censetur. Quia peccatum paganitatis incurrit, quisquis dum se Christianum asserit, Sedi Apostolicæ obedire contempnit, cui inter cetera dona hoc priuata largitione concessum est, vt saluberrima fides, quam beatus Petrus cælesti Patre reuelante cognouit, & immensa potestas, quam ei in eodem Apostolorum Principe Christus indulsit, sic per legitimam Romanorum Pontificum successione illibata decurrat, vt illam vsque ad finem sæculi, nec perfidia maculet, nec adulterini pastoris Pontificium interrumpat. Quam velut validissimam nauem diuinæ gubernationis præsidio communitam, nec variarum opinionum, atque hæresum turbines, à suæ vnitatis compage diuellunt, nec tyrannicæ potestatis incurfus, ad ima deprimit, quin potius, & illos auctoritate atq; veritate superans, & istos patientiæ virtute supplantans, inter blanditias terrenæ felicitatis, & asperitates sæculi felici navigatione media graditur, donec ad portum futuræ beatitudinis duce domino veniat.

In qua velut in Arca animalia munda atque immunda seruantur: sicut in Arca frumenta paleis permiscetur: quemadmodum in sagena boni pisces, & mali coeunt: vt in agro zizania, & triticum simili germinatione succrescunt, nec tamen ipsam membrorum infirmitatum immunditia polluit, extollit leuitas, corrumpit nequitia, insolentia scindit, sed manens integra atque perfecta, adoptionis filios fide generat, verbo nutrit, auctoritate defendit, patientiæ purgat, patientiæ virtute supportat, nec illam diuitiarum cumulus suffocat, quia illis tanquam creatura Dei bona cum gratiarum actione bene vitur, & aurum habet, non vt in illo finem constituat, sed vt necessitatem patientibus misericorditer largiendo succurrat. Extra quam salus esse non potest, quia natura non patitur, ratio non finit, & diuina providentia non permittit, vt membrum, quod à totius corporis vnitæ seiungitur, virtuteque à vertice in corpus influit, aequaliter vegetetur.

Quo fit vt apud istos vaniloquos, nec sancta paupertas, nec castitas munda, nec virtus possit esse perfecta: quia consequens est, vt omni virtute, omni bonitate priuentur, qui Deum virtutum, cuius est locus quod est optimum, per inobedientiam derelinquunt.

Secundus error, quo prædictorum insolentium conscientia maculatur, Venerabiles Ecclesiæ sacerdotes, aliosque ministros, sic iurisdictionis, & ordinis clamitat auctoritate deiectos, vt nec sententias ferre, nec sacramenta consecrare, nec subiectum populum instruere valeant, vel docere: Illos fingentes omni ecclesiastica potestate priuatos, quos à sua perfidia viderint alienos: quia apud ipsos solos (vt ipsi sompniant) sicut spiritualis vitæ sanctitas, sic auctoritas perseuerat. In qua re Donatistarum sequitur errorem: Qui olim facti scismate ab vnitæ Ecclesiæ recedentes, ita in sua secta Dei gratiam dixerunt etic coactam, vt nullus eam recipere esset idoneus, qui non foret ipsorum sceleris maculatus.

Quorum impietatem zelus fidelium illo in tempore sic extorruit, sic pia persecutione compressit, vt homines tam pestilenti contagione resperfos, & censura ecclesiastica anathematis mucrone ferret, & legum publicarum sanctio extremo iudicio prædampnaret. Quia dignum erat, & æquum, vt contra illos vtriusq; gladij potestas exurgeret, qui auctoritatem ecclesiasticam à solo Deo traditam, & in perpetuum duraturam, profanis assertionibus abnegarent.

Manet igitur etiam istis reclamantibus, & vsq; ad finem sæculi permanebit apud Romanum præfulem, sicut summa auctoritas sic immensa potestas, quam sicut gratis accepit, sic in eos, quos in partem sollicitudinis euocat, in vnitæ fidei, & Romanæ Sedis obedientiæ permanentes benigne refundit, tam fortiter atque suauiter moderamina indultæ potestatis exercens, vt in corpore Christi, quod est Ecclesia, à summo vertice vsque ad extrema vestigia, nihil per inobedientiam dissolutum, nihil relinquat ordinis confusione turbatum. Cuius suauissimum, sed validissimum iugum impij quia humiliter gestare refugiunt; quod rebus non possunt lacerare, maledictis atque conuictis non desistunt.

Tertius istorum error in Valdensium errore coniurat, quoniam, & ij, & illi in nullum euentum asserunt

Afferunt fore iurandum, dogmatizantes mortalis criminis contagione pollui, & pœna teneri, quos contigerit iuramenti religione constringi. Quorum blasphemias pietas Christiana condempnans non leuitate mota, sed virilitate, aut necessitate coacta, veritatem præteritorum, atque præsentium, & certitudinem futurorum, iurandi religione confirmat, certissime tenens, quia nullatenus de suo genere potest esse peccatum, quod Christus exercuit, qui peccatum non fecit, sed peccatum omne sua passione dampnauit: iurauit etenim Dominus, iurauit & Apostolus Paulus: suæ operationis exemplo monstrantes ad hoc tantum iuramentum esse prohibitum, ne iurandi facultas, frequentiam, frequentia consuetudinem, consuetudo perituri introducat. Bonum est ergo iuramentum per quod veritas rerum diuino testimonio confirmatur, sed malum est illi qui eo male vitur, & à malo infirmitatis humanæ est, vt aliquis verum proferens iurare cogatur.

Quarta huiusmodi impietas blasphemia de prædictorū Valdensium venenato fonte prorupens, sacerdotes rite etiam, & legitime secundum formam Ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse consecrare, vel conferre ecclesiastica sacramenta constringit.

Quorum vtrorumque dementiam ecclesiastica veritatis doctrina redarguit, & censura percellit, quoniam nil à bono maius, nil à malo minus perficitur sacerdote, quia sacramentorum virtus non in merito consecrantis, sed in virtute sancti Spiritus, & verbo perficitur Creatoris.

Quintus error sic istorum hominum mentes obæcat, vt Euangelium Christi in se solos hoc in tempore asserant esse completum, quod hæctenus, vt ipsi sompniant obiectum fuerat, immo profusus extinctum.

Quæ impietas sic tenebrosos Manicheorum calles oberrat, vt tamen Montani atque Priscillæ fœda vestigia non relinquat: illi enim promissionem Domini de Spiritu sancto non in Apostolis, sed in se ipsis completam esse asserunt: Isti Euangelium Christi, cuius virtus in sancti Spiritus perceptione consistit, ita in se completum autumant, vt ab illius claro intellectu, & verâ obseruatione, vniuersitatem fidelium mentiendum secludant.

Sancta vero ac vniuersalis Ecclesia talium hominum figmenta deridens firmissime tenet, & nullatenus dubitat, Spiritum sanctum iuxta fidei Saluatoris promissum in beatos Apostolos die Pentecostes sic plenissime refutum, vt illos omnem veritatem, quæ ad salutem pertinet, perfecte doceret, vt ipsos ad amorem Dei mirabiliter inflammaret, vt eisdem contra omnem temptationem munere virtutis firmitate munit.

Cuius Spiritus virtus ita sanctam Ecclesiam vsq; ad finem sæculi noua semper prole fecundat, vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentium, & pietas actionum; quod profecto non esset, si sanctum Euangelium, in quo Christianæ fidei regula continetur, omnibus esset clausum, & istis solummodo (quod cogitare impijssimum est) esset apertum.

Multa sunt alia, quæ isti præsumptuosi homines contra coniugij venerabile sacramentum garrirè dicuntur: Multa quæ de cursu temporum, & sine sæculi sompniant. Multa quæ de Antechristi aduentu, quem iam instare asserunt flebilis vanitate diuulgant. Quæ omnia, quia partim hæretica, partim infana, partim fabulosa cognoscimus, dampnanda potius cum suis auctoribus, quam stilo prosequenda, aut resellenda censemus: Ipsa enim mendosa commenta seipsa destruant, quia nec ratione vigent, nec auctoritate constant, nec aliqua verisimilitudine fulciuntur. In huiusmodi doctrinis varijs, & peregrinis sæpe nominati homines studia sua conterunt; Ad hæc simplicium corda blandis fistisque sermonibus, & simulata humilitatis prætextu attrahere moluntur. Cupientes igitur quod dicti pestiferi homines, aut in melius commutato consilio à suis peruersitatibus resiliant, aut saltem alios perniciosi sermonibus, & suæ prauitatis exemplo contaminare non possent, charissimum in Christo filium nostrum Fredericum Regem Trinacriæ Illustræm hæctenus rogauimus, & monuimus per Apostolica scripta mandantes, vt huiusmodi viros pestiferos, & seminatores errorum de prædicta insula expelleret, & penitus extirparet, & Ministris, Custodibus, seu Guardianis dicti ordinis Minorum, cum ab eis super hoc requireretur, faciendo etiam si expediret sæpeditos pseudo-fratres capi, & eorum superioribus tradi captiuos, iuxta disciplinam ordinis corrigendos, studeret impendere fauorem, consilium & auxilium opportunum.

Ipsæ vero tanquam obedientiæ filius per suas patentes litteras nostrarum litterarum seicem continentes, singulis officialibus suis, per dictam Insulam constitutis præcipiendo mandauit, vt ad capiendos huiusmodi falsos fratres Rectoribus dicti ordinis, vt prædictæ nostræ litteræ continebant, darent consilium, auxilium, & fauorem, quodq; ipsa mandata in nostris contenta litteris, studeret executioni in omnibus demandare.

Quæ præsentientes pestiferi memorati cum ad sinum piæ matris, redire saltem ecclesiastica disciplina coacti humiliter debuissent, salubrem coercionem, & felicem necessitatem, quæ ad meliora compellit, fugæ præsidio declinarunt: Nonnullis eorum in locis abditis, & latebrosis dictæ insula derelictis, qui suis fautoribus sub quorum defensione consistunt, pro mercede iniqui fauoris, peruersi dogmatis venena rependunt: Alij vero per loca infidelium discurrunt, mare & aridam circuire ferunt, vt vnum saltem faciant profelium simul cum illis gehennæ ignibus applicandum: ij sunt quos Doctor gentium caute vitandos admonuit, dicens: Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ: & non tenens caput,

Tertius error
nulli modo in
ran h' asserit.
Refellitur ter-
tius error.

Hier. c. 44.

R. Tho. 2. 2. q.
89. art. 2.

Quartus error
sacerdotibus
peccatoribus au-
fert potestatem
consecrandi.
Cap. si iustus.
1. q. 1.

Quintus error
quod Euangelium
in ipsis solis
fit comple-
tum.
S. Aug. in lib.
de hæresibus,
hæresi. 46.

A. C. 2.

Plures alij bla-
phemias, & er-
rores Prædicel-
lorum.

Præceptum sa-
ctum Frederi-
co Regi de pre-
quendis pseudo-
fratrib. B.
Francisci, sine
Prædicellis.

Regis obedi-
entia.

Pseudo-fratres
ordinis B. Fræ-
cisici nolūt Ec-
clesiæ manda-
tis obedire.

Ad Colof. c. 2.

Psal. 87. & 37.

caput; ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei. Hi sunt dissidentia filij, Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, sidera errantia, quibus procella tenebrarum reseruata est: qui iuxta Psalmistæ vaticinium: Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, errauerunt ab vtero; à veritate scilicet Sanctæ matris Ecclesiæ recedendo, locuti sunt falsa, vanos & varios errorum tribulos per diuersas regiones præsumptione dampnabili seminando.

Commonentur fideles vt prefatos iniquos persequantur.

Quamobrem zelus fidei, feror compassionis animarum, excitare debent corda omnium, qui Christi nomine gloriantur, & ipsius Sanctæ Romanæ, ac vniuersalis Ecclesiæ finibus continentur, vt contra istorum insaniam quasi contra publicam pestem valenter exurgant, nec eos in locis vbi Christianæ religionis viget auctoritas, patiantur pacifice viuere, quos aduersus matrem & dominam suam, sanctam scilicet Romanam Ecclesiam rebellionis suæ calcibus, & errorum blasphemij conspicunt insanire. Frustra enim vtantur nomine Christiano qui talibus impietatibus non resistunt, & consequens vt possint hæc credere qui possunt talia patienter audire.

Mandatum de capiendo Henrico de Ceua in quibus complicitibus.

Tantas igitur & tam graues insolentias, errores pestiferos, detestabiles blasphemias in creatoris iniuriam, populi Christiani perniciem & nephariæ operationis exemplum, per patientiam, immo vecordiam tolerare nolentes, vniuersitatem vestram monemus sedule, hortamur attente per Apostolicam vobis scripta in virtute obedientiæ, districte præcipiendo, mandantes quatenus præfato Henrico de Ceua, alijsq; pseudo fratribus, qui ad memoratam Siciliæ insulam hæcenus confugerunt, nullum detis vel dari quantum in vobis est permittatis in præmissis, consilium, auxilium, vel fauorem: quin potius ipsos velut apostatas excommunicatos, ipsius Ecclesiæ Romanæ rebelles scismaticos & peruersi dogmatis assertores, lupos graues gregi dominico non parcentes, à vestris finibus arceatis, capientes ipsos vel capi facientes, & captos tradentes Receptoribus sæpe nominati ordinis fratrum Minorum, cum ab ipsis vel eorum vicarijs Procuratoribus seu nuntijs fueritis requisiti, per eos iuxta ipsorum demerita castigatione debita puniendos: dignum est enim vt apud illos patratorem scelerum pœnas soluant, qui ipsorum lubricos calles & tortuosas semitas per patientiam longi temporis exploratus cognouerunt, a quorum sacro consortio per apostasiæ vitium recedentes omni pudore cato non sunt confusi sanctam religionem, quæ ipsos in sinu suo fouerat pietate materna, dampnis afficere, maledictis pungere, conuictijs lacerare.

Omnia gesta Henricum de Ceua, & complices suos irrita denuntiantur.

Proinde quia ea, quæ contra ius & fas atque ordinariam potestatem temeritas humana præsumit, in pœnam perturbati ordinis quamto cyus debent iuris auctoritate & apostolica potestate conuelli: Nos quicquid in memoratis prouincia Tusciæ, insula Siciliæ, & vbi cunque locorum per sæpeditos fratres, in personarum ad dictam sectam receptione in Generalis Ministri & Prouincialium, Ministrorum, Custodum, Guardianorum electione (si tamen electio dici possit) & in quibuslibet alijs communiter vel diuisim, sub religionis, conuentus, congregationis nomine vel colore, attemptatum extitit, vel existit, nullius fuisse vel esse roboris, nullius extitisse vel existere decernimus firmitatis. Vn de ipsa casta, irrita, & nulla censemus, & nihilominus quatenus de facto processerant, auctoritate Apostolica reuocamus.

Recepti ad religionem i hanc casticam Henrici de Ceua de fide examinandi.

Ceterum, quia verendum, est ne hi præsertim qui per professionem licet phantasticam, ad prædictorum infame consortium transierunt, ipsorum errores sapiant, & alios pestifera contagione corumpant, omnes & singulos per eos ad suam sectam receptos, maximeque profectos ad vestram præsentiam per censuram Ecclesiasticam euocate, examine de fide, de prædictorum erroribus, per vos vel alium seu alios caute diligenterque perquirere sine strepitu & figura iudicij, & de ipsorum complicitibus atque fautoribus indagare, & si opus fuerit ipsos capi & detineri curate. & si quos inuenieritis culpabiles, secundum canonicas sanctiones, pœna debita punire curate: Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis: Contradictores & rebelles per censuram Ecclesiasticam compescendo.

Testes euocentur & compellantur. Auctoritas iudicum contra dictos pseudo fratres seu fidei reuellos.

Testes aut quos ad præmissa videritis euocandos, censura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere.

Volumus insuper, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat negotium seu articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus; quodque à Dat. præsentium sit vobis & vnicuique vestrum in præmissis omnibus & eorum singulis etiam non cœptis præsentibus & futuris, perpetuata potestas, & iurisdicchio attributa, vt eo vigore eaque firmitate possitis in præmissis etiam non cœptis præsentibus & futuris, contra prædictos procedere ac si iurisdicchio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus & singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, non obstantibus de duabus dietis edita in concilio generali, & sel. recor. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri, per quas tam iudices quam conseruatores à sede deputati prædicta, extra ciuitates & Diœc. in quibus deputati fuerint, procedere & vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à finibus suæ Diœc. trahere prohibentur, & alijs contrarijs constitutionibus quibuscunque, seu si aliquibus sit indultum à sede prædicta, quod excommunicari, suspendi vel interdici, aut extra certa loca trahi, vel ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas non facientes expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac eorum personis & locis, nominibus proprijs vel ordinibus mentionem, siue alia indulgentia dictæ sedis generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam vestra iurisdicchio

ditionis explicatio valeat in hac parte quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Datum Auinion. x. Kalend. Februar. Pontificatus nostri anno secundo.

IOANNES XXII.

Inquisitores modesti sunt: caueant ne actus eorum scandalum pariant: neminem accipiant in suam familiam, nisi eiusdem Ecclesiæ fidelem & deuotum: facultatem deferendi arma, nulli nisi familiae suæ concedant: & alijs concessam reuocent.

Edita anno Domini. 1321.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivo Inquisitionis Bononiensis.

EXIGIT ordinis vestri religio, & commissi vobis officij mansuetudo requirit: vt sic actus vestros virtute modestiæ componatis, quod nemini esse possint ad scandalum, vel aliquod nocumentum. Accepimus siquidem assertione fideli, quod vos nonnullis prauis & peruersis hominibus, qui frequenter ad cædes, & alia nefanda facinora laxant nequiter manus suas, arma per ciuitatem & districtum Bononiensem portandi, non sine multorum scandalo, licentiam concessistis. Quare volumus & discretioni vestræ, per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus neminem familiarem, nisi eiusdem Ecclesiæ fidelem, ac deuotum, & laudabilis conuersationis & vite, habere quomodolibet præsumatis: nec aliquibus de cetero, extra familiam vestram, quam vobiscum habetis continue (nisi forsitan illis, qui eundo de terra ad terram, vel etiam redeundo vobiscum, & in casibus, alijs in quibus vobis pro securitate vestra forsitan expediret) alicui deferendi arma per dictas ciuitatem & districtum, licentiam concedatis. Et nihilominus licentiam, quam olim super hoc alijs concessistis, studeatis, remotis occasione & dilatione quibuslibet, reuocare. Vt per hoc nulla possit oriri in eisdem ciuitate, vel districtu materia scandalum paritura: nec ad nos de cetero super hoc querelæ materia deferatur. Datum Auinion. vj. Non. Maij, Pontificatus nostri anno quinto.

Cl emen. noltes. 5. fin. de heret.

IOANNES XXII.

Inquisitores procedant contra inuenientes fœdera cum hæreticis, & ceteros dantes eis consilium, opem, & fauorem: item contra quosuis de hæretica labe culpabiles, vel suspectos.

Edita anno Domini. 1326.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Lamberto de ordine fratrum Prædicatorum, Inquisitori hæreticæ prauitatis, in inferiori parte Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivo Inquisitionis Bononiensis.

CVM nonnulli de prouincia nostra Romandiola, tam clerici quam laici, Deum & Romanam matrem Ecclesiam offendere, seque in præcipitium damnationis, & mortis immergere non verentes, adeo fauere & fauisc dicantur damnatis hæreticis, confæderationes, ligas, & societates in eundo cum ipsis, eosque receptando, & sibi præstando multipliciter auxilia, consilia, & fauores, quod de labe hæresis se reddiderunt & reddunt vehementer suspectos: Nos tam ipsorum quam multorum aliorum periculis, & præmissis imminentibus obuiare salubriter cupientes: discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus contra fautores huiusmodi, & alios quoslibet de crimine prauitatis hæreticæ culpabiles, vel suspectos, sit solerter secundum formam canonum, ac priuilegiorum concessorum Inquisitionis officio, procedere non postponas, quod inde debeat tua diligentia merito commendari. Datum Auinion. xij. Cal. Septemb. Pontificatus nostri Anno decimo.

IOANNES PAPA XXII.

Argumentum in Extrauagantem sequentem.

Cum Dominus Ioannes Papa xxij. anno Domini 1323. per suam extrauagantem, Cum iter nonnullos con demnauisset hæresim, quæ dicit Christum & Apostolos non habuisse aliquid in speciali, nec etiam in comuni: & illam quæ falso assertit, Christo & eius discipulis, in his quæ ipsos habuisse scriptura testatur, nullum ius ipsis vtendi competuisse, nec illa vendendi, aut donandi ius habuisse, Michael de Cæsena Minister Generalis Fratrum Minorum ei contradixit. vnde ad refrænandam hanc efrænem audaciam eodem anno 1323. aliam extrauagantem dedit incipientem. Ad condito rem canonum, quas ambas cum idem impus Michael impugnasset, anno Domini 1325. idem dominus Ioannes tertiam emisit extrauagantem incipientem, Quia quorundam. in qua velut hæretici & Ecclesiæ rebelles declarantur, qui supradictis extrauagantibus, & contentis in eis contradicunt. ita scribit & vere noster Eymericus in Directorio Inquisitionis par. 2. quæst. 15. verumtamen nec sic resipuit Michael de Cæsena: nam is cum Oram & alijs suis compli cibus,

ibus, qui in hac extrauaganti memorantur, ausus est etiam in consistorio publico Auinione summo Pontifici in faciem resistere, & appellare: & rursus Pisis in Italia: & adhuc in ciuitate Mondensi in superiori Germania appellationes suas solenniter publicare, & Dominum Ioannem xxij. non Papam, sed hæreticum, & Apostatam nuncupare. Jam impius hic Michael de Cæsena in cōgregatione Parisiensi anno domini 1328. ob id solenniter fuit depositus; sed tam rebellem ceruicem erexit, vt his omnibus non obstantibus se pro generali & catholico prædicaret, Papam autem Apostatam hæreticum, & ipso iure Pontificia dignitate priuatum, cuius impietatis litteras, modo ad capitulum Fratrum Minorum, nunc ad Ludouicum iij. Bavarum se pro Imperatore gerentem, & ad alios destinabat, molitus omnia nefanda contra Papam, contra catholicam religionem, & contra manifestam Euangelij veritatem, is in hac pertinacia persistens fautores habuit & suarum hæresum complices Guilielmum Okam, Bonagratiam, Henricum de Chalem, & alios, vt dixi in Directorio parte 2. super quæst. 15. Horum studium præcipuum erat in singulis Pontificis Romani extrauagantibus errores (vt impijs videbatur) adnotare, sed benignus Pontifex filiali amore his respondere, enitens semper eos ad gremium Ecclesiæ reuocare: nam eorum impijs appellationibus responderet etiam per extrauagantem quandam incipientem; Quia vir reprobus, quæ non est impressa. Insuper cum iussi essent non recedere à Romana curia, quæ tunc Auinione residebat, illi clam fugam arripuerunt, & ad Petrum de Coruario Antipapam, & Ludouicum Bavarum eorum fauorem confugiunt: vbi quæque sunt, hæreses suas prædicare impie non verentur; vocari, & citati non accedunt; & ob id in eos publice hæc sententia per hanc decretalem lata est Auinione anno Domini 1337.

Atque hoc est huius extrauagantis argumentum, vt colligimus ex Emerico, & alijs fide dignis scriptoribus. vica autem sancto domino Ioanne xxij. etiam in Benedictum duodecimum impie debacchari sunt, vt copiose etiam dixi in Directorio inquisit. parte 2. super quæst. 15. 16. & 17. veruntamen tandem irritus factus est impiorum conatus, nam & infeliciter euaserunt & misere extincti sunt, & sancta Romana & catholica Ecclesia, aduersus quam nefaria mōlebantur, perdurat; & vera & sancta Beati Francisci religio, quam impij demoliri conabantur, in conuulsa manet, & obseruantiæ regularis muris optime munita: hæc est vis veritatis, vt semper maneant mendacium enim impiorum, licet ad tempus persistat, detegitur tamen & corrui, & vt diuinitus scripsit Dauid: Sunt impij velut puluis, quem proijcit ventus a facie terræ.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Ministro generali ordinis fratrum Minorum, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NUPER in consistorio publico presentē multitudine copiosa fidelium cōtra Michaelē de Cæsena olim generalem Ministrum ordinis fratrum Minorū, suis exigentibus culpis & excessibus, officio Ministeriatus priuatum, & de hæresis, ac scismatici criminibus condemnatum per nos sententialiter; nec non & contra Guilielmum Okam Anglicum, Bonagratiam de Pergamo conuersum, ac Henricum de Talhen præfati ordinis, quendam processum edidimus tenoris & continentię subsecquentis.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Dudum sicut ad communem omnium notitiam credimus deduxisse, contra Michaelē de Cæsena olim ordinis fratrum Minorum Generalem Ministrum, hæreticorum fauorem, & hæreticum, immo hæresiarcham notorium, qui ad nostram vocatus curiam super dictis criminibus, cuique et sub excommunicationis ac depositionis ab officio & inhabilitationis ad quoscunque honores, dignitates, gradus & status Ecclesiasticos pœnis & sententijs, quas omnes & singulis ipsarum cum incurere voluimus ipso facto si contrarium artemperaret, ne de ciuitate Auinione, vbi cum eadem residebanus curia, sicut & residemus ad præsens, absque nostra licentia recederet, duximus inhabendum: Quique vnā cum Bonagratia Conuerso prædicti ordinis, qui suis demeritis exigentibus in prædicta curia arrestatus, ad Sancta Dei Evangelia iurauerat, se de prædicta curia sine nostra licentia nullatenus recessurum, ac Guilielmo de Okam eiusdem ordinis, contra quem super multis opinionibus hæreticilibus & erroneis, quas scripserat & dogmatizauerat, inquisitio in eadem pendebat curia, sibi que propterea iniunctum fuerat, ne de dicta recederet curia sine nostra licentia speciali, furtiue recessit de ipsa cum duobus suis complicitibus supradictis, ac redire ad eam reuens legitime requisitus, ad præsentiam Petri de Coruario in Antipapam assumpti, & Ludouici de Bauaria sedentis in pœnitentiæ cathedra festinavit suos dirigere gressus.

Ne Michael ipse vir tam reprobus gloriaretur vterius suæ prauitatis opera, absque condignis demeritorijs stipendijs præterire, ac ne plures etiam in sui erroris deuium traheret, ad quod sua tota intentio ferebatur, cum præmissa adeo essent notoria tam per facti euidentiā, quam per plures ipsius litteras ad partes diuersas directas, quarum aliquæ ad nostrum & fratrum nostrorum manus etiam peruenerunt. quod non poterant tergiuersatione aliqua occultari, de fratrum eorundem consilio, auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, exigente iustitia procedentes, Michaelē eundem ab officio dicti Ministeriatus depositum, fauoremque hæreticorum & manifestum hæreticum & hæresiarcham; ac scismaticum declarandum, nec non & fauorem hæreticorum & hæreticum, & hæresiarcham ac scismaticum duximus condemnandum, priuantes eum officijs, dignitatibus, & honoribus quibuscunque, seu priuatum potius declarantes: ipsumque ab omni gradu deponentes, & priuilegio quocunque nudantes Ecclesiastico, ac eum inhabilem ad præmissa reddentes, & quodlibet prædictorum, pœnis omnibus & sententijs spiritualibus & temporalibus,

Et anno Domini 1330.
Ex Archiuo conuentus sancti Francisci de Assisio.
Hic paulo post locutus Chalem.

Michael de Cæsena.

Bonagratia.

Guilielmus Okam.

Petrus de Coruario Antipapa Ludouicus Bavarus.

Michael de Cæsena officijs & beneficijs priuatur.

Alibus, quibus diuino & ecclesiastico iure hæreticorum fautores, & hæretici, hæresiarchæ ac schismatici existunt obnoxij, plerentes eundem nihilominus, & eum velut talem eis fore obnoxium declarantes, vniuersis quoque Archiepiscopis & episcopis alijsque personis ecclesiasticis quibuscunque in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis & suspensionis ab officio & beneficio, quas non parentes incurere volumus ipso facto, nec non priuationis, depositionis, inhabilitationis prælationum, dignitatum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum pœnis & sententijs; & insuper omnibus & singulis ciuitatibus, terris & locis; ac vniuersitatibus, communitatibus, & personis alijs singularibus quibuscunque, cuiuscunque conditionis aut status existerent, etiam si Imperiali, Regali, vel alia quacunque dignitate fulgerent, sub excōmunicationis in personas singulares, & interdicti in ciuitates, terras, loca, eorumque communitates & vniuersitates, quas nisi mandatis & monitionibus nostris cum effectu parerent, incurere volumus ipso facto, nec non priuationis priuilegorū quorumcumque Apostolicorum & Imperialium, ac feudorum & bonorum, quas ab eadem Roman. vel quibusvis alijs ecclesijs vel Imperio obtinerent pœnis & sententijs, mandandum expresse duximus, & etiam inhabendum, ne prædictum Michaelē hæreticorum fauorem, hæreticum & schismaticum receptarent, defenderent, sibi adhererent, obedirent, intendere quomodo libet seu fauerent, aut præstarent per se vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, auxilium, consilium vel fauorem: sed cum potius velut hæreticorum fauorem, ac hæreticum, & schismaticum, (& quantum in eo est) sanctæ Dei Ecclesiæ fideique catholice corruptorem, abijcerent, abhorrent, persequerentur, & si possent, caperent, ac fideliter custodirent subdendum ecclesiasticæ disciplinæ, prout hæc in processibus per nos habitis & publicatis hæc tenus plenius continentur.

Sane quia sicut fama notoriæ publicæ, & facti euidentiæ in illis partibus manifestat, Michael ac Guilielmus Okam & Bonagratia supradicti, nec non & Henricus de Chalem dicti ordinis, cuius pœnitentiæ inter alia potest percipi, quia Ludouici de Bauaria se pro Imperatore gerentis, de diuersis dampnati hæresibus, Cancellarij officium diuini gerere non expauit; Quod quidem officium quantum professioni illorum qui se nihil habere asserunt in proprio vel communi; seque Christum pauperem nudi, sequi congruat, potest prompte prudens quilibet iudicare: in Alamanniæ partibus in diuinæ maiestatis contumeliam, fideique catholice læsionem, Ecclesiæque catholicæ præiudicium & contemptum non verentur hæreses publice prædicare, ac nonnullos fratres dicti ordinis illarum partium à deuotione Ecclesiæ, Ministri que generalis eiusdem ordinis obedientia retrahere, ac illos ad dictorum Ludouici & Michaelis hæresiarchæ obedientiam per captiones, incarcerationes personarum, & cetero nec a suis conuentibus, spoliationes librorum, aliarumque rerum ad vsum sibi assignatarum à suis superioribus, proscriptiōnem quoque publicam, minis & terroribus mortis, & alijs modis ausu temerario inducere & compellere non verentur.

Nos considerantes attente, quod talium non est dissimulanda malitia, sed eorum potius elidenda superbia, ac eorū pertinax contumacia per semitas iustitiæ prosternenda, omnes & singulos, qui contra nostros processus prædictos, eidem Michaeli fauerunt, aut vt Ministro obediuerunt, nisi ad obedientiam Ecclesiæ iam redierint, de fratrum eorundem consilio declaramus personas, videlicet, singulares excommunicationis, ac conuentus & vniuersitates interdicti sententias incurrisse: Michaeli interdicentes prædicto, ne pro Ministro se gerat vterius, ac Guilielmo & Henrico, ac Bonagratia prædictis, ne ei tamquam Ministro, nec alijs nisi in casibus in quibus licet cōmunicare cum hæreticis pareant, communicent vel intendant, sub pœna excommunicationis, quam incurrant ipso facto, si contumaces mandatis nostris fuerint: præcipientes tam Michaeli quam prædictis alijs, vt à consortio se dicti Bauari retrahant, & ad vnitatē redire Ecclesiæ sublato cuiusvis moræ dispendio non obmittant.

Et quia prædicti Guilielmus, Henricus, & Bonagratia, velut defensores diuersarum hæresum, sed illarum præcipue, qua asserunt quod Christus & discipuli nihil habuerunt in proprio vel communi, nisi tantum simplicem vsum facti: & illius quæ asserit, quod ad Imperatorem pertinet Papam deponere, & alium subrogare, vehementer de hæresi sunt suspecti: ipsos & eorū quemlibet citamus per edictum peremptorium publicum, præsentē hac fidelem multitudinem copiosā, vt infra festum Ascensionis Domini exclusiue proxime subsequens compareant personaliter coram nobis, facturi super præmissis velut notarijs, quod rationis fuerit: & sententiam, si fieri possit commode, audituri. Non intendentes propter prædictæ citationis edictum nos astringere, quin cōtra dictos Guilielmū Okam, & Bonagratiam, quos alijs per edictum peremptorium publicum citauimus, vt certo termino diu est elapso, comparerent coram nobis personaliter sententiam audituri, ac propter eorum contumaciā fuerint excommunicationis vinculo innodati, interim valeamus procedere prout suadebit iustitia, & viderimus expedire: eidem expressius intinantes, quod siue venerint siue non venerint, contra ipsos in dicto termino, vel quotiens nobis visum fuerit, absque citatione alia ad præmissa procedemus prout rationis fuerit, & viderimus expedire.

Cæterum volumus auctoritate Apostolica nihilominus decernentes, quod processus noster huiusmodi, præfatos Michaelē, Guilielmum, Bonagratiam & Henricum, ac alios quos contingere dignoscitur, adeo apprehendat & arctet, ac si eis, & eorum cuiuslibet personaliter publicatus & intimatus solemniter extitisset; quacunque constitutione contraria, per prædecessores nostros Roman. Pontifices in contrarium edita non obstante,

Et vt

Vniuersis subgrauibus pœnis interdicti, ne Michaeli de Cæsena faueant.

Ludouicus Bavarus Cancellarij officium iniuiguit.

Michael de Cæsena, Okam, Bonagratia, & Henricus Chalem dogmatici.

Pœna illorum qui Michaeli de Cæsena fauerunt.

Okam, Henricus, & Bonagratia vehementer de hæresi suspecti.

Citatur peremptorie supradicti.

Processus hic arctet absentes.

Charta processum continentis in publicis locis affiguntur.

Et ut idem processus & contenta in eo, ad ipsorum Michaelis, Guillelmi, Bonagratie ac Henrici & aliorum, quos contingunt, notitiam deducantur, chartas seu membranas processum continentis eundem, appendi seu affigi ostijs seu superliminaribus Maioris Auinionen. Ecclesiæ faciendum, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, ut ipsi nullam possint executionem prætereundem, cum non sit verisimile quo ad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. Dat. Auinion. 11. Non. Ianuar. Pontificatus nostri anno quintodecimo.

Et licet processus ipse sufficienter publicatus extiterit, ut præfertur, tamen ex abundantia volentes eum in locis & domibus tui ordinis nihilominus publicari, discretioni tuæ committimus & mandamus, quatenus per te vel alium seu alios eiusdem ordinis, processum eundem in singulis locis & domibus præfatis, diligentius publicare procures, faciens de publicatione ipsa instrumenta publica confici, quæ nobis studeas fideliter destinare. Datum Auinion. iij. Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno quintodecimo.

Bertrandus Cardinalis & Apostolica sedis legatus, auctoritate Apostolica Inquisitorem hæreticæ prauitatis instituit: cui eadem auctoritate concedit, ut procedat aduersus hæreticam prauitatem.

Insigne est hoc rescriptum, quo perspicitur forma, seu modus instituendorum Inquisitorum.

Bertrandus miseratione diuina tituli sancti Marci presbyter Cardinalis, Apostolica sedis legatus, ac Terrarum, & Prouinciarum, Roman. Ecclesiæ in partibus Italiae consistentium Reformatore, & Vicarius generalis, Dilecto in Christo fratri Ioanni Iacobi de Spello ordinis fratrum Minorum, Salutem in Domino.

Edita anno Domini 1348.



INTER sollicitudines varias, quibus ex officio iniunctæ nobis Legationis astringimur, solcite cogitare nos conuenit, ut officium hæreticæ prauitatis exerceatur solcite, & personis talibus committatur, quod eorum sacro ministerio, errantes ad lumen redeant veritatis. Nuper siquidem Sanctissimus Pater & Dominus noster Dominus Clemens diuina prouidentia Papa vi. nos ad regnum Siciliae, & totam terram ipsius regni citra Farum & Thusciam, ac nonnullas alias partes & Prouincias in litteris ipsius domini Papæ nobis super nostra Legatione concessis specialiter nominatas, commisso nobis plene legationis officio in eisdem pro vrgentibus & arduis Ecclesiæ Roman. negotijs destinans, nobis concessit suas Apostolicas litteras in hæc verba.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Bertrando tituli sancti Marci presbytero Cardinali Apostolica sedis Legato, Salutem & Apostolicam benedictionem,

Plenam de tuæ probitatis & circumspectionis prudentia, & donis virtutum tibi concessis à Domino fiduciam obtinentes, te ad regnum Siciliae ac Terras & Prouincias Ecclesiæ Roman. immediate subiectas, ceterasque partes alias Italiae plenæ Legationis officio & alijs negotijs tibi per nos commissis, varijs & diuersis de fratrum nostrorum consilio prouidimus destinandum. Cupientes itaque negotium fidei sic solcite vbique dirigi, quod nihil circa illud inhonestum committatur quomodolibet vel sinistrum, ut per te vel alium seu alios, de Inquisitorum hæreticæ prauitatis infra terminos legationis tuæ constitutorum excessibus inquirere, ac de illis quibusuis conuincendis iustitiam facere, ac illos de quibus tibi videbitur à suis officijs remouere, & alios substituere valeas. Contradiutores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo plenam tibi concedimus tenore præsentium potestatem. Dat. Auinion. iij. Id. Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

Quarum litterarum Apostolicarum auctoritate, te quem largitor gratiarum omnium litterarum scientia, & alijs multis virtutibus sicut fide dignorum testimonio accepimus, laudabiliter insigniuit, & in cuius affectu sicut firmiter credimus specialiter genitur, quod fides catholica, extirpatis erroribus suscipiat incrementum: Inquisitorem hæreticæ prauitatis Prouinciæ sancti Francisci Vallispolitani vsque ad Apostolicæ sedis beneplacitum, & atque nostrum constituumus, tenore præsentium ac etiam ordinamus cum omnibus iuribus, honoribus, & priuilegijs à iure vel à sede Apostolica seu quibuscunque alijs concessis Inquisitoribus illarum partium hæreticæ prauitatis, recepto prius à te corporaliter iuramento, quod officium ipsum ad honorem Dei sanctæque Roman. Ecclesiæ, & exaltationem catholice fidei diligenter & fideliter exercebis: Dantes tibi eadem auctoritate tenore præsentium, plenariam potestatem infra dictam Prouinciam inquirendi contra quoscunque hæreticos; vel de hæresi quomodolibet suspectos, fautores, receptatores & defensores eorum, ipsosque capiendi & detinendi condemnandi, absoluedi, liberandi, ac omnia alia & singula faciendi, quæ ad huiusmodi Inquisitionis officium de iure pertinere noscuntur, Mandantes eadem auctoritate præsentium tenore vniuersis & singulis eiusdem Prouinciæ Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Capitaneis generalibus & Officialibus vniuersis, & eorum Vicarijs, ceterisque

Qualiter hæc clausula accipietur, explicat in Directorio Inquisit. par. 3. super q. 7.

terisque ecclesiasticis & secularibus personis sub excommunicationis, suspensionis & interdicti pœnis; ut tibi in ijs quæ ad huius Inquisitionis officium pertinere noscuntur, benigne pareant, & intendant, ac cum per te requisiti extiterint, dent per se & alios, prout opportunum fuerit consilium, auxilium, & fauorem. Nos enim sententias siue pœnas, quas rite tuleris, ratas & gratas habebimus, ipsaque faciemus auctore Domino inuolabiliter obseruari. Per præsentem autem commissionem nostram nolumus nec intendimus Inquisitori alijs per nos in dicta Prouincia deputato, in aliquo derogare, quominus idem Inquisitor officium ipsum possit & valeat sicut prius libere exercere. Dat. Arian. ix. Kalen. Septembr. Pontificatus eiusdem Domini Clementis Papæ vj. Anno Sexto.

Io. de Aquam. f.

GREGORIUS PAPA XI.

Scribit Dominus Papa Archiepiscopo Tarraconensi super libris Raymundi Lull.



REGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili Fratri. Archiepiscopo Tarraconen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

NUPER dilecto filio Nicolao EymERICI ordinis fratrum Prædicatorum professo magistro in theologia in partibus Aragoniæ Inquisitore hæreticæ prauitatis nobis referente percepimus, quod in partibus illis nonnulli laici, quam plures libros habent in vulgari per Raymundum Lull ciuem Maioritæ. compositos, in quibus ut idem Inquisitor videtur asserere, errores quamplurimi in fide continentur. Nos igitur in præmissis, prout ex debito tenemur pastoralis officij, prouidere volentes, Fraternitati tuæ, de qua in his & alijs specialibus in domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus huiusmodi libros per quoscunque habeantur seu detineantur, tibi facias exhiberi: & si per tuam ac dicti Inquisitoris & aliorum magistrorum in Theologica facultate, & iurisperitorum, quos propter eorum te euoces, repereris quod præfati libri errores in fide contineant, eosdem libros comburas, & comburi facias, atque mandes, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, contraditores per censuram ecclesiasticam & alia iuris remedia, de quibus videbitur, appellatione postposita, compescendo: non obstantibus constitutionibus Apostolicis de vna & de duabus dietis, & alijs contrarijs quibuscunque: Seu si eidem Raymundo vel quibusuis alijs communiter vel diuim à sede Apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum apud Pontem Sorgiæ Auinionen. Die cef. Non. Iunij anno secundo.

GREGORIUS PAPA XI.

Scribit dominus Papa officialibus Episcopi Barcinonen. super quodam libro Raymundi Lull.



REGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs Francisco Borele Priori prioratus Ecclesiæ sanctæ Eulaliæ de Campo, & Petro de Sancto Amancio hospitalario Dardusæ officialibus Venerabilis fratris nostri Barcinonen. Episcopi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD audientiam nostram fide digna relatione perducto, quod dilectus filius Franciscus Vitalis præfati Episcopi notarius, quendam librum Raymundi Lulli in pergalmenis, & vulgari cathalano scriptum, assignatum eidem Francisco in custodiam per vos & dilectum filium Nicolaum EymERICI ordinis Prædicatorum professorem, Inquisitorem hæreticæ prauitatis, in quo errores scripti plurimi perhibentur, apud se habet: Discretionem vestram per Apostolica scripta mandamus, quatenus statim visis præsentibus, absque alicuius moræ dispendio, præfatum librum ad manus vestras receptum, ad nos per fidelem & idoneum portitorem mittere procuretis: Cauti ne vllam in his committatis negligentiam vel defectum. Datum apud Villanouam Auinionen. die cef. iij. Kalen. Octobris, anno quarto.

GREGORIUS PAPA XI.

Articuli quidam Raymundi Lull reprobandi, & ceteri eius libri interdicuntur, donec aliud sit per sedem Apostolicam ordinatum.



REGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Tarraconen. eiusque suffraganeis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CONSERVATIONI puritatis catholice fidei, quam multi nequam filij scelerati suis falsis assertionibus maculare nitentes, inter triticum puri agri Domini per steriferum semen zizaniam seminant, cū ad nostrum præcipue spectet officium, ut euellamus

E 2 praua,

Data anno Domini 1372.

Vide comment. in Directorio Inquisit. par. 2. super q. 26. circa finem.

Data anno Domini 1374.

Vide comment. in Directorio Inquisit. par. 2. super q. 26. circa finem.

Data anno Domini 1376.

Vide comment. in Directorio Inquisit. par. 2. super q. 26. circa finem.

praua, & destruemus peruersa, prouidere salubriter, & animarum illaqueationibus obuiare confestim plenè desiderijs affectantes, opportuna in his, quæ possumus, remedia, studio pastoralis sollicitudinis adhibebimus. Dudum siquidem dilectus filius Nicolaus EymERICI ordinis fratrum Prædicatorum professor, in sacra theologia magister, in regnis Aragoniæ, Valentie, & Maioricarum Inquisitor hæreticæ prauitatis, nobis exposuit, se in regnis eisdem inuenisse viginti volumina diuersorum librorum, in vulgari scriptorum, à quodam Raymundo Lull ciue Maioricarum editorum, in quibus (vt ipsi Inquisitori videbatur) multi continebantur errores, & hæ res manifestæ, & quòd nonnulli de prædictis, & alijs regnis, libris vtebantur eisdem, & eorum doctrinæ dabant fidem non modicam in grande suarum periculum animarum: supplicauitque nobis Inquisitor ipse, vt (ne simplices deciperentur ex libris ipsis) dignaremur in hac parte de opportuno remedio prouidere: Nos autem cupientes animarum, iam forsitan imbutarum, & quæ imbui possent ex peruerso dogmate dictorum librorum, periculis celeriter obuiare, dictos libros per venerabilem fratrem nostrum Petrum Episcopum Hostiensem, & per quamplures etiam ultra vigenum numerum in eadem theologia magistros, examinari fecimus diligenter: per quorum relationem tandem habuimus, quòd ipsi dictos libros omnes cum multa diligentia legerant, & examinauerant, & quòd vltra ducentos ꝛ articulos erroneos & hæreticales inuenerant in eisdem: super quibus inter eisdem Episcopum & magistros, sæpius & demum coram nobis habita disputatione solemnè, ipsos articulos, (quos ad vitandum prolixitatis tadium, & horribilitatem eorum, haberi volumus præsentibus pro expressis) erroneos & manifeste hæreticales, de ipsorum Episcopi & magistrorum concordii consilio censuimus reputandos. Cum autem, sicut Inquisitoris præfati continebat assertio, in prædictis regnis alij libri, qui asseruntur editi à iam dicto Raymundo, reperiri dicantur, in quibus huiusmodi iam reperti, & alij errores & hæreses creduntur probabiliter contineri: Nos volentes de huiusmodi alijs libris, & eorum doctrina informari plenarie, & super eis prouidere salubriter, ne fideles in errores huiusmodi damnabiliter prolabantur; fraternitati vestræ de fratrum nostrorum consilio, per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus diebus Dominicis & festiuis, in singulis ecclesijs vestris cathedralibus, ac curatis, necnon religiosorum quorumcumque ordinum, exemptorum & non exemptorum, etiam Cisterciensis, Carthusiensis, Cluniacensis, Præmonstratensis, Grandimotensis, sanctorum Benedicti & Augustini, ac fratrum Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum eiusdem sancti Augustini, & Carmelitarum, & aliorum ordinum, vestrarum ciuitatum & diocesium, intra missarum solemnias existentibus populis, ad diuina, & in prædicationibus per vos vel ꝛ alios, quam cito commode poteritis, faciatis proponi, quòd omnes & singulæ personæ vniuscunque sexus, cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existant, earundem vestrarum ciuitatum & diocesium, seu commorantes in eis, habentes libros quoscunque à præfato Raymundo editos (vt præfertur) ipsos infra vnius mensis spatium, vobis assignare, & illi qui sciunt alias personas libros eosdem habentes, eas vobis reuclare ac nominare procurent: vosque libros recipi faciatis eosdem, quos cum habueritis, quam cito commode poteritis, curetis nobis fideliter destinare, vt ipsos simili examini subijcere valeamus. Ceterum quia doctrina, seu potius dogmatizatio prædictorum librorum examinatum reperitur erronea, hæreticalis, & periculosa nimium animabus; & vehemens suspicio est habenda, quòd in alijs libris editis à dicto Raymundo similes vel alij (vt præfertur) contineantur errores, vobis mandamus, quòd omnibus & singulis eisdem personis vestrarum ciuitatum & diocesium, doctrinam seu potius dogmatizationem, & vsum huiusmodi librorum interdiceretis, donec super his per sedem Apostolicam aliud fuerit ordinatum. Contradiutores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo: Non obstantibus, si aliquibus communiter, vel diuini à sede Apostolica sit indultum, quòd interdici, suscipendi, vel excommunicari: aut extra vel vltra certa loca, ad iudicium vocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet exemptionibus, & alijs priuilegijs, litteris Apostolicis, quibuscumque locis, personis, vel ordinibus, sub quacumque forma, vel expressione verborum ab eadem sede concessis, de quibus eorumque totis tenoribus, etiam de verbo ad verbum in nostris litteris mentio sit habenda: & per quæ præsentis mandati nostri effectus valeat quomodo libet impediri. Insuper volumus, quòd per te frater Archiepiscopus tenor præsentium sub tuo, vel officialis tui sigillo, ad tuos fratres in frangacos transmittatur, cui per vos adhiberi volumus, velut ipsis originalibus plenam fidem. Datum Avinionè viij. Calend. Februarij, Pontificatus nostri anno vi.

MARTINVS PAPA V.

Condemnatio errorum Ioannis Vicleff de Anglia, & Ioannis Hufz de Bohemia damnatorum in sacro generali Concilio Constantiensi approbatur: male sentientes de sacramentis Ecclesiæ canonice coercentur: hæreticorum complices pœnis ab utroque iure statutis subduntur: conuerti nolentes castigantur: principes seculares non patiantur hæreticos in suis terris habitare, aut ibi commercia exercere: qui hæretici decesserint, licet nondum per Ecclesiã declarati, ecclesiastica careant sepultura: bona hæreticorum à tempore commissi delicti confiscata sunt: suspecti de hæresi nisi se purgent, vt hæretici condemnentur: qui se purgare neglexerint, excommunicentur, & nisi satisfecerint, vt hæretici condemnentur: deficiens in purgatione, vt conuictus canonice puniatur: renouat c. Vt inquisi-

In codice bellano legitur: quadragesimos.

¶ al. &

inquisitionis. de hæret. lib. 6. & iubet illud custodiri. articuli Ioannis Vicleff & Ioannis Hufz nominatim recensentur: modus examinandi hæreticos aut de hæresi suspectos accuratissimus describitur: suspecti de hæresi, aut etiam diffamati personaliter citentur de fide respondentis: medio iuramento iurent dicere veritatem: hæretici & eorum complices inquirantur, & canonice puniantur: conuicti publice abiurent: abiurare recusantes canonice coercantur: ista omnia fiant nullis in contrarium aliquid inuariantibus.



MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, ac Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis, ad quos litteræ præfentes peruenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

INTER cunctas pastorales curæ sollicitudines, quibus premimur incessanter, illa potissime fortius nos angit, vt hæreticis de finibus Christianorum expulsis, siuifque falsis doctrinis & erroribus peruersis penitus, quantum nobis ex alto cõceditur, extirpatis, orthodoxa & catholica fides integra & illibata permaneat, ac populus Christianus in eiusdem fidei sinceritate, quolibet obscuracionis semoto velamine, immobilis & inuolutus persistat. Sane dudum plusquã omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus & dominijs, præsertim in regno Bohemiæ & marchionatu Morauie, ac locis & districtibus illis vicinis, aduersus fidei catholice dogmata & sanctæ matris Ecclesiæ traditiones, non solum contra vñum, quinimmo contra plura fidei catholice dogmata insurrexerunt quidam hæresiarchæ, circuncelliones, schismatici & seditionosi, Luciferina superbia & rabie lupina euecti, dæmoniorum fraudibus illusi, de vanitate in idipsum (licet forent de diuersis mundi partibus oriendi) conuenientes, & caudas colligatas habentes, damnata videlicet memoriæ Ioannes Vicleff de Anglia, Ioannes Hufz de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui vti alios secum ad infidelitatis interitum non traxissent. Nam vbi huiusmodi pestilentes personæ peruersa dogmata pertinaciter seminabant in suæ doctrinæ pestiferæ primordio prælati, & alij iudicialiæ potestatis regimina exercentes, tamquam canes muti non valentes latrare, nec vlciscentes cum Apostolo in promptu omnem inobedientiam, hæresiarchas ipsos pestiferos & dolosos, eorum lupinam rabiem truculentam statim (vt adstricti fuerant) canonice coercere, eoque de domo Domini corporaliter eicere non curarunt, sed sacrilegam, falsam & perniciosam ipsorum doctrinam, per longas moras negligenter conualere permiserunt: populorum multitudo, illorum opinionibus falsis decepta, pro veris accepit, quæ diu mendaciter & perniciose ac damnabiliter seminauerunt, eisque credendo, à recta fide cecidit turba multa, & errore deuio innoluit, proh dolor, paganorum, adeo quòd per diuersa illarum, eisdemque conuicinarum partium climata, oues Christi catholice hæresiarchæ ipsi successiue infecerunt, & in stercore mendaciorum fecerunt putrefcere. Quapropter generalis Constantiensis synodus tantam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam videns, exclamare compulsa est cum Augustino: Quid faciet Ecclesiæ medicina, salutem omnium materna charitate conquirens, tamquam inter phreneticos & lethargicos æstuans? nunquid contemneret, nunquid desisteret vel deberet potest? certe non, secundum eundem, immo vtrisque sit necesse est molesta, quæ neutris est inimica. Nam & molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, inquit Augustinus, ista mansuetudo potius falsa crudelitas est. Proinde synodus præfata ad omnipotentis Dei gloriam, ipsiusque catholice fidei ac Christianæ religionis conseruationem, augmentum & animarum salutem & præseruationem, eisdem Ioannem Vicleff, & Ioannem Hufz & Hieronymum, qui inter cetera de Sacro Eucharistiæ sacramento, & alijs Sacramentis Ecclesiæ & articulis fidei, aliter quàm Sancta Romana Ecclesia credit, & tenet, & prædicat, & docet, quamplurima temere & damnabiliter credere ac tenere, prædicare, atque docere pertinaciter attentabant, velut hæreticos & pertinaces ac obstinatos iam à communione fidelium separatos de domo Dei corporaliter eiecit, & spiritualiter eiectos declarauit, & alia nonnulla circa præmissa vtilia & salubria statuit & decreuit, per quæ alij, qui causantibus hæresiarchis eorumque falsis doctrinis huiusmodi spiritualiter de domo Dei exierunt, per vias canonicas reducerentur ad veritatis. Et quia (sicut dolenter accepimus) non solum in regno Bohemiæ & marchionatus dominij & locis supradictis, verum etiã in quibusdã partibus & prouincijs contiguis seu vicinis eisdem, etiam nonnulli ex sectatoribus & sequacibus hæresum ac errorum hæresiarcharum prædictorum, timore diuino & pudore humano prostrati abiectis, nec de ipsorum, & præsertim Ioannis Hufz & Hieronymi interitu miserabili sumentes conuersionis & pœnitentiæ fructum: sed tamquam in profundum pressi peccatorum, Dominum Deum blasphemare non cessant, ducentes in irritum nomen eius, quorum mentes pater mendacij sic damnabiliter excæcauit, vt prædictos libros, codices & opuscula, hæreses & errores continentis seu continentia dudum etiã per synodum præfatã damnatos & dånata, ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt, student, ac ex eis in sui & multorum simplicium periculum, nedum contra statuta, decreta & ordinata in synodo supradicta, sed etiam contra canonicas sanctiones dogmatizare præsumunt, in animarum periculum, ac puritatis fidei denigacione, & scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes, quòd error, cui non resistitur, approbari videtur, ac malis & perniciosis erroribus huiusmodi resistere, ac eos de medio Christiani fidelium & præsertim de supradictis Bohemiæ & Morauie dominij & districtibus ac confinibus & vicinijs corpi, ne amplius &

Epistola Martini v. damnationem erro- rum Vicleff, & Hufz, à concilio Constantien. factam, approbans. Ex eodem concilio Constantienfi, sessio. 45. Anno Domini 1418.

c. Excommunicatus 1. & 2. de hæret.

1. Tim. 1. d. August. ad Roman. Epistola 167. Et 2. q. 4. Quid faciet.

August. de correctione Dornatorum ad Bonifacium. c. 5. Et 23. q. 4. Ipsa peccata.

Ioan. 8. f.

latius se extendant, funditus euellere cupientes: discretioni vestra, sacro approbante concilio Constantiensi, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus vos Archiepiscopi & Episcopi ac electi, & quilibet vestrum per se, seu alium, vel alios, quos graues & idoneas personas spirituales iurisdictionem habentes esse volumus, omnes & singulos, cuiuscunq; dignitatis, officij, pre-eminentiæ, status vel conditionis existant, & quibuscunq; nominibus censeantur, qui de præex-cesso, salutifero & supermirabili sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de ba-ptismate seu peccatorum confessione, penitentia pro peccatis inuentione, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis seu fidei articulis, aliter sentire aut docere, quam sacrosancta Romana Ecclesia & vni-uersalis docet, prædicat & obseruat, aut articulos seu libros & doctrinas præfatorum hæresiarum Ioannis Vicleff & Ioannis Hufz & Hieronymi, per eandem Constantiensem synodum cum suis auctoribus (vt prædicatur) damnatos & damnatas, tenere, credere & dogmatizare, ac vitæ finem ipsorum hæresiarum publice vel occulte pertinaciter quomodolibet laudare vel approbare præsumperint, eorumque receptatores, defensores & fautores quoslibet etiam contemplatione prædictorum errorum, necnon credentes & adherentes eisdem, tanquam hæreticos iudicetis, & velut hæreticos sæculari curiæ relinquatis. Receptatores quoque & defensores huiusmodi pestiferarum personarum, quæ erroribus ipsis crediderint, nec fauore aut contemplatione errorum ipsorum, sed forte carnalis amoris causa, vel occasione alia huiusmodi personas pestiferas receptauerint, præter pœnas ab vtroque iure talibus inflictas, per iudices competentes tanta seueritate pœnarum in tam enormi scelere vltionem accipiant, quod cedat cæteris crassantibus in exemplum, vt quos Dei timor à malo non reuocat, saltem coerceat seueritas disciplina. Cum reliquis vero, huiusmodi secta damnabili quomodolibet infectis, qui post competentem monitionem ac frequentem exhortationem, qua pie erga eos, spe correctionis & emendationis, ac ad meliorem vitæ frugem conuersionis, vsus est, à prædictis erroribus & secta noluerint resciscere, & ad gremium vnitatemque sanctæ matris Ecclesiæ, ac fidem catholicam, quæ sola saluare potest, sine qua nulli veræ salutis subsidium contingit, plenè recognoscere & confiteri, iustitiæ seueritas (prout facti poposcit qualitas) dulcore misericordiæ temperetur. Et nihilominus omnes Christianæ & catholice fidei professores, Imperatorem, Reges, Duces, Principes, marchiones, comites, barones, milites, potestates, rectores, confu-les, proconsoles, scabinos, communitates, & vniuersitates regnorum, prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum huiusmodi, necnon ceteros iurisdic-tionem temporalem exercentes, iuxta iuris formam & exigentiam auctoritate Apostolica exhortando moneatis & requiratis, vt de regnis, prouincijs, ciuitatibus, oppidis, castris, villis, terris & om-nibus alijs locis ac dominijs supradictis, omnes & singulos hæreticos huiusmodi secundum tenorem Lateranensis concilij, quod incipit, Sicut ait, ad instar etiam irretitorum crimine vsurarum, quos publice vel manifeste per facti euidentiam cognouerint esse tales, tanquam oues morbidas gregem Domini inficientes expellant, donec & quouique à nobis seu vobis, vel alijs iudicibus ecclesiasticis vel Inquisitoribus, fidem & communionem Romanæ Ecclesiæ tenentibus, aliud recipiant in manda-tis: nec eosdem in suis districtibus prædicare, domicilia tenere, larem fouere, contactus inire, nego-tiationes & mercantias quoslibet exercere, aut humanitatis solatia cum Christianidelibus habere per-mittant. Et si tales hæretici publici ac manifesti, licet nondum per Ecclesiam declarati, in hoc tam graui crimine decesserint, ecclesiastica careant sepultura, nec oblationes fiant aut recipiantur pro eisdem: bona tamen ipsorum à tempore commissi criminis secundum canonicas sanctiones confiscata, non occupentur per illos, ad quos alijs pertinerent, donec per huiusmodi iudices ecclesiasticos super hoc potestatem habentes, sententia declaratoria super ipso hæresis crimine fuerit promulgata. Qui autem de hæresi per iudicem competentem ecclesiasticum inuenerint sola suspitione notati seu iuste suspecti, nisi iuxta considerationem & exigentiam suspitionis, qualitatemque personæ, ad arbi-trium iudicis huiusmodi propriam innocentiam congrua deuotione monstrauerint, in purgatione eis canonice indicta deficientes, & se canonice purgare non valentes, aut pro huiusmodi purgatione faciendâ, obstinatione damnabili iurare renuentes, tanquam hæretici condemnentur. Qui vero di-ctam innocentiam monstrare ex quadam negligentia seu desidia, & purgationem huiusmodi facere omiserint, anathematis gladio feriuntur, & vique ad satisfactionem condignam ab omnibus euentur; ita quod si per annum in excommunicatione huiusmodi persistierint, extunc velut hæretici con-demnentur. Si quis vero super aliquo sæpeditæ pestifera doctrinæ hæresiarum prædictorum, vel aliquibus articulis dumtaxat scandalosis, temerarijs, seditiosis, vel piarum aurium offensiujs, cul-pabilis repertus fuerit, canonicè puniatur. Si vero propter solam infamiam aut suspitionem dicto-rum articulorum, vel alicuius ipsorum, quis repertus fuerit suspectus, & in purgatione canonica pro-pter hoc sibi indicta deficeret, pro conuictio habeatur, & tanquam canonicè conuictus puniatur. Et insuper felicitis recordationis Bonifacij Papæ octauj prædecessoris nostri, quæ incipit, Vt inquisitionis negotium, renouantes, & etiam exequentes, vniuersas potestates & dominos temporales & iudices antedictos, quibuscunq; dignitatibus vel officijs seu nominibus censeantur, exhortando requirimus, & mandamus eisdem, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles ac filij Ecclesiæ nuncupari, & in Chri-sti nomine gloriari, ita pro defensione fidei vobis Archiepiscopis, Episcopis & electis, ac Inquisito-ribus hæreticæ prauitatis, & alijs iudicibus seu personis ecclesiasticis per vos ad hoc (vt præmitti-tur) de-

Zanch. de hæ-
ret. 4. & 6.

Hebr. 6. a

Concilium To-
losanum c. 1.
& Concil. Bi-
terrense c. 32.

Lateranense
concilium.

1. Manichæos
C. de hæret.

e. Cum secun-
dum leges de
hæret. in 6.
e. Ad Abolen-
dam de hæret.

† indita

Propositioni
diuersi gra-
dus.

atur) deputandis, fidem & communionem sanctæ matris Ecclesiæ tenentibus, pareant & intendant, præbeantque auxilium & fauorem in hæreticorum, necnon credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, custodia diligenti, cum ab eisdem fuerint requisiti, vt præfatas personas pestiferas alios secum perdere molientes, in potestatem seu carcerem per vos Archiepiscopos, Episcopos, electos, & Inquisitores prædictos aut deputandos à vobis vel ad locum de quo vos vel ipsi mandabitis, infra eorundem dominorum potestatem, rectorum seu iudicum di-strictum ducant, vel ducti faciant sine mota, vbi per viros catholicos à vobis Archiepiscopis vel Epi-scopis, electis seu Inquisitoribus, seu deputandis personis huiusmodi, vel vestrum aliquo deputato, sub exacta & diligenti custodia, ne fugiant, ponendo eos, etiam compedibus & manicis ferreis te-neant, donec eorum negotium per Ecclesiæ iudicium terminetur, & quod de hæresi à iudice Ecclesi-astico competenti, qui fidem & communionem dictæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ teneat, condemnentur, præfati domini temporales seu rectores, iudices vel eorum officiales seu nuncij, sibi relictos re-cipiant indilate, animaduersione debita puniendos. Verum ne præiudicium & scandalum præfata fi-dei orthodoxæ religionis Christianæ, prætextu ignorantie quemquam in hoc circunueniri, aut ver-sutos homines sub friuolæ excusationis velamine in hac materia palliare contingat, & vt de conuic-tendis seu cognoscendis hæreticis, receptatoribus, defensoribus, fautoribus, credentibus & adhæ-rentibus, necnon de hæresi suspectis, & alijs huiusmodi peruersa doctrina quomodolibet maculatis, plenior habeatur in futurum instructio, tam ad regnum Bohemæ, & conuicinas illi, quam alias quas libet partes, in quibus hæc superstitiosa doctrina quomodolibet pullulauerit, articulos infra scriptos sectam dictorum hæresiarum concernentes pro directione dictæ fidei decernimus transmitten-dos, & etiam destinandos: super quibus vobis & alijs omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & electis, ac commissarijs & Inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, vt quilibet eorum infra limites & loca suæ iurisdictionis, necnon regno & marchionatu, & locis eis vicinis prædictis, etiam si loca ipsa extra iurisdictionem eandem vltra duas diætæ consistant, circa extir-pationem & correctionem errorum ac hæresum & huiusmodi sectæ pestiferæ, in fauorem ipsius fi-dei orthodoxæ diligenter inuigilent, & omnes infamatos seu suspectos de tam pestifera labe sub con-fessati criminis, excommunicationis, suspensionis, interdicti, aut alia formidabili pœna canonica vel legali, prout, quando, & quemadmodum eis videatur expedire, & facti requireret qualitas, ad singulos huiusmodi articulos per iuramentum corporaliter præstitum, tactis sacrosanctis Euangelijs, seu sanctorum reliquijs, imagine Crucifixi, secundum quorundam locorum obseruantiam, iuxta in-fra scripta interrogatoria, ad quemlibet articulum conuenientia, respondere compellant. Nos enim contra omnes & singulos Archiepiscopos, Episcopos, & electos, Inquisitores, qui super extirpan-do hæreticæ prauitatis fermento, & expurgando suum territorium, districtum seu locum de talibus malis & sceleratis hominibus, negligentes fuerint, seu remisse egerint, vsque ad priuationem seu de-positionem Pontificalis dignitatis procedere intendimus, & procedemus, ac procedi faciemus, alio-que loco illorum substituemus, qui prauitatem hæreticam possint & valeant confundere, & ad alias pœnas contra tales à iure inflictas, & alias grauiores (si expediat) infligendas, procedemus, pro-cedique faciemus, iuxta iuris & facti exigentiam, ac huiusmodi culpæ & criminis fœditatem. Te-nores vero eorundem articulorum seu capitulorum, de quibus supra fit mentio, sequuntur per or-dinem in hæc verba:

Innocent. iij.
in extraug.
Ad extirpan-
da. §. cencatur
cl. r.

† arcta

c. Excommu-
nicamus r. §.
vt. de hæret.

Constantien.
Concil. sess. 8.

ET PRIMO SEQUITUR TENOR
articulorum Ioannis Vicleff.

- 1. SVBSTANTIA panis materialis, & similiter substantia vini materialis, remanent in sacra-mento altaris.
- 2. Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.
- 3. Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.
- 4. Si Episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat.
- 5. Non est fundatum in Euangelio, quod Christus Missam ordinauerit.
- 6. Deus debet obedire diabolo.
- 7. Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.
- 8. Si Papa sit præfatus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles sibi ab aliquo datam, nisi forte à Cæsare.
- 9. Post Vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in Papam, sed viuendum est more Græcorum sub legibus proprijs.
- 10. Contra scripturam sacram. est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones.
- 11. Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum à Deo: & qui sic excommunicat, fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus.

- 12 Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem vel ad concilium regni, eo ipso tra- A
ditor est regis & regni.
- 13 Illi qui dimittunt predicare siue audire verbum Dei, propter excommunicationem hominum, sunt
excommunicati, & in Dei iudicio traditores Christi habebuntur.
- 14 Licet alicui diacono vel presbytero predicare verbum Dei, absque auctoritate sedis Apostolicæ
siue Episcopi catholici.
- 15 Nullus est dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali.
- 16 Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesia, possessiona-
ris habitualiter delinquentibus, idest, ex habitu, non solum actu, delinquentibus.
- 17 Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.
- 18 Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & possunt parochiani, propter peccata suorum prælatorum, ad li-
bitum suum eas auferre.
- 19 Speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos vel religiosos, non plus profunt eidem B
quàm generales, ceteris paribus.
- 20 Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus eo facto.
- 21 Si aliquis ingreditur religionem priuatam qualemcunque, tam possessionatorum, quàm mendican-
tium, redditur ineptior & inhabilior ad obseruationem mandatorum Dei.
- 22 Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.
- 23 Religiosi viuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione Christiana.
- 24 Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.
Prima pars est scandalosa & presumptuose asserita, pro quanto sic generaliter & indistincte lo-
quitur: & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.
- 25 Omnes sunt Simoniaci, qui se obligant orare pro alijs, eis in temporalibus subuenientibus.
- 26 Oratio præciti, nulli valet.
- 27 Omnia de necessitate absoluta eueniunt.
- 28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, referuntur Papæ & Episco- C
pis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.
- 29 Vniuersitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate intro-
ducta, & tantum profunt Ecclesiæ sicut diabolus.
- 30 Excommunicatio Papæ vel cuiuscunque prælati non est timenda, quia est censura Antichristi.
- 31 Peccant fundantes claustra, & ingredienti, sunt viri diabolici.
- 32 Ditare clerum, est contra regulam Christi.
- 33 Silvester Papa & Constantinus Imperator errauerunt Ecclesiam dotando.
- 34 Omnes de ordine mendicantium, sunt hæretici: & dantes eis eleemosynam, sunt excommunicati.
- 35 Ingrediens religionem aut aliquem ordinem, eo ipso inhabilis sunt ad obseruanda diuina præ-
cepta, & per consequens ad perueniendum ad regnum cælorum, nisi apostatauerint ab eisdem.
- 36 Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus, sunt hæretici, eo quod possessiones ha-
bent: & consentiente, eis, omnes videlicet domini sæculares & ceteri laici.
- 37 Ecclesia Romana est synagoga satanæ, nec Papa est proximus & immediatus Vicarius Christi & D
Apostolorum.
- 38 Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt à fide Christi, & clerici sunt stulti, qui studet eas.
- 39 Imperator & domini sæculares, sunt seducti à diabolo, vt Ecclesiam dotarent bonis temporalibus.
- 40 Electio Papæ à Cardinalibus, à diabolo est introducta.
- 41 Non est de necessitate salutis, credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias.
Error est, si per Romanam Ecclesiam intelligat vniuersalem Ecclesiam, aut concilium generale,
aut pro quanto negaret primatum summi Pontificis super alias Ecclesias particulares.
- 42 Fatuum est credere indulgentijs Papæ & Episcoporum.
- 43 Inramenta illicita sunt, quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus, & commercia ciuilia,
- 44 Augustinus, Benedictus, & Bernardus damnati sunt, nisi penituerint de hoc, quod habuerunt
possessiones, & instituerunt, & intrauerunt religiones: & sic à Papa vique ad vltimum religiosum, om-
nes sunt hæretici.
- 45 Omnes religiones indifferenter introductæ sunt à diabolo. E

Constantien.
concil. scilicet.

T E N O R A U T E M A R T I C U L O R V M

Ioannis Husz sequitur, & est talis:

1 V N I C A est sancta vniuersalis Ecclesia, quæ est prædestinatorum vniuersitas. & infra sequitur
Vniuersalis sancta Ecclesia tantum est vna, sicut tantum vnus est numerus omnium prædestinatorum.
2 Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecit quosdam actus actibus Ecclesiæ malignan-
tium consimiles.

Præciti,

- A Præciti, non sunt partes Ecclesiæ, cum nulla pars eius finaliter excidet ab ea, eo quod prædesti- 3
nationis charitas, quæ ipsam ligat, non excideret.
- Duæ naturæ diuinitas & humanitas, sunt vnus Christus.
- Præcitus, etsi aliquando est in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nunquam est pars san- 4
ctæ Ecclesiæ, & prædestinatus semper manet membrum Ecclesiæ: licet aliquando excidat à gratia
aduentitia, sed non à gratia prædestinationis.
- Sumendo Ecclesiam pro conuocatione prædestinatorum, siue fuerint in gratia, siue non, secun- 6
dum præsentem iustitiam, isto modo Ecclesia est articulus fidei.
- Petrus non est, nec fuit caput Ecclesiæ sanctæ catholicæ.
- Sacerdotes quomodolibet criminosè viuentes, Sacerdotij polluant potestatem: & sic, vt filij in- 7
fideles, sentiunt infideliter de septem Sacramentis Ecclesiæ, de clauibus officijs, censuris, moribus,
ceremonijs & sacris rebus Ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentijs & ordinibus.
- Papalis dignitas à Cæsare inoleuit, & Papæ perfectio & institutio à Cæsaris potentia emanauit. 9
- B Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se vel alio, quod esset caput Ecclesiæ particula- 10
ris, nec Romanus Pontifex est caput Romanæ Ecclesiæ particularis.
- Non oportet credere, quod iste quicumque est Romanus Pontifex, sit caput cuiuscunque parti- 11
cularis Ecclesiæ sanctæ, nisi Deus eum prædestinauerit.
- Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit per- 12
tinentior, nec aliter recipiat à Deo procuratoriam potestatem: quia ad illud officium vicariatus re-
quiritur & morum conformitas, & instituentis auctoritas.
- Papa non est verus & manifestus successor Apostolorum principis Petri, si viuit moribus contra- 13
rijs Petro: & si querit Auaritiam, tunc est vicarius Iudæ scarioth. Et pari euidencia Cardinales non
sunt veri & manifesti successores collegij aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apo-
stolorum, seruantes mandata & consilia Domini nostri Iesu Christi.
- Doctores, ponentes quoddam aliquis per censuram Ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, 14
sæculari iudicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas & pharisæos, qui Chri-
stum non volentem eis obedire in omnibus, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam, ipsum Ioan. 8. f
- sæculari iudicio tradiderunt, & quod tales sint homicidæ grauiotes quàm Pilatus.
- Obedientia Ecclesiastica, est obedientia secundum adinventionem Sacerdotum Ecclesiæ, præter 15
expressam auctoritatem scripturæ.
- Diuisio immediata humanorum operum est, quod sunt vel virtuosa vel vitiosa: quia si homo est 16
vitiosus, & agit quidquam, tunc agit vitiose: & si est virtuosus, & agit quidquam, tunc agit virtuo-
se, quia sicut vitium quod crimen dicitur seu mortale peccatum, inficit vniuersaliter actus hominis
vitiosi, sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosij.
- Sacerdotes Christi viuentes secundum legem eius, & habentes scripturæ noticiam, & affectum ad 17
ædificandum populum, debent prædicare, non obstante præterita excommunicatione. & infra,
Quod si Papa vel aliquis prælatus mandat Sacerdoti sic disposito, non prædicare, non debet subdi-
tus obedire.
- D Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad Sacerdotium accedit: & illud manda- 18
tum debet exequi, præterita excommunicatione non obstante.
- Per censuras Ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ad sui exaltationem 19
clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præpa-
rat Antichristo. Signum autem euidens est, quod ab Antichristo tales procedunt censuræ, quas vo-
cant in suis processibus fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos, qui denun-
dant nequitiam Antichristi, qui clerum pro se maxime vsurpabit.
- Si Papa est malus, & præsertim si est præcitus, tunc vt Iudas Apostolus est diabolus, fur & filius, 20
perditionis, & non est caput sanctæ militantis Ecclesiæ, cum nec sit membrum eius.
- Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus Ecclesiæ, & quodlibet eius membrum iungi- 21
tur Christo capiti insolubiliter.
- Papa vel prælatus malus & præcitus, est æquiuoce pastor & vere fur & latro.
- Papa non debet dici sanctissimus, etiam secundum officium, quia aliàs rex deberet etiam dici san- 22
ctissimus, secundum officium, & tortores & præcones dicerentur sancti, immo etiam diabolus debe- 23
ret dici sanctus, cum sit officarius Dei.
- Si Papa viuat Christo contrarie, etiam si ascenderet per ritam & legitimam electionem secundum 24
constitutionem humanam vulgatam, tamé aliunde ascenderet, quàm per Christum, dato etiam quod
intraret per electionem à Deo principaliter factam: nam Iudas Scarioth, rite & legitime est electus
à Deo Christo Iesu ad episcopatum, & tamen ascendit aliunde in ouile ouium.
- Condemnatio quadraginta quinque articulorum Ioannis Vicleff per doctores facta, est irratio- 25
nabilis & iniqua & malefacta, & ficta est causa per eos allegata, videlicet ex eo, quod nullus eorum
sit catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut extraneus, aut scandalosus.
- Non eo ipso quod electores vel maior pars eorum consenserit viua voce secundum ritum hominum 26
in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel eo ipso est verus & manifestus suc-
cessor

cessor vel Vicarius Petri Apostoli vel alterius Apostoli in officio Ecclesiastico: unde siue electore^s A bene, siue male elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum Ecclesiæ, habet à Deo ad hoc copiosius potestatem.

27 Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa Ecclesia militante conuersetur, & conseruetur.

28 Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum, melius suam Ecclesiam regularer.

29 Apostoli & fideles Sacerdotes Domini strenue in necessarijs ad salutem regularunt Ecclesiam, antequam Papæ officium foret introductum: sic facerent, deficiente per summe possibile Papa vique ad diem iudicij.

30 Modus interrogandi hæreticos aut de hæresi suspectos.

Nullus est dominus ciuili; nullus est prælatus, nullus est Episcopus dum est in peccato mortali. Super præmissis autem articulis, quilibet de eis suspectus, seu in eorum assertionem deprehensus, iuxta modum interrogetur infra scriptum: In primis, vtrum cognouerit Ioannem Vicleff de Anglia, Ioannem Hufz de Bohemia, Hieronymum de Praga, seu aliquem eorum, & unde habuerit eorum notitiam, & vtrum cum eis vel eorum aliquo, dum viuere, conuersationem vel amicitiam habuerit.

Item, vtrum sciens ipsos seu aliquem ipsorum excommunicatos, scienter participauerit cum illis, reputans & dicens talem participationem non esse peccatum.

Item, vtrum post mortem eorum pro eisdem seu aliquo eorum orauerit, & publice vel occulte opera pietatis exerceuerit, asserens eos fore beatos & saluos.

Item, vtrum eos vel aliquem eorum sanctos reputauerit & dixerit, & eis venerationes velut sanctis exhibuerit.

Item, vtrum credat, teneat & asserat, quod quodlibet concilium generale, & etiam Constantiense, vniuersalem Ecclesiam repræsentet.

Item, vtrum credat, quod illud quod sacrum concilium Constantiense, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, approbavit & approbat in fauorem fidei, & ad salutem animarum, quod hoc est ab vniuersis Christi fidelibus approbandum & tenendum. Et quod condemnauit & condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato, credendum & asserendum.

Item, vtrum credat quod condemnationes Ioannis Vicleff, Ioannis Hufz, & Hieronymi de Praga, factæ de personis eorum, libris & documentis per sacrum generale Constantiense concilium, fuerint iure & iuste factæ, & à quolibet catholico pro talibus tenendæ & firmiter asserendæ.

Item, vtrum credat, teneat, asserat Ioannem Vicleff de Anglia, Ioannem Hufz de Bohemia, & Hieronymum de Praga, fuisse hæreticos & pro hæreticis nominandos ac deputandos, & libros & doctrinas eorum fuisse & esse peruersos, propter quos & quas & eorum pertinacias, per sacrum concilium Constantiense pro hæreticis sunt condemnati.

Item, vtrum habeat in sua potestate aliquos tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcunque alia scripta in quocunque idiomate per Ioannem Vicleff, Ioannem Hufz, & Hieronymum hæreticos, seu eorum pseudo discipulos & sequaces editos vel translatos, edita vel translata, quod illos vel illa ordinario loci vel eius commissario seu Inquisitori sub iuramento præsentet.

Quod si apud se scripta huiusmodi se habere non cognouerit, sed alibi, quod iuret illa circa suum ordinarium vel alios supradictos infra certum terminum sibi præfigendum deponere.

Item, vtrum sciat aliquem vel aliquos habentes præfatorum tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcunque alia scripta in quocunque idiomate composita siue translata, quod illum vel illos detegat vel manifestet, pro purificatione fidei siue executione iustitiæ.

Item specialiter litatus interrogetur, vtrum credat sententiam sacri Constantiense concilij super quadraginta quinque Ioannis Vicleff, & Ioannis Hufz triginta articulis superius descriptis, latam, fore veram & catholicam, scilicet, quod supradicti quadraginta quinque articuli Ioannis Vicleff, & Ioannis Hufz triginta, non sunt catholici, sed quidam ex eis sunt notorie hæretici, quidam erronei, alij temerarij, & seditiosi, alij piarum aurium offensiu.

Item, vtrum credat & asserat, quod in nullo casu sit licitum iurare.

Item, vtrum credat, quod ad mandatū iudicis iuramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunum, etiam pro purificatione infamie faciendum, sit licitum.

Item, vtrum credat, quod periurium scienter commissum, ex quacunque causa vel occasione, pro conseruatione vite corporalis propriæ vel alterius, etiam in fauorem fidei, sit mortale peccatum.

Item, vtrum credat, quod deliberato animo contemnens ritum Ecclesiæ, caeremonias exorcismi, & catechismi aque baptismatis consecratæ, peccet mortaliter.

Item, vtrum credat, quod post consecrationem Sacerdotis in Sacramento altaris sub velamento panis & vini, non sit panis materialis & vinum materiale, sed idem per omnia Christus, qui fuit in cruce passus, & seder ad dexteram Patris.

Item, vtrum credat & asserat, quod facta consecratione per Sacerdotem, sub sola specie panis tantum, & præter speciem vini, sit vera caro Christi, & sanguis & anima & deitas & totus Christus, ac idem corpus absolute & sub vna qualibet illarum specierum singulariter.

Item,

A Item, vtrum credat, quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum, ab Ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum concilium Constantiæ approbata, sit seruanda sic, quod non liceat eam reprobare, aut sine Ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Et quod dicentes pertinaciter oppositum præmissorum, tamquam hæretici vel sapientes hæresim, sint arcendi & puniendi.

Item, vtrum credat, quod Christianus contemnens susceptionem Sacramentorum Confirmationis vel Extremæ Vnctionis, aut solemnizationis Matrimonij, peccet mortaliter.

Item, vtrum credat, quod Christianus vltra contritionem cordis, habita copia sacerdotis idonei, soli Sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, & non laico seu laicis quantumcumque bonis & deuotis.

Item, vtrum credat, quod Sacerdos in casibus sibi præmissis, possit peccatorem confessum & contritum à peccatis absolueri, & sibi penitentiam iniungere.

Item, vtrum credat, quod malus Sacerdos cum debita materia & forma & cum intentione facienti quod facit Ecclesia, vere conficiat, vere absoluat, vere baptizet, & vere conferat alia Sacramenta.

B di Item, vtrum credat, quod beatus Petrus fuerit vicarius Christi, habens potestatem ligandi & soluendi super terram.

Item, vtrum credat, quod Papa canonicè electus, qui tempore fuerit eius nomine proprio expresso, sit successor beati Petri habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei.

Item, vtrum credat auctoritatem iurisdictionis Papæ, archiepiscopi, & episcopi in soluendo & ligando, esse maiorem auctoritate simplicis Sacerdotis, etiam si curam animarum habeat.

Item, vtrum credat, quod Papa omnibus Christianis vere contritis & confessis, ex causa pia & iusta possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus, & ipsis manus suas porrigentibus adiutrices. Et vtrum credat, quod ex tali concessione visitantes Ecclesias ipsas & manus adiutrices eis porrigentes, huiusmodi indulgentias consequi possint.

Item, vtrum credat, quod singuli episcopi suis subditis secundum limitationem sacrorum canonum, huiusmodi indulgentias concedere possint.

C Item, vtrum credat & asserat, licitè esse, Sanctorum reliquias & imagines à Christi fidelibus venerari. Item, vtrum credat, quod Papa vel alius prælatus proprijs nominibus Papæ pro tempore expressis, vel ipsorum vicarij, possint suum subditum Ecclesiasticum siue sæcularem propter innobedientiam siue contumaciam excommunicare, ita quod talis pro excommunicato sit habendus.

Item, vtrum credat, quod inobedientia siue contumacia excommunicatorum crescente, prælati vel eorum vicarij in spiritualibus habeant potestatem aggrauandi & reaggrauandi, interdictum ponendi & brachium sæculare iuuocandi, & quod illis censuris per inferiores sit obediendum.

Item, vtrum credat, quod Papa vel alij prælati & eorum vicarij in spiritualibus, habeant potestatem Sacerdotes & laicos inobedientes & contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu Ecclesiæ & administratione Ecclesiasticorum Sacramentorum suspendendi.

Item, vtrum credat, quod liceat personis Ecclesiasticis absque peccato, huius mundi habere possessiones & bona temporalia.

D Item, vtrum credat, quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat, immo quod sic auferentes, tollentes & inuadentes bona ipsa Ecclesiastica, sint tamquam sacrilegi puniendi, etiam si male viuerent personæ Ecclesiasticæ bona huiusmodi possidentes.

Item, vtrum credat, quod huiusmodi ablatio & inuasio cuiusque Sacerdoti, etiam male uiuenti, temere vel violenter facta vel illata, inducant sacrilegium.

Item, vtrum credat, quod liceat laicis vtriusque sexus, vniuersis mulieribus, libere prædicare verbum Dei.

Item, vtrum credat, quod singulis Sacerdotibus libere liceat prædicare verbum Dei, vbicunque quandoocunque, & quibuscunque placuerit, etiam si non sint missi.

Item, vtrum credat, quod omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta, sint publice corrigenda & extirpanda.

E Volumus insuper ac statimus & decernimus, quod si quis per secretam informationem per vos recipiendam, vel alijs repertus fuerit infamatus seu suspectus de quacunque specie hæresis pestiferæ sectæ vel doctrinæ pestilentium Ioannis Vicleff, Ioannis Hufz & Hieronymi de Praga, hæreticarum prædictorum, aut de fouendo, receptando, defendendo præfatos damnatos homines, dum viuerent in humanis, vel ipsorum perfidos sequaces & pseudo discipulos, aut ipsorum erroribus credendo, pro ipsis defunctis vel aliquo ipsorum post obitum orando, vel inter catholicos nominando & defendendo, vel ipsos vt sanctos colendo, prædicando, vel adorando, vel alijs circa eos suspecte agendo, citetur per vos seu alterū vestrum, personaliter coram vobis seu altero vestrum compariturus, semotis procuratore, & aduocato, responsurus medio iuramento per ipsum sic (vt prædictum est) corporaliter præstato de plena & mera veritate dicenda super prædictis articulis seu eorum singulis vel alijs opportunis, secundum exigentiam casus & occurrentium circumstantiarum ad arbitrium vestrum, & prout vobis seu alteri vestrum videbitur expedire, vel alijs contra eosdem ipsorum singulos, (prout præsentibus exprimitur) vel alijs canonice procedatis.

Suspectus de hæresi aut de infamatus citetur personaliter de fide responsurus.

Concilium Constantiense ca. 4

Nec-

Necnon præsentis litteras exclusis articulis & interrogatorijs superius positis atque obmissis, in ciuitatibus, diocesis, terris & locis alijs, vbi tute fieri poterit auctoritate nostra solemniter publicis & publicari faciatis omnes & singulos hæreticos huiusmodi, necnon sectatores ipsorum hæresum & errorum vtriusque sexus, tenentes & etiã defendentes eosdem, aut hæreticis ipsis quomodolibet publice vel occulte in diuinis vel alijs participantibus, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali, regali, reginali, ducali aut alia quauis ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate; necnō aduocatos & procuratores quoslibet, qui hæreticos huiusmodi aut eorum credentes, sequaces, fautores, defensores & receptatores super crimine hæresis aut credulitatis, sequelæ, fautoris, defensionis & receptationis huiusmodi defenderint, excommunicatos singulis diebus Dominicis & festiuis in præsentia populi nunciatis, & per alios nunciari faciatis. Et nihilominus contra eosdem omnes & singulos vtriusque sexus, huiusmodi errores tenentes, approbantes, defendentes, dogmatizantes, ac fautores, & receptatores & defensores eorundem, exemptos & non exemptos, & quemlibet ipsorum, cuiuscunque dignitatis, status, præminentis, gradus, ordinis vel conditionis (vt præfertur) existant, auctoritate nostra diligenter inquirere studeatis, & eos quos per Inquisitionem huiusmodi diffamatos, vel per confessionem eorum seu per facti euidentiam, vel alijs huiusmodi hæresis & erroris labes resperfos reperieritis, auctoritate prædicta etiam per excommunicationis, suspensionis & interdictionis, necnon priuationis dignitatum, personarum & officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum ac feudorum; quæ à quibuscunque ecclesijs, monasterijs ac alijs locis Ecclesiasticis obtinent, ac etiam bonorum, dignitatum secularium, ac graduum scientiarum quarumcunque facultatum, & per alias pœnas, sententias, & censuras Ecclesiasticas ac vias & modos, quos ad hoc expedire seu opportunos esse videritis, etiam per captiones & incarcerationes personarum, & alias pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur seu puniri iubentur, aut solent iuxta canonicas sanctiones. Similiter & clericos ipsos & Ecclesiasticas, vique ad degradationem inclusiue, si eorum culpa ac pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & puniatis, ac diligenter corrigi & puniri faciatis; necnon contra eosdem, ipsorum, laicorumque bona secundum canonicas sanctiones & legales, contra hæreticos & eorum sequaces editas, quibus eosdem sectatores siue sequaces subiacere decernimus, animose confurgatis iuxta modum & formam suprãdictos. Et qui de præmissis hæresibus vel articulis vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum se purgare teneantur. Alij vero qui per testes seu propriam confessionem vel alias legitimas probationes conuicti fuerint de prædictis hæresibus vel articulis vel aliquo præmissorum, eosdem articulos & errores solemniter & publice reuocare, abiurare, penitentiam condignam, etiam ad immurationem (si delictum exegerit) subire cogantur; necnon quod errores & hæreses huiusmodi cuiuscunque generis vel speciei cenleantur, de cetero verbo, nutu vel facto non fouebunt, seu alios ad credendum illis verbo vel facto, publice vel occulte, directe vel indirecte, aut alio quouis modo inducent, sufficientem & idoneam cautionem præstare teneantur. Quod si fortã eosdem articulos solemniter & publice reuocare & abiurare, & penitentiam condignam, etiam ad immurationem perpetuam vel temporalem iuxta vestre discretionis arbitrium sine dilatione subire, ac sufficientem cautionem quod errores & hæreses ipsas de cetero nō tenebunt, nec fouebunt, nec alios ad credendum vel verbo vel facto, publice & occulte, directe, vel indirecte, vel quouis quæsito colore inducant, præstare, seu aliquid præmissorum facere voluerint, extunc contra ipsos iuxta qualitatem errorum ac delictorum suorum (etiam si expediat) tamquam contra hæreticos aut hæretica labes resperfos, auctoritate nostra iuxta canonicas & legales sanctiones summarie & simpliciter ac de plano sine strepitu & figura iudicij, & etiam ex officio, appellatione seu appellationibus quibuscunque cessantibus, procedatis, ac ipsos iuxta easdem canonicas traditiones puniatis, etiam si opus fuerit curiæ seculari relinquendo. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio eiusdem brachij secularis, non obstantibus tam felicitis recordationis Bonifacij Papæ octauis prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra ciuitatem & diocesim suam, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam diatam, à sine suæ diocesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à Sede Apostolica deputati, extra ciuitatem & diocesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alij vel alijs vices suas committere, aut aliquos vltra vnam diatam à sine diocesim eorundem trahere præsumant, & de duabus diatris in concilio generali; quàm alijs quibuscunque constitutionibus Romanorum Pontificum, tam à iudicibus delegatis, quàm personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ possint in hac parte vestre iurisdictioni aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu vltra vel extra loca ad iudicium euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad verbum de indulto huiusmodi & eorum personis, locis & ordinibus & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam, vestre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda firmiter specialis. Datum Constantiæ octauo Calend. Martij, Pontificatus nostri Anno primo.

Hæretici & eorum complices diligenter inquirendi & coercendi iuxta canonicas sanctiones.

Conuicti de hoc crimine publice abiurent, & qualis ab iurisdictionis forma.

¶c Vt officid. 5. compescendi. de hæret. libr. 6. Rymc. 3. part. q. 74.

Confirmat extravagantem Innocentij iij. incipientem. Ad extirpanda. de prædicando verbo Dei. recipiendis cruce signatis, concedendis indulgentijs, & procedendo contra impediens sacrum Inquisitionis officium.



CALISTVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs vniuersis fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in prouincia Lombardiæ constitutis, præsentibus & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edicta anno Domini 1458.

Ex Directorio Sabellano fol. 404.

IN VNCTVM nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, digne tunc peragere non ambigimus, si Romanorum gesta Pontificum prædecessorum nostrorum, quæ pro expungatione letifera pestis hæreticæ prauitatis, prouide emanasse

comperimus recententes, innoquantisque illa pro ipsius hæresis extirpatione & fidei Apostolicæ augmento etiam nostro iuuamine roboramus. Dudum siquidem a felicitis recordationis Innocentio Papa quarto prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentiæ.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis præsentibus & futuris in prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem. Malitia huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardiæ peruersorum morum peperit corruptelam: ex quibus letifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad expurgationem t̄ pestis eiusdem iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi operarios iniquitatis, qui massam catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles vt consurgant stentque nobiscum pro Euangelicis, quas professi sunt legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hæreticos, vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, contra hæreticos eosdem, eorumque fautores proponere populis publice verbum crucis: & eos qui tacti zelo fidei ad extirpandam prauitatem eandem votum assumpserint, crucis caractere consignare. Vt autem vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ad hoc votum assumpserint, copiosa mercedis præmii afferatur; vobis & eiusdem fidelibus, illam indulgentiam, illudque priuilegium elargimur, quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium in generali concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi verbum Crucis per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerunt, quadraginta, vel viginti dies, de iniunctis penitentijs, libera sit vobis & singulis vestrum, de nostra concessione facultas. Et si forte (quod non credimus) aliqua ciuitas, vel communitas, vel persona, cuiuscunque conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire: vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodem: immo si quicunque requisiti, illud fouere neglexerint, & iuxta officium & posse suum studiose

Extirpationem

iuuare: contra eos tanquam defensores & fautores hæreticorum, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos prout audacia exegerit, Reges & Principes Christianos, necnon Crucesignatos pro terræ sanctæ succursu curabimus inuocare: cum non minus expediat, immo magis, fidem in locis prope positis, quàm procul distantibus defendere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum mandati & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Anagninæ Idibus Iulij, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Anno Domini 1255.

Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, de viribus litterarum earundem ab aliquibus hæsitetur: Nos ad extirpationem huiusmodi virus insanabilis totis viribus intendentes, litteras præinsertas auctoritate Apostolica, tenore præsentium innouamus, approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inuocationis, approbationis, confirmationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo qui quagesimo octauo, septimo Idus Iulij. Pontificatus nostri Anno quarto.

Retractatio omni per ipsum Pium secundum adhuc in minoribus agentem, pro Concilio Basileen. & contra Eugenium quartum eiusdem Pij prædecessorem, scriptorum.

Edita anno Domini. 1463.

Ex quarto concilio generali. tomo. Page. 503. ex collectione editione an. 1567.

Luc. 18. 13.

Gal. 144.

Pertinacia hæreticorum vnde quandoque significatur.

Gal. 24.

Viciorum sanctorum sumos emendat erroris in pertinacia defendere.

Quem nunc dist.

Rom. 12. 1. In apibus. 9. 1.

IVS Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Rectori, & Vniuersitati scholæ Colonienfis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

IN minoribus agentes, nondum factis ordinibus initiati, cum Basileæ inter eos versaremur, qui se generale Concilium facere, & vniuersalem Ecclesiam repræsentare aiebant, dialogorum quendam libellum ad vos scripsimus, in quo de auctoritate concilij generalis, ac de gestis Basileensium, & Eugenij Papæ contradictione, ea

probauimus, uel damnauimus, quæ probanda vel dampnanda censuimus: quantum capiebamus, tantum defendimus, aut oppugnauimus: nihil mentiti sumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus; existimauimus bene agere, & recta incedere via: nec mentis nostræ aliud erat obiectum, quàm publica vtilitas, & amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientem inquit philosophi nunquam errare, verum est. At quis sapiens nisi bonus? quis bonus, nisi solus Deus? Omnes declinauerunt, simul inuites facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, inquit propheta regius: Declinauimus & nos ab vtero matris, errauimus in inuio, & non in via: ambulauimus in tenebris, & procul à vera luce recessimus: nec nobis tantum errauimus, alios quoque in præcipitium traximus: & cæcis ducatum præbentes cæci, cum illis in foueam recidimus. forsitan & aliquos ex vobis scripta nostra decipere, & in deuia deduxerunt: quorum sanguinem si de manibus nostris requisierit Dominus, non habemus quod respondere possimus, nisi nos, vt homines, peccauisse: qui arbitrantur rectum iter ostendere, obliquum monstrauimus. In misericordia tantum Dei spes nostra sita est, quæ super omnia opera eius elucet. Sed haudquaquam satis fuerit diuinam misericordiam implorare, & dicere: Parce Domine, parce peccatis nostris, nisi pro viribus vulnera, quæ infligimus, veritate curare annitmur: & sicut est in fabulis, Sagitta quæ vulnerauit, afferat opem: siue vt canit Ecclesia, Medelam inde ferat, hostis vnde læserat. Mortem quidam prius sibi conficiuerunt, quàm videri velint aliquando male sensisse: & nonnulli ne vel ad horam videantur errasse, semper errant; & dum vel minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum abijciunt, & perpetua notantur infamia, & in pessimas prolabantur hæreses: qui ne appareant inconstantem, pertinaces efficiuntur. superbissimi hoc agunt, qui videri dij, non homines volunt, quales Constantiæ combusti sunt nostra ætate in magno conuentu, Hieronymus & Ioannes hæresiacæ. Nos homines sumus, & vt homines errauimus: neque imus inficias, multa, quæ diximus, scripsimus, egimus, damnaui posse: verum non vt Arius, Eutyches, Macedonius, aut Nestorius, & alia blasphemorum turba, ex animo damnatam viam elegimus, seducti peccauimus, vt Paulus; & ignoranter persecuti fuimus Ecclesiam Dei, & Romanam, primamque sedem. Propter quod prostrati ante oculos diuinæ pietatis, supplices oramus: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias ne memineris, &c. Pudet erroris, penitet male fecisse, & male dictorum scriptorum, que vehementer amittet, plus scripto quàm facto nocuimus: sed quid agamus? scriptum & semel enisillum volat irremediabile verbum. Non sunt in potestate nostra scripta, quæ multas inciderunt in manus, & vulgo leguntur vniuersam latuissent, quæ sunt edita. nam si futuro in seculo manserint, & aut in malignas mentes inciderint, aut incautas, fortasse scandalum parient. Qui hæc scripsit, inquit, in beati tandem Petri cathedra sedit, & Christi saluatoris Vicariatum gessit: ita scripsit Aeneas, qui postea summum Pontificatum adeptus, Pius ij. appellatus est, nec inuenitur mutasse propositum. qui eum elegerunt, & in summo Apostolatus vertice collocarunt, ab ijs scripta eius approbata videntur. Verendum est, ne talia nostris aliquando successoribus obijciantur: & quæ fuerunt Aeneæ, dicantur Pij; atque ab ea sede auctoritatem vendicent, aduersus quam ignoranter latrauerunt. Cogimur igitur, dilecti filij, beatum Augustinum imitari, qui cum aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractationes edidit. Humilis & probatissimi vir ingenij, qui suas ineptias verecunde confitori ac corrigere, quàm impudenter defendere maluit. Idem & nos faciemus: confitebimur ingenuè ignorantias nostras, ne per ea quæ scripsimus iuuenes, error irrepant, qui possit in futurum Apostolicam sanctam sedem oppugnare. Nam si quem decuit vnquam Romani primiq. throni eminentiam & gloriam defendere ac extollere; nos illi sumus, quos sine vllis meritis pius & misericors Deus, sola dispensatione sua, ad beati Petri solium & dilectissimi filij sui Domini nostri Iesu Christi vicariatum euocauit. Quibus ex rebus dilectiones vestras hortamur, & in Domino commonemus, ne prioribus illis scriptis inhæreatis, aut fidem vllam præstetis, quæ supremam Apostolicæ Sedis auctoritatem quouis pacto elidunt, aut aliquid astruunt, quod sacrosancta Romana non amplectitur Ecclesia. Suadete omnibus, vt id solium præ ceteris venerentur, in quo saluator Dominus suos vicarios collocauit: & quod beati Apostoli Petrus & Paulus suo sanguine dicauerunt. nec putetis diuinam providentiam, quæ cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quæ creauit, inordinatam reliquisse militanti Ecclesiam: quæ cum sit sponsa Christi, profecto à Deo est, & ordinem habet, dicente Apostolo, Quæ sunt, à Deo ordinata esse. Requirit autem ordo, vt inferiora à superioribus gubernentur, & ad vnum, tandem perueniant;

A

B

C

D

E

niatur, tanquam principem & moderatorem eundorum, quæ infra se sunt: Sicut græues vnâ sequuntur, & in apibus vnus est rex: ita & in Ecclesia militanti, quæ instar triumphantis habet, vnus est omnium moderator & arbiter, Iesu Christi vicarius: à quo tanquam capite, omnis in subiecta membra potestas & auctoritas deriuatur, quæ à Christo Domino Deo nostro sine medio in ipsum influit, nec profecto in alium, tanquam sui exercitus ducem, supremam auctoritatem Christus principaliter deriuasset, quàm in suum vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commissam nouimus Domini gregis curam: nec duos pluresue Petros Euangelistæ commemorant, nec duos, aut plures instituit Dominus, qui suum locum tanquam capita tenerent æqualia: sed vnum constituit, vt verticem, ac ducem, & pastorem vniuersi gregis, Simonem Petrum, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunq. ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo: & quodcunq. solueris super terram, erit solutum & in cælo. Et, Pasce oues meas, Quæ nulli alteri seorsum dicta leguntur, nisi Petro, vt in Petro vnitas, & summa contineretur auctoritas: nec aliis à petra dictus est Petrus, nisi Simon, vt intelligeremus vnicum esse veræ & solidæ petre, id est, Christi, (vt Paulus exponit) locum tenentem Simonem Petrum, qui solus pro Domino in petulo constituto exemit gladium. Petrus igitur, & successores eius Romani Pontifices, primatum in Ecclesia tenuerunt, & nos hodie, quamuis indigni, sola Domino voluntate digni, tenemus, & quicunque Romanæ secundum canonicas sanctiones præficitur Ecclesiæ, quamprimum electus est in sacro collegio, supremam à Deo potestatem sine medio consequitur, & per ordinem in omnem diffundit Ecclesiam, cuius peccata diuino iudicio puniendi relinquuntur. Si quid aduersus hanc doctrinam inuenieris aut in dialogis, aut in Epistolis nostris, quæ plures à nobis sunt editæ, aut in alijs opusculis nostris (multa enim scripsimus adhuc iuuenes) respicite, atq. contemnite, sequimini quæ nunc dicimus, & seni magis quam iuueni credite; nec priuatum hominem pluris facite, quàm Pontificem. Aeneam reijcite, Pium recipite. illud gentile nomen parentes indidere nascenti: hoc Christianum in Apostolatu suscepimus. Dicent fortasse aliqui, cum Pontificatu hanc nobis opinionem aduenisse, & cum dignitate mutatam esse sententiam. Haud ita est, longe aliter actum. Audite filij conuersationem nostram: breuius narratio erit, quæ vobis, quantum ad rem attinet, veritatem aperiet, & obiectioni faciet satis. Anno salutis primo & trigentesimo quadringentesimo cum Dominico Capranica, quem Martinus v. in secreto consistorio Cardinalem creauerat, Eugenius iij. spreuerat, Basileam petiimus, ibique concilium inchoatum inuenimus, verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire, asserentes iam inceptum concilium sine consensu patrum, qui conuenissent, haud quamquam potuisse dissolui. Iulianus adierat S. Angeli Cardinalis, natione Romanus, moribus & doctrina conspicuus. Is cum ceteris præstaret, audita Eugenio reuocatione, præsidium dimisit, tanquam summo Pont. vellet obedire: sed cum auferretur in dies, Eugenio vel inuito, concilium, & multi ex diuersis regionibus Episcopi, & Regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Rom. Cur. profugi in dies nonnulli concurrerent, præfidentiam resumpsit: & auctoritatem concilij mirum in modum extollens, eminentiam primæ sedis suppressere cepit. Venientes Eugenio legatos, & potestatem Romanorum præfulum magnificantes, apparenter cõfuraui: & cum esset facundissimus, facile persuasit auditoribus quæ cupiebat. Cardinales ex vrbe profecti, Eugenio insens, vitæ eius moreq. carpebant: adducebant in horas cateruati noui cruciales, qui (vt est omnis multitudo maledica, & inimica principi) Eugenio nomē modis omnibus lacerabant. Nos, qui ex patria iuuenes, nõ ex vrbe illuc migraueramus, & noua tum primū auis ex Senensium gymnasio euolaueramus, rudes & inexperti, vera esse arbitramur quæcunq. dicebantur. nec putabamus mentiri alios, qui nesciremus ipsi mentiri; atq. vt est innatum homini terra & horrenda crimina odio habebamus. nec Eugenium diligere poteramus, quem tot tantique testes indignum Pontificio dicerent, Aderant legati Parisiensis scholæ, cuius est fama percelebris: affuerunt & aliquando vestri & aliorum studiorum Germanicæ nationis oratores; & vno cuncti ore concilij generalis auctoritatem ad cælum efferebant. De potestate Rom. Pontificis pauci erant qui loqui præsumerent: omnes, qui publice loquebantur, prurientes auribus, multitudini applaudebant. Accessit & ipsius Eugenio consensus, qui dissolutionem concilij à se factam reuocauit, & progressum eius approbauit, cum reconciliata synodus Eugenio videretur, & pax Ecclesiæ data. Præterita enim omnia per suas litteras concilij patres Eugenio sese remissuros, & pedes eius tanquam beati Petri exosculaturos promiserant, si reuocata dissolutione, concilio cursum permitteret, atq. illi cohæret. Nouæ intercessere discordiæ, tū alijs de rebus, tū potissime super translatione concilij Græcorum causa in alium locum. Eugenius in Italia, non sine ratione, concilium petebat; popularitas synodalis transire montes horrebat, & in Auinione, aut in Sabaudia locum desiderabat. Adierunt per id temporis duo viri ex Italia Basileense concilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus, & Ludouicus Pontanus Apostolicæ sedis notarius, Alfonsi Magni regis oratores, qui, velut duo orbis sidera, ceu Pontificij iuris, & totius ciuilibus sapientiæ, duo præcipua lumina & clarissima censebantur. Hi dictis scriptis que concilij gesta probabant, Eugenio facta damnabant: nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refellere. Quid ageremus? au dire potuimus, non dicere? Rude nimis ingenium est, quod per singulos dies audita & inculcata non capit. Quales magistri sunt, tales discipuli euadere solent. Paucos inuenias Aristoteles, qui Platonica norint destruere dogmata. Non est discipulus supra magistrum, inquit Dominus: nec nos magistrum potuimus superare. Iulianus nobis, & Nicolaus, & Ludouicus, & alij com-

Matth. 16.

Ioan. 21.

1. Cor. 10.

Romani Pontificis potestas à Deo est.

Luc. 6.

alij complures fuere magistri: schola, Basileensis conuentus, in quo raro aliquis Eugēnij causam defendit. Aduersus concilij dignitatem mutire aliquid, eximen hæresis fuit. Vna omnium vox concilium Eugēnij præferebat. De sedis Apostolicæ præcellentia aut silentium; aut contemptus: Concilium concilium cuncta sonabant. Didicimus ergo quæ audiuius, & post aliquot annos, existimantes nos aliquid esse diximus (vt est apud Sartyricum:) *Semper ego auditor tantum? nunquam reponam?* Puduit semper discipulum agere; subtraximus ferulæ manum; cœpimus loqui, & magistri personam induimus. Scripsimus epistolas & episcula; hoc omnibus passim datur: docti & indocti scribunt: & quæ scripsit ipse, nemo contemnit, nisi editionis feruorem tempus extinxerit: nobis placebant scripta nostra, more poetarum, qui poemata sua tamquam filios amant. Nec Basileæ quenquam inueniebamus qui ea damna: probant enim similia similes: applaudebamus nobis ipsis; & in editionibus nostris gloriabamur, & quamquam postea Eugēnius concilium in Italiam transtulerit, & cum Græcis Ferrariæ, ac demum Florentiæ conuenerit: quamquam Iulianus sancti Angeli & Ioannes sancti Petri Cardinales, quibus plurimum credebamus, ad Eugēnij defecissent: quamquam paucissimi in fide Basileensi remansissent; nolimus tamen credere, existimantes cunctos, qui abibant, metu recedere, ne bona temporalia perderent. & cum nihil haberemus, quod nobis auferri posset, perseverandum putauimus; ne partem, quæ uerior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animæ faceremus. Mansimus igitur Basileæ, quoad Eugēnio (vt credidimus) iusto iudicio depositus, Amadeus Sabaudienfis suffectus est, & Felix v. appellatus: quem non ut idolum (quod erat) sed tamquam uerum Christi vicarium, uenerati fuimus, nihil ad hæc sinistri putantes intercessisse. At cū Fridericus Romanorum rex, a qui grani coronatus, domum repetens, Basilea transitum fecisset; rogatusque Felicem illic præsentem accedere; nullo pacto persuaderi potuisset, ut honorem ei, tamquā Rom. Pontifici, exhiberet, aut publice cū eo uerba misceret: tum primū considerauimus possibile esse; quod partem erroneam sequeremur, quando Rex, imperator Romanorum futurus, in tanto negotio dubius esset, & ad Eugēnium inclinaret magis. Multum & sæpe inter nos ipsos cogitauimus, quis esset modus inueniendi uerum, nunquam enim uolentes errauimus. Rogati in familiam Friderici transire, non reuimus. erat tunc ille cum tota fere Germania neutralis. Concilium Basileæ dicebant esset Germani, & idolum eius respuebant, Eugēnium Christi vicarium appellabant, & concilium, ab eo celebratum recusabant, nec Eugēnio, nec Basileensibus plene obediabant. Placuit ad neutrales transire, ut uerum apud eos liberius audiremus, & si recedendum esset ab vno extremorum, per aliquod medium transiremus ad alterum, & eorum iudicium spectaremus, qui non essent affecti causæ. Mansimus in aula Friderici pluribus annis, illic varias audiuius opiniones. Neutralitate idcirco Teutones induerant, ut concordia facilius inueniretur, non ex consilio Solonis, qui tumultuante ciuitate extorrem fecit cum, qui sine parte remansit. Multa inter neutrales didicimus, quæ nos antea latebant: Eugēnium falsò de multis accusatū inuenimus: Cardinales, qui Basileam uenerant, ob priuatas inimicitias bono & sancto viro notam inurere uoluisse: qui tamen cūcti postea ad eum redierunt, & ueniam errati petierunt. Forte per id tempus Iulianus sancti Angeli Cardinalis, cuius supra meminimus, ex Vngaria, quæ sibi decreta contra Turcas fuerat prouincia, Flauianum uenit, (quæ hodie Vienna dicitur) præcipuum Austriæ columen: sæpe cum eo sermonem pro ueteri consuetudine miscuimus, sæpe de rebus Basileensibus disputauius. tuebamur antiquam sententiam: ille nouam defendebat. extollebamus generalis concilij auctoritatem: ille Apostolicæ sedis potestatem magnopere collaudabat. dicebamus concilium Basileense iure perseuerasse, quamuis Eugēnius præfidentes reuocasset, & hoc eius factum accusabamus: ille dissolutum seu translatum rite concilium affirmabat, & Basileensium opera multis modis detestabatur, Basileæ que non synodum ecclesiæ, sed Sathanæ, & ministrorum eius synagogam remansisse dicebat. Diutina fuit inter nos concertatio, uerum modesta & charitate plena: ad extremum cum suis scriptis, dictisque Cardinalem uinceremus, præmeremusque uehementer, subridens ille; Tu, inquit, Aenea tabellis obli gnatis agis mecum: & quoniam aliquando sensimus ut dicis, idcirco & hodie idem putas debere sentire, & addictos priori sententiæ censet. uerum propterea nos sumus liberi, quia mutare sententiam usque ad mortem possumus. cur enim non liceat omni tempore, relicto falso, uerum amplecti? Fateor me dixisse & scripsisse, quæ refert, uerum à uero remotum errasse: at tu, qui, ut ais, me doctore Basileensibus credere adductus es, errantem olim sectatus es, cur modo non sequeris recta monentem? Præsumpsi de meipso, dum essem Basileæ, nimis, quamuis deceptus decepi, & credens prodesse, nocui. in medio Ecclesiæ docens quæ non didici, cæcus errauit, & in tenebris ambulauit. reliqui tandem ecclesiam malignantiū, & cum impijs sedere recusauit. reuelauit Dominus oculos meos, & considerauit mirabilia de lege sua: cognoui priorem errorem, & quantum à uero procui abijissent Basileenses, plane intellexi. adij Romanam curiam, & Eugēnio, cui fuisset rebellis, submissi ceruicem: à quo misericordiam consecutus, ad unionem Græcorum nauau operam, & illis Romanæ Ecclesiæ reconciliatis, aduersus impios Turcas legationem accepi. castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me, sed humilitatum exaltauit: quia cognito in errore non perseuerauit, sed mox in uiam redij, & ex magistro factus discipulus, ex magno paruus, expurgato ueteri fermento, nouum hominem indui, & uere matris lacte nutritus, ad fontem ueri perueni, quem sancti doctores ostendunt Græci & Latini, quorum vna uox est, saluari non posse, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ non tenet unitatem, omnemque illas uirtutes mancas esse

Tuencialis.

Notæ. testimonium de Ana d eo.

¶ ite

Omnis tempore relicto falso uerum amplectendū est.

eis esse ei, qui summo Pontifici obedire recusat: quamuis in facto & cinere iacens, dies & noctes ieiunet, & orat, & in ceteris uideatur legem implere: quia melior est obedientia, quam uictima. & omnis anima potestatis sublimioribus subiecta est, & Romanum præfulem in Ecclesiæ uertice constitutum esse constat, à quo nullam ex ouibus Christi exemptam notuimus. Ego ad ouile redij, qui diu erraueram extra cœulas, & pastoris Eugēnij uocem audiui: tu si sapias, idem facies. hæserunt pastoris nostri uerba uiri: quæ sæpe ad nos reperciunt non sine charitate ardenti, & amore singulari. Interea ex diuersis regionibus homines doctissimi Casarem adierunt, quibus cū placidos de eisdem rebus miscuimus sermones semper ad uerum intenti, cuius est natura hominis auida. Multum profuit nobis Ioannes Carauialis Apostolici palatij auditor, natione Hispanus, qui, Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac legatione successit: quocum sæpe de concilio Basileensium amice disputauius. Ne modo ceteris ad Imperatorem uenit, quem de his rebus in colloquium non adducetemus. Cumque Cæsar ad unionem Ecclesiæ procurandam in Nurbirga suæ nationis conuentum instituisset, decreuissetque summum Pontificem adhortari, ut Constantiæ nouum Concilium indiceret, legatum quem mitteret, ac Basileenses pariter induceret, ut eo se transferrent, ut pax Ecclesiæ redderetur: primi Basileenses recusauere. Quod audiens Thomas Asselbachius ex Germanis insignis Theologus, Nuncius inquisicio Basileenses spiritum sanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatoris legem effugiunt, idem multi alij dixerunt doctissimi, & opinione sanctitatis illustres. Quibus consideratis, caligo tandem ab oculis nostris cecidit, quæ uelut aranearum tela, uerum cernere impediabat. Recognouimus errorem nostrum, uenimus Romam, Basileæ dogma reiecimus, Eugēnio Pontifici maximo caput submissimus, & reconciliati Ecclesiæ Romanæ doctrinam eius inuimus, & illud Hieronymi diximus, Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudinaria, id est, cathedra Petri eorum uisione confiteor. Super illam fundatam Ecclesiam scio: quicumque extra hanc domum aguerit, dominicum comedet, profanus est: si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuiio. Brachiusque adhuc pene laici, quando ad Eugēnij obedientiam rediuius. Ex Basileæ clericali tantū eharacter insigniti recessimus, nec unquam sacros inuimus ordines, nisi post ueritatem cognitam. Basileæ caritate relicta. In Austria minores ordines, ac subdiaconatum, & diaconatum recepimus: in Urbē ad presbyteratum peruenimus. Hæc est conuersatio nostra: per hos gradus è tenebris ad lucem migrariuis. ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Saracenus theologicæ sapientiæ celebratus ac acutissimus interpretis, qui postea in summo collocatus Apostolatu, Nicolai quinti nomen accepit. His auctoribus uiam Ecclesiæ catholicam, & Apostolicam esse didicimus, matrem omnium fidelium, ex qua non inuenitur salus, sponsam Christi immaculatam, in qua omnes, qui militant, sinem sibi proponunt uitam æternam. Idcirco enim in Ecclesiâ militanti laborant homines, & cum demonijs tanquam hostibus pugnant, ut pacem tandem assequantur, & cum Iesu magistro, ac legifero suo in cælesti Hierusalem triumphare, ac regnare possint. Hic finis Christiano proponitur, huc omnes Ecclesiæ militantis conatus, omnes leges, omnes regulæ tendunt. & quoniam Ecclesiâ quidem exercitus est, Deo militans, terribilis, ut castrorum acies ordinata dicitur: uni proculdubio Imperatori subiecta, ad cuius iurura cuncta referuntur. Cumque pius ac max. & opt. Deus in suo sanguine fundauerit Ecclesiam, eamque uoluerit ad finem usque sæculi perdurare: quis non dixerit in ea id regimen institutum esse, quod optimum censeretur? At uero inter genera gubernationum communis philosophorum sententia est, præstare monarchiam: & Romani, quorum totò mœuit orbe dignitas, quamuis cæcis regibus duos annos consulere elegerunt, & modo tribunos addidere, modo alios magistratus inuenere: in aduersis tamen casibus, bellisque grauioribus ad unum aliquem recurrerunt, uirtute & auctoritate præstantem, quem Dictatorem appellauerunt, cuius dictorō non liceret aduersari. & quamquam dictaturam ab initio temporaneam instituerant, in Iulio tamen & successoribus eius perpetua effecta est. Nec unquam Romana res admirabilior, aut celsior fuit, quam sub Augusto Cæsare, quando iam clausis Iani portis, totus sepe orbis, sub vnijus hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mundi Saluator monarchicum regimen ceteris prætulisse uidetur gubernationibus. Idem probat totius fere orbis consuetudo, cuius maximam partem gubernar reges, siue Christiani siue barbari, siue Barbaros. & quamuis ciuitates aliquot reperiantur, quæ cum maxime seruant, liberas sese uocitant, sine rege uiuentes; non possunt tamen effugere, quin unū præferant alijs, eique tanquam capiti pro tempore obediunt. Quid plura? cælestis aula nos admonet, quid illa pulchrius? quid ordinatius? quid maius, aut durabilius? quid melius, aut beatius? quamuis in ea & Angelorum diuersi sint ordines, & sanctorum spirituum innumerabiles chori; vnus est tamen omnium rex æternus Deus, qui condidit uniuersa, & nihil negligit eorum, quæ condidit. cuius filius unigenitus Christus Iesus cum pro nostra salute uenisset in hunc mundum, seruiliter accepta forma; Ecclesiam, de qua loquimur, in cruce patiens, suo sanguine acquisiuit, & in ea usque in diem Ascensionis corporaliter præfedit, & tanquam dux uerus & imperator, cuncta in finem suum direxit. At cū ascendisset in cælum, eum indubitanter sui gregis pastorem reliquit, cui dixerat, Pæce oues meas: & Tibi dabo clauis regni cælorum. Neque enim dixit, & non fecit, qui solus est uerax. Grex Christi, Ecclesiâ est. Pastor primus ipse Christus fuit, & pastor bonus, qui posuit animam suam pro ouibus suis. Secundus pastor Petrus exiit, ab ipso Domino institutus, atque omni potestate donatus, quæ ad benedigendum committas oues necessaria. ducitur. alioqui Christus, qui sapienter parit, est; & omnino sapienter

1. Reg. 25. Rom. 13.

† uita.

Nulli extra Ecclesiam dat. salus.

† Saracenus legit Platina.

Qualis uiri Christiani finis. Cant. 6.

Inter genera gubernationum monarchia præstantior.

1. Tim. 21. Matth. 16. Ioh. 10.

fapienter egit, Ecclesiæ suæ haud sufficienter prouidisset, quod est nefarium asserere. & quamuis plures per orbem Ecclesiæ institutæ fuerint, & plures Episcopi, id est, plures greges, & ouilia plura, & pastores plures: omnes tamen sub vno pastore, & in vno grege, atque ouili continebantur, sicut & hodie continentur: quia vnus est Christi thalamus, vna sponsa, vnum ouile, & vnus pastor, & omnium episcoporum vnus episcopus Romanus præsul, beati Petri successor, & Iesu Christi vicarius. Petrus enim in Antiochia primum sedit, deinde Romam venit. vnde cum persecucionem fugiens, velle abire, à Domino prohibitus est, & hic glorioso martyrio vitam finiuit, successore Clemente substituto, & atque ita in hanc vsque diem seruatum est, vt qui Romæ sederit antistes rite institutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus à Domino, hunc omnes Christianæ plebes, omnes populi, omnes reges, omnes clerici, omnes episcopi tanquam Iesu Christi vicarium, & beati Petri successorem, vniuersalis Ecclesiæ caput ac rectorem & ducem venerati sint. Inter quos plurimi pro Christi nomine asperrimos & perpeffi cruciatus, & morte multati, coronam martyrii susceperunt: plurimi confessores egregij vita, moribus, & doctrina fulgentes, quamuis sine sanguinis effusione, non tamen sine periculis & labore, ac voluntate parata pro conseruanda sacri Euangelij auctoritate moriendi, ad cælestem gloriam peruenere: vt Gregorij, Damasi, Leonis, Innocentij, Bonifacij, Benedicti, & alia nomina, inter quæ tertius claruit Eugenius, ex monasterio Sancti Anastasij ad summum sacerdotium euocatus, ad quem diuus Bernardus monachorum pater, non minus doctrinæ fulgore, quam vitæ sanctimoniam illustris, inter multa, huiusmodi verba conscripsit: Indagemus, inquit, adhuc diligentius quid sis, quam geras videlicet personam pro tempore in Ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, summus Pontifex, tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vñctione Christus. Tu es, cui clauis tradita, cui oues credita sunt. Sunt & alij quidam cæli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosus, quanto & differentius vtrunque præ illis nomen hæreditasti. Habent illi assignatos sibi greges singulis singulos, tibi vniuersi crediti vni sumus. Nec modo ouium, sed & pastorum, tu vnus omnium pastor. Hæc Bernardus ad Eugenium r. r. scribit, cui supremam & omnimodam in Ecclesia potestatem concedit. Quod ille de tertio testatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus alijs Romanis Pontificibus profiteamur, quia dignitatis est auctoritas. Liqueat igitur vnum in Ecclesia caput esse, & vnum principem: quia pax populi ex vno rectore dependet, & pluralitas principum discordiam parit. Christus Ecclesiæ suæ in vltimo testamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendauit. Dedit ergo & regimen pacis amicum, id est, monarchicum, sub beato Petro, & successoribus eius administrari, cuncta præcipiens clauibus illis commissis, & cura gregis demandata. Hæc nos de Romani Pontificis auctoritate, & potestate sentimus, cui & congregare generalia concilia, & dissoluerè datum est: qui etsi filius est propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur: & sicut & filiationis causa venerari debet Ecclesiã, tanquam matrem, ita & prælationis causa præfertur ei, vt pastor gregi, principes populo, rector familiæ. Cum his & generalis concilij auctoritatem, & potestatem complectimur, quemadmodum & æuo nostro Constantiæ, dum ibi tuit synodus vniuersalis, declaratum definitumque est. Veneramur enim Constantiæ concilium, & cuncta, quæ processerunt à Romanis Pontificibus nostris præcessoribus & approbata, inter quæ nullum inuenimus vnquam fuisse ratum, quod stante Romano indubitato præfule, absque ipsius auctoritate conueniret: quia non est corpus ecclesiæ sine capite, & omnis ex capite desluit in membra potestas. Hæc nostra sententia est, filij: hæc credimus, & profiteamur: hæc iam senes, & in Apostolatus apice constituti, pro veritate asserimus: si quæ vel vobis, vel alijs conscripsimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent; illa, tanquam erronea, & iuuenilis animi parum pensata iudicia, reuocamus, atque omnino respuimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum vj. Calend. Maias, anno Millelesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

instituto

acerrimos

Bernardi ad Eugenium notatu digna verba.

Joan. 14.

sicut ppter regenerationis causam præ est

prædecessoribus

SIXTVS IIII.

Dilecto filio Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Bononiensis in spiritibus generali.

Asserere, non esse hæreticum à demonibus expectare responsa, multa scandala generauit, & ideo de ea re iubetur inquiri.



LECTE fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem. VNNTIATVM est nobis, nonnullos ordinis sanctæ Mariæ de monte Carmeli fratres: tãta fuisse temeritatis, vt veriti nõ sint disputando & prædicando in nostra ciuitate Bononiensi, eiusq. comitatu asserere, nõ esse hæreticũ & à puritate fidei alienũ, damnanũ expectare responsa: ob quod aduersus ipsius fidei puritatem scãdala multa exorta videntur. Nos id indigne molestæque ferentes, & de præmissis certam notitiam non habentes

Edita anno Domini 1473. Ex Dircctorio Sabellano. fol. 424.

habentes, discretioni tuæ per præfentes committimus & mandamus, vt omni opportuna adhibita diligentia, & industria verã notitiam habere cures: an sit, qui fuerint huiusmodi assertores, & quæ scanda propterea sint exorta. Quidquid autem in præmissis inueneris in scriptis authentice redactum, ad dilectum filium Frãcisum de Toletum notarium, & Datarium nostrum domesticum, sub tuo sigillo transmittas: vt ab eo de omni re certiores facti, quid agi conueniat, auctore Domino, statuerè valeamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimo septimo Iunii, Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio. Pontificatus nostri anno secundo.

L. Griffus.

INNOCENTIUS OCTAVVS.

Tribuitur potestas Inquisitoribus procedendi contra hæresim siue sectam maleficorum.

De eodem argumento tractat alia extrauagans Alexandri Papæ VI. incipien. Cum acceperimus. & alia extrauagans Hadriani VI. incipien. Dudum. & alia Leonis, quæ suis locis in hoc bullario inferuntur: tamen si autem certis Inquisitoribus destinatur, ad omnes generaliter referendæ sunt, & vide Bartholomæum Spineum in libro de strigibus, cap. 3.



NOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. SVM MIS desiderantes affectibus, prout pastoralis sollicitudinis cura requirit, vt fides catholica nostris potissime temporibus vbique augeatur, & floreat, ac omnis hæretica prauitas de sinibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus ac etiã de nouo concedimus, per quæ huiusmodi pium desiderium nostrum votiuum fortiaur effectum, cunctisque propterea per nostrę operationis ministerium, quasi per prouidi operatoris sarculũ erroribus extirpatis, eiusdem fidei zelus & obseruantia in ipsorum corda fidelium fortius imprimatur. Sane nuper ad nostrum non sine ingenti molestia peruenit auditum, quod in nonnullis partibus Alemanniæ superioris, necnon in Maguntinens. Colonien. Treueren. Saltzumburgen. & Bremen. prouincijs, ciuitatibus, terris, locis, & diocæsi bus complures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide catholica deuiantes cum dæmonibus incubis & succubis abuti, ac suis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, alijsque nefandis superstitijs & sortilegis excessibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vvas, & arborum fructus, necnon homines mulieres, pecora, pecudes & alia diuersorum generum animalia; vineas quoque pomeria, prata, pascuas, blada, frumenta, & alia terræ legumina perire, suffocari & extingui facere, & procurare, ipsosque, homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes & animalia diris tam intrinsecis quam extrinsecis doloribus & tormentis afficere, & excruciare, ac eosdem homines ne gignere, & mulieres ne concipere, virosque in vxoribus & mulieres ne viris suis coniugales reddere valeant, impedire: nõ de præterea ipsam, quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare. Aliaque quam plurima nefanda, excessus & crimina, instigantem humano generis inimico, committere & perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensa, ac perniciosum exemplum ac scandalum plurimorum. Quodque licet dilecti filij Henrici inquit, in prædictis partibus Alemanniæ superioris, in quibus etiam prouinciæ, ciuitates, terræ, diocæses, & alia loca huiusmodi comprehensa fore censentur: necnon Iacobus Sprenger, per certas partes lineæ Rheni, ordinis Prædicatorum & Theologiæ professores, hæreticæ prauitatis Inquisitores per litteras Apostolicas deputati fuerunt, prout adhuc existunt: tamen nonnulli clerici & laici illarum partium, quærentes plura sapere quam oporteat, pro eo quod in litteris deputationis huiusmodi prouinciæ, ciuitates, diocæses, terræ, & alia loca prædicta, illarumque personæ ac excessus huiusmodi nominati & specificè expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minime contineri, & propterea præfatis Inquisitoribus in prouincijs, ciuitatibus, diocæsi bus terris, & locis prædictis, huiusmodi Inquisitionis officium exequi non licere, & ad personarum earundem super excessibus & criminibus antedictis, punitionem, incarcerationem, & correctionem admitti non debere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod in prouincijs, ciuitatibus, diocæsi bus, terris, & locis prædictis excessus, & crimina huiusmodi non sine animarum earundem euidenti iactura, & æternæ salutis dispendio remanent impunita. Nos igitur impedimenta quælibet, per quæ ipsorum Inquisitorum officij executio, quomodolibet retardari posset de medio submouero; & ne labes hæreticæ prauitatis, aliorumque excessuum huiusmodi in perniciem aliorum innocentium sua venena diffundat, opportunis remedijs prout nostro incumbit officio, prouidere volentes, fidei zelo ad hoc maxime nos impellente, ne propterea contingat, prouincijs, ciuitatibus, diocæsi bus, terris, & loca prædicta sub eisdem partibus Alemanniæ superioris debito Inquisitionis officio carere, eisdem Inquisitoribus in illis officium Inquisitionis huiusmodi exequi licere, & ad personarum earundem, super excessibus & criminibus prædictis correctionem, incarcerationem, & punitionem admitti debere, perinde in omnibus & per omnia, ac si in litteris prædictis prouinciæ, ciuitates, diocæses, terræ, & loca ac personæ, & excessus huiusmodi nominati, & specificè expressa forent.

Edita anno Domini 1484. Habent impressa in priuigio. Mallici Maleficorum Ircobi Sprengelij.

fa forent; auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus. Proque potiori cautela litteras & deputationem prædictas ad prouincias, ciuitates, dioceses, terras & loca, necnon personas, & crimina huiusmodi, extendentes, præfatis Inquisitoribus, quod ipsi & alter eorum accersito, secum dilecto filio, Ioanne Gremper Clerico Constantien. diocesis magistro in artibus eorum moderno, seu quouis alio notario publico per ipsos, & quemlibet eorum pro tempore deputando in prouincijs, ciuitatibus, diocesis, terris, & locis prædictis, & quacumque personarum cuiuscumque conditionis, & præminentie fuerint, huiusmodi Inquisitionis officium exequi, ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperierint, iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire & mulctare. Necnon in singulis prouinciarum huiusmodi parochialibus Ecclesijs, verbum Dei fidei populo quotiens expedierit, ac eis visum fuerit, proponere & prædicare, omniaque alia & singula in præmissis & circa ea necessaria & opportuna facere, & similiter exequi libere & licite valeant, plenam ac liberam, eadē auctoritate de nouo concedimus facultatem. Et nihilominus venerabili fratri nostro Episcopo Argentinensi, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipse per se vel per alium, seu alios præmissa vbi, quando, & quotiens expedire cognouerit, fueritque pro parte Inquisitorum huiusmodi, seu alterius eorum legitime requisitus, solemniter publicans, non permittat eos per quoscumque super hoc contra prædictarum & præsentium litterarum tenorem, quauis auctoritate molestari, seu alias quomodolibet impediri: molestatores & impediētes, & contradicētes quoslibet & rebelles cuiuscumque dignitatis, status, gradus, præminentie, nobilitatis, & excellentie aut conditionis fuerint, & quocumque exemptionis privilegio sunt muniti, per excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias etiam formidabiliores, (de quibus sibi videbitur) sententias, censuras & pœnas, omni appellatione postposita, compescendo; & etiam legitimis super his per eum seruandis processibus, sententias ipsas (quotiens opus fuerit) aggravare & reaggravare, auctoritate nostra procurer, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel diuulsi ab Apostolica sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quacumque toto tenore habenda sit in postius litteris mentio specialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, extensionis, concessio- nis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noceat incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis dominicæ 1484. Non. Decemb. Pontificatus nostri anno primo.

INNOCENTIUS PAPA OCTAVVS.

Venerabili fratri nostro Episcopo Brixienſi, & dilecto filio Inquisitori hereticæ prauitatis in partibus Lombardiæ.

Sententias ab Inquisitoribus latas contra hereticos impenitentes, seu alios brachio seculari traditos, magistratus seculares sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurrun, exequi debent, absque reuisione processuum per Inquisitores fabricatorum contra tales hereticos.

Edita anno Domini 1486.

Ex Directorio Sabellano fol. 473.

Ex Directorio Sabellano par. 13. q. 18.

VENERABILIS frater & dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem. DILECTVS filius frater Antonius de Brixia ordinis Predicatorum, in partibus Lombardiæ Inquisitor hereticæ prauitatis, yna cum venerabili fratre Episcopo Brixienſi, seu eius vicario generali, sicuti nobis nuper fecit exponi contra nonnullos vtriusque sexus hereticos (vt accepimus) quos culpabiles vt hereticos impenitentes repositos, pœna debita iuris puniendos condempnauit: ac officiales ciuitatis Brixienſis, vt iniunctam executionem adimpleret, requisit: qui officiales iustitiam ministrare, & dictas sententias exequi, (nisi prius processus per Episcopum & Inquisitorem agitari non viderent) in non paruum orthodoxæ fidei scandalum recularunt. At cum huiusmodi crimen hæresis sit mere Ecclesiasticum, & delicta nullo pacto impunita remanere debeant: tenore præsentium vobis committimus atque mandamus, vt si est ita, eisdem officialibus secularibus ciuitatis Brixienſis, sub excommunicationis pœna, & alijs censuris ecclesiasticis, præcipiatis atque mandetis: vt infra sex dies, & postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum, per vos agitatorum visione sententias per vos latas contra huiusmodi hereticos prompte exequantur appellatione remota. Quam excommunicationis pœnam ipso facto volumus, & tenore præsentium declaramus incurrisse: si quod mandat fuerit, infra dictum sex dierum spatium, cessante legitimo impedimento, cui effectus non impleuerint. Constitutionibus,

ditionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis ciuitatis Brixienſis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die trigesimo Septemb. Milleſimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Pontificatus nostri Anno tertio.

Hieronymus Balbanus.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecto filio Angelo de Verona ordinis Predicatorum sacre theologie professori in prouincia Lombardiæ, hereticæ prauitatis Inquisitori, & successoribus suis.

Soli Inquisitores hereticæ prauitatis procedere possunt contra maleficos, incantatores, & vanarum superstitionum obseruatores: eosdemq. compescit & puniunt, non obstantibus canonicis legibus contrarijs quibuscumque.

Eiusdem argumenti habetur Alia Innocentij. viij. supra inserta, & alia Hadriani vj. & alia Leonis x. infra posita: vide Bartholomæum Spineum libro de strigibus, cap. 3.



LECTE fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVM accepimus in prouincia Lombardiæ, diuersas vtriusque sexus personas, diuersis incantationibus, & diabolicis superstitionibus operam dare: suisque veneficijs, & vanis obseruationibus multa nefanda scelera procurare, homines, & iumenta, ac campos destruere, & diuersos errores inducere, magna que inde scandala exoriri: decreuimus pro pastoralis officij vobis ex alto commissi ministerio, scelera huiusmodi compescere: ac scandalis & erroribus præmissis, quantum cum Deo possumus occurrere. Ea propter tam tibi, quam etiam successoribus tuis, per Lombardiæ consuetis, de quibus in his & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus & mandamus; vt etiam soli, honesto tamen comitatu per vos eligendo associati, contra easdem vtriusque sexus personas diligenter inquiras: easque iustitia mediante puniatis, & compescatis. Et vt melius commissionem huiusmodi exequi possitis, contra illas vobis plenam & omnimodam harum serie concedimus facultatem. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non indultis & concessionibus, ordinarijs forsitan pro tempore factis, ceterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die, &c.

Ex Directorio Sabellano fol. 426.

LEO PAPA DECIMVS.

Anima rationalis immortalis asseritur, & vere ac per se & essentialiter humani corporis forma, & multiplicabilis, multiplicata, & multiplicanda singulariter pro corporum quibus infunditur multitudine. omnis asseritio veritati fidei contraria damnatur, & assertores vt heretici puniuntur, qui philosophiam prostentur, dissoluant philosophorum dogmata, quæ fidei aduersantur, & discipulis explicant catholicam veritatem. Nemo in sacris ordinibus constitutus post auditam grammaticam & dialecticam in studijs generalibus, aut alibi publice audiat philosophiam, aut poesim ultra quinque annis sine aliquo studio Theologie, aut iuris Pontificij, & cuncta hæc præcepta singulis annis Episcopi publicent, vbi generalia vigent studia.



EO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

APOSTOLICI regiminis sollicitudo nos assidue pulsat, vt medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, ijs potissimum qui instantius fideles nunc vrgere cernuntur, salutifero olei & vini medicamine ad instar Samaritani in Euangelio sollicitam operam impendamus, ne nobis illud Hieremiæ obijciatur. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Cum itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniz seminator antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores à fidelibus semper exploros in agro Domini superfeminare, & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut vnica in cunctis hominibus: & nonnulli temere philosophantes, secundum saltem Philosophiam, verum id esse assererent, contra huiusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes, animam intellectiuam mortale esse, aut vnica in cunctis hominibus, & hæc in dubium verentes, cum illa non solum vere per se, & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone felicis recordationis Clementis Papæ quinti prædecefforis nostri in generali Viennen. Concilio edito continetur, verum & immortalis, & pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata. & multiplicanda sit. Quod manifeste constat ex Euangelio, cum Dominus ait, Animæ autē occidere nō possunt, & alibi: Qui odit animam

Edita anno Domini 1513.

Ex concilio Lateranensi sub Leone x. sessio. 8. Luc. 10.

Hier. 8. Matth. 13.

† c. Fidei. in Clem. de sum. Trin. & fid. cath. Matth. 10. Ioan. 17.

F 3 animam

3. Cor. 15.

animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Et cum æterna præmia, & æterna supplicia pro merito vitæ iudicandis re promittit, aliàs incarnatio, & alia Christi mysteria nobis minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Apostolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falsam esse diffinimus, & vt aliter dogmatizare non liceat, districtius inhihemus: Omnesque huiusmodi erroris assertionibus inhærentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia vt detestabiles & abominabiles hæreticos, & infideles, Catholicam fidem labefactantes vitandos, & puniendos fore decernimus.

7. Cor. 1. c.

Insuper omnibus & singulis Philosophis in vniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publice legentibus, districtè præcipiendo mandamus, vt cum Philosophorum in principia, aut conclusiones: in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut vnitæte, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse docere, ac omnino studio, huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro vitibus excludere atque resoluerè. Et cum non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere, nisi & ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum semina, originaleque causas, vnde facile oriuntur, remouere, cum præcipue humanæ Philosophiæ studia diuturniora, quàm Deus secundum verbum Apostoli euacuauit, & stultam fecit, absque diuinæ sapientiæ condimento, & quæ sine reuelatæ veritatis lumine in errorem quandoque magis inducunt, quàm in veritatis elucidationem: ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem, hac salutari constitutione ordinamus & statuimus, ne quisquam de cetero in sacris ordinibus constitutus sæcularis vel regularis, aut aliàs ad illos a iure arctatus in studijs generalibus, vel alibi publice audiendo, philosophiæ aut poësis studijs vltra quinquennium post grammaticam & dilecticam, sine aliquo studio Theologiæ aut iuris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studijs insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum aut Theologiæ, aut sacris canonibus operam nauauerit, vt in his sanctis & vtilibus professionibus Sacerdotes Domini inueniant vnde infectas philosophiæ & poësis radices purgare & sanare valeant. Et hos canones per ordinarios locorum vbi generalia studia vigent, & rectores vniuersitatis eorumdem studiorum singulis annis in principio studij, in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, reprobationis, diffinitionis inhibitionis, decreti, ordinationis, statuti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Romæ in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertio decimo, xiiij. Calen. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno primo.

LEO PAPA DECIMVS.

Nemo in vrbe Roma libros imprimat, nisi prius vicarius Papæ, & sacri palatii Magister approbavit. neque extra urbem, nisi fuerint examinati per viros habentes peritiam libri ab Episcopo, ac Inquisitore deputatos, qui manu propria subscriptionem approbationis apponant: qui contra fecerit, libros amittat, qui comburantur, & excommunicationis sententia innodatus existat.

Edita anno Domini 1515. Ex concilio Lateranen. sub Leone. x. sess. 10.



LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

INTER sollicitudines nostris humeris incumbentes, perpetui cura retinolumus, vt errantes in viam veritatis reducere, ipsosque lucitacere Deo (iua nobis cooperante gratia) valeamus. Hoc est quod profecto desideranter exquirimus, ad id nostræ mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studiosa diligentia vigilamus. Sane licet litterarum peritia per librorum lecturam possit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros temporibus potissimum nostris, diuino fauente numine, inuenta, seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum parua impensa copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad litterarum studia percommode exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, præsertim autem Catholici, quibus sanctam Romanam Ecclesiam abundare affectamus, facile euadere possunt, qui etiam infideles sciunt & valeant sacris institutis instruere, fideliumque collegio per doctrinam Christianæ fidei salubriter aggregare: quia tamen multorum querela nostrum & Sedis Apostolicæ pulsauit auditum, quod nonnulli huius artis imprimendi magistri, in diuersis mundi partibus libros, tam Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ & Chaldææ linguarum in Latinum translatis, quàm alios Latino ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide ac perniciofa dogmata etiam religioni Christianæ contraria, ac contra famam personarum etiam dignitate fulgentium contitentes, imprimere ac publice vendere præsumunt, ex quorum lectura non solum legentes non ædificantur, sed in maximis potius, tam in fide, quàm in vita & moribus prolabantur, errores, vnde varia sæpe scandala (propterea experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, & maiora in dies exoriri formidantur.

Nos

Nos itaque ne id, quod ad DEI gloriam & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inuentum, in contrarium conuertatur, ac Christifidelium salutis detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis seminibus spinæ coalescant, vel medicinis venena intermiscantur. Volentes igitur de opportuno super his remedio prouidere, hoc sacro approbante Concilio, vt negotium impressionis librorum huiusmodi eo prosperetur felicius, quò deinceps indago solertior diligentius & cautius adhibeatur, statuimus & ordinamus; quò de cetero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, seu aliam quamcumque scripturam, tam in Vrbe nostra, quàm alijs quibusvis ciuitatibus & diocesis imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi prius in Vrbe per vicarium nostrum, & sacri palatii Magistrum, in alijs vero ciuitatibus & diocesis per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ, libris, seu scripturæ huiusmodi imprimendæ ab eodem episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis sue diocesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fiet, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia gratis & sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus præsumpserit, vltra librorum impressionis amissionem, & illorum publicam combustionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe sine spe remissionis solutionem, ac anni continui exercitij impressionis suspensionem, excommunicationis sententia innodatus existat, ac demum ingrauescentè contumacia taliter per episcopum suum, vel vicarium nostrum respectiue per omnia iuris remedia castigetur, quòd alij eius exemplo similia minime attentare præsumant.

† Vide concilium Tridentinum sessio 4.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Dat. Romæ in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo decimo quinto, quarto Nonas Maij, Pontificatus nostri Anno tertio.

LEO PAPA DECIMVS.

Nemo audeat predicare nisi à superiore prius fuerit approbatus. predicatores Euangelium explicent iuxta sanctorum Patrum interpretationes. tempus futurorum, aut Antichristi temere non præfingant. vanas reuelationes non edmifcantur. virtutes cõmendent, vitia detestentur. Episcopos, & alios superiores publice coram populo incaute non reprehendant, aut mordeant. nemo inspirationes sibi factas prius predicet, quàm Romanus Pontifex, aut Episcopus approbavit. qui contra fecerit, excommunicatione incurrit, & officij prædicationis perpetuo amittit.



LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante concilio.

SUPER NÆ maiestatis præsidio, per cuius ineffabilem prouidentiam cælestia simul & terrena dirigitur, super gregem Dominicum nobis commissum, speculatoris officium (quantum imbecillitati nostræ conceditur) exercentes, totaque mente nobiscum reuolutes, inter alia complura & magna ad nos pertinere, vt munus prædicationis, quòd in ecclesia Dei præcipuum, ac pernecessarium, magnique fructus atque vtilitatis, dummodo recte & ex sincera charitate erga Deum & proximum præceptisque & exemplis sanctorum patrum, qui hæc proficentes cum fidei fundatione & propagatione plurimum Ecclesiæ contulerunt, exerceatur: quippe quod redemptor noster primus fecit, & docuit, & eius præcepto & imitatione duodenus ille Apostolorum numerus, quasi totidem cæli, Dei veri gloriam enarrantes per orbem terrarum, vniuersum genus humanum, quod sub peccati iugo vetusta seruitute continebatur, sensim ab eorum tenebris educentes, & ad perpetuam salutis lucem excitantes, verbum ipsum in omnem terram, & in fines orbis terræ, tum ipsi prius, tum deinde sui successores, longe lateque propagauerunt, altissimeque fundarunt, vt qui nunc tantum subeunt onus, meminisse debeant, creberimque secum reuoluere, præter auctoris ipsius, ac fundatoris Iesu Christi pietissimi redemptoris, Petri etiam & Pauli ceterorumque Apostolorum & Domini discipulorum se vices, quo ad hoc officium, subire, ac sustinere. Sane fide dignorum relatione percepimus, quòd nonnulli prædicatores nostris temporibus (quod dolenter referimus) non attendentes, se eorum, quos diximus, & insuper sanctorum Ecclesiæ Doctorum, aliorumque sacram Theologiam profitentium, qui assistendo iugiter Christianis, ac se falsis prophetis rectam fidem subuertere annitentibus opposcentes, Ecclesiam militantem illæsam prius, per se talem eam esse manifestarunt, officium exercere, & non nisi vtilia concurrenti eorum sermonibus populo ad vitiorum extirpationem, virtutum laudem, animarum denique salutem fidelium, meditando & perficienda debere assumere: multa tamen & varia contra institutiones & exempla, quæ diximus, quandoque etiam scandalosa populis prædicare, quòd mentem certe nostram mirum in modum commouit, dum nobiscum ipsi mente voluimus, quòd illi officij immemores sui, in suis sermonibus non ad vtilitatem audientium, sed ad suam potius ostentationem laborantes, vanis quorundam auribus blandiuntur, qui ad hoc iam deuenisse apparent, vt verificetur dictum Apostoli ad Timotheum

Edita anno Domini 1516. Ex concilio Lateranen. sub Leone. x. sess. 11.

Pagl. 18.

Quo tempore publicatus est editum, hoc, cooperat iam cum Lutherus, qui Germaniæ suis præfugis demerant, viros suum diffundere, quæquam non certum an adeo, vt singularia iam in Romæ eius notitia e set. 2. Timot. 4.

E 4 motheum

monitum ita scribentis: Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auerterent, ad fabulas autem conuertentur: quorum falsas & inanes mentes, prædicantes ipsi præfati, non modo in rectam veramque viam reducere minime student, sed illas maioribus etiam erroribus implicant, dum sine vlla canonum attestazione, vel reuerentia, immo contra ipsas canonicas sanctiones, sacræ scripturæ sensum multifariam peruerterent, temereque ac peperam plerumque interpretantes, contra veritatem prædicare, terroresque ac minas, multaque mala propediem affutura, iamque ingruentia, nulla prorsus legitima ratione muniti, sed suo dumtaxat sensui obsequentes comminantur, representant, adesseque asseuerant, plerumque etiam vana quædam & inania, & alia huiusmodi populis ingerere, & (quod enormius est) ab æternitatis lumine, & sancti spiritus admonitione, aut infusione, illa se habere asserere audent. Cumque ij sub confessorum miraculorum mendacijs, varios errores fraudesque disseminant, denique populos, quos in Evangelica doctrina sedulo instruxerent, & in vera fide retinere & conseruare deberent, sermones suos à sensu & præceptis vniuersalis Ecclesiæ retrahentes, à sacrisque constitutionibus, quas maxime sequi debent, deuiantes, auditores suos auouent, ac longe faciunt à salute. Per hæc namque, & alia huiusmodi simplices homines, vt ad deceptionem procliuiores, à via salutis & obedientia Romanæ Ecclesiæ deuiantes, in errores varios per facile inducuntur. Propterea Gregorius huius muneris peritissimus, & seruire charitatis incensus, prædicatores vehementer hortatur & monet, vt dicturi ad populum, prudentes cauique accedant, ne dicendi impetu rapti, verborum erroribus quasi iaculis audientium corda configant, & cum sapientes, fortasse videri desiderant, decepti, speratæ virtutis compagem insipienter discendant. Sæpe namque verborum effectus amittitur cum loquacitate importuna, vel incauta, audientium corda leuigantur. Et sane in nullo alio rudem ij plebæ maiori damno scandaloque afficiunt, quam cum vel tacenda prædicant, vel falsa & inutilia docendo, eam in errorem inducunt. Quæ quoniam huic sacræ religioni Diuinitus instituta, vt noua & aliena, omnino contraria esse noscuntur, graui certe accuratoque sunt examine digna, ne scandalum populo Christiano, & suorum auctorum, ac aliorum animabus interitum pariant. Nos igitur sanctæ Dei Ecclesiæ (cui disponente Domino præsidemus, quæ quidem vna est, & vnum Deum prædicat, colit, ac vnam fidem firmiter & sincere confitetur, iuxta illud Prophetæ vaticinium, Qui habitare facit vnus moris in domo) vniuersitatem, quantum cum Deo possumus, postabitâ reducere, & retentam conseruare, quique populo verbum Dei prædicant, tales esse cupientes, vt eorum prædicatione, Dei Ecclesiæ nullum scandalum patiantur, & si qui corrigibiles sunt, ab his, quæ proximis nostrisque temporibus præsumpserunt, cum nonnullos eorum, præter illa quæ diximus, in prædicationibus non viam amplius Domini in virtute docentes, non Euangelium (vt debent) explanantes, sed conficta miracula, & noua ac falsa vaticinia, aliaque leuia & ab anilibus fabulis parum distantia, magnumque scandalum patientia, nulla deuotionis & auctoritatis, (cuiusque improbantis, ac repellentis hæc) habita ratione, vastis clamoribus imprimere, ac suadere vbique conantes. Et ne Pontificali quidem dignitate fulgentibus, & alijs Ecclesiæ prælatis parentes, quibus potius honorem, ac reuerentiam exhibere deberent, sed in eorum personas, ac statum audaciter, ac temere inuelli consueuissent, & alia huiusmodi commisisse constat, in futurum abstineant, vt tam periculolum contagiosumque malum, ac mortifera pestis radicitus euellatur, & arefactum ita penitus deleatur, vt nec memoria eius remaneat: sacro approbante Concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus sæcularis, quam cuiuscumque etiam mendicantium ordinis regularis, aut cuius alius ad quem facultas prædicandi, tam de iure quam de consuetudine, aut vel privilegio alijs pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per superiorem suum respectiue diligenter examinatus, (in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiat, & hic, quocumque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua per litteras authenticas, seu alias sui examinatoris approbatorisque, episcopis & alijs locorum ordinarijs fidem legitime faciat. Mandantes omnibus qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Evangelicam veritatem & sanctam scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem doctorum, quos Ecclesiæ vel vniuersitas diuturnus approbavit, legendis que hæcenus receperit, & in posterum recipiet, prædicent & explanent: nec quicquam eius proprio sensui contrarium aut dissonum adiciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ scripturæ verbis, & præfatorum doctorum interpretationibus, rite & sane intellectis, non discordant: Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquam præsumant, cum veritas dicat, Non esse vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: ipsosque qui hæcenus similia asserere ausi sunt, mentos, ac eorum causa, reliquorum etiam recte prædicantium auctoritati non modicum detractum fuisse constat: Inhibentes omnibus & singulis clericis sæcularibus vel regularibus præfatis, ceterisque cuiuscumque status, gradus, & ordinis existant, qui hoc onus assument, ne de cetero in sermonibus suis publicis, alia quæq. futura ex litteris sacris constanter prædicere, nec illa à Spiritu sancto vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienas inanefque diuinationes asseuerando, aut alio quocumque modo tractanda assument, sed ex diuinæ vocis præcepto Euangelium omni creaturæ cum viuorum detestatione, & virtutum commendatione enucleet & declarent &

Psal. 69.

far. explanat. tionem.

AA. 14

clarent, & pacem ac dilectionem mutua à Redemptore nostro tantopere commendatam, vbique fouentes, non seindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum & prælatorum, ac aliorum superiorum, eorumque status scandalosa detractione, quos eorum vulgo & laicis non modo incaute, sed etiam intemperanter reprehendunt & mordent, & ab eis male gestorum expressis quandoque non minime aperta & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem felicis recordationis Clementis Papæ. v. quæ incipit, Religiosi, quam reiore presentium inuouimus & approbamus, inuolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hæc ratione ad utilitatem populi prædicantes, & cum Domino lucrificantes, talentium, quod ab illo acceperant, superlucrati, & eiusdem gratiam & gloriam consequi mereantur. Ceterum si quibusdam eorum Dominus futura quædam in Dei Ecclesiæ inspiratione quæpiam reuelauerit, vt per Amos prophetam ipse promissit, & Paulus Apostolus prædicatorum princeps, Spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite spernere, hos aliorum fabulorum & mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui feruor contradictione sopitur: & tunc Spiritui sancto iniuria, certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proueniant: volumus, vt lege ordinaria tales asserat inspirationes, antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apostolica sedis examini reseruatæ intelligantur. Quod si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, vt eodem ordine reseruatæ, ordinatio loci notificentur, vt illi adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & grauibis viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt, (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem contra præmissorum aliquod committere quidquam aulferint, vltra pœnas contra tales à iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, à qua non nisi à Rom. Pont. præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint, eos incurrere volumus. Et vt eorum exemplo alij attentare similia minime audeant, eis prædicationis etiam officium interdictum esse perpetuo decernimus. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, ac priuilegijs & indultis, & litteris Apostolicis, ordinibus & personis præfatis, etiam in mari magno comprehensis, ac etiam à nobis forsan approbatis, inuouatis, vel etiam de nouo concessis, quæ quo ad hoc, nolimus eis in aliquo suffragari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, mandati, inhibitionis, in nouationis, approbationis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Data Romæ in publica sessione, in Lateran. sacrosancta basilica solemniter celebrata, Anno incarnationis Domini 1516. 14. Cal. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno quarto.

1. Theff. 5. d

1. Ioan. 4. a.

LEO PAPA DECIMVS.

Dilecto filio nostro Hadriano tituli sanctorum Ioannis & Pauli Presbytero Cardinali.

Inquisitores hereticæ prauitatis, testes falsidicos in causa fidei deponentes, & alios de quibus agitur in hoc rescripto, tradere possunt curiæ seculari, irregularitatis, aut alius pœnæ vel censuræ Ecclesiasticæ securi.



ILECTE fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

INTELLEXIMVS quod in Hispania, ceterisque Regnis & Dominijs Charissimæ in Christo filie nostræ Ioannæ Regine, & Charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Hispaniæ catholicorum ditioni subiectis, in quibus tu hereticæ prauitatis Inquisitor Generalis per Sedeni Apostolicam deputatus existis, multi perditij ingenij homines, in testimonis, quæ perhibent super dictæ prauitatis veritate inquirenda falsitatem quandoque prece, precio, odio vel amore, & quandoque metu committere, aut se eandem falsitatem commisisse publice licet falso fateti non verentur: sicque huiusmodi diabolice artis ministerio plerumque vel damnantur infontes, vel diuinæ maiestatis Dei, & orthodoxæ fidei sub Christiano nomine detestatores veniam consequuntur. Ad quæ facinora perpetranda ipsi falsi testes tam propria improbitate, & inconstantiâ quàm audacia & impunita temeritate eorum qui illos ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia alliciunt, impelluntur. Nos igitur scelestum hoc hominum genus, qui in diuinam humanamque simul naturam conspirant, & in nefandi criminis causa vel iniuste absolutionis, vel iniuste condemnationis actores existunt acriori longe supplicio quàm ceteri falsidici testes plebæ soleant, dignum censentes: circumspectioni tuæ & Vniuersis & singulis alijs perte & pro tempore existentem generalem dictæ prauitatis in Regnis, & dominijs prædictis Inquisitorem ad ipsam Inquisitionis officium pro tempore deputatis contra omnes & singulas personas cuiusuis status, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis existant, quas tibi aut alijs Inquisitionibus prædicatis in

Edict. anno Domini 1518. Ex Archiv. Inquisition. Romanæ. Vide et per Directorio Inquisitionis p. 3. q. 73.

etis in crimine hæresis falsum scienter deposuisse, aut alium ad falsum deponendum, aut verum ta-
 cendum induxisse, vel quempiam ob perhibitum veritatis testimonium vel propter falsum non atte-
 statum occidisse, aut membro aliquo mutilasse, aut bonis suis omnibus vel maiori parte illorum
 spoliasse, vel spoliari fecisse, seu atrocissima iniuria affectisse legitime confiteri, tunc aut à te depu-
 tando seu deputandis & subdelegandis arbitrio procedendi; & eos pœnis de quibus tibi vel illis
 videbitur condemnandi, super quo tuam & illorum quibus negotia huiusmodi contuleris, conscien-
 tiam oneramus absque alicuius pœnæ seu censure Ecclesiasticæ metu aut irregularitatis nota traden-
 di vel relaxandi, etiã curiæ seculari plenam & liberam cõcedimus facultatem. Non obstantibus Con-
 stitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datam Romæ
 Apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, Die xiiij. Decembris M. D. XLII. Pontifica-
 tus nostri Anno sexto.

Euangelista

BULLA APOSTOLICA LEONIS PAPÆ X.

contra errores Martini Lutheri & sequacium.

Leo Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



EXURGE Domine, & iudica causam tuam; memor esto impropiorum tuorum,
 eorum quæ ab insipientibus sunt tota die inclina aurem tuam ad preces nostras, quo-
 niam surrexerunt vulpes quærentes demoliri vineam, cuius tu torcular calcasti solus,
 & ascensus ad patrem; eius curam, regimen, & administrationem Petro tanquam
 capiti, & tuo vicario, eiusque successoribus instar triumphantis Ecclesiæ commisit.

Exterminare iussit eam aper de sylva, & singularis serus depascitur eam. Exurge Pe-
 tre, & pro pastoralis cura præfata tibi (vt præfertur) diuinitus demandata, intende in causam sanctæ
 Romanæ Ecclesiæ, matris omnium ecclesiarum, ac fidei magistræ, quam tu, iubente Deo, tuo san-
 guine consecrasti: contra quam sicut tu præmonere dignatus es, insurgunt magistri mendaces, intro-
 ducentes scõctas perditionis, sibi celere interitum superducentes: quorum lingua ignis est, inquietum
 malum, plena veneno mortifero: qui zelum amarum habentes & contentiones in cordibus suis, glo-
 riantur, & mendaces sunt aduersus veritatem. Exurge tu quoque, quæsumus Paule, qui eam tua do-
 ctрина, ac pari martyrio illuminasti atque illustrasti. Iam enim surgit nouus Porphyrius, quia sicut il-
 le olim sanctos Apostolos iniuste momordit, ita hic sanctos Pontifices prædecesores nostros con-
 tra tuam doctrinam eos non obsecrando, sed increpando, mordere, lacerare, ac vbi causæ suæ diffi-
 dit, ad conuicia accedere non veretur more hæreticorum, quorum (vt inquit Hieronymus) vltimum
 præsidium est, vt cum conspiciant causas suas damnatum iri, incipiant virus serpentis lingua diffun-
 dere: & cum se victos conspiciant, ad contumelias proflire. Nam licet hæreses esse, ad exercitatio-
 nem fidelium, tu dixeris oportere; eas tamen, ne incrementum accipiant, neve vulpeculæ coalescant,
 in ipso ortu, te intercedente & adiuuante, extingui necesse est. Exurgat denique omnis sanctorum

ac reliqua vniuersalis Ecclesia, cuius vera sacrarum litterarum interpretatione posthabita, quidam
 quorum mentem pater mendacij excæcauit, ex veteri hæreticorum instituto, apud semetipsos sapien-
 te, scripturas eadem aliter quàm Spiritus sanctus flagitet, proprio dumtaxat sensu, ambitionis, au-
 rareque popularis causa, teste Apostolo, interpretantur, immo vero torquent & adulterant: ita vt iux-
 ta Hieronymum, iam non sit euangelium Christi, sed hominis, aut quod peius est, diaboli. Exur-
 gat, inquam, præfata Ecclesia sancta Dei, & vna cum beatissimis apostolis præfatis, apud Deum om-
 nipotentem intercedat, vt purgatis omnium suarum erroribus, eliminatisque à fidelium finibus hære-
 sibus vniuersis, Ecclesiæ suæ sanctæ pacem & vnitatem conseruare dignetur. Dudum si quidem, quod
 præ animi angustia & mœrore exprimere vix possumus, fide dignorum relatu ac fama publica referen-
 te, ad nostrum peruenit auditum: immo vero, proh dolor, oculis nostris vidimus ac legimus multos
 & varios errores, quosdam videlicet iã per concilia ac prædecesorũ nostrorũ constitutiones damna-
 tos, hæresim etiam Græcorum, & Bohemicam expresse continentes: alios vero respectiue vel hæreti-
 cos, vel falsos, vel scandalosos, vel piarum aurium offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos,
 à falsis fidei cultoribus, qui per superbam curiositatem mundi gloriam cupientes, contra Apostoli
 doctrinam plus sapere volunt, quàm oporteat: quorum garrulitas (vt inquit Hieronymus) sine scri-
 pturarum auctoritate non haberet fidem, nisi viderentur peruersam doctrinam etiam diuinis testimo-
 nijs, male tamen interpretatis, roborare. A quorum oculis Dei timor recessit, humani generis hoste
 suggerente, nouerit suscitatos, & nuper apud quosdam leuiore in inclyta natione Germanica semina-
 tos. Quod eo magis dolemus ibi euenisse, quod eandem nationem & nos, & prædecesores nos-
 tri, in viceribus semper gesserimus charitatis. Nam post translatum ex Græciã à Romana Ecclesia
 in eosdem Germanos imperium, iidem prædecesores nostri & nos, eiusdem Ecclesiæ aduocatos,
 defensoresque ex eis semper accepimus. quos quidem Germanos catholica veritatis vere germanos,
 constat, hæresum acerimos oppugnatores semper fuisse, cuius rei testes sunt laudabiles illæ constitu-
 tiones

Edita anno Do-
 mini 1540.
 Ex 4. vol. con-
 cil. pag. 700.
 ex Colonien.
 editione an-
 1567.
 Pal. 73. d
 Ioan. 21.

5. Pet. 2. 1

1. Cor. 11. 2

1. Cor. 11. 2

1. Tim. 4. 3

A tiones Germanorum Imperatorum pro libertate Ecclesiæ, proque expellendis exterminandisque ex
 omni Germania hæreticis, sub grauissimis pœnis etiam amissionis terrarum & dominiorum, contra
 receptatores vel non expellentes olim editæ, & à nostris prædecesoribus confirmatæ: quæ si hodie
 seruariantur, & nos & ipsi vtique hac molestia careremus. Testis est in concilio Constantien. Hussita-
 rum ac Vvicleffitarum, nec non Hieronymi Pragen. damnata ac punita perfidia. Testis est toties
 contra Bohemos Germanorum sanguis effusus. Testis denique est prædictorum errorum seu mul-
 torum ex eis per Colonien. & Louanien. vniuersitates, vt pote agri Dominici pijissimas religiosissi-
 masque cultrices, non minus docta quàm vera ac sancta consuetudo, reprobario, & damnatio: Multa
 quoque alia allegare possemus, quæ ne historiam texere videamur, prætermittenda censuimus. Pro
 pastoralis igitur officij diuina gratia nobis iniuncti cura, quam gerimus, prædictorum errorum vi-
 rus pestiferum vltius tolerare seu dissimulare, siue Christiana religiois nota, atque orthodoxæ fi-
 dei iniuria, nullo modo possumus. Eorum autem errorum aliquos præsentibus duximus inferendos,
 B quorum tenor sequitur & est talis.

Hæretica sententia est, sed vitata, Sacramenta nouæ legis iustificantem gratiam illis dare, qui non
 ponunt obicem.

In puero post baptismum negare remanens peccatum, est Paulum & Christum simul conculcare.
 Pomes peccati, etiam si nullum adfit actuale peccatum, moratur exeuntem à corpore animam ab
 ingressu celi.

Imperfecta charitas morituri, fert secum necessario magnum timorem, qui se solo satis est facere
 pœnam Purgatorij, & impedit introitum regni.

Tres esse partes penitentia, contritionem, confessionem & satisfactionem, non est fundatum in sa-
 cra scriptura, nec in antiquis sanctis Christianis doctoribus.

Contritio, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis
 recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinẽ,
 scõditatem, amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem, hæc contritio
 facit hypocritam, immo magis peccatorem.

Verissimum est prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucusque data præstantius,
 de cetero non facere, summa penitentia: optima penitentia, noua vita.

Nullo modo præsumas confiteri peccata venialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est, vt
 omnia mortalia cognoscas. Vnde in primitiua Ecclesia solum manifesta mortalia confitebantur.

Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quàm quòd misericordiæ Dei nihil vo-
 lumus relinquere ignoscendum.

Peccata non sunt vlli remissa, nisi remittente sacerdote, credat sibi remitti: immo peccatum ma-
 neret, nisi remissum crederet: non enim sufficit remissio peccati, & gratiæ donatio, sed oportet etiam
 credere esse remissum.

Nullo modo confidas absolui propter tuam contritionem, sed propter verbum Christi, Quodcum-
 que solueris, &c. Hic, inquam, confide, si sacerdotis obtinueris absolutionem, & crede fortiter te ab-
 solutum, & absolutus vere eris, quidquid sit de contritione.

D Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absolueret, si tamen
 credat, se absolutum, verissime est absolutus.

In sacramento penitentia ac remissione culpæ, non plus facit Papa aut Episcopus, quàm infimus
 sacerdos: immo vbi nõ est sacerdos, & que tantum quilibet Christianus, etiam si mulier aut puer esset.

Nullus debet sacerdoti respondere, se esse contritum, nec sacerdos requirere.

Magnus est error eorum qui ad sacramenta Eucharistiæ accedunt, huic innixi, quòd sint confessi,
 quòd non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quòd præmiserint orationes suas & præparato-
 ria, omnes illi ad iudicium sibi manducant & bibunt: sed si credant & confidant se gratiam ibi conse-
 cuturos, hæc sola fides facit eos puros & dignos.

Consultum videtur, quòd Ecclesia in communi concilio statueret laicos sub vtraque specie com-
 municandos, nec Bohemi communicantes sub vtraque specie, sunt hæretici, sed schismatici.

Theauri Ecclesiæ, vnde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi & Sanctorum.

Indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelium, & remissiones bonorum operum: & sunt de numero eo-
 rum quæ licent, & non de numero eorum quæ expediunt.

Indulgentiæ his qui veraciter eas consequuntur, non valent ad remissionem pœnæ pro peccatis
 actualibus debita apud diuinam iustitiam.

Seducuntur credentes indulgentias esse salutes, & ad fructum spiritus vtilis.

Indulgentiæ necessariae sunt solum publicis criminibus, & proprie conceduntur duris solummor-
 do & impatientibus.

Sex generibus hominum indulgentiæ nec sunt necessariae, nec vtilis: videlicet mortuis seu morituris
 infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt, sed non
 publica, his qui meliora operantur.

Excommunicationes sunt tantum externæ pœnæ, nec priuant hominem communibus spirituali-
 bus Ecclesiæ orationibus.

Docendi

Prime Luthe-
ri hæreses.

Docendi sunt Christiani plus diligere excommunicationem, quam timere.

Romanus Pontifex Petri successor, non est Christi vicarius super omnes totius mundi Ecclesias ab ipso Christo in B. Petro institutus.

Verbum Christi ad Petrum, Quodcunque solueris super terram, &c. extenditur dumtaxat ad ligata ab ipso Petro.

Certum est in manu Ecclesiæ aut Papæ prorsus non esse, statuere articulos fidei, immo nec leges morum, seu bonorum operum.

Si Papa cum magna parte Ecclesiæ sic vel sic sentiret, nec etiam erraret: adhuc non est peccatum aut hæresis contrarium sentire, præsertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium vniuersale alterum reprobatum, alterum approbatum.

Via nobis facta est enarrandi auctoritatem conciliorum, & libere contradicendi eorum gestis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi, quidquid verum videtur, siue probatum fuerit, siue reprobatum à quocunque concilio.

Aliqui articuli Ioannis Husz condemnati in concilio Constantien. sunt Christianissimi, verissimi, & Euangelici, quos nec Vniuersalis Ecclesia posset damnare.

In omni opere bono iustus peccat.

Opus bonum optime factum, est veniale peccatum.

Hæreticos comburi, est contra voluntatem spiritus.

Præliari aduersus Turcas, est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos.

Nemo est certus, se non semper peccare mortaliter propter occultissimum superbiæ vitium.

Liberum arbitrium post peccatum, est res de solo titulo: & dū facit quod in se est, peccat mortaliter.

Purgatorium non potest probari ex sacra scriptura, quæ sit in canone.

Animæ in purgatorio non sunt securæ de eorum salute, saltem omnes: nec probatum est vllis aut rationibus aut scripturis, ipsas esse extra statum merendi, aut augendæ charitatis.

Animæ in purgatorio peccant sine intermissione, quamdiu quærunt requiem, & horrent pœnas.

Animæ ex purgatorio liberatæ suffragijs viuentium, minus beantur, quam si per se satisfecissent.

Prælati ecclesiastici & principes sæculares nō malefacerent, si omnes saccos medicitatis delerent.

Qui quidem errores, respectiue, quam sint pestiferi, quam perniciosi, quam scandalosi, quam piarum & simplicium mentium seductiui, quam denique sint contra omnem charitatem, ac S.R.E. matris omnium fidelium, & magistræ fidei reuerentiam atque neruum ecclesiasticæ disciplinæ, obedientiam scilicet, quæ fons est & origo omnium virtutum, siue qua facile vnusquisque infidelis esse conuincitur, nemo sanæ mentis ignorat. Nos igitur in præmissis, vt potè grauissimis, propensus (vt decet) procedere, necnon huiusmodi pesti morboque canceroso, ne in agro Dominico tanquam verpris nociua ulterius serpat, viam præcludere cupientes, habita super prædictis erroribus & eorum singulis diligenti trutinazione, discussione, ac districto examine, maturaque deliberatione, omnibusque rite penlatis actæpius ventilatis cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac regularium ordinum Prioribus seu ministris generalibus, pluribusque alijs sacre Theologiæ, necnon vtriusque iuris professoribus siue magistris, & quidem peritissimis: reperiimus eosdem errores, respectiue (vt præfertur) aut articulos non esse catholicos, nec tamquam tales, esse dogmatizandos, sed contra Ecclesiæ catholicæ doctrinam siue traditionem, atque ab ea veram diuinarum scripturarum receptam interpretationem, cuius auctoritati ita acquiescendum censuit Augustinus, vt dixerit se Euangelio non fuisse crediturum, nisi Ecclesiæ Catholicæ interuenisset auctoritas. Nam ex eisdem erroribus, vel eorum aliquo vel aliquibus palam sequitur, eandem Ecclesiam, quæ Spiritu sancto regitur, errare & semper errasse. Quod est vtiq; contra illud, quod Christus discipulis suis in Ascensione sua (vt in sancto Euangelio Matthæi legitur) promisit, dicens: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Necnon contra sanctorum patrum determinationes, conciliorum quoque, & summorum Pontificum expressas ordinationes seu canones: quibus non obtemperasse, omnium hæresum & schismatum, teste Cypriano, fomes & causa semper fuit. De eorundem itaque venerabilium fratrum nostrorum consilio & assensu, ac omnium & singulorum prædictorum matura deliberatione prædicta, auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, præfatos omnes & singulos articulos seu errores, tamquam (vt præmittitur) respectiue hæreticos, aut scandalosos, aut falsos, aut piarum auriarum offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos, & veritati catholicæ obuiantes, damnamus, reprobamus atque omnino reijcimus, ac pro damnatis, reprobatis & reiectis, ab omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus haberi debere, harum serie decernimus & declaramus: inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub maioris excommunicationis late sententiæ: necnō quo ad ecclesiasticas & regulares personas, episcopaliū omnium etiam patriarchalium, metropolitanarum, & aliarum cathedralium Ecclesiarum, monasteriorum quoque & prioratuum etiam conuentualium, & quarumcunque dignitatum, aut beneficiorum ecclesiasticorum, secularium aut quorumuis ordinum regularium, priuationis, & inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda: quo vero ad conuentus, capitula, seu domos aut pia loca secularium vel regularium, etiam Mendicantium, necnon vniuersitatis etiam studiorum generalium, quorumcunque priuilegiarum indultorum à sede Apostolica vel eius Leg-

† ad eo veram

Marth. 28.

D

E

eius Legatis, aut alijs quomodolibet habitorum vel obtentorum, cuiuscunque tenoris existant: necnon nominis & potestatis studium generale tenendi, legendi, ac interpretandi qualuis scientias & facultates, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda: Prædicationis quoque officij, ac amissionis studij generalis, & omnium priuilegiarum eiusdem. Quo vero ad sæculares eiusdem excommunicationis, nec non amissionis cuiuscunque emphyteosis, seu quorumcunque feudorum tam à Romana Ecclesia, quam alijs quomodolibet obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda. Necnon quo ad omnes & singulos superius nominatos, inhibitionis Ecclesiasticæ sepultura, inhabilitatisque ad omnes & singulos actus legitimos, infamie ac diffidationis & criminis late maiestatis, & hæreticorum, & fautorum eorundem in iure expressis pœnis, eo ipso & absque ulteriori declaratione per omnes & singulos quàm clericis, si (quod absit) contrafecerint, incurrendis. A quibus vigore cuiuscunque facultatis & clausularum etiam in confessionalibus quibusuis personis, sub quibusuis verborum formis contentarum, nisi à Ro. Pont. vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequear. Omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, tam laicis quàm clericis, secularibus & quorumuis ordinum regularibus, & alijs quibuscunque personis, cuiuscunque status gradus, vel conditionis existant, & quacunque Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, etiam S.R.E. Cardinalibus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, patriarchalium, metropolitanarum, & aliarum cathedralium collegiarum ac inferiorum Ecclesiarum prælati, clericis, alijsque personis ecclesiasticis, secularibus & quorumuis ordinum etiam Mendicantium regularibus, abbatibus, prioribus, vel ministris generalibus vel particularibus, fratribus seu religiosis, exemptis & non exemptis, Studiorum quoque vniuersitatibus, Imperatoris Electoris principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, omnibusque officialibus, iudicibus, notarijs, Ecclesiasticis & secularibus, communitatibus, vniuersitatibus, potentatibus, ciuitatibus, castris, terris & locis, seu eorum vel earum cuius, habitatoribus & incolis, ac quibusuis alijs personis ecclesiasticis, vel regularibus (vt præfertur) per vniuersum orbem, vbicunque præsertim in Alemania existentibus, vel pro tempore futuris, ne præfatos errores, aut eorum aliquos, peruersamque doctrinam huiusmodi asserere, affirmare, defendere, prædicare, aut illi quomodolibet, publice vel occulte, quouis quæsito ingenio, vel colore, tacite vel expresse fauere præsumant.

Insuper quia errores præfati, & plures alij continentur in libellis seu scriptis cuiusdam Martini Lutheri, dictos libellos, & omnia dicti Martini scripta seu prædicationes, in Latino, vel quocunque alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores seu eorum aliqui continentur, similiter damnamus, reprobamus, atque omnino reijcimus, & pro omnino damnatis, reprobatis, ac reiectis (vt præfertur) haberi volumus: mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis prædictis eo ipso incurrendis, omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus superius nominatis, ne huiusmodi scripta, libellos, prædicationes seu schedulas, vel in eis contenta capitula, errores aut articulos prædictos, contenta legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, siue defendere, per se vel alium seu alios, directe vel indirecè, tacite vel expresse, publice vel occulte, aut in domibus suis siue alijs publicis vel priuatis locis tenere quoquomodo præsumant: quinimo illa statim post harum publicationem vbi cunq; fuerint, per ordinarios & alios supradictos diligenter quæsita, publice & solemniter in præsentia cleri & populi, sub omnibus & singulis supradictis pœnis, comburant.

Quod vero ad ipsos Martinum attinet, bone Deus, quid prætermisimus, quid non fecimus, quid paternæ charitatis omisimus, vt cum ab huiusmodi erroribus reuocaremus? Postquam enim ipsum citauimus, mitius cum eo procedere volentes, illum inuitauimus, atque tam per diuersos tractatus cum legato nostro habitos, quàm per litteras nostras, hortati fuimus, vt à prædictis erroribus discederet, aut ad nos, oblatore etiam saluo conditu & pecunia ad iter necessaria, sine metu seu timore aliquo, quem perfecta charitas foras mittere debuit, veniret, ac Saluatoris nostri Apostolique Pauli exemplo, non in occulto, sed palam & in facie loqueretur. Quod si fecisset, pro certo (vt arbitramur) ad cor reuersus, errores suos cognouisset: nec in Rom. curia, quam tantopere, vanis maleolorum rumoribus pliusquam oportuit tribuendo, vituperat, tot reperisset errata: docuissetque eum luce clarius, sanctos Rom. Pontifices prædecessores nostros quos, præter omnem modestiam iniuriose lacerat, in suis canonibus seu constitutionibus, quas mordere nititur, nunquam errasse: quia iuxta Prophetam, nec in Galaad resina, nec medicus deest. Sed obaudiuit semper, & prædicta citatione, omnibusque & singulis supradictis spretis venire contempsit, ac vsque in præsentem diem contumax atque animo indurato censuras vltra annum sustinuit: & quod deterius est, addens mala malis, de citatione huiusmodi notitiam habens, in vocem temerariæ appellationis prorupit, ad futurum concilium, contra Constitutionem Pij II. ac Iulij II. prædecessores nostrorum, qua capetur, taliter appellantes hæreticorum pœna plectendos, (Frustra etiam concilij auxilium implorauit, qui illi se non credere palam proficitur) ita vt contra ipsum, tamquam de fide notorie suspectum, immo vere hæreticum, absque ulteriori citatione vel mora, ad condemnationem & damnationem eius, tamquam hæretici, ac ad omnium & singularum suprascriptarum pœnarum & censurarum severitatem procedere possemus. Nihilominus de eorundem fratrum nostrorum consilio, omnino

Lutheri tractatus interdicuntur.

Lutheri Insignis, pertinacia.

Hier. 2. 5.

Vana Lutheri prouocatio ad futurum concilium.

nipq.

Eccl. 17.

nipotens Dei imitantes clementiam, qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat: omnium iniuriarum hæcenus nobis & Apostolicæ sedi illatarum obliti, omni qua possumus pietate vt decreuimus, & quantum in nobis est, agere, vt propostâ mansuetudinis via ad cor reuertatur, & à prædictis recedat erroribus, vt ipsum tanquam filium illum prodigum ad gremium Ecclesiæ reuertentem, benigne recipiamus. Ipsum igitur Martinum, & quoscunq; ei ad hærentes, eiusq; receptatores, & fautores per viscera misericordiæ Dei nostri, & per asperionem sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quo & per quem humani generis redemptio & sanctæ matris Ecclesiæ ædificatio facta est, ex toto corde hortamur, & obsecramus, vt ipsius Ecclesiæ pacem, vnitatem & veritatem, pro quâ ipse Saluator tam instanter orauit ad patrem, turbare desistant, & à prædictis tam perniciosis erroribus prorsus abstineant: inuenturi apud nos, si effectualiter paruierint, & paruissè per legitima documenta nos certificauerint, paternæ charitatis affectum, & apertum mansuetudinis & clementiæ fontem.

Luthero inhi- betur prædicare.

Inhibentes nihilominus eidem Martino exnunc, vt interim ab omni prædicatione seu prædicationis officio omnino desistat. Alioquin, vt ipsum Martinum, si forte iustitiæ & virtutis amor à peccato non retrahat, indulgentiæ que spes ad penitentiam non reducat, pœnarum terror coerceat disciplinæ, eundem Martinum, eiusq; ad hærentes, complices, fautores, & receptatores tenore præsentium requirimus & monemus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub prædictis omnibus & singulis pœnis, eo ipso incurrendis, districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra sexaginta dies, quorum viginti pro primo, viginti pro secundo, & reliquos viginti dies pro tertio & preceptorio termino assignamus, ab affixione præsentium in locis infra scriptis, immediate sequentes numerandos, ipse Martinus, complices, fautores, & receptatores prædicti, à præfatis erroribus, eorumque prædicatione ac publicatione & assertione, defensione quoque, & librorum seu scripturarum editione super eisdem, siue eorum aliquo omnino desistant, librosq; ac scripturas omnes & singulas, præfatos errores seu eorum aliquos quomodolibet continentes, comburant, vel comburi faciant. Ipse etiam Martinus errores & assertiones huiusmodi omnino reuocet, ac de reuocatione huiusmodi per publica documenta in forma iuris valida, in manibus duorum prælatorum consignata, ad nos infra alios similes sexaginta dies transmittenda, vel per ipsum (si ad nos venire voluerit, quod magis placeret) cum præfato plenissimo saluo conductu, quem extunc concedimus, deferenda, nos certiores efficiat, vt de eius vera obedientia nullus dubitationis scrupulus valeat remanere. Aliâ si (quod abest) Martinus præfatus, complices, fautores, & receptatores prædicti secus egerint, seu præmissa omnia & singula infra terminum prædictum cum effectu non adimpluerint, Apostoli imitantes doctrinam qui hæreticum hominem, post primam & secundam correptionem, vitandum docuit, exnunc prout extunc, & econuerso, eundem Martinum, complices, ad hærentes, fautores, & receptatores præfatos, & eorum quemlibet, tamquam aridos palmites in Christo non manentes, sed doctrinam contrariam catholicæ fidei inimicam, siue scandalosam, seu damnatam, in non modicam offensam diuinæ maiestatis, ac vniuersalis Ecclesiæ & fidei Catholicæ detrimentum & scandalum dogmatizantes & prædicantes, clauas quoque Ecclesiæ vilipendentes, notorios & pertinaces hæreticos eadem auctoritate fuisse & esse declarantes, eosdem vt tales, harum serie condemnamus, & eos pro talibus haberi ab omnibus vtriusque sexus Christianis fidelibus supradictis volumus & mandamus. Eosque omnes & singulos omnibus supradictis & alijs contra tales à iure iustis pœnis, præsentium tenore subiicimus, & eisdem irretitos fuisse & esse decernimus & declaramus.

Luthero erro- res suos per publica instrumta reuocare iubetur.

Tit. 1. a

Inhibemus præterea sub omnibus & singulis præmissis pœnis, eo ipso incurrendis, omnibus & singulis Christianis fidelibus superius nominatis, ne scripta, etiam præfatos errores non continentia, ab eodè Martino quomodolibet condita vel edita, aut condenda vel edenda, seu eorum aliqua, tamquam ab homine orthodoxæ fidei inimico, atque ideo vehementer suspecta, & vt eius memoria omnino deleatur de Christianis fidelium consortio, legere, afferere, prædicare, laudare, imprimere, publicare siue defendere per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, seu in domibus suis siue alijs locis, publicis vel priuatis, tenere quoquo modo præsumant; quinimmo illa comburant, vt præfertur. Monemus insuper omnes & singulos Christianos fideles supradictos, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna, vt hæreticos prædictos declaratos & condemnatos, mandatis nostris non obtemperantes, post lapsum termini supradicti eurent, & quantum in eis est, euitari faciant, nec cum eisdem vel eorum aliquo commercium, aut aliquam conuersationem, seu communionem habeant, nec eis necessaria ministrent. Ad maiorem præterea dicti Martini, suorumque complices, fautorum & ad hærentium, ac receptatorum prædictorum, sic post lapsum termini prædicti declaratorum hæreticorum & condemnatorum confusionem, vniuersis & singulis vtriusque sexus Christianis fidelibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum cathedralium, collegiarum, ac inferiorum Ecclesiarum prælatis, capitulis, alijsque personis Ecclesiasticis, sæcularibus & quorumuis ordinum etiam Mendicantium (præsertim eius congregationis, cuius dictus Martinus est professus, & in qua degere vel morari dicitur regularibus, exemptis & non exemptis, necnon vniuersis & singulis principibus, quacunque ecclesiastica vel mundana fulgentibus dignitate, Regibus, Imperatoris electoribus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, communitatibus, vniuersitatibus, potentatibus, ciuitatibus, terris, castris,

Mandatum de capiendâ Luthero & complices suis, & Pontifici assignandis.

castris, & locis, seu eorum habitatoribus, ciuibus & incolis, omnibusque alijs & singulis supradictis, per vniuersum orbem, præsertim in eadem Alemania constitutis, Mandamus, quatenus sub prædictis omnibus & singulis pœnis, ipsi vel eorum quilibet, præfatum Martinum, complices, ad hærentes, receptantes, & fautores personaliter capiant, & captos ad nostram instantiam retineant, & ad nos mittant: Reportaturi pro tam bono opere à nobis & sede Apostolica remunerationem, præmiumq; condignum: vel saltem eos & eorum quemlibet, de metropolitanis, cathedralibus, collegiatis, & alijs Ecclesijs, domibus, monasterijs, conuentibus, ciuitatibus, dominijs, vniuersitatibus, communitatibus, castris, terris ac locis respectiue tam clerici & irregulares, quam laici omnes & singuli supradicti omnino expellant. Ciuitates vero, dominia, terras, castra, villas, comitatus, fortificia, oppida, & loca quæcunq; vbilibet consistunt eorum & earum respectiue: metropolitanas, cathedrales, collegiatis & alias Ecclesias, monasteria, prioratus, domus, conuentus, & loca religiosa vel pia cuiuscunq; ordinis, vt præfertur, ad quæ præfatum Martinum, vel aliquem ex prædictis, declinare cõtigerit, quandiu ibi permanserint, & triuio post recessum, Ecclesiastico subiicimus interdicto.

Iubetur Luthero hæreticus publicari.

Et vt præmissa omnibus innotescant, mandamus insuper vniuersis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, patriarchalium, metropolitanarum, & aliarum cathedralium ac collegiarum Ecclesiarum prælatis, capitulis, alijsque personis Ecclesiasticis, sæcularibus & quorumuis ordinum supradictorum regularibus, fratribus religiosis, monachis, exemptis & non exemptis supradictis, vbilibet, præsertim in Alemania constitutis, quatenus ipsi vel eorum quilibet sub similibus censuris & pœnis, eo ipso incurrendis, Martinum, omnesque & singulos supradictos, qui elapso termino huiusmodi mandatis seu monitis nostris non paruierint, in eorum Ecclesijs, Dominijs & alijs festiuis diebus, dum inibi maior populi multitudo ad diuinam conuenerit, declaratos hæreticos & condemnatos publice nuncient, faciantque & mandent ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius euitari. Necnon omnibus Christianis fidelibus, vt eos euitent, pari modo sub prædictis censuris & pœnis. Et præfatas litteras vel earum transumptum sub forma infra scripta factum, in eorum Ecclesijs, monasterijs, domibus, conuentibus, & alijs locis, legi, publicari, atque affigi faciant. Excommunicamus quoque & anathematizamus omnes & singulos, cuiuscunq; status, gradus, conditionis, præminentiæ, dignitatis aut excellentiæ fuerint, qui, quo minus præfatas litteras, vel earum transumpta, copia seu exemplaria in suis terris & dominijs legi, affigi & publicari possint, fecerint: vel quoquo modo procurauerint per se vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expresse. Postremo, quia difficile foret præfatas litteras ad singula quæque loca deferri, in quibus necessarium foret: volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod earum transumptis manu publici notarij confectis & subscriptis, vel in alma vrbe impressis, & sigillo alicuius Ecclesiastici prælati munitis, vbiq; stetur, & plena fides adhibeatur, prout originalibus litteris staretur, & adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Et ne præfatus Martinus, omnesque alij supradicti, quos præfatas litteras quomodolibet concernunt, ignorantia earundem litterarum, & in eis contentorum omnium & singulorum prætereire valeant, litteras ipsas in basilicâ principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon Cathedralium Ecclesiarum Brandenburgæ, Minnæ, & Merspergen: valuis affigi & publicari debere volumus: decernentes, quod earundem litterarum publicatio sic facta, supradicti Martinum, omnesque alios & singulos prænominos, quos litteras huiusmodi quomodolibet cõcernunt, perinde ardent, ac si litteras ipse die affixionis & publicationis huiusmodi, eis personaliter lectæ & intumæ forent: cū non sit verisimile, quod ea quæ tam pauper tenent, debeant apud eos incognita remanere. Nō obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, seu si supradictis omnibus & singulis, vel eorum alicui, aut quibusuis alijs à sede Apostolica prædicta, vel ab ea potestatem habentibus, sub quauis forma, etiam confessionali, & cū quibusuis etiã fortissimis clausulis, aut ex quauis causa seu grandi cõsideratione, indulto vel cõcessum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, de indulto huiusmodi mentionem, eiusdem indulti tenores, causas & formas, perinde ac si de verbo ad verbum inferrentur, ita vt omnino tollantur, præsentibus pro expressis habentes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, reprobationis, reiectionis, decreti, declarationis, inhibitionis, voluntatis, mandati, hortationis, obsecrationis, requisitionis, monitionis assignationis, concessionis, condemnationis, subiectionis, excommunicationis, & anathematizationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vicesimo, decimo septimo Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno octauo.

Visa, R. Milanensis Albergatus.

LEO PAPA DECIMVS.

Bulla contra Martinum Lutherum, illiusque complices, fautores, & sequaces, ac alios sanctæ fidei Christianæ inimicos.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Edita anno Domini 1520.

Ex bibliotheca Illustrissimi Iulij Antonij Sancti Cardinalis Sanctæ Severinæ, erat autem impressa Romæ anno 1546.



Mali penam accipere recitandi, ut eorum timere debeat.

Quomodo errores in fide deprehendantur.

Per bullam Exurge, que habetur supra pag. 115.

potestatis

Omnia Lutheri scripta quecuq; contra interdicta.

DECET Romanum Pontificem, extraditæ sibi diuinitus potestate, pœnarum spiritualium, & temporalium, pro meritorum diuersitate, dispensatorem constitutum, ad reprimendum nefarios conatus peruersorum, quos noxiæ voluntatis adeo deprauata captiuat intentio, ut Dei timore postposito, canonicis sanctionibus, mandatisq; Apostolicis neglectis, atque contemptis, noua & falsa dogmata excogitare, ac in Ecclesia Dei, nefarium schisma inducere, aut schismaticis ipsis, inconfutibilem redemptoris nostri tunicam, orthodoxæque fidei unitatem sciudere saragentibus, fauorem præbere, assistere, adhærere; nõ verentur, ac Petri nauicula, sine Gubernatore & remige nauigare videatur; cõtra tales, eorũque sequaces, acrius insurgere, & exaggeratione pœnarum, & alijs opportuno remedio ita providere, ne ijdem contemptores in reprobum sensum dati, illisq; adhærentes, falsis commentis, ac subdolis eorum malitijs simplicem turbam decipiant, ac in eundem errorem & ruinam secum trahant, ac veluti morbo contagioso, contaminent, & ad maiorem ipsorum damnatorum confusionem, omnibus Christianidelibus, publice ostendere ac palam declarare, quàm formidabilem censuram & pœnarum illi rei existant ad hoc, ut ipsi sic declarati & publicati, confusi tandem & compuncti, ad cor suum redire, & propriæ salutis consulere valeant; ceterique, eorum exemplo, discant à similibus abstinere, & ab eorundem excommunicatorum, & anathematizatorum prohibita conuersatione, & participatione, ac etiam obedientia, se penitus subtrahant, ut diuinam ultionem euadant, illorumque damnationis participes minime fiant. Sane alijs, cum quidam falsi fidei cultores, mundi gloriam quærentes, ac (humani generis hoste instigante) quamplures & varios errores, iamdiu per concilia & prædecessorum nostrorum constitutiones damnatos, utpote hæresim etiam Graecorum, & Bohemorum, ut vidimus, & legimus continentes. Alios vero vel hæreticos, aut falsos, seu scandalosos: vel piarum aurium offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos nouiter suscitassent, & in inelyta natione Germanica seminassent: Nos nostro, prout pastoralis incumbat officio, eorum huiusmodi virus pestiferum, vltèrius tolerare seu dissimulare, (sine Christianæ religionis nota, & æque orthodoxæ fidei iniuria) non valentes: ac huiusmodi pesti, morboq; caneroso, ne in agro Dominico, tanquam vepis nocivæ, vltèrius serperet, viam præcludere cupientes: habita super eisdem erroribus & eorum singulis cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, necnon sacre theologie, & vtriusque iuris professoribus, diligenti discussione & matura deliberatione: cum illi à Catholica fidei traditione, & à vera diuinarum scripturarum recepta interpretatione deuiare, & contra sanctorum patrum determinationes, Conciliorumque & summorum Pontificum expressas ordinationes, seu canones esse, reperiissent: Articulis siue errores ipsos, ut hæreticos aut scandalosos, seu falsos, aut piarum aurium offensiuos, & veritati catholice obuiantes: de eorundem fratrum consilio & assensu, & aliorum prælatorum matura deliberatione, prout in similibus consueuerunt prædecessores nostri, ac sedes Apostolica procedere, damnauimus, reprobauimus, & omnino reijcimus: & pro damnatis, reprobatis, & reiectis ab omnibus vtriusque sexus Christianidelibus haberi debere decreuimus, & declarauimus: ac omnibus & singulis Christianidelibus tam laicis, quàm clericis secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, & alijs quibuscunq; personis quauis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & alijs prælatis, ac conuentibus, & vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, nec non regibus, & Imperatori, electoribus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domucellis, omnibusque officialibus, iudicibus, notarijs ecclesiasticis, & secularibus, conunitatibus, vniuersitatibus, potentatibus, ciuitatibus, castris, terris, & locis, seu eorum vel earum ciuibus, habitatoribus, & incolis, & quibusuis alijs personis ecclesiasticis vel regularibus per vniuersum orbem vbiq; præsertim in Alemania constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis lætæ sententiæ, ac diffidationis & criminis lætæ maiestatis, & hæreticorum, & fautorum eorundem in iure expressis; ac alijs etiam tunc expressis pœnis, eo ipso, & absque vltèri declaratione, per omnes & singulos supradictos (si contra fecerint) incurrendis, præcepimus, atque mandauimus; ne præfatos errores, aut eorum aliquos, peruersamq; doctrinam huiusmodi; asserere, affirmare, defendere, prædicare, aut illa quomodolibet, publice vel occulte, quouis quæsito ingenio vel colore, tacite vel expresse fouere præsumerent. Et quia supradicti errores & plures alij in libellis seu scriptis cuiusdam Martini Lutheri continebantur: libellos ipsos, & omnia dicti Martini scripta, seu prædicationes, quæ in latino vel quocunq; alio idiomate reperiebantur, in quibus dicti errores, seu aliquis eorum continerentur, similiter damnauimus, reprobauimus, atque reijcimus: & pro omnino damnatis, reprobatis, & reiectis haberi volumus: ac in virtute sanctæ obedientiæ,

A obedientiæ, & sub pœnis prædictis, omnibus & singulis Christianidelibus tunc expressis mandamus: ne huiusmodi scripta, libellos, prædicationes, seu cedulas, vel in eis contenta capitula, errores aut articulos supradictos continencia legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, seu defendere, per se vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, aut domibus suis siue alijs publicis vel priuatis locis tenere quoquomodo præsumerent: Quinimmo, illa statim post litterarum nostrarum super his editarum, publicationem vbiq; forent, per ordinarios & alios in dictis litteris expressos, diligenter quæsitæ, publice & solemniter in præsentia cleri & populi sub omnibus pœnis, in dictis litteris expressis comburent: ipsique Martino, ut ab omni prædicatione, seu prædicationis officio, omnino desisteret: alioquin eum, eiusque adhærentes, complices, fautores, & receptatores requisimus & monuimus, in virtute sanctæ obedientiæ, & supradictis pœnis districte præcipiendo mandauimus, ut infra sexaginta dies: quorum viginti pro primo, viginti pro secundo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino assignauimus: ab affixione in locis tunc expressis, immediate sequentibus numerandos, ut à præfatis erroribus, eorumque prædicatione, & publicatione, & assertione; defensione quoque, & librorũ seu scripturarum super eisdem, seu eorum aliquo, editione omnino desisteret, librosq; & scripturas errores huiusmodi continentes comburent vel comburi faceret: ac illos ipse Martinus omnino reuocaret, ac de reuocatione huiusmodi per publica documenta nos certiores faceret, & cum pleno saluo conductu sibi concesso, ad nos veniret, ut de eius vera obedientia omnibus plene constaret: alijs eum, eiusque complices, adhærentes, fautores, & receptatores, & eorum quemlibet, tanquam notorios & pertinaces hæreticos fuisse & esse declarauimus: eosque vt tales condemnauimus, & eos pro talibus, ab omnibus vtriusque sexus Christianidelibus haberi volumus atque mandauimus: eosque & alijs cõtra tales à iure inflictis pœnis subiicimus, & illos hæreticos fuisse & esse decreuimus & declarauimus. Inhibuimus quoque, sub eisdem pœnis, eisdem Christi fidelibus, ne eius scripta, etiam præfatos errores non continencia, tanquam ab homine orthodoxæ fidei inimico, ut eius memoria omnino de Christianidelium consortio deleteretur, legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, siue defendere, seu in domibus aut alijs locis publicis vel priuatis tenere quoquomodo præsumerent, sed illa comburent: Ipsosque Christianidèles sub dictis pœnis monuimus, ut ipsos hæreticos declaratos, & damnatos mandatis nostris non obtemperantes, post lapsum dicti termini euitarent, & euitari facerent, quantum in eis esset, nec cum eis commercium aut aliquam conuersationem seu communionem haberent, nec eis necessaria ministrarent. Et pro maiori Martini, suorumque complicum, fautorum, adhærentium, & receptatorum post lapsum termini declaratorum hæreticorum huiusmodi, confusione: eisdem Christianidelibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs prælatis ecclesiarum, capitulis & personis ecclesiasticis, secularibus & regularibus, exemptis & non exemptis, & vniuersis principibus quacunque ecclesiastica & mundana fulgentibus dignitate Regibus, & Imperatoris Electoribus, & alijs tunc expressis per vniuersum orbem, præsertim in eadem Alemania constitutis, mandauimus, ut ipsi & eorum quilibet Martinum, complices, adhærentes, receptatores, & fautores huiusmodi personaliter caperent, & captos ad nostram instantiam retinerent, vel saltem eos & eorum quemlibet à suis ecclesijs, domibus, monasterijs, conuentibus, ciuitatibus, dominijs, vniuersitatibus, comitatibus, castris & terris omnino expellerent: ciuitates vero, dominia, terras, castra, villas, comitatus, fortalicia, oppida, & loca quacunque vbiq; consistencia, eorumque, & eorum metropolitan, cathedrales, collegiatas, vel alias ecclesias, monasteria, prioratus, domos conuentus, & loca religiosa vel pia, cuiusque ordinis forent, ad quæ ipsorum præfatum Martinum, vel aliquem ex prædictis declinare contingeret, quamdiu ibidem permanerent, & triduo post eorum inde discessum Ecclesiastico subiecimus interdicto: necnon patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs prælatis, capitulis, & alijs personis supradictis, præsertim in Alemania constitutis, sub similibus pœnis & censuris mandauimus, ut Martinum & alios supradictos, si elapso dicto termino, mandato & monitione nostris huiusmodi, non paruissent, in eorum Ecclesijs, Dominicis, & alijs festiuis diebus (dum inibi maior populi multitudo ad diuina conueniret) declaratos hæreticos & damnatos, publice nunciarent, facerentque & mandarent ab alijs nunciari, & ab omnibus archiepis nunciari: ac omnibus Christianidelibus, ut eos euitarent, pari modo, sub prædictis censuris & pœnis, & litteras nostras prædictas, vel earum transumptum, cui vbiq; stari, & plenam fidem adhiberi volumus, in eorum ecclesijs, monasterijs, domibus, conuentibus, & alijs locis, legi, publicari, atque affigi facerent: Excommunicauimus quoque & anathematizauimus omnes & singulos, cuiuscunque status, gradus, conditionis, præeminentiæ, dignitatis, aut excellentiæ forent, quominus litteræ vel earum transumpta, copiarum siue exemplaria, in suis terris & dominijs legi, affigi, & publicari possent, facerent publice vel occulte, directe vel indirecte tacite vel expresse, prout in dictis nostris litteris desuper confectis, quarum vioremore tenorem haberi volumus pro expresso: quasque vt ad Martini, & aliorum monitorum non damnatorum & declaratorum, ac sub eisdem litteris comprehensorum notitiam deducerentur in certis in Romana curia & alijs extra eam expressis locis affigi & publicari volumus, & per Cursores in dicta curia, extra tamen eam per certos Nuncios nostros, de exequi fecimus: ac volumus, ut illos litteræ ipsæ post affixionem prædictam perinde ardeant, ac si eis eadem litteræ personaliter intimatæ forent, plenius continetur.

Saluus conductus Lutheri concessus, ut ad Rom. Pont. accederet.

Cum

Mulci ex his qui Lutheri adhaerent cogitantur.

Lutherus impetrens.

Tit. 3.

Lutherus & eius coplices, omnesque pœnas in hereticos latas incurrisse declarantur. Permanencia.

Lutherus ubique iubet nuntari hereticos.

Prælati & rectores excitantur, ut ardentius predicent verbum Dei contra Lutheri errores.

Cum autem (sicut accepimus) licet post litterarum affixionem & publicationem post elapsum A termini seu terminorum huiusmodi in litteris per nos præfixi huiusmodi seu præfixorum (quos quidem terminos elapsos fuisse, & esse, omnibus Christianis & per præfentes significamus, & fidem facimus) nonnulli ex eis, qui eiusdem Martini errores secuti fuerunt, ipsarum litterarum ac monitionum & mandatorum nostrorum notitiam habentes, spiritu sanioris consilii ad cor reuersi, errores suos confitentur, & hæresim in manibus nostris abiurantes, & ad veram fidem Catholicam se conuertentes, absolutionis beneficium, iuxta facultatem eiusdem Nuncijs desuper concessam obtinuerint, & in nonnullis ciuitatibus & locis dictæ Alemanniæ, libri & scripturæ dicti Martini iuxta mandata nostra publice cremati fuerint; tamen ipse Martinus (quod non sine grati animi molestia & mentis nostra perturbatione referimus) in reprobum sensum datus, non solum errores suos, infra præmissum terminum reuocare, & de reuocatione huiusmodi nos certiores facere, seu ad nos venire contempsit; verum tanquam petra scandali peiora prioribus contra nos & hanc sanctam sedem & fidem Catholicam scribere & prædicare, & alios ad hoc inducere non veritus, propter quod, sicut ipse iam hæreticus est declaratus, ita & alij etiam non parua auctoritatis & dignitatis, propriae suæ salutis immemores ipsius Martini pestiferam hæreticorum sectam publice, & notorie sequentes, eique palam & publice auxilium, consilium & fauorem ministrantes, ipsumque Martinum in suis inobedientia & contumacia confouentes, & alij publicationem dictarum litterarum impediendo, pœnas in dictis nostris litteris contentas dampnabiliter incurrerunt: & hæretici merito sunt habendi, atque ab omnibus Christianis delibis euitandi, dicente Apostolo, Hæreticum hominem, post unam & secundam correctionem deuita: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Ut igitur cum Martino & alijs hæreticis excommunicatis & anathematizatis & maledictis merito copulentur, & sicut in delinquendo dicti Martini pertinaciam sequuntur, ita pœnarum & nominis participes fiant, secumque Lutherani vocem, & debitas portent pœnas, cum præmissa adeo manifesta & notoria sunt effecta & permanentes, ita, ut nulla probatione aut monitione vel citatione indigeant, prout sic fore decernimus & declaramus: Martinum & alios, qui eundem Martinum in suo prauo & damnato proposito obstinatum sequuntur, ac etiam eos, qui eum etiam præsidio militari defendunt, custodiunt, & proprijs facultatibus vel alijs quomodo libet sustentare non verentur, ac auxilium, consilium vel fauorem, quouis modo præstare & ministrare præsumpserunt & præsumunt, quorum omnium nomina & cognomina, & qualitates, etsi quauis celsa vel grandi præfulgeant dignitate, præsentibus haberi volumus pro expressis, ac si non inuim exprimerentur, ac in illorum publicatione vigore præsentium faciendâ nominatim exprimi possent, decernimus, excommunicationis & etiam anathematis, necnon maledictionis aternæ & interdicti, ac in eos & eorum descendentes dignitatum, honorum, & bonorum priuationis & inhabilitationis ad illa: Necnon bonorum confiscationis, & criminis læsæ Maiestatis, & alias sententias, censuras & pœnas, etiam in hæreticis & canonicis inflictas in dictis litteris contentas dampnabiliter incidisse: Ciuitates quoque, terras, castra, oppida, & loca, in quibus tunc pro tempore fuerint, & ad quæ eos declinare contigerit, ac quæ in illis sunt, ac alias etiam cathedrales & metropolitanæ, monasteria, & alia religiosa & pia loca, etiam exempta & non exempta, quocumque ecclesiastico interdicto supposita esse ita, ut illo durante illis, prætextu cuiusuis indulti Apostolici, præterquam in casibus à iure permissis, & in illis, non aliâs quam ianuis clausis, ac excommunicatis & interdictis exclusis nequeant missas & alia diuina officia celebrari. Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus: illosque pro excommunicatis & anathematizatis, maledictis, interdictis, priuatis, & inhabilibus vbicunque locorum denuntiare & publicari, ac ab omnibus Christianis arctius euitari præcipimus & mandamus. Et ut in omnibus tantum in Dei & Ecclesiæ suæ vilipendium, Martini & sequacium & aliorum inobedientium obstinata temeritatis audacia innotescat, ne morbida pecus gregem inficiat, parsque sincera ad infectionem trahatur: vniuersis & singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, patriarchaliū metropolitan. cathedraliū, & collegiatarū Ecclesiarū prælati, capitulis & personis ecclesiasticis, & quorumuis ordinū etiâ Mendicantium religionis exemptis & non exemptis vbilibet constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub dictæ excommunicationis læsæ sententiæ pœnis mandamus: quatenus ipsi & quilibet eorum si & postquam vigore præsentium requisiti fuerint, infra tres dies: quorum vnum pro primo, & alium pro secundo, & reliquum pro tertio & peremptorio termino, ac canonica monitione præmissa assignamus: eosdem Martinum & alios excommunicatos, anathematizatos, maledictos, & hæreticos declaratos, aggravatos, interdictos, priuatos, & inhabiles, & in præsentium executione nominatos in eorū Ecclesijs Dominicis, & alijs festiuis diebus (dum maior inibi populi multitudo conuenierit ad diuinam) cum Crucis vexillo pulsatis cæpanis & accensis candelis, ac demum extinctis & in terrâ proiectis, & conculcatis, cum trina lapidum proiectione, alijsque ceremonijs in similibus obseruari solitis, publice nuntient, & faciant & mandent ab alijs nuntari, & ab omnibus Christianis arctius euitari.

Ad maiorem insuper præfati Martini, aliorumque hæreticorum supradictorum adhærentium & sequacium & fautorum confusionem, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus omnibus & singulis patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliarum Ecclesiarum Prælati, ut sicut ipsi, ad sedandū schismata, auctore Hieronymo, constituti fuerunt, ita nunc urgente necessitate, prout eorum incumbit officio, constituat se murū pro populo Christiano non tacēdo tamquā canes muti non valentes latrare, sed incessan-

A incessanter clamando & exaltando vocem & prædicando & prædicari faciendo verbum Dei, ac veritatem fidei Catholicæ contra damnatos articulos, & hæreticos supradictos. Necnon omnibus & singulis parochialium ecclesiarum rectoribus, ac religiosis quorumcunque ordinum, etiam Mendicantium, exemptis & non exemptis, ut præmittitur, similiter in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut sicut ipsi nubes à Domino constituti sunt, ita spirituales imbrem in populo Dei seminare, & contra supradictos articulos, ut præfertur, damnatos, sicut etiam eorum incumbit officio, publice publicare non vereantur: Scriptum est enim, quod perfecta charitas foras mittit timorem. Vos igitur & vestrum singuli onus tam meritorij negotij deuota mente suscipientes: vos in illius executione sic sollicitos, ac verbo & opere studiosos, atque diligentes exhibeat, quod ex vestris laboribus, diuina nobis fauente gratia, sperati fructus adueniant, ac per sollicitudinem nostram, quæ causas pias gerentibus pro retributione debetur, palmam gloriæ non solum consequi mereamini, verum etiam apud nos & sedem prædictam non immerito valeatis de exacta diligentia vestra vberius commendari.

Verum, quia difficile foret præfentes declarationis & publicationis litteras ad præsentiam & personam propriam Martini, & aliorum declarationum & excommunicatorum huiusmodi personaliter deducere, propter eis fauentium potentiam: volumus, ut affixio & publicatio præsentium litterarum in valuis duarum cathedralium seu metropolitan. aut vnus cathedralis & alterius metropolitan. in dicta Alemanniæ consistentium ecclesiarum, per vnum ex nuncijs nostris ibidem existentibus facta, ita eos liget & arctet, Martinumque & alios declaratos, & damnatos huiusmodi, demonstret, in omnibus & per omnia, ac si eis & eorum cuiilibet personaliter intimatæ & præsentatæ fuissent. Et quia etiam difficile foret præfentes litteras ad singula quæque loca deferre, in quibus earum publicatio necessaria foret, volumus, & præfata auctoritate decernimus, quod earum transumptis, sigillo alicuius prelati ecclesiastici, seu ex Nuncijs nostris prædictis munitis, & manu alicuius publici Notarij subscriptis vbique stetur, prout præsentibus originalibus litteris staretur, si essent exhibitæ vel ostendat: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in prioribus litteris nostris prædictis volumus non obstare: ceterisque contrarijs quibuscunque.

C Nulli ergo omnino hominum liceat hac paginam nostræ constitutionis, declarationis, præcepti, mandati, assignationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo, tertio Nonas Ianuarij, Pontificatus nostri anno octauo.

De Curia.

De Comitibus.

LEO PAPA DECIMVS.

Vniuersis & singulis locorum ordinarijs, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoribus in domino Venetorum consistentibus. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Episcopi & hæreticæ prauitatis Inquisitores procedere possunt contra maleficos & sortilegos: nec eorum circa hæc iurisdictio impeditur aut diminuitur, ex eo quod ipsi aliquis alius adiungitur per summum Pontificem, ut cum ipsis in hæc delicta inquirat, iudices & officiales seculares absque reuisione processuum sententias latas à iudicibus ecclesiasticis super hæc crimina exequantur, & traditos curiæ seculari punient: quod si renuerint, compellantur per ecclesiasticas censuras.

Aliæ extrauag. huius argumenti habentur supra Innocentij viij. & Alexandri vj. & infra Hadriani vj.

EONES T I S petentium votis libenter annuimus, eaque fauoribus persequimur opportunis. Aliàs ad petitionem dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis & domini Venetorum, cum in Brixienſi & Pergamenſi ciuitatibus & diœcesibus, quoddam hominum genus perniciosissimum ac damnatissimum labe hæretica, per quam suscepto renuntiabatur baptismatis sacramento, Dominum abnegabant, & satanæ, cuius consilio seducebantur, corpora & animas conferebant, & ut illi rem gratam facerent, in necandis infantibus passim studebant, & alia maleficia & sortilegia exercere non verebantur. quod ita factum esse videbatur, ut ad eorum errorem extirpandum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiusdem generis nonnullos indicibili pœna obstinate vitam potius perfidie amittere; quàm errorem suum cognoscere maluisse, & propterea de rigoroso nimium (ut dicebatur) vestri ordinarij contra tales processu, dubitantes, Venerabilem fratrem Episcopum Polensem nostrum & Apostolicæ sedis apud eosdem Ducem & dominum Nuntium vobis adiungendum duximus, cum facultate per se vel alium, seu alios processus per vos habi-

x. Ioan. 4.

Edita anno Domini 1521. Ex Directorio Illustrissimi Iacobii Sabelli Cardinalis, reipublice Christianæ Inquisitoris generalis. fol. 424.

tos, seu factos examinandi, & reuidendi: & si vos Inquisitores processus prædictos rite & recte, ac iuxta formam iuris habitos fecissetis contra tale hominum damnatorum genus vnâ vobiscum procedendi & inquirendi; necnon procuratores & aduocatos, scribas, ceterosque ad Inquisitionis præfatæ exercitium necessarios & opportunos, officiales & ministros cum competentibus salarijs deputandi, & homines prædictos (quod redire ad Ecclesiæ vnitatem vellent) clementer suscipiendi, eisque pœnitentiam salutarem iniungendi, & eos absoluedi etiam in vtroque foro, & incorrigibiles condemnandi, & brachio seculari tradendi, ceteraque quæ vos de iure, vel consuetudine facere possitis, & deberetis faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, prout in litteris desuper concessis continetur.

Cum igitur commissionis huiusmodi vigore præfatus Nuntius, venerabilem fratrem Episcopum Iustinopolitanum in partibus illis commorantem, ad præmissa vnâ vobiscum pertractanda & exequenda subdelegauerit, vosque & ipse subdelegatus in valle Communica Brixienfis diocesis, vbi maxime huiusmodi damnati generis homines vigent & pullulant, processeritis; ac nonnullos culpabiles repertos, & curiæ seculari tradendos, necnon iam condemnatos habueritis, videtur, quod per Venetorum collegium Prætori Brixienfi mandatum fuerit, ne sententias huiusmodi exequeretur, & vobis & eidem subdelegato, ne ad executionem illarum procederetis inhiheret, prout inhibitu fuit: ac expensas, & salaria pro huiusmodi Inquisitionis negotio necessaria submoueret, & tetraheret: necnon processus contra culpabiles prædictos habitos & factos eis transmitteret, seu transmitti faceret: & quod deterius est, subdelegatum prædictum ad coram eis in ciuitate Venetiârũ comparandum cogeret, & compelleret, prout coactus & compulsus fuit. Et quia propter dictas litteras, in quibus dictus Nuntius adiunctus fuit, ab aliquibus hæsitatur, an propter hoc facultas vestra diminuta existat, ita quod prout ante datas huiusmodi litteras potuissetis, procedere non possitis, indecensque & contra iuris & sacrorum canonum dispositionem, ac ecclesiasticam libertatem existat, laicos de personis & causis ecclesiasticis se intromittere, nolleque iniunctam à vobis executionem adimplere, nisi processibus, ac sententijs per eos visis & examinatis, ac si ipsi in clericos causasque ecclesiasticas superioritatem & iurisdictionem haberent: cum tamen in clericos causasque huiusmodi, laicis nulla facultas attributa sit, quos obsequendi & exequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter Christianifideles non modicum surgit scandalum.

Nos igitur, ne quod ad salutem animarum, & dictarum canfarum faciliorem expeditionem introducendum est, in damnum & percellationem conuertatur, & propterea ob diuturnitatem temporis infelices animæ huiusmodi peccatis magis grauentur, & ad omne circa hoc dubium tollendum, vos prout ante datas dictas litteras de iure & consuetudine seu priuilegio procedere poteratis, necnon etiam contra maleficos & sortilegos ac à fide apostatantes, prout criminis postulauerit qualitas, procedere posse & debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus & declaramus: vobis committentes & mandantes, vt eisdem Venetos, & illos qui Ducem ac officiales suos, ne ipsi vterius in huiusmodi causis se intromittant, sed quod iniunctas sibi executiones, & forte iniungendas, postquam requisiti fuerint, sine aliqua processuum, per dictos ecclesiasticos iudices factorum visione, vel examinatione prompte exequantur, moneatis & hortemini. Et si hoc facere neglexerint, vel recusauerint, vos eos per censuras ecclesiasticas & alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita compellatis. Præmissis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, statutisque & consuetudinibus ciuitatum & diocesim prædictarum, iuramento, fumatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimo quinto Februarij. Millefimo quingentesimo vigesimo primo. Pontificatus nostri anno octauo.

B R E V E S A N C T I S S I M I D O M I N I N O S T R I
D. Hadriani diuina prouidentia Papæ sexti, ad Fredericum Saxonie Ducem aduersus Lutherum.

Damnato Martino Lutero, & per totam Europam heretico publicato per Leonem x. Pont. Max. Fredericus Saxonie dux eum in suum veluti clientem recepit, quod ægre ferens, vt debuit, Hadrianus sextus eius successor, hoc ad ipsum rescriptum, seu Epistolam hortatoriam dedit, qua omnibus modis conatur pius & sanctissimus Pontifex Frederico persuadere, vt ad sanam mentem reuertatur, cogitetque qualis sit Lutherus & eius præcepta: denique omnia commemorat, quibus principis animus permoueri possit ad catholicam religionem amplectendam: additis insuper multis exemplis, quibus ostendit principes Dei præceptis fauentes felicissimos extitisse, contra vero eius legi repugnantes infelicitissimos euasisse.

Edita anno Domini. 1522.
 Ex 4. Concil. 16. primo. 706.
 ex Colonien. editione an. 1567.



DILECTE fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.
 SATIS & plus quam satis sustinimus, dilecte in Christo, si forte DEI pietas tuam animam dignetur inuisere, ac dare pœnitentiam ad cognoscendum veritatem, vt respisceres à diaboli laqueis, à quo captiuus detineris.
 Nouimus te paterne monitum à se. re. prædecesore nostro, vt à te separares perniciem illam

illam Christianæ religionis Martinum Lutherum: & cum iam toti orbi manifeste essent scelestissimæ machinationes illius, sperauimus & te ad cor pœnitens reuerfurum. Sed quoniam expectauimus vnuas, & ecce quia frustra conflauit conflator, malitiæ enim tuæ non sunt consumptæ: coegit nos miserationi tui, coegit paternus amor, quo te & tibi subditos Saxones in Domino semper fuimus prosequuti, salutaribus & paternis monitis adhuc conuenire, vt vel tandem respiscatis, antequam plane in vos conueniat, quod mox subdit propheta. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit eos. Et quid dicemus vobis quam quod Galatis suis Paulus. O insensati, quis vos fascinoit veritati non obedire? Currebatis bene. Interrogate patres vestros, ac dicent vobis maiores vestros, & annuntiabunt vobis. Quod ab ea ætate, quo vno eodemque tempore vixere Hadrianus Rom. Pont. & Carolus ille magnus Imperator Saxonicæ fidei plantatores, ad nostra vsque & charissimi in Christo filij nostri Caroli tempora, aui & proaui vestri, atque adeo Saxones omnes, semper habiti estis veluti pacis amatores, fidei propugnatores, & per omnia obedientiæ pacifici filij: talesque, vt non immerito Gregorius V. natione Saxo olim Ro. Pont. Saxonie ducem in Ro. Imperatoris constituerit electorem.

Quomodo ergo tam cito mutatus est color optimus? Cur tam facile transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium quod non est aliud, nisi fuit quidam, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi? Quis vineam Domini Sabahot tam pulchre plantatam est demolitus? Certe exterminauit eam aper desylua, & singularis ferus depastus est eam. Sed vâ illud à vobis, à domesticis & amicis, à cruciatu præcordiorum. Obsecramus te fili dilecte in Christo, leua oculos tuos in directum, & vide vbi sis prostratus. Considera quantam Ecclesiæ Christi, tot malis vndique circumuallatæ ac pene oppressæ, pro opera qua illi subuenire debueras, cladem insuper intulisti. Oppugnatur foris ab infestissimo illo ac potentissimo Christiani nominis hoste. Dissident intus principes Reipub. Christianæ, & in mutuum armati perniciem, cruentissimis inter se odijs conflictantur: & in fraterna viscera ferrum stringunt, vt vix ethnici inter se crudelius. An hæc ita tibi visa sunt non satis graua, nisi contritionem induceres super contritionem, nutriendi ac fouens serpentem illum in sinu tuo, qui veneno linguæ suæ Ecclesiam & terras infecit adeo, vt nunc peruenit gladius etiam vsque ad animam? Quanto autem plurius est anima, quam corpus: tanto grauius est prædictis omnibus horrendum illud & plus quam tartareum venenum, quo hæresum ac schismatum contagione tot myriades animarum interierunt; intereuntque. Ita tibi debemus omnes, quod nunc passim ab vnitatem matris Ecclesiæ recedatur? Quod auertatur vulgus indoctum, ac bis mille præstigijs ac fascinoibus retrahatur à fide quam fuxit ab vbero materno: Quod basilicæ sint sine plebibus, plebs sine sacerdotibus; sacerdotes sine debita reuerentia, & sine Christo denique Christiani: Quod sacramenta fidei, non sacra censeantur: quod sanctuarium Christi, sanctum esse negentur: quod dies festi festiuis frustrentur solemnibus, quod moriantur homines in peccatis suis, rapiantur animæ ad tribunal terri: cum, nec pœnitentia reconciliati, nec sacra communione muniti: Quod pulcherrimus ille tabernaculi ordo consutus sit, & pro Christiana pace ac tranquillitate ad rebellionem, ad rapinas, ad cædes, ad incendia, cum magno ac manifesto Christianæ reipub. discrimine, veluti classico passim excitati. Pro quibus egregijs tuis in Ecclesiam Christi meritis, quo te præmio, immo quo non supplicio dignum censebimus? At dices forte, Serpens me decepit. Dignam certe recepisti mercedem, qui illum nutruisti in sinu tuo. Sed itane stultus es ac sine corde, vt in eis maxime rebus in quibus errare, damnari est: vni homuncioni cooperto peccatis, quam tot sanctis. ab initio patribus, qui in lege Dei meditati sunt die ac nocte: & quam tot vniuersalibus concilijs, aduersus quæ impudens os illud velut sepulchrum patens, se aperire non erubescit: sanctæ denique & catholicæ Ecclesiæ, cuius ritum, consuetudinem & decreta, à temporibus Apostolorum ad nos vsque inuolabiliter obseruata, vnus iste sacrilega temeritate damnare præsumit, plus credere potueris? O cæcam dementiam, ac plusquam Iudaicam cæcitatem. At fortassis hoc tibi imposuit, quod veterator ille Martinus & eius sequaces, de capitulis scripturarum visi sunt sua confirmare. Et quis tandem hæreticorum ita non fecit? An non hæc sunt veteris serpentis astutia, qui hac veluti esca obducto hamo, miseris animabus mille technis & versutijs semper est insidiatus: quique, quo angularem infringeret veræ fidei lapidem, ac Christianam scinderet vnitatem, in scripturarum agrum, suum seminare semen & peruersam scripturarum intelligentiam, iam pridem est aggressus? Cum itaque maxima semper pars Ecclesiarum, imperita turba sit, & vix vnus reperiat aut alter,

qui spiritualibus oculis de scripturarum intelligentia digne valeat iudicare: si quidem librum signatum legimus, quem solus Leo de tribu Iuda dignatus est aperire, ac soluere signacula eius: quæ tandem est ista diabolica excaecatio vni carnali homuncioni, semper eructanti crapulam & potum, quam reliquo orbi vniuerso, quam tot spiritualibus patribus, quorum voluntas semper fuit in lege Domini, qui vitæ sanctimonia, ostensione spiritus, ac virtute, glorioso denique martyrio suam doctrinam comprobauerunt, in scripturarum intelligentia plus te fidei habere potuisse? O cæcitatem nouam & inauditam. Vnus apostata tibi potuit persuadere, sefellisse priores vniuersos, errare posteros, & in solum se & quos decepit peruenisse Regnum Dei, peruenisse totas miserationum Dei diuitias, ac gratiam vniuersitatis? Et quid non dicimus cum propheta: Heu, heu, heu Domine: ergo ne decepisti populum tuum? Quin potius, cui non deuitatis (secundum Apostolicum præceptum) quaestionibus ac pugnis verborum, ex quibus

Esa. 5. a.
 Hier. 6 g.
 Ibid.
 Galat. 3. a.
 Deut. 32. a.
 Thre. 4. g.
 Gal. 2. b.
 Esa. 5. a
 Psal. 79. b.

Antiqua & v. sicata hæreci- corum veritatis sacris litteris male intellectu- dis errores suos palliare.

Apoc. 3. b.

Hier. 4. a.
 1. Tim. 6. a.

Matth. 7.

Lutheri furor & immanis audacia.

Lutheri præcepta qualia.

Lutherus concilij detrahit

2. Cor. 11. Qualis Lutheri sermo.

Rom. 12. C

1. Cor. 14. g

Galat. 6. Eph. 4. Col. 3. Lutherus ex sermone cognosci potest valde perfidus Matth. 3. b. 12 c. 23. d. 1. Cor. 5. Matth. 5.

Lutheri in pont. blasphemia.

bus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemias, suspiciones malæ, consiliatationes hominum mente corruptorum, & subuertunt corda audientium, ex operibus suis iuxta Dominicam designationem, studuistis cognoscere filium profanum istum, qui ad vos venit primum in uestimentis ouium, lupus intrinsecus rapacissimus? Si quidem non ex folijs, non ex floribus, sed ex fructibus arbor cognoscenda erat. An non manifesti sunt nequissimi fructus eius? Si quidem sacrilegus hic aduersus Deum imagines sacras, atque adeo ipsam crucem Christi, scelèratis manibus confringere, & pollutis conculcare pedibus non formidat: contra sacerdotes Dei furore impio temerarie debachans, non definit laicos, ad lauandas sibi in eorum sanguine manus sedulo concitare: Ecclesiam Christi parricidalibus armis oppugnans, hoc agit assiduo, vt suffocentur homines in peccatis suis hoc vnum elaborat, ne diuina misericordia suis sacramentis, quæ peccatorum remedia efficacia esse voluit, vulneratos in Ecclesia sua curet. Ita enim ea aut sustulit vniuersa, aut hæreses suæ pestifero infecit veneno, vt toxicum magis requirat, quàm animarum medicinas. Præcepit suis, ne indignanti Deo quis satisfaciat: ne jejunijs, orationibus, lamentationibus peccata redimat: ne hostia illa placens Deo, corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi à sacerdotibus offeratur quotidie pro peccatis nostris. Vota docet non reddere Domino Deo suo. Et cum ipse sit apostata, ac professionis suæ desertor, vt plurimos sui faciat similes, sancta illa Deo vasa pollucere non veretur, consecrataque Christo virgines, & vitam monasticam professas, extrahere à monasterijs suis, & mundo, immo diabolo quem semel abiurauerunt, reddere. Quod in veteri lege in ymbraticis sacerdotibus Dominus non tulit, quod ethnici in idolorum suorum flaminibus omnes sunt abominati, Christi sacerdotes etiam vilissimis copulat meretricibus, sanctos patres illos, quorum vita & doctrina illustrauit vniuersum mundum: non solum debito honore non prosequitur, sed multo quàm Cain scelestius despicit, deridet, contemnit, infelatur. Sacrosanctis omnibus vniuersalibus Concilijs impudenti ore palam contradicit, ac sacrilega lingua detrahit: libertatis specie, licentiosam quandam vitam, nullis constrictam legibus ac vere feruam, inducere conatur. Vnde & exlex homo contemptor ac violator legum omnium, in tantam erupit mentis vesaniam, vt sanctissimorum patrum decreta & Ecclesiasticos canones igne publico concremari non formidat. Et breuiter Christianam veritatem, omnem rerum ordinem, pulcherrimam denique Ecclesiæ faciem, a Christo, ab Apostolis, a Apostolicisque viris ac sanctissimis patribus ab initio constitutam, vnus hic post tot centenos annos discendere, inuertere, ac deformare molitur. Quod si nondum satis etiam internoscis, de Christiano magisterio an de Antichristi spiritu ista proficiantur: si ita fascino te præstigiator ille, vt credere possis vnum hunc perfidissimum apostatam veluti alterum Heliazum habere duplicem spiritum Heliaz, aut alterum esse (quem se iactat) Danielem, in quo sit spiritus amplior & intelligetia scripturarum maior, quàm in omnibus olim sanctissimis illis doctissimisque viris, quàm in sacrosancta Ecclesia Catholica, quid est te vno cæcius? Aut si iam ex fructibus arborem cognoscès, in errore persistis tamen, quid te miserius? Sed esto: transfiguratus sit coram te satanas ille in angelum lucis, & quæ manifesta sunt opera carnis ac diabolica, spiritus esse & Christi opera, venenata sua facundia persuadere potuerit: Nunquid non vbique vel hoc ipso prodidit, cuiusnam spiritus sit, quod omnis eius sermo amarus est, virulentus, arrogans, ac maledicentissimus, nisi quàm non feceris conuicijs, blasphemis, ac scommantibus pluriquam venenatis, aduersus omne Christianæ pictatis, modestiæ, mansuetudinis ac benignitatis officium? Nunquid ita docuit Paulus, cuius se iactat spiritum habere, cum nulla eius extet epistola, quæ non pacem & vnitatem, ac alias id genus virtutes redoleat? An non Romanos suos hortatur in Domino, vt in charitate fraternitatis se diligat, inuicem se sententur quæ sunt pacis, & quæ adificationis custodiant? Corinthijs an non testatur, se docere in Ecclesijs, Deum, non dissensionis, sed pacis Deum esse? Et breuiter, nunquid non vbique clamat, vbique docet Euangelica illa tuba vt digne ambulemus in omni humilitate ac mansuetudine, cum patientia supportantes iniucem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, vt que deponamus omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem? Quo igitur pacto maledicentiam, amaritudinem, iram, indignationem, blasphemiam, inflationem, iactationem, quæ ita huic peculiaris sunt, vt illa Paulo, ac illius discipulis vniuersis, qui mitis est ac humilis corde: non Paulini, non Christiani, sed diabolici spiritus esse certissima indicia, vel cæco non clarissime appareat? Ex verbis illius quomodo non intellexisti, Christum in corde suo, an vero Antichristum haberet, secundum quod ipsa veritas in Euangelio ait, Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? De abundantia enim cordis hos loquitur. Et cum scriptum sit, quod maledici regnū Dei non possidebunt: Item cū in Euangelio dicat Dominus, Quicumque dixerit fratri suo Racha, reus erit Concilio: Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ incendio: illumne esse Antichristi apostolum, cuiquam obscurum esse poterit? Qui non modo sacerdotes Dei, sed & principem sacerdotum Petri successorem, Iesu Christi in terris vicarium, tam nefandis infamibusque nominibus, tam inauditis contumelijs, conuicijs, ac blasphemijs, nusquam non læcerat, discerpit, & infelatur, vt ea commemorare pudica refugiat lingua, & audire horreant aures castæ. Qui Apostolicam cathedram, in qua præfedit caput Apostolorum Petrus, cui præfuerunt tot sancti Pontifices, quam Ecclesiam principalem, vnde sit exorta vntas sacerdotalis sanctus ille & gloriosus martyr Cyprianus non dubitat asserere, impio ac pestilenti ore cathedram pestilentis, Antichristianam, diabolicam, & si quæ potuit excogitare nefandiora toties appellare non cessat: Qui scholas Christianas, quæ tam multos doctissimos, sanctissimosque viros, tam

egregias

egregias in Ecclesia Dei columnas nobis potulerunt, impudica lingua sua, lupanaria; Sodomas & Gomorhas vbique vocare non verecundatur: Qui non satis habet omnipotentis Dei sacerdotes probis omnibus, conuicijs, contumelijs, ac blasphemijs horrendis & inauditis, nunquam non publice ac priuatim insectari, quibusuis canibus viliores facere, nisi etiam laicos concitet ad latandas sibi manus in sanguine ipsorum: Cum tamen quanto honore haberi velit sacerdotes suos, maxime autem principem sacerdotum, idem ipse Dominus in Deuteronomio testatus est, dicens: Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus DEVS tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunque dixerint, qui præsumt loco quem elegerit Dominus, & docuerit te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Et Samuel cum sperneretur à filijs Israel, an non dicit Dominus: Non enim te speruerunt, sed me, ne regnem super eos: manifeste ostendens, inuisibilem se contemni, cum visibilem quis spernit sacerdotem? Quare & Moses Murmuranti aduersus se populo respondit: Non aduersus me murmurastis, sed aduersus Dominum Deum vestrum. Quod si Leuiticos illos sacerdotes tanta honoris prærogatiua præcellere voluerit Dominus, qui exemplari tantum ac vmbra deseruiebant caelestium, in ymbratico illo tabernaculo sacrificiorum officia consummantes: quo tandem honoris loco eos haberi voluit, quibus tradidit clausæ regni caelorum? tantamque tribuit potestatem, vt quæ ligarent super terram, ligarentur & in caelis: & quæ soluerent super terram, soluta essent & in caelis: vtque quorum ipsi dimitterent peccata, dimissa forent: quorum retinerent, forent & retenta? Qui non sanguinem hircorum aut vitulorum, sed hostiam vinam, sanctam, immaculatam, corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi offerunt quotidie pro peccatis nostris, conficiunt verbo suo ac manibus tractant, & breuiter sacramenta omnia, quibus hominibus vita salutemque tribuitur animarum suis perficiunt orationibus. Quanto inquam, honore hos præcellere voluerit Dominus, quis tandem dubitabit, quod nec ipse tacuit in Euangelio, cum dicit ad eos: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit & eum qui misit me? Et quid consequitur? Quod in eundem Christum blasphemus esset & maledicus, qui sacerdoti Christi blasphemat aut maledicit. An non hoc primum mandatum in retributione, Honora patrem & matrem, vt sis longæuus super terram? Qui autem maledicit patri aut matri, morte moriatur. Nunquid ad carnales tantum parentes illud est referendum? Et non minus ad eos qui nos in Christo regenerauerunt, per quos Christiani sumus, qui nobis peccata dimittunt, qui caelestibus, nos pascunt sacramentis? Quid si peccatores sunt & mali sacerdotes? Quid si & parces? Nunquid propterea eos non honorare, aut eis maledicere licebit? Nunquid non & Iudas erat iter eos, quos Dominus misit ante faciem suam, & ad quos dicebat: Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeunte foras de domo aut ciuitate: excutite puluerem de pedibus vestris, Amè dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. An non præcepit ita Apostolus, Obedite præpositis vestris, & subiacete eis? Quod si malis & peccatoribus non sit obediendum, quibus tandem? Quoniam si dixerimus, peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Omnis es, noli discedere pastorem: Noli te iudicem Dei constituere & Christi. An non ita præcepit Dominus in Euangelio, dicens: Super cathedram Moysis sederunt scribæ & pharisæi: omnia quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: Si quæ autem fecerint male, facere nolite: manifeste significans, habere eos dignitatem, tamen vitam essent perditam. Nunquid idem Dominus, cum postea tempore passionis alapam accepisset à seruo sacerdotis, dicenti sibi: Sic respondes Pontifici? aduersus pontificem quidquam dixit contumeliose? quin magis innocentiam suam asserens & ostendens. Si male, inquit, locutus sum, exprobra de malo: sin bene, quid me cædis? An non & Paulus, cum caderetur in concilio iussu Ananias, diceretque ad eum, Percutiet te Deus paries dealbate: Et tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti: Audiens ab adstantibus, Sic infimulas sacerdotem Dei, maledicendo ipsum? tamen inane nomen & vmbra quandam sacerdotis cogitans, expauit; Nesciebam, inquit, fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledices. Quo magis miramur, quod ex istis diabolicis spiritibus; operibus, veluti fructibus nequissimis, arborem pessimam nondum cognouistis. Et quis tandem est ita hebes animo, vt non videat quod nunc prorumpant furiosissimi conatus istius, cum vt quisque est facinorosissimus, desperatissimus, aut perditissimus latro aut homicida, sub istius vexillis ac signis conueniant? Ecclesiam iam Christi parricidalibus armis ac sacrilegis manibus, non clam, sed palam oppugnantes, consecrata Deo loca, rempla, & monasteria exurunt & profanant: Christo dicatas virgines, sacerdotes Christi & monachos crudelissime persequuntur, Ecclesiarum bona diripiunt: & breuiter, rapinis, latrocinijs, cadibus ac incendijs confundunt vniuersa: execrante nimitum eos iusto Dei iudicio, & in insaniam tam manifestam erumpere permittente, vt neminè ià latere possint scelestissime machinationes istius. Atque, hi qui pestifera contagione ipsius infectos sese nunc tandem cognouerunt, schismatico errore

G 4 depofiro

Deut. 17. b.

1. Reg. 8. b.

Exod. 16. b.

Matth. 16.

Luc. 10.

Exod. 10. Deut. 3.

Luc. 20.

Matth. 10. Hebr. 13.

1. Ioan. 1. Matth. 23.

Ioan. 18.

Ag. 24. Exod. 22. d.

Matth. 3.

Hier. 5.

Io an. 5.

Num. 16. Qualis diuina vltio in contemptores legis Dei & quia pramia in amatores.

4. Reg. 17.

3. Reg. 12. 1. Reg. 15. 2. Para. 26.

Num. 16.

x. Cor. 5.

Micr. 6.

Hebr. 13.

Luc. 15.

Hier. 6.

deposito, ac hæretico furore deserto, vnitatis ac veritatis domicilium fidei sanitate repetunt. Inter quos, dilectæ nobis in Christo Iesu, cum & te non ex postremis reuerturum ad salutarem matris sinu sperasse mus, quem reuertentem libenter & obuijs excepisse mus manibus: bona spe tandem nostra frustrati, videmus supra petram indurauisse te faciem tuam: videmus perniciem illam animarum Lutherum sub tuo patrocinio latitantem, suum adhuc virum longe lateque spargere. Sed quoniam adhuc potens est Dominus Deus etiam de lapidibus istis suscitare filios Abraham, antequam egrediatur ut ignis indignatio eius, & succendatur, nec sit qui extinguat; ideo te fili dilectæ in Christo obsecramus per viscera nostri redemptoris Domini nostri Iesu Christi, per Christianam vnitatem, per patriæ charitatem, per tuam denique ipsius tuorumque salutem, miserere Ecclesiæ Christi, & tot iam malorum procellis vndique exagitata ac penè oppressa tua maxime culpa, aliquando ser opem: miserere patriæ nostræ, quæ sinceræ olim fidei, eximie religionis, sanctæ subiugo Domini ac religiose obedientiæ insigni præcellens gloria, perniciem istam religionis Christianæ, ac fidei ac pietatis publicum hostem Martinum, in suis se peperisse ac fouisse visceribus, nunc erubescit. Miserere denique tui ipsius, tuorumque misere seductorum Saxonum. Quos nisi respiscatis, & quidem cito, manet præfens & certa vltio, Diuina, quam neque in hoc sæculo effugietis, neque in futuro. Hæc dicit Dominus Deus: Audi popule stulte, audi princeps qui non habes cor: qui habetis oculos, & non videtis; aures & non auditis: Me ergo non timebitis, & à facie mea non dolebitis? nunquid non audistis, quæ fecerim in diebus antiquis? Legite scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere, & inuenietis, quàm grauis semper fuerit, & quàm terribilis Diuina vindicta in illos qui in populo Dei schismata concitauerunt. Nunquid non legistis horribilem Diuinam vltionem aduersus Dathan & Abiron, quod multitudinem aduersus Moysen concitauissent, quos dehiscentes sub pedibus terra, & aperiens os suum, deglutiuit, & omnia quæ ad eos pertinuerunt, ita ut descenderent viuentes in infernum? Et aduersus Corè, quem eandem ob causam cum ducentis & quinquaginta viris cælestis flamma deuorauit. Quod si ob durius imperium fortassis, aut quorundam pastorum seu ignauiam, seu malitiam, schismata excitanda putatis: nunquid non ex libro Regum audistis adeo indignatum fuisse Dominum aduersus decem tribus filiorum Israel, & in omne femem eorum, ut dimouerit eos, & tradiderit in direptionem, donec proieceret eos a facie sua? Ob quam tandem culpam, nisi quod obdurius imperium Salomonis & imprudentius arrogantiisque responsum Roboam regis Hierusalem, scissæ fuerunt à tribu Iuda & Benjamin? Quàm præfens semper fuerit Dominus vindex sacerdotibus suis, an non Saul ab regio abiectus honore, & Ozias Rex Iuda percussus lepra, propterea quod quæ sacerdotum erant, contra sacerdotes Domini sunt ausi usurpare, sufficiens vobis potuerunt esse argumento? Et breuiter: An non omnes testantur historia, vniuersos vltice Domini manu infelici perijisse exitu, qui in Christos Domini facilegas manus iniicere non formidauerunt? Contra autem, felicia omnia & longam illis contigisse vitam, qui Christum in sacerdotibus suis venerati sunt? Moueant ergo vos exempla aliorum, & cogitate quid vobis sit expectandum, qui venerabilem Dei chorum, in manus tentatis tradere profanas. Proinde quod Dominus per Moysen præcepit vniuerso populo Israel, ut separarentur à tabernaculis Corè, Dathan & Abiron, nec tangerent quidquam quod ad eos pertineret, ne inuoluerentur in peccatis eorum: hoc & vobis, præcipue autem tibi dilectæ fili, eiusdem Domini nostri auctoritate præcipimus & obsecramus in Christo Iesu, ut separemini à Martino Lutero, auferatis à vobis petram illam scandali, neque tangatis quod illius est, ne & vos diuina vltio inuoluatur subito in peccatis illius. Expurgate quamprimùm feruentum illud, quod reliquam fidei vestræ massam corrumpit, ut sitis noua conspersio, nouaque creatura. Non dedigneris fili dilectæ Paulum imitari, quem sicut vicisti in Ecclesiæ Dei persecutione, tam grauem animarum perniciem sub tuo nutriendi patrocinio: ita reuertus ad cor, glisc vt omnes intelligant tuam conuersionem: vtque qui per te sunt scandalizati in te rursus glorificent Deum. Maxime autem hoc præsta quamprimùm, vt impurum os illud obstruatur, vt capuletur blasphemata lingua, quæ contra Deum ac sanctos eius loqui non cessat, & virus suum vndique spargit. Et vt prophetis vos verbis admoneamus, stete super vias, & videte ac interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. State, inquam, & doctriinis varijs & peregrinis nolite abduci. Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, per quam ambulauerunt patres vestri, quam demonstrauerunt tot myriades martyrum, docueruntque tot millia confessorum, & ambulate in ea. Quod si à vobis impetrauerimus, sicut & sincere speramus, erit quod gaudeamus cum angelis de peccatore penitentiam agente, & perditam ac rursus inuentam ouem humeris nostris ad ouile Domini gaudentes reportabimus; paternaque pietate quantum in nobis fuerit, stolam vobis pristinam restitueamus. Quod si dixeritis, Non ambulabimus: & paterne salubriterque vos monenti respondebitis, Non audiemus. Ideo audite gentes; dicit Dominus, & cognoscite congregationes, quanta ego faciam eis.

Ecce ego aducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Sed & hoc tibi denuntiamus in virtute omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi, cuius in terris Vicarius sumus, nec te in præfenti sæculo hoc laturum impune, & in futuro æterni te ignis expectare incendium. Viuunt vnà Pontifex Hadrianus & religiosissimus Imperator Carolus, meus charissimus in Christo filius & alumnus: Cuius tu edictum

vere

A vere Christianum aduersus Lutheranam perfidiam, & quod talem decebat Imperatorem, non sine graui offensa ac vilipensione Cæsareæ maiestatis violare non timuisti. Non committemus, vt quos olim cum Magno Carolo Hadrianus Pontifex in Christo genuerunt, nunc Hadrianus Pontifex & Imperator Carolus sub schismatico ac hæretico tyranno, hæresum ac schismaticum sinum interire conagione. Quare reuertimini ad cor, & respiscite tu rursus misere seducti Saxones, nisi vtrunque gladium, Apostolicum simul & Cæsareum, olim veltis experiri.

Scripta Romæ Anno Domini M. D. XXII.

HADRIANVS SEXTVS.

Hadrianus Papa sextus Inquisitori Comensi.

Inquisitores hæreticæ prauitatis, cum Vicarijs, Episcoporum, si adesse voluerint, inquirant in lamias, seu striges, hoc est in eos qui fidem susceptam abnegant, imagines sanctorum conculcant, sacramentis abutuntur, diabolum inuocant, & incantationibus, carminibus, sortilegijs, alijsque maleficijs iumenta & fructus terræ ledunt: quos iuxta canonica decreta puniant.

Aliæ extrauagantes huius argumenti habentur supra Innocentij viij. Alexandri vj. & Leonis. x.



ILECTE fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

DVDVM vt nobis exponi fecisti, per felicis recordationis Iulij Papam 11. prædecessorem nostrum, nō sine magna tunc animi sui disphentia accepto, quod per quendam Georgium de Casali, ordinis fratrum Prædicatorum professorem, & in ciuitate Cremonensi hæreticæ prauitatis Inquisitorem deputatum; in nonnullis Lombardiæ partibus, & præsertim in locis, in quibus dictus Georgius Inquisitor deputatus

erat, reperta fuerunt quamplures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis im memores, & à fide Catholica deuiantes, certam sectam facientes; fidem, quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, ecclesiasticis & præsertim Eucharistiæ sacramentis abutentes, diabolum in suum dominum & patronum affuantes, eique obedientiam & reuerentiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegijs, alijsque nefandis superstitionibus, iumenta & fructus terræ multipliciter ledentes: aliaque quàm plurima nefanda, excessus, & crimina eodem diabolo instigante committentes, & perpetrantes, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, perniciosumque exemplum, & scandalum plurimorum. Contra quas cum dictus Georgius tunc (vt asserbat) in dictis locis suæ Inquisitioni deputatus, prout ipsius Georgij incumberebat officio, ipse Georgius processisset: nonnullarum tamen clericorum quàm laicorum illarum partium, quærentes plus sapere quàm oportet, præmissa delicta, ad eiusdem Georgij Inquisitionis officium non pertinere temere asserentes, præsumentes in populo errores & scandala seminauerunt, sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgij officium im-

pedire conari fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quod propter præmissa, personæ prædictæ delicta huiusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & aliæ eorum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dictus prædecessor volens (ne inquisitionis officij executio, quomodo libet retardaretur, & labes hæreticæ prauitatis longius venena diffunderet) prouidere, dicto Georgio per quasdam suas in forma breuis litteras, commisit & mandauit, quatenus in locis eiusdem Georgij inquisitioni deputatis, de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascunque personas, cuiuscunque conditionis & præminentie forent, inquisitionis officium exercere & exequi ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vnà cum locorum ordinariorum Vicarijs, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita, corrigere & punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos à iure ex sacris canonibus statutum: contradictores quoscunque per censuram ecclesiasticam, & alijs iuris opportuna remedia compescendo. Eos vero qui in præmissis, consilium, auxilium, vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eisdem indulgentijs vt & gaudere decreuit, quibus crucifigati contra alios hæreticos, ex indulto apostolico eis concessio, tunc gaudebāt & vtebantur, prout in dictis litteris plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta & crimina huiusmodi contra fidem catholicam, & Christianam religionem, sub iurisdictione Inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur; sed in omnibus alijs locis & diocesis, sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indices perpetrantur & committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem præfecto prouisione & castigat-

tione eis sit earundem litterarum tenore prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi, vbi dictæ prauitatis Inquisitor existis, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hæreticæ prauitatis Inquisitorum vbilibet consistentium & deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, vt litteras prædictas ad vos extendere & ampliare, aliaque desuper opportune dignemur prouidere. Nos igitur huiusmodi supplicatione inclinati, litteras prædictas, cum

Edita anno Domini 1523.

Ex Archivio Inquisitionis Comensis, & Directorio Sabellano. fol. 74.

Scelera impunita relinque re occasionem tribuit delinquenti.

Talia

Tota

Idem in ceteris omnibus Inquisitoribus locum habet, ob ratione eadem, illud. ff. ad l. Aquilia.

cum omnibus in eis contentis clausulis, in omnibus & per omnia, prout in eisdem litteris continetur, ad te & ad alios ordinis & congregationis huiusmodi Inquisitores, tam in presentiarum deputatos, quam in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi, & cuilibet Inquisitorum predictorum dirigerentur, & directæ fuissent, Apostolica auctoritate, tenore presentium extendimus. Ipsasque litteras tibi & illis, ut præmittitur, eisdem auctoritate & tenore concedimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem Iulius prædecessor voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque. Et quia difficile foret præsentibus litteras, ad singula loca, in quibus de eis fides forsitan fuerit faciendâ, deferre: volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis, manu cuiuscunque notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis: in iudicio & alibi, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem presentibus, si forent exhibita vel ostensa. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xx. Julij, M. D. xxxi. Pontificatus nostri anno primo.

Euangelista

CLEMENS PAPA VII.

Venerabili fratri Paulo Zane Episcopo Brixien. & dilecto filio Inquisitori hæreticæ pravitatis in Civitate Brixien. & eorum alteri.

Communitas civitatis Brixien. decreto quodam constituit initio Lutheranicæ perfidiæ, ut tres viri deligerentur, quorum sollicitudine hæreses extirparentur, accepta ex publico arario pecunia pro eius decreti executione. id laudat Romanus Pontifex, hortaturque Episcopum & Inquisitorem, ut idem præstare ipsi curent, & procedant contra hæreticos quoslibet omni appellatione remota iuxta canonicas sanctiones: multa in super concedit Episcopo & Inquisitori privilegia, & amplam facultatem procedendi contra perfidum hæreticorum genus.

Edita anno Domini 1528. Ex Archivio Inquisitionis Brixien.



VENERABILIS frater, & dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem. PLACUIT intelligere quod non solum fraternitas tua, seu eius dilecti filij Communitas istius Civitatis Brixien. nolentes negligentia, aut desidia eorum amittere illud optimum nomen eis à parentibus & antecessoribus suis relictum, omni diligentia curarint, ne hæreses his temporibus de novo pullulare possint, sed omnibus remedia adhibuerint, ut si quæ sint in ipsa civitate, extirpentur: & propterea cum ad ipsorum communitatis notitiâ pervenisset, nonnullos in ipsa Civitate suæ famæ & honoris prodigos ita nefarios Dei sanctæque matris Ecclesiæ rebelles existere, ut non erubescerent lutheranam doctrinam publice declarare, & quæ palam non auderent, seorsum secreto docerent, plerisque inducentes à recta semita desilare, ne ob id forte contra eos ira Dei magis provocaretur, in publico eorum consilio statuerunt Tres eiusdem Civitatis ciues eligi debere, quorum cura, diligentia, & vigilantia lutheranæ diabolicæ hæreses à Civitate ipsa eiusque territorio prorsus extirparentur, & earum auctores & seminatores condigna pœna plesterentur, cum potestate etiam comparandi per procuratorem coram sede Apostolica, & quibuscunque alijs Iudicibus ecclesiasticis & sæcularibus, & pro præmissorum executione exponendi, ex publico quascunque pecunias necessarias: quod ut merito ex hoc illi laudari, & plurimum commendari debent, ita etiam vos prout vestro incumbit officio, circa hæreses huiusmodi in civitate & diocesi Brixien. idem facere prout speramus, & desideramus omni diligentia curabitis. Cupientes igitur errores & peruersa dogmata in civitate, & diocesi tuis huiusmodi penitus extirpari, & illorum sectatores debita correctione reprimi, ac debitis pœnis puniri, Vobis & alteri vestrum etiam cum à præfatis electis requisiti fueritis, & alter vestrum requisitus fuerit, omnes & singulas causas huiusmodi hæresim sapiens etiam criminales, tam dicta lutherana, quam alia & erronea & peruersa doctrina in civitate & diocesi prædictis exortas, & quas etiam contra quemdam Ioannem Baptistam Palauicinum ordinis fratrum Carmelitarum, qui verbum Dei in proxima Quadragesima in Ecclesia Brixien. prædicando publice nonnulla erronea & à fide catholica deviantia prædicavit, adeo quod pias hominum aures plurimum scandalizavit, si in civitate, seu diocesi prædictis extiterit, inuere seu exoriri contigerit, cum omnibus, & singulis illi annexis, dependentibus & emergentibus ab eis simpliciter & de plano sine strepitu & signa iudicij, prout in similibus procedi consuevit, audiat. Nos enim vobis ut auditis hinc inde propositis etiam vsque ad diffinitivam sententiam inclusive sublato quouis diffugij obstaculo, & prout sacri canones volunt, etiam appellatione qualibet remota, decidendi, & sine debito terminandi, ac sententias desuper per vos & alterum vestrum latas, & quibusvis appellationibus, etiam ad nos & sedem prædictam interpositis penitus, reiectis, perinde ac si res sententiæ conformes in nostrâ Rotâ auditorio latæ essent, debitæ executioni demandandi: Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuras ecclesiasticas appellatione cessante compellendi veritati testimonium perhibere, ac monitiones, & citationes quoslibet confitto de non tuto accessu, seu quod pro monitionibus & citationibus huiusmodi faciendis ipsorum monendorum & citandorum præsentia commode haberi nequiret et p. edicta publica locis publicis

A publicis affigenda, quæ perinde ipsos ardeant, ac si eis personaliter intimatæ fuissent faciendi: ac contra quosque cuiusque status, gradus, ordinis, religionis, vel conditionis, seu præminentie fuerint, & quacunque Ecclesiastica seu mundana dignitate præfulgeant, vel exemptione, ipsius Martini, & aliorum erroneorum dogmatum sectatores, sequaces, fautores, defensoresque ac illis auxilium, consilium vel fauorem directe, vel indirecte publice vel occulte præstantes inquirendi, & procedendi, ac huiusmodi labe, & alijs hæresibus infectos capiendi, & carceribus mancipandi, ac iuxta canonicas sanctiones, & Sanctorum Patrum instituta prout qualitas excessuum exigerit, vel conscientie vestre expedire visum fuerit, puniendi, & pœnis debitis plestendi, & ad cor redire nolentes, & dictæ Ecclesiæ communiõne, velut putrida membra separatos, & diuisos, ac damnationi æternæ cum Satana & Angelis eius addictos, ac perpetuo infames, ac intestabiles esse, nec non bona eorum, quælibet mobilia, & immobilia cuiuscunque fidelium libere & licite inuadere, occupare & sibi acquirere licere, personas eorum captiuare, & in perpetuum seruitutem adducere, corpora eorum postquam defuncta fuerint sepultura Ecclesiastica carere, & debere, decernendi, denunciandi & declarandi, & qui ad veritatis lumen redire, & huiusmodi hæreses abiurare voluerint, postquam errorem suum deposuerint, idque humiliter petierint, si aliâ relapsi non fuerint, recepta ab eis prius abiuratione hæresis & errorum huiusmodi legitime, & publice faciendâ, præstandoque per eos iuramento, quod talia deinceps nõ committent, nec talia, vel alia his similia committentibus, seu adhærentibus, consilium, auxilium, vel fauorem per se vel alium seu alios præstabunt, ab omnibus & singulis excommunicationis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis etiam in litteris felicis recordationis Leonis Papæ x. prædecessoris nostri contra dictum Martinum editis, continentis, quas præmissorum occasione quomodolibet incurrissent, ac ab huiusmodi delictis, excessibus, & criminibus, necnon alia in forma Ecclesiæ consueta absoluedi, & super irregularitate propterea quomodolibet contracta dispensandi, omneque inhabilitatis, & infamie maculam, siue notam penitus abolendi, eosque rehabilitandi, & ad nostrum, & eiusdem sedis gremium, necnon gratiam, & benedictionem restituendi, & reponendi, omniaque & singula alia quæ ad huiusmodi pestem reprimendam & radicem extirpandam necessaria seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, ordinandi, coercendi, & exequendi, ac auxilij brachij sæcularis si opus fuerit inuocandi: Et ad præmissa omnia, & singula, si & quando expedire vobis, & alteri vestrum visum fuerit, Viros aptos, & idoneos cum simili, vel limitata potestate subdelegandi, & deputandi, ipsosque quotiens opportunum vobis, & alteri vestrum videbitur reuocandi, ac loco ipsorum alios similiter deputandi, Auctoritate Apostolica plenam & liberam potestatem, auctoritatem, facultatemque concedimus per presentes: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ idem Leo prædecessor in suis litteris voluit non obstare, & quæ pro expressis haberi volumus, ceterisque contrarijs quibuscunque, etiam si in eis essent clausulæ aliquæ derogatoriæ, derogatoriarum, & de quibus oporteret fieri specialis & in diuidua mentio, & de verbo ad verbum, quas pro expressis haberi volumus & eis derogatum esse censemus & intendimus.

Datum Viterbij sub annulo piscatoris Die xij. Julij. 1528. Pontificatus nostri Anno quinto.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecto filio Paulo Butigelle, totius ordinis fratrum Predicatorum Vicario generali, in Ferrarien. & Mutinen. ciuitatibus & diocibus hæreticæ pravitatis Inquisitori.

Inquisitores & eorum vicarij procedant contra quoslibet religiofos de hæresi diffamatos, aut suspectos, & erroneas propositiones prædicantes, non obstantibus quibuscunque privilegijs: Inquisitores vicarios sibi possunt instituere annorum viginti: occultos hæreticos absoluant: super irregularitate ex hæresi vel Apostosia contracta dispensant: quamlibet aliam censuram ecclesiasticam tollunt: irregularitates cruce signatorum clericorum amouent: cruce signati morientes tempore interdicti, ecclesiastica sepultura donantur: idem multa alia privilegia consequuntur, quæ hic enumerantur, & vetera eisdem, per alios Pontifices concessa confirmantur, & innouantur.

Dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.



V M sicut ex relatione pro parte tua nobis facta, cum graui nostræ mentis molestia innotuit, in diuersis Italiae partibus adeo pestifera hæresis Lutherana, nõ tantum apud sæculares personas, sed etiam Ecclesiasticas & regulares, tam Mendicantes, quam non Mendicantes inualuerit, ut aliquando nonnulli ex eis suis sermonibus & verbis, & (quod deterius est) publicis prædicationibus tali labe plerisque inficiant, & Christianifices, sub obedientiæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuentes, & præcepta eiusdem Ecclesiæ seruantes non leuiter scandalizent in hæresum augmentum, pusillorum scandalum, atque Catholi-

Hæc facultas per aliorum pontificum referenda ut nunc esse sublata dicitur. rect. parte. 3. q. 126.

Edita anno Domini. 1530.

Ex lib. priuil. ord. fra. Prædic. fol. 201. pag. 2.

Beatus Hieronymus in epist. Pauli ad Gal. 5. 1.

Eymers. 3. par. 9. 18.

¶ Vide super Directorio par. 3. quæst. 48.

¶ Hymericus in Directorio par. 3. quæst. 126.

Crucifignatorum privilegia

Omnia Inquisitorum privilegia confirmantur.

Catholicæ fidei non mediocriter detrimentum. Nos attendentes Arium vnam modicam scintillam fuisse in Alexandria: sed quoniam non mox oppressus est, grande per totum orbem incendium excussit, ac cupientes huic veneno, hæresique nefariæ, & labe pestiferæ, quam supremis extingui affectibus anhælamus, omni salubri, quo possumus remedio occurrere, & ne huiusmodi morbus excrescat ulterius, sed operante Domino passim euellatur salubriter providere; tibi necnon omnibus & singulis alijs dictæ hæreticæ prauitatis Inquisitoribus ex ordine fratrum Prædicatorum, maxime congregationis vtriusque Lombardiæ per vniuersam Italiam constitutis & deputatis, ac constituendis & deputandis, eorumque vicarijs, in virtute sanctæ obedientiæ, & in remissionem peccatorum vestrorum districtè præcipiendo mandamus, quatenus omnibus & singulis etiam Carmelitarum, & aliorum ordinum Mendicantium religiosi, vel non mendicantibus de huiusmodi peste diffamatis, aut aliter suspectis, præcipueque tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus, per censurâ Ecclesiasticâ, appellatione postposita, super huiusmodi, ac qualibet alia hæresi silentium imponatis. Et postquam per vos siue vicarios vestros, aut vestrum vel eorundem vicariorum aliquos, siue aliquem, præfidentes monasteriorum conuentuum, & aliorum locorum, vbi hæreses huiusmodi vel errores seminati forent, aut inibi propinquiorum, præmoniti fuerint nisi tales infra mensem à die admonitionis computandum, debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint; ac digna pænitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur: & si præfidentes ipsi talia prædicarent, admonitionem præfidenti vicinioris conuentus vel loci respectiue facere sufficiat contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam diffinitiuam, ad quam ferendam (si fuerit condemnatoria) cum consensu ordinarij procedatis. Contra Carmelitas tamen confessim possitis etiam ad capturam dum prædicant populo, vel publice disputant erroneas conclusiones: aduersus non exemptos vero de tali labe diffamatos aut suspectos, veluti contra alios hæreticos (prout iura disponunt) libere inquiratis atque procedatis. Decernimus insuper, vt vestros vicarios siue commissarios instituere valeatis, viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigessimum annum attigerint. Vobis etiam ac vicarijs præfatis extraiudicialiter Lutheranos occultos & non Inquisitos per ordinarium siue alios iudices, ac alios quoscunque hæreticos, fautores, credentes, defensores & receptatores, necnon & à sancta fide apostatas, eosque qui contra inhibitionem sedis Apostolicæ, tenuerunt vel legerunt libros Martini Lutheri vel aliorum, aut eidem siue eisdem quomodolibet adhæserunt (si ad cor reuersi pænitentes id humiliter petierint) postquam hæresim, qua polluti & infecti erant, abiurauerint, medio iuramento promiserint de cetero ab huiusmodi hæresi penitus abstinere, absoluedi, illisque pro præmissis pœnitentiam iniungendi salutarem, eosque ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ restituendi & reducendi, & cum clericis secularibus, ac personis religiosi cuiusvis ordinis, status & conditionis, super quavis irregularitate, quàm tã ex hæresi quàm ex Apostasia à fide, seu etiam ex eo quodd centuris & pœnis ecclesiasticis tam à iure quàm ab homine quavis occasione vel causa latis & promulgatis, quomodolibet incurrerint, aut ligati seu innodati diuina celebrando contraxerint, ac etiam super irregularitatibus, quas clerici crucifignati sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine etiam quavis occasione vel causa latis ligati seu irretiti, ac etiam ex eo quod in locis ecclesiastico interdico suppositis missas & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrauerint, incurrerint, dispensandi. Et quia Inquisitores præfati in ciuitatibus seu alijs locis societates seu confraternitates ad extirpandum hæreses & capiendum hæreticos (iuxta concessionem à Romanis Pontificibus eis factam) instituunt, & in eis confratres recipiunt, qui in eorum receptione votum in eorundem Inquisitorum seu vicariorum manibus emittunt, ac voto se astringunt, dum pro parte ipsorum Inquisitorum & vicariorum ad capiendos ipsos hæreticos requisiti fuerint, auxilium, consilium, & fauorem præstare, vt eis tempore cuiusvis localis interdici diuini interesse, & eis decedentibus eorum corpora ecclesiasticæ sepulturæ (sine tamen funerali pompa) tradi possint, dummodo causam non dederint huiusmodi interdico, nec eis id contigerit specialiter interdici: ipsique crucifignatis per ipsos Inquisitores seu vicarios dum in eorum manibus votum hæreticos ipsos persequendi miserint, vt semel ex tunc & in mortis articulo à reseruatis, & in bulla Cœnæ Domini contentis casibus, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, aut propositum confitendi debito tempore per Ecclesiam statuto habuerint absolui, ac indulgentia plenaria, & omnium peccatorum remissio huiusmodi concedi: eisque vt singulis diebus anni quinque flexis recitando, vel quinquies orationem Dominicam & totiens salutationem Angelicam in quolibet altari, indulgentias stationum Urbis consequi valeant etiam concedendi & elargiendi, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus. Et nihilominus concessionem per Romanos Pontifices (forsan) viæ vocis oraculo, seu aliâ eisdem Inquisitoribus & vicarijs fratrum seu licentiam concessam huiusmodi, approbamus & confirmamus, ac omnia & singula alia priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias & indulta, quibuscunque Inquisitoribus alijs hæreticæ prauitatis quorumuis ordinum & congregationum, & officio Inquisitionis huiusmodi in quibuscunque regnis & prouincijs, siue locis ac terris, hæctenus deputatis concessa, & in posterum concedenda vobis communicamus, atque iam vobis aliâ concessa, approbamus, confirmamus, & innouamus, vniuersosque & singulos iuris & facti defectus (si qui forsân in illorum concessionibus

restione interuenerint) supplemus. Mandantes omnibus & singulis venerabilibus fratribus archiepiscopis, & episcopis, necnon dilectis filijs eorumdē archiepiscoporum & episcoporum vicarijs in spiritualibus generalibus, quatenus præfentes litteras & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte vestra, seu vicariorum vestrorum prædictorum, aut alicuius vestrum, siue illori desuper fuerint requisiti solemnius publicantes, ac vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciât præfentes litteras & in eis cõtenta huiusmodi, firmiter obseruari, vosque illis pacifice gaudere. Non permittentes vos desuper per quoscunq. quoquis modo, indebite molestari: contraditores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictorum ordinum etiam iuramento & confirmatione Apostolica roboratis, statutis & consuetudinibus, necnon priuilegio quod incipit: Sacer ordo. per fel. rec. Sixtum Papam 1111. prædecessorem nostrum ordini Carmelitarum concesso fortassisque post alijs communicato, & quibuscunque alijs priuilegijs & indultis Apostolicis illi ac quibuscunque alijs, etiam Mendicantium ordinibus etiam sub quibusvis tenoribus & verborum formis, ac cum quibuscunque clausulis & decretis concessis, approbatis & innouatis, quibus omnibus (tenores illorum ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes) hac vice specialiter & expresse derogamus, nec non quibuscunque exceptionibus, oppositionibus, & appellationibus, forsân desuper faciendis & interponendis, quæ aduersus præmissa nulla tenus suffragari posse volumus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum quodd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, Decernentes præsentium transumptis, manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio & extra adhibendam fore, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Bononiæ sub annulo piscatoris, die xv. Ianuarij M D X X X. Pontificatus nostri anno septimo.

PAVLVS PAPA III.

Ad futuram rei memoriam.

Inquisitores hæreticæ prauitatis procedere possunt contra eos qui asserunt & prædicant propositiones suspectas, scandalosas, periculosas, erroneas, hæresim sapientes à fide catholica quavis ratione discrepantes, & Christianæ pietati, ac bonis moribus non conformes; non obstantibus quibusvis priuilegijs & exemptionibus, aut quavis personarum qualitate & dignitate, Episcopis exceptis. Qui vero id impediuerint, grauiter coercentur; nam ordinarij administratione suarum dignitatum priuantur, & gubernatores terrarum bonis suis spoliantur, & excommunicantur.



N Apostolici culminis specula diuinæ gratiæ munere collocati, nihil magis esse nostri officij duximus, quàm sedulo ac diligenter omnia circumspicere, quæ catholici nobis commissi gregis custodia, ac conseruationi conferant, illamque in primis curam suscipere, & quæ materiam scandali præbere possent penitus succidantur, ac radicibus extirpentur, nec ea vsque pullulare sinantur. Cum itaque sicut accepimus in nostrâ Bononiæ ac Mediolani, & quamplurimis alijs Italiæ ciuitatibus & locis, nonnulli sæculares ac etiam & religiosi prætextu quorundam indultorum, ac concessionum seu priuilegiorum & exemptionum, a sede Apostolica per ipsos obtentorum, & ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in eisdem ciuitatibus & locis per sedem Apostolicam, aut illius auctoritate deputatis, illorum iurisdictione exemptos, prætententes, varias propositiones scandalosas & erroneas, ac piarum mentium offensiuas, & quandoque etiam hæresim sapientes, ac catholicæ fidei minus consonas, Christianæque pietati & bonis moribus minime conformes publice proponere ac disputare, & pro viribus sustinere, necnon populis prædicare, non sine magno Christi fidelium animarum periculo, ipsiusque fidei detrimento, & totius religionis opprobrio temere audeant & præsumant. Nos qui desideranter in votis gerimus, vt fides præfata nostris prosperetur temporibus, & prauitas hæretica de sinibus fidelium extirpetur, attendentes non ideo ab Apostolica sede priuilegia & exemptiones concedi solitas esse, vt per ea scandala & fidei diminitio generentur, sed potius ad ea tollendum & ipsam fidem augendum, volentesque ne de cetero per propositiones & prædicationes huiusmodi in perditionem (quod absit) animæ fidelium prolabantur, obuiare, & ne exemptionum prædictarum prætextu valeant talium præsumptores in eorum tam detestabili temeritate perdurare, eorumque iniquitas remaneat impunita, morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam, Motu proprio & ex certa nostra scientia, volumus, statuimus, & ordinamus, quod Inquisitores præfati in tota Italia, & in insula Chij deputati, & in posterum deputandi contra omnes & singulos tam sæculares quàm religiosos, quorumuis ordinum etiam Mendicantium professores, cuiuscunque sexus, gradus, status, conditionis, dignitatis & præminentia, non tamen Episcopalis existant, qui propositiones

Edita anno domini 1543.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis. & bib. iohannica nostra.

¶ Quia episcoporum delicta in causa hæresis apostolicæ sedis reseruantur c. Inquisitores de hæret. lib. 6.

riones suspectas, scandalosas, periculosas, errores continentes, hæresim sapientes, ac alias catholice fidei minus consonas, Christianæque pietati & bonis moribus minime conformes, huiusmodi vel earum qualibet in posterum asserere, seu publice proponere, & populis prædicare audeant, vel præsumant, iuxta auctoritatem & potestatem eis Inquisitoribus, à iure aut aliâ quomodolibet traditam & concessam procedere & inquirere, suamque iurisdictionem exercere debeant. Necnon eis contra illos iuxta prædictam potestatem, ut præfertur procedendi & inquirendi, & iurisdictionis huiusmodi exercendæ facultatem, quatenus opus sit, eadem auctoritate de nouo concedimus: decernentes præsertim nostris litteris, nisi per signaturam manu nostra signatam minime derogari posse, irritumque & inane quicquid secus super his à quoque quavis auctoritate exerceri præsumant. Non obstantibus præmissis & Apostolicis in prouincialibus, & in synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, necnon ordinum eorundem iuramento, confirmatione Apostolica, vel qua quis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque & exemptionibus, prædictis quibusuis, sub quibuscunque tenoribus & formis, & per nos & sedem Apostolicam concessis, confirmatis & innouatis; quibus etsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis illorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliâ in suo robore permanens, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentibus nostras litteras originales ad singula loca quo opus foret, destinare volumus & decernimus, quod earum transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides indubia, in iudicio & extra vbiunque exhibita fuerint, detur, ac eisdem stetur, ac si originales litteræ ipsæ exhibita forent, vel ostensa. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xliij. Ianuarij M. D. XLII. Pontificatus nostri anno octauo.

PAVLVS III.

Ad perpetuam rei memoriam.

Judeis ad fidem conuersis bona sua integra conseruantur: si filij familias fuerint legitimam & aliam quamuis portionem iure debitam, habent, etiam si iniurijs parentibus conuertantur: quod si bona fuerint per vsuram, aut aliâ male acquisita, restitui illis debent, quibus iure fieri debet restitutio, quod si tales personæ ignorentur, eisdem iudeis conuersis condonentur, hortatur omnes ut iudeis conuersis uti uant elemosynas, sed Episcopi etiam de redditibus ecclesiæ eis subueniant. conuersi non sunt contumelios afficiendi: neophyti ciuium priuilegijs uiuentur: qui iudeos baptizauerint, instruant eosdem in articulis fidei: neophyti ne habeant inter se mutam conuersationem, ydem cum originarijs Christianis matrimonio copulentur: nullos ritus Mosaiicæ legis obseruent si contra fecerint, Episcopis aut Inquisitoribus deferantur: si ad ritus Mosaiicæ legis reuersi fuerint, uel heretici puniantur.

Vide extrauagantem Ioan. xxiij. incipien. Dignum. tit. de Iudeis inter communes.

Edita anno domini 1542. Ex bibliotheca nostra, erat autem impressa Romæ anno Domini 1550.



¶ ne ex bono opere poenam reportent.

¶ Peccatum. de reg. in 6.

PIENTES Iudeos, & alios infideles quoslibet ad fidem catholicam conuerti, & prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eadem fide non distrahi, Motu proprio ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium hac in posterum ualitura constitutione sancimus, quod cuiuscunque eorundem Iudeorum, & infidelium ad dictam fidem conuerti uolenti, etiam si in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcunque, tam mobilia quam immobilia, intacta & illæsa permaneant. Ita ut etiam filij familias, & in patria potestate (ut præfertur) constituti, legitima, & quacunque alia portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de iure, seu successione bonorum eis aliâ debitorum, per eorum parentes fraudari, aut priuari non possint, neque debeant, sed eis integre, etiam si contra uoluntatem parentum suorum ad fidem ipsam conuersi fuerint, etiam eorum parentibus uiuentibus, debeantur. Et si bona ipsa ex usura, aut illicito quæstu fuerint acquisita, & nota sint personæ, quibus eorum fuerit de iure facienda restitutio (quia non dimittitur peccatum nisi restituatur male ablatum) illa eisdem personis omnino restituantur: personis uero non extantibus prædictis, quia bona ipsa essent per manus Ecclesiæ in pios usus conuertenda, bona huiusmodi eisdem Iudeis & alijs infidelibus

delibus, in fauorem suscepti baptismatis tanquam in pium usum libere concedimus; eaque apud ipsos sic conuersos Iudeos & alios infideles remanere decernimus. Interdicens sub diuinæ anathematis, pœna, quibusuis tam ecclesiasticis quam sæcularibus personis, ne ullam super bonis huiusmodi, quouis quæsto colore, molestiam inferant, aut inferri patiantur. Sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint. Et quoniam (ut scriptum est) qui habuerit substantiam unam di huius, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso? si ipsi conuersionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, omnes tamen ecclesiasticos quæ sæculares, per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, ut ipsis conuersis manus porrigant adiutrices, ipsi quoque dicecesani, non solum Christianos ad subueniendum ipsis exhortentur, sed etiã tam de redditibus ecclesiarum, prout poterunt, quàm de his, quæ ad pauperum usum per ipsos conuertendos deuoluuntur huiusmodi neophytos sustentare non negligant: ipsosque à detractionibus, & contumelijs paterna affectiōe defendant. Et quoniam per gratiam baptismi ciues sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longèque dignius existit regnare spiritu, quàm nasci carne, eadem constitutione statuimus, ut ciuitatum & locorum in quibus sancto baptismate pro tempore regenerabuntur, uere ciues sint, & priuilegijs, ac libertatibus, & immunitatibus, quæ alij ratione natiuitatis & originis dumtaxat consequuntur, gaudeant. Curent insuper sacerdotes baptizantes, & alij de sacro fonte eos suscipientes, tam ante baptismum quàm post, illos in articulis fidei, ac legis nouæ præceptis, catholicaque Ecclesiæ ritibus diligenter instruere: & tam ipsi quàm dicecesani operam dent, ne cum alijs Iudeis seu infidelibus, saltem per longum tempus conuersentur, ne sicut quandoque contigit, ab infirmitate curatis modica occasio ad pristinam perditionem reciduos efficiat. Et quoniam experientia teste, compertum est, mutuum ipsorum neophytorum inter se conuersationem, ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum officere, hortamur locorum ordinarios, ut quãtulum pro incremento fidei uiderint expedire, curent & studeant neophytos ipsos cum originarijs Christianis matrimonio copulare, & prohibeant eisdem sub grauius pœnis ne mortuos more Iudeorum sepeliant, aut sabbata, aliasque solemnitates, & antiquæ iudeæ ritus quo quomodo obseruent; sed & Ecclesiæ, & prædicationes, prout alij catholici frequentent, & in omnibus Christianorum moribus se conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per sacerdotes in quorum parochijs degent, aut alios ad quos de iure, uel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, aut etiam per alios quoscunque dicecesanis seu Inquisitoribus hæreticæ prauitatis deserant; & inuocato si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, per eos taliter puniantur, quod alijs trãseat in exemplum. Et insuper de his omnibus in prouincialibus & synodalibus concilijs diligens fiat inquisitio, & tam circa episcopos & sacerdotes in præmissis negligentes, quàm ipsos neophytos & infideles prædictos contemptores opportunè adhibeatur remedium. Si quis autem cuiuscunque gradus uel præminentie fuerit huiusmodi neophytos ne obseruationem ritus Christiani, & aliorum præmissorum complectantur, fuerit aut defenderit, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas, ipso facto incurrat: neophyti uero si se corrigere post monitionem canonicam neglexerint, & ad ueritatem iudaizantes redire cõperti sint, contra eos tanquam perfidos hæreticos per ordinarios locorum, secundum sacrorum canonum instituta procedatur. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & litteris etiam Apostolicis, seu etiam regijs, uel imperialibus eisdem Iudeis, uel infidelibus quomodolibet concessis, quæ quatenus in detrimentum catholice fidei, aut nominis Christiani, seu aliquorum ex præmissis, quomodolibet uergent, ad effectum præsentium cassamus & irritamus, ac cassa & irrita esse decernimus: alijs decretis & constitutionibus Apostolicis, quæ super præmissis sunt condita in suo robore duraturis. Et ut huiusmodi sanctæ constitutionis iugis memoria habeatur, & ne quisquam ipsius ignorantiam prætereundere possit, illam per singulas cathedrales & collegiatas Ecclesias, aliasque pia loca, in quibus uerborum erit fidelium concursus semel in anno ad minus infra diuina publicari volumus & decernimus. Et quia difficile foret præsentibus ad singula quæque loca deferri, volumus & etiam declaramus, quod earundem præsentium transumptis seu copijs, etiã impressis, & manu alicuius notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur vbiunque forent exhibita, uel ostensa.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesimoprimo Martij, Milleesimo quingentesimo quadagesimo secundo, Pontificatus nostri anno octauo.

EDICTVM CONTRA BIBLIOPOLAS, & librorum impressores, atque Dobanarum Officiales, ne publice nec secrete audeant uendere aliquos libros damnatos, reprobatos & prohibitos, atque de heresi suspectos: nec imprimere, nec eorum dominis relaxare, sine expressa licentia, & contra uendentes, comparantes, legentes, audientes, communicantes, docentes, predicantes, scientes, & non reuelantes, non reddentes, nec consignantes huiusmodi libros sub diuersis pœnis, ut infra.

Nos

Concor. refertur Nicolai Papæ incipi. Vincam. relat. sup. pag. 68.

¶ forte, frigidiores. Neophyti non inter se, sed cum originarijs Christianis matrimonium contrahant. vide in dicto capite. 3. nu. 11. et de signis exterioribus quibus heretici re iudaizantes dignoscuntur.

Neophyti re iudaizantes v. q. fidi heretici puniantur.

Edita anno do mini. 1543. Ex bibliotheca nostra, erat autem impressa.



OS Ioannes Petrus sancti Clementis, Ioannes sancti Sixti, Bartholomæus sancti Cæsari, & Thomas sancti Siluestri Titulorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinales, Inquisitores Generales hereticæ prauitatis per Vniuersam Rempubliam Christianam à sanctissimo D. Nostro Paulo Diuina prouidentia Papa III. Sanctæque sede Apostolica specialiter deputati. Vniuersis & singulis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis aut præ eminentiæ existentibus in alma vrbe, omnibusque alijs ciuitatibus, oppidis, terris, & locis totius Italiæ, ac vbi libet constitutis, ad quos præsentis nostræ litteræ perueniant, salutem & in Domino sinceram & veram fidem.

Animaduertentes non sine maximo animorum nostrorum dolore, hisce temporibus quamplurima Opuscula, Tractatus, Epistolas, & libros quorum quamplures erroneos, alios scandalosos, alios paritè auriu offensiuos, alios temerarios & seditiosos, & deniq. alios notorie hæreticos iam dudù à sanctis patribus & generalibus Concilijs, ac per præfatū sanctissimū dominū nostrū sanctūq. sedē Apostolicā reprobatos & dānatos passim in Romana Curia, alijsq. Italiæ ciuitatibus, oppidis, terris, & locis, vendi, emi & legi, & in manibus hominum versari, alioque de nouo quotidie edi, publicari, & imprimi, quibus quamplurimi filij satanæ, ac pestilentis personæ conantur hanc nobilissimam prouinciam, quæ à primordijs nascens Ecclesiæ firmā & illæsa in vera fide permansit, seducere, atque subuertere; falsam, sacrilegā & pernitiosam doctrinā n. eradiciter, pernitiose, & damnabiliter disseminando in maximum orthodoxy scandalum, ac Reipublicæ Christianæ periculū. Ideo cupientes huiusmodi hæreticos & hæreticorum libros de finibus Christianorum expellere, eorumque falsas doctrinas & errores peruersos, quantum in nobis fuerit, extirpare, vt catholica & orthodoxa fides integra, illæsa, & illibata permaneat, ac populus Christianus in eiusdem fidei sinceritate, quolibet obsecurationis semoto velamine, immobilis, & inuiolatus persistat. Vniuersis & singulis Bibliopolis scilicet Almæ vrbis, quàm aliarum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum totius Italiæ, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis late sententiæ, ac mille ducatorum Cameræ Apostolicæ, ac accusatori pro medietate applicandorum, alijsq. arbitrarijs tam nostro quàm subdelegatorū per nos deputatorū vel in posterū deputandorū arbitrio statuendis, ac omnium librorū amissione, & insuper triū idēū funis pœnis præcipimus & mandamus, quatenus dicti Bibliopola aliquos libros tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcunque alia scripta in quocūq. idiomate cōposita siue trāsata hæretica vel de hæresi suspecta per sanctitatem suā & sedē Apostolicā, alioque Romanos pontifices eius prædecessores damnatos, reprobatos & prohibitos, necnon sermones Bernardini Ochini de Senis nouiter impressos, atque libellos quosdam qui Pasquiliij in Ecclasi inscribuntur, nec quosuis alios in quacunque facultate nouiter compositos, & editos, & præsertim sine titulo aut auctore publice, nec secrete vendere audeant, nisi prius ostenso nobis in Romana curia, & extra eam personis per nos delegatis seu delegandis iudice omnium & singulorum librorum, quos penes se habeat, & obtenta prius licentia in scriptis à nobis, vel dictis delegatis, vel delegandis in suis districtibus ad eos vendendum: alioquin pro secunda vice, si contrafecerint: vltra pœnas prædictas reddantur inhabiles ad exercendam dictam Bibliopola artem, & in perenni exilij talium ciuitatum, & locorum vbi eos commorari contigerit, eo ipso pœnam incurrant. Præterea omnibus & singulis tam dictæ Almæ Vrbs quàm quaruncunque aliarum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum totius Italiæ librorum impressionibus & cussoribus sub prædictis censuris, & pœnis præcipimus, & mandamus, quatenus de cætero ne quis eorum libros prædictos, etiam si sint alijs impressi, nec alios quoscunque nouiter compositos in quacunque re vel facultate quoquomodo imprimere præsumat, nisi de expressa licentia nostra, vel Reuerend. D. Vicarij Domini nostri Papæ, & nisi prius iteint vbi per nos, vel per venerabile facti palatii Apostolici magistrum pro tempore existentē in Romana curia: extra vero eam, per personas per nos, vt præmittitur, delegatas vel delegandas, & tubnotato tempore in calce talium librorum nomine Impressoris & loco, die, mense, & anno, vbi fieri solent. Qui si fecerint, vltra pœnas prædictas pro secunda vice reddantur perpetuo inhabiles ad dictum impressoris officium agendum & exercendum, & perpetuo exulent, & exterminentur à ciuitate, oppido, villa, terra, vel loco, vbi eos domicilium habere contigerit. Nec dicti librorum impressores excludentur à dictis pœnis, si in eorum officinis, etiam si sit sine eorum scitu aliqua mulier, vel minister id fecerit. Item omnibus & singulis Dohanerijs tam Almæ Vrbs quàm quaruncunque aliarum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum totius Italiæ sub pœna duorum milliū ducatorum, & suorum officiorum priuatione irremissibili præcipimus, & mandamus; quatenus postquam ad eorum potestatem siue Dohanas quicunque libri impressi vel non impressi perlati fuerint, omni diligentia nobis in Romana curia vel prædictis delegatis extra eam significare curēt, vt nos vel illi possimus tales libros inspicere, nec absque nostra expressa licentia eos eorundem librorū Dominis aliquo modo consignare audeant. Item sub eisdem pœnis & censuris præcipimus, & mandamus omnibus & singulis supradictis, ne quis audeat libros prædictos hæreticos, erroneos, temerarios & seditiosos quoquomodo comparare, emere, nec per alios oblatos accipere, legere, nec ab alijs lectos audire, nec cū aliquo, verbo vel in scriptis cōmunicare, docere, nec prædicare, nec ex alijs prouincijs eos in Italiam apportare seu asportari facere: quin immo si quos penes se habēt, statim ad nos vel nostrum quemlibet

Dohanerios vocat eos qui in singulis vr-bibus publica ex-gunt veſtigia debita emere quæ inducuntur, aut extrahuntur.

A libet in Romana curia, extra vero eam ad prædictos subdelegatos in suis districtibus realiter, & cum effectu afferant, & consignent: quas censuras, & pœnas incurrant omnes, & singuli scientes, & non reuelantes qui sunt auctores, fautores, & impressores talium librorum. Verum quia nos præmissa diuersis in partibus exequi, & agere non valemus, confidentes de doctrina, ac sincera fide, & religione Reuerendi patris F. Thomæ Maria de Bononia Inquisitoris in ciuitatibus Ferrariæ, & Mutinæ, cum Leuis substitutum, & eorum quemlibet insolidum ad præsens edictum publicandum & seruari faciendum, ceteraq; omnia & singula præmissa faciendā, gerendā, exequendā, exercendā & procurandā in Ciuitate, & dominio Ferrariæ ac Mutinæ, terrisq; omnibus his subiectis, in quibus hoc nostrū edictum publicari mandamus, tenore præsentium substituiimus, & subdelegamus vices nostras ipsis, & cuiuslibet eorum desuper plenarie committendo cum amplissima facultate inerandi quascunq; Bibliothecas & officinas talium impressorum & libroriorum, & quorumuis priuatarū Domos, Ecclesias, & monasteria, & diligenter inquirendum si ibidem reperiuntur huiusmodi libri, eosque, si necesse fuerit, publice, vel secrete prout eisdem videbitur, comburendi, ceteraq; faciendi quæ ad extirpandas hæreses, & libros huiusmodi à Republica Christiana exterminandos pertinere videbuntur. Quocirca omnes & singulos Christianæ & Catholicæ fidei professores, Imperatorē Reges, Duces, Principes, & Vniuersitates Regnorum, prouinciarū, ciuitatū, oppidorū, castrorū, villarū, terrarū, aliorumq; locorū prædictorum, necnon ceteros iurisdictionem temporale exercentes totius Italiæ, & extra, hortamur, requirimus, & in Domino monemus, quatenus prædictis subdelegatis, vel subdelegandis nostris, & eorum cuiuslibet in suis districtibus omne auxilium, consilium, & fauorem ad præmissa omnia & singula faciendā & exequendā quantum in eis fuerit, quemadmodum decet viros vere Orthodoxos, præstent, ac præstari curent, atque de prouincijs, ciuitatibus, oppidis, castris, villis, terris, & omnibus alijs locis, aut dominijs supradictis, omnes & singulos hæreticos, quos publice, vel manifeste per facti euidentiam cognouerint esse tales, tanquā oues morbidas gregem Domini inficientes expellant, donec & quousq; à præfato Sanctissimo Domino nostro, vel à nobis qui eius vices in hac re gerimus, vel alijs iudicibus Ecclesiasticis vel Inquisitoribus ordinarijs, vel per nos deputatis seu deputandis fidem, & communionem Romanæ Ecclesiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis; nec eosdem in suis districtibus prædicare, domicilia tenere, larē fouere, contractus inire, negotiationes & mercantias quaslibet exercere, aut humanitatis solatia cū Christianis habere permittāt. In cuius rei testimonium præsentis nostras litteras manu nostra propria subscriptas per Secretariū nostrū fieri, & subscribi, nostrisque sigillis impressione communiri mandauimus. Datum Bononiæ iij. Idus Iulij, anno Domini M D X L I I I. Pontificatus Sanctissimi D. N. Pauli diuina prouidentia Papæ iij. anno octauo. F. I. Cardinalis Burgen. B. Cardinalis Guidicionus.

De mandato Illustriss. ac Reuer. Dominorum Cardinalium Inquisitorum. Doctor Alfonsus Martinez Secretarius,

IN VLIVS PAPA III.

D De reuocatione Hæreticorum ad sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ gremium.

Venientibus sponte ad Inquisitores hereticæ prauitatis, & suas culpas integre confitentibus post sex menses à publicatione huius rescripti, dummodo prius non fuerint inquisiti vel denunciati, remittuntur omnes pœnæ à iure vel ab homine late. ab irregularitate absoluntur. ad sacros ordines promouentur. eorū filij ad officia & beneficia admittuntur. quod si intra hunc terminū non venerint, à quibusuis demittentur sub pœnis grauibus. qui non paruerint, vt hæretici publicentur. contraditores compelluntur per censurā ecclesiasticā inuocato brachio seculari. de reconciliatione & abiuratione reorū publicæ scripturæ sūt, quibus ipsi cōuersi subscribāt.

E VLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. ILLIVS qui misericors, & miserator existens non solum septies, sed etiam septuagies septies ignosci debere mandauit, vices licet immeriti gerentes in terris, etiam ijs, qui à fide Christi aliquando aberrant, ianuā pietatis, & misericordiæ aperimus, ac pœnas quas iuris seueritas in eos statuit, Apostolicæ sedis clemētia moderamus, vt aberrantes huiusmodi dictæ sedis benignitate allecti, eorū erroribus abiuratis catholicæ fidei zelum, & obseruantiam in eorum cordibus firmius recipiant, & si in eorum falsis opinionibus perseuerare præsumpserint, in eos vehementius animaduertantur, quo obstinatiorēs se in erroribus suis præstiterint. Sane cum sicut nuper accepimus, diuersi fideles diabolica fraude decepti, se in diuersas erroneas, & ab eadem fide alienas opiniones, paulatim deduci permiserint, & modo publicas aspergantur, ad ouile Christi redire differant. Nos animarū salutem quantum cum Deo possumus consilere cupientes, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & certa scientia nostris, omnes, & singulos vtriusque sexus, tam laicos, quàm clericos seculares, & quorumuis ordinum, & militiarum regulares, tam milites, quàm presbyteros,

Edita anno Domini 1550. Ex bibliotheca nostra erat impressa Romæ anno Domini 1550.

byteros, non tamen sub generali Inquisitione Hispaniæ, ac Portugalliæ regnorum comprehensos, de præmissis culpabiles cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis, aut præminentie existat, etiam si Pontificali, aut alia quacunque, etiam maiori ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant, qui infra tres menses, à die publicationis præsentium, modo, & forma infra scriptis faciendæ, computandos, coram Inquisitoribus ciuitatum, in quibus ipsi degunt, se personaliter exhibuerint, & suas hæreses coram eis priuatim abiurauerint, & se ad penitentiam priuatam eis per dictos Inquisitores iniungendam adimplendum paratos obtulerint, eamque postmodum cum effectu adimpleuerint. ab omnibus, & singulis eorum hæresibus, & à fide Christi apostasij, ac quibusuis alijs in eadem fide erroribus, quantumcunque grauib, & enormibus, necnon excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, censuris, & pœnis tam ecclesiasticis, quàm temporalibus etiam bonorum priuatijs, & corporis afflictijs, ac capitalibus ab iure, vel ab homine latis, & promulgatis (dummodo hæcenus Inquisiti, aut in hæresim relapsi non fuerint) Apostolica auctoritate, tenore præsentium, in vtroque foro penitus, & omnino aboluimus, & liberamus, necnon cum eis super irregularitate per eos præmissorum occasione, etiam quia sic ligati forsan missas, & alia diuina officia, etiam forsitan in contemptum clauium celebrarunt, aut illis aliàs se immiscuerunt contracta. Quòdque ea, & alijs præmissis non obstantibus non promoti ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri, & in illis tam ipsi, quàm qui iam etiam post incursum hæresim promoti existunt, etiam in altaris ministerio ministrare: Necnon tam clericum quàm laicum, & vtriusque sexus personam, eorumque filij, nepotes, & descendentes ad gradus, honores, ordines, officia, & alia quacunque assumi, illaque suscipere, & exercere libere, & licite valeant auctoritate, & tenore prædictis, de specialis dono gratiæ dispensamus, eique pariter indulgemus: Necnon inhabilitatis: & infamiae maculam, siue notam circa eos præmissorum occasione quomodolibet insurgentem penitus & omnino abolemus. Quòd si forte culpabiles præfati infra dictum terminum respiscere, & ad cor reuerti noluerint, seu distulerint, ad hoc, vt eorum notitia haberi, ipsique debitis pœnis affici possint, motu & deliberatione ac scientia prædictis, omnes, & singulas vtriusque sexus personas etiam, vt præfertur qualificatas, de aliquibus ex hæreticis, seu alijs culpabilibus prædictis quomodolibet notitiam habentes, seu eos hæreticos esse aut fuisse scientes, dicta auctoritate tenore præsentium requirimus, & monemus; ac eis & eorum cuiilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub incursum hæresis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis, tam ecclesiasticis, quàm temporalibus sententijs, censuris & pœnis districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra spatium triginta dierum terminum prædictum immediate sequentium, quorum decem pro primo, & alios decem pro secundo, ac reliquos decem dies pro tertio, & preceptorio termino, ac monitione canonica, eis, & eorum cuiilibet in ijs scriptis assignamus, hæreticos, seu alijs culpabiles prædictos Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ciuitatum suarum, si prius, vt præfertur, aut alijs absolui non fuerint, denuntiassent, & notificasse debeant realiter, & cum effectu. Et nihilominus venerabili fratri Io. Petro Episcopo Tusculan. Neapolitan. & dilectis filijs nostris Ioanni S. Clementis de Burgos, ac Marcello S. Ciriaci in Hierusalem, Cerdano, & Franci eo S. An. siue, et Sfondrato nuncijs, presbyteris Cardinalibus Inquisitoribus generalibus per totam Apostolicam deputatis, per Apost. scripta, & pari motu mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios eisdem requisiti, & monitos monitioni, & mandato nostris prædictis non parentes, quos hæresim, & alias sententias, & censuras, & pœnas prædictas propter non partitionem huiusmodi incurrere contigerint, ex nunc prout ex tunc, & cõtra, hæreticos ac sententijs, censuris, & pœnis prædictis irritos tam diu publice nuntient, & faciant ab alijs nuntiari, donec ipsi hæresim huiusmodi abiurauerint, & rehabilitationis gratiã obtinere meruerint. Contradictores per censuram ecclesiasticã appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstant. constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communititer vel diuim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum, vt præmissa omnia ad eorum quorum inuere, noticiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam iuste pretendere, aut se legitime excusare possit: Volumus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus, quòd præfentes litteræ per aliquos Curie nostræ Curiores, in Basilica principis Apostolorum de Vrbe, & Ecclesia Lateranen. dum inibi multitudo populi ad diuina audienda congregari solet, plana, & clara voce legantur, & lectæ in eadem Basilica, & Ecclesia valuis, ac in porta Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, necnon in singularium Cathedralium, & metropolitan. Ecclesiarum Valuis affixæ pendeant, & cū inde amoueantur earum exemplis, in eisdem locis remaneant affixa. Quòdque per lectionem, affixionem, & publicationem huiusmodi omnes, & singulæ personæ, sub præsentibus comprehensæ post spatium trium mensium, & triginta dierum huiusmodi respectiue, ita sint obligatæ, & affectæ, ac si illæ eis coram, & personaliter lectæ, & publicatæ essent, & quòd earum transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis; ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Volumus autem quòd de personali exhibitione, & priuata aburatione per dictos culpabiles, vt præfertur faciendâ, per scripturâ manu propria ipsiusmet se exhiben-

¶ Emericus in Directorio par. 3. quæst. 126.

¶ De aburatione fiant scriptura, quibus absolui subscribatur. Adde quæ dixi apud Emericum par. 4. in 4. mo loco decessum fidei terminandi.

A exhibentis, & abiurantis, seu per publicum notarium confectam, ac ipsius Inquisitoris, coram quo exhibitio, & abiuratio huiusmodi fieri continget manu subscripta, ita vt si ipsi culpabiles in eisdem, vel similes errores reuiderint, se lapsi omnino esse ceaseantur, constare debeant, aliàs eadẽ præfentes, ac per dictos culpabilibus absolutio, & liberatio ac dispensatio, & indultum concessa huiusmodi, eis nullatenus suffragentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, liberationis dispensationis, indulti, abolitionis, requisitionis, monitionis, mandati, assignationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Domini M D L. Tertio Calend. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

M. Card. Crescentius.

A. de Bartolis.

Blofius.

IV L I V S P A P A I I I.

Super abolitione Librorum omnium Hæreticorum, & Lutheranorum.

Reuocat omnes facultates legendi libros prohibitos, solis inquisitoribus & eorum commissarijs exceptis: qui cumque vero tales libros habuerint realiter & cum effectu debeant eos Inquisitoribus consignare. Inquisitores vero resp. Christiane generales inbeant publicari contradictores velut hæreticos.

I V L I V S Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum meditatio cordis nostri ad id potissimum tendat, vt fides Catholica vbique augeatur, & floreat: ad ea libenter intendimus, per quæ omnis ab ea declinandi occasio tollatur. Sane cum sicut nobis nuper innotuit ex facultatibus, quæ aliquibus vt libris hæreticos, aut de fide suspectos, etiam ad effectum eorumdem librorum errores repellendi tenere, & legere possent, aliquando concessæ fuerunt, non ij qui sperabantur fructus hæcenus prouenerint, quinimmo diuersa inconuenientia subsecuta sunt: Nos præmissis occurrere, & Christianidelium animarum saluti consulere cupientes, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostris certa scientia, & matura deliberatione omnes, & singulas facultates, & licentias legendi, & tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu de fide suspectos quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate Ecclesiastica, seu seculari præminentia præfulgeant (Inquisitoribus, seu commissarijs super hæreticæ prauitate ab Apostolica sede pro tempore deputatis, durante ipsa deputatione dumtaxat exceptis) à quibusuis prædecessoribus nostris, ac nobis, & dicta sede Apostolica, seu eius legatis, etiam de latere, aut maiori penitentiario nostro, vel quibusuis alijs, sub quibuscunque verborum formis & expressionibus, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs clausulis irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet etiam motu, & scientia similibus hæcenus concessas, Apostolica auctoritate tenore præsentium reuocamus, irritamus, & annullamus, & pro reuocatis, irritis, & penitus infectis, quo ad omnia habemus, & ab alijs haberi volumus: districtius inhibentes personis præfatis sub sententijs, censuris, & pœnis contra similes libros tenentes, aut legentes, tam à sacris canonibus, quàm à nobis, & sede Apostolica hæcenus inflictis, & promulgatis, ne de cetero facultatibus, & licentijs prædictis vti, aut earum prætextu, seu alijs quomodolibet libris prædictis, aut quoscunque alios hæcenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere, aut legere præsumant: Et insuper omnes, & singulos librorum Impressores, & Bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quascunque alias personas libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu lutheranam, aut aliam falsam doctrinam in se continentem, vel à nobis, & dicta sede quomodolibet reprobatos, ex quauis causa, etiam ex nostra, & dictæ se dis specialis licentia, seu permissione penes se habentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut præminentie existant, etiam si vt præfertur pontificali, aut alia quacunque etiam maiori ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant (dictis Inquisitoribus, & commissarijs, vt præfertur, exceptis) dicta Apostolica auctoritate, & earundem tenore præsentium requirimus, & monemus, ac eis, & eorum cuiilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub incursum hæresis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis tam Ecclesiasticis, quàm temporalibus sententijs, censuris, & pœnis, districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum à die publicationis præsentium, modo, & forma infra scriptis faciendæ computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro secundo, ac reliquos viginti dies pro tertio, & preceptorio termino, ac monitione canonica, eis, & eorum cuiilibet in ijs scriptis assignamus: Omnes & singulos libros Lutheranos aut alios hæreticos, seu lutheranam aut aliam falsam doctrinam in se continentem, vel à nobis, & dicta sede quomodolibet reprobatos penes se eos ex quauis causa etiam mercaturæ, & ex nostra ac eiusdem sedis permissione ac licentia etiã speciali, vt præfertur, penes eos existentes,

Edita anno Domini. 1550. Ex bibliotheca nostra crata impressa Romæ anno Domini. 1550.

De materia huius referri videro qd dixi copiose apud Emericum in Directorio par. 2. super cap. fraturnitatis.

Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignasse de-
 beant tealiter, & cum effectu. Et nihilominus venerabili fratri Ioanni Petro episcopo Tusculan. Nea-
 politan. & dilectis filiis nostris Ioanni sancti Clementis, de Burgos, ac Marcello Sanctæ Crucis in
 Hierusalem, Ceruino, & Francisco sanctæ Anastasæ titulorum Sfondrato, nuncupatis, presbyteris
 Cardinalibus, Inquisitoribus generalibus per sedem Apostolicam deputatis, per Apostolica scri-
 pta pari motu mandamus, quatenus ipsi per se vel alium, seu alios eisdem requisiti, & moni-
 tos, monitioni, & mandato nostris prædictis non parentes, quos hæresim ac alias sententias, censu-
 ras, & pœnas prædictas propter non paritionem huiusmodi incurrere contigerit, ex nunc prout ex
 tunc, & e contra hæreticos, ac sententijs, censuris, & pœnis prædictis irretitos tam diu publice nun-
 tiant, & faciant ab alijs nuntari, donec ipsi omnes, & singulos libros Lutheranos aut alios hæreticos
 huiusmodi Inquisitoribus præfatis in ciuitatibus in quibus libri huiusmodi, vt præfertur existunt, cõ-
 signauerint, & rehabilitationis gratiam obtinuerint. Contradictores per censuram ecclesiasticam ap-
 pellatione postposita compescendo: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Aposto-
 licis contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum,
 quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam,
 & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum vt præmissa
 omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullius in eis ignorantia, nec non in porta Cancellariæ A-
 postolicæ, & in acie campi Floræ affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu af-
 fixæ pendeant, & cum inde amouebuntur, earum exempla in eisdem locis remaneant affixa. Quodq;
 per lectionem, affixionem & publicationem huiusmodi omnes, & singulæ personæ sub præsentibus
 comprehensæ post sexaginta dies huiusmodi respectiue ita sint obligatæ, & astrictæ, ac si eis coram,
 & personaliter lectæ, & intimatæ essent: & earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & si
 gillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ
 præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus autem quod ij, qui libros Lutheranos,
 seu alios prædictos infra spatium, & terminum huiusmodi dictis Inquisitoribus consignauerint,
 nisi ipsi aliàs quàm ex retentione librorum huiusmodi hæretici seu de fide suspecti fuerint, eo ipso e-
 tiam absque aliqua desuper faciendâ abiuratione à censuris, & pœnis propterea forsan incurris, in
 vtroque foro absoluti sint, & esse censeantur, prout nos eos in euentum prædictum, ex nunc prout
 ex tunc (dummodo penitentiam, quam confessor per eos eligendus, eis propterea duxerit iniungendam,
 omnino adimpleant) absoluiimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ re-
 uocationis, irritationis, annullationis, inhibitionis, requisitionis, monitionis, mandati, decreti, & vo-
 luntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indigna-
 tionem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.
 Dat. Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, Milleesimo quingentesimo quin-
 quagesimo. Tertio Cal. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

M Cardinalis Crescentius.

Blosius.

A. de Martholis.

Anno d Natiuitate Domini. M D L. Indictione viij. Die vero v. Mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in
 Christo Patris, & D. N. D. Iulij, diuina prouidentia Papæ III. Anno eius primo, retrospectæ litteræ reuoca-
 tionis, inhibitionis, & voluntatis palam, publicæ, altæ & intelligibili voce in Basilica Principis Apostolorum de
 Vrbe, dum ibidem diuina officia de mane celebrabantur, & magna populi multitudo congregata esset, de verbo
 ad verbum, per me Ioannem Roillad, præfati S. D. N. Papæ Cursorem lectæ, & deinde affixæ, & publicatæ
 fuerunt, & sic affixæ, per aliquod spatium dimisi, & successiue, eadem die in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis
 etiam de verbo ad verbum, hora vesperorum, per me eundem Ioannem Roillad, lectæ, affixæ, & publicatæ fue-
 runt, & postmodum eadem die affixæ, & publicatæ fuerunt in Vasuis, seu portis cancellariæ Apostolicæ, & in
 Acie Campi Floræ, dimisi in superscriptis Vasuis, & locis, per aliquod temporis spatium affixis, & deinde
 Amois copiam earundem litterarum in quibuslibet Vasuis, portis, & locis superscriptis affigendo, & dimit-
 tendo per nos Ioannem Roillad, Clericum coniugatum, Viridum diocesis, & Maturinum Menandi Clericum,
 Cenomanensis diocesis, præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Ita est Ioannes Roillad, Cursor subscripti.

Ita est Maturinus Menandi Cursor.

Ita est Petrus Gomes, Magister Cursor.

IV LI VS PA PA III.

Contra Hebræos retinentes libros, in quibus aliquid contra fidem catholicam notetur, vel scribatur. libri He-
 bræorum in quibus blasphemia in Dominum aut in Christianam religionem continentur, in eorum synagogis &
 priuatis

A priuatis etiam domibus inquirantur: & qui reperti fuerint tales habere libros, debitis pœnis coerceantur: con-
 tumaces aut grauius in hoc delinquentes prout a fide apostatantes castigentur. in ceteris non molestantur. Hæ-
 bræi: contradictores appellatione remota puniantur.



NIVERSIS & singulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, & episco-
 pis, ac dilectis filiis alijs locorum ordinarijs, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licet aliàs venerabi-
 les fratres nostri S. R. E. Cardinales hæreticæ prauitatis in vniuersa repub. Christiana
 Inquisitores generales certum Hebræorum librorum volumen Chemarot Thalmud

nuncupatum, nonnulla indigna, & legem diuinam, orthodoxamque fidem offendentia continens,
 de mandato nostro damnauerint; & igne comburi fecerint: nihilominus inter ipsos Hebræos adhuc
 esse dicantur diuersi libri diuersas contra Christum redemptorem nostrum, eiusque sanctissimum
 nomen, & honorem blasphemias, & ignominias continentes. Nos in præmissis opportune provide-
 re volentes, vobis & vestrum cuiuslibet per præsentem committimus, & mandamus, quatenus singulis
 vniuersitatibus Hebræorum infra limites iurisdictionis vestræ consistentibus ex parte nostra intime-
 nis & notificetis, quod elapsis quattuor mensibus à die intimationis, & notificationis huiusmodi, om-
 nes & singuli libri, in quibus nomen Iesu saluatoris nostri, quod Iesui hanozri dicitur, cum blasphem-
 ia, aut aliàs ignominiose nominatur, tam in eorum synagogis, & locis publicis, quàm priuatis do-
 mibus, & aliàs vbi que locorum diligentissime exquirantur, & quilibet huiusmodi penes se quoquo-
 modo habere reperti fuerint, debitis pœnis, tam pecuniarijs, & confiscationis bonorum, quàm si eor-
 um contumacia, aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam vltimi supplicij, ac aliàs prout à fi-
 de Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur, & nihilominus eisdem quattuor mensi-
 bus elapsis per vos, vel alium, seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum
 omni diligentia inquiratis, & studiose inuestigatis, inquirique, & inuestigari faciatis, & eos, quos li-
 bros huiusmodi penes se habere repereritis pœnis quibus apostatantes præfati puniuntur, omnino
 & irremissibiliter puniatis: Non permittentes de cetero eosdem Hebræos (qui in memoriam passio-
 nis Dominicæ a sancta matre Ecclesia tolerantur, vt aliquando mansuetudine nostra, allecti ad
 verum Christi lumen, diuino afflante spiritu, conuertantur) à quibusuis etiam Apostolica auctori-
 tate fungentibus occasione cuiusuis fortis librorum apud eos existentium, (dummodo blasphemiam
 vt præfertur non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari:
 Contradictores quoslibet & rebelles, ac vobis in præmissis non parentes per sententias, censu-
 ras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac
 alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legiuis super his habendis
 seruatis processibus, sententias, censuras & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggravando, in-
 nocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus &
 ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Hebræorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica,
 vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litte-
 ris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis quo-
 modolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis & innouatis. Quibus omnibus, eorum te-
 nores presentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, spe-
 cialiter & expresse derogamus. Contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim
 ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras A-
 postolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio-
 nem: Et quia difficile foret, præsentem litteras ad singula quæq; loca, in quibus de eis fides faciendâ, erit
 deferri; volumus & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis, præsentium manu, notarij publici
 subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ mu-
 nitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Da-
 tum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxix. Maij, M D L I I I I, Pontificatus
 nostri anno quinto.

Claudius de Valle Sanctissimæ Romanæ vniuersalis Inquisitionis Notarius.

BULLA CONTRA IMPEDIETES Inquisitores hæreticæ prauitatis in suo Inquisitionis officio.

Nulla omnino personæ publicæ vel priuæ, quouis ingenio, colore, vel occasione immisceant se negotijs
 Inquisitionis, nisi quatenus per Inquisitores fuerint requisiti. leges omnes huic ordinationi & canonibus eccle-
 siasticis obstitentes abrogent: contrascentes omni Ecclesiæ suffragio & sacramentorum perceptione sunt pri-
 uati, & excommunicati, nec nisi per Romanum Pontificem absoluantur præterquam in articulo mortis.

Edita anno Do-
 mini. 1554.

Ex bibliotheca
 Illustr. Iu-
 lij Antonij SS.
 Carolij Cardi-
 nalis sanctæ
 Senerinæ.

Edita anno Domini 1551.

Ex bibliotheca nostra.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.



OVERINT vniuersi, hoc præsens publicum transumptum inspecturi, quod nos Ioannes Baptista Cicada, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Albinganen. S. D. N. Papæ eiusque Camerarij, nec non Curie Ausarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæque curiæ iudex ordinarius, sententiarumque & censurarum in eadem Romana Curia latorum, ac litterarum Apostolicarum vniuersalis executor: habuimus, uidimus, & diligenter inspectimus litteras Apostolicas S. D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. heri, quæ fuit dies Veneris Sancta, solemniter lectas & publicatas, eiusque vera bulla plumbea cum cordula rubei croceique colorum, more Rom. Curie pendente, bullatas, & omni suspicione carentes, subsequenti tenoris.

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

LICET à diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, etiam per speciales constitutiones in corpore iuris insertas, fuerit rite & salubriter sancitum, atque decretum, vt sæculi potestates & Domini temporales ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum & locorum quoruncunque rectores, quibuscunque dignitatibus vel officijs aut nominibus censeantur, diæcesanis episcopis & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in ipso inquisitionis negotio faueant & assistant, nemoque ex prædictis potestatibus, dominis, & rectoribus, eorumque officialibus, de crimine hæresis, cum mere sit ecclesiasticum, quoquo modo cognoscat vel iudicet, neque diæcesano episcopo vel Inquisitori ipsius inquisitionis negotio incumbenti se opponere, aut ipsum aliquatenus impedire vel impedientibus auxilium, aut fauorem scienter dare audeat, perpetuæ damnationis sententia in eos qui contra prædicta fecerint promulgata, quam si per annum animo sustinerint pertinaci, ex tunc velut hæretici condemnentur: vsque adeo tamen in omnibus fere non solum Italia, verum etiam alijs prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis, complurium laicorum, vt accepimus, mundanæ gloriæ processit ambitio, vel sacrorum Canonum inficitia, vel ecclesiasticæ disciplinæ contemptus, vt in animarum suarum perniciem atque interitum, diæcesanos episcopos & Inquisitores à sede Apostolica institutos inquisitionis officium exercentes, alij sub iustitiæ prætextu, ne vlli scilicet fiat iniuria, impedire alij vero sub pietatis colore, vt fontes scilicet sæuerius puniantur, se ipsis diæcesanis episcopis, & Inquisitoribus adiungere, & vnâ cum eis de ipso hæresis crimine cognoscere, processus formare, formatosque suo iudicio submittere non erubescant. Cui sane morbo iam nimis late progredienti, solitam ac salutarē Ecclesiæ medicinam pro nostra pastoralis sollicitudine afferre cupientes, sæculi potestates, dominos temporales, ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum rectores supradictos, necnon quascunque alias sæculares personas, tam priuatas quam publico quouis munere fungentes requirimus & monemus, ac eis Iesu Christi Redemptoris nostri (cuius vires, licet immeriti, gerimus in terris) nomine præcipimus, ne diæcesanos episcopos & Inquisitores ipsos in suo Inquisitionis negotio vlllo modo impediant seu perturbent, neque se in hæresis crimine cognoscendo vel iudicando, quouis etiam assistentiæ & fauoris colore, causa vel occasione (nisi quatenus ab ipsis diæcesanis episcopis aut Inquisitoribus spontanea & libera eorum voluntate fuerint requisiti) se ingerant, ordinationes, prohibitiones & leges quascunque de ipsis criminis cognitione latas sacris Canonibus obstitentes, & ecclesiasticam iurisdictionem impedientes, sine mora abrogent & deleant, prout etiam Nos eas omnes inuvalidas fuisse & esse decernimus, & declaramus, ac ex nunc pro abrogatis & deletis haberi volumus & mandamus. Qui monitis his nostris non obtemperauerint, quiue scienter in prædictis consilium, auxilium, aut fauorem dederint, noverint se non solum per sacras dictorum prædecessorum nostrorum constitutiones, verum etiam per hanc nostram sanctionem siue sententiam & declarationem perpetuo duraturam (quam auctoritate omnipotentis Dei, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra in ipsos non obtemperantes, quacunque illi præfulgeant dignitate, in his scriptis proferimus) communionem fidelium & omnium ecclesiasticorum sacramentorum perceptione priuatos ac maledictionis, ac execrationis æternæ vinculo ligatos, anathematique, & maioris excommunicationis mucrone percussos, ita vt nemo vnquam in præmissis delinquens, nisi a nobis & successoribus nostris canonice intrantibus, etiam prætextu quatuoruncunque facultatum, concessionum & gratiarum, etiam confessionalium nuncupatarum, etiam à nobis & dicta sede hæctenus emanatarum, vel in posterum emanandarum, specificam & expressam ac aliâs quam per verba generalia de præsentibus litteris nostris mentionem non facientium, præterquam in mortis crimine, absolui possit. Quibus etiâ censuris ipsos diæcesanos Episcopos & Inquisitores subiacere volumus, si laicos secum quomodocunque de ipso crimine cognoscere aut iudicare permiserint. Vt autem præmissa omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullusquo de eis ignorantiam iuste prætereundere possit, volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentibus litteris per aliquos Cursores nostros aut Notarios publicos in Basilicâ Principis Apostolorum de Vrbe & Ecclesiæ Lateranens. ac Cancellariâ Apostolicâ Valuis, necnon acie campi Floræ, vt moris est, publicentur, earum exemplo in singulis valuis & acie huiusmodi affixo & dimisso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ requisitionis, admonitionis, præcepti, declarationis, mandati, prolationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc

Hym. parte. 2. g. 54.

hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, Milleesimo quingentesimo quinquagesimo, Quintodecimo Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Pro Reuerendis. D. M. Card. Crescent. Io. Barengus.

Rom. Amasaus.

Lecta & publicata fuit in die Veneris sancti, in Capella Sanctitatis suæ, dum diuina celebrarentur officia.

Anno Domini Milleesimo quingentesimo quinquagesimo primo, Indictione nona, die vero xxvij. mensis Martij, Pontificatus S. D. N. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij, anno eius secundo, Retroscriptæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis seu portis Principis Apostolorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateran. & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in Acie campi Floræ, dimissis copijs per nos Petrum Gomez Freyle, & Franciscum Munos, S. D. N. Papæ Cursores.

Ita est, Petrus Gomez Freyle Cursor manu propria. Ita est, Franciscus Munos Cursor manu propria, Petrus Leobodie Magister Curforum.

QUIBUS quidem litteris diligenter inspectis, illas ad requisitionem Reuerendi Patris Magistri Theophili Tropien. ord. Prædicatorum Commissarij generalis S. Inquisition. Per Notarium publicum infra scriptum, exemplari mandauimus & transumi, & in hanc publicam transumpti formam redigi: Decernentes & volentes, vt huic præsentibus transumpto (iuxta earundem litterarum & decreti in eis apposti, continentiam & tenorem) plena fides vbique adhibeatur, ac si ipse originales litteræ exhibitæ vel ostensæ forent: quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinariam interposuimus: & ad ampliorem euidentiæ præmissorum, Sigillum nostrum, quo in talibus vtimur, præsentibus duximus apponendum. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentibus litteras, atque præsentibus publicum transumpti instrumentum, exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumque & dictæ Curie coram nobis scribam infra scriptum, subscribi & publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus & fecimus impressione muniri. Datum Romæ in ædibus nostræ solitæ residentie, sub anno à Natiuitate Domini M D L L. Indictione nona, die vero xxvij. mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij, anno secundo, præsentibus ibidem discretis viris Dominis Bonifacio de Crangia, & Desiderio Bona a uena notarijs publicis, & coram nobis scribis, clericis Gebenen, & Iullen, respectiue diæces. testibus ad præmissa vocatis atque rogatis.

Adam de Inuidia eiusdem Curie Ausarum Camera Apostolicæ Notarius ff. Locus sigilli

EDICTVM JLLVSTRISSIMORVM ET Reuerendissimorum DD. Cardinalium Reipub. Christianæ Inquisitorum generalium de comburendo Thalmud.

Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinales Inquisitores generales reipub. Christianæ Romæ tempore Iulij III. Pont. Max. Thalmud Hebreorum tam Hierosolymitanum quam Babilonicum comburi fecerunt: idè alijs Inquisitoribus priuatis facere iubent. Præcipiunt insuper, ne quis tales libros aut quascunque eorum partes penes se retineat sub grauius penis, neue à partibus infidelium adduci faciat.

IOannes Petrus Caraffa Episcopus Tusculanus, Rodolphus Pius de Carpo sanctæ Mariæ in Trasterberim, Ioannes à Toledo Compostellanus S. Pancratij, Hieronymus Verallus sancti Martini in montibus, Iacobus Puteus S. Simeonis, & Sebastiani s. Pighini S. Calisti, Titulorum miseratione diuina S. R. E. Presbyteri Cardinales in vniuersa Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitores generales, à sancta sede Apostolica specialiter deputati.

SVMMI Dei nostri prouidentiam, ac benignitatem, qua vt hominum genus ab errorum tenebris vindicatum in veritatis semitam perduceret, suæ gloriæ splendorem, è cælis ad terram demittere, ipsiusque lucis radijs bonos pariter, ac malos perfundere dignatus est, quantum pro humana fragilitate nobis licet æmulari totis gestientes affectibus pro iniuncti nobis officij sollicitudine non modo ab Ecclesiæ Christianæ finibus, peruersa hæresum & impietatum dogmata eliminare quotidie pro

Edita anno Domini 1551. Ex bibliotheca nostra.

Concordat referiptum In noc. lili incip. Impia Indorum sup Pag. 4. addc. Hymc. pa. 2. q. 45 nu. 8.

viribus studemus, sed etiam ad obsecratam Iudæorum perfidiam quos interim Ecclesia Christi pietas secum haud secus, quam zizaniam commixtam tritico vivere permittit, nostri studij vigilantiam adhibere cupientes, nil eorum illuminationi conducibilius fore arbitrati sumus, quam si ipsos ab impijs & inanibus doctrinis auerentes, ad sacras (quas se colere falso iactant) litteras scrutandas deducere possimus, ubi suæ salutis absconditum thesaurum, remoto ab eorum cordibus velamine, nobiscum Deo donante inuenire & agnoscere valerent. Quare cum ad nostram notitiam non sine ingenti animi dolore pertuisset, male sui studiosam ac obstinatam hanc Hebræorum gentem, iam pene clausis & obfignatis sacrorum Bibliorum libris, solis codicibus quibusdam quos Thalmud appellat, studere, ac eos, ut aiunt, diurna nocturnaue manu versare: suosque filios à teneris vnguiculis hac virulenta doctrina præcipue imbuere, ubi pro pietate in Deum ipsum blasphemare, pro candido & sincero Deitatis cultu fabulas & inanes superstitiones, pro desiderio Redemptoris & Messie exitiale odium in Christum & maledicta in Christianos perdiciant, edocti, priscorum Romanorum Pontificum, ac sanctorum Patrum semper imitando exempla, qui suis & scriptis & sanctiõibus hos impios codices explodere conati sunt, tam detestandam diuini nominis iniuriam, ac huius gentis exitium diutius conuuentibus oculis pertransire nolentes, zelum officij nostri ad hanc impietatem magis detegendam ac radicibus extripandam accedere volentes, per ministros sanctissimi officij nostri omnes huiusmodi codices Thalmud appellatos, per domos Hebræorum hanc almã Vrbe incoletium diligenter perquiri, & inuentos in vnum congregari, ac per viros fideles hebraicum idioma callentes reuolui iussimus, & uirulenta, hæretica ac peruersa dogmata quibus desperari per totum erant, in vnum colligi & annotari, ac per Sacre Theologiæ Doctores pro sui defensione auditis quantum decuit Rabibus Iudæorum, discuti & examinari fecimus. Et demum toto negotio diligenter discusso, & coram nobis fideliter deducto, luce clarius deprehendimus in codicibus præfatis Thalmud contineri apertas ac impias in Deum blasphemias aduersus Mosaycam legem, quam se profiteri iactant, & aduersus naturæ & honestatis leges, ea concedi, quæ humanæ aures audire perhorrescunt; Diuinum cultum tot nænijs, fabulis, & superstitionibus obuolui & obscurari, ut vix apud idololatras peius vnquam auditum fuerit: Demum in Iesum Christum Saluatorem nostrum ac sanctum ipsius Euangelium tot impropria, contumelias ac blasphemias irrogari, quæ de nefario ac verditissimo homine non sine nausea audiri possent. Quæ omnia pro Dei honore ea qua decet animaduersione euellere & punire cupientes, præhabito præfatorum virorum tam in sacris litteris quam in vtroque iure maturo consilio, omnes huiusmodi libros Thalmud, quos colligere potuimus, per nostræ sententiæ decretum comburendos publice in acie campi Floræ huius almæ Vrbe iussimus, quod & sub die ix. huius maximo populi applausu executioni mandari fecimus. Cupientes autem ut hoc salutare exemplum ab hac Ecclesia omnium matre ac magistra ad reliquas per orbem proficiscatur, per præsentis auctoritate officij nostri, ac de speciali Sanctissimi D. N. mandato viua vocis oraculo desuper nobis facto, & etiam auctoritate nostri officij omnes, & singulos Principes Christianos & rerum publicarum rectores, necnon ordinarios locorum, & hæreticæ prauitatis Inquisitores hortamur, & monemus in Domino, & nihilominus eis in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ, & sub pœnis suspensionis à diuinis quo ad episcopos & maiores prælatos, ac excommunicationis latæ sententiæ, quo ad alios præcipimus, ut quamprimum præsentis nostræ ad eorum notitiam peruenerint, omnes huiusmodi libros Thalmud per domos & synagogas Hebræorum in eorum ciuitatibus & terris habitantium diligenter perquiri, & inuentos publice comburi faciant: omnibus vero Hebræis in ciuitatibus ac terris Christianorum habitantibus, mandamus sub pœna confiscationis omnium bonorum suorum, quam ipso facto contrahendo incurrant, quorum quartam partem accusatoribus seu denuntiatoribus, reliquas vero inter ordinarios & Inquisitores locorum ac dominos temporales a quis portionibus diuidendas applicamus, ut infra tres dies ab harum nostrarum in hac alma Vrbe in acie campi Floræ & in synagogis eorum: in alijs vero extra urbem locis & terris, in locis publicis, & solitis publicatione & banno respectiue per proclamam faciendis, omnes prænominatos libros Thalmud tam Hierosolymitanum quam Babylonicum, omnesque & singulas ipsorum partes, quos apud se habere contigerit, ut partibus infidelium ad has fidei partes deduci facere, aut quouis quæsito colore habere aut retinere possint aut debeant: vniuersis demum Christianis fidelibus in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna præcipiendo mandamus, ne prædictos codices Thalmud, utpote damnatos ab Ecclesia, legere aut penes se retinere præsumant, nec Hebræis præfatis, pro habendis, scribendis seu imprimendis huiusmodi libris consilium, auxilium vel fauorem impendere audeant, contrafactores autem præter pœnas excommunicatis debitas alijs pœnis fautoribus hæreticorum, à iure taxatis puniantur, prout per præsentis ex nunc puniri mandamus. In quorum omnium & singulorum fidem præsentis exinde fieri fecimus, & per Notarium nostrum infra scriptum subscribi, ac sigilli officij nostri impressione muniri. Dat. Romæ in ædibus nostris sub die xij. mensis Septembr. M D L I I I. Pont. S. D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij anno quarto.

P. A. V.

PAVLVS PAPA IIII.

Bulla Sanctissimi D. Nostri Pauli Papæ quarti, contra negantes Trinitatem, aut diuinitatem Iesu Christi, aut eius Conceptionem de spiritu sancto, aut eius mortem, ut nos redimeret, aut virginitatem Beatissimæ semper virginis Dei genitricis Mariæ.

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



VM quorundam hominum prauitas atque iniquitas eo vsque nostris temporibus pro- cesserit, ut ex ijs, qui à catholica fide aberrant & desciscunt, plurimi quidem non solū diuersas hæreses profiteri, sed etiam ipsius fidei fundamenta negare præsumant, & eorū exemplo multos in interitum animæ deducant: Nos cupientes, pro nostro pastoralis officij & charitate, huiusmodi homines, quantum cum Deo possumus, à tam graui & pestilenti errore auocare, ac ceteros ne in talem impietatem labantur, paterna seueritate admonere, omnes & singulos, qui hæcenus asseruerunt, dogmatizarunt, vel crediderunt Deum omnipotentem non esse Trinum in personis, & incomposita omnino indiuisaque vnitate substantiæ & vnum vnâque simplici diuinitatis essentia, Aut Dominū nostrū Iesum Christū nō esse verum Deū eiusdem substantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu sancto. Aut eundem secundum carnem non esse conceptum in vtero Beatissimæ semperque Virginis Mariæ de spiritu sancto, sed sicut cæteros homines ex femine Ioseph. Aut eundem Dominum ac Deum nostrum Iesum Christū non subisse acerbissimam Crucis mortem, ut nos à peccatis & ab æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternā reconciliaret. Aut eandem beatissimam Virginem Mariam non esse veram Dei matrem, nec perstitisse semper in virginitatis integritate ante partum scilicet, in partu, & perpetuo post partum, ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Apostolica auctoritate requirimus & monemus, quatenus infra spatium trium mensium à publicatione præsentium in Romana Curia, quo ad residentes in ea, modo infra scripto: extra eam vero, quo ad alios in illa non residentes, modo & forma per dicecianos statuendis facienda incipiendorum, quos pro primo, secundo, & tertio, ac peremptorio termino, ac monitione canonica eis & eorum cuiuslibet assignamus, ab eorum assertionem, dogmatibus, & credulitate huiusmodi, ac quibuscumque alijs in fide prædicta erroribus, in quos hæcenus lapsi sunt, respiciisse, & ad vnitatem Ecclesiæ redeundo, assertionem, dogmata, & credulitatē, ac alios errores huiusmodi in manibus Inquisitorum hæreticæ prauitatis, ciuitatum & locorum, in quibus ad præsens degunt, realiter & cum effectu abiurasse, & infra alios tres menses à die abiurationis huiusmodi inchoandos, de eadem abiuratione venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, dictæ hæreticæ prauitatis Inquisitoribus generalibus plenā fidem fecisse debeant. Nos enim eiusdem Dei omnipotentis exemplo, qui non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat, omnes & singulos, qui ut præfertur, ab assertionem, dogmatibus & credulitate, ac alijs erroribus prædictis respuerint, & ad vnitatem Ecclesiæ redeundo, assertionem, dogmata, & credulitatem, ac alios errores huiusmodi ipse abiurauerint, & de eadem abiuratione præfatis Inquisitoribus generalibus fidem fecerint, ac penitentiam priuatam per dictos particulares Inquisitores eis iniunctam cū effectu adimplerint, à prædictis & quibusuis alijs quantumuis grauib & enormibus hæresibus, & à fide Christi apostatis, ac in eadē fide erroribus: necnon excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsque sententijs, censuris & pœnis, tã Ecclesiasticis, quã tẽporalibus etiã bonorū priuatiuis & corporis afflictiuis: ac capitalibus in tales à iure, vel ab homine latis & promulgatis, & per eos præmissorum occasione incurfis, (dummodo delati, aut inquisiti seu relapsi non sint) dicta auctoritate, tenore præsentium in vtroque foro absoluimus & liberamus, ac cū eis super irregularitate, quã propterea contraxerint, etiã si sic ligati Missas & alia diuina officia, etiã forsan in cõte. apti clauū celebrauerint, aut illis aliàs se immiscuerint. Quodq. ea ipsa irregularitate, & ceteris præmissis, non obstantibus qui promoti non fuerint, ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri, & in illis tam ipsi, quã qui iam etiam post incurfam hæresim promoti fuerint, in alraris ministerio ministrare: Nec non tam clericis, quã laici, & vtriusque sexus personæ, eorumque filij, nepotes, descendentes, ad gradus, honores, ordines, & officia, ac alia quæcumque assumi, illaque suscipere, & exercere libere & licite valeant auctoritate & tenore prædictis, de specialis dono gratiæ dispensamus, eisque pariter indulgemus, necnon omnem inhabilitatis & infamiæ maculam, siue notam circa eos præmissorum occasione quomodolibet insurgentem ab eis penitus & omnino abolemus. Et insuper cum errores, quos supra narrauimus ita graues & nefandi sint, ut illi, qui in eos decidunt, excusationem non habeant, sed subuersi potius atque immanes, quã hæretici merito dici possint: Hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, quod tam illi qui hæcenus in ipsos errores, vel eorum aliquem lapsi sunt, & infra prædictum terminum nō respuerint, & ea, quæ supradiximus non adimplerint, quã omnes & singuli alij, qui in futu-

Edita anno Domini. 1555. Exhibiti hec ca Illustriss. Iulij Antonij Sancti Cardinalis Sanctæ Scuarina.

August. in lib. de Assumptione beatæ Mariæ. c. 4.

Concordat referiptum Iulij Papæ iij incip. Illius, qui misericors su. pa. 113.

In futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet prolabantur, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, pro subiectis & relapsis in hæresim haberi, & vt relapsi Curia seculari tradi, & per ipsam Curiam debiti pœnis in relapsos statutis puniri possint, in omnibus & per omnia perinde ac si vere & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret: Nō obstantibus cōstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque cōtrariis quibuscunque. Vt autem præmissa omnia ad eorum, quorum interest, nōticiam deducantur, nulli que de illis ignorantiam prætere, ac se legitime excusare possit. Voluimus & dicta auctoritate decernimus, quod præsentibus litteræ, seu earum transcriptum, cui si manu Notarij publici subscriptum, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitum fuerit, eam prorsus fidem in iudicio & extra adhiberi statuimus, quæ ipsi litteris adhiberetur, si originaliter exhiberetur, in eadē Curia per aliquos curatores nostros in Basilicâ principis Apostolorum, & Ecclesiæ Lateranensis, de Vrbe, ac cancellariæ Apostolicæ Valuis, & Aciæ Campi Floræ, vt moris est: extra curiam vero prædictâ, modo & forma per venerabiles fratres nostros patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, ac alios Ecclesiarum prælatos, quibus in virtute sanctæ obedientiæ per eandem præsentem mandamus, vt litteras, siue transcriptum huiusmodi vbique per eorum prouincias, dioceses & ecclesias sincera charitate publicent & publicari faciant, statuendis, publicentur, earum exemplo in singulis locis, in quibus publicatio ipsa fiet, affixo & dimisso. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostræ requisitionis, monitionis, assignationis, absolutiois, liberationis, dispensationis, indulgentiæ, abolitionis, sanctionis, voluntatis, decreti, statuti & mandati infringere, vel ei auiu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Septimo Id. Augusti. Pontificatus nostri anno primo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Io. Barchugus

Barengus

Anno d. Natiuitate Domini. M. D. LVI. Indictione xiiij. Die vero xxij. Mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ IIII. Anno eius secundo, præsentibus retro scriptis litteræ Apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas, seu portas Basilicarum Ecclesiarum Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Aciæ Campi Floræ, dimissis copiis affixis, vt moris est, per me Thomam Reger præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Petrus Gomes magister curforum.

PAVLVS PAPA IIII.

Bulla S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ IIII. contra Hæreticos & Schismaticos.

Iubet immuari, & inuolabiliter obseruari omnes leges, decreta siue statuta à Romanis Pontificibus, sacris concilijs, & sanctorum Patrum decretis in Hæreticos, & Schismaticos quous tempore edita, etiam si in literis Pontificum extraneantibus contineantur; & si non fuerint in usu, ad usum præcipi reuocari: vt custodiantur contra quoscunque quacunque auctoritate & honore, vel dignitate existant; & quicumque in hæresim aut schisma inciderint, seu excitauerint, officiis & beneficiis & honoribus quibuscunque sint priuati, & ad illa de cetero sint inhabiles & incapaces, habeanturque pro relapsis perinde ac si prius hæresim in iudicio publice abiurassent, eisdem curiæ seculari tradantur, nisi eos de benignitate admittere voluerit sedes Apostolica, & ob hæresim & schisma prædicto modo vacantia beneficia, intra tempus a iure statutum idoneis personis conferantur. Multæ in fauores & complices hæreticorum, & schismaticorum pœnæ statuuntur. & quicumque quacunque dignitate in hæresim aut schisma ante suam ad aliquam dignitatem promotionem, incidisse conuictus fuerit, eius promotio etiam ad Papatum nulli sit, neque ei obediatur, sed licite ei omnis fidelitas subrahatur, innocato contra eos, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Paulus episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

F. 3. ita anno Domini 1558.

Ex bibliotheca nostra.



V M ex Apostolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura Domini gregis nobis imminet generalis; & exinde tenemur pro fidei illius custodia, & salubri directione, more vigilis Pastoris, assidue vigilare, & attentius providere: vt qui hac ætate, peccatis exigentibus, propria prudentiâ innitentes licentius & perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, & superstitiosis, ac fictitijs ad inuentionibus sacrarum scripturarum intelligentiam peruerentes, catholicæ Ecclesiæ unitatem, & inconfutilem Domini tunc scindere moluntur, ab ouili Christi repellantur, nec magisterium erroris continent qui discipuli veritatis esse contemnunt: Nos considerantes rem huiusmodi adeo grauem & periculosam esse, vt Rom. Pontifex, qui Dei & Domini nostri Iesu Christi viçes gerit in terris, & super gentes, & regna plenitudinem obtinent potestatis, omnesque iudicat, à nemine in hoc sæculo iudicandus, possit si deprehendatur à fide deuius redargui, & quod vbi malus intenditur periculo.

periculum, ibi est plenius & diligentius consulendum, ne pseudo-propheta, aut alii etiam sæcularem iurisdictionem habentes simplicium animas miserabiliter illaqueant, innumeralesque populos eorum in spiritualibus, aut temporalibus curæ & regimini commissos, secum in perditionem, & damnationem interitum trahant, nec aliquando contingat nos abominatorem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta in loco sancto videre, cupientes quantum cum Deo possumus pro nostro munere pastorali vulpes vineam Domini demoliri fatigantes capere, & lupos ab ouilibus arcere; ne canes muti videamur nequeentes latrare, & perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur, Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac priuationis, & quasuis alias sententias, censuras, & pœnas à quibusuis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis etiam per eorum litteras extraneas, seu sacris Concilijs ab Ecclesia Dei receptis, vel sanctorum Patrum decretis, & statutis, aut sacris canonibus, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contra hæreticos, aut schismaticos quomodolibet latis & promulgatas, Apostolica auctoritate approbamus & innouamus, ac perpetuo obseruari, & in viridi obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi, & esse debere: nec non quoscunque qui hætenus à fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commississe deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, seu, quod Deus pro sua clementia, & in omnes bonitate auertere dignetur, in posterum deuiabunt, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, & deuiasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse, seu commississe deprehendantur, aut confitentur, seu conuincantur, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentia existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, seu Cardinalatus honore, & Apostolicæ sedis vbiuis locorum tam perpetuæ quam temporalis legationis munere, vel mundana, etiam Comitatu, Baronia, Marchionatu, Ducatu, Regia & Imperiali auctoritate, seu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes dignum esse, vt qui virtutis amore à malis non abstinere, metu pœnarum ab illis deterreantur, & quod Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primate, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui alios docere, & illis bono exemplo, vt in fide catholica contineantur, esse debent, præuaricando grauius ceteris peccant, cum non solum seipsos perdant, verum etiam alios innumerales populos eorum curæ & regimini creditos, seu alijs eis subditos, secum in perditionem & puteum interitus trahant, de similibus consilio, & assensu, hac nostra in perpetuū valitura constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in Ecclesia Dei maius, aut perniciosius esse potest, de Apost. potestatis plenitudine sancimus, statuimus, & diffinimus, quod sententiis, censuris, & pœnis prædictis in suis robore & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primate, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hætenus, vt præfertur, deuiasse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse excitasse, vel commississe deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, & in posterum deuiabunt, aut in hæresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent; & deuiasse, seu in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitasse, seu commississe deprehendantur, aut confitentur, seu conuincantur, cum in hoc inexcusabiliores ceteris reddantur; ultra sententias, censuras, & pœnas prædictas, sint etiam eo ipso absque aliquo iuris aut facti ministerio suis ordinibus, & cathedralibus etiam Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus ecclesijs, ac Cardinalatus honore, & cuiuscunque legationis munere, nec non voce actiua & passiua, omniq; auctoritate, ac monasterijs, beneficijs, & officijs ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus & quorumuis ordinum regularibus, quæ ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, & administrationem, aut alijs quomodolibet obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ ius aliquod habuerint, nec non quibusuis fructibus, & redditibus, & prouentibus annuis super similibus fructibus redditibus, & prouentibus eis reseruat, & assignatis, Comitatus quoque Baronij, Marchionatus, Ducatus, Regnis, & imperio penitus & in totum perpetuo priuati, & ad illa de cetero inhabiles, & incapaces, habeanturque pro relapsis, & subiectis in omnibus & per omnia perinde, ac si prius hæresim huiusmodi in iudicio publice abiurassent, nec vllō vnquam tempore ad eorum pristinum statum, aut cathedrales Metropolitan. Patriarchales, & primatiales ecclesias, seu Cardinalatus, vel alium honorem, aut quamuis aliam maiorem, vel minorem dignitatem, seu vocem actiuam, vel passiuam, aut auctoritatem, seu monasteria, & beneficia, vel comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna & Imperium restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari possint: quinimo sæcularis relinquatur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendi, nisi apparentibus in eis vere penitentia indicijs, & condignæ penitentia fructibus ex ipsius sedis benignitate & clementia in aliquo monasterio, aut alio regulari loco ad peragendum perpetuam in pane doloris & aqua mæstitia penitentiam retrudendi viti fuerint. Quodque pro talibus ab omnibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentia existentibus, ac quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Primatiali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, & etiam Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Comitatu, Baronia, Marchionatu, Ducatu, Regia, & Imperiali auctoritate & excellentia pollenti.

Vide ad memoriam huius re scripti Hymericum p. 2. q. 48.



a. excommuni-
camus. s. cre-
dentes,

Pena prælate-
rum & Pontifi-
cum canonice
non electorum
qui prius fue-
runt hæretici,
vel schismati-
ci.

pollentibus haberi, tractari, & reputari, & vt tales euitari, omni que humanitatis solatio destitui de-
beant. Et quius patronatus, aut nominandi personas idoneas ad cathedrales etiam Metropolitanas, &
Patriarchales, ac Primatiales ecclesias, seu monasteria, vel alia beneficia ecclesiastica per priuationem
huiusmodi vacantia habere prætulerint, ne illa diutina vacatione exponantur incommodis, sed de
seruitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populos in semitas iustitiæ
fideliter dirigant, teneantur ad ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi alias personas idoneas
infra tempus a iure, vel ex eorum concordatis, seu compactatis cum dicta sede initis statutum, nobis,
seu pro tempore existenti Rom. Pontifici præsentare: alioquin tempore huiusmodi elapso, plena & li-
bera ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum dispositio, ad nos, & Rom. Pontifi-
cem prædictum eo ipso pleno iure deuoluatur. Et insuper qui ipsos sic deprehensos, aut confessos, vel
conuictos scienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere, seu eorum dog-
mata dogmatizare præsumpserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturque
infames, nec voce, persona, scriptis, vel nuntio, aut procuratore aliquo ad publica, seu priuata officia
aut consilia, seu synodum, vel consilium generale, vel prouinciale, nec conclave Cardinalium, aut ali-
quam fidelium congregationem, seu electionem alicuius, aut testimonium perhibendum admittan-
tur, nec admitti possint: sint etiam inestabiles, nec ad hæreditatis successionem accedant: nullus præ-
terea cogatur eis super aliquo negotio respondere. Quod si forsitan iudices extiterint, eorum senten-
tiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliqua causa ad eorum audientiam deducatur: & si fuerint
aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: si vero tabelliones extiterint, instrumenta conse-
cta per eos nullius sint penitus roboris, vel momenti. Et insuper clerici omnibus & singulis ecclesiis,
etiam Cathedralibus, Metropolitanis, Patriarchalibus, & Primatialibus, ac dignitatibus, monasteriis,
beneficiis, & officiis ecclesiasticis etiam, vt præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, &
tam ipsi quam laici, etiam vt præmittitur, qualificati, & dignitatibus prædictis præditi quibuscumque;
Regnis, Ducatibus, dominijs, feudis, & bonis temporalibus per eos possessis priuati existant eo ipso,
Regnaque, Ducatus, dominia, feuda, & bona huiusmodi publicentur, & publicata sint, efficianturque;
iuris & proprietatis eorum qui illa primo occupauerint, si in sinceritate & fidei & vnitatis S. R. E. ac sub
nostra & successorum nostrorum Ro. Pontificum canonice intransitum obedientiam fuerint. Adicien-
tes quod si vilo ymquam tempore apparuerit aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo, seu Pa-
triarcha, vel primate se gerentem, aut prædictæ Rom. Ecclesiæ Cardinalem, etiam vt præfertur, Lega-
tum, seu etiam Romanum Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem seu Rom. Pontifi-
cem assumptionem à fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse,
vel excitasse, aut commisisse, promotio, seu assumptio de eo etiam in concordia, & de vnanimi omnium
Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, & inanis existat, nec per suspensionem muneris, consecrationis
aut subsecutam regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Rom. Pontificis in-
thronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ob omnibus obedientiam, & cuiusuis temporis
in præmissis cursum conualuisse dici, aut conualescere possit. nec pro legitima in aliqua sui parte ha-
beatur, nullamque talibus, in episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas, aut Primates promotis,
seu in Cardinales, vel Ro. Pontificem assumptis in spiritualibus, vel temporalibus administrandi fa-
cultatem tribuisse, aut tribuere censeatur: sed omnia & singula per eos quomodolibet dicta, facta, ge-
sta, & administrata, ac inde secuta qua cunque viribus careant, & nullam prius firmitatem, nec ius
alicui tribuant, sintque ipsi sic promoti, & assumpti eo ipso absque aliqua desuper facienda declara-
tione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio, & potestate priuati: liceatque omnibus
& singulis sic promotis, & assumptis, si à fide antea non deuiassent, nec hæretici fuissent, neque schis-
ma incurrisissent, aut excitassent, vel commisisissent subditis personis tam clericis secularibus, & regu-
laribus, quam etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiam qui electioni ipsius Pontificis antea à fide de-
uii, aut hæretici, seu schismatici intefuerint, seu alius consenserint, & ei obedientiam præstiterint, eū-
que adorauerint, ac castellanis, præfectis, capitaneis, & officialibus etiam Alma Urbis nostræ, & to-
tius status ecclesiastici, etiam eisdem sic promotis, vel assumptis homagio, seu iuramento, vel cautio-
ne obligatis, & obnoxii ab ipsorum sic promotorum, vel assumptorum obedientia & deuotione im-
pune quandocunque recedere, colque vt magos, ethnicos, publicanos, & hæresiarchas euitare, eisdem
subditis personis fidelitati, & obedientiæ futurorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum,
Primatum, Cardinalium & Rom. Pontificis canonice intransitum nihilominus astrictis remanentibus,
& ad maiorem ipsorum sic promotorum, & assumptorum, si eorum regimen, & administrationem cō-
tinuare voluerint, confusionem, cōtra eosdem sic promotos, & assumptos auxilium brachii secularis
implorare, nec propterea tales ab ipsorum sic promotorum, & assumptorum fidelitate, & obedientia,
præmissorum occasione recedentes, tamquam tunica Domini scissores aliquarum, censurarum, seu
pœnarum vltioni subiaceant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, nec-
non priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Primati-
bus, & Cardinalibus, ac quibusuis alijs sub quibuscunq. tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clau-
sulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine,
seu etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, &
innouatis, ac etiam in corpore iuris clausis, necnon quibusuis capitulis conclausis etiam iuramento,
aut

aut cōfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & per nos ipsos iuratis. Quibus om-
nibus eorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum inferis habentes, illis alijs
in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs
quibuscunque. Vt autem præsentis litteræ ad omnium quorum interest, notitiam deducantur, vo-
lumus eas, seu earum transcriptum, (cui manu notarij publici subscripto, & sigillo alicuius personæ
in dignitate ecclesiastica constitutæ munito, plenam fidem adhiberi debere decernimus) in Basilicæ
principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ Valuis, atque in Acie Campi Floræ per
aliquos ex cursoribus nostris publicari, & affigi, earumque copiam inibi affixam dimitti, publicatio-
nemque, affixionem, & copiarum affixam dimissionem huiusmodi sufficere, & pro solemnè & legitima habe-
ri, nec aliam publicationem requiri, aut expectari debere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostræ approbationis, innouationis, sanctionis, statuti, derogationis, voluntatum, & decre-
torum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indigna-
tionem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Da-
tum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millefimo quingentesimo quin-
quagesimo octauo, Quinto decimo kal. Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

† Ego Paulus Catholice Ecclesiæ Episcopus SS.

† Ego Io. Bellayus Episcopus Ostien. ss.
† Ego R. Card. de Carpo Episcopus Portuen.
† Ego F. Car. Pisanus Episcopus Tusulan.
† Ego Fed. Card. Casius Episcopus Tranen.
† Ego P. Card. Episcopus Albanen.

Locus signi.

DOMINVS

MIHI

ADIVTOR

† Ego R. Card. S. Angeli Maior Pan.
† Ego T. Card. Chrispus.
† Ego Fuluius Card. Perusinus.
† Ego Io. Mich. Card. Saracenus.
† Ego Io. Card. S. Vitalis.
† Ego Ia. Card. Puteus.
† Ego Hier. Card. Imolen.
† Ego B. Card. Tranen.
† Ego Diomedes Card. Arianen.
† Ego Scipio Card. Pisarum.
† Io. Card. Reumanus.
† Io. Antonius Card. S. Pancratii.

† Ego Tha. Card. Gaddus.
† Ego Virg. Card. de Spoletu.
† Ego F. M. Card. Alexan.
† Ego Cle. Momilianus Card. Arac.
† Ego G. Asc. Diaconus Card. Cam.
† Ego N. Card. de Sermoneta.
† Ego Ia. Card. Sabellus.
† Ego Hier. Card. S. Georgij.
† Ego Inno. Card. de Monte.
† Ego Aloy. Card. Cornelius.
† Ego C. Cardinalis Carafa.
† Ego Alfon. Card. Neapolitan.
† Ego Vitellorus Card. Vitellius.
† Ego Io. Baptista Car. Consiliarius.
Io. Barenus.
Barenus.

PIVS PAPA IIII.

Bulla Sanctissimi Domini Nostri Pij diuina prouidentia Papa quarti
Concessionis facultatis eligendi Notarios in causis officio
Inquisitionis spectantibus.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam-



ASTORALIS officij cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commissa, nos as-
sidue incitat, & inducit, vt vigilēs sollicitudinis nostræ oculos diligenter circumspecta-
mus, ad ea que potissimum nostræ prouisionis remedia adhibeamus, per quæ sancta &
Catholica fides, vbique prout debet conseruetur, & augetur, improbi que hæretici il-
lius impugnatores, quoad fieri potest debite compescantur, & comprimentur. Sane
pro parte dilectorum filiorum Inquisitorum, & commissariorum hæreticæ prauitatis in diuersis re-
gnis, prouincijs, ciuitatibus, insulis, & alijs Christiani orbis partibus deputatorum, nobis nuper expo-
situm fuit, quod ipsi in causis sanctæ fidei aduersus eosdem hæreticos prosequendis personis proba-
tis, & idoneis, quæ officio notarij in eis fungantur plurimum indigere noscuntur. Vnde officio ipsius
Inquisitionis, tum propter ipsorum notariorum penuriam, tum quia plerique officium huiusmodi
tamquam odiosum exercere recusant, ne illud suscipiendo quemquam offendere videantur, magnum
incommodum, & detrimentum generatur. Nos igitur nostræ vigilantie curam adhibere, in præmis-
sisque opportune prouidere volentes, omnibus & singulis hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, & com-
missarijs, in quibusuis regnis, dominijs, prouincijs, ciuitatibus, insulis, etiam Græciæ, ceterisque terris
& locis in quibus Christiana religio colitur, constitutis, & quomodolibet pro tēpore deputatis, quod
quotiens

Edita anno Do-
mini 1561.

Ex Archivo ge-
neralis Inque-
sitionis Roma-
ne.

Campegius ad Zanch. c. p. di. xi ad Hymer. 3. p. q. 18. & seq.

quotiens eis expedire videbitur, vnum vel plures, etiam clericos sæculares, vel quorumvis ordinum regulares, qui sibi sufficere, & idonei visi fuerint, in quibuscunque causis sanctæ fidei, & Inquisitionis huiusmodi in notarios eligere, assumere, & creare, eosque ad officium notariatus causarum prædictarum, deputare, ipsique sic electi, & deputati, acta quæcunque, & processus causarum ipsarum diligenter, & fideliter describere, & annotare: ceteraque omnia ad id quomodolibet necessaria, & opportuna facere, gerere, & exercere, libere, & licite possint, & valeant, plenam, & omnimodam auctoritatem Apostolicam tenore præsentium facultatem, & potestatem concedimus, & impartimur. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quarumvis civitatum, & terrarum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis, & quibusvis notariorum collegiis, etiam per sedem Apostolicam quomodolibet concessis. Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod quoniam difficile admodum esset præsentibus nostras litteras, ad singula quæque loca, ubi opus foret deferri, earundem præsentium transumptis, manu alicuius notarii publici subscriptis, & sigillo officij Inquisitionis Almæ Urbis nostræ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibita vel offere. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millefimo quingentesimo sexagesimo primo, sexto Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Cæsar Glorietius.

Barengus.

Registrata in Camera Apostolica.

Claudius de Valle Sanctæ Romanæ vniuersalis Inquisitionis Notarius SS.

PIVS PAPA IIII.

Breue Apostolicum concessum R. D. Inquisitori Auinionen. super non reuelatione, nec publicatione nominum, & cognominum testium examinatorum in officio sanctæ Inquisitionis tam contra hereticos, quam contra schismaticos.

Pius Papa quartus, ad futuram rei memoriam.

Edita anno Domini 1561.

Ex Archiuo generalis Inquisitionis Romanæ.

Concilium Biterrense c. 10. Hymericus 3. p. q. 75.



V M sicut non sine magna animi nostri molestia accepimus, humani generis hoste instigante ita schismaticorum & aliorum hereticorum numerus in prouincia, statu, & diocesi ciuitatis nostræ Auinion. præualuerit, & propter eorum, seu alicuius ipsorum potentiam, & malitiam, nullus contra eos deponere, seu eorum crimina reuelare, & accusare audeat: quod sit, ut ipsi schismatici, & heretici remaneant impuniti, in nõ modicam diuinæ Maiestatis offensam, & graue personarum Catholicarum scàdàlum. Nos ne in futurum aliquis metu ipsorum hereticorum, & schismaticorum, eorum crimina reuelare formidet, alias in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, Dilecto filio fratri Bernardo moderno Inquisitori Auinionen. vel pro tempore existenti, in dicta Prouincia heretica prauitatis Inquisitori, ut personas quæ schismaticos, seu hereticos huiusmodi reuelauerint, seu contra eos deposuerint, & testificauerint, publicare, seu reuelare minime teneantur. Et si ab eodem Inquisitore aliqua ipsorum testium dicta publicari contingat, ita truncata & secreta publicentur, ut cognitio nominum, & cognominum ipsorum testium, ad aliquam notitiam deuenire nõ possit. Quòdque ipse Inquisitor à quoquam syndicali nequeat, & nemini, nisi nobis, aut pro tempore existenti Romano Pontifici, & Almæ Urbis nostræ supremis Inquisitoribus de processibus per eum contra dictos hereticos & schismaticos formatis rationem reddere teneatur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus pariter & indulgemus, districtius inhibentes Vniuersis & singulis Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælati, eorumque in spiritualibus, & temporalibus Vicariis, seu officialibus generalibus, & dilectis filiis omnibus, & singulis Iudicibus & personis tam ecclesiasticis quam sæcularibus cuiuscunque dignitatis, status, gradus & ordinis, vel conditionis existentibus, ne ipsum modernum, & pro tempore existentem Inquisitorem ad nomen, & cognominum dictorum testium reuelationem & publicationem, seu de processibus per eundem modernum contra ipsos hereticos & schismaticos formatis, vel ab eo, & alijs Inquisitoribus pro tempore in futurum formandis rationis redditionem arctare, nec super præmissis, seu eorum occasione quouis prætextu molestare, perturbare, vel inquietare audeant, vel præsumant. Irritum nihilominus & inane decernentes, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & in Prouincialibus, ac

bus, ac synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus, statutisque & consuetudinibus etiã iuramento confirmatione Apostolica, vel qualis firmitate alia roboratis: privilegiis quoque indultis & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse latissimeque derogamus. Ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die prima Nouembris. M. D. LXI. Pontificatus nostri anno secundo.

Cæs. Glorietius.

PIVS PAPA IIII.

Motu proprio. S. D. N. D. Pij diuina prouidentia Pape IIII. in fauorem Inquisitorum heretica prauitatis, Quòd procedere possint contra Regulares.

Inquisitores heretica prauitatis procedere possunt contra quoslibet religiosos & exemptos hereticos, seu alios quouis modo de hæresi suspectos, vel culpabiles, dummodo à suis superioribus non fuerint præuenti, quos punire possunt iuxta canonica instituta, nullis in contrarium constitutionibus quicquam inuantiis.

Pius Papa Quartus, ad futuram rei memoriam.



ASTORIS æterni vices, meritis licet insufficientibus gerentes in terris sic vigilantia nostræ sollicitudinẽ circa oues curæ nostræ diuina dispositione commissas exercere studemus, ne illæ ab ouili suo, extra quod saluus nemo esse potest, aberrantes in luporum rapacium insidias vilo modo incidere valeant, sed intra caulas debite custoditæ, ad cælestia pascua feliciter peruenire possint. Nuper siquidem accepimus, nonnullos Rom. Pontifices prædecessores nostros antea actis temporibus ex causis tunc expressis diuersis ordinibus etiam mendicantibus, quòd contra eorum fratres, & religiosos in quibuscunq. causis etiam hæresis, nisi per eorundem ordinum superiores, & prælatos inquiri, aut procedi quoquomodo nõ possit, inter alia privilegia per suas litteras concessisse, & nos forte illas confirmasse: supercrecente autẽ temporis, & hominum malitia, hac nostra potissimum ætate (quòd sane dolenter referimus) in agro euangelici Patris familias zizania etiam inter dictos fratres, & religiosos in tantum pullulasse, meselique tritico rarefcentes adeo polluere videmus, ut vulpeculæ iam in aperto vineam Dopini demoliri nitantur. Quare nos pro pastorali officij nobis diuinitus edito debito, quantum cum Deo possumus, opportuna in præmissis remedia adhibere volentes, ut quos Dei amor à malo nõ reuocat, pænæ saltem formido à delinquendo retrahat: Et propterea considerantes, quòd si dilecti filij Inquisitores heretica prauitatis, tam generales, quàm vbique locorum deputati particulares, in causis hæresis huiusmodi contra quoscunque quorumvis ordinum etiam quomodolibet exemptorum, & mendicantium fratres professores, quando cunque causas ipsas hæresis ab eis inchoari contigerit, procedere valerent, profecto id in non modicam fidei catholice cederet vilitatem, cum præsertim ex hoc superiores, & prælati ordinum prædictorum, sicut verisimiliter credendum est, ad subditos suos sub probata religionis norma continendos, transgressoresque debitis pœnis compescendos facile reddi possint diligentiores: idcirco Motu proprio, & ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, hac nostra firmiter valitura constitutione, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, ordinamus, atque decernimus, quòd de cetero in omnibus Christiani orbis partibus Inquisitores heretica prauitatis, tam generales quàm in quibusvis prouinciis, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis pro tempore deputati particulares contra quoscunque fratres professores, & religiosos ordinum prædictorum, ac etiam contra quoscunque quouis modo priuilegiatos & exemptos de hæresi crimine quomodolibet suspectos, aut culpabiles, dummodo ꝑ ab eorundem fratrum professorum, & religiosorum superioribus & prælati in causis huiusmodi præuenti non fuerint, iuxta facultates officij ipsius Inquisitionis inquirere & procedere, ac culpabiles, & deliquentes repertos secundum canonicas sanctiones castigare, atque punire, ceteraque omnia & singula facere, gerere, & exequi libere, & licite possint & valeant: super quibus plenam & liberam eisdem Inquisitoribus, & eorum cuiilibet facultatem concedimus & potestatem: Sicque per quoscunque iudices, & commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuiilibet quavis aliter iudicandi facultate, iudicari, & diffiniri debere: Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, & ordinum prædictorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam mari magno, &

Edita anno Domini 1561.

Ex bibliotheca nostra.

† Vide omnino quæ dixi in Directorio Inquisitionis, p. 3. tit. per q. 28.

Bulla

Bulla aurea vel aliâs quomodolibet nuncupatis eisdem ordinibus & illorum superioribus, ac præla-
tis etiam prædictos Roman. Pontifices prædecessores nostros, & sedem Apostolicam, ac etiam per
nos aut quoscunque alios quouis modo concessis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & inno-
uatis: quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialibus, & expressis, indiui-
dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quæ-
nis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium tenores præ-
sentibus pro sufficienter expressis, & totaliter insertis habentes, illis aliâs in suo robore permanentibus,
hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter & expresse derogamus, ac sufficienter & plene
derogatum esse volumus, atque decernimus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem
quod præsentium transumptis manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo aliquius personæ in digni-
tate ecclesiastica constitutæ munitis, ea protus fides adhibeatur, quæ originalibus litteris ipsis adhi-
beretur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscato-
ris, Die prima Aprilis, Millefimo quingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus nostri anno tertio.
Cæ. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini M. D. LXII. Indiçione quinta, die vero decima mēsi Aprilis Pont. S. in Chri-
sto patri & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ iij. Anno tertio, Retroscriptæ litteræ affixæ & publi-
catæ fuerunt ad Valvas Basilicæ principis. Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apost. ac in acie campi Floræ di-
missis inibi illarum copiis auscultatis & collationis cum eiusdem originalibus litteris, vt moris est, per me
Thomam Roger S. D. N. Papæ, sanctæ Inquisitionis cursorem.

PIVS PAPA IIII.

Facultas Illustrissimorum Cardinalium Inquisitorum generalium
procedendi contra Prælatos.

Illustrissimi Cardinales reipub. Christianæ Inquisitores generales procedere possunt contra Episcopos &
quoslibet alios prælatos, etiam Cardinalatus dignitate decoratos absentes, hæreticos vel de hæresi suspectos
aut diffamatos in regionibus suspectis commorantes, ad quos liber non patet accessus, eosque citare vt intra ter-
minum, quem illis præfixerint, debeant se eisdem generalibus Inquisitoribus præsentare sub pœnis excommuni-
cationis, suspensionis, ac priuationis omnium dignitatum, & beneficiorum, & alijs arbitrio ipsorum imponendi:
nec dicti prælati possunt per procuratorem aut quemlibet excusatorem respondere. confectus processus sum-
mo Romano Pontifici est referendus, vt sententia iusta & debita contra tales promulgetur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno
Domini 1563
Ex Archipo
generali In-
quisitionis R.
maur.



ROMANVS Pontifex, Christi Vicarius, ac beati Petri successor, cui ipse Christus
Dominus noster oues suas pascendas enixe ter commendauit, ne oues deperditæ de
eius manu quandoocunque requirantur, omni studio & solertia continue inuigilare
debet, vt à sancta Romana Ecclesia, quæ ceterarum caput est, & magistra, deuiantes
ac aberrantes, ad gregem Dominicum totis viribus reducat, & quas Dei timore pro-
posito & salutaribus monitionibus ad illam allicere nequiuert, temporalium saltem pœnarum metu
coerceat. Cumque nos propte rea postquam ad summi Apostolatus apicem, licet immeriti, diuina fa-
uente clementia assumpti fuimus, statim mentis nostræ aciem eo direximus, vt hæreticæ prauitatis vi-
dique extirpatis erroribus fides Catholica vbique augmentum suscipiat, & diffusus protendatur, ni-
hilque quod huic rei profuturum cognouimus, prætermiserimus. Et nihilominus sicut nuper non si-
ne graui cordis dolore & animi amaritudine accepimus, nonnulli prælati, & indignitate ecclesiastica
ac episcopali ordine constituti, ad quos veluti in partem sollicitudinis nostræ vocatos magis specta-
ret ceteros præsertim eorum curæ creditos ab erroribus reuocare, & in eisdem erroribus pertina-
citer persistentes insequi, nedum in similes errores hæreticos grauiter prolapsi fuere; sed etiam ce-
terorum hæreticorum fautores, receptatores, & auxiliatores existunt, & eandem fidem Catholi-
cam cuius defensores esse debent, in dies oppugnare non verentur. Volentes igitur huic tam
pernicioso morbo, prout nostro incumbit officio, occurrere, ac ne ulterius progrediatur, quan-
tum in nobis est, prouidere: Motu proprio per Apostolica scripta venerabilibus fratribus, & dile-
ctis filiis nostris Inquisitoribus contra hæreticam prauitatem generalibus in alma Vrbe nostra pro
tempore residentibus, quibus vt contra quoscunque etiam episcopali, ac quacunque alia etiam Car-
dinalatus præditos dignitate procedere possint, per alias nostras indulsumus tenore præsentium, com-
mittimus & mandamus, vt omnes & singulos hæreticos, & hæreticorum fautores, receptatores & au-
xiliiatores prædictos, de huiusmodi criminibus diffamatos, in prouincijs & locis in quibus Lutherana
secta inualuit, commorantes, ad quos ob ipsorum hæreticorum frequentiam notorium est tutum seu
saltem liberum non patere accessum, etiâ si episcopali, archiepiscopali, patriarchali & aliâ quacunque
etiam

etiam Cardinalatus dignitate præfulgeant, nullis alijs desuper habitis super non tuto vel non libe-
ro accessu, huiusmodi informationibus (receptis tamen summarie & extrajudicialiter quantum ip-
sis Inquisitoribus sufficere videbitur prius indicijs) etiam per edictum in valuis palatii officij sanctæ
inquisitionis, & Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, ac in Cancellaria nostra Apostolica, &
acie Campi Floræ tantum per vnus ex nostris Curforibus, vel etiam in locis finitimis terrarum in
Italia consistentium, nobis & eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectis, prout ipsis In-
quisitoribus visum fuerit, assignandum, & publicandum citent, moneant & requirant, vt intra certum
& competentem terminum eis ipsorum Inquisitorum arbitrio præfigendum sub excommunicatio-
nis latæ sententiæ, suspensionis à diuinis, & priuationis etiam à Cathedralibus ecclesijs, & quibus-
cunque dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis, ac officijs & ordinibus quæ obtinet, & in quibus con-
stituti existunt, & inhabilitatis ad illa & alia quæcunque in posterum obtinenda, necnon confessio-
nis criminum hæresis eis obiectorum, alijsque tam ecclesiasticis quàm temporalibus, etiam pecu-
narijs, & honorum confiscationis, ac corporalibus, & etiam relapsus, & alijs per ipsos Inquisitores
imponendis pœnis, coram ipsis personaliter & non per procuratorem, defensorem vel excusatorem
aliquem compareant, & se à criminibus prædictis expurgent, & si in termino prædicto non com-
paruerint, & se à dictis criminibus legitime non expurgauerint, ad obseruationem terminorum ad
docendum se dictis litteris citatorijs & monitorialibus paruiffe, pro sententia declaratoria incur-
sus censurarum & pœnarum in eisdem litteris contentarum ferenda seruari solitorum, ac etiam in
causa ipsa criminis hæresis inquirendo ad receptionem probationum pro diffinitiuâ super crimine
etiam contra absentes, sic vt præfertur monitos ferenda sententia, vsque ad ipsius sententiæ ferendæ
calculum procedant, ac demum processum omnem nobis, vt ad sententiæ, quæ iusta visa fuerit, pro-
lationem deuenire possimus in Consistorio nostro secreto referant. Nos enim citationem & moni-
tionem per publicum edictum, vt præfertur, decernendas & exequendas prædictas, dictos sic citatos &
monitos perinde arctare, ac si personaliter citati forent, illasque ac processus desuper habendos, sen-
tentiasque inde ferendas validos & validas fore: Sicq; per quoscunque iudices & commissarios etiâ
causarum palatii Apostolici Auditores in quauis instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis ali-
ter interpretandi & diffiniendi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere: Irritum quoque
& inane, quidquid fecus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac palatii
nostri stylo etiâ certâ aliam formam, quoad citationes per edictum decernendas & exequendas, in-
ducentibus: quibus illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vi-
ce dumtaxat, illis aliâs in suo robore permanentibus, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque con-
trarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ commissionis, mæ
dati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se
nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millefi-
mo quingentesimo sexagesimo tertio, Septimo Id. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.
Cæ. Glorierius.
Fed. Card. Casius

D Registrata apud Cæsarem Secretarium.

H. Cumyn.

PIVS PAPA IIII.

Breue S. D. N. Pij Papæ Quarti, super reuocatione licentiarum datarum
legendi libros hæreticos, & prohibitos.

Nullus tamen si Episcopali, Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate præfulgeat, prætextu cuiuslibet fa-
cultatis à quocunque concessæ potest legere libros hæreticos & prohibitos, exceptis Inquisitoribus & eorum
commissarijs à sede Apostolica deputatis. bibliopole vero, & quicunque tales libros habuerint, debeant eos
realiter & cum effectu Inquisitoribus assignare sub pœnis in hæreticos latis.

Pius Papa quartus, ad perpetuam rei memoriam.



VM pro munere, quod sustinemus, id præcipue nobis propositum habeamus, & om-
ni studio, diligentiaque curemus, vt omnes Christiani fideles tam grauibus calamito-
sisque temporibus in recta, & Catholica fide contineamus id agere, & prouidere ne
cessè est: vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Nemini au-
tem mirum videri debet; si Romanus Pontifex nonnunquâ facultates aliquas, quas
ipse vel prædecessores eius probabili adducti ratione concesserint, postea reuocet,
cū ipso rerū vsu edoctus animaduertit, eas iustiore de causa esse reuocandas. Ad notitiâ nostram
peruenit ex data nonnullis licentia habendi & legendi libros hæreticos, aut de hæresi suspectos ad
hæreses, & errores, qui in eis libris continebantur, resellendos: non raro conuenire solere, vt illis ipsi-
eorum

Edita anno Do-
mini 1564

Ex bibliote-
ca Illustris. In-
lij Antonij Sa-
ctorij Card.
Sanctæ Scueri
Ræ.

eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam causam concessa fuerit, vt alijs prodesse possent, illis ipsi hæresibus, & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus se alios reuocatos esse confisi fuerant. Huic rei prouidere, & animarum periculo, quantum fieri potest pro pastorali sollicitudine occurrere cupientes, cogitantefq; nobiscum, nuper in sacro generali Concilio hæreses horum temporum ita confutatas, atque damnatas fuisse: vt tantæ Synodi auctoritas, cuius decreta huius sanctæ Sedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata, & comprobata sunt: ad vitandos errores & catholice fidei veritatē agnoscendā sufficere omnibus debeat, nec vilius præterea confutatio requirēda sit: prædecessorum nostrorum, præsertim se. re. Iulij III. & Pauli III. vestigijs insistentes, Motu proprio, & ex certa sciētia nostra, ac deliberatione matura omnes, & singulas facultates habendi & legendi libros Lutheranos, aut aliorū hæreticorū, seu de hæresi suspectos omnibus tā clericis sæcularibus, aut regularibus, quā laicis cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel conditionis sint, etiam si episcopali, vel archiepiscopali, aut alia maiori ecclesiastica, seu sæculari dignitate præfulgeant (Inquisitoribus, & commissarijs hæreticæ prauitatis à sede Apostolica deputatis quoad eo, officio fungentur, exceptis) a nobis aut quocunq; prædecessorū nostrorū, seu Apostolicæ sedis legatis maiorive Pænitentiario, vel quibuscunq; alijs, quibuscunq; verborū formis, & clausulis, etiam derogatoriariū derogatorijs, irritantibusq; alijs decretis quomodolibet etiā motu, & scientia simili ad hoc tempus concessas, auctoritate Apostolica tenore præsentium reuocamus, & pro reuocatis, & irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus sub censuris, sententijs, & pœnis tā à sacris canonibus, quā à sede Apostolica ad hoc tempus constitutis in eos, qui huiusmodi libros legant, aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus uti, neue vlllos omnino libros huiusmodi improbatos, & prohibitos, aut quos in posterum à sede Apostolica, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, aut locorum ordinarijs improbari, prohiberi que contigerit, legere, habereue quacunque de causa audeat. Impressores autem & bibliopolas, & alios, quicunque eiusmodi libros habent, habuerintue (Inquisitoribus, & commissarijs iisdem dumtaxat exceptis) monemus, & cuiilibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna incurfus criminis hæresis, & alijs contra hæreticos à iure inflictis, & irrogatis tam ecclesiasticis, quā temporalibus sententijs, censuris, & pœnis præcipimus, ac mandamus, vt eos libros intra sexaginta dies à die, quo hæ litteræ publicatæ fuerint, numerandos, quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, reliquos viginti pro tertio, ac peremptorio termino, & monitione canonica eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus ij libri sint, tradant, atque consignent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunq; Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt vero hæ litteræ, & quæ in eis continentur, ad omnium quorum oportet noticiam perueniant: nec quisquam ea excusatione uti possit: quod illa ignorauerit, volumus, & mandamus, vt in Basilica Vaticana principis Apostolorum, & in ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam clara voce à curiæ nostræ Curforibus, seu Notarijs aliquibus publicis recitentur, & postquam recitata fuerint, ad Valuas earum ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur, ibique quo legi, & omnibus innotescere possint, aliquandiu relinquuntur: Transumptis quoque earum quæ manu alicuius publici notarij scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita fuerint, vt sine dubitatione vlla fides habeatur, mandamus, atque decernimus. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxiiij. Martij. M D L X I I I. Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellinus.

Anno à Natiuitate Domini MDLXIII. Indictione vii. die vero vii. mensis Aprilis, Pont. S. in Christo patris, & D. N. Pij, diuina prouidentia Pape quarti, Anno quinto. Retroscriptæ litteræ, lectæ, & recitatæ fuerunt alia & intelligibili voce, ac affixæ & dimissæ fuerunt in locis retroscriptis, dimissis etiam ibidem copijs, affixis, & alijs in omnibus & per omnia, iuxta illarum formam, & tenorem per nos Thomam Rogger, & Iacobum Carra præfati Sanctiss. Domini nostri Pape Curfores.

Bartholomæus Sotto casa Magister Curforum,

P I V S P A P A III.

Approbatio Indicis librorum prohibitorum, cum regulis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos.

Nemo legat libros in Indice comprehesos, Index cum præfixis regulis custodiatur: qui libros prohibitos ob hæresim aut hæresis suspicionem legerit, ipso iure manet excommunicatus: & ob id in eum tamquam in suspectum de hæresi procedi potest: qui libros alia de causa damnatos legerit, mortaliter peccat, & arbitrio episcoporum grauiter est puniendus.

Pius

Pius Papa quartus, ad perpetuam rei memoriam:



OMINICI gregis custodia Domino disponente præpositi, vigilis more pastoris non defistimus ipsi gregi ab imminenti periculo, quanta maxima possumus cura & diligentia præcauere, ne propter negligentiam nostram pereant oues, quæ pretiosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptæ. Et si autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in ecumenico, & generali Concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata, ac definita fuerunt, vt facile iam sit vnicuique sanam Catholicamque doctrinam à falsa, adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpe etiam doctos eruditosque in variis erroribus, & à veritate fidei catholice alienas opiniones inducere: huic quoque rei esse duximus prouidendum. Cum autem aptissimū ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atque ederet index, siue catalogus librorū, qui vel hæretici sint, vel de hæretica prauitate suspecti, vel certe moribus & pietati noceant: id negotium ad sacram Tridentinam Synodum reieceramus. Ea vero ex tanta episcoporum, & aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum Indicem multos cum doctrina, tum iudicio insignes prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimifque vigilijs, eum indicem tandem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto is Index nobis oblatu fuisset: vt ne ante ederetur, quā à nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis quibusdam, probatissimisque prælati eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, ac iudicio, diuturna cura confectum, & præterea commoissime digestum esse cognouerimus: Nos saluti animarum consulere, eamque ob causam prouidere cupientes, ne libri & scripta cuiuscunque generis, quæ in eo improbantur, siue vt hæretica, siue vt de hæretica prauitate suspecta, siue vt pietati, ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac à Christianis legantur, ipsum Indicem, vna cum regulis ei propoitis auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimiq; ac diuulgari, & ab omnibus vniuersitatibus Catholicis, ac quibuscunq; alijs vbiq; suscipi, easq; regulas obseruari mādamus, atque decernimus: inhibentes omnibus, & singulis tam ecclesiasticis personis sæcularibus, & regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quā laicis quocunque honore, ac dignitate præditis, ne quis contra earum regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis libros vlllos legere habereue audeat. Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit: is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiuscunque auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspensionem damnata, atque prohibita legerit, habueritue, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat: eamque ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, episcoporum arbitrio seuerè se nouerit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunq; aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, ne excommunicari possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium noticiam perueniant, neue quis excusatione ignoracionis uti possit: volumus, & mandamus, vt hæ litteræ per aliquos Curia nostræ Curfores in basilica Vaticana principis Apostolorum, & in ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur: & postquam recitata fuerint, ad valuas earum ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur: ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquuntur. Cum autem inde amoueantur: earum exempla in iisdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem & affixionem, omnes, & singulos qui his litteris comprehenduntur, post tres menses à die publicationis, & affixionis earum numerandos, volumus perinde strictos, & obligatos esse, ac si ipsi met illæ editæ, lectæque fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici notarij scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima quarta Martij, Millefimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellinus.

P I V S P A P A V.

Sanctissimi D. N. Pij Pape V. Declaratio, & constitutio, quod sententiæ in reorum Inquisitorum fauorem per quoscunque iudices contra iurisdictionis dispositionem, vel stylum officij Sanctissimæ Inquisitionis latae, & ferendæ, nunquā transferantur, nec in futurum in rem iudicatam transferre possint.

I 2 MOTV

Edicta anno Do-
mini ab incar-
natione 1566.

Ex Bullario
Pij V. impres-
so Romæ.

MOTU proprio, &c. Inter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa in primis est, prout esse debet, vt Ecclesia Dei nobis ex alto commissa purgatis, immo quantum fieri potest, procul exterminatis omnibus hæresibus, & prauis errorum opinionum dogmatibus tuto militare, & tamquam nauis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatum fluctibus & procellis, secure nauigare, & ad optatum salutis portum peruenire possit. Cum itaque nos, dum in minoribus constituti sanctissimi officij Romanæ, & vniuersalis contra hæreticam prauitatem Inquisitionis negotia pertractamus, tandem ex longo vsu atque experientia rerum magistra cognouerimus, quod multi rei delati, & in prædicto sanctissimo officio, seu alibi coram locorum ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus processati, ac de hæretica prauitate Inquisiti falsos testes ad eorum defensam examinari faciendo, ac compurgatorum de eorum vita & doctrina minime informatorum opera, & testimonio se iuuantibus, ac diuersis alijs illicitis modis, excogitatisque dolosis excusationibus, & malijs prædictum sacrum officium Sanctissimæ Inquisitionis, ceterosque iudices, & etiam Romanos Pontifices deludendo, & decipiendo, plures etiam veluti innocentes diffinitiuas à prædictis processibus, & Inquisitionibus absolutorias, & præcedente canonica purgatione eorum assertæ bonæ & Catholicæ fidei vitæ, & doctrinæ declaratorias sententias, seu decreta ab eodem sanctissimo officio, alijsque locorum ordinarijs siue delegatis, & Inquisitoribus, ac etiam Rom. Pontificibus prædecessoribus nostris obtinuerunt, seu extorserunt: quas sententijs, & decreta præfati Romani Pontifices, etiam cum perpetui silentij impositione, ac inhibitione, ne dictum sanctissimum officium, aut alijs Inquisitores ad vteriora procedere possent seu deberent, necnon etiã cum causarum auocatione ad solū Romanum Pontificem, sub cuius protectione submittebantur, alijque derogatoriarum derogatorijs, & efficacissimis clausulis, ac etiã irritantibus, & alijs decretis etiã in forma gratiosa amplian- do, per varios, & varias eorum Motus proprios, ac etiam sub plumbis, vel annulo piscatoris expeditas litteras etiam in confistorio, seu confistorialiter emanatas confirmarunt, vnde eueniebat, quod prædicti rei Inquisiti sub velamine, & tutamine prædictarum sententiarum declaratorias, & litterarum Apostolicarum, & præsertim vigore clausulæ inhibitoriæ contra Inquisitores factæ confidentes, clam, & etiam aliquando palam in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicam perseuerando, nunquam ad gremium Ecclesiæ vere redibant, immo cum alijs secure, & tamquam catholici conuersando, eorundem aliorum animos corrumpere, & inficere, ac in suas hæreticas opinioniones trahere de facili potuerunt in totius reipublicæ Christianæ non modicum scandalum & præiudicium, prædictorumque delatorum animarum perniciem, & iacturam. Nos huic scandalo adeo periculoso, & contagioso obuiare, dictarumque animarum saluti consulere, & providere, omnemque iurisperitorum dubietatem, & altercationem, ac quæcunque impedimenta & obstacula, propter quæ sancta Inquisitio hæreticæ prauitatis quomodocunque, & qualitercunque impediretur, vel retardaretur, tollere volentes, Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, In primis omnes, & singulas, ac quascunque litteras Apostolicas sub quacunque verborum forma etiam in prædictis, ac quibusuis alijs causis hæresis, etiam Motu proprio, &c. ac etiam confistorialiter, &c. & alijs quomodolibet emanatas, necnon etiam desuper signatas Motuum propriorum, & alias cedulas quascunque ad ius, & iustitiam, ac iuris terminos reducentes, necnon fisco prædicti sancti officij Inquisitionis, & aliorum ordinariorum, & delegatorum iudicum aduersus prædictas litteras inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque clausulas quascunque os aperientes, & quatenus iurisdictioni, dispositioni, vel stylo dicti officij sint contraria, illas penitus, & perpetuo reuocantes, hac nostra perpetua perpetuoque valitura vniuersali constitutione omnes, & singulas, ac quascunque etiam ex capite assertæ innocentie absolutorias, vel etiã præcedente canonica purgatione sub quacunque verborum forma declaratorias sententias, etiam diffinitiuas, & decreta in eorundem reorum Inquisitorum & delatorum fauorem per prædictum sanctissimum officium, aliosque iudices ordinarios, & delegatos, ac etiam Romanos Pontifices latus, & lata, aut in futurum per nos etiam & successores nostros Rom. Pontifices pro tempore existentes ferendas, & ferenda, nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem iudicatum, Apostolica auctoritate declaramus, decernimus, statuimus, & ordinamus, præfatisque sententijs, & decretis, & quantumcunque per litteras Apostolicas etiam in forma gratiosa etiam iteratis vicibus, ac etiam a pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis cum prædictis, vel alijs quibuscunque etiam derogatoriarum derogatorijs, ac etiam irritantibus, alijsque clausulis, & decretis, necnon inhibitionibus, ac etiam canonicis sanctionibus, quorum omnium, & singulorum aliorumque præmissorum, & inde secutorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus haberi volumus pro expressis, ac totaliter insertis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque non obstantibus per prædictum sanctum officium Sanctæ Inquisitionis, ac dilectos filios modernos, & pro tempore existentes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales hæreticæ prauitatis Inquisitores, & super dicto officio nunc, & pro tempore deputatos, contra eosdem reos delatos, et Inquisitos etiam si fuerint, et sint Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Prælati, eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Legati etiam de latere, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, et Imperatores, tam de antiquis, quam nouiter etiam super eisdem articulis

Articulis receptis, vel recipiendis testibus, alijsque argumentis, probationibus, & indicijs iuxta facultates eisdem Cardinalibus Inquisitoribus per nos & quoscunque prædecessores, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem Apostolicam quomodolibet concessas, & datas, ac in futurum respectiue dandas, & concedendas denuo inquiri, & procedi posse, & debere etiam in omnibus, & per omnia perinde, ac si prædictæ sententiæ, decreta, & litteræ Apostolicæ, ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum, & Inquisitorum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, Legatorum, Comitum, Baronum, Marchionum, Ducum, Regum, & Imperatorum fauorem non emanassent, nouis præsertim superuenientibus indicijs eiusdem, vel alterius speciei hæresis. tempus præteritum etiam respiciens, vel vbi appareret per aliqua indicia quod illicitis modis prius ipse delatus, vel Inquisitus fuisset absolutus, eadem Apostolica auctoritate volumus pariter, & mandamus. Concedentes eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, & super dicto sacro sanctiss. Inquisitionis officio nunc & pro tempore deputatis plenam, liberam, & omnimodam facultatem, potestatem & auctoritatem causas huiusmodi etiam auctoritate œcumenici vniuersalis Concilij Tridentini decisas reuocandi, ac in statu & terminis in quibus ante prædictas sententias, & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, reassumendi, sineque debito terminandi, prout in alijs causis pendentibus indecis per eosdem Cardinales Inquisitores iuxta eorum facultates fit, fierique potest, & consuevit. Et insuper vestigijs fel. rec. Pauli Papæ iij. prædecessoris nostri inhærendo, Constitutionem alias contra hæreticos & schismaticos per eundem Paulum Prædecessorem, sub data videlicet Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MDLXII. quinto decimo Calen. Martij, Pontificatus sui Anno quarto editam, tenore præsentium renouamus, & etiam confirmamus, illamque inuolabiliter, & ad vnguem obseruari volumus, & mandamus iuxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus, & singulis supradictis censeferi, ac ita per prædictos, & quoscunque iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. debere. Irritum, &c. perpetuo decernimus, & declaramus. Nō obstantibus præmissis, ac regula nostra de nō tollendo iure quæsito, & quibusuis alijs Apostolicis vniuersalibus, prouincialibus, & synodalibus constitutionibus, ordinationibus, necnon etiam iuramento, &c. roboratis statutis, &c. priuilegijs quoque, indultis, & prædictis, ac alijs litteris, & etiam Motibus proprijs quibuslibet, etiam præfatis reis, & Inquisitis etiam episcopis, &c. ac Imperatoribus etiam absolutis, & quibusuis alijs personis in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus, &c. ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque clausulis, ac etiam irritantibus, & alijs decretis, ac etiam penalis inhibitionibus, etiam Motu proprio, &c. ac confistorialiter, &c. & alijs in contrarium quomodolibet concessis, &c. in posterumque concedendis, &c. quibus omnibus etiam si de illis, &c. eorum tenores, &c. latissime hac vice derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio. M.

DEt cum absolute ad effectum, &c. & de reductione, &c. reuocatione singulis declaratione, decretis, statuto ordinatione, voluntatibus, mādatis, concessione, renouatione, confirmatione, derogatione, alijsque præmissis, vt supra in forma gratiosa perpetuo, & ad perpetuam rei memoriã. Et quod postquã præfentes, seu desuper forsan conficiendæ litteræ per aliquem, vel aliquos ex Curso ribus nostris in Basilica principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellaria Apostolica valuis, ac acie Campi Floræ affixæ, & publicatæ fuerint, omnes prædictos etiam Episcopos, &c. ac Imperatores, & alios quorum interest, assicent, & ardeant perinde, ac si eis personaliter intimatæ, & insinuatæ fuissent, ac vim & efficaciam solemnem, personalis, validæ, & peremptoriæ monitionis, & citationis habere, omnesque ligare habeant. Et quod præsentis nostri Motus proprii sola signatura sufficiat, & vbiq; fidem faciat in iudicio & extra, regula contraria non obstat. Et nihilominus si videbitur litteræ desuper etiam per Breue nostrum, aut officium contradictarum simul, vel ad partem expediri possint. Et quod præsentium, seu desuper conficiendarum litterarum transumptis etiam impressis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut curiæ ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Fiat M.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, duodecimo Cal. Ian. Anno primo.

Anno à Natiuitate Domini MDLXVII. Indictione decima, die vero Lunæ. trigesima mensis Decemb. Pontificatus Sanctissimæ in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina providentia Papæ quinti anno primo, superscriptus Motus proprius affixus, & publicatus fuit ad valvas Principis Apostolorum beati Petri de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, dimissis ibidem eiusdem copijs affixis, vt moris est, per nos Ioannem Cerardi & Christianum de Monte, prælibati Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursores, Stephanus de Olea Magister Curforum.

Registrata in lib. pri. Secretorum fol. 51. G. S. Sarde.

I 3 PIVS

clesias, ædes, aliasue res siue publicas, siue priuatas officij, aut ministrorum expugnauerit, inuaserit, incendit, expilauerit, aut libros, litteras, auctoritates, exemplaria, rege sta, protocolla, exēpla, scripturas, aliaue instrumenta, siue publica, siue priuata vbicunque posita combusserit, diripuerit, seu interuerit, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerit, seu qui in copflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, siue capiendi, siue comburēdi, siue supprimendi causa fuerit, siue res aut personas seruari, defendiue prohibuerit, quieue carcerem, aut alia custodiam, seu publicam, seu priuatam effregerit, uinctum extraxerit, seu emisit, capiendum prohibuerit, captumue eripuerit, receperit, occuluerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu iusserit id fieri, qui cœtum concursumue fecerit, siue ut aliquid prædictorum fieret homines accommodauerit, siue aliàs auxilium, consilium, aut fauorem publice vel occulte in quolibet prædictorum scienter præstiterit, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emisus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, succensum, direptumue, nullum denique damnum re ipsa sit secutum: nihilominus is sit anathemate præsentis canonis auctoritate ligatus, idem quoq; legæ maiestatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocunque alio beneficio temporalis, & perpetuo eo ipso priuatus sæcularis iudicij arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipsas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per constitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebusque omnibus fisci iuribus applicatis, uti etiam est de damnatis hereticis per sanctiones canonicas constitutum: eius filij paternæ infamia subiecti, omnis, & cuiuscunque hæreditatis, successione, donationis, & legati siue propinquorum, siue extraneorum omnino sint expertes, eisdem præterea portæ nunquam pateant dignitatum. Nemo autem expurgationem habere, aut causam vllam proponere, vel prætere deponere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officij admisit, nisi contrarium per claras probationes docuerit se fecisse. Quod porro de prædictis, eorumque filijs statuimus, illud idem de omnibus clericis, & presbyteris sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam exemptorum regularibus, & quacunque etiam Episcopali, & maiori dignitate præditis, ac etiam priuilegio quomodocunque suffultis, decernimus exequendum, ita ut ipsi beneficijs, & officijs omnibus ecclesiasticis, præsentium auctoritate priuati, per iudicem ecclesiasticum, hæreticorum more degradentur, deum potestati sæculari traditi, pœnis prædictis laicorum instar subijciantur: Pontificum tamē cauis nobis, & successoribus nostris referuatis, ut re quæ sita, & nobis renunciata contra eos ad depositionem, & alias pœnas prædictas procedamus, uti criminis atrocitas videbitur postulare. Quicunque autem pro talibus veniam petere, aut aliàs intercedere tentauerint, in easdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores à sacris constitutionibus inferuntur, ipso facto se nouerint incidisse. Verū si quis etiam huiusmodi criminum conscius, vel affinis, siue religionis studio, siue pœnitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit, supplicio liberetur. Ceterum eam omnium, & quarumcunque absolutionum rationem à prædictis criminibus, necnon habilitationum, & restitutionum etiam ad famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, ut successores nostri nullas nisi saltem semestri post cuiusque assumptionem ad huius dignitatis fastigium excurso, ac precibus apud supremum officium Inquisitionis hic institutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quascunq; huiusmodi absolutiones, habilitationes, & restitutiones, quæ precibus sic non verificatis de cetero fient, nemini prorsus prodesse, sed nec præsentibus, nisi toto ipsarum tenore ad verbum inserto, & gratia ex certa Romani Pontificis scientia facta, & propria manu subsignata, vlla in parte derogari, nec derogatum censi debere, & si illis ex quacunque causa aliter derogari contigerit, derogationes huiusmodi nullius prorsus fore roboris, & momenti. Iubemus igitur vniuersos, & singulos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & ceteros ecclesiarum prelatos per vniuersum orbem constitutos, ut per se, vel alium, seu alios præsentis litteras, aut earum exempla in suis quisque prouincijs, ciuitatibus, diocœsibus, & locis solemniter publicare, & quantum in se est, firmiter obseruari procurent, contradicētes quoscunque per cœsuras, & pœnas ecclesiasticas, appellatione postposita, compellendo, ipsasque cœsuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggravando, innocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, ut præsentium exempla etiam impressa edantur, eaque Notarij publici manu, & cuiuscunq; curiæ ecclesiasticæ, vel prælati sigillo obli gnata, eandem illam prorsus fidem vbique locorum faciant, quam ipsæ præsentis facerent, si essent exhibitæ vel ostensæ. Ceterum omnes orbis terrarum Principes, quibus gladij sæcularis potestas ad malorum vindictam est permessa, per eam quam se tueri promiserunt fidem, obrestamur, ita suas quisque partes siue in præstando ministris prædictis auxilio, siue in criminum post ecclesiæ sententiam animaduersione, interponere, ut eorum quoque præsidij ministri ipsi tati officij munus pro Dei æterni gloria, & religionis incremento feliciter exequantur, amplissimum à Domino præmium recepturi, quod fidei prædictæ assertoribus in æternæ beatitudinis consortio præparauit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, legationis, statuti, decreti, iussionis, obrestationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Cal. Aprilis Pontificatus nostri anno quarto.

† Ego

† Ego Pius V. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus:

- | | | |
|---|----------------------|--------------------------------------|
| † F. Cardinalis Pisanus Episcopus Hostien. | Locus signi. | † Ego M. Antonius Card. Columna. |
| † Io. Card. Moronus Episcopus Portuen. | | † Ego Ptolemæus. Card. Comensis. |
| † Christoph. Madruccius Episcopus Præstinen. | | † Ego P. Card. de sancta cruce. |
| † Otho Card. Truchses Episcopus Albanen. | Vtinam dirigantur | † Ego Z. Card. delphinus. |
| † A. Card. Farne. Vicecan. Episcopus Tusc. | Via meæ ad custodias | † Ego Hu. Card. S. Sixti. |
| † Io. Bapt. Cicada Episcopus Sab. Car. S. Clem. | | † |
| † Ego Iulius Cardinalis Vrbinius. | Iustificaciones | † Ego Alexander Card. Cribellur. |
| † Ego Fuluius Cardinalis Perusyn. | Tuas | † Ego Guido Card. Vercellus. |
| † Ego Ioan. Riccius Card. Politiannus. | | † Ego Guilielmus Card. Sirletus. |
| † Ego Scipio Card. Pisarum. | | † Ego F. Michael B. Card. Ale. Cam. |
| † Ego Iacobus Card. Sabellus. | | † Ego Hieronymus Ca. de Claraualle. |
| † Ego Aloysius Cardinalis Cornelius. | | † Ego Ludonicus Card. Madruccius. |
| † Ego Ph. Cardinalis a Burdisera. | | † Ego Innoc. Card. de Monte. |
| † Ego Antonius Card. Granuelanus. | | † Ego Hieronymus Card. Simoncellus. |
| † Ego Franciscus Card. Paciecus. | | † |
| † | | † Ego Ferd. Card. de Medicis. |
| † Ego Hieronymus Card. de Corrigio. | | † F. Cardinalis Alciatus. |
| † Ego Io. Franciscus Card. de Gambara. | | † Io. Paulus Cardinalis ab Ecclesiæ. |
| † Ego Nicolaus Card. de Sermoneta. | | † A. Cardinalis Carafa. |
| † Ego Ind. de Aualos Card. Aragonia. | | |

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Indictione duodecima, die vero secunda mensis Maij, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ v. Anno quarto Retroscripsit litteræ Apostolicæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Capi Floræ, ut est moris, dimissis in locis præfatis presentibus litteris per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde amotis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Bornoium prælibati. S. D. N. Papæ Cursores.

Ant. Clerici Mag. Cur.

PIVS PAPA V.

Sanctiss. D. N. D. Pij Papæ V. Confirmatio creationis, & priuilegiarum Societatis Crucesignatorum.

Pius Papa quintus ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sanctæ Romanæ, & vniuersali Ecclesiæ diuina disponente clementia, meritis licet insufficientibus præsidentes, omnem pastoralis nostri officij curam, atque vigilantiam in id potissimum adhibere debemus, ut fides catholica vbique terrarum, quantum in nobis est, integra, inuiolataque conseruetur, & impij, ac detestandi hæreticorum conatus ipsam vnam fidem violare satagentium omnibus rationibus compri mantur. Vnde si quæ ad iuuandum huiusmodi nostrum propositum, ac debitum, aliàs pie instituta, ac concessa fuisse à prædecessoribus nostris comperimus, libenter approbamus, & alias desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque inter ceteras, quæ in Ecclesia Dei hæcenus institutæ sunt Christianorum Societates, illa satis vberes Christianæ religionis fructus afferere videatur, quæ sub Crucesignatorum vocabulo ad assistendum hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, auxiliumque, quando & quoties opus sit, in catholicæ fidei negotijs aduersus hæreticos, etiam vita ipsa præstandum, instituta existit, ut non immerito diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris specialibus gratijs, & priuilegijs fuerit decorata. Nos attendentes, quod ea maiorem obtinent roboris firmitatem, quæ pluries Apostolicæ confirmationis præsidio sunt communita, vt que paternum nostrum erga ipsam Societatem charitatis affectum ostendamus. eiusdem Societatis Crucesignatorum creationem, & institutionem, ac priuilegia, quæ sunt in vfu, necnon indulgētias, prærogatiuas, facultates, gratias, & indulta quæcumque, eidem Societati, & illius vtriusque sexus confratribus Crucesignatis pro tempore existentes, tam per Innocentium iij. Innocentium viij. Iulium ij. Leonem x. Clementem vij. quàm quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis hæcenus quomodolibet concessa, & confirmata, decretis tamen Concilij Tridentini non repugnātia, necnō litteras desuper emanatas, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro insufficienter expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innouamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos iu-

Edicte anno Domini 1570.

Ex bullaria Pij V. Romæ impresso.

los iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium trāsumptis, etiā impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadē vbiq; fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datū Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die terdecimo Oct. Millefimo quingentesimo septuagesimo. Pōtificatus nostri anno quinto. Cæ. Glorierius.

GREGORIVS PAPA XIII.

Decretum S. D. N. D. Gregorij Papæ xij. De nullitate omnium dispositionum beneficalium, quæ sunt personis prohibitis, propter genus, seu hæresim, aut à fide apostasiam, contra sanctiones, statuta, vel priuilegia.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Edicim anno 1580.

Fuit publicatum & impressum Romæ an. 1580.

Symericus in Directorio Inquisit. parte 3. quæst. 113. & seq.



N ecclesijs, præsertim insignibus, hoc magnopere curandum est, Vt Sacerdotes, & personæ salubribus earum institutis conuenientes ordinentur, quod quantum in nobis est, enitumur, atque eos ab illis repellendos in primis contendimus, qui propter genus, aut hæresim, & à fide apostasiam, siue proprio, siue stirpis, siue cognatorum vitio cõtaminati, per canonicas sanctiones, aut statuta ab hac sede firmata, aut Apostolica priuilegia prædictis ecclesijs prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine distentis, huius generis nonnulli ad illarum sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam existimationis suæ prodigi, etsi se ab illis expulsum iri sciant, spe tamē inconcessa præsumunt, se inde vel permutatione, vel quoquo pacto beneficium, pensionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ ecclesiæ sæpius diuexantur, penitus euellere volentes, præsentium auctoritate decernimus, omnes, & quascunque Apostolicas, necnon legatorum dictæ sedis, & aliorum omnium ab ea facultatem disponendi habentium, ac etiam ordinarias dispositiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum eiusmodi ecclesiarum in quascunque personas sic infectas, & per huiusmodi sanctiones, seu statuta, vel priuilegia, vt præfertur, inhabiles vires & effectum non habere, personasque huiusmodi illarum prorsus vitæ & commodi carere, beneficiaque ipsa vt prius vacare, & quæ ex illis tempore dispositionis Apostolicæ prædictis personis, illi reseruata fuerint vel affecta, sub eadem reseruacione vel affectione manere, & tam illa quam etiam omnia alia non reseruata neque affecta, de quibus ab ipsa sede, ac legatis & alijs facultatem habentibus prædictis in huiusmodi personas quomodocunque dispositum fuerit, ad nouam Romani Pōtificis dispositionem dumtaxat pertinere, eaque ab alijs idoneis ab ipsa sede dumtaxat, libere impetrari posse, impetrationes tamen, ac etiam motu proprio concessiones, nisi modus vacationis, necnon casus ac decretum huiusmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, sed definite, nominatim, ac dispositiue, in illis exprimantur, omnino non valere. Ab ordinarijs vero, (cessantibus reseruacionibus vel affectionibus Apostolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranensis statuta concilij subiacere, necnon irritum & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Reseruacionibus Apostolicis fructuum, pensionum, & aliarum rerum huiusmodi beneficiorum, in personas idoneas etiam de huiusmodi contaminatorum consensu factis, eisdemque ab illis interim præstitis, vel solutis nihilominus valituris. Nemo autem ignoracionem prætexens, valeat excusari, cū prædictæ prohibitiones satis manifestæ sint, & quisque ante petitionem, vel acceptationem beneficiorum huiusmodi num illorum capax sit debeat se probare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis dominicæ Millefimo quingentesimo octuagesimo. Id. Nouembris, Pontificatus nostri Anno Nono.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo Octuagesimo, Indictione octaua, die decima octaua mensis Nouembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno nono retrospectæ litteræ Apostolicæ, affixæ & publicatæ fuerunt in Valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Petrum Aloysium Gayam, & Nicolaum Tagliettum, Apostolicos Cursores.

Alexander Parabiacus Magister curforum.

GRE-

GREGORIVS PAPA XIII.

Statutum S. D. N. D. Gregorij Papæ XIII. De Blasphemijs, & flagitijs Iudæorum, in quæ hæretice prauitatis Inquisitores animaduertunt.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



N TIQVA Iudæorum improbitas, qua diuinæ bonitati semper restiterunt, tanto exaceratior consistit in filijs, quanto ipsi ad cumulandam patrum suorum mensuram in Dei filio repudiando, eiusque in mortem nefarie conspirando grauius deliquerunt: qui propterea suis effecti maioribus nequiores, proprijs sedibus expulsi, atq; in omnes dispersi orbis terrarum regiones, seruitutisque perpetuæ mancipati, non maiorem in cuiusquam ditione clementiam, quam in Christianorum Prouincijs, maxime vero in Apostolicæ pietatis gremio inuenerunt; quæ pro eorum conuersione laborans, eos misericorditer excepit, atque in cohabitatione vnâ cum filijs suis sustinuit, ad veritatisque lumē allicere pio semper studio conata est, rebusque ad vitam necessarijs iuuuit, iniurijs, & cõtumelijs prohibuit, multis denique beneficentijs suę priuilegijs circummuniuit: illi vero nullis beneficijs māsuefacti, nihilque de suo pristino scelere remittentes. Dominū nostrum Iesum Christum in cælo triumphantem adhuc in synagogis suis, & vbiq; persequuntur: Christi quoque membris infensissimi non desinunt in religionem Christianam horrenda facinora quotidie magis audere; quibus nos, ne pietatis nostræ puritas polluat, aut à sedis mancipijs Christo, Christianorumue nomini impune illudatur, obuiare volentes, Statuimus, ac etiam declaramus, Inquisitores hæreticæ prauitatis libere procedere posse in omnibus causis, & casibus, qui sequuntur. Si quis Iudæus, aut infidelis in ijs, quæ circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum vnum, æternum, omnipotentē, creatorem omnium visibilium, & inuisibilium, & similia non esse asseruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui insinuauerit. Si dæmones inuocauerit, consuluerit, aut eorum responsa acceperit, ad illius sacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamue causam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris alteriusue rei fumigationes obtulerit, aut alia quæuis impietatis obsequia præstiterit. Si Christianos verbo, factis, vel exemplo, aut alio quouis modo nefaria huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attentauerit. Si saluatorem, & dominum nostrum Iesum Christū purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, Matremue Dei non esse virginem, & alias huiusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie protulerit. Si cuiusuis eorum opera, auxilio, consilio, vel fauore aliquis Christianus à fide descuerit, quamque semel susceperat, abnegauerit, vel ad Iudæorum, seu aliorum infidelium ritus, caremonias, superstitiones, vel impias sectas transferit, vel redierit, seu in hæresim aliquam incidit; aut qui, vt Christi fidem abneget, seu in hæresim incidat, opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodocunque præstiterit. Si quis Catechumenum, vel quemcunque ex Iudæis, aut infidelibus Deo inspirante ad fidem Christianam venire volentem, post declaratam nutu, verbo, factis, aut quocunque alio modo eius voluntatem à fide, vel fidei instructione, aut à sacri baptismi susceptione, retrahere, auertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, neue regenerationis lauacro ablatur, quouis modo impediuerit. Si quis Apostatas, hereticosue scienter domi suę acceptauerit, aluerit, commueatu inuerit, seu quouis modo eis cibaria vbiq; præbuerit, aut dona, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associauerit, vel deducendos seu associandos curauerit, aut sumptus ministrauerit, duces comitesue illis adiunxerit, vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inuestigari queant, fecerit. Quique dictos apostatas aut hæreticos scienter aliquo modo receperit, occultauerit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præstiterit. Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut alijs prohibitos tenuerit, custodierit, vel diuulgauerit, vel in quacunque loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accommodauerit. Si Christianos deriserit, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in ara Crucis immolatam, Christum Dominum ludibrio, & despectui habens, quandocunque, maxime vero in sacro Parasceues die agnum, siue ouem, aut quid aliud Cruci affixerit, aut appenderit, in eamue conspuerit, seu quodcunque contra ipsam fecerit. Si nutrice Christianas contra sacrorum Canonum statuta, diuersorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum sanctiones adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, lac vno, vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel alia loca effundere coegerit. In quibus casibus vniuersis, & singulis omnes prædictæ prauitatis Inquisitores omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuersi orbis Christiani Iudices in suis quemque locis perpetuo delegamus, vt super his contra Iudæos, atque infideles quoscunque simul, vel separatim, prout in causis fidei iuxta sacrorum canonum formam, necnon officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, diligenter inquireant, & procedant, & quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles repererint, in

Edicim Romæ anno 1581.

Fuit publicatum & impressum Romæ an. 1581.

De materia huius statuti Symericus in Directorio parte 2. quæst. 46.

eos

eos pro culpæ modo, ac etiam pro criminum numero, vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliq; atrociora decernant, & aliàs de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi flagitijs in posterum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Prælati, ac etiam alijs prædictis Inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, & mandamus, vt præsentibus nostras litteras in Ciuitatibus, & locis cuique subiectis publicare, & iuxta illarum tenorem procedere, ipsasque debite executioni mandare procurent. Decernentes irritum, & inane quicquid secus per quoscumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon exemptionibus, priuilegijs immunitatibus, commeatibus, in fidei publicam receptionibus, & tolerantijs prædictis, Iudæis, & alijs infidelibus, Maranis, & Apostatis, tam in Dominijs, Terris, & locis nostris, & sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subiectis, quàm alibi vbicumque Regnorum, Prouinciarum, & Dominiorum, gentium, & locorum commorantibus, vel in ea ex quibuslibet Regnis, & partibus tã fidelium quàm infidelium fluentibus, eorumque Iudicibus, aduocatis, & defensoribus quacunque auctoritate, potestate, & dignitate fungantur, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & quorumcumque aliorum Principum tam per fel. rec. Paulum III. Decimo Kal. Martij, & Iulium etiam III. Non. Decembris, Tertio anno sui cuiusque Pontificatus, quàm etiam quoscumque alios anteriores, & posteriores Romanos Pontifices, ac nos, & sedem Apostolicam, eiusque legatos, ac etiam Cameram Apostolicam sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibuslibet clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, & aliàs quomodocunque hætenus concessis, confirmatis, & innoctatis, atque in posterum concedendis, confirmandis, & innoctandis: quæ omnia etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, aut aliqua alia forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si ad verbum infererentur præsentibus pro plene expressis habentes harum serie specialiter, & expresse reuocamus, abrogamus, & omnino abolemus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem præsentibus in locis Vrbs consueta de more publicari, & earum exemplis etiam impressis manu Notarij publici, & sigillo Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra illud adhiberi, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, delegationis, præcepti, mandati, decreti, reuocationis, abrogationis, abolitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleesimo quingentesimo octuagesimo primo, Kal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno decimo.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini Milleesimo quingentesimo octuagesimo primo, Indictione nona, die vero decima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno decimo, Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, ac etiam ad Valuas septi Hebræorum, per nos Petrum Aloysium Gayam, & Nicolaum Taglietum Apostolicos Curs.

Antonius Ludouicus Magister Curs.

S. D. N. D. Gregorij Papæ XIII. Constitutio de prædicatione faciendâ Iudæis semel in Hebdomada.

Edita Romæ anno 1584.

Fuit publicata & impressa Romæ anno 1584.



REGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sancta Mater Ecclesia, cuius Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes late diffundens, antiquæ Israeliticæ gentis, populique Dei peculiare reliquias pio nũ quam definit affectu miserari; grauiusque contristatur Iudæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus, & gratijs (cuius erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium & promissa, vnde etiam Christus Saluator noster secundum carnem nasci dignatus est) per diuersas orbis partes tot iam sæcula dispersam, ac contagiosi gregis more per inuia, & inaquosa misere vagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectiois siti perire, longeque non à terrena tantum, super quam Dominus fleuit, sed quod gratius est, à cælesti quoque Hierusalem, nisi Christum, quem negauit, confiteatur, exturbari: Quam miseratione, & merore nos quoque non leuiter commoti in dies semper aliquid excogitamus, vnde eorum conuersioni & saluti opportunius prouideatur, ipsisque ad intelligentiæ viam, quam sibi præcluserunt, valeant

A valeant Deo propitio peruenire. Quare sollicito hæc animo meditantes, ac felici recordationis Nicolai Papæ quinti, nonnullorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, præfenti constitutione generali, Præcipimus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & alijs ecclesiarum Prælati, etiam Cardinalatus honore præditis, vt in suis quisque ciuitatibus, terris, & locis, in quibus competens aliquis numerus Iudæorum, qui synagogam constituat, commoratur, curent Sabbati, vel alio cuiuscumque hebdomadis statuto die, ad Iudæos ipsos in locum præstitutum, non tamen sacrum, nec vbi sacra confici solent, conuocatos, per aliquem Magistrum in Theologia, aliumue idoneum virum ab eis eligendum, cum mercede congrua illi ex ipsorum Hebræorum collatione, aut aliàs, prout commodius eis videbitur, Hebraicæ, si fieri poterit, linguæ peritum, sermones, vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur scripturæ veteris Testamenti, Moysis scilicet, & Prophetarum, præsertim vero quæ eo sabbato leguntur, seu lectæ in eorum sunt synagogis, iuxta sanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum catholicæ Ecclesiæ sensum: ac in eis differatur de veritate Christianæ fidei: de certo aduentu, & Incarnatione Filij Dei: illiusque Natiuitate: vita: miraculis: passione: morte: sepultura: descensu ad inferiores: resurrectione: in cælum ascensione: de eius Euangelio in toto terrarum orbe per Apostolos eius, & alios Sanctos prædicato, innumeris atque clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato: ac de eius spiritali & vero regno: & de impio idolorum cultu sublato: & gentium vocacione: de perpetua tum Hierusalem, & terræ eorumdem Iudæorum desolatione, tum ipsorum vbique terrarum dispersione, & captiuitate; & de alijs similis argumenti dogmatibus, & articulis ex lege, & Prophetis; de diutina præterea, & irrita Iudæorum aduentus Messæ, & carnalis illius Regni expectatione: de vana eorum, quæ sæpe, quinimo quotidie eos frustrata est, spe reditus in terram promissionis; & restaurationis tertij templi; & demum de multiplicibus, & varijs erroribus, & hæresibus eorum, in quas miserime se demiserunt, postquam Christum Dominum in carne venientem, agnoscerent noluissent: & de falsa per eorum Rabbinos tradita sacrarum Scripturarum interpretatione; quarum litterarum, & sensum fabulis, mendacijs, & varijs dolis & modis detorquentes corrupebant, & deprauarunt; & hætenus corrumpere, & deprauare non desinunt: de quibus omnibus alijs, quæ eos possint ad agnitionem fidei, ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamque fidem conuertere, pro loci, temporis, sumptique argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex sacra scriptura depromptis demonstrationibus, nulla cum obrectatione, aut iracundia, sed magna cum charitate, & modestia, veritatis lumen illis aperire conentur. Ad quos sermones, & lectiones volumus vniuersos, & singulos veriusque sexus Iudæos à duodecim annis supra, infirmitate, aut alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeant, non impeditos, in Ciuitate & locis, vt præfertur, habitantibus, vel alijunde aduenientibus, etiam si inibi domicilium non habeant, ita per circuitum conuenire, vt tertia saltem eorum pars, nec vnquam minor semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercij, & alijs pœnis arbitrio ordinarij pro contumaciæ modo, imponendis, donec satis fecerint competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur. Si quis vero de numero fidelium ita fuerit salutis aut sui, aut proximi sui, de quo vniciuique mandatum est, immemor, qui eos à salutaribus huiusmodi sermonibus, seu lectionibus directe vel indirecte abduxerit, aut impediuerit, seu cõtenderit quoquomodo, excõmunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias pœnas ordinarij arbitrio omnino procedatur. Ceterum Imperatorem, Regesque, & Principes omnes, necnon Respublicas, Magistratus, & dominos temporales sæculares rogamus, & obtestamur in Domino, vt Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs ordinarijs prædictis, eorumque vicarijs, & ministris suum in præmissis auxilium præstent, amplissimum ab omnipotenti Deo præmium in supremis gloriæ æternæ tabernaculis habituri. Et quoniam difficile nimis esset præsentibus ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferri: Volumus, vt earum exemplis etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo Prælati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem omnino fides vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno incarnationis Dominicæ milleesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Kalendis Septembris. Pontificatus nostri anno tertio decimo,

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

M. Card. S. Stephani.

Anno a natiuitate Domini milleesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Indictione duodecima, die vero decima quarta mensis Septembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno decimo tertio, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Ecclesiarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, & ibi per aliquod spatium temporis dimissæ per nos Calistum Brunettum, & Nicolaum Taglietum, eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores. Io. Frette Magister Curforum.

Registrata apud Casarem Secretarium.

SIXTUS

De eadem materia extra similibus Nicolai Papæ constitutione incip. Vineæ Sorethæ impressa supra pag. 53.

S. D. N. Sixti Papæ V. constitutio contra exercentes Astrologiæ Iudiciariæ artem, & alia quæcunque diuinationum genera, librosque de eis legentes, ac reuētes.
Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.



ELI & Terræ Creator Deus, quem vnum Omnipotentem corde credimus ad iustitiam, & ore confitemur ad salutem, etsi homini, quem ad imaginem & similitudinem suam creauit, mentem dedit, quæ non solum diuino fidei lumine illustrata, mysteria illa cognosceret, quæ humanam intelligentiam superant, sed etiam naturæ suæ vi, magno licet cum labore præclara multa inuestigaret, atque intelligeret; Tamen, vt superbum animal homo non altum saperet, sed timeret, & immensam conditoris sui maiestatem, humi stratus veneraretur, sibi soli eorum, quæ euentura sunt, scientiam, & futurarum rerum cognitionem referuauit. Solus enim ipse, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt, & ad intimas hominum cogitationes penetrat, & consequentes eorum actiones intuetur, solus ipse, qui vocat ea quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt, omnia præsentia, & ante oculos posita habet, solus denique omnia & singula quæcunque totius temporis decursu, & sæculorum ætatibus futura sunt, ab omni æternitate nouit, & admirabili prouidentia disposuit, quæ non modo humanæ mentis imbecillitas ignorat, sed nec dæmones ipsi præsentire possunt. Quare Idolorum in futuris annuntiandis falsitatem, & imbecillitatem, & eorum qui eis cultum adhibebant, vanitatem irridet Spiritus sanctus apud Isaiam illis verbis. Annuntiate quæ uentura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos: & in nouo testamento Christus dominus discipulorum suorum de futuris euentis paulo cupidius inquirentium, interrogati onem graui illa responsione retudit, qua etiam omnium fidelium suorum curiositatem coercuit. Non est vestrum scire tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Nec vero ad futuros euentus, & fortuitos casus prænoscentes (futuris euentibus ex naturalibus causis necessario, vel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem non pertinent, dumtaxat exceptis) vllæ sunt veræ artes aut disciplinæ, sed fallaces & vanæ improborum hominum astutia, & dæmonum fraudibus introductæ, ex quorum operatione, consilio, vel auxilio omnis diuinatione dimanat, siue quod expresse ad futura manifestanda inuocentur, siue quod ipsi prauitate sua, & odio in genus humanum, occulte, etiam præter hominis intentionem se ingerant, & intrudant vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum perniciosis vanitatibus, & fallaci contingentiæ prænuntiatione implicentur, & omni impietatis genere deprauentur. Quæ quidem ipsi cognita sunt, non diuinitate aliqua, nec vera futurarum rerum scientia, sed naturæ subtilioris acumine, & alijs quibusdam modis, quos hominum obtusior intelligentia ignorat. Quam obrem dubitandum non est, in huiusmodi futurorum contingentiæ, & fortuitorum euentuum inquisitione, & præcognitione, Diaboli operationem se fallaciter immiscere, vt sua fraude ac dolis, miseros homines à via salutis auertat, & laqueo damnationis inuoluat. Quæ cum ita sint, nonnulli hæc fideliter & religiose, vt debent, non attendentes, sed curiosa sectantes, grauitè Deum offendunt, errantes ipsi, & alios in errorem mittentes; tales in primis sunt Astrologi olim Mathematici, Genethliaci, & Planetarij vocati, qui vanam falsamque siderum & astrorum scientiam profitentes, diuinæque dispositionis ordinationem suo tempore reuelandam, præuenire audacissime satagentes, hominum natiuitates, seu genituras, ex motu siderum, & astrorum cursu metiuntur, ac iudicant futura, siue etiam præsentia, & præterita occulta, atque ex puerorum ortu & natali die, siue quauis alia temporum & momentorum vanissima obseruatione & notatione, de vniuscuiusque hominis statu, conditione, vitæ cursu, honoribus, diuitijs, sobole, salute, morte, itineribus, certaminibus, inimicitijs, carceribus, cædibus, varijs discriminibus, alijsque prosperis, & aduersis casibus & euentibus præcognoscere, iudicare, & affirmare temere præsumunt, nõ sine magno periculo erroris & infidelitatis; cū S. Augustinus præcipuum Ecclesiæ lumen, eum, qui hæc obseruat, qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, qui interrogat, Christianam fidem, & baptismum præuaricasse affirmet, vt illos merito Apostolus arguat, atque increpet illis verbis: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos; timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Hi igitur leuissimi, & temerarij homines in miserandam animarum suarum ruinam, graue fidelium scandalum, & Christianæ fidei detrimentum, futuros rerum euentus, & quæcunq; prospere, vel aduerse obuentura sunt, ac actus humanos: ea denique quæ ex libera hominum voluntate profisciscuntur, astris sideribusque ascribunt, eisque eam facultatem, vim, seu virtutem & efficaciam tribuunt significandi futura, & ad præcognita ita inclinandi, vt sic omnino nec aliter euentura sint, atque ob eam causam de ijs rebus omnibus iudicia facere, prognostica, prædictiones, & præcognitiones sibi assumere, & palam venditare non dubitant: quibus non pauci rudes, & imperiti, alijsque nimis creduli & imprudentes tantam fidem præstant, vt ex huiusmodi iudiciorum, & prædictionum præscripto, aliquid certo esse credant, aut sperent: quorum sane & mædaciū magistrorum temeritas, & infeliciū discipulorum credulitas magnopere deploranda est, qui vel diuinis litteris admoniti non intelligunt hominis præstantiam, cui Cæli, & Stella, & clarissima Cæli sidera Sol, & Luna, Deo ita disponente, non imperant, sed inseruiunt: sic

A sic enim Moyse populū Dei, vt hunc errorem caueret, præmonebat. Ne forte eleuatis oculis ad Cælum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cæli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cælo sunt. Sed quid fidera mirandū est homini seruire? nonne nobilissimæ intelligentiæ Angeli ipsi, omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiūt salutis? nam rationales oues ita diligit Deus, vt nõ solum Episcopos, quemadmodum à S. Ambrosio scriptum est, ad tuendum gregem ordinauerit, sed etiam Angelos destinauerit. Præclare etiam S. Hieronymus: Magna dignitas animarum, vt vnaqueque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegarū. Quod si Angeli homines custodiunt, quid aduersus Angelorum custodiam, & tutelam astra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipsis Angelis nullo modo sunt comparanda? Nec sane hoc loco prætereunda est eximij Ecclesiæ Doctoris, & Beatissimi Pontificis Magni Gregorij sententiā, qui Priscillianistas hæreticos vnumquemque hominem sub constitutionibus stellarum nasci putantes, magno rerum & verborum pondere confutat. Absit (inquit) à fidelium cordibus, vt aliquid esse Fatum dicant, vitam quippe hominum solus hanc conditor, qui creauit administrat; neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter homines factæ sunt, etsi stella fatum homini esse dicitur, ipsi suis ministerijs subesse homo perhibetur. Vtinam insani homines hæc saperent, & intelligerent, ac Dei monitis obtemperarent in Leuitico dicentis: Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos: Neque enim quæ Christiana, & vera pietas repellit, ac damnat, tanto studio inuestigant, isdemque misere se decipi, atque irretiri paterentur. Sunt etiam inanes quidam homines, & curiosi, vel impij, & irreligiosi, qui futurarum, & occultarum aliarum rerum notitiam adeo anxie habere student, vt ob eadem prænoscentia, & inuestiganda in diuinæ legis offensionem multipliciter incurrant. Alij enim Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chirromantiæ, Necromantiæ, alijsque sortilegijs, & superstitionibus, non sine Dæmonum saltem occultâ societate, aut tacita pactione, operam dare, seu illis, ac fortibus illicitis taxillorum, granorum triticeorum, vel fabarum iactu vt non verentur. Alij vero aliquas pristinæ, & antiquatæ, ac per Crucis victoriam prostratæ Idololatriæ reliquias retinentes, quibusdam augurijs, auspicijs, similibusve signis, & vanis obseruationibus ad futurorum diuinationem intendunt. Alij item sunt, qui cum Morte foedus ineunt, & pactum faciunt cum Inferno, qui similiter ad occultorum diuinationem ad inueniendos thesauros, vel ad alia facinora perpetranda, etiam expressa cum Diabolo pactione facta, in manifestam suarum perniciem animarum, nefarias magicæ artis incantationes, instrumētā, & veneficia adhibent circulos, & diabolicos characteres describunt, Dæmones inuocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt, eis preces, & churis, aut aliarum rerum suffumēta, seu fumicationes, aliæve sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus sacris, vel Sacramentalibus sacrilege abutuntur, adorationis, genuflexionis, aut quæuis alia impietatis obsequia præstant, cultum venerationemve tribuunt, aut annulum, vel speculum, aut perneam phylas sibi fabricant, aut fabricari curant ad Dæmones in eis alligandos, seu includendos, vt putant, ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alij præterea etiam in corporibus obsessis, vel lymphaticis, & phantasticis mulieribus Dæmones de futuris, vel occultis rebus, aut factis exquirunt, vt merito ab eis, quos

D Dominus in Euangelio tacere imperauit, vanas, mendacesque referant responsiones. Alij quoque præstigiatores, frequentius vero mulierculæ quædam superstitionibus deditæ in phyalis, seu vasculis vitreis aqua plenis, vel in speculo accensis candelis, etiam benedictis sub nomine Angeli Sancti & albi, Diabolum omnium malorum factorem supplices adorantes, vel in vnguibus, aut palma manus, quandoque etiam oleo perunctis eundem omnium fallaciarum architectum orant, vt similiter futura, vel occulta quæuis per spectra, & apparentes imagines, seu phantasticas visiones sibi ostendat, aut ab eodem patre mendacij Diabolo alijs incantationibus, aut varijs superstitionis obseruationibus, futurorum, & occultorum huiusmodi veritatem quærunt, & hominibus prædicere contentunt. Quorum omnium, quos supra enumerauimus consimilis impietas parem exitum habet, nimirum, quod Dæmonis præstigijs, ac dolis, tū qui diuinant, tū qui diuinationem expetunt illusi, ac delusi miserime reperiuntur. Itaq; cum futuris euentus in seipsis cōsiderare, antequam fiant, sit Dei propriū, illud necessario cōsequitur, vt Astrologi, & alijs prædicti, qui huiusmodi futura prænuntiare, aut prænoscere quocunq; modo, nisi Deo reuelante audent: iniuste atque impudenter, quod Dei est, sibi assumant, & vsurpent. Sic fit, vt dum ab eis, quod solius est Creatoris perperam creaturis tribuitur, diuina Maiestas grauitè lædatur, fidei integritas violetur, & animabus pretioso Christi sanguine redemptis, pestis, atque exitium importetur. Et licet iam pridem regulis Indicis librorum prohibitorum ex decreto sacri generalis Trid. Conc. confecti, illud inter cætera constitutum fuerit, vt Episcopi diligenter prouiderent, ne huiusmodi Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisve casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certo aliquid euenturum affirmare audent, permissis tamen iudicijs, & naturalibus obseruationibus, quæ navigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia conscripta fuissent. Libros vero omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Chirromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus rejici, & aboleri curarent. Non tamen errorum corruptelarum, delictorum, & abusuū

abusuum prædictorum extirpationi vsque adeo prouisum est, quin etiam adhuc in nonnullis locis, A & apud plurimos curiosus vigeant, cum valde frequenter, detectis Diaboli insidijs, diuinationum, sortilegiorum, & variarum superstitionum omnia plena esse indies detegatur. Nos igitur, qui pro nostro pastoralis officij munere fidei integritatem inuiolatam conseruare debemus, & animarum saluti prospicere, quantum diuina gratia adiutrice possumus, ex paternæ charitatis visceribus optamus, damnantes, & reprobantes omne genus diuinationum, quæ Diabolo auctore ad fidelium deceptionem à prædictis curiosis, vel perditis hominibus fieri solent. Cupientes præterea Sanctam illam Christianæ Religionis simplicitatē, præsertim vbi agitur de summa Creatoris Dei potestate, sapientia, & prouidentia ab omni erroris labe integram, atque incorruptam, vt par est, retineri: Volentes quoque prædictæ falsæ credulitati, ac huiusmodi illicitarum diuinationum, & superstitionum, detestabili studio, & execrandis flagitijs, atque impuritatibus occurrere, vt de Christiano populo merito dici possit, quod de antiquo Dei populo scriptum est: Non est augurium in Iacob, neque diuination in Israel: Hac perpetuo valitura constitutione, Apostolica auctoritate statuimus, & mandamus, vt tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque diuinae iudiciariæ Astrologiæ artem, B præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus, ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certo affirmare asserant, aut protestentur, quàm contra alios vtriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siue scientias exercent, profitentur, & docent, aut discunt, quæ huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera & delicta, vt præfertur faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cuiuscunque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tam Episcopi & Prælati, Superiores, ac alij ordinarij locorum, quàm Inquisitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiam si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirent & procedant; atque in eos seuerius Canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio animaduertant. Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus huiusmodi iudiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, Artis Magicæ, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac vt supra in memorato Indice interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis à quibuscunque Christianis fidelibus legi, aut quomodolibet retineri; sed illos Episcopis, & ordinarijs locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominus eadem auctoritate statuimus, & mandamus, vt contra scienter legentes, aut retinentes libros & scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur: similiter iisdem Inquisitores libere, & licite procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire & coercere possint. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentis nostræ litteræ ad communem omnium notitiam facilius deducantur; Tubemus illas in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ affigi, seu appendi, eisque detractis ipsarum exempla, etiam impressa eisdem in locis affixa relinquere. Et insuper vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, locorum ordinarijs, & Prælati, necnon Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis, per hæc committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios eisdem præsentis litteras, postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint, in suis, & singulis parochialibus Ecclesijs, dum in eis populi multitudo ad diuina conuenerit, deinde vero semel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgari sermone publicent, aut publicari faciant. Quia vero difficile foret præsentis litteras ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri. Volumus vt earum transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac paruo sigillo Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, aut alicuius Prælati, vel Curie Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, quæ eisdem originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, mandatorum, prohibitionis, iussionis, commissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

H. Prodatur.

Ioannes Baptista Canobius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, Indictione decimaquarta, die vero nona mensis Ianuarij, Pontificatus S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno primo. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & acie Capi Floræ, & per aliquod tēporis spatium dimissæ per nos Io. Freile, & Nicolaum Tagliettū, S. D. N. Papæ Curfores.

Alex. Parabiachus Mag. Curforum.

FRAN-

FRANCISCI PEGNÆ SACRÆ THEOLOGIAE

Iuris vtriusque & liberalium artium Doctoris

Disputatio, de auctoritate seu robore, probatione, & utilitate Extrauagantium, seu litterarum Apostolicarum, pro officio sanctissimæ Inquisitionis contra hæreticam prauitatem.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Romanorum Pontificum cura in extripandis hæreticis.</p> <p>1 Leges multæ contra hæreticos latæ.</p> <p>1 Leges contra hæreticos sub certis titulis distinctæ.</p> <p>1 Leges extrauagantes contra hæreticos, quales.</p> <p>1 Extrauagantes cur sic appellatæ.</p> <p>2 De quibus extrauagantibus habeatur hic sermo.</p> <p>2 De auctoritate extrauagantium quæ differunt.</p> <p>3 De extrauagantibus latis contra hæreticos suscipitur hic disputatio.</p> <p>3 Extrauagantes omnes contra hæreticos editæ semper durant.</p> <p>4 Leges seculares contra hæreticos conditæ, obseruandæ sunt.</p> <p>4 Romani Pontifices leges seculares contra hæreticos factas obseruari iusserunt.</p> <p>4 Inquisitores in suis diocesis an possint facere statuta contra hæreticos.</p> <p>5 Imperatores etiam leges contra hæreticos latis obseruari præceperunt.</p> <p>5 Iustinianus leges suorum prædecessorum editas contra hæreticos custodiri iussit.</p> <p>6 Leges desuetudine non abolentur.</p> <p>6 Leges præsertim latæ contra hæreticos non tolluntur per desuetudinem.</p> <p>6 Leges contra hæreticos factæ semper viuunt, & semper loquuntur.</p> <p>6 Leges cur per desuetudinem non tollantur.</p> <p>7 Extrauagantes quando dicuntur decretis contentis in corpore iuris sub titulis de hæreticis, obuiare.</p> <p>7 Solus Episcopus, vel solus Inquisitor multa olim sacre poterat contra hæreticos, quæ nunc non potest.</p> <p>7 Extrauagantes editæ contra hæreticos vt nõ valeant, quid obseruari debeat.</p> <p>7 Quid cauere possint extrauagantes, & valebunt in hac causa.</p> <p>7 Statuta Inquisitorum contra hæreticos, an valeant.</p> <p>7 Leges non possunt omnes articulos contingentes decidere.</p> <p>8 Concilia prouincialia contra hæreticos edita, vim legis obtinent.</p> <p>8 Tolosanum, Biterrense & Narbonense concilia contra hæreticos celebrata vbi nunc sint reperta.</p> <p>9 Instructiones priuatarum Inquisitionum quæ vim habeant.</p> | <p>9 Instructiones vniuersalium Inquisitionis non obligant in vniuersum omnes orbis inquisitiones.</p> <p>9 Inquisitores vniuersalium Inquisitionis obseruare.</p> <p>9 Instructiones & constitutiones inquisitionis Hispaniæ quales.</p> <p>9 Inquisitores prouinciarum generales, quales constitutiones condere possint.</p> <p>10 Consuetudo cuiuscunque inquisitionis quatenus obseruanda.</p> <p>10 Inquisitoribus datur facultas procedendi secundum approbatam consuetudinem.</p> <p>10 Consuetudo tribuere potest Inquisitoribus vt contra blasphemos procedant.</p> <p>10 Consuetudo priuilegium & etiam iurisdictionem tribuit.</p> <p>10 Consuetudo quando præponderet sacris canonibus.</p> <p>10 Consuetudo rationabilis quæ dicatur.</p> <p>10 Inquisitores in procedendo quid obseruare debeant.</p> <p>10 Romane inquisitionis consuetudo & Stylus obseruandus.</p> <p>11 Extrauagantes cum certæ sunt, iuri communi præponderant.</p> <p>11 Si dubitatur de extrauaganti an sit authentica, quid agendum.</p> <p>11 Extrauagans quando præponderet iuri communi.</p> <p>12 Sententia lata contra extrauagantem, an sit nulla.</p> <p>12 Iudex non tenetur scire leges incognitas & occultas.</p> <p>12 Iudici fides faciendæ est de extrauaganti.</p> <p>13 Extrauagantium auctoritas quot modis possit probari.</p> <p>13 Extrauagantis auctoritas probatur ex plūbo pendente.</p> <p>13 Extrauagantes supra positæ omnes fere sunt authentice, & quare.</p> <p>13 Extrauagantes in archiuo publico reperta, authentica est, & fidem facit.</p> <p>13 Extrauagantes repertæ Romæ in bibliotheca Vaticana fidem faciunt.</p> <p>13 Item extrauagantes repertæ in archiuo Romanæ inquisitionis.</p> <p>13 Extrauagantes à notario subscriptæ, vel personæ ecclesiasticæ in dignitate constitutæ sigillo munitæ, fidem faciunt.</p> |
|---|--|

K

14 Extra-

- 14 Extrauagantes an sint leges generales, & ubique seruari debeant.
- 14 Extrauagantes fauore fidei licet vni psonæ vel loco dirigatur, ab omnibus seruari debet.
- 14 Lex an sit generalis ex persona statuentis pensandum est.
- 14 Francisci Bursati sententia reiecta.
- 14 Extrauagantes contra hæreticos editæ, cur Fratribus vniuersi ordinis fuerint quandoque directæ.
- 14 Imperatores condentes leges vni interdum magistratui eas dirigebant.
- 14 Extrauagantes contra hæreticos, cur ad certa loca sepe destinantur.
- 14 Inferiorum iudicum leges, seu statuta non ligant extra suum territorium.
- 14 Sententia principis & eius epistola vniuersale ius facit, & omnes ligat.
- 14 Extrauagantes editæ contra striges sue lamiæ directæ Inquisitoribus Alemanniæ, ad ceteros vbiq. Inquisitores extenduntur.
- 14 Extrauagantes an mortuo earum conditore expirent.
- 14 Extrauagantes lata contra hæreticos, nō finiuntur mortuo conditore, sed semper durat.
- 14 Non est de essentia legis quod sit perpetua.
- 14 Leges regulariter perpetua esse solent.
- 14 Leges communiter ita conduntur, vt omnes obligent.
- 14 Quandoque conduntur extrauagantes vni soli loco competentes.
- 15 Extrauagantium multiplex utilitas consideratur.
- 15 Ex notitia præcedentium extrauagantium intelliguntur iura de hæreticis loquentia.
- 15 Per extrauagantes præcedentes errores multi evitantur.
- 15 Eymericus & Zanchinus decretis extrauagantium saepe nituntur, & ideo rectius quam alii scripserunt.
- 15 Inquisitores lectioni extrauagantium incumbere debent.
- 15 Turpe est iudici ignorare ius ad se pertinens.
- 15 Extrauagantes præcedentes contra hæreticos lata, iussu Reuerendiss. Cardinalium Inquisitorū generalium fuerunt impressæ.

Continua Romanorum Pontificum curia in extirpandis hæreticis.



Exordio nascentis Ecclesiæ protinus Pastores vigilare cœperunt aduersus pseudo-discipulos, qui non intrantes in Dominicum ouileper ostium, aliunde conscendere, & vineam Domini fabaoth, Catholicam videlicet Ecclesiam dilectam Christi sponfam quasi vulpeculæ fraudulenter demoliri conabantur: quorum vigiliam pastorum exemplo laudabili ceteri deinceps continua temporum serie Romani Pontifices, ardore Christianæ fidei & religionis accensi, se murum pro domo Domini aduersus hostes catholicæ Ecclesiæ opponentes, sedula diligentia quotiens occasio postulabat, & concilia prælatorum numerosa coacta

A multitudine celebrarunt, & leges multa æquitate & iustitia munitas contra hæreticos condiderunt, & alias à Principibus sæcularibus conditas sua auctoritate roborarunt.

Ex his quædam labentibus annis pontificia auctoritate in certa volumina, certosque titulos optimo artificio & accurata methodo sunt relatæ, quæ nunc in Decretalibus, Sexto, & Clementinis, sub titulis de hæreticis referuntur. alia pleræque vel quia à collectoribus visæ non sunt, vel quia longo tempore post eas collectiones sunt conditæ, extra eos iuris receptos titulos & libros dispersæ remanserunt: quas ea fortassis de causa Extrauagantes nostri iuris interpretes appellauerunt; de quarum auctoritate & robore nunc est agendum, vt intelligatur quanta sit eis habenda fides: quo modo probetur earum auctoritas: & quanta sit earundem utilitas.

B Ac primum hic nobis præfundum est, non esse nunc nobis dislerendum in vniuersum de auctoritate & robore quarumlibet extrauagantium de alijs rebus ab hæresi tractantium: nam hunc articulum longe latequed disputant nostri in c. 1. de const. li. 6. Panormitanus, & alij in c. pastoralis. de fide instr. idem Panor. & Ioan. An. in c. 1. de sent. & re iud. Bart. in l. cum prolatis. ff. de re iud. Bald. in l. 2. C. quando prou. non est necesse. Zabarella consil. 40. incipien. prædictæ cõstitutionis. Geminianus consil. 78. incipien. formantur ista secunda dubia. Philippus Probus in pragmatica sanctione, ca. Et quia. §. ipsas omnes. verbo, extrauagantes. & verbo, regulas. Mantua. consil. 1. Gozadinus consil. 16. Ludouicus Gomes in proemio regularū cæcl. q. 2. Quinillianus Mádofius in 5. q. 9. reg. cancella. nu. 2. & in 1. q. 28. reg. nu. 3. & seq. & in 3. q. eiuudem regulæ 28. & alij, quos in sequentibus adducam.

C Sed hoc loco de auctoritate & viribus earum extrauagantium præcipue differo, quæ cõtra hæreticā prauitatem conditæ sunt, in posterumue condentur: nam in alijs maior forte est dubitatio, in his vero facilior quæstionis solutio, cum habeamus aperta põthicia respõsa hanc litem dimittentia, docentiaq. omnes constitutiones contra hæreticā prauitatē editas in suo robore permanere: nam in c. vlti. §. vlt. de hæ. li. 6. ita scriptum est: *Constitutiones vero, ordinationes & mandata alia prædecessorū nostrorū in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiã ad consulta, responsa, quæ constitutionibus superscriptis super eadem editis prauitate non obuiant, in suo volumus robore permanere.* hæc tenus Bonifacius viij.

E Idem ipsum paucis post annis confirmauit Clemens v. in concilio Viçnenfi, referturque in Cle. 1. de hære. §. vlt. his verbis: *Alia sane, quæ circa præmissum inquisitionis officium à nostris sunt prædecessoribus instituta (quatenus præsentis decreto nõ obuiat) sacri approbatione cõcilij roborata in sua volumus firmitate manere.* hæc

De auctoritate extrauagantium in vniuersum quæ differtur.

Extrauagantes in hæreticos editæ licet non sint in corpore iuris clausæ valde sunt.

Leges regulares in hæreticos editæ etiã inuolabiliter obseruanda.

Leges quælibet in hæreticos latas obseruandas esse vultissimi Imperatores sancierunt.

hæc ibi. atque hoc ipsum vbiq. obseruant nostri, præsertim illi, qui contra hæreticos tractatus scripserunt. Eymericus. 3. par. quæst. 84. & quæst. 131. Zanchinus tract. de hæret. in proemio, num. 1. & cap. 6. num. 7. Repertorium Inquisitorum, verbo, extrauagantes. Petrus Godofredus in l. Ariani. vers. cunctis quoque. C. de hæret. notant Geminianus & alij in dicto cap. vlti. in fine. de hæret. lib. 6.

Sed neque sola Pontificia leges hæreticam prauitatem coercentes, licet extra iuris titulos ferantur, obseruari debet, immo amplius cauit Innocentius, iij. rescripto quodam magistratibus sæcularibus missõ, incipiente: Orthodoxæ fidei. (quod etiam hic curauimus imprimendum) vt & leges item sæculares, & alia quælibet statuta contra hæreticos condita inuolabiliter obseruentur his verbis: *Considerantes attentè, quod iurisdicctio eorum, [scilicet Inquisitorum,] quò fuerit plenior in hac parte, eò magis esse poterit fructuosa, volumus & nostris sibi damus litteris in mādatis, ut vos monere procureris, et inducere diligenter, vt statuta ipsorum, & alia ecclesiastica & secularia, & constitutiones etiã quondam Frederici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione Ecclesiæ persistentis, edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta, & bulla nostra munita transmittimus, conscribi in statuarijs vestris, eaque obseruentis, & faciatis irrefragabiliter obseruari.* hæc tenus ibi.

Atque ex hoc rescripti fragmento præter ceteros apud Eymericum in Directorio 3. parte super quæstio. 86. vers. sed maior difficultas ostendi Inquisitores hæreticæ prauitatis in suis diocæsesibus posse aduersus hæreticos noua condere statuta, pœnas in eos auctentia, quæ fauore fidei valida, & suis viribus consistentia & haberi debeant, & penitus obseruari.

Neque hoc est recens inuentum, vt putant legum, antiquitatis, & historię ignari: nam & ab initio ferme nascentis Ecclesiæ supra mille & centum annos, nempe anno Domini 430. Christiani principes hoc ipsum sancierunt. Theodosius enim & Valentinus Imperatores Augusti, (vt scriptum extat in codice Theodosiano. lib. 16. tit. 4. l. 54. quam centum fere post annos Iustinianus in suum codicem transtulit ac roborauit. C. de hæret. l. Ariani.) modo leges à se conditas aduersus hæreticos vim legum inuolabilium habere voluerunt, sed quæcunque etiam alias ab alijs principibus editas, firmas & validas manere iusserunt his verbis: *Cunctis quoque legibus, quæ contra eos [scilicet hæreticos] ceterosque, qui nostra fidei refragantur, olim diuersis que temporibus late sunt, semper viridi obseruantia valituris, &c. & paucis interpositis. illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, quæ de militia, pœnisque varijs, de que diuersis sunt hæreticis promulgata; vt nec speciale quidem beneficium aduersus leges valeat impetratum.* hæc ibi.

A Ex his apertissime docemur generaliter legem quantumcunque diu factam non aboleri defuetudine, vt grauius docuit Iason in l. de quibus. notabili §. ff. de legibus & senatusc. & Matthæus Afflictus in repetitione sanctionis de iure protomiscos. §. 6. notab. 1. nu. 2. & Angelus Aretinus in §. igitur. in proemio Instituto. num. 2. quod tamen generaliter in omnibus legibus obrineat, illis obseruatis dictinctionibus, quas retulit præcitato loco Afflictus; in his vero, quæ contra hæreticam prauitatem late sunt, maxime obseruatur. nulla enim præscriptio, nullum temporis quamuis longissimi spatium, aut tollere radicitus, aut immutare potest; nisi nominatim & expresse alia ferantur leges, quæ illas reuocent, aut immutent: leges enim huiusmodi semper viuunt. cap. contra. 25. quæst. 1. semper item loquuntur, vt notant Bart. Butrig. & Saly. in l. Ariani. C. de hæretic. & idem Saly. in Authent. cassã. quæstio. 3. de sacro si ecclæs. & Ioan. Imo. in l. 3. §. si rem. ff. pro emptore. & olim maximus Plato de legibus loquens dialogo 9. dixit, legem ipsam, quæ aliquid interdicit, id pro vniuersa ciuitate semper interdiceret, & interdictionem esse.

C Dixi autem, defuetudine non tolli leges, quoniam etiam si per mille annos allegatæ non sint in iudicijs, præsertim cum ab initio fuerint receptæ, non propterea abibunt in defuetudinem, vt grauius & vere dissent Iacobus de Beluio in Authent. de hæredibus & Falcidia, post principium, & Cynus in l. rem non nouam. C. de iudicijs.

An autem & quando per contrariam consuetudinem leges tollantur, non est præsentis instituti nunc docere.

D Quod vero ait Bonifacius octauus in dicto cap. vlti. de hæret. & Clemens v. in dicta clem. 1. §. vlti. de hæret. tunc scilicet extrauagantes esse admittendas, quando decretis contentis in titulis de hæreticis non obuiant, eò pertinet, vt intelligamus veteres omnes leges in hæreticos latas confirmari, dummodo manifesto & expresse eis decretis non contradicant: quoniam si contradixerint, solum in ea parte in qua contradicunt, emendatæ sunt; in ceteris vero validæ semper remanent. Res fiet vno exemplo illustri, nam in similibus idem erit iudicium: Iure veteti solus Episcopus, item solus Inquisitor per se poterat hæreseos reos duro carceri mancipare, torquere, & sententiam condemnatoriam in eos pronuntiare, vt optime scripsit Eymericus. 3. part. quæst. 48. vbi dixi copiose. hodie tamen id obuiat dispositioni Clementinæ primæ. §. propter quod. vers. duro tamen. de hæret. & ideo in ea parte tantum lex antiqua est sublata omnino, in ceteris viridem obinet obseruantiam.

Iam illud amplius colligitur, ad hoc vt extrauagantes quæ dicantur decretis de hæreticis obseruare.

Leges defuetudine, aut longo temporis intervallo non abolerantur.

Extrauagantes quæ dicantur decretis de hæreticis obseruare.

trauagantes, & qualibet aliæ leges contra hæreticos editæ per clausulam prædictam tollantur, oportere vt expresse constitutionibus positis in titulis de hæreticis obuiant, id est, vt manifeste, & expresse eis contradicant, atque è diametro cum eis pugnent: id enim significat verbum, obuiandi, in præcatis responsis positum, vt docent humaniorum literarum professores, quos in re aperta consulto omitto.

Ergo si per constitutiones extrauagantes, aut quasuis alias leges ecclesiasticas aliquid caueatur, quod à iure communi non sit prouisum, aut non plene decisum, dummodo expresse cum eo non pugnet, siue id pœnas in hæreticos & eorum complices augeat, siue modum inquirendi, interrogandi, euocandi, compellendi, torquendi, publicandi, aut quid simile præscribat; id profecto obseruandum erit, quod apertissime probant præcatorum rescriptorum verba.

De generalium autem Inquisitionum statutis, seu institutionibus, quæ multa interdum cauere solent, aut omiſsa penitus à iure communi, aut parum explicata, hoc sentio, quod si vel faciliorem præscribant modum procedendi in causis fidei, vel pœnas in hæreticos augeant rationabiles, inspecta locorum & personarum qualitate, vel denique quacunquæ alia ratione ea iubeant, quæ in argumentum fidei sine cuiusquam præiudicio tendunt, proculdubio obseruanda sunt: euident enim ratio hoc suadet, quoniam leges iam latæ siue in hac causa siue in alijs, non possunt plene omnes casus siue articulos occurrentes decidere. I. neque leges. ff. de legibus & tenat. con. fit ergo, vt id quod ad commodiorem causarum tractationem statuitur, vbi & iustum est, & iuri scripto non repugnat, debeat obseruari.

Præterea quæ de extrauagantibus diximus, obtinere etiam putamus in concilijs provincialibus auctoritate Apostolica, seu auctoritate delegatorum sedis Apostolicæ contra hæreticos editis; qualia sunt Tolosanum, Biterrense, Narbonense, & si quæ sunt similia, quæ à nobis nuper in bibliotheca Vaticana in peruetusto codice (quem nobis Illustrissimus Cardinalis Guilielmus Sirletus vir omni eruditionis genere clarus, & Christiana pietate insignis, humaniter exhiberi ob publicam utilitatem iussit) reperta proxime cum nostris commentarijs in lucem dabuntur. huiusmodi enim concilia, auctoritate delegatorum sedis Apostolicæ condita vim legis habent in hoc crimine, & penitus obseruanda sunt. ita non obscure colligitur ex prædictis, sed nominatim id cauit Urbanus iij. in rescripto incipiente: Præcûctis. §. & obseruari. relato ab Eymérico parte 2. vbi ita scriptum est: *Et obseruari omnia statuta, tam per sedem Apostolicam, quàm in concilijs Legatorum eiusdem sedis promide edita, quæ negotium ebatolicæ fidei tangere dignoscuntur, sicut promo-*

Statuta Inquisitionum valida sūt.

Concilia promissa auctoritate delegatorum sedis Apostolicæ in hæreticos edita vim legis habent.

A tioni negotij, & augmentationi fidei fuerit opportunum. hæc ibi.

Nec te moueat in quibusdam codicibus hanc periodum paulo aliter contineri ita: *quàm in concilijs eiusdem sedis.* quæ verba solis summorum Pontificum statutis, non delegatorum eius, robur tribuere videntur: quoniam in multis exemplaribus etiam peruetustis, lectionem, quam paulo antea retuli, frequenter inueniri scio. & eam lectionem prouidenter etiam agnouit Eymericus 3. parte quaestio. 72. cum eam rescripti partem ad hoc institutum, de quo nunc agimus, citaret.

B De instructionibus vero, seu priuatis aliquarum Inquisitionum constitutionibus, veluti de instructionibus Inquisitionum Hispaniæ à multis vidi sæpe dubitari, quantam vim habeant, quod est hic à nobis obiter etiam declarandū.

Ac primum hoc est exploratissimum, eas instructiones in eis tantum regnis vim habere, obseruandasque esse ibidem ab inferioribus Inquisitoribus: extra Hispaniam vero in terris, quæ generalis Inquisitoris Hispaniæ iurisdictioni non subduntur, nullam penitus obtinent firmitatem: quoniam iudices inferiores & si potestatem habeant condendi leges, at vbi eas condiderint vniuersales non sunt, neque extra suum territorium earum virtus egreditur. cap. 2. de constit. lib. 6. l. vlti. ff. de iurisd. om. iud. tales sunt Episcoporum & inquisitorum leges, quas in suis condunt territorijs.

C Inquisitoribus vero aliarum Prouinciarum, tunc iuxta dispositionem instructionum alterius Inquisitionis procedere secure licebit, quando à iure communi non discrepant, aut rationi consentaneæ sunt, & in illis locis opportuna, consideratis locorum, personarum, negotiorumque circumstantijs.

Sunt autem, vt ingenue fatear quod sentio, vtilis Hispaniæ instructiones, rationi consentaneæ, & eruditæ, nempe quæ à multis & sapientissimis viris, matura deliberatione varijs temporibus sint conditæ: docentque singulariter, quidquid in primis ad praxim attinet, & propterea Inquisitorum muneri & officio sunt valde accommodatæ. Ego ita cenſeo, quicunque fidei iudices iuxta præscriptum ordinem, & methodum earum instructionum processerint, aut iudicauerint, siue absoluendo, siue condemnando, siue salutare penitentias imponendo non errabunt, imo quidem recte suo munere fungentur, sed prudentia & iudicio opus est.

D In his instructionibus, siquid caueatur quod iuri communi contradicatur expresse, ipſo iure id invalidum est, vt præcitata rescripta ostendunt in cap. vlti. §. vlti. de hæret. libr. 6. & in clement. 1. §. vlti. de hæret. ceterum si generalis Hispaniæ Inquisitor, aut quiuis alius à sede Apostolica obtinuerit, vt intra suam iurisdictionem possit condere instructiones etiam iuri communi contrarias, quæ ad extirpationem prauitatis hæreticæ perti-

Instructiones Inquisitionis Hispaniæ, & aliarum Inquisitionum quam vim habeant.

pertineant; sane tunc illis erit in eis regnis obtemperandum. exempla multa occurrunt, sed facile omitto: nam docendi ratio absque eis intelligi potest. de cæteris aliarum Inquisitionum instructionibus, seu sanctionibus idem est iudicandum.

IO
Consuetudo approbata & rationabilis cuiuslibet Inquisitionis obseruanda.

Iam quæ hæcenus de instructionibus, seu sanctionibus priuarum Inquisitionum diximus, eadem quoque de consuetudine cuiuslibet Inquisitionis accipienda sunt; nam Inquisitores hæreticæ prauitatis tum in puniendis hæreticis, ab iurationibus faciendis, reis torquendis, inducijs concedendis, totoque processu fabricando, tum in cæteris quæ ad latissimum suum officium spectant, approbati suæ Inquisitionis consuetudinibus vti possunt, quod in priuilegio creationis ipsorum continetur: nam inter cætera eis conceditur, vt procedant contra omnes hæreticos cum omni auctoritate, facultate, & potestate tam de iure quam de approbata consuetudine: approbatam autem consuetudinem velut legem esse obseruandam explorati iuris est. §. ex non scripto. Instit. de iure nat. gent. & ciuili. vbi communiter Doctores.

C Vnde si per etustam & approbatam alicuius Inquisitionis consuetudinem receptum esset, vt Inquisitores hæreticæ prauitatis indistincte animaduertent in blasphemis, crederem eos id iudicium absque errore posse exercere: nam consuetudo hoc illis tribueret priuilegiū, cum consuetudo priuilegium tribuat, vt docet Bart. in proœmio Digestorum. §. hæc autē tria. num. 3. Rurtius quoniam consuetudo tribuit iurisdictionem. glossa singularis in l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iud. facit textus in c. cum contingat. de foro compet. vbi Fely. Bald. in rub. de consuet. col. 2. per l. viros. C. de diuer. offi. lib. 1. 2. vbi Bart. in fine. Romanus consil. 243. incip. ad prædicto. um roborationem. vers. secundo principaliter, & consil. 300. incip. in casu proposito. late Decius in dicta l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iud. num. 19.

Neque hoc mirum videri debet, cum consuetudo tantam habeat vim, vt etiam canonibus præponderet, si sit rationalis, & legitime præscripta. cap. vlti. extra de consuet. tradit glossa communiter recepta in cap. pastoralis. verbo, dissona. de fide instrum. & Aymo Crauera in tractat. de antiquit. temp. part. 1. §. 1. num. 42.

E Veruntamen monendi sunt hic Inquisitores, ne quamlibet suæ Inquisitionis consuetudinem velut rationabilem admittant: nam vt consuetudo dicatur rationalis, & approbata, plura exiguntur, quæ non facile possunt in quauis consuetudine reperiri: rationalis enim dicitur consuetudo, quam iura non improbant, aut quæ iuri non contradicit. glossa in cap. vlti. verbo, rationalis, extra de cōsuet. item vt consuetudo pro lege seruetur, multa requiruntur. glossa & Doctores in cap.

A consuetudo. distinct. 1.

Quam ob rem ne quid velamine, aut prætextu approbatæ consuetudinis incautum committant Inquisitores, sequentia intueantur. Primum curēt omnino cuncta gerere, hoc est, processus suos fabricare, omnemque ordinem iudicarium dirigere puniendo, & absoluen-do, & ceteris ad suum officium spectantibus iuxta canones, præsertim eos qui de hæreticis sunt, & contra hæreticos conditi: deinde vero ad consuetudinem & stylum Romanæ Inquisitionis, à qua cætera velut à capite pendunt, vbi leges deficiunt, & in arduis audacter recurrant: quis enim concedat in re tam graui priuatas Inquisitionum, aut prouinciarum consuetudines facile esse sequendas? præsertim cum iura vbique clament, maiores Ecclesiæ causas, & præsertim quæ articulos fidei tangunt, ad sedem Apostolicam esse referendas. cap. Maiores. de baptismo & eius effectu. ergo priuati ciuitatum Inquisitores, si tutius & securius tractare omnia cupiunt, cum leges deficiunt, aut etiam obscuræ sunt leges, stylum & consuetudinem supremi senatus Inquisitionis Romanæ, quæ cæterarum caput est, consulant & sequantur. in hac enim nullū est erroris periculum: nam præterquam quod à sapientissimis iudicibus & vigilantissimis causæ fidei tractantur, quotidie etiam summum Pontificem contulere licet, cuius iudicium quantam in rebus fidei habeat auctoritatem, exploratissimum est apud Catholicos.

Priuati Inquisitores stylum Romanæ Inquisitionis obseruent.

B Sed ad Extrauagantes reuertor, quarum tanta est auctoritas, vt si exploratæ fidei sint, aut (vt nostri loquuntur) indubitatæ, constitutionem in corpore iuris clausam tollant. cap. 1. de constit. vbi Doctores, Guimier in pragmatica sanctione, cap. & quia. §. ipsas omnes. verbo, extrauagantes. quod si dubitetur, an sit authentica nec ne, tunc si est iuri consona, secundum eam debet iudicari, at si à iure discrepet, summus est Pontifex consulendus. cap. Pastoralis, vbi Panormit. & alij extra de fide instrum. & tradit glossa in pragmatica sanctione loco proxime citato. huius autem doctrinæ multa occurrent exempla in positis extrauagantibus, quæ breuitatis gratia omittimus. attamen præcitatam dogma ita credendum, vt tunc extrauagans iuri communi præualeat, & secundum eam sit iudicandum, quando in extrauaganti apponatur clausula: *Non obstantibus quibuscunque constitutionibus in contrarium, &c.* quæ communiter apponi solet: nam si hæc clausula defuerit, præsertim in nostris extrauagantibus, si quid tunc contra decreta in titulis de hæreticis contenta sanctent, id plane irritum esset per iura adducta ex cap. vlti. §. vlti. de hæret. lib. 6. & clement. 1. §. vlti. de hæret.

C Ex prædictis pendet quaestio ad intelligendum utilis & huic instituto valde accommodata.

Y I
Extrauagantes cum ceteris sunt iuri communi præponerant.

E Sed ad Extrauagantes reuertor, quarum tanta est auctoritas, vt si exploratæ fidei sint, aut (vt nostri loquuntur) indubitatæ, constitutionem in corpore iuris clausam tollant. cap. 1. de constit. vbi Doctores, Guimier in pragmatica sanctione, cap. & quia. §. ipsas omnes. verbo, extrauagantes. quod si dubitetur, an sit authentica nec ne, tunc si est iuri consona, secundum eam debet iudicari, at si à iure discrepet, summus est Pontifex consulendus. cap. Pastoralis, vbi Panormit. & alij extra de fide instrum. & tradit glossa in pragmatica sanctione loco proxime citato. huius autem doctrinæ multa occurrent exempla in positis extrauagantibus, quæ breuitatis gratia omittimus. attamen præcitatam dogma ita credendum, vt tunc extrauagans iuri communi præualeat, & secundum eam sit iudicandum, quando in extrauaganti apponatur clausula: *Non obstantibus quibuscunque constitutionibus in contrarium, &c.* quæ communiter apponi solet: nam si hæc clausula defuerit, præsertim in nostris extrauagantibus, si quid tunc contra decreta in titulis de hæreticis contenta sanctent, id plane irritum esset per iura adducta ex cap. vlti. §. vlti. de hæret. lib. 6. & clement. 1. §. vlti. de hæret.

Y 2
An sententia lata contra aliquam extrauagantem sit nulla.

Ex prædictis pendet quaestio ad intelligendum utilis & huic instituto valde accommodata.

data, an scilicet sententia à iudice lata contra dispositionem alicuius extrauagantis sit nulla? & cum extrauagantes, vt haecenus demonstratum est, virtutem legis habeant, plane irritum videtur iudicium contra earum dispositionem factum. at Bartolus in l. cum prolatis. num. 2. ff. de re iud. quem alij proxime citandi sequuntur, ita distinguebat: si sententia sit lata contra extrauagantem in corpore iuris clausam, nulla erit: secus autem si reuera sit extrauagans, hoc est, si non reperiatur in corpore iuris. idem videtur tenere Romanus consil. 260. incipien. in proposito casu. Alex. consil. 81. incipien. ponderatis his lib. 2. Ant. Butrius in proemio decretal. idem in c. pastoralis. de fide instrum. Franciscus Pauinus in praeludio praefixo extrauagantibus. Ioan. xx1. 1. & alij quos ille refert. ratio vero vtriusque partis positae distinctionis facilis est: nam primum ideo sententia lata contra dispositionem extrauagantis in corpore iuris contenta est nulla, quia perinde est ac si contra legem lata fuisset. Bal. in l. 2. C. quando pro uo. non est nece. Ant. Butrius in c. 1. & c. cum inter. de re iud. tradit optime Franciscus Pauinus praecitato loco.

Rursus, si extrauagans est incognita, & contra eius dispositionem feratur sententia, non vitatur, quia in cognitae leges iudex cognoscere non tenetur, argumento dictae l. cum prolatis ff. de re iud. nam si sententia lata contra legem prolatis, id est, iudici indicatam, quam forte iudex ob summam difficultatem & obscuritatem non intelligebat, nec putabat ad negotium & causam de qua agebatur pertinere, summo iure valet, vt in dicta l. cum prolatis ff. de re iud. profecto multo magis valida erit sententia lata contra dispositionem extrauagantis ignota, & non producta: ergo liquere debet iudici, fidesque ei facienda est de valore & robore extrauagantis, vt sententia lata contra ipsam nulla sit & inualida, vt eleganter praecitato consil. 260. docuit Romanus, & Gulielmus Cassiodorus decisione 7. super regulis, incipien. Proponetur dubium. nu. 5. vbi dicit regulas, extrauagantes & concordata, nisi producantur in actis, à iudicibus non considerari. atque haecenus de prima huius disputationis parte, quae ad valorem extrauagantium spectabat.

SECUNDA PARS DISPUTATIONIS, Quomodo probetur extrauagantium auctoritas.

13
Quot modis probetur extrauagantium auctoritas.

SUPERIORIBVS ita constitutis, superest nunc altera huius disputationis pars valde etiam utilis & necessaria, videlicet, qua ratione probari debeat extrauagantium auctoritas, vt intelligatur quae sit vere extrauagans, & vim legis habeat, siue vt nostri loquuntur, quae sit extrauagans authentica, quae vero secus.

A Hoc etiam caput tractant ferme Doctores, quos haecenus varijs locis adduximus, sed nemo luculentius quam Franciscus Pauinus caesarum sacri Palatii olim Auditor in praeludio praefixo ad extrauagantes Ioan. xxij. in hac verba: *Debent autem extrauagantes quando de eis dubitatur in forma authentica produci sub plumbis, si extra curiam sunt producenda: vel, sub signo Vicecancellarii, si in curia sunt producenda: Et hoc de illis quae sunt descriptae in libro Cancellariae; illae autem quae sunt descriptae in Camera Apostolica signantur cum signeto Camerarii, vel sub plumbo, &c. Et ita seruatur in Curia Romana.* haecenus Pauinus, à quo non dissentit Ludouicus Gomes in proemio regularum Cancellariae, & alii recentiores: nam & id vsus obseruat.

Primus ergo modus probandi auctoritatem extrauagantium extra curiam (nam curiam nunc libenter omitto, cum magis necessarium sit absentibus consulere, quam illis, qui quotidie Pontificem Romanum alloqui possunt) est, cum extrauagantibus seu rescriptis pontificiis adiungitur appensum illud plumbeum cum fune canapis, impressis in ipsius vna parte sacris Petri & Pauli capitibus, in altera vero nomine eius Pontificis, qui rescriptum edit, seu concedit.

Hinc intelliges praecedentes extrauagantes diuersorum Romanorum Pontificum pro officio sanctissimae Inquisitionis contra haereticam prauitatem authenticas esse, & pro lege seruandas: quoniam ex autographis seu archetypis aut originalibus, pendenti plumbeo munitis desumptae, & transcriptae sunt à nobis summa diligentia, & praesertim omnes illae, quae habentur in Archivo Inquisitionis Romanensis, & in archiuo Conuentus sancti Francisci de Assisio plumbeo pondere munitae sunt, vt protinus summam earum percipias auctoritatem: aliae vero vnde habeantur, notatiuncula in margine posita initio cuiuslibet extrauagantis aperte indicat.

Rursus auctoritas etiam extrauagantis probari potest, si reperiatur in publico alicuius loci Archiuo. Romanus dicto consil. 260. quem refert & sequitur apostilla ad Bart. in dicta l. cum prolatis. ff. de re iud. verbo, posita. idem Romanus consil. 165. incipien. liber Registri. & consil. 319. incipien. in causa Ioannis. Gemianus consil. 82. incipien. circa thema. num. 6. & sequen. Decius consil. 146. incipien. pro tenui. num. 10. Marsilius consil. 20. incipien. Digneris quae. & consil. 43. incipien. Spiritus sanctus. & late Craueta in tract. de antiquit. tempor. parte. 1. num. 194. & seq. & glossa in cap. Cum causam. de probat. in vers. per libros antiquos. quoniam in publicis archiuis non solent recondi nisi quae publica auctoritate geruntur, idque sit summa integritate & veritate, adhibita personarum publicarum auctoritate, quorum fides & religio probata est & perfecta.

Hinc

Ex pondere plumbae pendenti, probatur extrauagantium auctoritas.

Extrauagans reperia in Archiuo publico hanc facit.

Hinc colliges eas extrauagantes & qualesbet alia rescripta, quae Romae in bibliotheca Vaticana in Regeftis Pontificum Summorum asseruantur, magnam habere & inuolabilem auctoritatem, tamen non adfint pondera plumbae, cum in his Regeftis nihil describatur, quod non sit prius multa diligentia examinatum & prauiusum, summaque auctoritate, & veritatis sinceritate munitum, & per publicas personas, iuxta Romanam Curiam stylium & consuetudinem consignatum & obfignatum seu subfcriptum, vnde abfcripturis contentis in his Regeftis omnis incertitudo procul abest. Atque hoc ipsum etiam obtinet in fcripturis desumptis ex Archiuo Inquisitionis Romanae; vt hinc etiam colligas, extrauagantes & rescripta inde sumpta inuolabilem & certam habere auctoritatem.

Extrauagans à notario subfcripta, & sigillo operose ecclesiae in dignitate constituta munita, hanc facit.

14
An extrauagantes sint leges generales.

Denique extrauagantium & rescriptorum pontificiorum firma etiam probatur auctoritas & fides, quoties manu alicuius notarii publici, & sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae munita sunt, quod generaliter hodie obrinet in omnibus rescriptis pontificijs extra curiam missis, per clausulam eisdem rescriptis insertam, per quam id non obscure cauetur: ita enim praestatur tanta fides ipsis rescriptorum exemplaribus seu tranfumptis, ac praestaretur originalibus ipsis rescriptis.

Sed occurrit hoc loco difficultas mihi necessario diluenda, quae iuris ignaros possit in hac causa perturbare, an sequentes extrauagantes ubique obseruari debeant? videbitur enim alicui nec vbiq; nec ab omnibus Inquisitoribus aut iudicibus esse obseruandas.

Primum, quia certis quibusdam Inquisitoribus destinantur, veluti fratribus ordinis Praedicatorum: Rursus non vbiq; degentibus, sed in Lombardia, Marchia Taruifina, aut alibi in locis quibusdam singularibus constitutis. Cum igitur rescripta haec localia videantur, non debent omnes generaliter ligare. c. 1. & c. 2. de const. lib. 6. l. vlt. ff. de iurisd. om. iud.

Iam de natura legis vniuersalis, & generalis esse videtur, vt sit perpetua & durabilis, vt docet Archidia. in c. donatum. 1. q. 7. & Nicolaus de Milis verbo lex. §. 1. fa cit textus in l. edita. C. de edendo. ibi; perpetui edict. extrauagantes vero non sunt tales cum extinguantur & moriantur suo conditore mortuo, vt videtur velle Ioannes And. in c. nemo potest. de reg. iur. li. 6. & Cosma Guimier in glossa pragmaticae sanctionis, cap. Et quia. §. ipsas omnes. verbo, regulas.

Postremo, quia vt lex vniuersaliter liget & obliget, principem id expresse cauere oportet per notata in l. nec Dorotheum. C. de decurio. lib. 10. facit textus in c. 1. de const. hoc autem deesse videtur in nostris extrauagantibus.

Certe, um his minime refragantibus, certum est extrauagantes vbiq; seruandas esse. Primum, quia haeretica prauitas aduersus qua sunt conditae, & fauor fidei, quae respiciunt, & iudices qui

A cis vti debent, vbiq; eodem iure censentur: usque ergo quod circa haec versatur, vbiq; valet, cum eadem vbiq; sit ratio. l. a Titio. ff. de verb. obli. li. llud. ff. ad leg. Aquil. cum similibus.

Rursus ex persona statuentis metimur legem esse generale aut speciale. c. vlt. de const. lib. 6. at summus Pontifex habet generalem iurisdictionem super haeticam prauitatem, & fidei negotia: sit ergo, vt leges extrauagantes ab eodem conditae generaliter vbiq; locum habeant. atque haec sententia vera est, quam probant subpraecitati, tum in primis adducta per Lud. Gomes in proemio reg. cancel. quaest. 2.

B Atque ex his & alijs nonnullis in Directorio Inquisitorum parte 3. super quaest. 109. §. praeterea non arbitror. refellebam in hac editione sententiam Francisci Bursati consil. 43. incipien. ob crimen haeresis. nu. 5. 2. li. 1. dicentis, constitutiones Innocentij. iij. & Clementis. iij. Romanorum Pontificum disponentes de bonis haeticorum confiscatis, in Italia solum esse obseruandas: quoniam ad terras Italiae fuerunt directae & transmissae: hoc enim tamquam improbabile prorsus cenfeo rejiciendum.

C Neq; obstant quae contraria sententia probare videbantur. Primum enim non refert, solis saepe fratribus ordinis Praedicatorum mitti: hoc enim ideo fit, quia initio constituta Inquisitionis delegatae, hi in primis cum Episcopis & Fratribus Minoribus iudicium in haeticos exercent: & summi Pontifices his loquentes omnibus Inquisitoribus loquuntur; nam eodem modo Imperatores, quorum sanctiones & leges in Codice Iustiniano numerantur, leges suas quandoq; Eutropio, alijs Palladio, alijs vtriusque praefectis & praesidibus nuncupant, vt in praefixis legum titulis licet intueri: nemo dicit proinde eas leges particulares esse; immo fuit necessarium praecitatas has personas exprimere, vt per eas, leges condite vbiq; obseruari iuberetur.

Iam non obstat, ad certa loca destinari, quia cum saepe contingat summum Pontificem ab Inquisitoribus vnius ciuitatis, vel prouinciae rogari, legem ferre, legislator illis eam legem destinat: at non est eius mentis, vt velit in eo solo loco eam legem valere, sed generaliter vbiq; eadem est ratio: nam licet hoc argumentum procedat in inferioribus iudicibus, qui limitatam habent iurisdictionem, quorum placita neminem ligant extra territorium. l. vlt. ff. de iurisd. om. iud. at non est ita in principe supremam iurisdictionem habente, qui quamuis faciat actum concernentem certum locum aut personam, nihilominus ille actus non facit legem particularem, sed vniuersalem. l. vlti. C. de legib. vbi sententia principis in certa causa lata, vniuersale tamen ius facit, & omnes ligat: quod ipsum operatur principis epistola certae alicui personae directa. l. 1. vers. per epistolam. ff. de const. princip. cum similibus. tradit Ioannes Platea in l. neque. C. de decurio. lib. 10. declaratq; pulchre lafon in l. 1. nu. 24. ff. de ferijs.

D **E**

Et hanc sententiam, quam hoc loco explicamus, nominatim & expresse proficitur Bartholomæus Spineus tract. de strigibus cap. 3. vers. patet etiam ex supradictis, ubi vere tenet, quod quamuis extrauagantes editæ aduersus striges siue lamias, (quas ille eo loco refert) dirigantur ad Inquisitores Alemaniam, nihilominus tamen non minus se extendunt ad alios Inquisitores, quam Decretales in corpore iuris ordinatæ, quarum multæ ad singulares personas diriguntur: & tamen quod per tales iubetur, aut prohibetur, seu quomodolibet ordinatur, pro lege ab omnibus obseruatur, cap. si Romano-rum. 19. dist.

Præterea non obstat tertia obiectio de perpetuitate legis: quoniam fateor equidem extrauagantes quandoque cum conditore interire, at hoc in multis, & præsertim in nostris extrauagantibus locum non habet, quas perpetuo durare satis abunde docuimus in superioribus, cum de earum auctoritate differeremus. neque Ioan. And. aut præcitati in distincte asserunt, extrauagantes extinguere per mortem conditoris, sed eas seruandas esse, præsertim viuente earum conditore, & ubi non sunt contrariæ iuri communi, & decretis sacrorum conciliorum. 25. q. 2. c. institutionis. c. 1. de consti. notatque Ant. in proœ. clem. & Franc. Pauinus super extrauagantes Ioan. xxii.

Et tamen temporales essent, & cum conditore interirent, at non propterea sequeretur non esse leges generales; quoniam dum uiueret conditor generaliter omnes obligarent, neque enim pertinet ad essentiam legis quod sit perpetua, hoc enim in potestate legislatoris positum est, ut copiose docet Gemmanus consil. 93. incip. Videtur primo, quod ista reseruat. nihil enim refert ad vniuersitatem legis, quod sit temporalis, cum in hoc voluntas sola conditoris attendatur, ut notatur in c. nobis. de sent. excommunicat. & in clem. 1. de vit. & honest. cle.

Neque sententia Archidiaconi refragatur huic doctrinæ: is enim loquitur secundum id quod sit communiter, nam regulariter quidæ leges perpetuæ esse solent. ceterum, ut dixi, extrauagantes nostræ perpetuo viuunt & loquuntur.

Postremo nihil refert, Principem non cauere nominatim, ut extrauagantes generaliter omnes obligent, quoniam communiter leges ita conduntur, ut omnes obligent & perpetuæ sint, ut paulo antea dicebamus, & nisi contrarium caueat (quod communiter fieri solet) voluisse putandum est. l. si quis donaturus. ubi glossa. ff. de usufru. l. quod si nolit. §. qui assidua. ubi Bal. ff. de ædilit. edict. cum alijs relatis ab Euerardo in loco à solitis.

